A h *Via parentis.* scilicet naturalis.& est ratio, quia cum vxor vna caro sit cũ marito, & maritus sit in potestate soceri, & vxor quoq; esse videt,sed nõ est:quia qui nascũtur, patris &c.insti.de legiti.agna.tu.§.at qui per.vere tamẽ vxor tua in sui & veri patris est potestate: vt.C.de condit.in ser.l.si vxor.

Vxor vna caro est cũ marito.

i *Socer.* scilicet pater viri,qui nõ minus nurui quàm filio in pluribus habet necesse ꝓuidere.Azo. vt supra, fami.erciscun.l.si filia. §.si filius.in fi.§.

† *Hinc sequitur, cũ generaliter laudari veteres necessitudines.*

Ex diuerso.] CASVS. in hac.l. fuit positus in casu.l.præceden.vsque ad.§.si in iudicio. [SI IN IVDICIO.] Dictum est in.l.maritũ. quòd maritus debet condẽnari inquantum facere potest,& nõ in plus cum mulier agit de dote cõtra eum. modo ponamus quòd iudex condemnauit eam insolidum per iuris ignorãtiam. certe nihilominus habet excep. vt nõ mandetur contra eum sentẽtia executioni nisi inquantũ facere potest.Viuianus.

Val. Max. lib.2.cap.1.

k *Ex diuerso si socer.* s.pater mulieris.

l *Hoc iustum esse.* Hic Neratius sibi contradicit:*vt infra,de re iudi.l.sicut.in fi. Sed hic constãte matrimonio, ibi,eo soluto:vt subiicit.in.l.seq. sed & eo soluto subdistinguitur: vt.ff.de iure do.l.pe.agit autẽ vir eo soluto,vt lucretur dotẽ ex pacto:vt.C.si dos constãte matri.l.j. extraneo autem honor non habetur:vt.ff.de iure do.l.penul.

**Hæc ea tinemus, cum ciuitas nat. Zabu in insulis bus suis singularibus.*

m *Ex promissione.* mariti vel alterius secundum H. immò sua, & habet exceptionem vt damnetur inquantum facere potest: vt infra,de re iudi.l.non tantum.in fine.

n *Fuit.* in aliqua negociatione:vt infra, de re iudica.l.sunt.&. l.non tantum.nam & hæc est socia diuinæ & humanę domus:vt. C.de cri.expi.hære.l.aduersus.& supra,de rit.nup.l.j.

o *Ciuili.* & naturali:vt.ff.de pac.l.j.§.adeo.

p *Insolidum.* non expresso errore in sententia.alioquin ipso iure nulla esset: vt.C.quando prouo.non est necesse.l.ij.& infra,de re iud.l.præses.&.l.cum prolatis. Item no.hic speciale,exceptionẽ opponi post sentẽtiã: quod dic vt not.ff.ad Macedo.l.tametsi.

Exceptio quandoque post sententiam opponitur.

q *Doli.* quæ est odiosa.vnde si soluisset,non repeteret: secus si soluerit ante sententiam : quia tunc tutus exceptione fauorabili soluit,& sic repetit:vt.ff.de condi.indebi.l.qui exceptionem. H.

D *Etiam.*] CASVS. Non solum maritus debet condemnari inquantum facere potest,& non in plus,sed etiã hæres eius qui nõ est extraneus:immò suus est filius, siue ex ea muliere de cuius dote agitur, siue ex alia. [LICET IN DOTALIBVS.] Maritus conuenitur à muliere de dote.solu.mat.dicebat maritus: ego debeo condemnari inquantum facere possum, & non vltra. dicit mulier iudici: domine condẽnetis eum insolidũ: quia culpa sua desiit posse facere,quia tota die ibat per tabernas,& malo modo expendit bona sua.quæritur, quid iuris sit?dicit iurisco.f.quia circa res dotales bene tenetur maritus præstare dolum & culpã. sed in rebus propriis non est exigenda culpa ab eo:id est, nõ debet propter hoc condemnari insolidum quòd bona sua dissipauit sua culpa. quamuis autem non teneatur de culpa suis in rebus,vt dictum est: tamen si contra mulierem in animo concepit dolum,& solummodo propter eam fraudandam bona sua dissipauit,bene imputatur ei vt condẽnetur insolidũ.vnde dicit Ofilius,quòd si ob culpam mariti res dotales interiissent, quia dolũ adhibuit vt mulieri non posset satisfieri, & ipse maritus aliàs nõ est soluendo:ita damnatur ac si dolo eius factũ esset quo minus facere possit.si autẽ dolus mariti absit circa interitum rei dotalis, non tenetur nisi ad cedendum mulieri act.contra illum qui rem surripuerit

XVI. POMPONIVS libro sextodecimo ad Sabinum.

Via [h] parentis locum socer [i] obtinet.†

XVII. PAVLVS libro septimo ad Sabinum.

Ex diuerso [k] si socer ex promissione à marito conueniatur,solet quæri, an idem ei honor habendus sit? Neratius libris membranarum & Proculus scribunt hoc iustum [l] esse.

B ℣ Itẽ si mulier ex ꝓmissione [m] conueniatur,magis placuit defendẽdã eam per exceptionẽ. Idẽ & Proculus ait.sicuti cũ socia fuit [n], dabitur ei exceptio: quãuis iure ciuili [o] sit obligata.

Exceptio quæ nõ impugnat sententiam, potest opponi post sententiam. hoc dicit. Barto.& Alexand.

℣ Si in iudicio dotis iudex ignorantia iuris lapsus condemnauerit maritum insolidum [p], Neratius[&]Sabinus doli [q] exceptione eũ vti oportere aiũt, eáque tutum fore.

Beneficium ne conueniatur maritus nisi inquantum facere possit, transit in filios eiusdem matrimonii.Alexand.

C

BIU Cujas

surripuerit dotalem, vel damnum in ea dederit. Viuianus.

a *Etiam filios.* Idem dici potest & si sint nati ex alio matrimonio[a]: & est speciale in his: vt supra, eo. l. maritum. Idem in priuilegio competenti tam in personali quàm in hypothecis: vt filiis mulieris detur, non extraneo hæredi: vt. C. qui po. in pig. ha. l. fi. §. exceptis. & C. de priui. do. l. j. sicut & in ecclesiastica emphyteusi: vt in auth. de nō alie. §. emphyteusin. col. ij. sic & in feudis: vt in cōsti. feu. ti. de succes. feu. c. j. sic & infra, ad Treb. l. ex facto. §. fi. & supra, quod cum eo. l. sed & si. §. foli. & infra, de ope. lib. l. vt iurisiurandi. §. fi. & l. si operarum.

a Restrobatur communiter secundū doc. hic.

b *Culpam.* sed & culpam leuem etiā & diligentiam quā in rebus suis adhibet: vt supra, de iur. do. l. in reb[g]. H. etiam si conuenerit in contrariū: vt. §. de pac. dota. l. Pomponius.

c *Præstet.* in dotalib[9].

d *Cum tamen quæritur.* vt ob hoc fiat minoris condemnatio.

e *Dolus.* circa res suas, non dico dotales.

f *Culpa.* vt ei noceat quo minus illā exceptionem habeat. Hug. & est ad hoc. §. de peti. hære. l. si quid possessor. §. sicut autem. & ad legē Aquil. l. legis. &. C. manda. l. in re. Sed argu. contra, supra, de ædil. edic. l. ædiles. §. Pedius. & l. cum autem. §. fi. & supra, de tribu. l. illud. §. sed si mercem. sed hoc est pro. Item arg. cōtra, supra, de iis qui sunt sui vel alie. iur. l. j. §. fin. *ADDITIO.* Dic quòd ibi ex qualitate facti præsumebatur dolose agere, quod non licet, maxime in re inanimata & in seruo. facit. l. j. ĭ. ad legē Cor. de fica. & C. de iniur. l. si non conuicij. & l. j. §. de doli excep. secundum B.

**Flo. habet*

g *Nocere.* in propriis.

h *Quemlibet alium.* quæritur ergo cui fit dolus. sic. ĭ. qui. ex cau. in pos. ea. l. Fulcinius. §. quòd si aduersus. & §. illud. & infra, vt in pos. le. l. is cui. §. dolum. & infra, vi bo. rap. l. ij. §. homines. & ad l. Cor. de fal. l. filius. §. fi. Sed argu. contra, infra, de iis quæ in frau. cre. l. ait prætor. §. illud. *ADDITIO.* Dic quòd ibi loquitur de dolo debitoris, qui est minus culpabilis: quia de euitandis muneribus tractat. argu. l. Fulcinius. §. sed illud. j. quib. ex cau. in pos. ea. hic vero de dolo eius in quē est facta alienatio, qui de acquisitione cum alterius iniuria contendit, arg. l. fi. §. licētia. C. de iure delib. secundum Bar. hic.

i *Ofilius.* hic circa dotales.

k *Soluendo esset.* quia credebat aliàs esse soluendo, & non erat.

l *Factum esset.* in suis.

m *Cæterum.* in dotalibus.

n *Mulieri.* contra furem & damnum dantem. est enim generale in omnibus qui ideo tenentur, quia habent actionem: vt supra, de pecu. l. quod debetur. Item cū actio. l. Aquil. detur hero: vt. §. ad. l. Aquil. l. item Mela. §. legis. apparet hic maritū, cui datur, esse dominum rei dotalis. & facit. C. de iure dot. l. de his. Item not. ex

XVIII. POMPONIVS libro sextodecimo ad Sabinum.

ETiam filios[a] mulieris qui patri hæredes extiterunt: in id quod facere possunt, condemnandos Labeo ait.

Beneficiū quod habet maritus, pdit ratione doli in fraudē mulieris in rebus propriis cōmissi, vel si in dotalibus dolū qualitercunque commisit. & quando maritus ex culpa alterius tenetur, liberatur cedendo actionem sibi contra eum competentem. h. d.

A Licet in dotalibus rebus non B solum dolū, sed & culpā, [b] maritus præstet[c]: cū tamen quæritur[d] in iudicio de dote, an facere possit, dol[9] [e] dūtaxat cōprehēditur: quia in rerū ipsius administratione nō erat ab eo culpa[f] exigenda: quanquā eū dūtaxat dolū ei nocere[g] putē, si facere nō possit, quē propter vxorē adhibuit, ne ei solidū solueret: non propter quēlibet aliū[h]. Ofilius[i] autē aiebat, si dolo mariti res dotalis interiisset, & alioquin soluēdo non esset: quāuis nihil dolo fecisset, quo minus soluēdo esset[k], perinde tamē eū damnandū eius rei dotalis nomine in qua dolū fecisset, atq; si dolo eius factū[l] esset, quo minus facere possit. cęterùm[m] si circa interitū rei dotalis dolus malus & culpa mariti absit: actiones solas, quas eo nomine quasi maritus haberet *, præstandas mulieri[n], veluti furti, vel damni iniuriæ.

Si pendente iudicio expirat ius agentis, expirat iudicium. Alexand.

XIX. VLPIANVS libro trigesimo sexto ad Sabinum.

SI mulier diuerterit, & iudicio de dote contestato re- C uersa fuerit in matrimonium: redintegrato matrimonio expirat iudicium[o], & omnia in statu pristino manent.

Si mulieri constāte matrimonio dos soluitur ex iusta causa, vel etiam maritus nomine mulieris in causas iustas expēdit, eatenus actio de dote perimitur. hoc dicit cū l. sequen. Alexand.

XX. PAVLVS libro septimo ad Sabinum.

QVamuis mulier nō in hoc accipiat constante matrimonio dotē, vt æs alienū soluat[p], aut prædia idonea emat[q], sed vt liberis ex alio viro, egētibus, aut fratrib[9], aut parētibus cōsuleret, vel vt eos ex hostib[9] redimeret: quia† iusta & honesta causa est, non videtur malè accipere: & ideo rectè ei soluitur[r]. Idque & in filiafamiliàs obseruatur[f].

XXI. VLPIANVS libro tertio Disputationum.

SEd & si ideo[t] marit[9] ex dote expendit, vt à latronibus redimeret necessarias mulieri personas, vel vt mulier vinculis vindicet de necessariis suis aliquem: reputatur ei id quod expēsum est †: [&] siue pars dotis sit, pro ea parte[u]: siue tota dos sit [expensa,] actio dotis euanescit. Et multo magis idē dicendū est si socer agat de dote, debere rationē haberi eius quod in ipsum[x] impēsum est: siue ipse maritus hoc fecit, siue filiæ vt faceret* dedit. Sed & si non pater experiretur, sed post mortē ei[9] filia sola de dote ageret, idē erit dicendū. Cū enim doli exceptio insit de dote D

Iuxta hāc sententiā M. Cic. eos vērè liberales censet, qui suis facultatibus, aut captos à prædonibus redimunt, aut æs alienum suscipiūt amicorū causa, aut in filiarum collocatiōe ad iuuant.

† *Concor. c. per vestras. de do. inter vi. & vxo. ibi, vt de parte honesti lucri dictus vir one rare possit matrimonii sustētare. Et glo. in verbo, honesti lucri. ibi, sed conuertat eā in sacietatem honestam, vel aliquod cōmercium.*

**Fl. faciat.*

p *Soluat.* quod licet: vt supra, de iure do. l. fi.

q *Emat.* & in dotem conuertat: vt & in ea. l. & l. Mutius. §. manente. & l. ita constante.

r *Soluitur.* & ideo ei postea actio denegatur: vt. infra, eo. l. si cū dotem. §. j. Accursius.

f *Obseruatur.* vt ei recte soluatur in præiudicium patris, & contingat liberatio: vt infra, eo. l. si cum dotem. §. j.

Sed & si.] Loco casus ponit quosdam alios casus in quibus ipse maritus potest expendere dotem vel partem dotis, nedū vxori dare vt expendat. Primus, si expendit causa redimendi aliquos necessarios vxoris siue consanguineos captos à latronibus, puta ab erroariis Mutinensibus: vel vt extrahat de turri Malpagorum aliquē de consanguineis. Tertius est, si expendat in patrē mulieris pauperē. in omnibus enim istis casib[9] si mulier vel pater ei[9] repetat ab eo soluto matrimonio dotē, potest habere excep. p ea parte dotis quā expēdit, cū actio de dote bonę fidei sit. Viuia.

t *Sed & si ideo.* supra loquitur cum mulier expēdit sibi solutam dotem, hic quando vir.

u *Parte.* scilicet actio dotis euanescit.

x *In ipsum.* scilicet socerum.

Bonæ fidei.

BIU Cujas

a *Bonæfidei.* nam & hoc est bonę fidei: vt. C. de rei vxo. actio. §. sed non ignoramus. ergo permittitur iudici æstimare ex bono & æquo quid debet restitui: in quo & illud cõtinetur, vt si quid inuicem actorem præstare oportet, eo compẽsato in reliquo damnetur reus: vt institu. de actio. in bonæ fidei. Item quare non ipso iure liberatur: vt supra. l. proxi? Respõ. hic nõ soluit mulieri, vt ibi.

b *Maxime.* idem ergo & si sine voluntate, si tamen ratum habeat, quia ratihabitio comparatur mandato, & retrotrahitur: vt. C. ad Macedo. l. fi. & supra, de neg. gest. l. si pupilli. §. item quæritur. & sic potest dici quòd, maxime, superabũdat. sic. C. de ma. test. l. fi. §. j. sed forte idẽ & si nõ habeat ratum: quia pro rato debet haberi: vt infrà, de tut. & ra. detra. l. j. §. sed nonnullos. & supra, de neg. gest. l. Pomponius scribit. Item not. hic specialia. aliter enim non cõtingit liberatio, imò speciem donationis obtinet solutio, id est, redditio dotis: vt C. si dos constan. matri. l. j. quandoque tamen exigitur dos constante matrimonio: vt not. supra, eod. l. ij. in prin.

† *In scriptis quibusdam exemplaribus hoc amplius legitur, nisi in fraudẽ diuertat*

te actioni, vt in cęteris bonę fidei[a] iudiciis: potest dici, vt & Celso videtur, inesse hũc sumptũ actioni de dote, maximè[b] si ex voluntate filiæ factus sit.

Si pater vel extraneus dans dotẽ stipulatur sibi soli reddi in vnum casum soluti matrimonii, censetur in alium casum mulieri donasse: ideo in illum casum solius mulieris est actio. Alex. de Imo.

XXII. IDEM libro trigesimo tertio ad Edictum.

SI cum dotẽ daret pater vel extraneus[c] pro muliere, in vnum casum pepigit, vel in diuortiũ[d], vel in mortẽ[e]: dicẽdũ est in eũ casum in quẽ non pepigit, esse mulieri[f] actionẽ[g] †.

Per solutionem factã filiæ, patris actio non tollitur: nisi ex iustis causis soluatur filiæ non perdituræ. Bartolus.

Si post solutum matrimoniũ filiafamiliàs citra patris voluntatem[h] exactam[i] cõmunẽ dotem consumat[k]: patri & viua ea & mortua actio supereſt[l], vt dos ipsi soluatur. quod ita verum est, si perdituræ soluatur. Cæterum si nõ perdituræ, & ex iustis causis[m] soluta sit, nõ supererit actio.[n] sed mortuo patre[o]: nec etiam hęredes agẽt,[p] nec mulier[q].

Si mulier debitorem inopem ignoranter accipiat animo nouandi, non perimitur actio de dote. h. d. & non est alibi, secundum Ange. & Alexand.

Si mulier soluto matrimonio egentẽ reũ dotis per nouationem decepta accipiat, nihilominꝰ actio dotis ei manebit[r].

Pater qui sine voluntate filiæ dotẽ exegit eam hæredem instituendo, vel eidem legando: intelligitur fecisse animo compensandi cum dote exacta. Alexand.

Si pater filia absente de dote patri soluat. Sed quid si maritus soluat mulieri prædictæ dotem, & ipsa non baratauit, sed dedit forte secundo marito? certe non aget amplius pater contra maritũ, nec etiam hæres patris. Viuia.

h *Voluntatem.* quæ expressa exigitur: vt. ff. de procura. l. filiusfa. §. inuitus. sed secus econtra: vt supra, eo. l. ij. §. voluntatem.

i *Exactam.* à sponte soluente. sola enim nõ agit: vt. ff. eo. l. ij. §. j.

k *Consumat.* nõ in ré patris, alias secus: vt. ff. eo. l. iij. in fi. H.

l *Supereſt.* patet ergo quòd nõ habẽtur quasi duo rei stipulandi: quia tũc filię solui posset: vt supra, de pact. l. si vnus. Azo. Sed an aget adiuncta sibi persona filiæ? Respon. sic: vt. ff. eo. l. ij. §. sed vtrũ. Vel ibi in promissione, hic in solutione facta secundum quosdã. Sed an cogetur pater iterum dotare? Argu. quòd sic. C. de do. promis. l. fi. & authẽ. de æqua. do. §. qa vero. col. viij. licet quidã cõtra.

m *Et ex iustis causis.* quæ sunt. ff. e. l. quãuis. & l. seq. & de iure do. l. mutus. §. j. Sed quid si amisit solutam iusta ex causa? videtur nõ soluta: vt arg. ff. de in rem ver. l. quòd si seruus. §. sed & si mutua. Econtra quòd sic: vt supra, de exerci. l. j. §. vnde quærit Ofilius. Sed primum verius: quia ex quo perdidit, perdituræ est solutum. at hic exigit duo, scilicet non perdituræ, & ex iusta causa. Accursius.

n *Actio.* quia quod legitime ab initio factum est &c. vt. C. de admi. tuto. l. sancimus.

o *Patre.* primo & secundo casu.

p *Agẽt.* vt. C. de rei vxo. actio l. vnica. §. & hoc ex rei. Accur.

q *Mulier.* vt supra, eo. l. ij. §. j. in fi. &. §. interim.

[*Si pater.*] *CASVS.* Pater dedit dotem pro filia quam habebat in potestate habebat. postea sol. est mat. inter eã & maritum suum. vnde actio dotis est cõmunis patris & filiæ: vt supra, eo. l. ij. §. quòd si in patris. & vnus sine alio non potest eam intentare. Pater nõ attento hoc egit cõtra maritum ad dotem absente filia sua: & ita euenit de facto quòd non satisfecit marito pater quod filia habet ratum sicut debet habere, & sicut debet facere: vt supra, eo. l. ij. in fi. postea decesit pater: & videns quòd male fecerat, instituit filiam sibi hæredem, vel dedit ei ita magnum legatum sicut erat dos quam exegerat à marito. mulier reuersa est: & vult agere contra maritum ad dotem: nunquid potest? certe non debet ei computari nec compensari in dotem illud quod pater ei reliquit. nam statim cum pater filiæ reliquit illud quod dixi, lucratus

[*Si mulier.*] *CASVS.* Solu. matr. inter virum & vxorem repetiit mulier dotem à viro. dixit maritus: Ego non habeo nunc ad manus denarios, sed ego faciam quòd talis campsor tibi eos promittet animo nouandi. & in veritate hic maritus sciebat campsorem non esse soluendo. mulier dixit, placet mihi. facta fuit nouatio prædicto modo. mulier nihil potest consequi à campsore. certe dicitur hic quòd remanet ei actio dotis contra maritum. Viuianus.

r *Manebit.* immò cõtra. ff. man. l. inter. §. abesse. Solu. hic fauore dotis, vel decepta fuit hic dolo delegantis: vt ibi dicitur. Item opponitur, quia videtur dari de dolo actio secundum H. vt. C. de transac. l. sub prętextu. sed fauore eius datur actio dotis, quia perpetua & vsuraria: vt. C. de rei vxo. act. §. cum autem. versi. exactio autẽ. quod non est in actione de dolo: vt. C. de dolo. l. fi. sed cũ sit extincta ea, quo modo intẽdit? Respõ. restitutio datur ex clausula generali: vt. ff. ex qui. cau. ma. l. j. §. fi. Vel dic, verius speciale est, vt non habeatur pro extincta: argu. ff. eo. l. j. & facit. ff. de mino. l. patri. §. pe. & ad Velle. l. quamuis. §. quoties. &. §. si cõuenerit. Itẽ quid si constan. mat. fiat huiusmodi nouatio? Respon. tunc minus valet, quia nec solui potest: vt. C. si dos constan. mat. l. j. & quia nec nata est actio secundum quosdam: quod aliis nõ placet: vt. j. de manu. l. seruum dotalem. sed dic vt not. j. de bo. dam. l. sed si alia. in fi. & facit. C de iur. & fac. igno. l. fi.

Pactum in casum mortis factũ valet.

a *Concor. tex. cũ glo. in cap. fi. de sponsa. mona. & in Clem. i. & ibi Cardi. e. tit.*

[*Si post solutum.*] *CASVS.* Pater dedit dotem pro filia quam in potestate habebat: postea solutum est matrimonium inter eã & maritum suum, & exegit filia dotẽ à marito, & eam baratauit. certe ad dotem potest agere pater contra maritum, vt dotem sibi

BIU Cujas

cratus fuit dotem quam exegerat à marito. vnde maritus à filia amplius inquietari non potest, quasi ipse maritus dederit mulieri illud quod pater reliquit eidem mulieri. Viuianus.

a *Et si.* id est, quamuis.

b *Satisdatio.* quam debuit subire: vt supra, eo.l.ij.§.fi. & de procurat.l.non solum.§.si de dote. H.

c *Tantū acceperit.* est ergo ratio, quia ex qua persona &c. vt sup. de pig.act.l.solutum.§.solutam. & infra, de reg. iur.l. ex qua persona. quod admitto si habuit vltra Falcidiam quantum est dos: vt infr. ad legem Fal.l.pater filiā. in prin. attende tamen de qua Falcidia habetur quæstio, vt ibi not. est & alia ratio secundum R. quia vbi aliud non liquet, potius soluere quàm donare patrem est verisimile: ne prestatione duplici hæredem velit onerare: vt infra, de leg.ij.cum pater.§.qui dotale. &.l. Lucius. &.l. Titia.§. qui inuita. & argu. supra, eo.l.non solum in fine. &.l.si pater. & infra, de do.præle.l.ij.§. j. &.l.pe. & infra, eo.l. dotem. & in authen. de æqua. do.§.quia vero. coll. vij. &.C. de rei vin.l.cum à matre. Sed est contra. C. de rei vxo.actio.§.sciendū. Solu. hic pater voluit eam esse contentam altero, ibi non. vel ibi vir, hic pater legauit. Item nō erat ibi exacta. Item contra. j. de lega. j. l.huiusmodi.§.qui seruum. Sol. secundum Io. hic propter legitimum patris exercitium, & virilem eius portionem: aliàs vtrūque. Vel ibi debitum cœpit esse post testamentum, hic ante.

*Flo. debeatur.

†Concor. c. ex literis. extra de pignō. ibi, cū mulieribus fauor multus in recuperādis dotib⁹ debeatur. & glo. super verb. maleficiū. circa fi. *subaudi-tur, nomine.

d *Lucróque.* prima facie alio nō attento: vt. C. communia de lega. l. j.§. & hæc disposuimus. Vel dic attento commodo domini, & sumptu litis: vt. j. de lega. iij. l. iij.§.si rem.

[*Si patri.*] *CASVS.* Quidam Romanus dedit dotem alij Romano pro filia sua quam in potestate habebat. postea fuit relegatus, & ita oportuit eū exire ciuitatem: postea fuit solu. ma. filiæ. mulier petit dotem à marito, & vult cauere quòd pater habebit ratam hanc petitionem. certe bene debet ei soluere maritus. Viuia.

e *Non liceat.* quia relegatus est: vt.ff. de capitis deminu. l. amissione.§. qui deficiunt. vel damnatus ex causa quæ ignominia afficit, & sic Romæ habitare non liceat: vt.ff. de iis qui no. infa. l. ij.§. qui ignominiæ. in fi. &. j. de re mili. l. milites.§. missionum.

f *Oportet.* nisi pater per nuncium vel per epistolam contradicat: vt supra, de procura. l. Pomponius.§. fi. secundum Azo. & H. Sed contra puto. nam ibi alterius nomine agebat coniunctus: hic suo agit filia. vnde & procuratorem ordinare potest: vt supra, de procura. l. filius.§. sed puto. & sic etiam est infra, proxi.§. nec obstat quia satisdat: quia ecōtra pater agens satisdat si filia est absens, propter communionem actionis: vt supra, eo. l. ij.§. fina.

[*Eo autem tempore.*] *CASVS.* Pater dedit pro filia dotem quam habebat in potestate. solu. matri. vult pater agere de dote contra maritum. tu scis quòd non potest hoc facere sine voluntate, & consensu filiæ: vt supra. e. l. ij.§. fina. Sed quando debet filia consentire vel contradicere? Respon. tempore quo lis contestatur. vnde si filia videns patrem dare libellum marito, non contradixit, vel expresse consentit: tempore autem litis contesta. venit coram iudice, & expresse contradicit. Disting. aut habet iustam causam contradicendi, & sic non habet pater potestatem agendi. iusta autem causa esset si pater eius ita turpis & malus est, vt iuste possit timeri ne exactam per se dotem consumat. & hoc allegabat filia coram iudice. & in eo etiam casu iudex ex officio suo facere dotem sequestrari, ita quòd nec pater eam exigat nec baratet: nec filia penitus excludit patrem à iure quod in ea dote habet. si autem non habet iustam causam contradicendi

egerit: & si[a] omissa sit de rato satisdatio[b], filiæ denegari debet actio: siue patri hæres extiterit, siue in legato tantum acceperit[c], quantum doti satis esset. & ita Iulianus pluribus locis scribit compensandum ei in dotem quod à patre datur: lucróque[d] eius cedit, si tantum ab eo consecuta sit, quantum ei dotis nomine debebatur* à marito qui patri soluit.

Propter patris absentiam necessariam potest solui mulieri cauenti patrem ratum habiturum.

¶ Si patri propter condemnationē, Romæ, vbi dos petatur, esse non liceat[e]: filiæ satis dotis† fieri oportet[f]: ita tamen, vt caueat ratā rē patrē habiturū.

Ante litem contestatem potest filia mutare voluntatem. item ex causa quandoque datur actio filiæ, & patri denegatur: vel econtra Bart.

¶ Eo autem tempore[g] consentire filiam patri oportet, quo lis contestatur. Secundū hæc, si filia[h] dicat se patri consentire, & ante litis cōtestationem mutauerit[i] voluntatem, vel etiam emancipata sit: frustra pater[k] aget. ¶ Nec nō illud quoq; ꝓbamus quod Labeo probat, nonnunquā patri denegādam actionē, si tam[l] turpis persona patris sit, vt verendū sit ne acceptā dotem cōsumat. Ideoq; officiū iudicis interponendum est, quatenus & filiæ[m] & patri cōpetēter cōsulatur. *Sed si latitet filia, ne tali patri cōsentire cogatur[n]: puto dari quidē patri actionē, sed causa cognita. Quid enim, si filia verecundè per absentiam[o] patri cōtradicat? cur non dicamus patri nō esse dandam actionem? Quòd si is pater sit, cui omnimodo cōsentire filiam decet, hoc est, vitę probatæ: filia leuis mulier, vel admodū iuuenis[p], vel nimia[q] circa maritū non merentem: dicendum est patri potius adquiescere prętorem oportere, daréque ei actionem.

*Flo. consuletur.

g *Eo autem tempore.* sic continuatur supra, eo. l. ij. dictū est quòd filia debet patri agenti de dote consentire, hic dicit quo tempore act. secundū quosdam. H.

h *Si filia.* id est, quia volūtas filiæ debet interuenire.

i *Mutauerit.* Argu. ꝙ quis potest pœnitere ante litem contesta. sic & supra, de rei vindi. l. is qui se. & de iurisdi. omnium iudi. l. si conuenerit. & infr. de verbo. obliga. l. si quis stipulatus. & hæc est ratio, quia adhuc videtur res integra[a], & re integra reuocatur mandatum: vt institu. man. §. recte. & supra, de procura. l. ante litem. & argu. in authen. de litig. §. si vero apud iudicem initium. coll. viij. & infra, iudi. sol. l. si ante. nec obstant argumen. contraria signata infra, de optio. leg. l. apud Aufidium. & de leg. j. l. huiusmodi. §. si Stichum. quia licet hic mutet voluntatem, non fit conditio viri deterior in aliquo, nec aliquod damnum ideo sentit. sed ibi secus est, vt ibi not. H. hæc enim voluntas non est illicita, vt ibi: sed nec obligatoria: aliàs secus: vt. C. de act. & obliga. l. sicut. Item quod hic dicit, accipe & si causam mutandæ voluntatis habuit: vt infra, eo. l. dotem.

Pœnitere ante litem contest. licet.

a *Concor. tex. cū glo. in c. 1. extra de libel. ob. de quo ꝙ Lanfran. de Oria. in ca. quoniā contra. §. citatiōes. extra de ꝓbatio.*

k *Pater.* ex primo consensu.

l *Si tam.* id est, valde.

m *Filiæ.* querela patris pro dote non admissa, sed eius curatori agenti copia non denegata, vel in subsidiū filiæ actione seruata: vt infra, ea. l. §. si soluto. & de tut. & cur. da. ab iis. l. his.§. nec dubitet. Azo. Alij dicunt dotem sequestrādam: vt arg. j. ea. l. §. si vero.

n *Cogatur.* nec reprobat quæ scit agi à patre. & no. quòd innuit hic eam cogendam vel datis pignoribus: vel forte satis est si non contradicat: vt. ff. eo. l. ij. §. fi.

o *Per absentiam.* non hoc ipso ꝙ est absens, scilicet vt sola absentia cōtradictionem inducat. tunc enim pater satisdando ageret: vt. ff. eo. l. ij. §. fi. sed expressim cōtradicit: quia est absens. nam si esset præsens, timens verbera forte nō cōtradiceret. Azo. Alij dicunt ꝙ per solam absentiā videbatur cōtradicere. Accursius.

p *Iuuenis.* id est, nimium credula, vt dicunt. Azo.

q *Nimia.* id est, nimis diligit maritum qui nō meruit diligi tantum. Azo. idem & si mereretur: & sic subaudi, maxime. Sed alij contra. arg. infra, de donat. l. filiusfamilias.§. j. &. C. de sacrosanc. eccle. l. iubemus.§. j.

[*Si maritus.*] *CASVS.* Pone quod mulier cōstante matrimonio cœpit furere. dicitur quòd ipsa nō potest mittere viro libellum repudij. Sed nunquid maritus potest ei furiosæ libellum mittere? Distinguitur, aut furor non est perpetuus, vel est perpetuus, sed tamen sustineri potest per illos qui morantur in domo mariti, & per maritum: & tunc non potest repudiari mulier per maritum. alias sic, id est si est in furore sæuissimo. Sed quid si est in prædicto sæuissimo furore mulier, & maritus non vult eam repudiare, sed tamen non curat de ea, immò permittit eam facere vituperium?

vituperium? tunc officio iudicis continetur vt constringat maritum mulieri præstare alimenta secundum dotis quantitatem: & vt faciat eam curari per medicos. Item & si dotem dissipat maritus, debet idem iudex eam facere sequestrari, ita quòd mulier possit inde ali. Item quid si maritus fecerat cum muliere pactũ de dote lucrãda si ipsa in matrimonio decederet? certe non videtur mortua, quamuis furere inceperit, sed debet expectari mors naturalis. & quod dixi in muliere effecta furiosa, & marito sanæ mentis, idem est econtra. Viuianus.

Furiosus non potest coniugem repudiare, nec ipse potest ex hac causa repudiari, nisi furor sit intolerabilis. Bart.

℣ Si maritus vel vxor cõstante matrimonio furere cœperint, quid faciendũ sit, tractemus.* Et illud quidem dubio procul obseruatur, eam personam quę furore detẽta est, quia sensum nõ habet, nunciũ mittere [a] non posse [b]. An autẽ illa repudiãda sit, considerandũ est. Et si quidem interuallũ furor habeat, vel perpetuus quidem morbus est, [qui]tamen [c] ferẽdus [est] [d] his, qui circa eam sunt: tũc nullo modo oportet dirimi matrimonium, sciente [e] ea persona, quæ cum compos mentis esset, ita furenti quemadmodum diximus, nunciũ miserit, culpa [f] sua nuptias esse direptas. Quid enim tam humanum est, quàm vt fortuitis [g] casibus mulieris maritum, vel vxorem viri participẽ esse [h]? ℣ Sin autẽ tantus furor est, ita ferox, ita perniciosus, vt sanitatis nulla spes supersit, [ita] circa ministros terribilis: & forsitan altera persona vel propter sæuitiam [i] furoris, vel quia liberos non habet, procreandæ sobolis cupidine tenta est, dirimere: licẽtia [k] erit compoti mẽtis personę, furenti nuncium mittere, vt nullius culpa videatur esse matrimonium dissolutũ, neque in damnum alterutra pars incidat.

Maritus cogitur vxorem furiosam alimentare, & alia necessaria impendere. & si dotem dissipat, dos sequestrabitur. Bar.

℣ Sin autẽ in sæuissimo furore muliere cõstituta, maritus dirimere quidẽ matrimonium calliditate nõ vult, spernit autem infelicitatem vxoris, & non ad eam flectitur, nullamq; ei competentem curã inferre manifestum* est, sed abutitur dote:* tunc licentiam habeat vel curator furiosæ, vel cognati [l], adire iudicẽ cõpetentẽ: quatenus necessitas imponatur marito omnẽ talẽ mulieri sustẽtationẽ sufferre, & alimẽta præstare, & medicina ei * succurrere, & nihil prætermittere quod* maritũ vxori adferre decet secundum dotis quantitatem [m].

Sin verò* dotẽ ita [eum] [n] dissipare manifestũ est, vt hominem non frugi: oportet dotem tũc sequestrari [o], † quatenus ex ea mulier cõpetens habeat solatiũ vnà cum sua familia [p]: pactis videlicet dotalibus quę inter eos ab initio nuptiarũ inita fuerint, in suo statu durãtibus, & alterius expectantibus sanitatem, aut* mortis euentũ.

Pater potest agere pro se, & pro filia furiosa, & pro ea repudium mittere. Bar.

℣ Item pater furiosę vtiliter intendere, sibi, filiæue suæ reddi dotem potest. Quanuis [q] enim furiosa nuncium mittere non possit, patrem [r] tamen eius posse certum est.

Patre furente eius curator vel filia de dote agit: idem in patre capto. Bart.

℣ Si soluto matrimonio pater furiosus sit [s], curator eius voluntate filiæ dotẽ petere poterit: aut si curatoris copia nõ sit, agere filiæ permittendum erit: caueriq́ue oportebit de rato. Item dicẽdũ* est & si ab hostibus [t] captꝰ sit pater, puellæ dãdam actionẽ de dote repetẽda.

Dos soluta marito sui iuris, vel alii de voluntate mariti contra maritum repetitur. sed si maritus erat in potestate patris, dos repetitur contra patrem insolidum, si soluta fuit patri vel marito. iussu patris. si autem sine iussu patris, tunc conuenitur pater de peculio tantum: & quando dos fuit soluta patri, filius non tenetur nisi sit hæres patris. Alexand.

℣ Trãsgrediamur [u] nũc ad hũc articulum, vt quęramus aduersus quos cõpetat de dote actio. Et aduersus ipsum maritũ competere, palam est: siue ipsi dos data sit, siue alij ex volũtate mariti [x], vel subiecto iuri eius, [y] vel non subiecto: Sed si filiusfamiliàs sit maritus, [z] & dos socero [a] data sit, aduersus socerũ agetur. Planè si filio data sit, siquidẽ iussu soceri, adhuc absolutè [b] socer tenebitur. Quòd si filio data sit nõ iussu patris: Sabinus & Cassius respõderũt nihilominus cũ patre agi oportere. videri enim ad eũ peruenisse dotẽ, penes quẽ est pecu-

Flo. Tractamus. *Flo. maxime si nulla dos est, non tenetur maritus alimenta præstare vxori. H. quod est falsum. argu. ff. de relig. & sump. fu. l. quòd si nulla. Itẽ vir iure canonico excõmunicaretur.* *Flo. dotẽ.* *Flo. medicinæ eius.* *Flo. nihil prætermittit quæ.* *Dotis sequestratio quandoque permittitur.*

a *Mittere.* ad repudiandum.
b *Non posse.* supra, de diuor. l. Iulianus.
c *Qui tamen.* scilicet furor.
d *Ferendus est.* nam
a *Ista glo. facit ad probationẽ furoris, & maxime quando nec dicit nec aliquid mali facit* proiicit lapides [a], nec aliquid mali facit stantibus secum.
e *Sciente.* id est, si hoc sciat.
f *Culpa.* amittit ergo vir donationẽ, vt vxor dotem: vt. C. de diuor. l. consensu. §. hoc nisi. &. §. virum etiam Azo.
g *Fortuitis.* vel pspedes *ad sui tutelam, nõ dicitur furiosus: vt* ꝑ ris: vt. C. de nupt. l. fi. Sed argu. contra. C. de dona. inter virũ & vxo. l. res. & facit. ff. de iis *Lud. Ro. in sing. suis, in verbo furiosus, de quo vide glo. in ca. Consaldus. 17. q. 2. & in ca. 1. distinc. 41. Läfran. ple ne i. c. quoniam cõtra falsã. §. testiũ depositiões prædicta cũ seq. extra de ꝑba.* qui sũt sui vel alie. iur. l. patre. ADDITIO. Dic quòd hoc non est delictum, sed infortuniũ. vnde allegatur ꝙ cõiunx debet esse particeps pœnæ infortunij: non pœnæ delicti secundũ Bar. post Dy. de ritu nupt. l. j.
h *Participẽ esse.* quia vnũ corpus & vna anima sunt. H. ad quod. ff. de ritu nupt. l. j.
i *Propter sæuitiam furoris.* subaudi, vult dirimere. Accur.
k *Licentia.* sic. C. de cura. furio. l. iiij. sed hodie hæc causa non numeratur inter cæteras: & sic esset damnum. C. de repu. l. consensu.
l *Cognati.* nominatiui casꝰ, nõ genitiui. Azo.
m *Secundũ dotis quantitatem.* maxime, subaudi. alioquin si nulla dos
n *Eum.* s. maritum.
o *Sequestrari.* potest hic notari casus, i quo dos repetitur cõstante matrimo. vt not. ff. eo. l. ij. in princ. Itẽ dic speciale de sequestratione. nam regulariter prohibetur: vt. C. de prohi. sequestr. pe. l. j. & alia similia not. vt ibi dixi.
p *Familia.* aliàs, filia.
q *Quamuis.* iste ver. respicit quod dixit. ff. §. si maritus. in princ.
r *Patrem.* vt & supra, de diuor. l. Iulianus.
[*Si soluto.*] CASVS. Pater dedit dotem pro filia sua in potestate constituta. & postea cœpit furere pater, vel captus fuit ab hostibus. postea solu. est mat. certe curator patris debet repetere dotem à marito volũtate filiæ: aut si pater nõ habet curatorẽ, aget filia satisfdãdo marito ꝙ pater cũ fuerit factꝰ sanæ mentis vel ab hostibus redierit, ratũ habebit. Viuianus.
s *Furiosus sit.* secꝰ quã- do pater sapit, & filia fuerit furiosa. tũc enim filiam ratam habiturã, licet caueat ea absente: vt. ff. eo. l. ij. §. fi. Azo. & facit. ff. de iniur. l. sed si vnius. §. filio. & vide. ff. eo. l. ij. §. fi. *Ab hostibus.* facit. ff. de ri. nup. l. si filius.
[*Transgrediamur.*] CASVS. Dictum est sup. l. ij. cui detur actio de dote: nũc dicitur cõ tra quẽ. & aut maritus erat sui iuris, aut in potestate patris. si erat sui iuris, vel fuit data sibi dos, siue alij pro eo: semper ipse tenetur. si autem erat in potestate patris, aut fuit data dos patri eius, aut sibi. si patri suo fuit data, ipse pater tenetur insolidum, & non filius, nisi mortuo patre sit hæres eius. si autem filio data fuit, aut iussu patris, aut nõ. si iussu patris data fuit filio, pater tenetur insolidum. si autem sine iussu patris, tenetur de peculio. Viuianus.
t *Captꝰ sit.* de ritu nupt. l. j. *Flo. non tenetur.*
u *Transgrediamur.* dixit quibus competat actio de dote, nunc contra quos.
x *Ex volũtate mariti.* quia nihil interest, mihi, vel alij soluatur volũtate mea: vt &. ff. de iure do. l. etiam si alij. &. C. de solu. l. nihil. & de pig. act. l. solutum. §. solutam. fallit. ff. de solu. l. fugitiuus. Item videor gerere quod per alium gero: vt &. ff. de admi. tu. l. ita autem. §. gessisse. fallit. C. de the sau. l. j. lib. x. versi. in alienis. & infra, de vi & & vi arma. l. cum fundum. §. quæsitum.
y *Iuri eius.* i. potestati, puta filio vel seruo.
z *Maritus.* supradicta habent locũ quãdo maritus erat sui iuris, nũc quãdo erat in potestate patris. Accursius.
a *Socero.* id est, patri viri.
b *Absolute.* distingue tamen an contemplatione eius, volens tamen illũ sibi obligare dederit, vel solũ maritũ, vel vtrũque, vt sic

vel

vel vterque vel alter tantum teneatur: vt alias ſubdiſtinguere ſolemus: vt ſupra, de nego. geſt. l. ſi pupilli. §. j.

a *Sufficit.* immò quandoque non ſufficit, puta ſi res dotales extant, vel pater in eis dolum commiſit: vt. ff. de pec. l. in bonæ fidei. Item ſi non eſt ſoluta dos quæ fuit promiſſa à muliere: quia à tota obligatione debet eam liberare ſocer: vt eo. tit. l. depoſiti. §. j.

Flo. ad id damnandum.

b *Eum.* ſcilicet patrẽ.

c *Sin autem ſocero.* id eſt, ſuo nomine tantũ, non alieno.

d *Exſtiterit hæres.* hic autẽ q̃ ſit hæres actor probat: vt. C. ſi minor ſe ab hære. abſti. l. j. & de iure delibe. l. j.

Si mulier.] CASVS. Titia dedit dotẽ Sempronio contracto cum eo matrimonio de facto, & putauit valere matrimoniũ quod non valebat, eo quòd ſuus maritus ſeruꝰ eſt Gaij: & ipſa putauit eum eſſe liberum (matrimonium autem non valet inter liberam mulierẽ & ſeruum: vt in auth. de nup. §. ſi vero decretum) poſtea illud matrimoniũ de facto exiſtens ſolutũ fuit. nunc mulier repetit dotem illius quẽ accepit in virum quaſi liber eſſet, cũ eſſet ſeruus. veniũt etiã alij creditores qui volunt agere cõtra dominum eiuſdem ſerui de pec. nunquid habebit hæc mulier priuilegium contra alios creditores ac ſi vere matrimonium fuiſſet? certe ſic. ſed ſi prædictus ſeruus aliquid domino debebat, contra dominum mulier priuilegium non habebit niſi in duobus caſibus. Primus eſt quãdo res quas dedit in quaſi dotem dicto ſeruo, extant apud dominum. Secundus eſt quando res ex pecunia quaſi dotali emptæ extant apud dominum. Sed pone quòd in eam quaſi dotem expenſum eſt aliquid vtiliter vel neceſſario per dictũ ſeruum. certe tandiu retinebit dominus dicti ſerui res in quaſi dotẽ datas, quandiu expenſæ reſtituantur. h. d. cum. l. ſeq. Viuianus.

Flo. dote

Liber homo à ſeruo difficulter naſcitur.

e *Seruus eſſet.* quia difficile poteſt naſci liber homo à ſeruo &c. vt ſupra, de contrahen. empt. l. quia. & facit ſup. de pact. l. in perſonam. §. qui pecuniam.

f *Quaſi priuilegiũ.* bene dicit quaſi: quia nullum matrimoniũ eſt vere, ſed contuberniũ: vt in auth. de nupt. §. ſi vero decretũ eſt. & §. ſi vero ab initio. &. §. hoc autem. &. §. ſi vero ipſe. coll. iiij.

g *Actionem.* nam dabitur condictio ob cauſam de peculio: vt. ff. de condic. cau. da. l. j. quia actio de dote dari non poteſt, cum non ſit dos, quæ non poteſt eſſe ſine matrimonio, ſed matrimoniũ ſic ſine dote: vt. C. de dona. ante nup. l. ſi. in prin. & ita habebit priuilegiũ inter perſonales actiones. ſed etiam tacitam hypothecã dicam eam habere etiam priuilegiatam: vt not. j. de priui. credi. l. ij. in fi. H. & facit. ff. de iure do. l. ſi ſponſa. &. C. eo. l. ſi ignorans.

h *Mulier.* vt & ſupra, de pecu. l. ex facto. H.

i *Datæ ſunt.* id eſt, exiſtunt: vt ſit tertium adiacens. ſic ponitur. j. de leg. j. l. cum res. ij. reſpon. & ſecundum hoc puncta, datæ ſunt.

k *Comparatæ ſunt.* id eſt, exiſtunt: vt modo dixi. & facit ad hoc ſupra, de donat. inter virum & vxo. l. vxor marito. & de iure dot. l. res. & infra, de admini. tuto. l. circa.

l *Quaſi & hæ* &c. & vere ſunt dotales: vt ſupra, de iure do. l. ita. ſed hoc non admitto: quia illud eſt cum tenet matrimonium, & ita eſt dos: hic non: & ideo dicit, quaſi, vt & ſupra dixit quaſi priuile. Item ſecus vbi matrimoniũ eſſet verum: quia tunc etiam in his rebus quæ non extarent, præfertur cæteris. H. vt. C. qui po. in pig. habe. l. ſi.

m *ET ſi quid impenſum eſt.* à ſeruo vel domino ad perpetuam vtilitatem rei, non fructuum gratia tantum. alioquin contra: vt ſupra, eo. l. diuortio. §. impendia.

n *Seruabitur.* quaſi loco pignoris. ſic & infra, de adquiren. poſſeſſ. l. ſi quis rem. in fin. Aliud autem eſt in vera dote, quæ ob eam

lium. Sufficit[a] autẽ ad id eum[b] damnari*, quod eſt in peculio, vel ſi quid in rem patris verſum eſt. Sin autem[c] ſocero dotem dederit: cum marito nõ poterit experiri, niſi patri hæres exſtiterit[d].

Vxor putatiua habet quaſi priuilegium in actione de peculio contra omnes, præterquam contra dominum mariti putatiui, & contra eum in rebus extantibus quæ propter impenſas potuerunt retineri. hoc dicit cum. l. ſequen. Bar.

℣ Si mulier in conditione mariti errauerit, putauerítq; eſſe liberum, cum ſeruus[e] eſſet: concedi oportet quaſi[f] priuilegiũ in bonis viri mulieri: videlicet vt ſi ſint & alij creditores, hæc præferatur circa de peculio actionem[g]: & ſi fortè domino aliquid debeat ſeruus, nõ præferatur mulier[h]: niſi in his tantum rebus quæ vel in dotẽ* datę ſunt[i], vel ex dote cõparatę[k] [ſũt,] quaſi[l] & hæ dotales ſint:

XXIII. PAVLVS libro trigeſimoſexto ad Edictum.

ET ſi quid in eam dotẽ impenſum eſt[m], nec à muliere reddatur: per doli mali exceptionem ſeruabitur.[n]

Propter mariti inopiam etiam conſtante matrimonio dos exigi poteſt: dummodo appareat facultatem viri ad dotis reſtitutionem ſufficientem non eſſe. hoc dicit. Alexan. de Imo.

XXIIII. VLPIANVS libro trigeſimo tertio ad Edictum.

SI cõſtãte matrimonio propter inopiam† mariti mulier agere volet: vnde[o] exactionem dotis initium accipere ponemus? Et conſtat exinde dotis[p] exactionem competere, ex quo euidentiſsimè apparuerit mariti[q] facultates ad dotis exactionem non ſufficere.[r]

Mortuo eo qui ad dotis reſtitutionem tenetur, & eius hæreditate iacente non poteſt ſoluto matrimonio agi de dote, niſi eius hæreditate adita. hoc dicit. Alexander.

℣ Si exhęredato marito mulier agat[ſ] [de dote,] magis eſt, vt ex die aditæ patris hæreditatis incipiat ei dotis exactio.

A cauſam non differtur ſolui: vt. C. de rei vxo. act. §. ſed nec ob impenſas. &. j. de dote præleg. l. dote. non autẽ dicas quod hic corrigatur. Itẽ nec dicitur hic quod fiat cõpẽſatio quæ de quãtitate ad ſpeciẽ locũ nõ habet: vt. ff. de pig. act. l. ſi cõuenerit. in prin.

Si conſtante.] CASVS. Titia dedit dotem Seio marito ſuo. maritus inchoat male vti ſubſtantia ſua. quæritur, vtrum conſtante etiam matrimonio mulier contra eum poſſet agere ad dotem? Et dicitur quod ſic, ſi mulier viderit eũ ita male vti, & ita male vſum circa ſubſtantiã ſuam, quod ſi ſatisfaciat aliis creditoribus, nõ poſsit ſatisfieri mulieri. Viuianus.

o *Vnde.* id eſt, à quo tempore.

p *Dotis.* & hypothecę pro dote.

†*Limitabis hãc. l. quãdo vult dicere quod dos à marito paupere repeti poſſit. & l. vbi adhuc. C. de iure do. per tex. in. l. ſi vt. C. de præſcript. xxx. is à quo. j. anno. l. cũ notiſsimi. §. vt i poſ. leg. illud. puto tamen idem ſcilicet vt in ſocero quod in marito ſeruari: quia eadẽ ratio æquitatis interuenit, ſcilicet vt mulieri pore dotis conſulatur: vt. C. ad legem Falcid. l. fina. Item non procedat ſi ab initio & tẽ dotis datæ fuiſſet mariti pauper: vt plene per Bal. in. l. alle. vbi adhuc. col. v. licet ibi Bar. diſcrepare videatur.*

q *Mariti.* quid in ſocero ſi ipſe vergat ad inopiam, & receperit dotem? Hic quidẽ vel alibi nõ exprimitur niſi de marito vergẽte ad inopiam: & aliàs generaliter prohibetur agi cõſtante matrimonio: vt. C. de præſcript. xxx. anno. l. cũ notiſsimi. §. illud. puto tamen idem in ſocero quod in marito ſeruari: quia eadẽ ratio æquitatis interuenit, ſcilicet vt mulieri conſulatur: vt. C. ad legem Falcid. l. fina. Item quid ſi maritus & ſocer tenentur, & alter tantum ad inopiam vergat? Reſpon. ſecundum has leges non poſſe agi conſtante matrimonio: quia vtriuſque vel alterius bona ſufficiunt, & ideo non agitur: vt hic: ſed hodie agetur, quia negari non poteſt cœpiſſe male geri res pro dote adſtricta. Item quid ſi non mulier, ſed pater eius velit agere? Reſpon. idem: cum & ipſe teneatur eam denuo dotare: vt. C. de rei vxo. act. l. j. & authen. ſed quanuis. Item quid ſi extraneus dedit pro muliere, & eſt ſibi pactus? Videtur pactus in caſum ſoluti matrimonij tantum: vt ſup. de iure do. l. poſt diuortium. Item iam non eſſet vnde alerentur ipſa & vir & filij, quod eſt quando ei redditur: vt. C. de iure do. l. vbi. in fin. petet ergo mulier quaſi in hunc caſum non ſit pactus: vt. C. de rei vxo. actio. §. accedit. Item nec eſt hic caſus reddendæ dotis omnino, cum adhuc ſeruiat oneribus matrimonij. Item quid ſi alius recepit dotem, & ſe obligauit, quod fieri poteſt: vt. C. de do. cau. l. fi. Reſp. idem: quia eadem æquitas.

B

C

D

r *Non ſufficere.* vt creditoribus & mulieri ſatisfiat: ſatisfieri tamen mulieri poteſt: aliàs ſi demum cum nil haberet, debet agi, nullum eſſet legis conſilium. & ſic nõ obſtat. C. de iure do. l. vbi. vbi plene poterat ſatisfieri. hodie vero mox cum incipit male vti: vt in authen. de æquali. do. §. illud. coll. viij. Item dic facultates, id eſt bona. ſic ſupra, de iure do. l. ſiue generalis. vt tamen cum temperamento, quaſi facilitas: vt inſtitu. de actio. §. item ſi de dote. & adde quod not. C. de iure do. l. vbi.

ſ *Agat.* pro dote quam ſocer recepit. Et dic caſum quòd mulier dedit dotem ſocero: qui poſtea conſtante matrimonio obiit filio exhæredato aliis hæredibus inſtitutis: ante tamen quam adiretur hæreditas, ſolutum eſt matrimoniũ. quæritur, an mulier poſſit agere contra hæredes ſoceri pro dote? Et dic quod non: ſed demum adita hæreditate incipit agere poſſe. nec ergo cõtra eam currit præſcriptio: vt. C. de præſcript. xxx. an. l. cum notiſsimi. §. illud. & de ann. except. l. j. in fine. contra maritum autem non poteſt agere: quia non fuit ei dos data, nec ſucceſsit ei cui fuit data, licet adhuc conſtante matrimonio poſſet filius eam petere actio. familiæ erciſcun. directa, ſi eſt hæres cum aliis, aliàs vtili: vt infra, de dote præleg. l. ij. §. ſi tamen hic dotem. Sunt enim quædam quæ filios ſequuntur mortuo patre, etiam ſi hæredes non ſint: vt ſupra, familiæ erciſcun. l. ſi maritus. &. l. ſi filia. §. j. ſed Ro. dicit hunc. §. loqui cum adhuc conſtabat matrimonium, & propter inopiam mariti volebat mulier dotem repetere: quod

BIU Cujas

non placet, quia aut maritus receperat dotem: & tunc quare diceret aliquid de adita hæreditate? aut socer: & tunc propter inopiam mariti nec plus, neč minus. quando autem nascitur actio de dote, hic nó dicitur: sed dixi, infra, de bonis damnatorum. l.v. in fine. & facit infra, de dote prælega. l.ij.§.per contrarium. &.§. idem Iulianus. & plenius. C. de iure do. l. in rebus. §. omnis autem. Accursius.

Si per maritum non satisdatur cum posset, statim insolidum condemnatur. sed si non posset satisdare, interusuriũ medii temporis incontinenti deducetur: nec mulier poterit voluntatem mutare. Alexan.

Quotiens.] CASVS. Mulier dedit dotẽ marito, & promisit ei maritus, quod si solueretur matrimonium inter eos, quod tempore diuortij daret mulieri fideiussorẽ de dote restituenda. solutum est postea matrimo. petit mulier fideiussorem: maritus non potest ei dare. certe debet ei cõdemnari maritus vt incontinenti restituat ei dotem: sed tamen in tanto minus debet condemnari, quantũ posset capere commodum quod habuisset ex dote maritus si satisdedisset, & dotem nó statim restituisset: ex quo primo anno (vt iura dicunt) deberet fieri restitutio rerum mobiliũ: vt. C. de rei vxo. actio. l. vnica. §. exactio. Sed quid si maritus non vult satisdare cum posset? certe debet condemnari insolidum incontinenti, nec prædictum commodum deducit. Sed quid si sententia fuit lata contra maritum vt restituat incontinenti deducto dicto commodo, quia dare fideiussorem non potuit, & vult soluere incontinenti sicut condẽmnatus est: mulier autem dicit: ego volo expectare annũ potius quàm remittam tibi istud cõmodum? certe nó est audienda. & hæc vera sunt siue dos erat periculo mariti, siue non: id est, siue fuit data æstimata, siue non. Viuianus.

a *De solutione.* facienda insolidum si ad meliorem fortunam peruenerit: vt. C. de rei vxo. actio. l. vnica. §. cum autem. in fin. secundum quosdam. quod non placet: quia huic casui non potest litera adaptari: quia ibi non est certum tempus: & quia commodum medij temporis tunc æstimari non potest. dic ergo de solutione facienda annua bima trima die. Vel dic hodie intra annum in rebus mobilibus: vt. C. de rei vxo. actio. l. j. §. exactio. & sic dices tempus certum statutum à lege. Vel dic pacto contrahentium: vt supra, de pact. do. l. de die. &. l. Atilicinus. & hæc est ratio quod satisdetur, quia iudicium est bonæ fidei: vt instit. de actio. §. fuerat. &. C. de rei vxo. actio. l. j. §. sed & si non ignoramus. & sic præstanda: vt supra, de iudi. l. in omnibus. Item contra hoc. C. ne fideiusso. do. den. l. j. &. ij. Sed hic soluto matrimonio: ibi constante.

b *Mela ait.* quod infra corrigitur secundum R. per illud, quod quidem &c. sed hoc falsum est omnino: quia sic non puniretur contumacia, cum vtrobique fieret deductio, quod est falsum: vt infra, de colla. bono. l. j. §. si cum duobus.

c *Absoluat.* ab obseruatione iudicij.

d *Condemnet.* quando scilicet satisdare non potest.

e *Vsurpatur.* id est, in vsu habetur: vt infra, de vsucap. l. ij. & tũc magis ponitur comparatiuè, non electiuè: quia frequentius contingit satisdationem ex inopia non præstari, quam ex malicia eam denegari: & ideo dicit magis H.

f *Nec ferenda.* quia non tantum gratia mulieris, sed etiam viri est introductum, scilicet vt repræsentetur pecunia, & fiat deductio præsente & volente marito. pro quo est. ĩ. de lega. ij. si ita relictum. §. pegasus. & de verbo. obliga. eum qui kalendis. §. quoties. Vel dic verius hic loqui cum iam erat lata sententia contra maritum, & facta deductio volente muliere. non ergo potest mutare volũtatem: vt hic, &. ĩ. eo. l. si cum dotem. §. eo tẽpore: & infra, de verbo. obliga. si quis ita stipulatus. paret ex predictis q᷑ aut satisdatur aut differtur solutio dotis, aut non satisdatur cum possit: & condemnatur statim insolidum: aut non potest, & fit condemnatio & deductio: in quo est contra. supra, manda. l. si tibi mandauero. ij. respon. Solu. Speciale in dote. vel dic vt ibi. Item facit. C. de præci. impe. offe. l. vniuersa. Sed argu. contra. C. qui bo. cedere poss. l. fina. [*ADDITIO.*] Solue istud contrarium secundum quod dixi supra, ibi, vel dic verius &c. secundum Barto.

riculo dos fuit: nihilominus legitimo h tempore debet soluere maritus.

l *Creuisse.* Sicut enim erat deminuta ipso iure: vt supra, proxi. ita econtra crescit: & idem dici potest vbi corpus tantum, si dicamus quòd decrescit, secundum opinionem Scæuolæ: vt. ē. de iur. dotium. l. si is. §. fi. & facit. ē. de pecu. l. peculium. §. si ære. & de dona. inter virum & vxo. l. cum hic. §. si nurus socero. Et est hic ar. ad feudum. nam vbi feudum quod habeo, est auitum [a], transit ad fratres meos me mortuo sine filio. si vero mihi concessum, redit ad dominum. Sed pone quòd commisi feloniam, & amisi feudum auitum: dominus remisit mihi feloniam: non videtur

a Repudiata paterna hereditate repudianti

ff. Infort.

A de nouo datum: & sic transibit ad fratres meos tanquam auitum, non quarū non de nouo mihi concessum: non autem reuertitur ad dominum de nouo, secundum H. Item si solus fundus est in dotem, & tamen est impensum quanti est: sicut dicitur minui, sic & crescere restitutis impensis. sed vbi minus, nec decrescit. ergo nec crescit: vt patet ex his quæ diximus supra, ea. l. Acursius.

non quarū. de hoc Bald. cum multis not. aliis. ī. l. qui se patris. 9. col. C. vnde libe. Ange.

m *Cōdictioni.* Indebiti quasi plus debito solutum sit: vt &. j. de cō dic. inde. l. qui exceptionem. §. si pars. nec ob. in eo. ti. l. ex quib[9]. quia hic etiam petitionem habet vir per act. mandati vel neg. gest. vt. ē. tit. j. l. diuortio. §. impendia. &. C. de rei vxo. ac. l. j. §. sed nec ob impensas. & facit. j. ti. j. l. si cum dos. & supra, de condic. inde. l. qui inuicem. & de cōpen. l. si ambo. ibi, si quis igitur.

in authē. de nup. §. si vero colla. 4.

n *Plerique.* iurisconsulti, cum dicāt quòd non datur condi. inde.

o *Fecerit.* & deteriorem esse non sinunt: vt infra, de verbo. signifi. l. impensæ.

**Flo. soluēret*

p *Veluti si nouelletum.* id est, nouā terrā fecerit: vt suprà, de peti. hære. l. vtiles. Vel, id est, terram præcisam: vt infra, de verbo. signifi. sylua. §. noualis. Vel, id est, nouam plantationē vineæ vel oliueti: vt supra, de fun. do. l. vir in fundo. Accursius.

q *Pistrinum.* supra, eo. l. j. §. inter. contra. Sol. vt ibi.

**relinquēda. Flo.*

r *Tabernam.* Tabernæ appellatio declarat omne vtile ad habitādum: non quod ex tabulis clauditur. & expone: vt infra, de verbo. signifi. l. tabernæ.

Taberna appellatio quid contineat.

s *Voluptariæ.* aliàs, voluntariæ.

t *Exornant.* subau. dumtaxat, non autē fructum augent. & da exempla. j. de verb. signifi. l. impensæ. §. fi.

u *Quarum.* scilicet omnium impensarum illæ quæ vtiles sunt, non quidem &c. quod faciunt necessariæ: vt. ē. eo. l. quod dicitur. Vel dic, quarum scilicet voluptariarum illæ quæ sunt vtiles &c. quædam enim voluptariæ vtiles sunt: vt. j. eo. l. quòd si.

x *Exactionem habent.* per act. man. vel neg. gest. vt. C. de rei vxo. ac. §. sed nec. &. ē. titu. j. l. diuortio. §. impendia. & intellige secundum quod in. l. proxi. dices.

y *Vtilium. Deductionem.* id est, retentionem. sed hodie cessat, & cōpetit rei vxoriæ actio: vt. C. de rei vxo. actio. §. sed nec. Vel dic deductionem, id est, exactionem.

b *Not. tamē expēsas nondum factas. sed fiēdas non posse taxari, sinegulariter not. Bal. in mar. versi. expēsæ. & post eū Inno. in. c. cū venisset. de eo qui mittit in possess.*

z *Si voluntate.* C. de rei vxo. act. §. sed nec. contra. Sol. quod hic dicitur, est secundum naturam actionis rei vxo. vt ibi dicit. hodie enim aliud est vt ibi, Vel refert, potest aliunde soluere mulier cōmode, & tunc quod ibi: aliàs non, vt hic subiicit. aliàs enim non essent vtiles. Si autem quando fecit vir, illa erat soluendo, nunc non: quid erit? Respō. satis est: quia sufficit vtiliter esse cœptū: vt. ē. de nego. gest. l. sed an vltro. §. j. & facit. ē. de rei vin. l. in fundo. & de pigne. act. l. si seruos. & de noxa. act. l. si seruus. §. j. & infra, de verb. signifi. l. impensæ. Accursius.

PRo voluptariis.] CASVS. Profuturū est ei. i. ad eius cōmodū, non aliàs: quia non est indulgendum &c. vt supra, de rei vin. l. in fundo. Sed arg. contra supra, de iure do. l. cum in fundo. §. di-

uortio autem.in fi.§.& facit.C.de rei vxo. ac.l.j.§.sed nec.& de rei vin.l.domũ.&.ẽ.de peti.hære.l.vtiles.& de in rẽ vers.l.iiij.§. sed si mutua. *ADDITIO.* Dic q̃ in illis iurib⁹ cõtra ex detractione vsusfructus potest vtilitas percipi: vt.ẽ.tit.j.l. vsufructu. hic ex detractione impensarum voluptariarum nõ, secundũ Dy.

Itẽ petit tibi quod suũ est, ideo sibi restituitur: secundũ Bart.hic.

a *Quod si. Impensæ.* scilicet voluptarię.& facit.ẽ. de rei vĩ.l. nisi venalẽ. &.l.in fundo. in fi. H.

† *Alc.li.1. prætermissorũ in hũc locũ, pmercales (inquit) res interpretatus est Angel⁹ Politianus esse res simpliciter venales. quæ sentẽtia vulgo reprobatur, quoniã nõ generaliter.venale significat, sed qđ̃ prater suos vsus venale pater familiãs habet, alioquĩ hic apud iurisconsultum omnes impensæ vtiles. aliquã rem fuissent factæ natura sua vẽdibilem.qđ̃ non pbo.placet ita q̃ Bapti stæ Pii sentẽtia.c. anno.poster. 49.*

b *Non voluptariæ.* ẽ. de in rẽ verso.l.iiij. §. sed si mutua.&.§. nec non illud.cõtra. Solu. hic speciale inter cõiuges: vt.C.de rei vxo.actio.l.j.§. sed nec. hic tamen fit deductio: vt ẽ.eo.l.pro voluptariis. Accursius.

c *IN voluptariis. Inhibitam esse.* vnde si velit marit⁹ donare impensas vxori vtiles vel necessarias quas repetere poterat,non valet donatio: vt hic, & supra,de dona.inter vir. & vxor.l.si is.§.j. &.l. sed si vir.§.fi.Fallit tamen quãdoq; : vt in.d. ll.& in.l.id quod.§. si quis serui. & in duab⁹ legibus seq.H.

d *Omnino & in ædificãdis..*ſ.de nouo. & dic, &, pro, id est,& quod subiicit,reponẽdis,id est, reficiẽdis.Accursius.

e *Modicas.* scilicet vsque ad duos aureos: vt ẽ.de dolo.l.si oleũ.§.fi. &.l.seq.Vel dic verius arbitrio iudicis: vt.ẽ.commo.l.in rebus.§.possunt.& de vsufruct. l.hactenus.& argu.j.de iure delibe.l.j.§.j.aliàs dicitur modica, quæ non excedit vires dotis : vt in annuo donato à viro vxori: vt supra,de dona. inter vir.& vxor.l.ex annuo.in princip.Sed ad id quod dicitur impensam in ædificando modicam non repeti, est contra,supra,de do.inter vir.& vxor.l.sed si mors.§. fina.quæ est contra.Solu.ibi magna.Item quod hic innuit donatum ad reædificandum repeti,si non est modicum,est contra, supra,de do. inter vir.& vxor.l. quòd si vir.Sed potest dici quòd ibi fuit modica.Vel forte aliud dicit.l.ista : scilicet quòd si vir in res vxoris modicam facit impensam, videatur donare : maxime in dotalibus negotiis : vt hic dicit: & sic cesset repetitio.Sed si est magna impensa, non præsumatur : & ita competit ad repetendum neg. gest.actio.& probatur hoc aperte.ẽ.de do. inter. vir.& vxor.l.vtrum.& infra,eo.l.quod dicitur.in fi.

Iudiciũ dotis an viro pro expẽsis factis in re dotali competat.

f *Arbiter.* id est,iudex.sic.C.de postu.l.quisquis.

g *Alioquin.* id est,si magna sit impensa,neg.gest. actione repetatur.Vel alioquin,id est,si dicamus modicam impensam repeti, iam non intererit inter actionem neg. gest. in qua etiam modica repetuntur:& iudicium dotis,in quo nõ repetuntur modica. Sed quo modo posset adaptari iudicium dotis ad impensas: cum illud iudicium contra virum,non autem viro detur? Respon.loquitur de impensa facta ab vxore in re viri. quod non placet vt illa repetatur iudicio dotis. Alij,vt R.q̃ est actio de dote directa & cõtraria,quæ contraria hic datur.sed de hac contraria non memini me inuenisse.nec etiam potest dici quòd cõpetat ex stipulatu pro expensis.Dic ergo iudicium dotis competere viro pro expensis, id est,deductionem ex dote. nam aget vxor iudicio dotis : dicet vir, volo deducere hoc iudicio.dicet vxor, non potes, sed agas neg.gest.Et no.quòd quidam dicunt quòd hæc deductio pro expensa non modica habuit locum tempore huius.l.sed hodie contra: vt.C.de rei vxo.ac.l.j.§.sed nec.Sed Hu.dicit etiam secundũ hæc tempora non habere locum, sed antiquiori tempore sic. &

x. PAVLVS libro trigesimosexto ad Edictum.

QVòd si hæ res in quibus impensę[a] factæ sunt, promercales[f] fuerint:tales impensæ non voluptarię[b], sed vtiles sunt.

xi. VLPIANVS libro trigesimo sexto ad Sabinum.

IN voluptariis autem Aristo scribit,nec si voluntate mulieris factæ sunt,exactionẽ parere. Donationem inter virum & vxorem circa impensas quoque inhibitam[esse c] verè Sabinus scribit.

In actione de dote de impensa modica nõ curatur. secus in actione neg gest.Bar.

xii. PAVLVS libro septimo ad Sabinum.

OMnino & in ædificãdis[d] ædibus, & in reponẽdis, propagandísque vineis, & in valetudine mancipiorum modicas[e] impensas non debet arbiter[f] curare: alioquin[g] negotiorum gestorum potius quàm de dote iudicium videbitur.

Qui percipit fructus, debet tributa & collectas soluere.Bartolus.

xiii. IDEM libro septimo Breuium.

NEque[h] stipẽdium, neque tributum ob dotalẽ fundum præstita, exigere vir à muliere potest. onus enim fructuũ hæc impendia sunt.

xiiii. VLPIANVS libro quinto Regularum.

IMpensæ[i] † necessariæ sunt, quibus nõ factis dos minuitur[k]: veluti aggeres facere, flumina auertere, ædificia vetera fulcire, itemque* reficere, arbores in locũ mortuarũ reponere. Vtiles[l] sunt veluti pecora prędiis imponere,id est,stercorare. Voluptuosæ sunt,balinea exstruere[m].

Impensæ necessariæ minuunt dotem, si in dote sunt factæ ad perpetuam vtilitatẽ. secus si causa quærendorum fructuũ,vel ad temporalem rei custodiam.hoc dicit cum.l. sequen.Bartolus.

xv. NERATIVS libro secundo Membranarum.

QVod dicitur,impẽsas quę in res dotales necessariò factæ sunt, dotẽ deminuere[n]: ita interpretandũ est, vt si quid extra tutelã[o] necessariã in res dotales impẽsũ est, id non* in ea causa sit.Nã tueri[p] res dotales vir suo sumptu debet:alioquin tã cibaria dotalibus mãcipiis data, q̃* quæuis modica ædificiorum dotalium

h *Neque stipendium.* Stipendium & tributũ idẽ est : licet ex diuersis causis dicantur:vt.j. de verb.signi.l.ager.§. j.& facit.C. sine censu vel re.l.j.&.l.h.&.j.de vsufru.le.l.quero.&.ẽ. de vsufruc.l.hactenus. Accursius. *Stipendium & tributum an differãt. †Conser.cõ prin.huc.l.*

IMpensæ.] *CASVS.* Hęc.l.dicit quę sunt necessariæ impensę,& de eis ponit exemplum:& quę voluptariæ, & ponit exemplum.Viuianus. *c.pe.cũ.gl. fi. extra de eo quod mi. in pos. cau sa vel fer. *Vulg. reficere.*

i *Impensæ.* facit.j. de verb. signi.l.impensæ. Et no.ex hoc quòd hic dicitur, &.ẽ.eo.l. & in totum.quòd necessaria impensa dicitur duobus modis : vt ibi not.

k *Minuitur* id est,deperit in totũ, vel in partem: vt in.d.l. impẽsæ.

l *Vtiles.* de his dic vt &.ẽ.eo.l.vtilem.

m *Balinea exstruere.* scilicet cũ pro illis nullus reditus recipiatur.

Impensæ. necessaria duobus modis dicitur.

QVod dicitur.] *CASVS.* Hæc lex vult determinare illud quod dictũ est.ẽ. eo.l.j.iij.respon. vbi dictũ est quòd necessarię impẽsæ minuunt dotem, sicut & determinauit in aliqua alia.l.ẽ.eo.quod dicitur.& dicit quod si aliquid impensum est per maritũ extra tutelam necessariã rerũ dotalium,& non ad perpetuã earum vtilitatẽ: illa impẽsa non minuit dotem:puta quia dotalibus mancipiis dedit alimenta,vel fecit adaptari parietẽ in domo dotali,vt nix nó veniret:& fecit aptari agrum dotalẽ.quamuis enim ista & similia necessaria fiant, tamen non pertinent ad perpetuã vtilitatem rerum dotaliũ, ideo dotem non minuunt,& res dotales earum fructibus dictas impensas reficiunt marito,id est,compensantur cũ fructibus.nam multo magis videris tu marite percepisse ex his prædiis dotalibus,deductis dictis impensis, ex perceptione per te facta fructuum ex prædiis dotalibus,quia debent deduci : multo magis dico quàm videaris in dictas res dotales impendisse tantum , vt ita repetas expensas prædictas,vel in dotem compenses,& lucreris fructus: quod esse non debet.& vt generaliter dicam, ego non possum tibi definire quæ sunt illę expensæ quæ dotem possunt minuere,sed iudex debet æstimare ex genere expensarum:vt si sunt necessariæ, minuãt dotem:aliàs non.Item ex magnitudine necessariarum expensarũ: quia si sunt modicæ,non minuent dotem: vt supra,ea.l.omnino. aliàs sic:vt supra.l.j.iij.respon.&.l.quod dicitur.& in primis debet dictus iudex inspicere antequam inspiciat genus vel quantitatem expensarum, vtrum sint factæ expensæ gratia quærendorum fructuum.& si ideo sunt factæ:non audiat maritum repetentem,vel in dotem compensare volentem. Si autẽ non gratia fructuum quærendorum sunt factæ,tunc inspiciat genus & quantitatem.hoc dicit cum.l.sequen.Viuianus. *Vulg. & quæuis.*

n *Deminuere.* vt.&.ẽ.eo.l.quod dicitur.cum concor.

o *Extra tutelam.* id est,perpetuam rei vtilitatem: vt supra,eo.l. iij.§.nos generaliter.

p *Tueri.* ad tempus saltem, sicut fructuarius : vt supra, de vsufruct.l.hactenus.&.l.sed & si quid.§.j.& possessor quilibet: vt.ẽ. ad exhi.l.sed & si hæreditas.§.j.& de rei vin.l.si res.& supra,commo.l.in rebus.§.possunt.

Refectio.

BIU Cujas

refectio [a], & agrorum quoque cultura, dotē minuent [b]. Omnia enim hæc in specie necessariarum impensarum sunt. Sed ipsæ res [c] ita præstare intelligūtur [d], vt nō tam impendisse [e] * in eas, quàm deducto [f] eo minus ex his ꝓcepisse videaris [g].

Quæ autē impēdia secundū eā distinctionē ex dote deduci debeant, nō tā facilè in vniuersum [h] definiri, quàm per singula ex genere [i] & magnitudine [k] impendiorū æstimari possunt.

XVI. IDEM libro sexto Membranarum.

ET ante omnia, quæcūque impensæ quęrendorū fructuum causa factæ [l] erunt (quāquam eædē etiā colendi [m] causa fiant, ideoq; nō solū ad percipiendos [n] fructus, sed etiam ad conseruandam [o] ipsam rem, speciēq; eius, necessariæ sint:) eas vir ex suo facit [p], nec vllā [q] habet eo nomine ex dote deductionem.

DE ACTIONE RERUM amotarum.

TITVLVS II.

Licet vxor constante matrimonio furtū faciat, furti non tenetur, sed actione rerum amotarum diuortio facto conuenitur: nisi post diuortium contrectauerit. Barto.

I. PAVLVS libro septimo ad Sabinum.

RErum amotarum [r] iudiciū [s] singulare introductum est aduersus eā quæ vxor fuit [t]: quia non placuit cū ea furti agere posse: quibusdam existimantibus, ne quidem furtū eam facere, vt Nerua [&] Cassio [u], quia societas vitæ [x] quodammodo dominam eam faceret: † aliis [y], vt Sabino & Proculo, furtum quidem eam facere, sicuti filia patri faciat: sed furti non esse actionem, [z] constituto [a] iure. † in qua sententia & Iulianus rectissimè est:

II. GAIVS libro ad Edictum Prætoris titulo de re iudicata.

NAm in honorem matrimonij turpis actio aduersus vxorem [b] negatur. †

III. PAVLVS libro septimo ad Sabinum.

ET ideo si post diuortium eadem res cōtrectat, etiā furti tenebitur. [c]

Ex persona alterius inter virum & vxorem datur condictio furtiua. Bartolus.

Item si seruus eius furtum fecerit, furti cum ea agere possumus [d]. Sed & cum vxore furti agere possibile est, si ei cui hæredes simus, furtum fecit, vel nobis [e], antequam nuberet: tamen propter reuerentiam personarum, in vtroque [f] casu furtiuam tantū contra extraneo cui vir fiat hæres: vbi videtur habere locum actio furti. sed fauore matrimonij condict. fur. datur: vt subiicit.

Et ideo.] CASVS huius. l. plan⁹ est vsq; ad. §. si filia. [SI FILIA FAMILIAS.] Filia mea in mea potestate cōstituta viro suo aliquas res amouit. Certe ego pater teneor marito actione re. amo. de peculio filiæ meæ. ipsa autē neq; furti, neq; re. amo. tenetur. in casu tamen teneor insolidū: puta si agā contra generum meū sol. ma. & repeto ab eo dotē quā ei dedi pro filia mea. ego di co adiuncta filiæ persona, id est, nomine meo, & filiæ meæ, cū mihi & ei sit actio de dote cōmunis: vt. §. titu. ij. l. ij. §. quòd si in patris. nam tunc cū agā nomine filiæ, teneor eā insolidū defendere in actione rerū amo. & defendēdo satisdare. sed si mortua sit filia, nullo modo teneor nomine filiæ: sed teneor meo nomine inquātum locupletior sum factus ex rebus amotis per filiā meā. locupletior autē videor esse factus, etsi dolo feci quo min⁹ ad me peuenirēt res amotæ. Itē & si viua est filia, nihilomin⁹ teneor meo nomine ꝓpter illa quæ ad me pnenerūt. & hoc vsq; ad. l. cōtra. Viuia.

a *Refectio.* scilicet facta vt tutius habitetur.
b *Minuent.* quod est falsum: vt. §. eo. omnino.
c *Sed ipsæ res.* scilicet dotales.
d *Intelliguntur.* scilicet tales impensas.
e *Impendisse.* aliàs, impendas, id est, impendere videaris.
f *Deducto eo.* scilicet quod impensum est: vt & supra, co. l. iij. §. nos generaliter. & l. neque stipendiū. & §. de peti. here. l. si à patre. §. fi. & supra, tit. j. l. fructus. & l. diuortio. §. ípédia. & j. de vsufr. le. l. quæro.
g *Videaris.* quia fit cō pensatio cū fructibus.
h *In vniuersum.* quia omnis definitio in iure periculosa est: vt infra, de regu. iur. l. omnis. & supra, de vsur. l. mora. cum similibus.
i *Ex genere.* id est, ex causa & qualitate: scilicet vtrum ad perpetuam rei vtilitatem, vel ad fructū ꝓsentis anni: vt supra, eo. l. iij. §. nos generaliter.
k *Et magnitudine.* id est, quantitate: vt. §. eo. l. omnino. & sic ex his, id est, qualitate & quātitate impensarū potest colligi propositum impendentis, an velit repetere, vel non: vt. j. de aur. & arg. leg. l. Seia. in fi. & supra, de dona. inter virum & vxo. l. vtrum. & seq. l. cōtinuatur cum ista.
l *Et ante. Facta erūt.* hic accipe, eas vir &c. quod est infra.
m *Colēdi causa.* §. perpetuo per cōsequētiā.
n *Percipiendos.* fructꝰ ꝓsentis anni.
o *Conseruandam.* diutius. Accursius.
p *Facit.* id est, facere debet.
q *Nec vllam.* sic ergo ex mente impendentis iudicatur necessaria, & minuit dotem ipso iure: aliàs non, & cum fructibus compē satur: vt. §. l. proxi. in fi. & facit. §. fami. erciscū. l. fundus qui dotis. & not. §. l. proxi. ibi, deducto eo &c. cum concor.

DE ACTIONE RERVM AMOTARVM.

Quia in soluendis matrimoniis per diuortium fiunt amotiones rerum, ideo de his dicit. Vel, quia repetitioni dotis de qua dixit supra, de iur. do. opponitur compensatio ob res amotas, vt. C. eo. l. 1. ideo de hoc dicit.

Rerum.] CASVS. Titia mea vxor existens, amouit mihi quasdam res, cogitans à me separari: postea solutum est matrimonium inter me & eam. nunquid possum contra eam agere furti actione? Et dicitur quòd non, immo agam actione rerum amo. quamuis enim fecerit mihi furtum, non tamen obligatur mihi furti. & istud contingit propter honorem præteriti matrimonij. quia ergo non est nata actio furti, vt dictum est: bene potest adhuc nasci si mulier dictas res contrectet sol. matri. Sed si seruus vxoris meæ mihi furtum fecerit: certe habebo contra vxorem noxalem furti actionem nomine serui, & non suo. Quid si vxor mea fecit furtum ei cui hæres sum? Certe furti mihi obligata est. sed in honorem matrimonij nó agam contra eā nisi condictione furtiua. Et idem est si mihi fecit furtum antequā mihi nuberet. Iteꝫ quid si non extant res quas mihi amouit constāte matrimonio, causa diuortij, puta quia eas comedit vel aliter consumpsit mulier? Certe nihilominus locū habet hæc actio. Viuia.

r *Rerum amotarum.* amoueri dicuntur large, si celatæ, delatæ, consumptæ, & contractæ sunt doloſę, non errando: vt infra, eo. l. & ideo. §. item verum. &. j. de acqui. hære. l. si seruum quis. §. amouisse. &. §. amouere.

s *Iudicium.* id est, actio [a]. sic. C. de transact. l. age. Alij aliter dicunt: vt instit. qui. non est permis. fa. te. §. præterea. Accursius.
t *Vxor fuit.* alioquin secus: vt infra, eo. l. si concubina. in prin. Item not: quæ est infra, eo. l. reus quidem. Sed contra. C. de fur. l. fina. §. fi. Sol. vt ibi.
u *Nerua & Cassio.* scilicet existimantibus.
x *Societas vitæ.* scilicet diuinæ & humanę. C. de cri. expi. hære. l. aduersus. &. C. de fur. quamuis. & supra, de ritu nup. l. j. & facit infra, ad muni. l. fi. §. ij. & supra, de iudi. l. exigere. & infra, de cri. expi. hære. l. vxor.
y *Aliis.* subaudi, existimantibus.
z *Non esse actionem.* † *Huc pertinent quæ scribit Plutarchus in præceptis cōnubialibus, ꝓcepto. 20.*
a *Constituto.* id est, aperto: vt insti. de obliga. quæ ex delicto nas. §. ij. qui. & ifra, de fur. l. serui & filij. Sed an condic. fur. teneatur vxor viro, quærit Ioan. & nó soluit. sed videtur quòd nó: vt infra, l. proxi. & infra, de obseq. l. honori. &. l. parens. Sed argu. contra, infra, eo. l. & ideo. §. j. &. l. rerum quidé. Accursius. *ADDITIO.* Dic quòd ibi in. l. & ideo. sunt casus speciales secundum Bart. hic ad. l. autem rerum quidem. respōde vt per Barto. ibidem.
b *Nam in honorem. Vxorem.* amoué tem. secus ergo si desiit esse vxor cum amouet, vel cum seruus eius amouet, vel ipsa āte cō iugium, vel ipsa postea
† *Huc pertinent quæ scribit Plutarchus in præceptis cōnubialibus, ꝓcepto. 20.*
† *Quid ius constitutū, vide Alc. libr. 7. Paverg. ca. 26*
† *Vnde & veteribꝰ placuit, vt si quid iurgii inter virum & vxorem interceſſiſſet, id nō apud iudices, sed priuatī inter se ipsimet inicē locuti dirimerēt. Valer. Maxi. lib. 2. ca. 1.*
c *Tenebitur.* sicut quilibet extraneus. & hoc ideo, quia ab initio nó fuit nata actio furti: vt infra, de fur. l. ei qui. Iteꝫ not. hic quòd causa cessante non cessat effectus: cum facto diuortio, nisi cōtrectet, non detur actio furti. sic & infra, de quæstio. l. vnius. §. seruus. & infra, de decu. l. fina. & facit quod not. infra, de vsuca. l. sequitur. §. si rem pignori. &. C. de noxa. l. j. & supra, de noxali. l. j. & supra, de mino. l. verum.
Causa cessante nō cessat effectus.
d *Agere possumus.* contra. j. eo. l. si mulier. §. j. Sol. vt ibi. Accur.
e *Vel nobis.* fecit ipsa furtum. H.
f *In vtroque casu.* id est, in secundo & tertio & quarto respon. non autem in primo: licet quidam contra etiam ad primum referant: ne obsit infra, eo. l. si mulier. Item quod dicit dari condic.

BIU Cujas

fur. dicunt, id est, rerum amotarum: quæ & condictio appellatur: vt. ï. eo. l. rerum amotarum: quod non placet: quia illa non datur constante matrimonio: vt. C. eo. l. ij. quod esset opus in his tribus responsis. Item non datur nisi causa diuortij sit amotum, & diuortium sit secutum: vt infra, eo. l. rerum amo. Vel cum vxor de vita viri desperasset: vt. ï. eo. si mulier. quæ non sunt hic. dicas ergo dari condict. fur. & sunt speciales casus. Nec obstat ad id quod notatur in. l. j. in fi. & facit. ï. de solu. l. cũ quis. §. j. & infra, de fur. l. si quis vxori. in princi. & s̈. de iis qui not. infa. l. seruus. Accursius.

a *Contineri.* facit. ï. e. l. si concubina. §. j. & infra, de acquir. hęre. l. si seruum. §. amouisse. &. §. amouere.

b *Amouerit.* diuortij causa.

c *Dandam actionem.* scilicet rerum amo. vel condictionẽ. nam non est proprium nomẽ actionis de peculio: vt s̈. de pecu. l. iij. §. cui congruit. Et dic in patrem, id est, inquantũ ad eum peruenit, vel locupletatum est peculium: vt supra, de pecu. l. iij. §. ex causa. & de condict. furt. l. iiij. & infra, eo. l. viua quoq;. & idem in omni maleficio: vt infra, de vi & vi arma. l. j. §. familiæ. licet noxaliter ex eis agi consueuerit: vt supra, de iis qui deiect. vel effu. l. j. §. cum seruus. & sic intelligitur, supra, de condict. fur. l. penul. *ADDITIO.* Dic quòd istud est verum in seruo: sed in filio delinquente cessat actio noxalis, secundũ Bart. hic.

d *Displicuit.* scilicet dicit: licet sit verum: vt infra, eo. l. penul. & facit. ï. eod. l. contra nurum. §. ij. Accursius.

e *Dari actionem.* scilicet rerum amo. vel condict. fur. vt. s̈. de condict. fur. l. ex causa furtiua. & d. l. iij. de pecu. §. ex causa.

f *Insolidum.* videtur ex delicto filię patrem grauari: & sic est cõtra in auth. de nup. §. est quoq;. col. iiij. &. s̈. de diuor. l. si filia. &. s̈. titu. ij. si filiafa. Sed ibi in fraudem patris delinquebat filia: hic in alterius scilicet viri. vel hoc ideo, quia ex persona eius agit: vnde insolidum defendit. Et ita quædam retinendo habemus solida, quæ non agendo. sic supra, si cer. pet. l. cum fundus. §. seruũ. & de compẽ. l. si cum filio. & de ædil. edict. l. si seruus. & facit supra, de procur. l seruum. §. æquum. Et not. quòd dicit, cum satisdatione, quia nemo &c. vt. s̈. de procur. l. non videtur. & supra, qui satisda. cogan. l. si filiusfamilias.

g *Locupletior sit.* dic vt supra, proxi. §.

h *Dolóve. Peruenisset.* ad hoc. s̈. de hæredi. vel act. vendi. l. ij. §. non tantum. &. §. feciſſe. Accursius.

i *Viua. Peruenit.*] dic vt not. supra, eodem. l. & ideo. §. penulti.

Contra.] *CASVS.* Si nurus mea, id est, vxor filij mei in mea potestate constituta amoueat aliquid causa diuortij: ego socer bene possum contra eam agere. [*QVOTIES.*] Titia dedit doté filio meo, & nó mihi. & postea surripuit ré dotalé. certe ego dictionem competere, non etiam furti actionem, dicimus.

Hæc actio datur etiam pro rebus consumptis. Bartolus.

¶ Item verum est, quod Ofili[a] ait, etiam eas res quas diuortij tempore mulier comederit, vẽdiderit, donauerit, qualibet ratione consumpserit, rerum amotarum iudicio contineri[a].

Filia amouens tenetur insolidum, & pater de peculio: & pater adiũcta filia dotem repetens, ipsam tenetur defendere insolidũ ea viua: sed ea mortua tenetur ad id quod ad eum peruenit. hoc dicit.

¶ Si filiafamiliàs res amouerit, [b] Mela [&] Fulcinius aiunt de peculio dandam actionẽ[c]: quia displicuit[d] eam furti obligari, vel in ipsam ob res amotas dari[e] actionem. Sed si pater adiuncta filia de dote agat: nó aliter ei dandã actionẽ, quàm si filiam rerum amotarum iudicio insolidum[f], & cũ satisdatione defendat. Sed mortua filia, in patrem rerũ amotarũ actionẽ dari non oportere Proculus ait, nisi quatenus ex ea re pater locupletior sit[g]:

IIII. POMPONIVS libro sexto decimo ad Sabinum.

DOlóve malo fecerit, quò minus ad eũ ꝑueniret.[h] *

V. PAPINIANVS libro vndecimo Quæstionum.

VIua quoque filia, quod ad patrẽ ex rebus amotis peruenit[i], vtili iudicio petẽdũ est.

VI PAVLVS libro septimo ad Sabinum.

COntra nurum[k] quoque socero hoc iudicium dandũ Atilicinus & Fulcinius aiunt.

Pro rebus quæ spectant ad virum, non competit socero hæc actio. Bartolus.

¶ Quotiẽs filiofamiliàs dos data est, socerum ob res[l] diuortij causa amotas furti[m] agere non posse.

Hæc actio datur contra virum etiam si fuerit filiusfamiliàs, & in patrem de peculio. Bartolus.

¶ Item cùm rerũ amotarũ etiã in virũ[n] datur iudiciũ: si filiusfamiliàs maritus sit: vtrũ de peculio[o], an in ipsũ[p] actio[q] dari debeat: eadẽ repetemus quæ de filiafamiliàs diximus[r].

Hæc actio datur contra hæredẽ, & trãsit ad hæredes. item hæres viri potest condicere res amotas eo mortuo: licet iacente hæreditate non fiat furtum. Bartolus.

¶ Si post diuortiũ maritus decesserit: hæres eius rerum amotarum iudicio vti potest[s]. Itẽ hæres mulieris ex hac causa tenebitur: sicut[t] cõdictionis nomine ex causa furtiua. ¶ Sed si morte mariti solutum sit matrimonium: hæres mariti hæreditatis petitione[u], vel ad exhibendum actione, eas consequi poterit. Aristo & condici ei[x] posse rectè putat: quia exiiusta causa apud eã essent. ¶ Quòd si mortuo viro amouerit, nõ fecit furtũ: quia rei hæreditariæ[y] nondũ possessæ nõ fit furtum: ideoque aut vindicari poterũt, aut in hęreditatis petitionem[z] venient.

Si maritus & vxor inuicẽ agunt rerũ amotarũ actione, poterunt cõpensare. Bar.

VII. VLPIANVS libro trigesimo sexto ad Sabinum.

MVlier[a] habebit rerum amotarum actionem ad-

* *Flo. peruenerit.*

A

B

C

D

non possum agere cõtra eã actione furti, vel re. amo. cũ ad me nõ spectent res amotæ. [*ITEM CVM.*] Si maritus existens in sui patris potestate, amoueat res vxori: pater tenetur de peculio. [*SI POST.*] Vxor mea mihi constante ma. surripuit quasdam res: & postea secutũ est diuortium: & ego decessi. certe hæres meus habebet contra eã actioné: & si ipsa decedat, hęres suus tenetur. Sed si ego decessi ante diuortiũ, & sic nó habeo actionem rerũ amo. vt. ï. eo. rerum. nec hæres meus habebit: sed habebit cõtra eã hære. pe. vel act. ad exhibendum: sicut si ipsa amoueat post mortem meã, & ante aditã hære. meam per hæredes meos, cui tenetur actione rerum amo. cũ non cõmittatur furtũ iacente hæreditate.

k *Contra nurum.* vt. ï. e. l. nihil. §. j. sed infra, proxi. §. est contra. Solu. vt. ibi.

l *Ob res.* datas in dotem. Azo.

m *Furti.* nec rerum amotarum: cum ad socerum res amotæ nó spectent: vel non tenetur pro eis. & idem in qualibet alia re amota quę ad patrem nó spectat, si auté ad socerũ spectat, furti agere potest socer si filius erat emãcipatus. alioquin non furti, sed rerum amotarum: vt. ï. eo. l. nihil. §. vxor. & in hac. l. in prí. & infra, proxi. §. H.

n *Etiam in virum.* vt ï. e. l. proxi. &. C. e. l. ij.

o *De peculio.* in patrẽ.

p *In ipsum.* scilicet filium, & insolidum.

q *Actio.* rerũ amotarũ.

r *Diximus.* s̈. e. l. & ideo. §. penul. &. §. fi.

s *Potest.* vt. &. ï. e. l. si mulier. §. hæc actio. & facit. ï. e. l. si ꝓpter. §. fi.

t *Sicut.* non omnino sicut. hæres enim furis tenetur etiam si nihil ad hæredem peruenerit: vt instit. de ob. quæ ex delic. §. fi. Sed hic non nisi inquantum peruenit: vt. C. eod. l. fi. & facit supra. eod. l. & ideo. §. fi. &. l. viua. Item non intelligas dari hoc casu condictionem ex persona defunctæ: vt not. supra, eo. l. j. in fi. item facit infra, eo. l. penul.

u *Hæreditatis petitione.* vt. &. ï. eo. l. si propter. §. fi. &. C. eod. l. fi.

x *Ei.* scilicet mulieri. id est, ab ea. & facit. ï. eo. l. rerum.

y *Rei hæreditariæ.* vt &. j. si quis testa. li. l. j. §. Scæuola. nisi in casu: vt. ï. de fur. l. hæreditariæ. &. ll. sequẽ. & dic hic rem hęreditariam ante aditam hæreditatem[a], & ante apprehẽsam possessionem: vt subiicit, quæ hæreditas, quia subit vicé defuncti: vt instit. de hæredi. institu. §. seruus alienus. cui vxor debuit reuerentiã, eandem debeat ipsi hæreditati: sed ea adita & fiet furtũ, & aget hęres furti: vt argu. s̈. eod. l. & ideo. & facit. ï. de crimi. expi. hæredi. l. ij. &. l. vxor. &. C. de fur. l. quamuis. & de crimi. expila. hære. l. aduersus. &. s̈. de nego. gest. l. hæres. Accursius.

z *Petitionem.* non actionem rerum amotarum.

Mvlier.] *CASVS.* Si vir amouit res suas vxori, bene tenetur hac actione: & si vterque eorum surripiat alteri, compensabunt adinuicem: vt. s̈. tit. ij. l. viro atque vxore.

a *Mulier.* sic &. C. eo. l. j. & facit. s̈. titu. ij. l. rei iudicatæ. §. j. &. l. viro. &. C. de compen. l. neq;. &. ï. eo. l. Marcellus. Accur. Floren.

a Vbi enim hæres possideret, non adiuuisset eam hæreditatem. vide Bar. de Cast. in l. licet. C. de iure delib. Cy. ibidem vtitur hac ratione.

Si cum

BIU Cujas

Si cum dos.] CASVS. Mulier amouit res mariti. postea solu. A ma.egit mulier de dote, & eam cõsecuta est.nunquid amplius poterit maritus agere act. re. amo? & dicitur quod sic. [SABINVS.] Vxor amouit res viri, & solu.ma.eas non vult restituere. certe dabitur marito contra eam iuramentum in litem, etiam si mulier velit ei dare iustam æstimationem dictarum rerum, ipse autem nolit nisi res. & in isto casu iurat maritus in litem contra vxorẽ: sicq; datur marito quãtitas quam iurauit, & remanet res amota apud mulierem: & maritus non tenetur mulieri cauere de euictione dictę rei: quia propter contumaciam mulieris res apud eam remansit. hoc dicit cum duabus.ll.seq. Vivian[o].

*Flo. sit, *Flo. detur.*

a *Nihilominus.* poterat enim excipere, vel compensare: vt.C.eo. l.j.quod cum nõ fecerit, videbatur sibi præiudicasse: vt. C. ad. l. Falc.authen.sed cũ testator.§.item si hæres. vel videbatur posse repetere vt indebitũ: vt supra,tit.j.l.quod dicitur.§.si dos.quod falsũ est: vt hic dicitur. & facit.ff.de cõpen.l.si ambo. & supra, de nego. gest.l. sed an vltro. in prin. &.ff.cõmoda.l.in cõmodato. §.j. &.l. in rebus.§.fin. Accursius.

b *Actio.* rerum amotarum.

c *Quanti in litem.* sortitur ergo hęc actio naturã arbitrariarũ actionum, licet non connumeretur inter eas: vt institu.de act.§.prꝛterea.

Flo. amouerunt:

d *Non enim &c.* Cõcor.ff. de in litẽ iuran.l.si tutor. & sup. solu.ma.l.si filiofami.j. §.j.& supra,de rei vin. l.nec quasi. Sed cõtra. C. de in litem dan. tu. l.an tibi. Solu. ibi habebat rem venalẽ. Item contra supra,de do.inter virum & vxorem.l.si donatæ. Sed ibi causam habet possidens à vindicante, hic non.

e *Suo.* scilicet, iusto vel proprio.

f *Ideoque. Pro euictione.* vt &.ff. de rei vin.l. & ex diuerso.§.petitor. & de condic.fur.l.si seruus.§.cauere. Sed contra supra, de dona.inter virum & vxorem.l.si donatæ. Sol.vt supra.l.proxi. dixi. ADDITIO. Dic quod ibi possidens habebat causam à vindicante secundum glos. & Dy. in.c.pro possessore. de regu. iur.lib.vj.& secundum Bar.in.l.litis.infra,pro empt.& in.l.depositi.de re iudi.

Marcellus.] CASVS. Siue vxor expellat maritum de domo, & res amoueat viri: siue maritus expellat vxorem de domo, & amoueat res vxoris: tenentur. [QVI RERVM.] Egi actione re.amo. contra vxorem quondã meam, & volo probare quod ipsa amouerat: & non possum nisi per sacramentum suum. certe me iurante quod non deferatur ei sacramentum animo calumniandi, ipsa tenetur iurare quod non amouerit, aut res mihi restituere.& quod dixi in vxore, haber locum in viro amouente res vxoris. Sed nunquid pater, vel hæres illius qui dicitur amouisse, tenetur iurare? certe non. Sed quid si ille qui dicitur amouisse, referat sacramentum deferenti? certe non auditur. Item

ff. Insort.

virum: & cõpensare potest mulier cum actione qua maritus agere vult ob res amotas.

Qui soluit quod debet, non prohibetur petere quod sibi debetur. Bart.

VIII. POMPONIVS libro sextodecimo ad Sabinum.

SI cũ dos solueretur mulieri, aut satis doti fieret, dictũ non esset actum iri rerum amotarum: nihilominus [a] agi potest. Nã & cùm dos nulla est,* B eadem actio [b] datur.*

In actione hac contra non restituentem iuratur in litem: & soluenti æstimationem non cauetur de euictione. Bartolus.

Sabinus ait, si mulier res quas amouerit, non reddat: æstimari debere quanti in litem [c] vir iurasset.

IX. PAVLVS libro trigesimo septimo ad Edictum.

NOn enim [d] æquum est, inuitum suo [e] pretio res suas vendere.

X. POMPONIVS libro sexto decimo ad Sabinum.

IDeóq; nec debere eum pro euictione [f] promittere, quod ex contumacia mulieris id ita acciderit.

Tam viro quam vxori competit hæc actio. Bartolus.

XI. VLPIANVS libro trigesimotertio ad Edictum.

MArcellus libro octauo Digestorum scribit, Siue vir vxorem, siue vxor virum domo expulit, & res amouerit: g* rerum amotarum teneri.

Conuento hac actione potest deferri iusiurandum, nisi alieno nomine conueniatur: & is cui defertur, non potest referre, hoc dicit cum duabus.ll seq. Bartolus.

Qui rerum amotarum instituit actionẽ: si velit magis iusquid si ego qui agebam rerum amotarum pro parte rerum, volo pro alia parte sacramentum ei qui amouisse dicitur, deferre? nunquid possum? & dicitur quod sic. & hoc vsque ad.l.nihil interest. Viuianus.

g *Res amouerit.* causa diuortij: & secutum est diuortium: vt infra, eod.l.rerum.& facit.j.eo.l.si mulier.

h *Iurare.* nisi patronus à liberta conuentus: vt supra, de iure iuran.l.si patronus libertam.

i *De calumnia.* hoc nisi sit patronus: cui remittitur, & etiam parenti: vt supra,de iure iuran.l.iusiurandum.§. hoc iusiurandum.

†Cõcor.glos. in.c. bonæ memoriæ. super verbo, naturã. in prin. extra. de elec.

k *De alieno facto.* sic supra, de in li. iuran.l. videamus. §.j. & facit. C.de iureiuran.l.delata. & supra, de iuris & fac.igno.l.ij.&.iij. Sed contra. C. de adulte.l. in adulterij.&. C.de fica.l.fin. Sed ibi vt testis. Item ex hoc quod hic dicit, not. hoc esse iuramentũ veritatis.sic sup.de iureiurã.l.quoties.&.l.iusiurãdũ & ad pecunias.§.j.Accursi[o].

l *Nec hæres.* cum multũ discrepet &c. vt.C. de rebus credi.l.pe. in princi.

m *Permisisse.* scilicet relationem: vt infr.eo. l.idẽ Labeo. & est speciale odio delinquentis. Et ideo idem in omnibus delictis: vt & infra.l.proxima. & idem vbicunque lex defert: vt not.C.de rebus credi.l.delata. aliàs regulariter potest referri: vt sup. de iureiur. l.iusiurandũ & ad pecunias. §.datur. &.C.de rebus credit. l. delata. vbi de hoc notatur. ADDITIO. Pro declaratione istius glo.dic secundum Pet. de bella pertica quod ideo non est loc[o] relatiõi aliàs, quia delictũ de quo quæritur, non cadit in scientiam eius cui refertur, sicut in scientiã eius cui ab initio defertur: sed quando æqualiter caderet in scientiam vtriusq;, vt cũ aliquis verberatur ab aliquo, tũc est locus relationi: vt dicta.l.delata.&.l.lex Cornelia.§.hac lege.secũdũ Bar.hic.

*Hal.edit. flo

IVRARE autẽ tam vir quàm vxor cogetur, pater autem amouentis iurare non cogitur: cùm iniquum sit, de alieno facto [k] alium iurare.† Is ergo cogitur iurare, qui amouisse dicitur: & idcirco nec hæres [l] eius, qui quæúe amouisse dicetur, iurare cogetur. Si quis delatum sibi iusiurandum referre velit: non videtur prætor[id]permisisse. [m]

XII. PAVLVS libro septimo Breuium.

NOn magis quam si quis ei qui furti agat, iusiurandũ deferat, [n] an ipse fur sit.

XIII. VLPIANVS libro trigesimo tertio ad Edictum.

IDeo Labeo scribit, [o] mulieri non esse permittendum referre [p] iusiurandum. & ita edictum* ordinatum videtur.

Circa diuersas res admittitur variatio. Bartolus.

XIIII. PAVLVS libro octauodecimo ad Edictum.

DE rebus amotis permittendum[est]marito vel vxori de quibusdam rebus iusiurandum deferre: de quibusdam probare. [q]

In hac actione non curatur, an simul habitauerint coniuges. Bartolus.

XV. VLPIANVS libro trigesimo quarto ad Edictum.

NIhil interest vtrum simul an separatim [r] habitauerunt: cum actio rerum amotarum cõpetat etiã aduersus eam

n *Non magis. Deferat.* i. referat.

o *Ideo Labeo scribit.* vt.ff.eo.l.Marcellus.in fin.&.l.seq.

p *Referre.* sicut nec ab initio deferre, secundum quosdam: quia de alieno facto. vt sup.eo.l.Marcellus.§.penul.

q *De rebus. Probare.* Inconstantia vel variatio hic admittitur. quod dic supra, de procu.l.in causæ.

Inconstantia vel variatio quãdoq; admittitur.

Nihil interest.] CASVS. Siue habitem in eadem domo cum vxore mea, siue non, & ipsa res meas mihi amoueat, tenetur. [VXOR.] Si habeo filium meum in potestate, & vxor eius mihi aliquid surripiat: non ago contra eam actione furti, sed rerum amota. Si autem sit emancipatus à me filius meus, bene possum agere furti contra vxorem suam. Et quod dixi in vxore filij, idem est in vxore nepotis & pronepotis. Viuianus.

r *An separatim.* quod quandoque faciunt nobiles: & ideo non minus est matrimonium: vt supra, de donat. inter virum & vxo. l.cum hic status.§.si mulier & maritus.& facit. C.de dona.inter virum & vxorem.l.res.& de repu.l.j.

a *Non simul.* ergo ipsa sola: sed superiori casu subtraxit ex ea quam vir solus inhabitabat.
b *Vxor.* facit sup.eo.l.j.in fi. &.l.contra nurum.§.j.& de dona. inter virum & vxo.l.iij.§.ab vxoris.&.§.fina.

Dfiscum.] CASVS. Vxor mea mihi surripuit res meas constante matrimonio. & postea ex aliquo meo delicto bona mea publicata sunt. certe sicut interim poterã conuenire vxorem, ita eam conueniet fiscus.

*Flo. habitauit.

b *Deuolutis.* puta viro damnato in metallum, & ita solu. matrimo. vt.ẽ. de diuor.l.j.& eius solutiõis gratia res viri amouit vxor. at viro deportato non soluitur matrimoniũ, nisi vxor velit esse solutũ: vt.C.de diuor.l.j.

c *Conuenitur.* sic enim fisco vt hæredi mariti tenetur, vel vt ipsi viro, cui non tenetur ad pœnam: vt.C.eod.l.ij. habetur enim vt hęres: vt.C.de senten.pas.l.si ademptis. & ad.l. Iuliã de vi publi. vel priuatorum.

d *Quãuis alii.* habeas alij, pluralis numeri: & non habeas, cõdemnẽtur: sed dic, cõdemnentur. & dic, alij subtrahentes de rebus ad fiscum pertinentibus vel fisco delatis, vel fraudẽ cõtra fiscum cõmittentes: vt.C.de naturalib⁹ liberis.l.j.in fi. &.j. ad le. Iuliam pecu.l.sacrilegij.in fine.&.j.de iure fisci.l.aufertur. in fine.& est ratio: quia hic non erant fiscales, immo priuatę tempore amotionis. Azo. vel habeas secundum M. alij, vel aliis: extraneo, vel extraneis: & sic datiuus singularis numeri vel pluralis: & habeas condemnetur, scilicet mulier pro furto manifesto vel rapina quã fecerat eis, non viro vel fisco. nam quadruplum est pœna furti manifesti, vel rapinæ. Sed omnino melius est legere condemnetur, quàm condemnentur.

quæ ex ea domo subtraxit, in qua non simul [a] cum viro habitabat.*

Contra coniugem eius quam quis habet in potestate, non datur actio furti: secus si emancipata fuerit. h.d. Bartolus.

¶ Vxor[b], & nurus, & pronurus, viro & socero, & pro socero, furtum facere possunt. furti autem non tenentur, nisi fortè emancipatus sit filius: tunc enim nurus patri eius & furtum facit, & furti tenetur.

Hæc lex legitur pluribus modis tam in primo quam in secundo responso. Primo loquitur in viro damnato in metallum: cuius occasione si vxor amouit, certe tenetur fisco actione rerum amotarum in simplum. quod nota: quia secundum hoc est casus quod hæc actio locum habet si quis amoueat propter spem matrimonii soluendi aliter quam per diuortium. Secundo modo potest legi quod mulier amoueat causa diuortii: postea maritus fuit damnatus in metallum, vel deportatus: & mulier diuertit. non enim per deportationem soluitur, nisi diuortium sequatur: vt.l.i.C.de diuor. Bar.

XVI. HERMOGENIANVS libro secundo iuris Epitomarum.

AD fiscum mariti bonis deuolutis [c], vxor rerũ amotarum nomine in simplum cõuenitur: [d] quamuis [e] alij in quadruplum condemnentur.

Inter eos inter quos non fuit matrimonium vere, nõ habet locum hæc actio. Bart.

XVII. VLPIANVS libro trigesimo ad Edictum.

SI concubina res amouerit: hoc iure vtimur, vt furti teneatur. [Et] consequenter dicemus, vbicunque cessat matrimoniũ: vt puta in ea quæ tutori suo nupsit, [f] vel contra [g] mandata conuenit, vel si cubi alibi [h] cessat matrimoniũ, cessare rerũ amotarũ actionẽ: quia eam non peruenerint. & quod dixi in re mihi commodata, idem est in ea quam bona fide emi ego maritus.

f *Nupsit.* sic.C.de interdi.ma.l.si patris.
g *Contra mandata.* sic.C.de nupt.l.& si contra.
h *Alibi.* vt supra, de ritu nup.l.lex Iulia.

Si concubina.] CASVS. Si concubina mea mihi res meas amoueat, vel illa cum qua non est mihi matrimonium de iure, licet sit forte de facto, bene habeo contra eam actionem furti, & non rerum amo. quia act. rerum amo. competit causa diuortij facta amotione. diuortium autem hic non potuit esse, cum non fuerit matrimonium. sed & si mulier non cogitabat adhuc de diuortio cum mihi surripuit, licet cum fiebat diuortium inter me & eam, dictas res celauit: nihilominus tenetur act. rerum amo. [NON SOLVM.] Siue extant res quas mihi amouit vxor mea, siue non: semper habeo act. rerum amo. & etiam condictionem furtiuam. [QVAE VIRO.] Mihi accommodauit Titius Codicem siue Digestum, & vxor mea mihi surripuit. certe possum agere contra eam act. rerum amo. & Titius qui mihi commodauit, habet contra eam condictionem furti. Sed si vnus nostrum agat contra eam: alter non poterit agere. Sed pone quod vxor mea non surripuit mihi suis manibus res meas, vel alienas mihi commodatas: sed introduxit fures qui surripuerunt. certe nihilominus tenetur: quamuis res amotæ per dictos fures ad

competit diuortij causa.[i]

Causa diuortii potest amoueri tunc cum fit diuortium, vel etiam ante si postea celetur. Bartolus.

¶ Res amotas dicimus non solũ eas, quas mulier amouit cũ diuortij consilium inisset: sed etiã eas quas nupta [k] amouerit, si cũ discederet, eas celauerit.[l]

Hæc actio competit pro rebus extantibus & peremptis. Bart.

¶ Nõ solùm eas res, quę exstãt, in rerum amotarũ iudiciũ venire Iulianus ait: verũetiam eas quę in rerum natura esse desierunt. [m] Simili modo etiã certi [n] condici eas posse ait. ¶ Quæ viro suo res pignori datas [o] amouerit: P hoc iudicio [rerum amotarum] tenebitur.

XVIII. PAVLVS libro sexto Quæstionum.

SEd & domino condictio [q] cõpetet: sed alterutri [r] agere permittendum est.

Amouere dicitur qui dolo causam dat, vt alius amoueat. Bart.

XIX. VLPIANVS libro trigesimoquarto ad Edictum.

SEd & si diuortij tẽpore fures in domum mariti induxerit, [s] & per eos res amouerit [t], ita vt ipsa non contrectauerit: rerum amotarũ iudicio tenebitur. Verum est itaque, quod Labeo scripsit, vxorem rerum amotarum teneri, etiã si ad eam res nõ peruenerint. [u]*

Hæc actio competit coniugi pro re à se bona fide possessa. Bart.

XX. MARCELLVS libro septimo Digestorum.

SI rem, quã maritus bona fide emerat, vxor amouit, vel opem furi tulit, [x] ídque fecit diuortij [y] causa: rerum amotarũ

i *Diuortii causa.* nullum autem est diuortium, cum nullũ sit matrimonium: & sic nota quod inter istos qui cõtra fas conueniunt, honor nõ debetur in omnib⁹, licet liberalitas & impudicitia inter eosdem ad instar matrimonij prohibeatur: vt sup. de do. inter vi. & vxo. l.hæc oratio. §. j. &.l. cum hic status. §. fi. &. j. ad leg. Iul. de adul. l. si vxor. §. j.
k *Nupta.* nondum cogitans de diuortio.
l *Celauerit.* datur enim hæc actio ex secunda cõtrectatione, cum ex prima deficiat. sic infr. de fur. l. serui & filij. in prin. vt no. sup. eo. l. iij. in princi. H. & facit. ẽ. eo. l. iij. §. item verum. Accursius.
m *Desierunt.* sic in cõdictione furtiua: vt. j. de fur. l. inter omnes. in prin. cui hęc simílis est: vt infra, eo. l. rerum. in fin. Accursius.
n *Certi.* scilicet generalis, quæ concurrit cũ cõdi. fur. & hac actiõe: vt. ẽ. si cer. peta. l. certi cõdictio. in prin. &. §. sed ex causa furtiua.
o *Datas.* ab aliquib⁹. Accursius.
p *Amouerit.* causa diuortij: & secutũ est diuortiũ: vt & infr. eo. l. rerum quidem. Alij dixerunt etiam constante matrimonio hoc casu dari rerum amotarum: vt. C. de fur. l. fi. §. fina. quod non placet. nec illud eo modo intelligimus: vt ibi no.
q *Sed & domino condictio.* scilicet furtiua & actio furti. argu. infra. eo. l. si vxor. H.
r *Sed alterutri.* id est, ipse vir prius, si soluendo est: aliàs dominus aget: vt. C. de furt. l. fin. in fin. sed certe ibi loquitur de act. fur. & hoc idem & eodem modo dicam de act. fur. & de act. rerum amotarum. Vel forte nec tunc, quia ibi loquitur cum constabat adhuc matrimoniũ, hic eo soluto. Item hic condictio furtiua & actio rerum amotarum, cum sint rei persecutoriæ, tolluntur adinuicem: vt. C. de fur. l. ancillæ. & sup. de condi. fur. l. si profure. §. j. & facit supra. eo. l. si rem.
s *Sed & si. Induxerit.* scilicet mulier.
t *Amouerit.* id est ipsi amouerint eius ope & consilio. alioquin si nec ipsi nec ipsa amouisset, secus esset: vt ar. infra, de furtis. l. si quis vxori. & seq. §. neque verbo. vt. l. si is qui rem. §. si tu Titium.
u *Non peruenerint.* secus est in condic. furti. vt infra, de furt. l. vulgaris. in fi. & l. seq. & supra, de condic. furti. l. ex causa furtiua. &.l.seq. & ibi no. plene. & facit infra, eo. titu. l. si mulier. §. fi. H.
x *Si rem. Opem furi tulit.* secus in condic. furti. vt nota. suprà. l. proxi.
y *Diuortii causa.* aliàs secus: vt infra, eo. l. rerum. nisi in casu: vt infra. l. proxi. si mulier. in prin. Accursius.

Si cum

*Flo. peruenerit.

SI cum mulier.] *CASVS.* Vxor de vita viri desperans, diuertit ab eo surreptis ei quibusdam rebus: postea vir liberatus est ab illa infirmitate. certe habet contra eam vtilem rerum amota. act. non autem directam: quia nó fecit causa diuortij mulier furtum. [*SISERVVS.*] Seruus vxoris meæ siue dotalis siue nó surripuit mihi quasdam res iussu dominæ suæ, cum iniisset consilium diuertendi: certe tenetur mulier rerũ amotarum actione secus si nó fecit iussu dominæ: quia tũc distinguitur vtrũ mulier sciuit eũ esse furem, cum eum mulier dedit mihi in dotem: & sarciet mihi totum damnum conuenta à me act. furti serui. Si autem ignorauerit mulier eum esse furem, tunc tenetur furti noxali. [*RERVM AMOTARVM.*] Vxor mea amouit mihi res quas mihi dederat in dotẽ. postea solutum est ma. inter me & eã. & sic ipsa habuit repetitionem dotis si non surripuisset dotem. vnde videtur quòd maritus non possit ab ea repetere res dotales quas ipsa amouit: quia & si nó surripuisset, eas posset repetere. Dicitur tamẽ hic qđ potest: quia interim patitur dãnum maritus eo quod fructꝰ non habet ex rebus dotalibus per eam surreptis: & non solum lucri, sed etiam damni habetur ratio. [*HAEC ACTIO.*] Actio rerum amotarum cõtinet rerum persecutionem, quãuis nascatur propter delictum surripientis. & ideo non finitur anno sicut & condictio furtiua. Item non solum marito, sed etiam hæredi eius cõpetit: & si mulier non est soluendo conuenta re. amota. insolidum condemnatur. & idem est in viro surripiẽte. & litera dicit rationem bonam.

†*Facit. ff. q 3. ca. qui resistit. & Cell. lib. 2. Noct. Att. cap. 7.*

a *Vtilis.* nó directa: quia hic nó fuit diuortium, quod esset opus: vt. j. eo. l. rerum. vel ideo, quia mors fuit causa amotionis, non diuortiũ: licet & illud interceſſerit. nã dicitur, diuertisset. videbatur autem nulla danda, cum mors præbuerit causam diuortio, & per consequens amotioni: quia causa cessante cessaret actio. sed certe diuortium remanet, quod causa proxima potest dici.

b *Facienti.* scilicet mulieri.

c *Non faciat.* immo videtur: vt. j. de fur. l. si quis vxori. in princ. & l. qui seruo. §. idem Pomponius. & ſ. eo. l. iij. §. j. quæ sunt contra. Sol. hic non fecit seruus dolo, quia obediens, vel quia dominæ rem credens. & ita nec ipsa per eum, & sic non fert opem ei: quod non est ibi: & sic fecit dolum: vnde tenetur domina vel noxali, si ignorauerit: vel suo nomine, si iusſit..

d *Facinoribus.* atrocioribus: vt hic, & supra, de noxa. l. ij. §. j. & infra, de actio. & obli. l. seruus. & de regu. iur. l. ad ea. & facit infra, de furtis. l. si quis vxori. §. neque. &. l. si is. §. si tu. &. l. qui seruo. in princ. Accursius.

e *Amotarum.* in qua sufficit res amotas & dolo malo, & causa diuortij, & secutum diuortium: vt in summa. Accursius.

f *Noxæ.* facit. ſ. de pign. act. l. si seruus. &. ſ. man. l. inter causas. §. sed cum seruus. &. ſ. loca. l. cum in plures. §. seruum.

g *Rerum.* dic quod mulier quæ amouit viro res dotales, tenetur rerum amotarum, licet postea actio dotis mulieri competitura sit: & hoc vt vir habeat interusurium medij temporis. ar. infra, eod. l. ob res. Annua enim bima trima die olim, hodie post annum huiusmodi mobilia restituuntur: vt. C. de rei vxo. act. §.

iudicio damnabitur.

In eam quæ causa mortis sperata amouet, vtilis hæc actio datur. hoc dicit, secundum primam lecturam. Legitur alio modo: Qui amouit causa mortis sperata, tenetur hac actione si postea diuortium est secutum. Bartolus.

XXI. PAVLVS libro trigesimo septimo ad Edictum.

Pvpillus.] *CASVS.* Administrabam tutelam pupilli. & ei mutuaui.x. vel ab eo fui aliquid stipulatus: nunquid obligatur mihi pupil? Et distinguitur: Aut habeo contutorem, & cum eius auctoritate pupillo mutuaui, vel ab eo fui stipulatus. aut non habeo contutorem: vel habeo, sed sine eius auctoritate prædicta feci. primo casu obligatur mihi pupil. secundo non, etiam naturaliter, nisi inquantum factus est locupletior: quia tunc tenetur ciuiliter & naturaliter. Secundo dicit quòd si pupillus vendat aliquid alicui sine tutoris auctoritate, vel emat ab aliquo: non obligatur ciuiliter. Tertio dicit quòd si tutor emit rem pupilli sui à seipso, nihil valet: sed auctoritate tutoris bene valet, nisi mala fide fiat. nam tunc etiam cum auctoritate contutoris nihil valet, & ideo non procedit vsucapio: sed si maior factus pupillus ratam habeat dictam emptionem dolo factam, valet contractus. Quid si tutor emat rem pupilli per interpositam personam? Non valet nisi interponat alium ea de causa, quia nolebat propter suam honestatem nomen suum scribi in instrumento: & tunc valet si sine calliditate faciat: aliàs non. Quid si creditor pupilli habens rem pupilli pignori obligatam, eam vendat? Vel ex pacto vel ex lege potest emere eam tutor bo.fi. Quarto dicit: quòd dictum est de tutore à pupillo emente, vt valeat emptio vel non: idem est si filius tutoris vel alius tutoris iuri subiect⁹ emat à pupillo prędicto. Sequens lex dicit illud quod dixi in.§.pupillus. in princip. scilicet circa extraneum à pupillo ementem. Idem dico in tutore cui nō est concessa tutelæ administratio. Viuianus.

t *Non potest.* vt supra, eo.l.j.in princ. sed & sine auctoritate eius potest

BIU Cujas

potest ex causa administrationis: vt. j. de contra. iu. tu. l. j. in princ.

a *Sufficiat.* nam aliquis est quãdoque tutor cuius auctoritas non sufficit: vt supra. l. proxi.

b *Non erit obligatus.* etiam naturaliter si clam, & non est locupletior. & iungitur huic sequens dictio, naturaliter. secus si palam, & bona fide: vt. ſ. ti. j. l. non existimo. &. j. §. fine. Sed e contra potest se obligare pupillo accipiendo ab eo mutuũ: vt supra, titu. j. l. quoties. §. non tantũ. & adde quod not. C. de inuti. stipu. l. j.

c *Naturaliter.* si continues superiori, plana est. si vero inferiori, tũc sub. & ciuiliter ex quo locupletior est.

d *Nec emendo.* ille tamen cum quo contrahit, sibi obligatur: vt institu. eo. in prin. &. ſ. de act. emp. l. Iulianus. §. si quid à pupillo. & hoc cum res erat talis quam licitũ erat ei alienare. alioquin secundũ Ioan. aliud esset: & sic claudicat hic cõtractus ab alia parte. Argu. cõtra. ſ. de arbi. l. Pedius.

e *Emptoris.* aliàs, emptionis & vẽditiõis. & ita in libro dñi Azo.

f *Et vẽditoris.* vt quia emat ab eo se auctore. sunt enim hæc correlatiua, emptor & vẽditor: & alius debet esse emptor, & alius vẽditor: vt. ſ. de re. permu. l. j.

g *Sufficit.* hoc dic vt no. in prin. huius. l.

h *Mala fide.* præsumpta, vt quia se auctore emit. alij referũt ad primũ quando emit auctoritate contutoris, & dicunt mala fide in eo quòd pretio minore, vel sciens rem alienã.

i *Nec vsucapere.* hoc intelligas cũ res aliena emebatur à pupillo: aliàs frustra poneret de vsucapione. Sed contra. j. pro empt. l. ij. §. tutor. Solu. ibi tenuit emptio, quia auctoritate contutoris: vel dic palam, & bona fi. quod hic non fuit. Itẽ intellige hoc nisi palã forte & bona fide hic auctoretur sibiipsi, secundũ Io. argu. j. §. sane. &. ſ. tit. j. l. nõ existimo. &. C. de cõtrahẽ. emp. l. cum ipse. Item cõtra. ſ. de cõtrahẽ. emp. l. si in emptione. §. fi. Sol. vt ibi, &. d. l. cũ ipse. & eisdem modis soluitur in eodẽ titu. non licet. &. ſ. tit. j. l. tutor rerum. &. l. quoties. §. non tantum.

k *Sane si suæ ætatis.* scilicet. xxv. an. vt. C. de iis qui ve. æta. impe. l. fin. & facit. C. si mi. se ma. l. j. &. ij.

l *Nullius momenti sit.* sic. C. quod met. cau. l. penul.

m *Palam.* ſ. tutor à pupillo se auctore palam præstando auct. & bona fide, & ita in hoc casu præstat in re sua auctoritatem. sic. ſ. tit. j. l. non existimo. in fi. &. l. tutor rerum. &. j. de iure fis. l. nõ in-

si plures sint tutores, quorum vnius auctoritas sufficit: [a] dicendum est altero auctore pupillũ ei posse obligari: siue mutuam pecuniam ei det, siue stipuletur ab eo. Sed & cum solus sit tutor mutuam pecuniam pupillo dederit, vel ab eo stipuletur: non erit obligatus [b] tutori: naturaliter [c] tamen obligabitur inquantum locupletior factus est. Nam in pupillũ non tantum tutori, verum cuiusactionem inquantum locupletior factus est, dandã diuus Pius rescripsit.

Pupillus in cõtractu vltro citroque obligatorio sine auctoritate tutoris non obligatur: sed alium sibi obligat. Bartolus.

℣ Pupillus vendẽdo sine tutoris auctoritate, non obligatur: sed nec in emendo, [d] nisi inquantũ locupletior factus est.

Tutor potest emere à pupillo dummodo ipse non auctoretur in contractu proprio, sed alter contutor interponat auctoritatem. Item tutor non debet emere rem pupilli per interpositam personam: quia fraus præsumitur. Item tutor potest palam emere se auctore, si bona fide alterius nomen in instrumento accommodauerit. si verò mala fide: non valet emptio. hoc dicit.

℣ Item ipse tutor & emptoris [e] & venditoris [f] officio fungi nõ potest. Sed enim si contutorem habeat cui [g] auctoritas sufficit, proculdubio emere potest. Sed si mala fide [h] emptio interceſſerit, nullius erit momenti: ideóq; nec vsucapere [i] potest. Sanè si suæ ætatis [k] [pupillus] factus cõprobauerit emptionem: contractus valet. Sed si per interpositam personam rem pupilli emerit: in ea causa est vt emptio nullius momenti sit: [l] quia nõ bona fide videtur rẽ gessisse. & ita est rescriptum à diuo Seuero & Antonino. Sanè si ipse quidem emit palam, [m] dedit autẽ nomen [n] non mala fide, sed simpliciter, vt solent honestiores non pati nomina sua instrumẽtis inscribi: [o] valet emptio. Quòd si calidè [id emerit:] idem erit ac si per interpositam personã emisset. [p] Sed & si creditor pupilli distrahat: [q] æquè emere bona fide poterit. Si [verò] filius tutoris, vel quæ alia persona iuri eius subiecta emerit: idem erit atque si ipse [r] emisset.

Tutores non possunt administrare, nisi eis administratio decernatur: & tunc possunt emere vt extranei. Bartolus.

VI. POMPONIVS libro septimodecimo ad Sabinum.

TVtores quibus administratio decreta non esset, [s] tanquam extraneos rectè à pupillo emere placet.

VII. VLPIANVS libro quadragesimo ad Sabinum.

QVod dicimus, [t] in rẽ suam auctoritatem accõmodare tutorẽ non posse: totiens verũ est, quotiens per semetipsũ vel subiectas sibi personas adquiritur [u] ei stipulatio. cæterùm negotium ei per cõsequentias geri (vt dictum [x] est) nihil prohibet auctoritas.

Diuersitas tutorũ auctorantium non impedit constitutionem ducum reorum. Bar.

℣ Si duo rei sint stipulãdi, & alter me auctore à pupillo stipuletur, alter altero turore auctore: dicendũ est stipulationẽ valere: sic tamẽ, si auctoritas tutoris vnius sufficiat. [y] cæterum si non sufficiat: [z] dicendum erit inutilem esse stipulationem. [a]

Filius tutor non potest interponere auctoritatem contrahente patre in cuius est potestate. Bartolus.

℣ Si & pater & filius qui in potestate eius fuit, tutores fuerũt: & pater sit stipulat⁹ filio auctore: nullius momẽti erit stipulatio quæ ex alio contractu: vt supra, eo. l. pupillus. §. fi. &. j. ea. l. §. fi. &. j. eo. l. potest. §. j. &. l. seq.

x *Vt dictum est.* supra eo. l. j. ij. respon.

y *Sufficiat.* quod est semper: vt. ſ. eo. l. & si pluribus. nisi fuisset dictum vt vnus sine altero non obligaret: nec auctoritatem præstaret: vt. ſ. tit. j. l. Titium. in prin. vel nisi aliàs denegata: vt no. d. l. & si pluribus. Sed nõne vterque tutor videtur cõsentire & auctorari etiam alteri cum præsens sit: vt. j. e. l. impuberes. Resp. hic forte exprimebat vterque se præstare auctoritatẽ vni tantum. vel vterque ignorabat alterum præstare auctoritatem.

z *Nõ sufficiat.* expone: vt. ſ. e. l. pupillus. in prin. & hoc modo not.

a *Stipulationẽ.* scilicet illam cui deest auctoritas. vel tota est nulla si fuit auctoritas illius qui nõ potest præstare: vt. ſ. ti. j. Titium. Azo & H. arg. j. de duo. re. l. his verbis. & in. l. si ex duobus. §. fi.

o *Inscribi.* not. sic. C. de cõtrahen. & cõ. stip. l. optimam.

p *Emisset.* quo casu non valet.

q *Distrahat.* ex pactõ habito cum patre pupilli: vel ex lege. Et sic no. quòd admittitur vt quilibet. arg. contra. C. de dolo. l. j.

r *Si ipse emisset.* sic in donationibus vetitis à iure ciuili: vt. C. de do. inter virũ & vxorem. l. cum inter. & facit. j. l. quod dicimus. Accur.

s *TVtores. Decreta nõ esset.* id est, denegata est: vt. ſ. eo. l. & si pluribus. no. nã & hic dicit extraneos. isti ergo cum auctoritate cõtutoris emunt, non autem se auctoribus, cum nõ possunt præstare auctoritatem. sed administrantes possunt sibi auctorari palã & bona fide: vt. ſ. l. proxi. §. sane. Alij dicũt hos posse emere ẽ dicto modo, sed q administrãt, nullo modo. qđ nõ placet.

t *Quod dicimus.*] CAIVS. Hæc. l. dicit idem quod prima lex in principio. [SI DVO.] Pupillus duos tutores habẽs accepit mutuã pec. à duobus reis stipu. & vni de reis obligauit se cũ auctoritate vnius tutoris: alteri cũ auctoritate alterius. certe obligatur si ambo tutores auctoritatem accõmodare poterant. aliàs non. [SI ET PATER.] Ego & pater meus eramus tutores cuiusdam pupilli: & pater meus fuit stipulatus à dicto pupillo mea auctoritate. certe nihil valet. Vi.

u *Acquiritur.* id est, acquirere vult. vel etiã

a *Non potest.* & econtra: vt supra, in princ. huius.l.& ibi no. & supra.l.j.§.j.& facit supra,de iurisd.om.iu.l.qui iurisdictioni. Sed arg.contra.ff.de iudi.l.in priuatis.

ET si conditionalis.] *CASVS.* Quamuis contractus quem vult pupillus inire sit conditionalis: tamen auctoritas tutoris eius pure interponi debet. Viuianus.

b *Non cõditionaliter.* Not.quòd non recipit diem vel conditionem auctoritas:sicut & quidam alij actus ciuiles: vt.j.de reg.iur.l.actus. & ff.de adopt. l.quæsitum est.Accursius.

Tutoris auctoritas diẽ vel cõditionem nõ recipit.

OBligari.] *CASVS.* Pupillus sine tutoris auctoritate non potest alicui obligari ciuiliter, sed sibi acquirere bene potest. Sed nũquid potest mutuare sine tutoris auctoritate? Respon.q̃ non: quia nó potest alienare aliquid sine tu.auct. in mutuo autem bene alienatur pec. vnde nó potest manumittere seruum suum sine tutoris auct. quia manumissio est alienatio. sed & si in manumittẽdo interueniat tut. auct. tamen cum iusta causa oportet quòd manumittat ad hoc quod valeat.Ité dicit q̃ pup. nó potest obligari ex aliquo contractu ciuiliter sine tu. auct.Quid si soluat creditori suo pupillus sine tutoris auct.nũquid liberatur?& certe nó nisi creditor bo. fi. pecu. sibi à pu.persolutã consẽserit:quia tũc propter consum. liberatur. [*PVPILLVS HAEREDITATEM.*] Hæreditate etiá lucrosam nõ potest pup.adire sine tut. auct. nec ex senatus. Trebel.potest recipere pup.sine tuto. auct. hæreditatatem sibi per fideicom. restituendã per aliqué hæredem insti. [*TVTOR.*] Quando pupillus super aliquo negotio contrahit, statim debet auctoritatem præstare tutor. non autem ex interuallo vel per epistolam absente tutore.secus autem si tutor sit cum pup.& contrahens cum pu.sit absens: quia tunc bene valet auctoritas tutoris: si tamen sit talis contractus qui inter absentes fieri possit. de quibus dicit litera plane. Viuianus.

c *Obligari ex omni.* ex nullo potest obligari.sic omnis homo nõ currit.i.nullus homo currit.& dic vt not.C.de inuti.stip.l.j.

d *Non potest.* nisi infans sit: vt.j.de verb.obl.l.j.&.l.mulier. nisi in casu: vt.j.rem pu.sal.fo.l.ij.§.seruum.H.

e *Sed credendo.* i.numerando alicui pecuniã ex causa mutui. Ac.

f *Nihil alienare.* nisi demum consumpta pecunia: vt supra,si cert. pet.l.non omnis.§.fina.

g *Nec manumittere.* est enim manumissio alienatio: vt.C.de re. alie.non ali.l.fi.

h *E lege Aelia Sentia.*[a] quæ prohibet minorem.xx. an. manumittere nisi causa probata.quod dic vt institu.qui ma.non pos.§. eadem.nisi sit infans, qui etiam apud concilium non manumittit: vt infra,de manu.vind.l.penul.

i *Soluendo.* id est,pecuniam reddendo creditori suo.

k *Liberabitur.* vt infra,de sol.l.quòd si forte.§.fi.& supra,si cert. pet.l.non omnis.§.fi.

a Aelia Sẽtia scribendũ est. Nã ab Aelio Sentio lata est. de qua vide Ang. Politia.miscel.ca.84. & Alci.li. disiunct.2. cap.21.

tio: idcirco, quia in rem patris auctor filius esse non potest[a].

Interpositio auctoritatis est actus legitimus qui conditionem non recipit.Bar.

VIII. IDEM libro quadragesimooctauo ad Sabinum.

ET si conditionalis cõtractus cum pupillo fiat, tutor debet purè auctor fieri. nã auctoritas non conditionaliter, [b] sed purè interponenda est, vt conditionalis cõtractus confirmetur.

Pupillus nullum actum vel contractum potest facere sine tutore si in eis posset lædi: bene autem potest actum exercere sine tutore, siue contractum inire quando certum est quòd ex eo lædi non potest.h.d.

IX. GAIVS libro duodecimo ad Edictum prouinciale.

OBligari ex omni[c] contractu pupillus sine tutoris auctoritate nõ potest. [d] adquirere autẽ sibi stipulãdo, & per traditionẽ accipiendo etiã sine tutoris auctoritate potest: sed credendo[e] obligare sibi nõ potest: quia sine tutoris auctoritate nihil alienare[f] potest. Ex hoc autem q̃ pupillus nullam rẽ sine tutoris auctoritate alienare potest:apparet nec manumittere[g] eũ sine tutoris auctoritate posse.Hoc amplius, licet tutoris auctoritate manumittat: debet è lege[h] Aelia Sentia apud cõcilium causam cõprobare. ℣ Pupillus ex omnib[9] causis soluẽdo[i] sine tutoris auctoritate,nihil agit:quia nullũ dominiũ transferre potest.si tamẽ creditor bona fide pecuniã pupilli cõsumpserit,liberabitur[k] pupill'. ℣ Hęreditatẽ pupill' adire sine tutoris auctoritate nõ potest, [l] quãuis lucrosa [m] sit, nec vllũ habeat dãnũ:[sed]nec ex senatusc̃osulto Trebelliano hęreditatẽ recipere pupillus sine tutoris auctoritate[n] potest.

Auctoritas debet in ipso negotio interponi.Bartolus.

℣ Tutor statim in ipso negotio præsens debet[o] auctor fieri: post tempus[p] verò aut per epistolam[q] interposita eius auctoritas nihil agit.†

Sufficit tutorem auctorari pupillo præsente:licet alia pars sit absens.Bartolus.

℣ Etiam si nõ exaudiat tutoris auctoritatẽ is,qui cum pupillo contrahit, scriptis[r] tamen hoc adprobetur, rectè negotiũ geritur: veluti si absenti pupillo per epistolam vendã aliquid. aut locem, & is[s] tutoris auctoritate consentiat.[t]

Non imputatur tutori si impeditus non auctoratur.Bartolus.

X. PAVLVS libro vicesimoquarto ad Edictum.

TVtor qui per valetudinem vel absentiã vel aliam iustam causam auctor fieri non potuit, [u] non tenetur.[x]

Hæreditas vel bonorum possessio nõ potest agnosci sine auctoritate tutoris vel curatoris furiosi: qui tenentur si non vtiliter fuerint auctorati. Bartolus.

XI. GAIVS libro quintodecimo ad Edictum prouinciale.

SI ad pupillum aut furiosum bonorũ possessio pertineat: expediendarum rerum gratia, & in agnoscẽda & in repudianda bonorum possessione voluntatẽ tutoris curatorísque[y] sensu contrahitur emptio & locatio: vt insti.de ob.ex cõ.§.ideo.

TVtor qui.] *CASVS.* Si tutor non præstet auctoritatem pupillo contrahenti cum aliquo ad suam pup.vtilitatem: quia aut habet iustam causam tutor: aut non. si autem habet iustam causam, non tenetur propter hoc pupillo act.tutelæ finita tute.si autem nõ habeat iustam causam, non debet prætor præcise eum cogere ad auctorandum: sed finita tute.tenetur pu.propter hoc.& hoc dicit cum.l.si tutor pupillo.j.eo.Viuianus.

l *Non potest.* sed cum tutoris auctoritate potest, non curatoris: vt infra,de appel.l.cum in vna.§.tutor.

m *Quãuis lucrosa.* vt insti.e.§.neque autem. &.j.de re mili.l.officium.§.sed scio.Item & quę videtur lucrosa,quãdoque est damnosa: vt.ff.de mino.l.minor an.xxv.Azo. & adde quod no.C.qui admit.ad bo.pos.l.bonorũ.&.ff.de iure deli. si infanti.sed cõditioni parere potest: vt.j.de condit.& demon.l.v.

n *Sine tutoris auctoritate.* nec tutor solus,nisi cum pupillus est infans, vel abest: vt.j.ad Treb.l.restituta. in fi, &.l.seq. &.C.ad Trebel.l.scimus.in prin.

o *Debet.* si hoc prodesse pupillo existimat: vt insti.eo.§.pe.nec tamen præcise cogitur:vt infra,e.l.si tutor.& dic præsens cũ pupillo,nó autem cum eo qui contrahit cũ pupillo: vt.j. §.fi.sic ergo auctoritas tutoris interuenit in ipso negotio,vel post in cõtinenti. sed aliud est in iussu facto à patre vel domino de adeunda hæreditate qui præcedit: vt infr.de acquihære.l.si quis mihi bona.§.iussum.quæ est cõtra. Vel dic vt ibi, & instit.e.§.penul.

p *Post tempus.* nõ modicum.

q *Aut per epistolam,* quid si præsente pupillo mittit Titio tutori epistolã qua dicit se vẽdere rem, & auctorat, & postea Titius cõsentit? dic hoc nõ valere: quia si Titius cõsentit, fit cõtract[9]:vt &.ff.cõ. præ.l.fi.& sic auctoritas remota est à cõtractu. & est ante,cum debeat esse perfecto negotio: vt.d.§.iussum.

r *Scriptis.* vel testib[9]:vt C.de fi. instr.l.in exercẽdis.& de pac.l.pactũ.

s *Et is.* s.pupillus.

t *Cõsentiat.* nã solo cõ-

u *Non potuit.* secus si non impediretur: vt.j.e.l.si tutor.

x *Non tenetur.* scilicet tutelæ illi pupillo.

SI ad pupillum.] *CASVS.* Si tutorem habeat pupillus: & ei sit bo.poss.ab aliquo delata,debet agnoscere bo.pos. pupillus cũ aucto.tuto.si expediat ei agnoscere. si autem non expediat, debet eandem cũ auctoritate eiusdẽ tutoris repudiare.& quando agnoscit prædicto modo cũ aucto.eiusdem,debet in curia & extra curiam expedire res quæ in ea hæreditate continentur. & si contra commodũ pupilli faciat tutor circa tria prædicta, tenebitur ei finita tutela act.tu.propter hoc.& quod dixi in pupillo tutorem habente: idem est in furioso curatorem habente. Viuianus.

y *Curatorísque.* s.furiosi:de quo tantum casu hic dicit.at curator adulti vel impuberis an possit adire, vel additioni auctorari: dic vt no.j.de ap.l.cum in vna.§.j. Item solus pupillus aucto.iudicis

cum

cum non habet tutorem vel curatorem, bonorum possessionem petere potest: vt. C. qui admit. ad bo. pos. l. bonorum. & de iure delib. l. si infanti. in fin. Item solus tutor non potest repudiare: licet solus acquirere possit: vt infra, de bo. pos. tutor. licet pupillus eo auctore sic: vt hic, & infra, de suc. edi. l. j. §. tutori. Ité ad id quod dicit curatorem furiosi posse acquirere & repudiare, est cótra. j. de suc. edi. l. j. §. furioso. vbi non repudiat. &. j. de bo. pos. furioso &c. l. j. in prin. vbi non acquirit. sed dic quòd repudiat, & acquirit quoad fructº vt habeat vel perdat, nó quoad proprietatem bonorú quæ ad alios vadit suo ordine si in furore decedat: vt. C. de cura. furi. l. fina. §. tali.

a *Qui.* scilicet tutores & curatores prædicti.

b *Curationísve.* scilicet negotiorum gestorum: vt. C. de neg. gest. l. curatores.

Si seruus.] CASVS. Tutor eras cuiusdã pupillæ, & habebas seruum communem cum Titio: dictus seruº accepit per traditionẽ ex aliquo contractu facto à dicta pupilla fundum cum auct. tui tut. certe nihil tibi tutori potest acquiri in hoc casu per dictum seruum: vt. §. e. quod dicimus. ergo totum acquiratur Titio. & Marcellus adprobat, & reddit rationem generalẽ: nam quodcũq; ad omnes &c. Viuianº.

c *Pertinebit.* hic habent quidam, Marcellus ait: vt ego habeo: & dic, scilicet esse verum quod dictum est.

d *Marcelº notat.* i. ait. & aliàs deest istud, Marcellus notat.

e *Cõprobauerunt.* vt & infra, de stip. ser. l. j. §. communis. & institu. de stipula. ser. §. fi. Sed contra. j. de stip. ser. l. proinde. §. j. sed dic vt no. §. pro socio. l. verum. §. seruo. Item facit. j. ad. l. Fal. l. Plautius.

Impuberes.] CASVS. Etiá si tutores taceant præsentes existentes contractui pupilli, obligantur impuberes ciuiliter & naturaliter si intelligant tutores quod agitur, & de hoc ponit duo exempla. Primum est quando pupilli accipiunt mutuam pecuniam præsentibus tutoribus & etiam tacentibus. Secundum est quando eis soluerunt indebitum præsentibus tutoribus & etiam tacentibus. nam tenentur pu. cõdic. indebi. & bene dixi, si intelligant tutores quod agitur. nam si ignorauerunt, nó valet auctoritas, & ita non obligantur pupilli ciuiliter. &. h. d. l. seq. Viuianus.

f *Obligantur.* scilicet ciuiliter & naturaliter. nam & sine tutore obligantur naturaliter: vt. j. de noua. l. j. in fi.

g *Etiam si taceant.* scilicet impuberes.

h *Acceperint.* scilicet pupilli.

i *Dicant.* scilicet impuberes. Et no. quòd duo exẽpla ponit quibus contrahitur obligatio re, & sic non est opus verbis: vt institu. qui. mo. re có. ob. in princ. &. §. j. vnde secundum H. secus esset in stipulatione. & facit infra, eo. l. inter pupillos.

k *Condictione.* scilicet indebiti.

l *Non multum.* quia neutro casu intelligitur auctoritas præstita. & facit. §. eo. tit. l. j. in fi.

Accipientis.] CASVS. Tutor eram duorú pupillorum: vnus agere volebat contra Sempronium ad fundum: & Sempronius volebat conuenire alterum pupillum ad domum. certe ego

spectari debere placuit: qui [a] sci licet siquid contra cõmodum eorum pupilli furiosiúe fecerint, tutelæ curationísue [b] iudicio tenebuntur.

Si seruus communis acquirit quod vni ex dominis non potest quæri: quæritur alteri cui potest. Bartolus.

XII. IVLIANVS libro vicesimoprimo Digestorum.

SI seruus cõmunis tuus & Titij à pupilla tua te auctore aliquã rem per traditionẽ acceperit, tota ad Titiũ pertinebit. [c] Marcellus notat: [d] Nam quodcũq; ad omnes dominos nõ potest ptinere: id ꝓ solido ad eũ, cui adquiri potest, pertinere veteres cõprobauerũt. [e]

In contractu qui non celebratur verbis, non est necesse pupillum loqui: & ei tutor poterit auctorari. Bartolus.

XIII. IDEM libro vicesimoprimo Digestorum.

IMpuberes tutore auctore obligãtur, [f] etiam si taceant. [g] Nam cùm pecuniam mutuam acceperint: [h] quamuis nihil dicant, [i] auctoritate tutoris interposita tenentur. Quare & si nõ debita pecunia his personis soluta fuerit: quamuis tacuerint, interposita tutoris auctoritas sufficit, vt condictione [k] teneantur.

Tutor cum præsens negotium pupilli contrahendũ siue cõtractum ignorauerit, non intelligitur auctoritatem præstare. Barto.

XIIII. IDEM libro trigesimoprimo Digestorum.

NOn multũ [l] interest, [an] tutor bene possum auctoritatem prẽstare & pupillo agenti, & pupillo fugienti. & istas duas auctoritates possum præstare in vna vice. & hoc est verum etiá si sum ego tutor cæcus effectus. &. h. d. l. se. alia sequens supra exposita est. Viuianus.

Accipientis.] CASVS. Tutor eram duorũ pupillorũ, quorũ vnus conueniebatur à Sempronio pro boue, & alius agebat contra eundem Sempronium pro domo. & ita sufficit vnum sacramentum calumniæ, & vna auctoritas vtrique pupillo. Dic ergo accipientis. s. de boue: & edentis. i. actionem proponentis de domo. & vtrique. s. pupillo. Vel dic ꝓ vnº erat pupillus qui agebat ad domum contra Sépronií, & reconueniebatur ab eodé Sempronio, vel ab alio pro boue. & secũdum hoc dic, vtrique. s. iudicio. & secundum hos duos intellectus nõ est contra. §. de ꝓcu. l. licet. §. si plures. Vel tertio secundũ R. ꝓ vnus erat tutor duorum pupillorum, quorũ vnus agit contra alium de boue.

†*Cæcus etiã in oĩbus potest esse tutor quam in his quæ visu ꝓcipiũtur. sic nam auctorabitur vtriq; pupillo. sed hoc nõ placet: quia qualiter iuraret de calumnia? nam si vnũ credit iuste litigare: ergo aliũ iniuste. Ité quo modo ipse tutor nomine vnius condénabitur sibi ipsi nomine alterius: vt. d. §. si plures. posset tamẽ defendi si ponas vtrũque habere intellectũ vt ip si iurent auctore tutore, nõ tutor: vt no. hoc fieri posse. §. titu. j. l. j. §. si tutor. Nõ debet. immo: vt. C. de admi. tu. l. fi. Sol. ibi in iudiciis, vt cogatur, vel tanquam suspectus remoueatur. hic in cõtractibus: non ideo remouetur. & est ratio: quia ibi certum est de damno propter missionem in possessionem quæ fieret: hic est dubium. Item contra. §. titu. j. l. ij in princ. & institu de satisda. tu. §. quibus. Sed cogitur in genere administrare: non in hac specie, sed auctoritatem præstare. Vel dic etiam quòd administrat non auctorando cum hoc expedit: vt &. §. de procu. l. sed & hæ. §. fi. & l. seq. Item est huic ar. contra. C. in qui. cau. in integ. resti. non est necess. l. fi. ADDITIO. Dic quòd ibi certum erat ab initio lædi: & ibi soluitur per Cy. in prima oppo. secundum Barto. hic.*

Potest.] CASVS. Pupillus bene potest delegare debitorẽ suũ alicui alij cum auct. tu. sui. sed si tutor est debitor pupilli, nõ potest pupillus eum alicui delegare sua tutoris auct. quia iam à pupillo liberaretur sua auct. quod esse nõ debet. Item nõ potest cedere actiones quas habet contra tutorem suum debitorem alicui alij faciendo eum procuratorẽ in rem suam contra tutorem cum

abfuerit tutor cum negotium cõtraheretur, an præsens ignorauerit quale esset quod contrahebatur.

Vna voce potest interponi auctoritas duobus diuersis actibus. Bartolus.

XV. MARCIANVS libro secundo Regularum.

ACcipientis [m] & edentis [n] iudicium idem tutor auctor vtrique [o] fit. Sed hoc vtrũ ita est, si bis auctor factº est: an & vna auctoritas sufficiat eo animo vt ad vtrunque pertineat? Dubitat quidem Pomponius: sed fortiter defenditur sufficere vnam auctoritatem.

XVI. PAVLVS libro primo ad legem Aeliam Sentiam.

ETiam si tutor cæcus factº sit, [p] auctor fieri potest.

Non cogitur tutor in certo contractu auctorari pupillo. Bartolus.

XVII. IDEM libro sexto ad Edictum.

SI tutor pupillo nolit auctor fieri, non debet [q] eum prætor cogere: primum, quia iniquum est, etiam si non expedit pupillo, auctoritatem eum præstare: deinde & si expedit, tutelæ iudicio pupillus hãc iacturam consequitur.

Quæ sunt gerenda cum alio. possunt expediri tutore auctore: secus si cum ipso tutore. tunc enim non potest auctorari: nec ad id se auctore procuratorẽ facere. Bar.

XVIII. IDEM libro primo ad Plautium.

POtest pupillº tutore auctore debitorem suum Titio

m *Accipientis.* potest poni casus, sicut innuitur in litera, quando vnus tutor erat duorũ pupillorũ, quorũ vnus conueniebatur à Sempronio pro boue, & alius agebat contra eundem Sempronium pro domo. & ita sufficit vnum sacramentum calumniæ, & vna auctoritas vtrique pupillo. Dic ergo accipientis. s. de boue: & edentis. i. actionem proponentis de domo. & vtrique. s. pupillo. Vel dic ꝓ vnº erat pupillus qui agebat ad domum contra Sépronií, & reconueniebatur ab eodé Sempronio, vel ab alio pro boue. & secũdum hoc dic, vtrique. s. iudicio. & secundum hos duos intellectus nõ est contra. §. de ꝓcu. l. licet. §. si plures. Vel tertio secundũ R. ꝓ vnus erat tutor duorum pupillorum, quorũ vnus agit contra alium de boue. †*Cæcus etiã in oĩbus potest esse tutor quam in his quæ visu ꝓcipiũtur. sic nam auctorabitur vtriq; pupillo. sed hoc nõ placet: quia qualiter iuraret de calumnia? nam si vnũ credit iuste litigare: ergo aliũ iniuste. Ité quo modo ipse tutor nomine vnius condénabitur sibi ipsi nomine alterius: vt. d. §. si plures. posset tamẽ defendi si ponas vtrũque habere intellectũ vt ip si iurent auctore tutore, nõ tutor: vt no. hoc fieri posse. §. titu. j. l. j. §. si tutor. Nõ debet. immo: vt. C. de admi. tu. l. fi. Sol. ibi in iudiciis, vt cogatur, vel tanquam suspectus remoueatur. hic in cõtractibus: non ideo remouetur. & est ratio: quia ibi certum est de damno propter missionem in possessionem quæ fieret: hic est dubium. Item contra. §. titu. j. l. ij in princ. & institu de satisda. tu. §. quibus. Sed cogitur in genere administrare: non in hac specie, sed auctoritatem præstare. Vel dic etiam quòd administrat non auctorando cum hoc expedit: vt &. §. de procu. l. sed & hæ. §. fi. & l. seq. Item est huic ar. contra. C. in qui. cau. in integ. resti. non est necess. l. fi. ADDITIO. Dic quòd ibi certum erat ab initio lædi: & ibi soluitur per Cy. in prima oppo. secundum Barto. hic.*

n *Edentis.* id est, actionem proponentis, secundum primam.

o *Vtrique.* scilicet pupillo, secundum primam. aliàs, vtrinque.

p *Etiam. Factus sit.* expostfacto. sic &. §. de postu. l. j. §. casum. nam à principio cæcus dari non potest: vt. C. qui da. tu. l. luminibus. licet videatur ꝙ se habeat excusare: vt. C. qui morbo. l. j. sed improprie dicitur excusare ibi. Item hic quando ex postfacto potest se excusare: vt. j. de excusa. tu. l. post susceptam.

q *Non tutor. Nõ debet.* immo: vt. C. de admi. tu. l. fi. Sol. ibi in iudiciis, vt cogatur, vel tanquam suspectus remoueatur. hic in cõtractibus: non ideo remouetur. & est ratio: quia ibi certum est de damno propter missionem in possessionem quæ fieret: hic est dubium. Item contra. §. titu. j. l. ij in princ. & institu de satisda. tu. §. quibus. Sed cogitur in genere administrare: non in hac specie, sed auctoritatem præstare. Vel dic etiam quòd administrat non auctorando cum hoc expedit: vt &. §. de procu. l. sed & hæ. §. fi. & l. seq. Item est huic ar. contra. C. in qui. cau. in integ. resti. non est necess. l. fi. ADDITIO. Dic quòd ibi certum erat ab initio lædi: & ibi soluitur per Cy. in prima oppo. secundum Barto. hic.

auct.tuto.propter eandē rationē:quia futurū &c.&.h.d.Viuianus.

a *Delegare.*ergo & actionem cedere:& sic apparet rationem diui Scueri ad nomina non pertinere: vt.ĭ.de re.e.l.j.§.j.nec.l.Constantini:vt.C.de admi.tu.l.lex quæ tutores.

b *Liberetur.* ipsemet ergo à se exigere debet: vt.s̄.de nego. gest. l.diuortio.in fi.&.s̄.tit. j.l.quoties.§.sicut.&.ĭ. de fideiu.l.tutor. quod si non faciat, curator in eam causam constituendus est:vt insti.eo. §.fin.sed hodie qui debitor est pupilli,ab initio non admittitur ad tutelā: vt in authen. vt hi qui ob. §.j.coll. vj. Item not. hic in sua re non posse fieri auctorem : vt.s̄.l.j.in princ. & facit.ĭ.eo.l.fi.

Auctoritas in re ppria nemini opitulatur.

Cvratorem.] CASVS. Non solum puberi, sed etiam impuberi quandoque datur curator : sed non potest explicare ea quę solennitate iuris desiderant, puta vt adeat pupillus hæreditatem sibi delatam cum aucto.dicti cura. vnde eo casu datur ei tutor.Viuian⁹.

c *Impuberi.*nō solum puberi.

d *Dari posse.* ad litem scilicet vt.C.de in lit. dan. tut.l.j.&.s̄.de tut. & cura.da.ab his.l.cūratorem.

e *Explicāda.*vt si hæreditatem adeat:vt.ĭ.de ap. cū in vna.§.j.Azo. &.C.de ĭ lit.dā.tu.l.fi.

Inter.[CASVS. Tutor eram duorum pupillorum qui communem habebant hæreditatem paternā.me præsente diuiserunt voluntarie dictam hæreditatem: tamen ego nō subscripsi diuisionis instrumento. certe bene valet diuisio.Viuianus.

f *Præsente tutore.* speciali singulorū pupillorum. nec enim vnus vtrique auctor esse potest,nisi id fiat: vt no.s̄.eo.l.accipientis.

g *Non aßignante.* scribendo quid cuiq; pupillo in portioné veniat.nam satis est q̄ consentit:vt.s̄.eo.l.impuberes.Azo.Vel dic, assignante,id est subscribente.sic & ponitur.C.de re.alie.nō alie. l.ij.H.Item videtur huic.l.contrarium.ĭ.de re.eo.l.si pupillorum &.C.de prædi.mino.l.pe.quibus dicitur minorem nō posse prouocare ad diuisionem. Solu.in hac hæreditate non erant nisi mobilia.Vel hic fuit decretum: & nihilominus auctoritas tutoris vel curatoris est necessaria : ar. C.si propter pub. pen.l.fi. Nec ob.s̄. de mino.l.ait prætor.§.permittitur.quia maior solennitas in alienatione quàm quando ei soluitur,est necessaria.& est ratio vt ibi no.& secundum hoc nemo vocauit eos ad diuisionem: sed sponte venerunt. Vel tertio dic, quòd quidam cohæres eorum maior eos prouocauit:vt.d.l.C.de præ.mino.l.pe.

Defendente.] CASVS. Titius cum fisco contraxit,& decessit relicto filio suo pupillo hærede:qui pupillus habebat tutorem Seium procuratorem fisci : cum quo fisco contraxerat pater dicti pu.egit cōtra dictum pupil.& Seium eius tutorem. & sic cōdēnatus fuit pup. ꝓcurator fisci.postea finita fuit tut.& habuit curatorem Caium. pupillus quondā procurator fisci portauit sententiam qua fuit ei condēnatus pup. coram procuratore Cæsaris, qui est iudex inter fiscū & priuatum : & petiit eam mādari executioni. vnde procurator Cæsaris dixit curatori adulti qui vocabatur Nouellius : Solue quod debet adultus tuus ex causa iudicati. curator autem respondit ei: Ego abstineo ab hæreditate patris pup.quondam nunc apud me adul.dixit procurator Cæsaris procuratori fisci qui monstrabat sententiam:Audisti quid respondet aduersarius tuus: fac ei illud quod videtur tibi.Quæritur hic,nūquid propter verba dicta curatoris abstentus videtur ab hæreditate patris dictus adolescens ? Et dicitur quòd sic. in seq.l.ponas exemplum: vt.s̄.eo.l.potest.Viuianus.

h *Defendente.*Pupillus tutore auctore cōuentus fuit à fisco ad.x. ex contractu paterno cuius hæreditatem adierat: & cōdemnatus. *Casus p nit.*

delegare.[a] Sed cùm tutor debet pupillo : dicendum est neque delegari eum, neque procuratorē aduersus tutorem dari ipso tutore auctore posse: quia futurum sit vt auctoritate sua liberetur.[b]

Curator potest dari pupillo ad agendum, non ad auctorandum. Bartolus.

XIX. IDEM libro nono Responsorum.

CVratorem etiam impuberi[c] dari posse:[d] sed ad ea quæ solennitatem iuris desiderant,explicāda,[e] tutore auctore opus esse.

Non est necesse tutorem auctorantem diuisioni se subscribere. Bartolus.

XX. SCAEVOLA libro decimo Digestorum.

INter pupillos paternæ hæreditatis diuisio facta est præsente tutore,[f] sed nō adsignante[g] instrumēto diuisionis.quæsitum est, an ei stari oporteret? Respondit,si tutor auctor fuisset,nō idcirco minus stādū esse diuisioni,quòd nō adsignasset.

Petitio restitutionis impedit executionē sententiæ. Bartolus.

XXI. IDEM libro vicesimosexto Digestorum.

DEfendente[h] tutore pupillus condemntus ex cōtractu patris, accepit curatorē : [i] inter quē & creditorem acta facta sunt apud procuratorē Cęsaris infra scripta:Priscus ꝓcurator Cæsaris[k] dixit,Faciat iudicata.[l] Nouellius curator[m] dixit:Abstineo pupillum.Priscus procurator Cæsaris dixit:Responsum habes[n].scis quid agere debeas.[o] Quæsitum est, an secundum hęc acta adulescens à bonis patris abstētus sit? Respondit proponi abstentum.[p]

B *Actus qui tendit ad liberationem tutoris, non potest fieri eo auctore. Bartolus.*

XXII. LABEO libro quinto περὶ διαγῶν.

SIquid[q] est quod pupillus agēdo tutorem suum liberaturus est, id ipso tutore auctore agi rectè non potest.

QVANDO EX FACTO tutoris,vel curatoris minores agere vel conueniri possunt.

TITVLVS IX.

Quando pupillus conuenitur ex dolo tutoris,non admittitur probatio per iuramentum in litem. Bartolus.

I. POMPONIVS libro vicesimonono ad Sabinum.

C DOB dolum[r] malum vel culpam tutoris Aristo ait pupillum posse sōrē condemnandum : sed non puto quanti actor in litem[s] iurarit:* & tamē illud[t] ita est, si rem à tutore pupillus seruare possit.

i *Accepit curatorē.* nō aperit an durāte tutela fuerit datus curator, q̄ posset fieri ad litem ob aliquam causam : vt.s̄. de tut.l.solet.vel postea, pro prima est quod infr.dicit ibi, abstineo pupillum. pro secunda quod dicit in fi.adolescens abstentus. Sed secundum R. nō est vis. & si primā teneas, dic id est adolescens : scilicet nūc cum proponitur quæstio Scæuolæ. si secūdā, dic.i.pupillus:scilicet quondā.

k *Cæsaris.* cognoscēs inter fiscū & minorem in actione in factū quę proponitur pro executione.

l *Facias iudicata.* id est cōdemnationē solue.sic ponitur.s̄. si certum petatur.l.fi. *Iudicatum facere quid sit.*

m *Curator.* si habeas procurator, dic, id est curator.

n *Responsum habes.* i. tu respondes: vt ita loquat curator.vel tu ꝓcurator fisci audi respōsum aduersæ partis. *Fluxus.*

o *Debeas.*tu curator minoris.vel dic,tu procurator fisci.

p *Abstentum.* & sic non tenebitur de cætero actione in factum de re iudi. vt supra, titu.j.l.ij.in fi.& supra, si quis cau.l.fi. Sed quo modo curator solus & nudis verbis potuit abstinere? Respō. secundum P. adierat sine tutore, & sic poterat dimittere sine restitutione : vt infra, de acquiren. hære.l.impuberibus. Alij vt Azo,quòd adiuit solus tutor sine consensu pupilli, & sic non tenuit aditio: vt.C.de iure deliber.l.potuit. vnde & sine restitutione potest se abstinere. Vel tertio secundum H. hic fuit petita restitutio, & causa cognita data, vt fieri debet: vt supra,de mino.l. in causæ.§.causa.&.l.etiam.§.fina.

D q *Siquid.* vt acceptilatio, pactum de non petendo, vel transactio,vel delegatio: vt supra,eo.l.potest.secus si soluat:quia liberatur à prima, licet teneatur actione tute. propter eam pecuniam: vt supra,de neg.gest.l.diuortio.& sic soluitur cōtrarium.ĭ. de solu.l.tutor.§.fi.quia ibi solutione. vel dic vt ibi.

QVANDO EX FACTO TVTORIS, vel curatoris minores agere, vel & cætera.

r *DOB dolum.*Cōueniebatur impubes rei vindicatione,vel petitione hære. dolo vel culpa tutoris facta est deterior res quæ petitur. tenetur pupillus secundum Aristo. si tutor sit solūendo: vt hic. & supra, titu. ij. l.fi. in princip. Adeo vt quidam dicant vt non liberetur cedendo actionem. sed falsum est : vt in.d.l.& plene de hac materia no.ibi. Quod ergo in fi.hic dicit, si rem &c. sub.maximè. nam tunc maxime tenetur vt tantum sufficiat cessio. Alij hic ponunt casum quando dolo vel culpa tutoris res peruenit ad pupillum : sed litera in fin. hoc non patitur. Accursius.

s *In litem.* sic infra, de fideiuss.l.fi.& supra,de in lit.iur.l.j.

t *Illud.*quod dixit Aristo.item contra supra,si quis ius dicen.nō obtem.l.j.§.si procurator.

Si tutor.]

BIU Cujas

Si tutor.] CASVS. Tutor vel curator mutuauit pecu. pupilli vel adulti Titio, & suo tutoris vel curatoris nomine stipulatus est sibi reddi.certe vtilis actio datur pupillo vel adulto.& idē est si de pecunia pu.vel adulti emat suo nomine etiā tutor vel curator prędia.nā datur vtilis actio pupillo vel adulto ad dicta prędia vindicanda. Viuia.

a *Datā.* suo proprio nomine.aliàs, iure cōmuni quererētur cōdictio certi ex mutuo minori: vt supra,si cer.pe ta.l.certi condictio. §. si nummos.

b *Stipulatus.* s.sibi tutori vel curatori.

c *In nomen suum.* id est, nomine suo proprio: & dic, tutor emit de pecunia pupilli. si autem nomine pupilli accepisset, tunc dic directam: vt.C.per quas personas.l.j.

d *Vtilis actio.* ex stipulatione cum fuit mutuū stipulatus: vt & supra, titu.j.l.quoties. §.j. & plene no.C.eo.l.ij. Itē vtilis in rem quando emit de pecunia minoris.& est speciale in eo sic & in milite: vt.C. de rei vindi.l.si vt proponis.& etiam in vxore: vt supra, de donat. inter virū & vxorem.l.

Ecclesia vicem pupilli obtinet. vxor marito. Et idem in ecclesia quæ vicem habet pupilli: vt.C.de sacrosanctis ecclesiis.l. fina. quia est contrariū regulariter: vt.C.de rei vindi.l.si ex eo. sed ad stipulationem est contra.ś.de pign.actio.l.solutum.§.per liberā.Solutio. hic vtilem dicit quæri per tutorem: ibi negat directā. Accur.

Dolus.] CASVS. Dolus tutorū nō debet prodesse vel nocere pupillo, nisi ex eo fact⁹ sit locupletior pupilli. & de hoc ponit tria exempla. Et est primum tale: Pupillus habebat seruum qui negotiabatur in merce peculiari sciente pupillo,& tutore eius. vnde creditoribus peculiaribus tenetur pupillus tributoria actione,id est facta contributione de se & aliis creditoribus. cum seruus prædictus eidem pupil. domino aliquid debebat,tantum debet habere pupil.quantū quilibet aliorum creditorum, & non plus. Tutor autem pupilli dolo fecit quo minus in eis peculiaribus aliqua non cōtribuerentur, immò apud pu.remanent.certe tenetur pu.quia factus est locupletior.Secundū & tertium exemplū planum est cum.l.seq. Viuian⁹.

e *Fauit.* & sic est locupletior: vt.ś. de tribu.l.iij.§.j.Accursius.

f *Dicendum est.* si ex dolo tutoris vel etiam ex suo habuit commodum ex re depositā: vt supra, depositi.l.j.§.an in pupillum.

g *Probetur.* vt & supra, titu.ij.l.fina. vbi plene de hoc no.& facit ad hanc.l.infra,ne vis fiat ei qui in possess.mis.l.j.§.ex hoc edicto.& supra,de euict.l.iiij.& supra, de admi.tuto.l.cum plures.§. primo.& de pecu.l.in summa.de dolo.l.si ex dolo.& supra, commodati.l.iij.in principio.

h *Et si extrinsecus..Amiserit.* in sua re,non pupilli:& sic intelligitur infra,de regu.iuris.l.neque.

Post mortem.] CASVS. pro furioso lata fuit sententia contra curatorem eius. postea mortuus est furiosus. certe non mandabitur sententia executioni contra curatorem,sicut nec mandatur contra tutores qui defenderunt pu. si autē finita tutela vel cura animo nouandi promisit illi pro quo fuit sententia data; tutor quondā pu.vel curator furiosi bene tenetur quilibet.[TVTOR.] Pater pupilli cuius nō erat tutor, fuerat condemnatus cum viuebat Titio in.c.ego tutor promisi dicta.c.dicto Titio.postea finita est tutela. non poterit me creditor Titius conuenire.secus autem si accepissem meō nomine mutuam pecuniā ab aliquo, & soluissem dicto Titio, nō tenerer illi à quo accepi etiā finita tutela:nisi ille à quo accepi, ideo mihi dedit,vt soluerē dicto Titio.Viuianus.

i *In tutores.* s.finito officio: vt &.C.e.l.j.& si quis cau.l.fi.sed nec eo durāte: vt.j.de re iu.l.si se.§.j.&.ś.tit.ij.l.ij.

k *Constabit.* vt & supra, de constitu. pecu. l.Titius.

l *Recte recusat.* promisit enim tutorio nomine. sed certe & si non exprimat ex quo appareat cp in rem pupilli se obligauit, idē est: vt.j. eo.l.ij.sic econtra licet stipularetur sibi: si tamen pecunia pupilli, quærit ei: vt.ś.eo. l.si tutor. secus autē si suo proprio nomine exprimendo volēs forte donare pupillo:vt infr.de admi. re. ad ci. perti.l. iij.§.in eum. Item secus in procuratore: vt supra, de procu. l.procurator qui pro euict. & est ratio vt ibi not.

m *Non idem.* quod dictum est in tutore cauente, non habet locum in tutore soluente qui prędictam pecuniam soluit nō de suo, sed quia eā accepit mutuo, & suo nomine: & creditor non numerauit contemplatione pupilli: vt in fin. huius.l. nam etiam finita tutela tenetur mutuanti.

n *Suo nomine.* id est, pro se,non pro pupillo.postea tamen soluit pro eo.Azo.

o *Pro pupillo fecit.* scilicet solui pecuniam in qua pater fuerat cō demnatus. Azo.& potest distinguere,vt not.supra,de neg.gest.l. si pupilli.§.j.& facit supra,de procu.l.procurator.§.fin.&.C.si tutor vel curator.l.si creditor.

Tvtor.] CASVS. Tutor egit contra pupilli debitorem,& iudicio pendente cum decreto prætoris actorem constituit ad complendam litem: & pro dicto actore postea fuit lata sententia. certe habebit pup.ac.iudicati.Viuianus.

p *Tutor interposito decreto.* aliter enim fieri non potuit.ś.titu.ij.l. decreto.& institu.de cura.§.fina.

q *Eum.* scilicet agentem.

r *Actio.* scilicet in factum de re iudi.&.C.de rebus creditis.l.actori. hæc quidem dabitur pupillo. & facit supra, de procura.l.si procurator.&.C.eo.l.ij.&.l.pe.

s *Tvtori. Actio detur.* sic infra, de re iudica.l.iiij.§.j.& supra, titu.ij.l.ij.& supra, si quis cau.l.fina.

Tvtor.] CASVS. Me tutorem Titij & ipsum Titium instituit Sempronius hæredes, & à nobis fideicom. reliquit Mæuio sub conditione vel ex die. petiit Mæuius vt caueremus ei de fideicom. ei præstando adueniente die vel conditione. ego caui pro me

Plo. mutuā dari

Flo. puero

Flo. Asi

Quod tutor vel curator acquirit ex pecunia minoris, efficitur minoris. Bartolus.

II. VLPIANVS libro primo Opinionum.

SI tutor vel curator pecuniam eius cuius negotia administrat, mutuā datā[a] ipse stipulatus[b] fuerit, vel prædia in nomen suum[c] emerit: vtilis actio[d] ei cuius pecunia fuit, datur ad rem vindicandā, vel mutuam pecuniam exigendam.

Pupillus non tenetur ex dolo tutoris, nisi quatenus ad eum peruenerit. Bartolus.

III. PAPINIANVS libro vicesimo Quæstionum.

DOlus tutorū pupillo[*] neque nocere neq; prodesse debet. Quod autem vulgò dicitur, tutoris dolū pupillo non nocere: tunc verum est, cùm ex illius fraude locupletior pupillus factus nō est. Quare merito Sabinus tributoria actione pupillum cōueniendum ex dolo tutoris existimauit: scilicet si per iniquā distributionem pupilli rationib⁹ fauit.[e] Quod in depositi quoq; actione dicendum est,[f] item in hæreditatis petitione, si modo quod tutoris dolo desiit, pupilli rationibus illatum probetur.[g]

IIII. VLPIANVS libro sexagesimoquarto ad Edictum.

ET si[*] extrinsec⁹ aliquid tutor dolo amiserit,[h] pupillo nihil nocere oportet.

De eo quod quis gessit vt administrator, finita administratione non tenetur. Bar.

V. PAPINIANVS libro quinto Responsorum.

POst mortem furiosi nō dabitur in curatorem qui negotia gessit, iudicati actio: non magis quàm in tutores:[i] si modò nullam ex cōsensu post depositum officium nouationem factam,& in curatorem vel tutorem obligationem esse transl atam constabit.[k]

Si tutor simpliciter contrahat in re pertinente ad pupillum, intelligitur tutorio nomine contrahere. si in re quæ potest ad ipsum & ad pupillum pariter pertinere: intelligitur nomine proprio contrahere, nisi aliud actum sit. Bartolus.

TVtor qui pecuniam se soluturum cauit,[in] quā pater pupilli cōdemnat⁹ fuerat: actionem post tutelam finitam rectè recusat.[l] Non idem[m] in eo placuit qui suo nomine[n] mutuam pecuniam accepit, & iudicatū pro pupillo fecit:[o] nisi fortè creditor ideo contraxit, vt in causam iudicati pecunia transiret.

Sicut pupillo quæritur per tutorem, ita per actorem ab eo constitutum. Bartolus.

VI. IDEM libro secundo Definitionum.

TVtor interposito decreto[p] prætoris, actorem reliquit. Secundum eum[q] sententia dicta, iudicati[actio][r] transfertur ad pupillum non minus, quàm si tutor obtinuisset.

VII. SCAEVOLA libro tertiodecimo Quæstionum.

TVtori qui infantem defendit, succurritur, vt in pupillum iudicati actio detur.[s]

Si negotium in parte spectat ad pupillum, pro illa videtur tutorio nomine facere: pro alia proprio. Bartolus.

VIII. IDEM libro quinto Responsorum.

TVtor, qui & cohæres pupillo erat, cū conueniretur

BIU Cujas

pro mę & pu. cohæredéque meo.certe ex illa cautione tenebitur pro parte pup. vtili actione ex stipulatu fideicommissario Mæuio. Viuianus.

a *Nomine.* relicti in diem vel sub conditione à se & à pupillo. & sic cauit pro se,& pro eo per consequens.

b *Dandam.* legatario vel fideicõmissario adueniente die vel cõditione: vt infra, vt le.no. ca.l.j.in princ. & facit supra, co.l.post mortẽ. §.j.vbi ex promissione tutoris tenetur pupill⁹. Alij etiam dicũt, quòd datur tutori in adultum cohæredem. & dicunt fami.erci.si nõ est redditum: vt supra, fami.erci.l.heredes. §.familiæ. Vel secundũ Py. vtilẽ tutelæ. quæ nõ placet.

DE SVSPECTIS tutoribus & curatoribus.

Hæc clausula.] CASVS. Primo dicit, q̃ titulus de suspectis tutoribus necessarius est & frequens. Secũdo quærit, vnde crimen suspecti descendit, & apud quos magistratus possit postulari suspectus tutor, vel curator: & quis tutor vel curator possit suspectus postulari: & quis possit postulare suspectos: & ex quibus causis possit remoueri tutor vel curator à tute. vel cura: & quę sit pœna tutoris vel curato. conuicti suspecti. Tertio determinat, vnde descẽdit hoc crimen. Quarto dicit, qui sint illi magistratus qui possunt remouere à tutela vel cura suspectos. Quinto determinat, qui tutores & curatores possunt accusari, & remoueri à tutela vel cura. Sexto determinat, qui possunt accusare de suspecto, vsq; ad. §. si quis de plebeiis. Cætera sunt plana vsq; ad. §. queri po-

a *Tutor suspectus affi-citur. quod limita, nisi fuisset consanguineus pupilli: quia tũc vt suspe-ctus non remouetur, ne infametur: sed illi dabitur adiutor: vt ea.l.§.fin.&.l.tutor.§.fina.&.l.seq. quas hic tex.in l.si tutor.* test.in.l.tutor. Viuia. spectus affi

c *Crimen.* id est, accusatio criminis. nam crimen non est ex.l.imò per.l.punitur: vt C. vnde vi.l.meminerint.

d *Duodecim tabu.* quia ergo est legitimum crimen, ergo accusatio debet solenniter proponi.i.per libellum in scriptis. Sed tamẽ fauore pupilli est admissum: vt etiam sine libello in scriptis possit fieri accusatio & remotio: vt.j.eo.l.iij.§.præterea. Vel verius ibi loquitur quando iudex per officium inquirit. cæterum si aliquis accusat, non potest fieri sine dicto libello: vt.j.de priua.delic.l.fi. & de mune. & ho.l.rescripto.§.si quis. Sed quæ erit pœna talionis? Respon. infamia.[a] Item & alias quandoque pœnas patitur tutor: vt ea.l.§.fin.&.l.sequenti.&.l.tutor.§.fina.&.l.seq. quas hic tex.in l.si tutor.j. fra, ad Turpil.l.& in priuatis.

e *Bar.in.l.* e *Mandata.* id est legata.

quod si forte. §. Sunt quidam.j. de so.

f *Totum.* immò non: vt supra, de offic.procõsu.l.solent.in prin. &.l.nec quicquam.§.j.&.l.si quid.dic ergo totum quod non exigit maiorem animaduersionem.

g *Transit.* i. cõceditur. vt.ff.de offi.eius cui mã.est iurisdi.l.j.§.fi.

fideicommissi nomine,[n] insolidum ipse cauit. quæsitum est, an in adultum pupillũ pro parte danda sit vtilis actio? Respõdit, dandam.[b]

DE SVSPECTIS TVtoribus & curatoribus.

TITVLVS X.

Procedit per modum summæ. Primo ponit quid induxit ad tractandum seu tradendum istam materiam. Secundo ponit quæ requiruntur ad hoc vt ista materia intelligatur: & illa per ordinem tractat per totum istum titu. Bartolus.

I. VLPIANVS libro trigesimoquinto ad Edictum.

HAEc clausula & frequens & pernecessaria est. Cotidie enim suspecti tutores postulantur. Primum igitur tractemus vnde descendat suspecti crimen:[c] & apud quos postulari quis possit suspectus tutor vel curator: deinde quis, & à quo, & ex quibus causis remoueatur: deq; pœna suspecti.

¶ Sciendum est suspecti crimen è lege duodecim tabularum[d] descendere.

Causa suspecti potest agitari coram ordinario & coram delegato iudice. Barto.

¶ Damus autem ius remouendi suspectos tutores Romę prętoribus: in prouinciis, præsidibus earum. An autẽ apud legatũ procõsulis suspectus postulari possit, dubiũ fuit. Sed imperator Antoninus cũ diuo Seuero Braduæ Maurico proconsuli Africę rescripsit posse: quia mãdata[e] iurisdictione, totum[f] officiũ iuris dicũdi ad eũ transit.[g] Ergo & si prætor mandet iurisdictionem, simili modo dicendũ est suspectũ posse apud eum postulari cui mandata est. cum enim sit in prouincia[h] hoc rescriptum, consequẽs erit dicere & eũ cui à prętore mãdata est iurisdictio, posse de suspecto cognoscere.

Omnes tutores cuiuscunque conditionis existant, possunt accusari de suspecto simile gerant. Bartolus.

a *Excusatus.* ad tempus: vt inst. de excu. tu. §. item qui reipublicæ.

b *Tutelæ iudicio.* vtili, nō directo: vt. ff. de excu. tu. l. Titius. vel dic vt ibi. & facit. ff. de suspec. tut. l. iij. §. quæri. in fi. & §. sequen.

c *Datus est.* tutor vel curator: si nō habes in tex. curator. Accur.

d *Tutelæ.* si fuit tutor: vel nego. gest. si curator. ad quod supra, de tut. l. quæsitum.

e *Datus sit.* quorū vnus anniculus vel circa, alter parum distans à pubertate. & sic citius habebit. xxv. an. quàm alter habebit. xiiij. Vel dic quòd olim etiam adultus poterat esse tutor, nisi se excusaret: quod hodie est secus: vt inst. de excusat. tut. §. item maior.

ADDITIO. Dic q̄ immō nec olim poterat alius tutor esse minor. xxv. an. vt. ff. de administ. tut. l. quæro. §. Lucius. & ff. de excu. tuto. l. non solum. §. libertus. secundum Barto.

f *Datus.* à iudice.

g *Expersona.* vt supra, de admi. tu l. tutores. §. tutelæ.

h *Impuberis.* Sic ergo datiua cedit legitimæ. Sed quid si proximior: agnatus sit, minor sequens: quia maior admittitur. si proximior incipiat esse maior, nunquid posterior desiit esse tutor? Respon. vt nota. ff. de excu. tu. l. non solum. §. si libertus. Item quid si duo tutores fuerunt dati in testamento: & in locum vnius excusati ad tempus datur tutor, vel detur tutor in locum defuncti: & postea decedat testamentarius tutor: nunquid datiuus desinit esse tutor, & legitimus admittitur? arg. quòd non. supra, de tut. l. quæsitum. sed hæc lex est arg. quòd desinat. secundum H.

i *Cedit.* vt & supra, de test. tute. l. si quis sub conditione. &. C. de test. tu. l. iij.

k *Sub conditione.* quod non posset à iudice fieri: vt infra, de regu. iur. l. actus. Accursius.

fuerit excusatus [a], quòd reipublicæ causa aberit: tutelæ iudicio [b] locus est. Sed si desierit reipublicæ causa abesse, cōsequenter desinit [& is] qui in locum eius datus est [c]: & tutelæ [d] conueniri poterit. ℣ Si duobus impuberib⁹ fratribus tutor datus sit [e], & alter eorum in legitimam tutelā fratris sui perfectæ ætatis constituti reciderit: eū qui datus [f] esset, tutorē esse desiisse Nerati⁹ ait. Quia igitur desinit [esse tutor,] erit tutelæ actio, etiam ex persona [g] impuberis [h]: quamuis si testamento datus fuisset, nō desineret esse tutor eius qui adhuc erat impubes: quia semper legitima tutela testamētariæ cedit [i]. ℣ Si testamento sub cōditione [k] tutor dat⁹ sit, deinde alius medio tēpore ex inquisitione: dicendū est locū esse tutelę iudicio existente cōditione: quia tutor esse desinit [l]. Sed & si quis testamento vsq; ad tēpus fuerit datus: idē erit dicendū [m]. Et generaliter quod traditū est, pupillū cum tutore suo agere tutelæ nō posse: hactenus verum est, si eadē tutela sit. Absurdū enim erat, à tutore rationē administrationis negotiorum pupilli reposci, in qua adhuc perseueraret [n]. In qua autē desiit* esse tutor, & iterum cœpit esse: sic ex pristina administratione tutelæ debitor est pupillo, quo modo si pecuniam creditam à patre eius accepisset [o]. Quem igitur effectū hæc sententia habeat, videamus. Nā si solus tutor est: vtique ipse secum non aget, sed vel [p] per specialē curatorem cōueniēdus est: vel pone eum cōtutorem habere, qui possit aduersus eū iudiciū* accipere [q], ex qua causa cū eo tutelæ agi potest. Quinimmò si medio tēpore soluēdo esse desierit: imputabitur cōtutoribus cur nō egerint cū eo. ℣ Si tutori curator sit adiunctus, quamuis suspecto postulato: nō [tamen] cogetur tutelæ iudicium tutor suscipere, quia tutor manet [r]*. ℣ Sed & si fuerit tutor cōfiscatus [s]: aduersus fiscū dandam esse actionē constat ei qui loco eius curator* datus sit, vel contutoribus eius. ℣ Cæteræ actions, præter tutelæ, aduersus tutorē competūt [t], etsi adhuc tutelā administret: * veluti furti, dāni iniuriæ, cōdictio [u]:

x. PAVLVS libro octauo breuis Edicti.

SEd non dantur pupillo [x], dū tutor tutelā gerit. Quāuis enim [y] morte tutoris intereant [z]: tamen pupillus cum hęrede eius [a] actionem habet [b], quia sibi soluere debuit. [c]

xi. VLPIANVS libro trigesimoquinto ad Edictum.

SI filiusfamiliàs tutelam administrauerit, deinde fuerit

l *Desinit.* facit supra, de testa. tute. l. si quis sub conditione. & institu. de Attil. tut. §. j. Accursius.

m *Erit dicendū.* s. quòd finito tempore sit locus tutelæ iudicio.

n *Perseueraret.* vt &. ff. eo. l. nisi. in prin. &. ff. de excu. tu. l. Titius.

o *Accepisset.* sic ergo potest cōueniri: vt. ff. de suspec. tut. l. iij. §. quæri. &. l. seq. Et adde quod not. C. de admini. tuto. l. ij. Item concor. ff. de admini. tut. l. cum plures. &. l. actus. &. l. cum curatore. Ac.

p *Sed vel.* nūc respō. & bene: vt institu. de aucto. tut. §. fina.

q *Accipere.* hoc casu non petitur curator: vt supra, de testa. tut. l. si plures. *Flo. iudicem*

r *Tuter manet.* si erat agnatus vel patronus: vt supra, de suspec. tu. l. si tutor. Vel dic quòd loquitur, quando pendēte causa suspecti adiungitur curator: vt. C. de suspec. tut. l. eum. Accursius.

s *Confiscatus.* quia fuit propter delictū deportatus, & sic bona confiscata: vt. C. de pœnis. l. deportatorum. & tutela finita: vt institut. quib. mo. tut. finitur. §. sed & captis. igitur tutelæ agi potest: vt hic, &. C. de bo. proscript. l. si vt proponis. *Flo. manet.* *Hal. tutor.* *Flo. administrant*

t *Competunt.* id est, natæ sunt, sed non intentantur: vt. j. l. proxi. ergo actio tutelæ, nec etiam nata est durante tutela, cum ipsa cæterarum regula non contineatur, vt hic dicit, & patet supra, eo. l. nisi. in prin. idem dicas in act. de ra. detra. vt supra, eo. titu. l. j. §. fi.

u *Condictio.* furtiua. & dic facto furto durante tutela. Accursius.

x *Sed nō dantur pupillo.* vt ipsemet eas intentet, sed per curatorem datum liti, secundum quosdam, quod non placet: vt. C. de admini. tut. l. ij.

y *Quamuis enim.* respondet tacitæ obiectioni: quia si non dantur statim hæ actiones contra tutorem, cōtingere posset eum mori, & sic prædictas actiones expirare: & ita paterentur damnum. ad quod respondet: quamuis enim &c.

z *Intereant.* quia pœnales sunt, scilicet furti, & damni iniuriæ, in eo quod crescit ex repetitione. xxx. dierū: & ideo ad hæredem non transeunt: vt. C. ne ex delict. de. l. j. & insti. de perpe. & tempo. act. §. non tantum. & supra, ad leg. Aquil. l. inde Neratius. §. hanc. &. C. de fur. l. furti actio. Condictio vero furtiua est rei persecutoria: & ideo in hæredem competit: vt supra, de condic. fur. l. si pro fure. §. fina. Accursius. *Condictio furtiua in hæredem competit.*

a *Hærede eius.* scilicet tutoris.

b *Actionem habet.* scilicet tutelæ: vt & supra, de neg. gest. l. sin autem. §. idem erit. Accursius.

c *Debuit.* tutor quod ex quacūque causa pupillo debuit: vt &. ff. de neg. gest. l. diuortio. in fi. &. j. de fideiuss. l. tutor. Accursius.

SI filius.] CASVS. Filius meus fuit datus tutor Titio pupillo, & cœpit administrare: postea emancipauit eum. certe nihilominus remanet tutor: & de eo quod administrauit ante emancipationem, tenetur inquantum facere potest. de eo quod administrauit post, tenetur pupillo insolidum: ego vero pater tantum de peculio teneor intra annum incipientem currere post pubertatem dicti pupilli. Viuianus.

Insolidum.

BIU Cujas

a *Insolidum.* immo pro vtroq; inquantum facere potest: vt.ſ.de neg.gest.l.Pomponius in negotiis.quæ est cõtra. Sol.ibi domini negotiorũ, hic gerentis fuit mutata cõditio: vt &.ſ.de admini.tu. l.tutores.§.proinde.&.ſ.pro socio.l.ſi id quod.§.filius.

b *Post pubertatem.* de eo quod ante emancipationem gesſit, non quod post: vt.ſ.eod.l.ſi filiꝰ. Ité hoc etiã ſi multi anni tranſeant poſt emãcipationẽ antequã ſit pubes: neq; enĩ &c.

c *Finita.* nam prius agi nõ potest tutelæ de peculio: vt ſupra.eo.l. niſi.ergo nõ currit annus qui datur poſt emãcipationem: quia vtilis est: vt.ſ.quando act.de pecu. est an.l.j.§.annꝰ.

d *Filius autem.* Continuatur cum præcedenti. & dic caſum quòd filius gesſit tutelam, & male: & ſic pater tenetur pupillo de peculio. non potest filius idemq; tutor agere cõtra patrem nomine pupilli: quia nõ est nata actio tutelæ de peculio. ité nõ imputatur filio ſi nõ agat. Accur.

Caſum ponit.

e *Suum factum.* id est, malam geſtionem.

f *Agere.* nam quia filius tutor male gerit, pater tenetur: & ſi velit ex hac obligatione patrem filius conuenire, non potest, quia & ipſe tutelæ tenetur, licet de peculio tantum, quę non datur tutela durãte: vt ſupra, e.l.ſi tutor. §.cæteræ. Accurſius.

g *Ab eo.* ſ.filio.

h *Exigi potest.* id est, imputari à pupillo. Ac.

Si tutor.] CASVS. Tutor finita tutela pubertate pupilli, eius adminiſtrauit negotia, & inceperat forte facere pupillo vnam domũ durante tutela, & eam compleuit. ea finita cerre de iſto quod fecit, etiã finita tutela, potest conueniri act.tut. quia connexũ fuit illi quod durante tute. incepit. ſecus autem ſi non eſſet connexum: quia tũc nõ act.tut. ſed act.neg. geſt. conueniretur: immo de eo etiã quod gesſit in tu cõuenitur act. nego. geſto. ſiue cœpit gerere negotia poſt finitam tu. tanquam curator, ſiue alio modo. Sed ſi tutor finita tutela dimiſit adminiſtrare aliquo tẽpore, & poſtea reincipit: certe pro eo quod gesſit in tutela, actione tutelæ conuenietur. ſubaudi, & nego. geſt. pro eo autẽ quod gesſit poſt, conuenietur act. neg. geſt. &. h.d. cum.l.ſeq. Viuianus.

i *Non potest.* ſcilicet ſi connexa erat adminiſtratio: quia prius inceperat domum, quam poſtea perfecit. ſecus ſi non connexa: vt ſubiicit. & ad hoc. C.arb.tut.l.tutor poſt. & infra, de eo qui pro tut.l.j.§.cum eo. & ſupra, de admini.tuto.l.tutorem. & infra, titu. j.l.quid ergo.§.iudicio.

k *Continebitur.* aliàs, computabitur.

l *In negotiorum.* ſic.ſ.de neg.geſt.l.ſi pupilli.§.fin.&.l.ſinautem. Sed arg.contra infra, eo.titu.l.diuortio.§.cæterum. Sed dic quòd hic remiſerat vſuras in actione tutelæ.

m *Si poſt. Tempore aliquo.* alioquin pro vtroque aget, tutelæ etiã in connexis. Accurſius.

n *Cum eo.* tutelæ pro prima geſtione, nego geſto. pro ſecunda quæ tutelæ deuoluitur in nego.geſto. ſi intereſt, non aliàs: vt ſupra.l.proxi.no.

Si ex duobꝰ.] CASVS. Duo tutores in tutela dolum cõmiſerũt: pupillus cum vno eorum tranſegit. certe nõ prodeſt alteri. ſecus ſi vnus tutorũ prædictorum præſtitiſſet pupillo totum ſuũ intereſſe: quia tũc ambo liberãt: ſicut liberant duo cõmodatarij, ſi vnus eorũ cõmodatũ reſtituat: & duo depoſitarij, ſi vnꝰ eorũ rem apud eos depoſitam reſtituat: & ſicut liberantur duo dolum cõmittentes in re eis mandata, ſi vnus ſatisfaciat mandatori de toto intereſſe ſuo. Vi.

o *Proderit.* ſubaudi, ex vi pacti: ſed quia ſolutũ est: vt.ĩ.dicit. Ioã. & ſic nõ ob.contra.infra, de fideiuſſ.l.ſi ſtipulatus.§.j.& facit. C.de tranſact.l.j.

p *Pœnam.* vt.ſ.l.j.§. nũc tractemus. ibi, plane &c. Accurſius.

q *Quòd ſi præſtitiſſet.* ex ſententia, nõ ex tranſactione: vt differat à ſuperiori caſu. vel dic ex tranſactione. & facit ſ.de eo per quẽ factum erit.l.j.§.ſi plures.&.ſ. ſi men.fal.mo.dix.l.iij. in princip.

r *Commodata est.* vt.ſ. commo.l.ſi vt certo.§. fina. Accurſius.

ſ *Vel depoſita.* vt.ſ.depoſi.l.j.§.ſi apud.&.l.ſi duo. Accurſius.

Si adhuc cum.] CASVS. Tutor datus ſine inquiſitione, vel legitimus promiſit rem pup. ſui ſal.fo. & fideiuſſores ſuper hoc dedit. poſtea male adminiſtrabat. quæritur, vtrum ex dicta ſtipulatione durãte tutela poſſit cõueniri ipſe, vel fideiuſſores eius prædicti? Et reſpon. q; non, ſicut nec poteſt cõueniri tutelæ. ſecus in curatore qui ita promiſit, vt dictum est in tutore: quia ipſe bene conueniri poterit ex dicta ſtipu. etiam durante cura. Viuianus.

t *Si adhuc cum.* aliàs, ſi adhuc cum: & aliàs, ſi cum vno &c.

u *Ex ſtipulatu.* ſcilicet ex ſtipu. rem pupil. ſal. fore.

x *Non poteſt.* vt ſupra, eo.l.niſi. in princi.

y *Vtilitatem.* propter quam differtur tutelæ: ſcilicet quia abſurdum est &c. vt.ſ.eo.titu.l.ſi tutor.§.ſi teſtamento.

z *Differendam.* vt hic, & infra, rem pupil. ſal. fo.l. non quaſi.§. hanc ſtipulationem.&.§. ſi tutor.&. §. generaliter. ſecus autem in curatore etiam impuberis: vbi agitur etiam ante finitam tutelam: vt hic ſubiicit, & infra, rem pup. ſal.fo.l.non quaſi.§. illud ſciendum.

eũ à ſemetipſo tutelã exigere.

Sed & ſi quis cum tutelã adminiſtraſſet, idem curator adoleſcenti fuerit datus: dicendum eſt negotiorum geſtorum eum conueniri poſſe.

XIIII. GAIVS libro duodecimo ad Edictũ prouinciale.

SI poſt pubertatẽ tẽpore aliquo m, licet breuiſſimo, intermiſerit adminiſtrationẽ tutor, deinde cœperit gerere: ſine vlla dubitatione tam tutelæ, q̃ negotiorum geſtorum iudicio cum eo n agendum eſt.

Duobus tutoribus dolũ in tutela committentibus, vnius tranſactio facta cum pupillo non prodeſt alteri. ſecus ſi vnus eorum totũ intereſſe præſtiterit pupillo. hoc dicit.

XV. VLPIANVS libro primo Diſputationum.

SI ex duobus tutoribus cũ altero quis trãſegiſſet, quãuis ob dolũ cõmunẽ: trãſactio nihil proderit o alteri. nec immeritò: cũ vnuſquiſq; doli ſui pœnã p ſufferat. Quòd ſi conuẽtus alter præſtitiſſet q: proficiet id quod præſtitit, ei qui cõuentus nõ eſt. Licet enĩ doli [mali] ambo rei ſint, tamẽ ſufficit vnũ ſatisfacere: vt in duobus quibus res cõmodata r eſt, vel depoſita ſ, quibúſque mandatum eſt.

Sicut durante tutela tutor non poteſt cõueniri actione tutelæ, nec fideiuſſor eius ex ſtipulatione rem pupilli ſaluã fore: ita nec tutor nec fideiuſſor eius poſſunt conueniri durante tutela ex tali ſtipulatione rem pupilli ſaluã fore. ſecus in curatore. hoc dicit.

XVI. IDEM libro ſeptuageſimo quarto ad Edictum.

SI adhuc cũ t tutore ex ſtipulatu u agatur, vel cũ his q̃ pro eo interuenerũt: erit dubitatio an quia tutelæ agi nõ poteſt x, nec ex ſtipulatu agi poſſit. Et pleriq; putãt etiã hanc actionẽ propter eãdẽ vtilitatẽ y differendam z. ¶ Cum curatore pupilli ſiue adoleſcentis

BIU Cujas

agi poterit [a], & si vsque adhuc cura perseueret.

Tutor finita tutela vel non, non tenetur ministrare sumptus pupillo causa litis exercendæ contra se. h.d.

XVII. IDEM libro tertio de Officio Consulis.

IMperatores Seuer[9] & Antoninus rescripserũt in hæc verba: Cùm hoc ipsum quæratur, an aliquid tibi à tutoribus vel curatoribus debeatur: non habet rationem postulatio tua [b] volétis in sumptũ litis [c] ab his tibi pecuniã subministrari.

XVIII. PAPINIANVS libro vicesimo quinto Quæstionum.

CVm tutor negotiis impuberis administratis [d] pupillum paterna hæreditate abstinet: bonis patris vẽditis [e] tractari solet, vtilis actio pupillo relinqui, an creditoribus cõcedi debeat. Et probatur actionẽ [f] inter pupillũ & creditores patris esse diuidendam: scilicet vt quod rationi bonorum per tutorẽ [g] deerit, creditoribus reddatur [h]. quod autem dolo vel culpa tutoris in officio pupilli perperam abstenti contractum est [i], puero relinquatur [k]. quæ actio [l] sine dubio non prius cõpetet, quàm pupillus ad puber tatẽ peruenerit [m], sed illa confestim creditoribus datur.

XIX. VLPIANVS libro primo Responsorum.

SI probatum [n] est nomẽ debitoris à nouissimo curatore, frustra tutorem [o] de eo conueniri [p].

Minoribus in integrum restitutis contra maiorem, sibi restituitur actio contra tertium minoris beneficio liberatum: hoc dicit.

XX. PAPINIANVS libro secundo Responsorum.

ALterius [q] curatoris hæredẽ minorem, vt [in] maiore [r] pecunia condemnatum, in integrum restitui placuit. Ea res materiam litis aduersus alterum curatorem instaurãdæ nõ dabit, [s] quasi in minore pecunia condemnatum: si non sit eius ætatis actor, cui subueniri debeat: sed æquitatis ratione suadente, per vtilem actionem ei [t] subueniri inquantum alter releuatus est, oportet.

a *Agi poterit.* ex prædicta stipulatione: vt. j. rem pup. sal. fo. l. nõ quasi. 9. illud sciendum. secus in generali act. nego. gesto. vt. C. de admi. tuto. l. ij. vbi de hoc not. &. ſ. de admini. tut. l. actus. Alij dicunt hic datũ ad litem, vel ad aliquã aliam speciẽ: ibi de generali. Vel tertio posset intelligi: vt. ſ. de adminiſt. tut. l. cum curatore.

Imperatores.] CASVS. Tutor finita tutela restituit res suas pupillo suo quondam. nũc dicit pupillus quõdam tutori: Tu debes adhuc mihi decẽ: vnde ea peto: & peto vt facias mihi sumptus in hac lite de decẽ. Certe non debet audiri à iudice talis postulatio, imo apportare debet adultus denarios secum causa faciendi expẽsas in dicta lite. Viuianus.

b *Tua.* i. tui. Accurſi[9].

c *Litis.* quæ vertitur inter te & eos, siue finita sit administratio, siue non: dummodo agi posit. Sed arg. contra, supra, de inofficioso testamento. l. ſi instituta. ſ. de inofficioſo. &. C. de ordine cognitionũ. l. fina. ADDITIO.

Dic quòd ibi erat quæstio de bonis de quib[9] debebat viuere ille agens: & iam vicerat in causa principali: vnde ex illis bonis debet habere sumptus & victũ: hic erat quæstio de quodam debito particulari secundum And. de Pisis. Vel dic quòd ibi erat quæstio ſtatus, & bonorũ omniũ: nec habebat vnde se posset alere aliũde: hic vero sic, secundum Dynum. Vel dic quòd ibi erat præsumptio pro illo qui petit sibi administrari sumptus, ratione possessionis, vel quasi libertatis: vt ibi patet in litera: quæ rationes hic cessant. & per ista patet responsum ad. l. istam. in quæstione de monacho: quia monachus ante alebatur à monasterio: quia non habebat aliunde vnde se aleret, secundum Barto. hic.

CVm tutor.] CASVS. Tutor Titij pupilli administrauit negotia eius aliquo tẽpore: inter quæ negotia erant bona patris dicti pu. qui pater pupil. habuerat multos creditores. dict[9] tutor in dicta sua administratione deminuit aliquo malo modo de dictis bonis paternis. Itẽ abstinuit dictus tutor dictũ pu. patris ab hæreditate, cũ vtile esset pupillo eã retinere. nunc veniunt creditores patris, & non inueniẽtes aliquẽ hæredem patris faciunt vẽdi bona patris auctoritate iudicis, vt eis satisfaciat: & non inueniunt ibi aliquam integrã satisfactionem, eo quia tutor malo modo deminuit vt dictum est. quæritur, vtrùm pup. tantum habeat act. tut. contra dictum tutorem, eo quòd eum abstinuit à patris hæreditate contra commodum suum, vt dictum est: an vero etiam creditores habeant contra eum act. nego. gesto. eo quòd ipse malo modo deminuit de bonis patris pu? Et dicitur quòd pup. habet suam act. tut. contra eum, & creditores habent contra eum act. nego. gesto. sed illa pupilli non intentatur nisi finita tutela: illa auctoritate creditorum, intentatur etiam incontinenti. Viuianus.

d *Administratis.* adiuit & administrauit: & postea per in integ. resti. abstinuit, & postea vẽdidit. Vel dic q[9] administrauit nõ aduendo, puta cũ protestatione: & tandẽ abstinuit, & vẽdidit postea: & male fecit vtranque scilicet abstentionem, & rerum venditionem. vtroque casu, pro primo male gesto, pupillo: pro secundo, creditoribus tenetur. Accursius.

e *Venditis.* à tutore nomine creditorum, vel pro soluendo eis.

f *Actionem.* id est, commodum agendi. nam alia pupillo datur, scilicet vtilis, id est, efficax tutelæ. alia creditoribus, scilicet neg. gest. similis diuisio. ĩ. de fur. l. inter omnes. ſ. ſi seruus. Alij dicunt quòd actio tutelæ diuiditur: & dicunt cessam à pupillo eis. & sic apparet quòd adiuerit. prima placet.

g *Per tutorem.* male vendentem.

h *Reddatur.* per act. nego. gesto.

i *Contractum est.* vt quia hæreditas erat bona in. c. omni ære alieno deducto. ADDITIO. Ex hac glo. no. secundum Bald. hic, quòd quando dicitur, ista hæreditas est bona pro centum, tantum est dicere, quòd centum sunt in hæreditate vltra omne æs alienum.

k *Puero relinquatur.* p act. tut. Nec hoc quod habebat pupillus à tutore, obligat eũ creditoribus: vt. C. arb. tu. l. eum. & facit. ſ. de condic. indeb. l. tutores. & ſ. de bo. auct. iudi. poſ. l. ſi non expedierit. §. j.

l *Quæ actio.* ſ. tutelæ quæ datur pupillo.

m *Peruenerit.* vt. ſ. eo. l. niſi. sed illa scilicet quę datur creditorib[9], quæcũq; sit, confestim datur: vt hic subiicit.

SI probatum.] CASVS. Tutor pecuniam pupilli mutuauit: postea finita tutela fuit datus curator dicto pupillo quõdam: qui curator approbauit illud quod fecit tutor in pecunia mutuanda. certe amodo propter hoc nõ tenetur tutor pupillo, immo curator. Viuia.

n *Si probatum.* id est, approbatũ vt idoneũ: quod facere nõ habet necesse, vt si non erat bonũ: vt. ſ. de admini. tut. l. tutor siue. & fuit factum nomen à tutore de pecunia pupilli.

o *Tutorem.* qui contraxit nomen.

p *Conueniri.* à minore, vel ab alio eius nomine. bonum enim fecit &c. vt. ſ. man. inter causas. §. abesse. niſi per in integ. restit. vt arg. supra, de adminiſt. tuto. l. ſi minoris. Accurſius.

ALterius.] Casum in prin. l. ponit hic glo. [NON IDCIRCO.] Titius administrauit tutelã Seij pupilli. finita tutela habuit Seius curatorẽ, qui curator conuenit dictũ tutorẽ act. tut. & cum deberet tutor condẽnari in. xx. culpa curatoris fuit condemnatus in. x. tantũ. vnde dictus Seius petit in integrũ restitui cõtra tutorem minore pecunia condemnatũ, cum ipse Seius sit adhuc intra tẽpus quo potest dari restitutio. i. intra quadrienniũ: quãuis transiuerint. xxv. an. Item potest dictus Seius agere contra dictũ curatorẽ, q. fuit in culpa vt dictus tutor minus condẽnaretur. egit ergo Seius contra dictũ curatorẽ, & fecit eũ propter hoc condẽnari. nũquid propter hoc quòd condẽnatus est curator, liberatus est tutor de his quę supra dixi? Certe nõ. ſi ergo agat dictus Seius cõtra curatorẽ act. iudi. repellet eum curator excep. doli, ſi Seius non cedat curatori act. quam habet contra tutorem. Viuianus.

q *Alterius.* Titi[9] adult[9] habuit duos curatores, q. ex mala gestione tenebãtur in. xx. decesſit vn[9] Seio relicto hærede, q. Seius erat minor: nũc Titius factus maior, & sic finita cura, egit cõtra Seiũ, & habuit. xv. Itẽ egit cõtra curatorẽ viuũ, & habuit. v. & de reliquo fuit absolut[9] viuus: nũc restituit Seius cõtra Titiũ in. v. quia intantũ fuit læſus per ſententiã. certe restituetur Titius de æquitate cõtra curatorẽ viuũ absolutũ pro illis. v. Vel dic secundo q[9] Seius læſus restituitur contra curatorem viuum, cui proficit Scij læſio. & secundum vtrumque dic de æquitate, non de rigore.

Casum ponit.

r *Maiore.* quàm deberet.

ſ *Non dabit.* de iudicio ſtricto: ſed de æquitate secus: vt ſubiicit.

t *Ei.* ſcilicet Titio facto maiori. & est no. quòd hic Titius maior non tantum contra minorẽ potest restitui: vt. C. ſi aduer. trãſac. l. j. &. ij. ſed etiam in alium restituitur antiqua actio: vt hic, & C. de repu. quę ſi. in iu. l. j. Vel dic secundũ alium casum, ei. i. Seio in maiori pecunia damnato: quia nõ repetit, vel non potest propter inopiã repetere à Titio. certe restituet contra curatorẽ viuũ.

Non id-

BIU Cujas

a *Non idcirco actio.* pone casum vt supra, de admini.tut.l.si minoris.& incipe constructionem,actio quæ potest &c.

b *Consequi poterunt.* & sine cessione habent vtilem:vt.C.de cõtra.iu.tut.l.ij.& arg.supra,proxi.

Casum ponit.

c *Cvm pupillus.* Pupillus egit contra vnum de tutoribus insolidum, & condemnatus est insolidũ: puta in.c.quę soluit insolidũ facta prius cessione contra alium nõ cõdemnatum.certe tutor condemnatus soluendo non extinxit actionẽ sibi cessam pro parte:quia nõ hoc soluit vt extingueretur,sed vt pretium cessionis:vt hic,& infra,de fideiuss. l.cũ is. & infra, de sol. l. Modestinus.

Conuento minore nomine illius contra quem potest in integrum restitutio postulari, illius iuris beneficio dicitur concedi. hoc dicit secundum Ray.

¶ Nõ idcirco actio[a], quæ post vigintiquinq; annos ætatis intra restitutionis tẽpus aduersus tutorẽ minore pecunia tutelæ iudicio condemnatũ redditur, inutilis erit, quòd adulescenti curatores ob eam culpam condemnati sunt. Itaque si non iudicatum*[d] à curatoribus factum est: per doli exceptionem curatores cõsequi poterũt[b] eam actionem præstari sibi.

*Flo. iudicium

d *Iudicatum.* id est, solutio cõdemnationis à condemnato.

Cessione actionis tutelæ à pupillo facta contra collegam, tutor insolidum condemnatus secuta solutione debiti non excusatur. hoc dicit secundum Ray.

XXI. IDEM libro primo Definitionum.

CVm pupill'[c] tutelæ actione contra tutorẽ alterum, tutori, quem iudex insolidum condemnauit, cessit: quamuis postea iudicatum[d] fiat, tamen actio data nõ intercidit:quia ꝑ parte[e] cõdemnati tutoris,non tutela reddita[f], sed nominis pretium solutum videtur.

e *Pro parte.* hic puncta: & dic, tutela condénati tutoris.s.insolidum non videtur reddita ꝑ vna parte.s. pro parte nõ condemnati: quia sic actio esset extincta. & non valeret cessio facta, vel quæ fieret:sed nominis &c. Et sic est arg.quòd pro parte nõ insolidum fit cessio vni de duob' reis cõuento insolidum: vt supra, de admi. tut.l.si plures.& de pec.l.quęsitum.§.sed si velit. Si autẽ diceres pro parte cõdénati nõ videri satisfactũ,sed nec ꝑ parte nõ cõdénati, vt cõstat: ergo solida actio remaneret: & ita insolidum cederetur: quod quidã dixerũt per hanc legẽ: quod non placet.

f *Nõ tutela reddita.* & ita actio cessa non est extincta.

Priuilegium tutelæ pupillo cõpetens, non perimitur nouatione necessaria per sententiam condemnatoriã latam in tutoris præiudicium contingentem.

XXII. PAVLVS libro tertiodecimo Quæstionum.

DEfensor tutoris condemnatus[g] non auferet priuigium[h] pupilli: neq; enim spõte cum eo pupillus contraxit.[i]

Defensor.] CASVS. Pupill' quõdam fecit vocari ad ius tutorẽ suum quõdam, volens eum cõuenire act.tut. Titius obtulit se ad tutoris defensionẽ. nunquid auferetur propter hoc pup. priuile. quod habet vt aliis creditoribus præferatur ? Et certe non.& est ratio, vt dicit litera. Viuianus.

g *Condemnatus.* pupillo agenti contra eum.

h *Priuilegiũ.* quod habet in ꝑsonali actióe tutelę, vt ꝑferat aliis.

i *Cõtraxit.* i. quasi cõtraxit.nã tãtũ in iudicio quasi cõtrahitur:vt ff.de pecu.l.iij.§.idẽ Iulian'.& est bona ratio. nã sec' si volũtarie nouasset animo nouãdi[a] ab aliquo stipulãdo: vt.ĵ.de noua.l.aliã

a Nouatio enim fieri debet expresse, nisi in trib' casibus quibus tacite præsumitur facta ipso iure.vide.l. fi.C.de noua. & ibi gl. Bar. in l.Valerianus. sup. de prato stip.

Conuento.] CASVS. Titius habuit tutorẽ Seium, qui Seius decessit relicto hærede: nunc autẽ Titius factus adultus habet curatorẽ:& cũ curatore cõuenit hæredẽ tutoris: & fecit eum condénari in eo quod debuerat tutor. nũquid propter quòd condemnatus est hæres tutoris, est liberatus ipso iure,vel per except. curator ab eo quod tenebatur adulto? Certe nõ.tenetur enim curator non solum facere condemnari tutorem quondã vel hæredem eius,sed etiam ab eo exigere quod debet.& quod dixi in curatore, idem dico in magistratibus qui dederunt tutorem, & in hæredibus eorum. Viuianus.

k *Eiusdem.* scilicet pupilli quondam,nunc autẽ adulti. Item cõuento,non autem exacto. Alioquin inquantum esset exactum ab hærede tutoris, liberatur ipso iure curator minoris,& hæres magistratus: vt.ff.e.l.alterius.§.fin.& de admini.tuto.l.si minoris.

Posthumo.] CASVS. Quidam in testamento dedit tutorẽ posthumo suo,qui tutor administrauit: & posthumus non est natus postea. qua actione tenetur dictus tutor de eo quod administrauit? Et certe act.neg.gest.vtili,non autem act.tut. vel protutelæ,vel nego.gesto.directa. Viuianus.

l *Significatio est.* qua possit dici protutelæ.

m *Negotiorum gestorum.* scilicet directa.

n *Vtilis.* neg.gest.vt & sic intelligitur.ĵ.titu.ij.l.j.§.si quis.&.ff. de testa. tut.l.si nemo. §.fina.& supra,de neg. l.cum pater.

XXIII. IDEM libro nono Responsorum.

COnuẽto hęrede tutoris iudicio tutelę, curatorẽ eiusdem[k] neque ipso iure liberatum videri, neque exceptionẽ rei iudicatæ ei dandam. Idémque in hæredibus magistratuũ obseruandum [est.]

XXIIII. IDEM libro secundo Sententiarum.

POsthumo tutor datus, non nato posthumo, neque tutelæ, quia nullus pupillus est: neq; protutelæ,* quia nulla significatio est[l]: neque negotiorum gestorum[m] iudicio tenetur, quia administrasse negotia eius qui* natus non esset, non videtur. & ideo vtilis[n] in eum actio dabitur.

*Flo. protutelæ

XXV. HERMOGENIANVS libro quinto iuris Epitomarum.

NOn solum tutelæ priuilegium[o] datur in bonis tutoris,sed etiam eius qui pro tutore*negotiũ gesit, vel ex curatione pupilli pupillæúe, furiosi furiosæúe debebit*, si eo nomine cautum[p] non sit.

*Flo. tutelæ

*Flo. debet

DE CONTRARIA TVtelæ & vtili actione.

De duabus actionibus dicit.scilicet de contraria tute. Item de vtili nego. gesto.contraria.

TITVLVS IIII.

I. VLPIANVS libro trigesimosexto ad Edictum.

CONtrariã tutelæ actionẽ prętor proposuit, induxitque in vsum vt facilius tutores ad administrationẽ accipiendã tutelam, quãuis aliàs pupillus nõ obligetur sine tutoris auctoritate,& quãuis tutori nõ obligetur ex cõtractibus inter eos factis.& scias ꝙ actio cõtraria datur non solũ tutori,sed etiã ei qui pro tutore administrauit, & curatori pupilli, vel adolescẽtis, vel furiosi, vel prodigi,& ventris,& vbicũque posit alibi inueniri aliquis curator: sed tutori cõpetit dicta actio demũ tutela finita.sed ei qui pro tutore administrauit, & curatori cõpetit statim cũ aliquid impenderint. & si pupillus cõueniat tutorẽ actione tutelæ, est in arbitrio tutoris vtrum cõpenset cum pupillo id quod debet recipere à pupillo, an petat directe cõtrario iudicio. & si nõ opponat tutor, cõpensatur. & si finita causa actionis tutelæ velit tutor agere cõtraria,bene potest.secus si opposuit compensationẽ,& iudex eam reprobauit: nam nõ poterit postea agere cõtraria. [*AN IN HOC IVDICIO.*] Nũquid veniunt in hac cõtraria actione,etiã ea quę pater pupilli debuit tutori? Et dicitur ꝙ non.sed si distulit petere id quod pater pupilli ei debebat,amore pupilli,& propter hoc damnum passus est:certe resartionẽ illius damni potest cõsequi cõtraria actione: vnde si pater pupilli tenebatur tutori aliqua tẽporali actione, & distulit agere vt dictum est,ita ꝙ periit dicta actio:certe habebit cõtrariam actionem ad id consequendum quod debebat cõsequi temporali actione. [*HANC ACTIONEM.*] Quamuis pupillus non agat cõtra tutorem act. tut.tamen tutor potest agere contra pup. cõtraria act.Sed quid si pupillus agat cõtra tutorem act.de rationibus detrahendis? Certe cõtra eum poterit agere tutor cõtraria act.etiam si plus impendit tutor in vtilitatem pupilli, quàm sit in facultatibus

*Flo. tutela

*Flo. debitur

o *Priuilegiũ.* scilicet quod datur in actione personali.& sic cõcordat.ĵ.de priuile. credi. l.dabimus. §.si quis. & l.sequen. &.l.si negotium.sed heredi nõ datur: vt.ff. de administ. tut.l.si ex pluribus.Sed quid erit de tacita hypoteca ? videtur idem, vt no. C.de admi.tuto. l.pro officio.& hoc videtur velle.Accursius.

p *Cautũ.* i. satisfactũ.

BIU Cujas

facultatibus pup. sed si nō expendit tutor in vtilitatem pup. illud quod expendit vltra q̄ sit in facultatibus pup. nō repetet cōtrario iudicio, hoc dicit cum duabus ll. seq. vsq; ad. §. contrarium. Vi.

a *Scientes.* hac ratione est inuenta negotiorum gestorum contraria: vt institu. de obliga. quæ ex quasi con. §. j.

b *Non obligētur.* vt. §. de auct. tu. l. obligari.

c *Possit.* vt. §. de auct. tuto. l. j. in princ.

d *Ciuiliter obligetur.* subaudi etiā, nō solū naturaliter: & hoc quia venit obligatio ex re: vt j. de act. & oblig. furiosus. aliàs naturaliter tātū. quod dic vt no. §. de auct. prēstā. l. pupillus.

e *Hæc actio.* s. cōtraria in genere accepta. nam dicit postea de cōtraria neg. gest. actiōe.

f *Debet.* vt. j. ti. j. l. fin.

g *Contrarium dandum iudicium.* id est, actionem nego. gesto.

h *Durat.* s. officiū vel tutelæ: & sic est i actione tutelæ: vt. §. ti. j. l. ni. si. secus autē in cōtraria protut. & contraria vtili neg. gest. vt. j. ꝓxi. Sed cur tam variē statim respō. quia &c.

i *Quo hoc casu.* hęc est bona ratio ad ac. protut. vt. j. tit. j. l. j. §. cum eo. & neg. gest. contra cæteros: vt. §. tit. j. l. ni. si. §. fi. Sed in adulti curatore videtur secus: vt C. de admi. tut. l. ij. quę est contra. Sol. dic vt exponitur. §. de admi. tut. l. cum curatore.

k *Reputare.* vt supra, de cōdic. indebi. l. cum indebitum. & l. fi. §. tutor. & arg. §. cōmo. l. in rebus. §. quod autem. & C. eo. l. fi. Accursius.

l *Sed si reprobata est.* sic s. de neg. gest. l. sin autē. §. si rationē. & de cōpē. l. quod in diem. §. fina.

m *Integra sit actio.* quę contra patrem pupilli competebat. & est ad. l. C. de in litem dan. tu. l. iij. Accursius.

n *Tempore finitur.* vt redhibitoria quam nō exercuit, nec sibi exegit ꝓpter vtilitatē pupilli. o *Cōtrario agere.* sic. §. commo. l. in cōmodato. §. j. & l. in rebus. §. fi. & C. eo. l. fina.

p *Dandū est.* s. cōtrariū iudiciū ex. in. l. tutelæ. Accursius.

q *Intēdatur.* cōtra tutorē. §. quod rē. & dicit, magis, ideo quasi liceat sibi vindicare se. ad quod est. §. de bo. libe. l. qui cū maior. §. si libertus. Acc.

r *In facultatibus.* i. in facultate soluendi. aliàs quo modo pupillus redderet? sic exponitur. j. de verb. sign. l. Nepos Proculo. Vel dic quod licet plus expendat, condemnabitur pupillus, & exigetur quando erit soluendo.

s *Ex officio.* id est, ex pietate: vt infra, eo. l. penul. & facit supra, de pigne. acti. l. si seruos. Accursius.

cederēt, scientes[a] pupillū quoque sibi obligatum fore ex sua administratione. Quanq̄ enim sine tutoris auctoritate pupilli nō obligētur[b], nec in rem suā tutor obligare pupillū possit[c]: attamen receptum est vt tutori suo pupill[o] sine tutoris auctoritate ciuiliter obligeī[d] ex administratione scilicet. Etenim prouocandi fuerant tutores vt prōptius de suo aliquid pro pupillis impēderent*, dum scirēt se recepturos id quod impendissent.* ℣ Hęc actio[e] non solū tutori, verum etiam ei qui pro tutore negotia gesit, cōpetere debet[f]. Sed & si curator sit, vel pupilli, vel adulescentis, vel furiosi, vel prodigi: dicendum est etiā his contrariū dandum [iudiciū[g].] Idē in curatore quoque ventris probādū est. Quæ sententia Sabini fuit, existimātis cæteris quoque curatoribus ex iisdem causis dandum contrarium iudicium. ℣ Finito autem officio[t] hanc actionem cō petere dicimus tutori. Cæterum quādiu durat[h], nondum competit. Sed si pro tutore* negotia gesit, vel curam etiā administrauit: locus erit iudicio etiā statim: quia hoc casu[i] in ipsum quoq; statim actio cō petit. ℣ Præterea si tutelæ iudicio quis cōuenietur, reputare[k] potest id quod in rem pupilli impendit. sic erit arbitrij eius, vtrum cōpensare, an petere velit sumpt[o]. Quid ergo, si iudex compensationis eius rationem nō habuit? an cōtrario iudicio experiri possit? Et vtiq; potest. Sed si reprobata est[l] hęc reputatio, & adquieuit: non debet iudex cōtrario iudicio id sarcire. ℣ An in hoc iudicio nō tantū quæ pro pupillo vel in rem eius impensa sunt, veniant: verumetiam ea quoq; quæ debebantur aliàs tutori (vtputa à patre pupilli si quid debitū fuit) quæritur? Et magis puto, cùm integra sit actio[m] tutori, non esse in contrariū iudicium deducendū. Quid tamen, si ideo expectauit, quia tutor erat, & ideo nō exegit? Videamus an contrario iudicio tutelæ indēnitatem cōsequatur. Quod magis probandum est. Nam sicuti quodcūque aliud gesit ꝓ vtilitate pupilli, id cōtrario iudicio cōsequetur: ita etiā id quod sibi debetur, cōsequi debet, vel eius securitatē. Ego & si ex [ea] causa quę tēpore finitur[n], obligatio aliqua fuit: tutelæ cōtrarium iudicium esse ei opinor.

Licet quis aduersarium non aggrediatur: tamen quandoque aggressionem patitur. hoc dicit cum l sequen.

℣ Hanc actionem dandam placet, & si tutelæ iudicio non agatur. Etenim nonnunquam pupillus idcirco agere tutelæ non vult, quia nihil ei debetur: immò plus in eum impensum est, quàm quod ei abest. nec impediendus est tutor cōtrario agere[o].

II. IVLIANVS libro vicesimoprimo Digestorum.

LOnge magis dādum est[p], & si [de] rationibus distrahendis actio intendatur. q

III. VLPIANVS libro trigesimosexto ad Edictum.

QVid ergo si plus in eū impendit, quàm est in facultatibus[r]? Videamus an possit hoc consequi. Et Labeo scripsit posse. Sic tamē accipiēdū est, si expediat pupillo ita tutelā administrari. Cæterum si non expedit: dicendum est absolui pupillum oportere. Neq; enim in hoc administrātur tutelæ, vt mergātur pupilli. Iudex igitur qui contrario iudicio cognoscit, vtilitatem pupilli spectabit, & an tutor ex officio[s] sumptus fecerit.

Finita tutela tutor non potest agere hoc iudicio, vt pupil. eum liberet ab actione tutelæ: sed tantum agit pro pecunia quæ ei abest, & hoc cum vsuris. hoc dicit.

℣ Contrarium iudicium an ad hoc quoque cōpetat, vt quis à tua, & cōpetit hęredi tutoris, & cōtra hęredē pup. datur. Viuian[o].

QVid ergo.] CASVS in prin. huius. l. positus est in fine casus precedentis. [CONTRARIVM IVDICIVM.] Finita tutela vult agere tutor contra pup. act. contraria vt pupillus liberet eū ab actiōe tut. qua ei tenetur. Certe nō potest, sed tantū potest agere de his quæ ei tutori absunt propter admi. tut. & si ei abest pecunia, eam repetet cum vsuris: de quibus dicit

litera satis plane. & si pu. debeat tutori vsuras propter prædictam causam, & tutor debeat vsuras pu. quia nō fœnerauit pecu. pupillarem, cōpensabitur vna vsura cum alia. & idem si alio modo debeat tutor vsuras pupillo: quia semper debebit compensare cum vsura sibi debita à pupil. puta quia in vsus suos conuertit pupilli pecu. & sic ad vsuras tenetur pup. & postea in vtilitatē pupilli impendit de sua pecu. quo casu tenetur ei pupil. ad vsuras. & idem ecōtra si prius impendit, & postea in suos vsus cō uertit: quia semper cōpēsabitur vna vsura cū alia. [VSVRAS VTRVM.] Supra proxi. §. dictū est quòd tutor qui impendit pecu. suam in vtilitatem pupilli, potest eam repetere contraria actione cum vsuris. nunc quęritur, cui[q] tēporis vsuras cōsequi possit tutor: vtrū eius temporis tantum quo durauit tutela, an etiā eius tēporis quod cucurrit post finitā tutelā, an ex mora tantū commissa post finitam tutelam? & certe totius tēporis quod cucurrit antequā restitueretur sibi pecunia, cōsequi debebit tutor vsuras: & hoc quando nō potuit sibi soluere tutor durante administratiōe. secus autem si potuit, & nō fecit. & scias quòd semper potest repetere tutor illud quod impendit, dummodo vtiliter inceperit impendere: etiā si cōtrarium euentū res habuit. [IVDICIO TVTELAE CONTRARIO.] Nō solū quod impēdit tutor in vtilitatē pupilli durante tutela, potest cōtrario iudicio repetere, vt dictū est: sed etiā id qđ impēdit antequā esset tutor: puta q̄a ꝓ tutore gerebat antequā esset tutor: vel erat curator vēteris, vel alio quocūq; modo bona fi de impēdit. sed & id qđ post finitā tutelā impēdit, potest repetere: & hoc si id quod administrauit post tute. & in quo impendit, erat cōnexum his quæ durante tut. administrauit. [HANC ACTIONEM.] Hęc actio cōtraria quæ datur tutori contra pup. est perpe-

a *Liberationem.* finito officio, quâ multi hodie extorquent cum iuramento quæ sine fraude tenet: vt.C.si aduer.venditionem authen.sacramenta puberum.Accursius.

b *De suo.* sic supra, de nego. gest. l.ij. & supra, man. l. si vero non remunerandi. §. si mihi.

c *Triētibus.* si tales secūdū cōditioné suę pupillo exigat liberationem[a], videndū est. Et nemo dixerit* in hoc agere quē cōtrario posse, vt tutelæ iudicio liberetur: sed tantū de his quę ei propter tutelam absunt. Cōsequitur autē pecuniā siquā de suo[b] cōsumpsit, etiā cum vsuris, sed vel trientibus,[c] †vel his quæ in regiōe obseruātur[d], vel his quibus mutuatus est (si necesse habuit mutuari, vt pupillo ex iusta causa prorogaret*) vel his à quibus pupillū liberauit, vel quib⁹ caruit tutor, si nimirū[e]* profuit pupillo pecuniā esse ex solutā. ℣ Planè si fortè tutor aliquid[f] pecuniæ debuit fœnerare, [&]aliquid ipse pro pupillo soluit: nec ipse vsuras cōsequitur, nec pupillo præstabit.[g] Quare & si in vsus suos cōuertit, deinde aliquid impendit in rem pupillarē: quantū* impendit, desinit[h] vertisse: & exinde vsuras non prętstabit. & si ante impēdit in rem pupillarē, mox in vsus suos[i] vertit: nō videbitur vertisse quātitatem quę cōcurrit cum quātitate sibi debita, vt eius summæ non præstet vsuras. ℣ Vsuras vtrùm tandiu cōsequetur tutor, quādiu tutor est, an etiā post finitā tutelam, an ex mora tantū videamus. Et magis est, vt quoad ei reddatur[k] pecunia, cōsequatur. Nec enim debet ei sterilis esse pecunia. Si tamen fuit in substātia[l] pupilli vnde cōsequeretur:* dicendū est non oportere[m] eum vsuras à pupillo exigere. Quid ergo si de re pupillari non potuit sibi soluere, quia erat deposita ad prædiorum cōparationem? Si quidē non postulauit à prætore vt promatur pecunia, vel hoc minus deponatur: sibi imputet. Si verò hoc desiderauit, nec impetrauit:[n] dicendū est nō deperire ei vsuras in cōtrario iudicio. ℣ Sufficit tutori bene & diligenter negotia gessisse, & si euentum[o] aduersum habuerit quod gestū est. ℣ Iudicio contrario tutelæ præstatur, & id quod in rem pupilli versum [est] ante tutelam,[p] vel post tutelam:[q] si negotiis tutelæ tempore gestis nexum probatur, & quod ante[r] impēsum est: siue pro tutore negotia gesit, & postea tutor constitutus est: vel ventri erat curator. Sed & si non pro tutore negotia gerebat, debet venire quod ante impensum[s] est. Deducuntur enim in tutelæ iudicium sumptus, quoscūque fecerit in rem pupilli: sic tamen, si ex bona fide[t] fecit. ℣ Hanc actionē perpetuam[u] esse palam est: & hæredi[x] & in hæredem dari: cæterísque* successoribus, ad quos ea res pertinet, & in eos.

Tutor remotus à tutela tanquā suspectus, potest agere cōtrario iudicio ad repetēdum quod in rē pupilli impēdit: quia in eo statu est, ac si pubertate pupilli finita esset tutela. & hæc actio datur hæredi tutoris, si creditorib⁹ pupilli pro pupillo soluat. h.d. cū l.seq.

IIII. IVLIANVS libro vicesimoprimo Digestorum.

A Tutela remotus[y], eo loco haberi debet, quo esset finita[z] tutela. & sicut actiones patitur, perinde ac si pupillus pubes factus esset: ita cōtrario iudicio si quid ei aberit, persequi debebit. Nihil enim prohibet suspectum tutorem esse, quāuis complura in rem pupilli impenderit, quæ eum amittere non oportet.

V. VLPIANVS libro primo Responsorum.

HAeredem tutoris[a], si eam summā soluerit in quam obligati pupilli fuerunt, actionem contrariam aduersus eos habere posse respondi.

VI. PAVLVS libro quinto ad Plautium.

SI tutor pro pupillo se obligauit: habet contrariam actionem & antequam soluat.[b] administrat tāquā tutor cū nō sit, potest cōueniri etiā ante pubertatē pupilli. vnde si aliquis fuit datus tutor ad tēpus, & post tēpus administret: de illa administratiōe tāquā tutor tenet actiōe ꝓtutelæ. Iteṁ si anteq̄ esset tutor, administrauit vt tutor: de illa administratiōe tenet actiōe ꝓtutelæ. Quarto dicit, qđ si aliquis administret tāquā tutor negotia ei⁹ qui nō potest habere tutorē: quia nōdū nat⁹ est, vel alio modo nō potest habere tutorē: nō habet locū actio ꝓtutelæ, sed neg. gest. Quinto dicit, quod actio ꝓtutelę nō datur cōtra tutorē impuberi datum: sed bene datur contra illum qui com-

Flo. dixit
†Triēs vsura cētesimæ vsuræ tertia parsest, quascilicet quatuor in centenariū vsuræ nomine singulis annis pendūtur.
Flo. prorogaret
Flo. nimirū
Flo. quā
Flo. consequetur:
Tutela.] CASVS. Tutor fuit remotus à tutela tanquā suspectus: nūquid potest agere cōtrario iudicio ad repetendū id quod impendit in rem pupilli durante administratione? Et dicitur quod sic: quāuis pupillus nō sit adhuc factus pubes: quia perinde est, ac si esset finita tutela pubertate pupilli. nam & pupillus potest eū cōuenire act.tut.ac si esset finita tutela pubertate. Viuia.

y *A tutela remotus.* vt suspectus. Accursius.

z *Finita.* scilicet pubertate pupilli. nam & hic finita est: vt.ṡ.de suspe. tut.l.decreto. & instit. qui.mo.tut.fi.in fin. secus vbi suspecto est adiungendus curator: vt.ṡ.tit.j.l.si tutor. §.pen. & facit.ṡ.eo.l.j. §.finito.

Hæredem.] CASVS. Hæres tutoris soluit pro pupillo illam pecuniam in qua erat obligat⁹ pupillus, certe habet ad eā recuperādā à pupillo cōtrariam actioné. Viuian⁹.

a *Hæredē tutoris.* sic.ṡ. man.l.hæredem.

Tutor.] CASVS. Tutor obligauit se pro pupillo cuidā creditori pu. & obligauit animo nouādi in se suscepit. certe finita tutela habet contrariā actionem contra pupillū, vt eum faciat liberari etiā anteq̄ soluat creditori pupil. tutor. Viuianus.

b *Antequā soluat.* quia videtur ei abesse: quia est obligatus: vt.ṡ. de neg.gest.l.si quis mandante. &.l.j.&.ij. &.ṡ. mand.l.si mandato. in princ. secus in fideiussore: vt.C. mand.l.si pro ea. & quę est ratio, dixi in dicta.l.si quis mandante.

DE EO, QVI pro tutore prōve curatore negotia gessit.

Vna pars est pro tutore, alia ꝓ curatore: vt.C. de neg.gest.l.qui pupillo. sicut bo. pos. vt.j.de bo.l. iii.§.hæreditas.

Protutela.] CASVS. Vlpian⁹ primo ratione reddit. & est ratio quare inuenta est à prætore actio protutelæ. Secundo dicit, quis videtur gerere pro tutore. i. ille qui credit se tutorem cum nō sit: & ille qui scit se non esse tutorē, fingit tamē se esse, & administrat. vnde si seruus Titij administret tutelā Sempronij quasi tutor, dabitur in dominū vtilis actio ꝓtutelę de peculio. Tertio dicit, quod ille qui

qui compulsus est per iudicem vt administret tutelam, cum nō sit tutor. Sexto dicit, quod in actione protutelæ veniūt vsuræ, & tenetur protutor non solum de iis quæ gessit: sed etiam de iis quæ non gessit, si alius gessisset isto nō incipiente gerere. potest tamē dimittere gestionem cum primum cognoscit se nō esse tutorem, dum tamē propinquos pupilli certioret vt petāt ei tutorē, aliàs tenet.

a *Incertum sit.* pupillo quondam nūc adulto.

b *Quis tutor.* scilicet vere existens.

c *Quasi tutor.* scilicet cum non sit tutor.

d *In vtrūque casum.* i. siue vere fuerat tutor, siue vere non fuerat.

e *Actionē scripsit.* non aperit quam. vnde dic quādo tutor vere fuerit distinguitur, an sciuerit, & tunc tutelæ. an ignorauerit, & tūc ℞ tutelæ: vt. j. eo. l. quæro. &. j. eo. §. si curator. si vero non erat tutor, tunc indistincte, sciuerit vel non, dummodo gesserit vt tutor, habeat locum actio ℞ tutelæ: vt. j. eo. §. pro tutore. & quod subiicit, actione tamen &c. altero casu cum distinctione tutelæ & protutelæ. altero indistincte protutelæ, vt dictū est. & hoc secūdū Azo. Vel dic hoc principiū loqui, quādo adultus est incertus administrauerit ver⁹ tutor existēs, aut nō existens. Et quod dicit, in vtroq; casu. i. quicunq; casus sit: dum tamē dubiū est. & dic dari tantum protutelę. si autem certus est de veritate, habeat locum prędicta distinctio. & ad hāc literā facit quod sequitur, solēt enim &c. Itē quod dicit, siue tutor est, siue non: subaudi, dum tamen dubiū est.

f *Fūgitur.* in hoc casu datur ei actio neg. gest. in eum qui spōte gerit. sed cū dicat pro tutore agere: ergo neg. gesto. habet locū, vt hic, & C. de testamen. tute. l. iiij. in fine.

g *Tutelæ.* i. actionem protutelæ vtilē de peculio: vt. §. de pecu. l. ex facto. Item argu. contra. j. eo. §. si quis quasi. Item facit. C. eo. l. j.

h *Nulla dubitatio est.* vt &. §. titu. j. l. j. §. finito. &. j. rem pupil. sal. fo. l. non quasi. §. sed & in eo. Accursius.

i *Finita.* ad tempus forte datus erat.

k *Deinde quasi.* id est, vere tutor. hoc enim, quasi, est veritatis expressiuum.

l *Deuoluatur.* vt & supra, titu. ij. l. si tutor post. §. fi.

m *Habere potest.* vt & supra, de tuto. & cura. da. ab iis. l. Seiæ.

n *Actio cessat.* cur ergo similiter nō cessat, vbi quis se putat tutorem, cum esse non poterat: vt. §. eo. §. proinde. quæ est argu. contra? Respon. quia seruus aliquando potest tutor dari. s. testamentarius: vt insti. qui da. tut. pos. §. j. &. ij. sed puberi non potest dari vllo modo. sed si datum inuenias aliquem qui nullo modo possit dari: dic idem, vt cesset protutelæ: vt in milite: vt. C. qui da. tu.

*Flo. iudicium nihil.

Aliquando seruꝰ potest tutor dari.

DE EO, QVI PRO tutore próve curatore negotia gessit. TITVLVS V.

1. VLPIANVS libro trigesimosexto ad Edictum.

PRotutelæ actionē necessario prætor ℞posuit. Nā quia plerumque incertum sit[a], vtrùm quis tutor[b], an verò quasi tutor[c] pro tutore administrauerit tutelā: idcirco in vtrúq; casum[d] actionē scripsit:[e] vt siue tutor est, siue nō sit, qui gesit, actione tamen teneretur. Solent enim magni errores intercedere, vt discerni facile non possit vtrum quis tutor fuerit, & sic gesserit: an verò non fuerit, pro tutore tamē munere functus sit. ℣ Pro tutore autem negotia gerit, qui munere tutoris fungitur[f] in re impuberis, siue se putet tutorem, siue scit non esse, fingit tamen esse. Proinde & si seruus quasi tutor egerit, diuus Seuerus rescripsit dandum in dominum iudicium tutelæ[g]*. ℣ Cum eo qui pro tutore negotia gessit, etiam ante pubertatem agi posse [tutelę] nulla dubitatio est[h], quia tutor nō est. Quare si quis finita[i] tutela pro tutore negotia impuberis gesit, tenebitur.

Sed & si prius prō tutore administrauerit, deīde quasi[k] tutor: ęquè tenebitur ex eo quod pro tutore [negotia] administrauit: quāuis deuoluatur[l] hic gestus in tutelæ actionem. ℣ Si quis quasi tutor negotia gesserit eius qui iam pubes est, neq; tutorem habere potest[m]: protutelæ actio cessat[n]. Simili modo & si eius qui nondum natus est[o]. Nam vt pro tutore quis gerat, eam esse personam oportet, cuius ætas recipiat tutorem: id est, impuberem esse oportet. Sed erit negotiorum gestorū actio. ℞ ℣ Si curator impuberi à prętore datus negotia gesserit: an quasi pro tutore gesserit teneatur, quæritur? Et est verius cessare hāc actionem[q]: quia officio curatoris[r] functus est. ℣ Si quis tamen cùm tutor non esset, compulsus à prętore vel à præside, dum se putat tutorem, gesserit tutelā: videndū [est] an pro tutore teneatur. Et magis est vt quāuis compulsus gesserit, teneri tamen debeat[f]: quia animo tutoris gesit, cum tutor non esset. At iste[t] curator, non quasi tutor, sed quasi curator gesit. ℣ In protutelæ iudicio vsuræ quoq; veniunt. Sed vtrū solūmodo in id quod gesit tenebitur: an verò in id etiam quod gerere debuit? Et si quidē omnino nō attigerit* tutelam: nō tenebitur. [u] Neque enim attingere debuit qui tutor nō fuit. Quod si quædā gesit, videndū [est] an etiam eorum [nomine] quæ non gesit, teneatur. Et [rectè] hactenus tenebitur, si alius[x] gestur⁹ fuit. Sed & si cognito quod tutor non fuit, abstinuit se administratione: videamus an teneatur, si necessarios[y] pupilli non certiorauit vt ei tutorem peterent. Quod verius est.[z]

*Flo. attingit

II. CELSVS libro vicesimoquinto Digestorum.

IN ordinem sub.] CASVS. Magistratus alicuius ciuitatis ad quos spectat tutorũ datio, dederunt alicui pupillo tutorem. pupillus postea factus adultus non inuenit soluendo tutorem: vnde vult recurrere ad subsidiariam actionem. quæritur, cõtra quem possit eam intentare? & certe contra magistratus prędictos: non autem contra ordinem decurionum. Item nec cõtra fideiussores prædictorum magistratuum qui dederunt tutorem. & reddit rationem. Item nec contra nominatores dictorũ magistratuum. Quod autẽ dixi ordinem decurionum * *Flo. bene* nõ teneri subsidiaria, *side* fallit in casu, scilicet quãdo receperunt decuriones in se periculum: & eo casu illi tãtum qui fuerunt præsẽtes, tenebũtur. Quod autẽ dixi in magistratibus ciuitatis, & ordine decurionum ciuitatis, intelligas in magistratibus, & ordine decurionum municipij. [NEQVE PRAETOR.] Quidam sunt qui dant tutores, non tamen habent necesse exigere satisdationem à tuto. rem pup. sal. fo. sicut prætor, & quidã alij de quibus dicitur instit. de satisda. tuto. §. fi. Dicitur hic quòd si illi tales dẽt tutores, non tenẽtur subsidiaria. [SI PRAESES.] Præses Lõbardiæ iussit magistratibus Bonoñ. vt ei renuntient vtrum Titius sit diues homo: quem Titium præses vult dare tutorem Titio pupillo. & ipsi renuntiauerunt quòd diues erat satis. postea præses eũ dedit tutorem. quæritur, vtrũ magistratus teneãtur ac si dedissent? & dicitur quòd non, nisi renũtiauerint falsum per pecuniã vel per gratiam. [SI PRAESES PROVINCIAE &c.] Titius pupillus petiit à præside tutorem: venit Sẽpronius vicin⁹ pupilli corã præside, & dixit: Domine, Gaius idoneus tutor esset isti Titio pupil. præses hoc audito præcepit illis magistratibus illius ciuitatis vnde erat & pupill⁹ & Gaius, vt certiorarent eum vtrum Gaius esset idoneus: & ipsi renuntiauerunt quòd sic. & ita præses dedit eum Gaium tutorẽ. nunquid isti magistratus tenentur? & dicitur quòd sic. [NON TANTVM.] Videas per te. [SI CVRATORES.] Præses mandauit magistratibus vt se prætorem instruant vtrum Titius esset idoneus curator cuidam adulto: & ipsi dixerũt quòd sic, & ipse præses dedit eum curatorem. dicitur hic quòd tenentur magistratus. idem si mandauit eis vt darent eum curatorem: vel satisdationem ab eo exigerent. [MAGISTRATIBVS.] Præses mandauit magistratibus Bononiæ vt darent tutorem Titio, & ipsi non dederunt. certe quicquid damni habuit interim pupil. ei resarcire debent. si autem non fuit eis mandatum, non tenentur. [SCIENDVM.] Cum magistratus deberet dare tutorem pupillo: vel postquam dedit tutorem, debens satisdationem ab eo petere, distulit dare vel petere ad tempus successoris sui. Dicitur hic quòd debet teneri. [DIVVS.] Magistratus dedit tutorem Titio: modo debebat ab eo exigere satisdat. rem pupilli saluam fore, & non cognoscebat fideiussores quos volebat dare tutor: & ideo elegit vnum, qui cognosceret vtrum essent idonei fideiussores. & iste cum non essent idonei, renuntiauit eos idoneos. certe tenebitur pupillo. Vel pone quando præses dabat tutorem, & commisit magistratui, vt cognoscceret an essent idonei. [SI INTER MAGISTRATVS.] Duo magistratus dederunt tuto. Titio: & conuenerunt inter se, vt si aliquo tempore ageret contra eos pupillus subsidiaria actio. vnus eorum suo periculo responderet. Dicitur hic, quòd ius publicum quod dicit vnumquemque teneri, non possunt suis conuentionibus tollere: ille tamen qui conuenit de sustinendo periculo, prius conuenietur sicut si solus ipse dedisset tutorem. [SI QVANDO.] Magistratus debent dare tutores de

illa

BIU Cujas

illa ciuitate vnde est pupillus. si autem non sit de ciuitate vnde est pupillus, idoneus, debent quærere in proximis ciuitatibus, & renuntiare hoc præsidi: nō autē ipsi sua auctoritate dare. [*SI MAGISTRATVS.*] Magistratus dederunt tutorem bene idoneum Titio pupillo: & satisdationem ab eo exegerunt. Dicitur hic quòd tenentur subsidiaria si tutor non inuenitur soluendo tēpore depositi officij. ꝙ si acceperunt satisdationem à dicto idoneo tutore, tunc non tenentur. Quid autem non si exigerent satisdationē, & idoneus iuenitur tutor tēpore depositi officij? Certe nō tenetur magistratus. Sed pone quòd idoneū dederunt tutorē, & idoneum acceperunt de eo fideiussorem: tempore autem depositi officij tuto. inueniuntur nō idonei? Dicitur hic quòd incūbit probatio magistratibus quòd fideiussor fuerit idoneus tempore quo eum acceperūt. [*PRIVILEGIVM.*] Quamuis pupillus habeat priuilegium in bonis tutoris cum agit contra eum tutelæ, tamen non habet in bonis magistratus cum agit contra eū subsidiaria actione.

[*EXIGERE.*] Quādo magistratus exigit satisdationem à tutore, debet facere venire coram se pupil. faceréque eū stipulari à tutore, & à fideiussore eius rem suam sal. fo. si aut pupil. nō potest loqui, & habet seruū, seruus stipulabitur. si autē non habeat seruum pupil. notari[2] vel ipse magistratus stipulatur, & acquiret act. pupil. [*SI FILIVSFAMILIAS.*] Si filiusfami. voluntate patris magistratum gerens det tutorem, & ab eo non exigat satisdationem: pater non tenetur nisi de peculio. & reddit rationem in fi. l. quia rem publi. sal. fo. videtur promittere pater qui dat volūtatē vt filius decurio creetur. non autem rem pupil. videtur promittere sal. fo. Viuianus.

Flo. denū tiare

Flo. renūtiant

Flo. decesserunt,

Hal. exin de vul. proinde

a *In ordinē.* decurionum: quia tutorū datio ad eos nō spectabat, nisi in casu: vt. C. de. tut. & cur. da. ab iis. l. vbi. Accursius.

b *Fideiussores eorum.* scilicet magistratuum: vt infra, ad munici. l. ij. ſ. j. Sed contra hoc quod dicit de fideiuſ. eſt. C. eo. l. j. Sed ibi loquitur de fideiusso. qui dati erant magistratui pro sua indemnitate: hic de his quos dedit magistratus reip. pro dānis ei illatis.

c *Sed si ordo.* decurionum.

d *Eos.* decuriones, & non præsentes.

IN ordinē [a] subsidiaria actio nō dabitur, sed in magistrat', nec in fideiussores [b] eorū. Hi enim rempublicam saluam fore promittunt, non pupilli. Proinde nec nominatores magistratuū ex hac causa tenebūtur, sed soli magistratus. Sed si ordo [c] receperit in se periculū: dici debet teneri eos [d] qui præsentes fuerunt. Parui enim refert, nominauerint [e] vel fideiusserint, an in se ꝑiculū receperit. Vtilis ergo in eos actio cōpetit. Sed si à magistratibus municipalibus tutor datus sit, non videtur per ordinem [f] electus. ℣ Neque prætor, neq; quis alius cui tutoris dandi ius est [g], hac actione tenebitur.

Magistratus non dantes tutores, sed tantum renuntiantes eorum facultates, non tenentur actione subsidiaria: nisi hoc facerent liniti gratia, aut pecunia corrupti, vel nisi præses prouinciæ talibus magistratibus præcepisset vt exigerent satisdationē à tutoribus. hoc dicit.

℣ Si præses prouinciæ renūtiare* magistratus tantū de facultatibus [h] tutorū voluit, vt ipse [i] daret: videamus an & quatenꝰ teneātur. Et extat diui Marci rescriptum, quo voluit eos qui præsidi renūtiassent [k], *nō perinde teneri, atq; si ipsi dedissēt: sed si decepissent, *gratia fortè aut pecunia, falsa renūtiantes. Planè si præses prouinciæ satis eos exigere iusſit: nō dubitabimꝰ teneri eos, etiā si præses dederit. ℣ Si præses prouincię, nominibꝰ ab alio acceptis, ad magistratꝰ municipales remiserit, vt seˡ de nominibꝰ ᵐ instruāt [n], & pinde* instructꝰ dederit [o] tutores: an exēplo eorū, qui prætorē instruūt, debeāt magistratus teneri, quęritur? Vtiq; enim interest vtrùm ipsi magistratus nomina electa dederint præsidi, an ea quæ ab alio præses accepit, inquisierint. Et puto vtroq; casu sic teneri, quasi dolo vel lata culpa versati sūt. ℣ Nō tantū pupilli, sed etiā successores eorū subsidiaria agere [p] possunt. ℣ Si curatores fuerunt minus idonei dati: dicendū est teneri magistratus oportere, si ex suggestu eorum [q], vel nominibus ab eis [r] acceptis, præses dederit. Sed & si ad eos remiserit, vt ipsi darent, * vel vt post datione exigerēt satisdationē: periculū ad eos pertinebit. ℣ Magistratibus imputatur, etiam si omnino tutor vel curator datus non sit: sed ita demū tenentur, si moniti [f] nō dederint. Ideo dānū quod impuberes vel aduleſcētes medio tēpore passi sunt, ad eos magistratꝰ pertinere nō ambigitur, qui munere mādato nō paruerūt. ℣ Sciēdū autē est, si magistratus municipales data opera tutelā distulerint in successores [t] suos, vel si satisdationē data opera traxerint quoad successores accipiant: nihil eis ꝑdesse. [u] ℣ Diuus Hadrianus rescripsit, etiā in eū qui electus esset* ad æstimandas tutorum satisdationes [x], actionem [y] dandā. ℣ Si inter magistratus hoc conueniſſet*, vt alterius tantum periculo tutores darentur: conuētiones pupillo nō præiudicare diuus Hadrianus rescripsit. Conuentione enim duumuirorū [z] ius publicū mutari nō potest [a]. Prius tamen arbitror conueniēdum eū qui hoc susceꝑit: deinde excussis eius facultatibus, tūc veniendum ad collegā: quemadmodū si solus dediſſet, [b] dicere mus prius eū, deinde collegam adgrediendū. ℣ Siquādo desint in ciuitate ex qua pupilli oriūdi sunt, qui idonei [c] videantur: officiū est magistratuū exquirere ex vicinis ciuitatibus honestiſsimū quémq;, & nomina præsidibus prouinciæ mittere, nō ipsos arbitriū dādi sibi vindicare. ℣ Si magistratus ab initio tutorē idoneū dedit, & satis non exegit: nō sufficit [d]. Quòd

e *Nominauerint.* scilicet aliqui tutores vel fideiussores qui tenētur: vt not. supra, titu. j. l. ij.

f *Per ordinem.* decurionum.

g *Ius est.* scilicet tantum: vnde non etiā exigendi satisdationē, vel nominandi tutores. alioquin cōtra: vt. ſ. de admi. tut. l. Aemilius. & ibi plene no. & facit institu. de satisda. tuto. vel cura. ſ. fina.

h *Tantum de facultatibus.* non de moribus. Azo & Hug. immo nō iusſit vt daret, quod potuit: vt instit. de Attil. tu. ſ. sed hoc. neque quòd satisdationem acciperet: quia tūc teneretur: vt. j. ſ. plane.

i *Ipse.* præses.

k *Renūtiassent.* nomina & facultates tutorū.

l *Vt se.* præsidem.

m *De nominibꝰ.* id est, de nominatorum facultatibus & moribus. Et est hic arg. quòd iudex debet inquirere de conditione testis.

n *Instruant.* nō facta prędicta denūtiatione.

o *Dederit.* ſ. præses.

p *Agere.* contra magistratum. Accursius.

q *Eorum.* magistratuum.

r *Ab eis.* magistratibus.

ſ *Moniti.* per iussum. nam aliter dari nō poterat olim, licet hodie secus: vt instit. de Attil. tut. ſ. sed hoc iure. & not. admoniti. sic. j. de dam. infec. l. iiij. ſ. in eum. & de no. ope. nū. l. de pupillo. ſ. qui opus.

t *In successores.* quasi dicat, remittunt hoc onus dandi tutores ad suos successores in dignitate. sic supra, qui. ex tau. maio. l. sed & si per prętorem. ſ. proinde si dum vult.

u *Prodesse.* quin teneatur. & sic paria sunt nō dare, & male dare: vt. ï. ad munici. l. ij. ſ. fi. & ï. e. ſ. si inter.

x *Satisdationes.* id est, fideiussores, sint idonei vel non. sic & ſ. qui satisda. cog. l. fi. ab abitro

y *Actionem.* ſ. in factum: vt C. eo. l. fi.

z *Duumuirorū.* id est, magistratuū municipalium: vt Cod. de iudi. l. fina.

a *Non potest.* vt & supra, de pac. l. ius publicum. & de transact. l. iij. in principio. & infra, de admi. re. ad ciui.

b *Dediſſet.* & alter dare negligeret. nam hæc sunt paria, non dare, & male dare: vt. ſ. ſ. sciendum. sic & in duobus tutoribus vno gerente, altero non: vt. ſ. de admini. tut. l. tutores. ſ. in eum.

c *Idonei.* facit. ſ. de tu. & cura. da. ab iis. l. diuus. & quod ibi not.

d *Non sufficit.* quin teneatur.

BIU Cujas

si satis exegit, & idoneũ exegit: quãuis postea facultatibus lapsi sint tutores vel fideiussores, nihil est quod ei qui dedit imputetur. Non enim debet magistratus futuros [a] casus & fortunã pupillo præstare. Sed & si satis nõ exegit, idoneus tamen tutor eo tẽpore fuit quo tutelę agi potest [b], sufficit. Probatio autẽ nõ pupillo incũbit, vt doceat fideiussores soluendo non fuisse cũ acciperentur: sed magistratibus, vt doceãt eos soluẽdo fuisse [c]. ℣ Priuilegiũ [d] in bonis magistratus pupillus nõ habet: sed cũ cæteris creditoribus partẽ habiturus est. ℣ Exigere [e] autem cautionẽ magistratus sic oportet, vt pupilli seruus [f], aut ipse pupillus, si fari potest, & in præsentiarum est, stipuletur à tutoribus, item fideiussoribus eorũ, rem [g] saluam fore. aut si nemo est qui stipuletur, seruus publicus stipulari debet rẽ saluam fore pupillo: aut certè ipse magistratus. Planè vbi seruus publicus vel ipse magistratus stipulatur: dicẽdum est vtilem actionem pupillo dandam. ℣ Si filiusfamiliàs fuerit magistrat⁹, & caueri pupillo nõ curauerit, aut non idoneè cautũ sit culpa eius: an & quatenus in patrem eius actio danda sit, quæritur? Et ait Iulianus in patrẽ de peculio [h] dandã, siue volũtate eius filius decurio factus sit, siue nõ. Nam etsi volũtate patris magistratũ administrauerit, attamen nõ oportere patrẽ vltra quàm de peculio conueniri: quasi rẽpublicã saluã solam fore promittat, qui dat voluntatem vt filius decurio creetur.

Tutor non habet actionem cõtra magistratum qui dedit contutorem non sufficiẽtem: licet ipse tutor pro cõtutore suo pupillo satisfecerit. hoc dicit.

II. IDEM libro tertio Disputationum.

PRoponebatur [†] duos tutores à magistratibus municipalib⁹ datos [i] cautione nõ exacta: quorũ alterũ inopẽ decessisse, alterũ insolidũ conuẽtum satis pupillo fecisse. & quærebatur, an tutor iste aduersus magistratus municipales * habere possit aliquã actionẽ, cum sciret à cõtutore suo satis nõ esse exactũ? Dicebã, cùm à tutore satis pupillo factũ sit: neq; pupillũ ad magistrat⁹ redire posse, neq; tutorẽ: cum nunquã tutor aduersus magistrat⁹ habeat actionem. [k] Senatus enim consultũ pupillo subuenit: [l] præsertim cũ sit quod tutori imputetur: [scilicet] quòd satis à cõtutore non exegit, vel suspectũ nõ fecit, si sciuit* (vt proponit) magistratibus eum nõ cauisse.

III. IVLIANVS libro vicesimo primo Digestorum.

QVod si tutor [m] ab hac parte culpa vacet: nõ * erit iniquũ, aduersus magistratus actionem ei dari [n].

IIII. VLPIANVS libro tertio Disputationum.

NOn similiter tenẽtur hæredes magistratuum, vt ipsi [o] tenentur. Nam nec hæres tutoris negligẽtiæ [p] nomine tenetur. Nam magistratus quidẽ in omne periculũ [q] succedit: [r] hæres ipsius dolo proximæ [s] culpæ succedaneus est.

V. IVLIANVS libro vicesimo primo Digestorum.

DVo tutores partiti sunt inter se administrationẽ tutelæ. alter sine hærede decessit. quæsitũ est, [vtrũ] in magistratum qui nõ curasset vt caueretur, an in alterum tutorẽ actio pupillo dari deberet? Respõdi, æquius esse in alterũ tutorẽ dari, quã in magistratũ. debuisse enim eum, cùm sciret pupillo cautũ non esse, vniuersa negotia curare: & in ea parte quam alteri tutori cõmisisset, [t] similẽ esse ei qui ad administrationem quorundam negotiorum pupilli non accessisset. Nam & habet vnquam: cùm &c. & abundat, præsertim: vt aliàs maximè: vt. C. de testa. ma. l. fina. §. ij.

l *Subuenit.* dumtaxat quasi non tutori, sed contra magistratum: scilicet vtili actione. Accursius.

m *Quod si tutor.* cum superiori continuatur.

n *Actionẽ ei dari.* scilicet tutori cum ei imputari nõ potest, quòd satis &c. vt dixi. §. in. l. proxi. Accursius.

NOn similiter.] CASVS. Si magistratus malum det tutorem, & decedat, hæres eius non tenetur eodẽ modo pupillo sicut ipse tenebatur. nam tenebatur de omni culpa: hæres autem eius tantũ de dolo & lata culpa magistratus, sicut euenit de hærede. Viuianus. *Flo. magistratum municipalem

o *Vt ipse.* scilicet magistratus. Accursius.

p *Negligentiæ.* id est, nomine culpæ defuncti: quod dic: vt. §. titu. j. l. cùm ostendimus. *Negligẽtiæ culpæ annumerator. *Flo. scit.

q *Omne periculum.* id est, omnem culpam. sic §. depositi. l. j. §. sæpe. nõ enim casum præstat: vt j. de admini. rerum ad ciui. perti. l. ij. §. si eo. & facit. l. magistratus. *Hal. tamẽ erit iniquũ.

r *Succedit.* id est, obligatur. simile verbũ habes. C. qui da. tut. poss. l. curatorem.

s *Proximæ.* id est, de dolo & lata culpa defuncti tenetur, non de leui: vt. C. eo. l. ij. &. j. eo. tit. l. quod ad.

DVo tutores.] CASVS. Hæc lex dicit duo. Primũ est tale: Magistrat⁹ dedit duos tutores: & ab eis non exegit satisdationẽ. isti tutores inter se diuiserunt administrationẽ. postea decessit alter sine hærede. pupillus factus est adultus. quæritur, vtrum possit conuenire pro parte mortui contutorem viuũ, an magistratum? Et dicitur quòd contutorẽ. Secundo dicit: Magistratus dedit vnum tutorẽ Titio: & ab eo nõ exegit satisdat. & tutor quędam administrauit, quædam non. Certe prius conuenietur tutor pro iis quæ nõ administrauit, quàm magistratus. Viuianus.

t *Commisisset.* facit. C. de diui. tut. l. ij. & infra, ad muni. l. quid ergo. in fi. & supra, de admini. tut. l. Lucius. §. cum testamento. &. l. tres tutores. & infra, eo. l. penulti. & adde quod not. supra, de tute. & ra. detra. l. j. §. nunc tractemus.

QVod ad hæredem.] CASVS. Hæres magistratus debet teneri de gestis à magistratu causa cognita. vnde si nullo modo magistratus exegit satisda. à tut. pup. debet teneri magistratus tanquam fideiussor: ideoque relinquit hæredem suum obliga-

a *Futuros casus.* sic. j. de admi. rerum ad ciui. perti. l. ij. §. si eo. & §. de neg. gest. l. litis. §. si pecuniam. &. §. de admini. tut. l. etiam. Sed contra. j. eo. tit. l. Lucius. §. Sempronij. Solu. vt ibi.

b *Agi potest.* scilicet finita tutela: vt supra, de tut. & ra. detra. l. nisi. & facit. C. de diui. tu. l. j.

c *Fuisse.* quia enim hodie sunt non soluẽdo, præsumuntur sic retro fuisse: quod dic vt. §. de proba. l. nõ est necesse.

d *Priuilegium.* personale vel hypothecæ. Accursius.

e *Exigere.* fideiussoribus, subaudi.

f *Seruus.* potest intelligi in vero seruo, vel in tabellione, qui seruus esse non potest: vt C. de tabu. l. generali. li. x. & sic dicitur quòd cuilibet de populo seruit. sic ponitur. §. de adop. l. non aliter. & facit ad. §. j. ré pupil. sal. to. l. ij. &. l. non quæritur. &. §. de pac. l. ité magistri. &. §. de consti. pecul. cum qui. §. si actori. &. §. de admiist. tutol. quoties. in prin. & supra, de procu. l. mutus. §. si procurator.

g *Rem.* pupilli, nõ pupillum: vt. §. l. j. in prin.

h *De peculio.* vt supra, de pecu. l. licet. §. fi. Sed contra. C. quod cũ eo. l. j. in fi. vbi dicit insolidũ. Sol. ibi datus fuit tutor filius: hic ipse alium dedit. Item contra, infra, ad muni. l. ij. §. penul. vbi æquiparat patrem fideiussori [a] qui interceſsit apud rempublicam: sed fideiussor nullo modo tenetur: ergo nec pater: vt ibi dicit. Respon. non tenetur pater vt fideiussor pupillo suo nomine, vel de suo aliquid dare, sed nomine filij, & vt pater, & de bonis filij, scilicet de peculio: vt hic dicit: licet alij hic somnient in Parnasso.

i *Datos.* iussu præsidis: non aliàs hoc iure. hodie quandoque secus: vt instit. de Attil. tu. §. sed hoc iure.

k *Habeat actionem.* de stricto iure. de æquitate quandoque sic: vt infra. l. proxi. & sic nõ abundat, præsertim, de stricto iure: quasi diceret, etiam si non est in culpa, non datur actio. & sic est contra infrà. l. proxi. Sed ibi est de æquitate: quod est infrà. Vel dic, non tutore mortuo non exactam satisdationem, non aget contra magistratum. aliàs sic. & hoc dicit cum. l. seq.

l *Subuenit.* dumtaxat quasi non tutori, sed contra magistratum: scilicet vtili actione. Accursius.

m *Quod si tutor.* cum superiori continuatur.

n *Actionẽ ei dari.* scilicet tutori cum ei imputari nõ potest, quòd satis &c. vt dixi. §. in. l. proxi. Accursius.

NOn similiter.] CASVS. Si magistratus malum det tutorem, & decedat, hæres eius non tenetur eodẽ modo pupillo sicut ipse tenebatur. nam tenebatur de omni culpa: hæres autem eius tantũ de dolo & lata culpa magistratus, sicut euenit de hærede. Viuianus. *Flo. magistratum municipalem

o *Vt ipse.* scilicet magistratus. Accursius.

p *Negligentiæ.* id est, nomine culpæ defuncti: quod dic: vt. §. titu. j. l. cùm ostendimus. *Negligẽtiæ culpæ annumerator. *Flo. scit.

q *Omne periculum.* id est, omnem culpam. sic §. depositi. l. j. §. sæpe. nõ enim casum præstat: vt j. de admini. rerum ad ciui. perti. l. ij. §. si eo. & facit. l. magistratus. *Hal. tamẽ erit iniquũ.

r *Succedit.* id est, obligatur. simile verbũ habes. C. qui da. tut. poss. l. curatorem.

s *Proximæ.* id est, de dolo & lata culpa defuncti tenetur, non de leui: vt. C. eo. l. ij. &. j. eo. tit. l. quod ad.

DVo tutores.] CASVS. Hæc lex dicit duo. Primũ est tale: Magistrat⁹ dedit duos tutores: & ab eis non exegit satisdationẽ. isti tutores inter se diuiserunt administrationẽ. postea decessit alter sine hærede. pupillus factus est adultus. quæritur, vtrum possit conuenire pro parte mortui contutorem viuũ, an magistratum? Et dicitur quòd contutorẽ. Secundo dicit: Magistratus dedit vnum tutorẽ Titio: & ab eo nõ exegit satisdat. & tutor quędam administrauit, quædam non. Certe prius conuenietur tutor pro iis quæ nõ administrauit, quàm magistratus. Viuianus.

t *Commisisset.* facit. C. de diui. tut. l. ij. & infra, ad muni. l. quid ergo. in fi. & supra, de admini. tut. l. Lucius. §. cum testamento. &. l. tres tutores. & infra, eo. l. penulti. & adde quod not. supra, de tute. & ra. detra. l. j. §. nunc tractemus.

QVod ad hæredem.] CASVS. Hæres magistratus debet teneri de gestis à magistratu causa cognita. vnde si nullo modo magistratus exegit satisda. à tut. pup. debet teneri magistratus tanquam fideiussor: ideoque relinquit hæredem suum obliga-

PRoponebatur.] CASVS. Magistratus dederunt duos tutores, & ab eis satisda. nõ exegerunt. vnus tutorum decessit pauper: pu. egit contra alium: & exegit eum insolidũ. vult ille tutor agere contra magistratus qui non exegerunt satisdationem. Certe si sciuit tutor insolidum conuentus à

BIU Cujas

obligatum.si autē exegit idoneam,& postea factus est fideiussor non soluendo:non tenetur hæres magistratus, quia nec ipse teneretur.si autem exegit satisdationem non idoneam, & dolo vel lata culpa:tenetur hæres:non aliàs.

a *Omitteret.* hæc est lata culpa magistratus, de qua tenetur hæres: vt supra, eod.non similiter.

b *Teneatur.* sicut hæres fideiussoris.

c *Recusaret.* vt.ſ. eo. l.j.§.si magistratus.

d *Euidenter.* id est,cū aliquo dolo, vel lata culpa: de quibus tenetur: vt supra dixi. Accursius.

IN magistratus.] CASVS. Quæritur, an pupillus qui vult agere subsidiaria contra magistratus, possit vnum eorum exigere insolidum: an vero debeat eos conuenire pro virili? Et dicit hic quòd si dolo vel lata culpa non exegerunt satisda. magistratus: potest eos conuenire insolidum pupillus.

e *Si dolo.* vel lata culpa: vt.j.patet.

f *Insolidum.* nomine doli:qui nō potest pro parte committi: vt supra,depositi.l.si duo.

g *Si nec.* aliàs est in litera,si nulla culpa,scilicet lata, quæ dolo cōparatur.

* *Flo. contrahunt*

h *Dumtaxat.* id est,sola sine dolo.

i *Eorum.* scilicet magistratuum: neq; dolo &c.& sub.scilicet leuis & leuissima culpa interuenit.de quibus tenetur: vt.ſ.eo.l.non similiter.aliàs est in litera,sine lata culpa dumtaxat eorū &c. quæ est planior.& est idem sensus.& facit.C.eo.l.si tutor.&.ſ. de admi.tut.l. si plures.&.l.si pupill⁹.

Magistratus.] CASVS. Dederunt tutores cuidam pupil.magistratus,& non exegerunt idoneam cautionem. vnus magistratuum mortuus est sine hærede. Certe alter conuenietur insolidum.Viuianus.

k *Exegerunt.* minus idoneè.Accursius.

l *Ex his.* scilicet curatoribus:vt.ſ.eo.l.duo.Vel dic, id est, magistratibus:vt.C.eo.l.ij.& facit.ſ.eo.l.j.§.si magistratus.

AN in magistratus.] CASVS. Tutorē pupillo dedit magistratus,& non exegit idoneam satisda.tutor administrauit male intantū quòd tenetur pup. in.x.pro sorte, & in quinq; pro vsuris: postea factus est tutor non soluendo : & ita pupillus conuenit magistratum:& pro sorte sibi debita à tutore,& pro vsuris,id est,pro.xv. quæritur, vtrum magistratus teneatur ad vsuras omnium xv?Et videtur quòd non:quia.v.fuerunt vsuræ,& vsurę vsura peti non potest.Sed respon.quòd sic:quia omnia.xv.sunt facta sors in persona magistratus:quamuis.v. ex illis.xv.essent vsura quoad tutorem.Viuianus.

m *Actione data.* pupillo in factum,scilicet subsidiaria.

n *Sors.* scilicet inquantum tenetur tutor. nam ad idem tenetur magistratus in subsidium.Accursius.

o *Non possint.* quod videtur,quoniam &c.

p *Pœnarum.* quod exigitur à magistratu, pœna est quoad eum. & per hoc videbatur excusari ab vsuris:vt hic,&.C.de fisc.vsu.l. j.lib.x.Vel dic,pœnarum,id est, vsurarum.q.d.sicut aliàs nō præ-

si aliquam partem negotiorum pupilli administrauerit, tenetur etiā ob rem quam non gessit,cum gerere deberet.

Si magistratus nullam exegit cautionem à tutore, tenetur etiam hæres eius.si autem exegit cautionem idoneam, & postea factus est fideiussor non soluendo : non tenetur hæres magistratus, sicut nec ipse. hoc dicit.

VI. VLPIANVS libro primo ad Edictum.

QVod ad hæredē magistratus pertinet:extat diui Pij rescriptū,causa cognita debere dari actionem. Nam si magistratus tanta fuit negligentia,vt omnē cautionē omitteret:[a] æquū est haberi eū loco fideiussoris:vt & hæres eius teneatur[b]. Si verò cauit, & tunc idonei fuerunt,& postea desierunt: sicut & ipse magistratus probè recusaret[c] hāc actionē, ita & hæres multo iustius. Nouissimè non aliàs ait in hæredem actionem dandam,quàm si euidenter[d] magistratus cum minus idoneis fideiussoribus contrahat.*

Si dolo vel lata culpa magistratus non exegerunt cautionem,tenentur insolidum pupillo:aliàs pro virili.hoc dicit.

VII. CELSVS libro vndecimo Digestorum.

IN magistratus qui tutorē dederunt,rogo rescribas vtrum pro virili portione actio danda sit: an optio sit eius qui pupillus fuit, cum quo potissimū agat?Respondit,Si dolo[e] fecerunt magistratus, vt minus pupillo caueretur: in quem vult, actio ei danda insolidum[f] est.* Sed si nec[g] culpa dumtaxat[h] eorum[i], neq; dolo malo id factū est: æquius esse existimo,ꝑ portione in quēq; eorū actionē dari,dū pupillo salua res sit.

VIII. MODESTINVS libro sexto Responsorum.

MAgistratus à curatoribus adulti cautionem exegerunt[k] rem saluam fore.ex his[l] alter sine hærede decessit.quęro, an indemnitatē insolidum collega eius præstare debeat? Modestin⁹ respōdit, nihil proponi cur non debeat.

Vsuræ possunt à magistratibus exigi eo pacto quo exiguntur à tutoribus, quando conueniuntur actione tutelæ.hoc dicit.

IX. IDEM libro quarto Pandectarum.

AN in magistratus actione data[m], cum vsuris sors[n] exigi debeat:an verò vsurę peti non possint[o] (quoniā constitutum est pœnarū[p] vsuras peti nō posse)quęsitū est.Et rescriptū est à diuis Seuero & Antonino,& vsuras peti posse[q]:quoniā eadē in magistratus*actio[r] datur,quæ cōpetit in tutores.

DE REBVS EORVM qui sub tutela vel cura sunt, sine decreto non alienandis vel supponendis.

TITVLVS IX.

I. VLPIANVS libro trigesimo quinto ad Edictū.

IMperatoris Seueri oratione prohibiti sunt tutores & curatores vel curatores vendere?Et certe non,nisi pater hoc iussisset: vt dictum est supra. [*SI MINOR.*] Titius minor. xxv. annis emit duo prædia à Seio maiore,& ei Titio tradita fuerunt: & sic dominium eorum fuit ei acquisitum.& Seius venditor habuit ei Titio taliter fidem de pretio, quia conueniunt simul, vt donec Titius emptor solueret ei pretium, Seius venditor teneret prædia loco pignoris. nunquid valet talis pignoris constitutio? Et dicitur quod non.& est ratio : quia postquam dominium est acquisitum minori, iam cœperunt illa prædia non obligari posse. Sed opponitur ad id quod dixi pignus non valere.nonne pignus quæsitum fuit vēditori prædicto cum domino,id est,eodem tempore quo translatum est dominium prædiorum in dictum Titium emptorem ? Certe sic. ergo videtur quod valeat obligatio: quia non fuit ante quæsitum minori emptori dominium prædiorum, quam secuta fuerat obligatio pignoris eorumdem prædiorum : immo vno & eodem tempore fuit translatum dominium in emptorem, & pignus in venditorem. & sic non videtur habere locum ratio huius.§.ibi, nam vbi dominium &c. Sed certe hæc oppositio non nocet: quia quocunque tempore dominium

IMperatoris.] CASVS. Imperator Seuerus fecit quandam orationem: & eā inter senatores recitauit.i verbis cuius orationis cōtinetur ne tuto.vel curato.pupillorum distrahérent prædia rustica pupillorum vel etiam suburbana. permittebat tamen dicta oratio distractionem prædiarum rerū in casibus. Vnus est,si parētes prædictorum pupillorū dixerūt in testaméto eorum quod fieret distractio dictarum rerū:vel etiam in codicillis.Secundus est,si tantum æs alienum imminet pupillo, quod ex cæteris rebus nō potest solui. Tertius est,si pupillus habet prædium cōmune cum alio : & socius prouocat tutores & curato.ad diuisionem.nam diuisio dicitur alienatio. Quartus est,si creditor cui pater pupilli obligauit prædium,vendat illud secundum pactum vel legem.Quid si pater pupil. consueuerat prædia emere & reuendere:nunquid prædia quę emit pater,poterunt tutores

* *Flo. distrahi*

BIU Cujas

minium sit quæsitum emptori minori, nunquam potest obligari. Imperatoris tamen rescriptum super hoc impetratum à venditore, bene facit pignus confirmari. Item valet dictum pignus si fiscus fuisset qui tali meo minori Titio vendidisset. Item valeret pignus in hoc alio casu: si tutor seu pupillus emit fundum dicto suo pup. ex pec. Titij alterius pup. & fuit traditus fundus dicto Seio pup. vel dicto suo tutori: illicque dominiũ eius acquisitũ ex dicto Seio pupillo: nunquid habebit tacitũ pignus in dicto fundo Titi[9] pupilli ex cuius pec. empt[9] fuit? Et dicitur ꝙ sic. & hoc dicit vsq; ad primũ, §. illius. l. sed si pecunia. & ita ponuntur hic quatuor casus, in primo nõ valet pign[9]: in aliis sic. Viuianus.

a *Curatores.* pupillorum nõ adultorum: vt j. proxi. dicam.

b *In senatu.* & ideo quandoq; vocatur senatusc. vt. C. e. l. j. quãdoque oratio: vt. C. de cura. fur. l. ij.

c *Et curatoribus.* pupillorũ, secundũ Ioan. quia & ipsi quandoque habent curatorẽ: vt insti. de curat. §. interdũ. nam ad curatores adultorum & aliorum porrigitur sententia, non verba: vt. j. eo. l. qui neque. §. j. licet hæc litera videatur contra. &. C. l. j. de cura. fur. l. ij.

d *Suburbana.* vt orti in ciuitate: vt. C. eo. l. si prędium. hodie idem est in vrbanis & omnibus rebus quæ possunt seruari: vt. C. de administra. tuto. l. lex quæ tutores.

e *Cauerint.* tũc etiam sine decreto: vt hic, & C. quando decre. opus nõ est. l. j. &. j. eo. l. magis. §. si fundus. etiam si est irritatum: vt infra, eo. l. fina. dum tamẽ seruet formam in testamento datam: vt. C. de administra. tuto. l. tutelam.

f *Alienum.* vt. C. eo. l. ob æs. Et nota tria necessaria, decretum, & causam alienandi, puta æs alienum, vt hic. item præsentiam tutoris vel curatoris: vt. C. si propter pup. pensi. l. fi.

g *Obreptum.* vt. j. eo. l. magis. §. pe. & dic, id est, per mendacium impetratum à prætore vt alienetur.

h *Socius.* scilicet maior. alioquin secus: vt infra, eo. l. si pupillorum. &. C. eo. l. inter omnes. & argu. C. de fun. do. l. fina. aliàs est in litera, maior.

i *Ius exequetur.* quia vendidit: vt. j. eo. l. si pupillorum. §. si pupillus. &. C. si aduer. ven. pig. l. ij. vbi plene nota.

k *Censeo.* quia poterit hoc fieri sine decreto. & hucusque sunt verba orationis. Accursius.

l *Si defunctus.* Nota non spectari consuetudinem patrisfami. sic ff. de offic. præsid. l. sed licet. Sed argu. contra. C. de episco. audien. l. iij. in princip. & supra, de pigne. act. l. vel vniuersorum. &. C. de verbo. signifi. l. j. & de ædil. edict. l. quod si nolit. §. quia assidua est. *ADDITIO.* Dic quod hic non erat consuetudo, sed præsumptio tacitæ voluntatis: cui non statur: quia forte patri erat vtile, pupillo inutile. hic non erat consuetudo, sed opinio & animi destinatio, secundũ Bald. hic facit iste. §. quod licet pater disposuisset ire ad sanctum Iacobum, filius tamen non tenetur ire, nec mittere: nisi ipse in testamento præceperit: vt extra. de voto. c. ij.

curatores [a] prædia rustica vel suburbana distrahere. Quæ oratio in senatu [b] recitata est, Tertyllo & Clemente consulibus, idibus Iuniis: & sunt verba eius huiusmodi: *Præterea patres conscripti interdicam tutoribus & curatoribus [c] ne prædia rustica vel suburbana [d] distrahant: nisi vt id fieret, parentes testamento vel codicillis cauerint. [e] Quod si fortè æs alienum [f] tantum erit, vt ex rebus cæteris non possit exsolui: tunc prætor vrbanus vir clarissimus adeatur, qui pro sua religione æstimet quæ possint alienari, obligarive debeant: manente pupillo actione, si postea potuerit probari obreptum [g] esse prætori.*

Res propter diuisionem potest sine decreto alienari: aut cum pater pupilli prius eam obligauit, & creditor vendit.

℣ *Si communis res erit, & socius [h] ad diuisionem prouocet: aut si creditor, qui pignori agrum à parente pupilli acceperit, ius exequetur [i]: nihil nouandum censeo.* [k]

Voluntas defuncti volentis dum viueret rem vendere, non facit rem posse sine decreto alienari post mortem: nisi hoc dixit in testamento. h. d.

℣ Si defunctus [l], dum viueret, res venales habuerit, testamento tamen non cauerit vti distraherentur: abstinendũ erit venditione. Non enim vtique quod * ipse voluerit vendere, idem etiam postea distrahendum * putauit.

Statim postquam res minoris esse cœpit, ita efficitur vt obligari vel alienari nullo modo sine decreto possit. Bartolus.

℣ Si minor vigintiquinq; annis emerit [m] prędia, vt quoad pretium solueret, essent pignori obligata venditori: non puto pignus valere. Nam vbi [n] dominium quæsitum est minori, cœpit non posse obligari.

II. PAVLVS libro singulari ad Orationem diui Seueri.

SEd hic [o] videtur illud mouere, [p] quod cũ dominio [q] pignus quæsitum est [r], & ab initio obligatio inhæsit. Quòd si à fisco emerit [s]: nec dubitatio est quin ius pignoris saluũ sit. Si igitur talis species [t] in priuato venditore inciderit, imperiali beneficio op[9] est, vt ex rescripto pignus confirmetur.

Fundus emptus pupillo & traditus pecunia alterius pupilli, est obligatus illi pupillo cuius pecunia fundus est emptus. h. d.

III. VLPIANVS libro trigesimo quinto ad Edictum.

SEd si pecunia alterius pupilli alteri pupillo fundus sit comparatus, isque pupillo vel minori traditus [sit:] an pignoris obligationem possit habere is cuius pecunia fundus sit emptus? Et magis est vt saluum sit ius pignoris [u], secundũ constitutionem Imperatoris nostri & diui patris eius, ei pupillo, cuius pecunia comparatus est fundus. ℣ Pignori tamen capi iussu magistratus vel prælegata vel relicta ab eo à quo institutus fuit. nam poterunt legatarij mitti in possessionem legatorum seruandorum causa. Tertius est quando ædes minoris minantur mihi ruinam: & non vult cauere mihi de damno infecto. nam debeo mitti in possessionem ædium ruinam minantiũ. & in his duobus casibus potest iudex siue prætor procedere ad secundum decretum. Quartus est casus quando tutor pupilli petebat à Titio fundum pupilli sui, & Titius non restituit, immo litis æstimationem obtulit. Certe alienatus est fundus in Titium, & valet alienatio. Quintus casus est quando Titius petebat à me tutore cuiusdam pupilli fundum ipsius pupilli: & condemnatus fui, & restitui fundum. Certe & hic valet alienatio. [*SI IVS.*] Pupilli prædium habet seruitutem in prædio vicini. nunquid potest distrahi illud ius à tutoribus pupilli? Et dicitur quod non, quamuis oratio quæ est supra. l. j. de hoc locuta non fuerit. Et idem est si pupillus habeat vsumfructum in prædio Titij. sed si proprietatem plenam habeat pupillus in aliquo fundo, vsum vel vsumfruct. alienare non potest. Item non potest fundo pupilli imponi seruitus, nec remitti si ei debeatur. sed & si pupillus habeat lapidicinas, vel aliquid aliud simile: impeditur alienatio. & hoc vsque ad primum. §. in l. magis. Viuianus.

m *Emerit.* & per traditionem acceperit, vt apparet per sequentia. sed ante traditionẽ bene tenet loco pignoris: vt supra, de act. empt. & vendi. l. Iulianus. §. offerri. & de hæredi. vendi. l. si hæreditatis. Vel dic quod eo ipso quod in pignus accepit, videtur tradere: vt argu. C. de donat. l. quisquis. Accursius.

n *Vbi.* i. postquam.

o *Sed hic.* id est, in casu superioris. l.

p *Mouere.* scilicet cõtra pupillum.

q *Dominio.* aliàs, dominio. aliàs, domino.

r *Quæsitum est.* i. dominium absolutũ non habuit, sed vt pignori esset apud venditorem quoad hic minor emptor solueret pretium.

s *Emerit.* scilicet pupillus: vt. C. in quibus cau. pig. ta. contra. l. ij.

t *Talis species.* vt. ff. eo. l. proxi. dixi.

Sed si pecunia.] CASVS huius legis in prin. satis patuit in fine casus præcedentis.

[*PIGNORI TAMEN.*] Dicti sunt quatuor casus. ff. eo. l. j. §. j. in quibus potest tutor vel curator vendere minoris prædia. modo videas alios quinque, in quibus valet alienatio vel obligatio ea ratione: quia non fit ex tutoris vel curatoris volũtate, sed ex auctoritate magistratũ. Vnus casus est cũ ex contractu paterno pupill[9] conuenitur: nam tunc potest fundus pupillaris pignori capi, & distrahi iussu magistrat[9]. Item si conuenitur ex suo cõtractu, bene potest procedere missio in possessionem in fundo pupillari. Secundus casus duos comprehendit, & est vnus quando pupillus non soluit

u *Ius pignoris.* vt supra, qui po. in pig. ha. l. idemque. & dic vt ibi not. Et nota duo. rem emptam alterius pecunia, esse ei obligatam: quod est speciale: vt. C. arbi. tu. l. curatorẽ. & de ser. pig. da. l. si creditoribus. Itẽ priuilegiatus contra priuilegiatũ priuilegio vtitur. sic. ff. de mino. l. verum. §. fina. & quib. ex cau. ma. l. fi. Accursius.

BIU Cujas

a Sed remoto fauore pupilli an potest ius emphyteuticarium vendi clau sula adiecta, si ita quãtum de iure possit: & an vendens incidit in pœnam. Bal. in ca. 2.§.hæc quæ que.de fundo dotali. Cæs. feu. & in.l.fi.C.de iure emp. ma. *.i.ius perpetuarium. Et ita enim Latine ius emphyteutica-rium appellarunt Arc. & Honorius AA. constit.I. C. de offic.cõ. sacr.pal.ni mirũ quod hoc titulo sterilia prædia perpetuo colenda dabant veteres, cũ feriliores agri publici non nisi ad tempus cõcederentur. *.i. ius ingrediendi, quod missio in possessionem ex primo decreto cõtingit, vsque dũ secũdo impetrato, auctoritate iudicis dominiũ rei sortiatur: dictũ ab ἐμβατεύειν quod missus in possessionem eo veluti pedẽ vltulerit. aliàs additũ est, vel ἐμβατευτικὸν. Vide Crego. Haloandrũ in sua Pandectarũ recognitione Parisiis apud Carolã Guillard ex cusa. & ciat. lib. I. Parerg. ca. 36.

a Distrahi. contra.j.quib. ex cau. in possess. eatur. l. in possessionem. §. j. Sed hoci ntellige cum conuenitur pupillus ex contractu patris, non suo: vt habetur in eo. titu. l. apud. in prin. &. §. j.

b Ius pignoris. demum cum ventum fuerit in possessionem: vt. ff. de pigne. act. l. non est.

c Vt procedat. ff. iudex ad secundũ decretum. Accursius.

d Possideri. ex secundo decreto: nõ tamen est ad hoc festinãdum. & si fiat, poterit restidens incidit tui pupillus: vt infra, de dam. infec. l. si finita. §. si forte. &. §. post. §. hæc quæ ea. & ad idem tendit. ff. de mino. l. si ex causa. Accursius.

e A tutore. i. tutor petit ab aliquo nomine pupilli.

f Et si fundus petitus. id est, aliquis petit à tutore nomine pupilli. & sic est contraria ad superiorẽ. Sed argu. contra vtrunque supra, de transac. l. cum hi. §. si cum lis. & facit. ff. de fun. do. l. j.

g Si ius. scilicet emphyteusis in prædio fisci vel priuati: vt. C. eo. l. etiam. nam habet vtilem in rem pro tali prædio: vt. ff. si ager vectigalia. l. j. &. ij. Item dicas in seruitute: vt. j. ea. l. §. simili modo.

h Quamuis. per quod videbatur quod possit alienari: sed nõ potest alienari, a quia in fauorem pupilli non potest alienari.

i Potius. quam pupilli. sic. ff. de neg. gest. l. qui alienum. §. fina.

k Huius rei. id est. nõ vtendo.

l Restaurari. per integrum restitutionem: ergo periit. & sic est contra supra, quemadmodum ser. amit. l. si communẽ. Solu. illud in prædiali seruitute, quæ nõ ita facile amittitur vt vsusfru. Item cõtra. j. de acquirẽ. rerum domi. l. bonæ fidei. Solutio. ibi in rebus corporalibus. Vel dic verius ad vtrunque contrarium: quod hic non admittitur. & quod dicit restaurari, scilicet quatenus de facto exiuit de bonis eius. Accursius.

m Si proprietatem. scilicet plenam.

n Remitti. per pactum: sed non vtendo sic: vt supra dicere videtur. & arg. supra, de vsufru. l. sed & si quid. §. fin. secundum quosdam: quod non placet: vt supra, quemadmodum ser. amit. l. si cõmunẽ.

o In fundo. scilicet dato alicui ab aliquo in dotem.

p Dotali. vt supra, de fund. do. l. v. &. vj. &. ff. de alie. iud. mu. cau.

q Quæ alia. id est, aliqua alia.

r Stypteriæ. b genera metallorum. & continua. ll. sequentes cum ista.

Magis.] Casum in princip. huius. l. vide circa fi. casus præcedentis. [SI PVPILLVS ALIENVM.] Quæritur, nunquid fundus quem pupil. possidet bona fide, possit alienari? & dicitur quod nõ. Quid de fundo pupillo pignerato? Certe distrahi potest, nisi pupillus vel pater eius impetrasset vt iure dominij possiderent, vel nisi sit missus in possessionem ex secundo decreto: quia maritus non cauebat ei de damno infecto. [SI FVNDVS LEGATVS.] Gaius instituit sibi hæredem Titium pupillum, & legauit fundum Seio. nunquid tutores pupilli possunt præstare dictum fundum legatario sine auctoritate prætoris? Et distinguitur: Aut fundus erat testatoris: aut pupil. primo casu possunt, secundo non. [SI PVPILLVS.] Titio prosidis vel alterius potestatis, & distrahi a fundus pupillaris potest. Sed & in possessionẽ mitti rerum pupillarium à prætore quis potest: & ius pignoris b cõtrahitur siue legatorum seruandorũ causa, siue dãni infecti: [&] vt ꝓcedat, c iuberi etiã possideri d poterit. Hę enim obligationes siue alienationes locum habẽt, quia nõ ex tutoris vel curatoris volũtate id fit, sed ex magistratuum auctoritate.

Quod sponte aliquando fit, licet nõ valeat: valet tamen si ex necessitate fiat. h. d.

℣ Item quæri potest, si fundus à tutore e petitus sit pupillaris, nec restituatur: an litis æstimatio oblata alienationẽ pariat? Et magis est, vt pariat. hæc enim alienatio nõ sponte tutorum fuit. ℣ Idemque erit dicẽdum, & si fund a petitus f sit qui pupilli fuit, & cõtra pupillum pronũtiatum tutoresque restituerunt. Nam & hic valebit alienatio propter rei iudicatę auctoritatem.

Non tantum fundus pupilli nõ potest sine decreto alienari: sed nec ius pupilli quod habet ad illum fundum: per quod ius sibi quæritur quasi rei vindicatio. hoc dicit.

℣ Si ius g ἐμφυτευτικὸν, * vel ἐμβατευτικὸν * habeat pupilli: videamus an distrahi hoc à tutoribus possit. Et magis est non posse: quamuis h ius prædij potius i sit. ℣ Nec vsusfructus etsi alienari potest, solus fuit vsusfruct' pupilli. An ergo hic nec non vtendo amittatur, si tutor causam præbuerit huius rei k? Et manifestum est restaurari l debere. Sed si proprietatem m habeat pupillus, non potest vsumfructũ vel vsum alienare, quamuis oratio nihil de vsufructu loquatur. Simili modo dici potest nec seruitutem imponi posse fundo pupilli vel adulescentis, nec seruitutem remitti. n quod & in fundo o dotali p placuit. ℣ Si lapidicinas † vel quæ q alia metalla pupillus habuit stypteriæ, r vel cuius alterius materiæ, vel si cretifodinas, [vel] argentifodinas, vel quid aliud huic simile.

IIII. PAVLVS libro singulari ad Orationẽ diui Seueri.

QVod tamen priuatis licet possidere:

V. VLPIANVS libro trigesimoquinto ad Edictum.

MAgis puto ex sententia f orationis impediri alienationem. Sed & si salinas habeat pupillus, idem erit dicendum. ℣ Si pupillus alienum fundum bona fide emptum possideat: dicendum puto ne hunc alienare tutores posse. t Ea epossit pupil. fundum: nunquid potest ei dare sine auctoritate prætoris? Et dicitur quod non. secus si pater pupilli promisisset dictum fundum Titio prædicto, vel alius cui successit pupillus: quia his duobus casibus bene poterit dare. Item si dictus pater pupilli vel alius cui pupil. successit, vendiderit fundum: cætera potest perficere pupil. Item nunquid pupillus potest repudiare fundum sibi legatum sine auctoritate prætoris? Et dicitur quod non. [NON PASSIM.] Dictũ est. ff. l. j. §. quod si forte. quod propter æs alienũ pupilli possunt tutores vendere prædia eius. hic autem dicit quod non indistincte hoc eis permittitur: & ideo senatores dederunt arbitrium si per hoc prætori: cuius prætoris officio conuenit inquirere vtrum aliunde quàm ex prædiorum venditione redigi possit pecu. ad exonerandũ æs alienum: & tũc demum permittit venditionem cũ nõ potest aliunde exolui. Item conuenit eius officio æstimare, vtrum debeat permittere vẽditionẽ, vel obligationem. & si permittat obligationem, non debet plus accipi mutuo quam sit necesse propter debitũ. si autẽ permittat vẽditionẽ, non debet vẽdi magna possessio propter paruum debitum. Circa hæc ergo omnia supradicta debet perquirere taliter cum necessariis & parentibus & tutoribus pupil. quòd prædicta obseruãtur. [ILLVD QVÆIVPOTEST.] Pupillus tutorem Romæ habens habebat in Italia possessiones, & in Roma, & in prouincia: & tutor eius administrabat in omni loco. & pupillus erat in debitis: quare tutor fuit Romæ coram prætore, & monstrauit ei debitum pupilli: & monstrauit similiter quod vtilius erat vẽdere fundum qui erat in prouincia, quàm aliquem alium. vnde permisit prætor vendere fundum prouincialem. nunquid valet? Et dicitur quod sic. [NE TAMEN TITVLO TENVS.] Dictum est. ff. ead. l. §. non passim. quòd prætor debet videre vtrum permittere debeat alienationem, an obligationem propter æs alienum. Pone ergo quòd permisit vnum, vel aliud: certe debet prætor mittere nuntium ad videndum vtrum pec. detur creditori, vel non. & debet omnimodo ita facere quod dicta pec. soluatur creditori, & non expendatur alibi. [SI ÆS ALIENVM.] Si tutores velint vendere prædia pup. non propter æs alienum, quia id non subest, sed quia dicũt hoc vtile esse pupillis, aliquo modo nõ debet prętor permittere. & si permittat, nõ valet quod agitur. [MANET.] Dictũ est supra, eo. l. j. §. prętera. versicu. manente. quod manet actio pupillo si possit probare mentitum esse prætori per tutores æs alienum allegantes. iste. §. dicit quæ actio manet pupil. nam habet rei vindi. contra emptorem, & actionem tutelæ contra tutorem. [COMMVNIA PRÆDIA.] Dictum est. ff. eo. l. j. §. si communis. quod si pupillus habet commune prędium cum aliquo, socius suus potest eum prouocare ad diuisionem, quę diuisio est alienatio. iste. §. cum. l. seq. dicit quid continetur appellatione communis prædij. & est planissima. Viuianus.

b Stypteriæ. genera metallorum. & continua. ll. sequentes cum ista.

e A tutore. i. tutor petit ab aliquo nomine pupilli.

f Ex sententia. non per verba.

g Ius. scilicet emphyteusis in prædio fisci vel priuati: vt. C. eo. l. etiam. nam habet vtilem in rem pro tali prædio: vt. ff. si ager vectigalia. l. j. &. ij. Item dicas in seruitute: vt. j. ea. l. §. simili modo.

h Quamuis. per quod videbatur quod possit alienari: sed nõ potest alienari, a quia in fauorem pupilli non potest alienari.

i Potius. quam pupilli. sic. ff. de neg. gest. l. qui alienum. §. fina.

k Huius rei. id est. nõ vtendo.

l Restaurari. per integrum restitutionem: ergo periit. & sic est contra supra, quemadmodum ser. amit. l. si communẽ. Solu. illud in prædiali seruitute, quæ nõ ita facile amittitur vt vsusfru. Item cõtra. j. de acquirẽ. rerum domi. l. bonæ fidei. Solutio. ibi in rebus corporalibus. Vel dic verius ad vtrunque contrarium: quod hic non admittitur. & quod dicit restaurari, scilicet quatenus de facto exiuit de bonis eius. Accursius.

m Si proprietatem. scilicet plenam.

n Remitti. per pactum: sed non vtendo sic: vt supra dicere videtur. & arg. supra, de vsufru. l. sed & si quid. §. fin. secundum quosdam: quod non placet: vt supra, quemadmodum ser. amit. l. si cõmunẽ.

o In fundo. scilicet dato alicui ab aliquo in dotem.

p Dotali. vt supra, de fund. do. l. v. &. vj. &. ff. de alie. iud. mu. cau.

q Quæ alia. id est, aliqua alia.

r Stypteriæ. b genera metallorum. & continua. ll. sequentes cum ista.

t Posse. sine decreto: cum sit pupillus quasi dominus. habet enim Publicianam: vt supra, de Publi. l. j.

Valet.

BIU Cujas

nim quæ* quasi pupillaris verò* distractus est, venditio valet. [a] ℣ Si fund⁹ pupillo pigneratus sit: an vẽdere tutores [possint [b]? & puto.] hũc enim quasi debitoris, hoc est, [vt] alienum vendunt. si tamen impetrauerat pupill⁹ vel pater eius, vt iure dominij possideat [c]: *consequens erit dicere non posse distrahi quasi prædiũ pupillare. Idemq; [est] & si fuerit ex causa dãni infecti iussus possidere [d].

Fundus alienus legatus à pupillo hærede instituto, potest restitui legatario: secus si fundus proprius pupilli legatus sit. h. d.

℣ Si fundus legatus, vel per fideicommissum fuerit relictus Seio à pupillo hærede instituto: an tutores restituere [e] hunc fundum possint sine auctoritate prætoris? Et putem, si quidẽ rem suam [f] legauit, cessare orationem. Sin verò de re pupilli, dicendum erit locum esse orationi, nec inconsulto prætore posse alienari.*

Quando pupillus succedit in vẽ alii promissam vel debitam prius ex vẽditione, illa res potest alienari in eũ cui debetur: secus est si ipse pupillus talem rem immobilem promittat. hoc dicit.

Si à primo hærede.] SCÆVS. Titius faciens testa. ita dixit: Primum instituo mihi hæredẽ: & filium meũ exhæredo. & secũdum instituo mihi hæredẽ: & si primus & secũdus mihi hæredes nõ erũt, substituo eis tertiũ. & ita filium exhæredauit inter gradũ institutorum: & à gradu substituti eũ præteriit: & ita ipso iure nõ valet gradus substituti. postea deliberantibus institutis vtrum vellent adire vel repudiare, dict⁹ testatoris filius decessit, & postea deliberatione plene habita p dictos institutos repudiauerũt hæreditaté. nunquid substitutus potest habere hæreditatem? & videtur quòd sic: quia quamuis suus gradus nõ valuerit ab initio propter præteritionẽ ab eo factam: tamen filius decessit antequam instituti repudiarẽt. vnde mortuo obstaculo substitutis & institutis postea hæreditatem repudiantibus videtur substitutus habere debere: sed nõ est verũ: quia substitutio quæ ab initio fuit inutilis, nõ potest conualescere. Quod autem dixi in filio iam nato, & intra primum gradũ exhæredato, & à secundo gradu præterito: idẽ erit in posthumo filio cui idem acciderit, & qui posthumus natus fuerit viuo patre à quo exhæredatus est à primo gradu, & qui posthumus mortuus est viuo suo dicto patre, & deliberantibus institutis. nã institutis prædictis repudiatibus hæredi. nõ habebit substitutus, cum suus gradus ipso iure nõ valuerit propter præteritionem posthumi ab eo factam, nato scilicet postea posthumo. & est ratio quare sit idem in hoc casu, quod est in primo casu huius.l. quoniã cum natus sit postea posthumus filius, est loco eius filij qui superstes est tempore testamenti, de quo superstite dictum est in prin.l. Viuianus.

Si à primo. dic, instituo Titiũ, [a] filiũ exhæredo. instituo Seiũ. si instituti hæredes nõ essent, substituo Sempronium. & sic exhæredatio est intra gradum: vt supra, eo.l.iij.§.fi.& quod dicit, si à primo, dic, id est, institutis [b] primo gradu: nec ob. supra, eo.l.iij.§. hlius. vel dic, [c] primo hærede, id est, primo gradu, in genere loquens. sed alij dicunt expressim ab vno gradu posse exhæredari: vt not. supra, eo.l.iij.§.filius. pro quibus est hæc lex. & dicunt primum & secundum esse propria nomina. Accursius.

b *A secundo.* scilicet gradu, subaudi &c.

c *Prior.* id est, instituti in primo gradu.

d *Non erit secundus.* id est, instituti in secundo etiam non accipientibus primis institutis. Accursius.

e *Id acciderit, vt natus.* falsum dicit: quia nõ fuit dictum, scilicet quòd filius viuo vel nõ viuo patre moriatur. vnde dic, idem, scilicet vt sit exhæredatus tantum à gradu primo, & non à secundo. & qd subiicit vt, pone p, &: d &sic nõ expositiue. & quod dicit viuo patre, determinet natus, non verbum moriatur: quia mortuo patre, & dum hæredes instituti deliberant, hic moritur. secus autem si patre viuo: quia testamentũ valet iure prætorio: vt.j.ti.j.l. posthumus. Itẽ post mortẽ huius hæredes repudiãt, & non admittũtur substituti: vt hic dicit, & infra, eo.l.si posthumus.ij. respon. *Cum natus est.* non prius, fauore testamenti. aliàs autem habetur pro iam nato: vt supra, de sta.ho.l. qui in vtero. Item quod dicit supra, proxi. quasi ab initio &c. est sic infra, de reg.iu.l.omnia. & l. quæ ab initio. &.C.de leg.& con.l. non dubium. &.j.de vulga. substi.l.si quis.in fi.& infra, tit.ij.l.pe.§.fi.&.C.eo.l.j.&.ij.

Si quis posthumos.] CÆVS. Titius fecit testa. & instituit sibi certos hæredes: postea fecit secũdum testa. cum valde esset senex vel in magna infirmitate positus, ita quòd non erat verisimile quòd amodo de facili filios generaret. & in hoc secundo testamento dixit, posthumos meos instituo mihi hæredes. nunquid rumpitur primum testa. per secundum? & videtur quòd non: quia in secundo sunt instituti tales de quibus non est verisimile quod nascantur. sed certe bene rumpitur. & est ratio, quia spectare debemus possibilitatem naturæ quantum ad generandum, & etiam consuetudinem generandi, & non vitium quod habet testator propter tempus, id est, propter senectutem: & non infirmitatem similiter, propter quæ duo abdicatur homo à generandi facultate. nã multi sunt & fuerunt de quibus nõ sperabãt vicini eorum quòd amplius haberent filios propter senectutem vel infirmitatem, & tamen habuerũt deo faciente. si autem in secundo testa. instituisset sibi hæredem posthumũ suum qui nasceretur ex vxo. Sempronij stante matrimonio cum Sempronio: talis institutio est turpis, & non valet: & ideo nõ rumpitur primum testamentum. [*SI FILIVM.*] Titius habens filium, & ex eo nepotem, & vtrumque in potestate sua: fecit testamentum, & instituit sibi hæredem quẽdam extraneum: & filium exhæredauit: nepotem prætexit. postea decessit Titius. deliberante autem posthumo instituto vtrum adiret vel non, decessit filius. postea institutus hæreditatem adiuit. nũquid nopos prædictus præteritus rumpet testamẽtum, & auferet hæreditatem instituto ipso iure? Et videtur quòd sic, quòd mortuo Titio auo & antequam adiret institutus, filius decessit. vnde nepos remãsit immediate ad auum mortuum, & inuenit se ab eo præteritum, & sic videtur testamentum ipso iure non valere: sed certe non rumperet: quia tunc demum rumpit aui testamẽtum, cum viuo auo moritur filius, & nepos remanet immediate ad auum viuum, & inuenit postea se ab eo præteritum. Sed quid retento eodem casu si filius capiatur ab hostibus viuo auo, & viuo vel non viuo dicto auo apud hostes decedat filius? nunquid nepos præteritus ab auo vt dictum est, rumpet ipso iure testamentum aui? Et dicitur quòd sic. fingitur enim filius mortuus prima hora captiuitatis. & sic ab hora captiuitatis filij vsq; ad mortẽ aui fingitur nepos fuisse immediate ad auum. vnde non est mirum si inueniẽs postea se præteritum rumpit testamentum. Sed pone retẽto eodem casu quòd Titius auus decessit relicto filio exhæredato in ciuitate, & relicto nepote præterito. filius autem cum posset agere contra institutum qui adiuit hæreditatem, & querelam inofficiosi testamenti contra eum intentare, repudiauit illam querelam, & decessit. nũquid nepos rumpit testamẽtum? & certe nõ valet ipso iure propter præteritionem de se factam, neque per querelam inofficiosi testa. & ita non est ruptum testa. in hoc casu, sicut est ruptum in superiori casu, cum fuit filius captus ab hostibus, & ibi mortuus. sed retento eodem casu quid si auus moriatur, & postea filius, & postea institutus ab auo repudiet hæreditatẽ? certe erit nepos legitimus hæres aui, quia verba.l.xij.tab. quæ sunt instituta de hære. ab intest. in prin. & in quibus cõtinetur, si aliquis intestatus mortuus sit, veniant hæredes ab intest. &c. non tantum referuntur ad tempus mortis testatoris, sed etiam ad tempus quo hæres institutus à testatore repudiauit hæreditatem: & sic siue decedat filius Titius non facto à se testamento, siue facto, sed postea restituto, semper videtur ab intestato decedere. Quãuis autẽ dictum sit in verſi. diuersumq; est &c. quòd per quasi posthumũ, id est, per nepoté iam natum, qui inuenitur immediatus ad auum, rũpitur test. in quo ipse est præteritus: tamẽ per verum posthumũ in secundo testa. institutum nõ rumpitur quandoq; primum testa. veluti quãdo testator instituit sibi hæredẽ in secundo testa. illum posthumũ qui nascetur ex illa muliere quam ducere vxo. sit nefas, puta quia sit monacha, vel consanguinea testatoris. bene autem rumpetur primum test. si in secundo instituatur ille posthumus qui nascetur ex sorore adoptiua testatoris: quia potest euenire quòd testator eam habebit vxorem, puta si adoptio dissoluatur. Viuianus.

Non potest. facile. [c] si tamen eos habebit, habebũt hæreditatẽ. vel intelligo [f] instituisse nepotes suos qui nõ instituti rumperẽt [g] testamẽtum: vel posthumos, [g] id est, filios quos adoptauit: quia & prædicti hi loco posthumorũ sunt: vt infra, ti.j.l. posthumorũ.& inst. quib. mo. test. infir. in prin.& secũdũ hos duos intellectus, verbũ, quos, facit simplicem relationẽ. sic. C. de iniu. l. dominum. Sed ar. contra ad tertium, infra, de condit.& demon. l. fideicommissum. & de lega. ij. si ita quis. §. fi. sed hoc ne rumpatur testamentum. [h] Item *secundum* quid si nullus hic nascitur? Respon. primum rũpitur [i] per. l. istam: *prædi-*

Filius iam natus rumpit spem eius gradus à quo præteritus est, incontinenti: posthumus verò statim cum nascitur. Bartolus.

VIII. POMPONIVS libro primo ad Sabinum.

SI [à] primo [a] hærede instituto filium exhæredauero, à secundo [b] autem substituto nõ exhæredauero: & dum [id] pẽdet an prior [c] aditurus sit, filius decesserit: secundum [Iuliani] sententiam qua vtimur, non erit secundus [d] hæres, quasi ab initio inutiliter institutus, cum ab eo filius exhæredatus nõ sit. Quòd si in posthumo filio idẽ acciderit, [e] vt natus viuo patre à quo exhæredatus sit, moriatur: eadẽ dicenda erunt de substituto: quoniã cum est natus [f] filius, loco eius est qui superstes est.

Qui potest habere posthumum naturaliter, licet cum difficultate: sine expectatione tristis euentus, vel sine turpitudine potest posthumum instituere. secus si instituat posthumum quem habere non potest sine turpitudine, vel expectatione tristis euẽtus. Ale.

IX. PAVLVS libro primo ad Sabinum.

SI quis posthumos, quos per ætatem aut valetudinem habere fortè nõ potest, [g] hæredes

quamuis secundum non habeat hæredē: vt.j.tit.j.l.cum in secundo. sed quidam dicunt non rumpi testamentum primum, nisi nato posthumo: quod est cōtra hanc.l.ibi, quòd natura &c. & quia hic dicit, rumpitur. Item quid secundum primum casum si nullos omnino habere poterit? Respon. nec primum rūpitur, nec secundū valet: vt.ē.eo.l. sed est quæsitum.§.j. &.ij.

instituit, superius[a] testamētum rumpitur: quòd[b] natura[c] magis in homine generādi, & cōsuetudo[d] spectanda est, quàm temporale vitium, aut valetudo propter quā abducatur* homo à generādi facultate.[e] Sed si ex ea quæ alij nupta sit, posthumum[f] quis hæredē instituerit: ipso iure non valet: quòd turpis sit institutio.

Qui tempore mortis testatoris non tenebat primū locum in suitate: licet post mortem tenere incipiat, non rūpit testamentum vt suus, licet sit præteritus, nisi fingatur tenuisse primum locum in vita testantis: potest tamen vt suus ab intestato succedere, si reperiat se tenere primum locum tempore quo aperitur via causa intestati: quāquam post mortem testatoris hoc contingat. Ale.

¶Si filiū exhæredauero, nepotemq; ex eo præteriero, & aliū hæredem instituero: & superuixerit filius post mortē meam: licet ante aditam hæreditatem decesserit, nō tamen nepotem rupturum testamentum[g] Iulianus & Pomponius & Marcellus aiunt. Diuersumq; est si in hostium potestate filius sit, & decesserit[h] in eodem statu. Rūpit enim his casibus[i] nepos testamentum.[k] * Quòd[si] moriente[l] auo filij ius pependerit: [m]† non absciſſum,[n] vt superiore casu,[o] fuerit.[p] Sed & si hæres institutus[q] omiserit[r] hæreditatē, erit legitimus[s] hæres: quoniam hæc verba,[t] *si intestatò moritur*: ad id tempus referuntur, quo* testamentū destituitur,[u] non quo moritur. Sed si ex ea[x] quam nefas sit ducere, posthumum hæredem instituero: nō putat rumpi testamentum[y] Pomponius. Sed si per adoptionē sororē factam habeam, potero posthumum ex ea hæredem instituere: quia adoptione soluta possum eam [postea] ducere[z] vxorem.[a]

Qui prouidet sibi in vno casu, non videtur in alio casu omisso sibi prouidere: & quisio simplex ad omnes casus refertur. Ale.

x. POMPONIVS libro primo ad Sabinum.

COmmodissimè is qui nōdum natus est, ita hęres instituitur, *Siue viuo me, siue [me] mortuo natus fuerit, hæres esto*: aut etiam pure,[b] neutrius temporis habita mentione. Si alteruter[c] casus omissus fuerit:[d] eo casu qui omissus[e] sit, natus rumpit testamentum:[f] quia hic filius nec sub conditione quidem scriptus hæres intelligitur, qui in hūc casum nasci-

a *Vxorem.* vt supra, de ri. nup. l. per adoptionē. & insti. de nup. §. sed si qua. & infra, de verb. oblig. l. si stipuletur. nec inciuile est casum emancipationis expectare: licet sit inciuile expectare casum diuortij: i vt supra, ea. l. §. j. quæ est contra. & alium casum &c. vt infra, de verbo. oblig. l. inter stipulantem. §. sacram. Item hic est prohibitio de iure ciuili: ibi de iure naturali: sicut & supra, proxi. respon. vbi dicit nefas: quod ad ius naturale refertur: vt supra, de iusti. & iur. l. j. §. fi. & l. vt vim. & j. de adult. l. si adulterium cum. §. j. Item facit infra, eo. l. filius. §. pe. quia ibi non est licitum expectare eam fieri nubilem vel liberam.

Commodissimè.] CASVS. Si aliquis faciens testamentum timeat ne per posthumum suum rumpatur testa. potest commode posthumum ita instituere, posthumus meus sit mihi hæres siue nascatur me viuo, siue me mortuo. sed & neutrius prædictorum temporum habita mentione potest eum instituere. vnde natus postea posthumus non rumpet testa. cum non inueniat se præteritum, immo institutum. Quid si ita posthumum instituit testator, institui mihi hæredē posthumū si me viuo nascetur. & postea posthu. nascatur mortuo testatore? certe rumpit test. quia inuenit se præteritum: & quantum ad casum qui est omissus in institutione nedum pure, sed etiam sub condit. non videtur institutus. Vi.

b *Pure.* hoc est, neutrius.

c *Alteruter.* id est, vnus.

d *Fuerit.* quia dixi, si me viuo nasceretur. aliud si me mortuo omisi: si nascatur me mortuo, rumpit testamentum: & econuerso.

e *Qui, omissus.* aliàs, qui: aliàs, quo.

f *Rūpit testamentū.* scilicet in hūc casum quo est omissus. k Sed *Alb.* contra.

---

a *Superius.* fecerat ergo duo testamenta. in secūdo hæredes instituit posthumos, de quibus hic dicit. certe primum testamentum rūpitur per secundum: vt hic, quia natura &c.

Vulg. & Hal. abdicatur

b *Quòd.* id est, quia.

c *Natura.* id est, possibilitas naturæ.

Consuetudo est altera natura.

d *Cōsuetudo.* generalis, quæ est altera natura.

e *Facultate.* id est, facilitate. Accursius.

f *Posthumū.* vt suū. & est sic.j.eo.l.pe. sed cōtra in vlti. respon. Sol. ibi iure ciuili erat matrimoniū prohibitum: hic naturali. Itē contra.j. eo.l. filius. §. pe. Sol. vt ibi. Itē cōtra.j. eo.l. posthumum. Sed ibi vidua: hic alij nupta. Vel pone in posthumo alieno: sed tūc hodie corrigitur: vt insti. de bo. pos. in prin.

g *Testamentum.* quia nec ex.l.xij.tabu. cum alius mortis tempore præcedebat: vt inst. de hære. ab intesta. §. ita demū. nec[a] ex.l. Velleia. secus si filius esset mortuus auo viuo: vt j.titu.j.l. posthumorū. §.j. & insti. de exhære. libero. §. posthumorū. &.C.eo.l.ij. Item hoc verū est, vt præteritus: sed per querelā ex persona patris agere potest hodie: vt.C.de inoffi.test. sancimus. in fi. &.l. si quis filiū. Itē nec contra tab. habet hic nepos: vt.j. de contra tabu.l.illud. §.j.

a Placet B. B. Sal. Alexā. & Ia. licet in hoc aliter dicat. P.

Flo. testamētū: quod moriente

h *Decesserit.* in captiuitate post aditam hæreditatem ab instituto vel ante. Accursius.

i *His casibus.* id est, hoc casu, vel, id est, talibus casibus. sic supra, de rei vin.l. in rem. §. in omnibus. Accursius.

k *Testamentum.* quia hic filius qui viuēte patre est captus, etiā si post mortē sui patris moriatur, fingitur tamē ex.l.Cor. decessisse ea hora qua captus est: vt insti. qui. non est permis. face. testa. §. fi. vnde ex.l. Velle. rumpit nepos testamentū. & facit infra, eo.l.pe.

l *Quòd si moriente.* vel habeas, si, vel sub. & dic, moriente: id est, mortuo: vt.C.de epis. & cle.l.nulli. §. sin autē persona. ibi, oritur: id est, ortus est. & supra, de neg. gest. l.iij. §. hæc verba. & est illud ideo, quia eo viuo nulla esset repudiatio: vt.C.de inoffic. test.l. si quando. §. illud. Item dic quòd repudiauit post aditam hæreditatem: quia ante nulla esset repudiatio: vtpote nec nata querela: vt supra, de inoffic. testa.l. Papinianus. §. si conditionem. Accursius.

m *Pependerit.* aliàs, repudiauerit: aliàs, pependerit: id est, repudiauerit, scilicet querelam.

n *Non absciſſum.* scilicet erit testamentum. & non est dicendum vt rumpatur testamētum. aliàs exponitur absciſſe, id est, indistincte: vt infra, de iure immu.l. semper. §.ij. Accursius.

o *Superiore casu.* cū decesīt in captiuitate filius. & est similitudo per contrarium. vel referas ad primum: & est certa similitudo.

p *Fuerit.* aliàs, fuerit. vt sit præteritum coniunctiui pro præterito indicatiui: b id est, fuit. Item nec habet hic querelam: vtpote à parte repudiatam: vt.C.de transac.l.cum mota.

b Placet Ias.

q *Institutus.* in testamento in quo fuit filius exhæredatus, nepos præteritus: vt in prin. huius. §.

r *Omiserit.* id est, repudiauerit, eo, scilicet casu quo adire potuit: vt supra, proxi. & in prin. huius. §. in medio autem cum adire non

s *Legitimus hæres.* scilicet nepos, & suus: vt & insti. de hære. ab intest. §. cum autē quę- † *Alb.* ritur. Azo.

t *Hæc verba.* scilicet l. legis. xij. tab. vt inst. de hære. ab intest. in prin.

u *Destituitur.* repu- in diatione. sic ergo hic nepos succedit ab intestato vt suus: non rumpit testamētum vt suus. d hoc ideo, quia filius præcedebat tempore mortis. nam vt quis rumpat, oportet quòd tempore mortis nullus eū præcedat. Sed ad hoc vt sit suus ab intestato, oportet quòd fuerit in potestate testatoris tempore mortis: hic autem non quęritur: nisi cum certum fuerit nullum ex testamento hæredem esse: & hoc ideo, quia donec est locus successioni ex testamēto, non patet locus ab intestato: vt infra, de acqui. hære. l. quandiu, & facit ad hunc. §. infra, tit. j. l. si quis filio, in princi. & institu. de hæred. quali. & diffe. §. sui. & de leg. agn. suc. §. proximus. & infra, vnde libe. l. scripto hærede. & de suis & legi. l. j. §. sciendum.

x *Sed si ea ea.* rūpitur testamentū f per quasi posthumū prēteritum: vt.ē.pxi. ibi, diuersum est &c. sed quādoq; nō rūpitur etiā per verū posthumum: vt hic.

y *Testamentum.* scilicet primū, cum hoc sit nullum: vt hic, &.ē. eo.l.j. §.j. &.l. si filius. Sed contra.j. eo.l. si filius. §. pe. Sol. vt ibi.

z *Ducere.* puta monachā, g vel scenicā, vel arenariā. H. sed male: vt.C.de nup.l. īperialis. &.j. proxi. §. idē in cōsāguinea h pone.

Alb.

Bart.

contra.C.eo.l.fi.Sol.hoc corrigitur. [a] Vel ibi sunt duo casus alij ab istis: vt ibi patet, quibus interpretatur [b] l.illa ita valere si nascatur in vita, sicut & post mortem, nisi contrarium appareat: vt ff. Inst. & aliàs. ff. de hære.instí.l.ij.in prin.&.ff.eo.l.si ita.j. respon.&.C. de inoffi.testa.l.iij. de morte ergo ideo posuit, [c] quia credebat ibi cum nascaturum post morté: vt.ff. ad Treb. l.mulier.Item arg.cõtra.ff.de cõdic.ob cau. l.si extraneo. [d] Sed dic, vt no.ff.solu. matri.l.si cum dotem.in prin. & facit.ff. de ven. in pos. mit.l.j.§. sed & si quis ventrem.&.ff. de vulg. substi.l. si pater filium impuberem.in prin.& ff.eo.l. posthuma. Sed arg. cõtra.ff.e.l. filio. [e] in fi. & instí. pro soc. §.illud. *ADDITIO.* Dic quod ibi casus omissus continetur sub expressio ex consequẽtia necessaria. hic sec. tia secundum Bart. Pau. Alexan.& Iaso.

tur, qui non est testamento cõprehensus.*

Filius in potestate patris succedens ex testamento vel ab intestato, non dicitur nouum dominiũ acquirere: sed illud quod habebat in vita patris, continuare: & acquirere dicitur solum nouam administrationem, quam non ipse sed pater in vita habebat: licet possit exhæredari. Alexan.

XI. PAVLVS libro secundo ad Sabinum.

IN suis hæredibus euidẽtius [a] apparet cõtinuationem [b] dominij eo rem [c] perducere, vt nulla videatur hæreditas fuisse: [d] quasi olim hi domini essent, qui etiã viuo parte quodammodo [e] domini existimabantur.* Vnde [f] etiam filiusfamilias [g] appellatur, sicut paterfamiliàs: sola nota hac adiecta, per quam distinguitur genitor ab eo qui genitus sit. Itaque post mortem patris non hæreditatem percipere videtur, sed magis liberã bonorum administrationẽ consequuntur. Hac ex causa licet [illi [h]] nõ sint hæredes instituti, [i] domini [k] [tamen] sunt: nec obstat quòd liceat eos exhæredare, quos* & occidere licebat. [l]

Etiam qui de ventre sectus est, dicit testamentũ nullũ ratione præteritionis: dummodo fuerit animal: id est, cum anima rationali natum: licet cum deminutione corporis. Alexand.

XII. VLPIANVS libro nono ad Sabinum.

QVod dicitur, [m] filium natum rumpere testamentũ: natum accipe & si exsecto [n] vẽtre editus sit. Nam & hic rumpit testamentum, scilicet si nascatur [o] in potestate. Quid tamen, si non integrum animal editum sit, cum spiritu tamen? an adhuc testamentum rumpat? Et hoc tamen rũpit. [p]

Prouisio facta in casibus separatis porrigitur ad eosdem casus simul coniunctos. Bartolus.

XIII. IVLIANVS libro vicesimonono Digestorum.

SI ita scriptum sit, *Si filius mihi natus fuerit, ex besse [q] hæres esto: ex reliqua parte vxor mea hæres esto. si verò filia mihi nata fuerit, ex triente hæres esto: ex reliqua parte vxor [mea] hæres esto:* & filius & filia nati essent: [r] dicendum est assem distribuendum [s] esse in septem partes: vt ex his filius quatuor, vxor duas, filia vnam partem habeat. Ita enim secũdum voluntatem testantis filius altero [t] tanto amplius habebit quàm vxor: itẽ vxor altero tanto amplius [habebit] quã filia. Licet enim subtili iuris regulæ cõueniebat ruptum fieri [u] testamentum: attamen cùm* & vtroque [x] nato testator voluerit vxorẽ aliquid habere, ideo ad huiusmodi sentẽtiam humanitate [y] suggerente decursum est. quod & Iuuẽtio Celso apertissimè placuit.

Quando sunt duo quorum vnum sine alio esse non potest, vnum nõ potest sine alio tolli: sed sublatum virtute remanentis perdurat. Bartolus.

cum libertate: postea volebã ei adimere hæreditate solam sine libertate. vel solã libertatẽ sine hæreditate, certe nõ possum, immo habebit seruus & hæreditatẽ, & libertatẽ nõ obstãte dicta adẽptione. [*TESTAMENTVM.*] Ita dixi in testamento meo: Titius post mortẽ filij mei Seij hæres mihi esto: filius meus prædictus exhæres esto. certe nõ valet institutio Titij, nec exhæredatio filij: quia filius videtur exhæredatus post mortẽ suã. si nõ valet exhæredatio, sequitur quod dictus meus filius habeat cõtra tab. bo. pos. in bonis libertorũ meorũ qui eum præterierunt in testamẽtis eorũ cũ decederent: quãuis aliàs si rite esset exhæredatus à me patre, non haberet contra tabu. in bonis libertorum meorũ. Viuia.

Filiusfa. id est eiusdẽ substantiæ est: vt.ff. de verb.sig.l.pronũtiatio.§.j. in prĩ.&.ff. de iis qui sunt sui vel alie. iu. l.nã ciuiũ.§.fi.

Qvod dicitur.] CASVS. Siue filius nascatur alicui post testa. sicut solet nasci, siue exsecto matris ventre: & siue sit integrum animal, siue non: semper rumpit testa. dum tamen nascatur in potestate dicti testatoris, & spiritum habeat. aliàs non rumperet. Viuianus.

Si ita scriptum.] CASVS. Titius faciẽs testamentum, ita dixit: si filius mihi natus fuerit: sit mihi hæres in octo vncijs, & in quatuor vncijs vxor mea. si verò filia mihi nata fuerit, sit mihi hæres ex quatuor vncijs, & in octo vncijs sit mihi hæres vxor mea. postea nati fuerũt ei simul filius & filia. modo quæritur, qualiter diuidi debeat dicta hæreditas. & dicitur quod septem partes de ea debẽt fieri: & de his septem partibus debet habere filius quatuor partes, & vxor duas, & filia vnam. & sic secundum voluntatem testatoris filij habebit plus quàm filia altero nato: & vxor habebit plus quam filia altero nato. cum enim vno vel altero nato voluerit testator vxorẽ suam aliquid habere, vt dictũ est, bonum est quod propter humanitatẽ ita diuidatur tota hæreditas vt dictum est, & nõ rumpatur testa. licet de iure subtili ruptũ videretur: quia nati sunt duo, & testator nõ instituit nisi vnũ. [*REGVLA.*] Seruũ meũ instituí mihi hæredem

Pl. quàm. Taurellus, quoniã leẽdũ putat vel quum.

---

a *Euidentius.* id est, euidenter.

b *Continuationẽ.* quia continuo sine intermissione sunt domini. ad quod.ff. si quis omiss. cau. testa. l.j.§. qui sunt in potestate. & instí. de hære. quali. & diffe. §. sui. & de hær. ab intest. §. posthumi. & j. de suis & legiti. l. in suis. & ff. de bo. dam. l. fi. in prin.

c *Eorem.* aliàs, eos. & tunc subaudi. nos: aliàs, eorũ. & melius.

d *Hæreditas fuisse.* scilicet eis delata: vt.ff. de suis & legiti. hære. l.j.§. sciendum. Hug.

e *Quodammodo.* etiam & possessionem habere: f vt.ff. pro hære. l.j.§. filium. & consistit hoc in nudo intellectu & puro, vel eo quod inde sustentatur: sicut & vxor dicitur domina, & possidere dotem suam eodem respectu: vt. C. qui po. in pig. hab. l. fina. in prin. & de iure dot. l. in rebus.

f *Vnde.* quia filius est dominus.

g *Filiusfa.* id est eiusdẽ substantiæ est: vt.ff. de verb. sig. l. pronũtiatio.§.j. in prĩ.&.ff. de iis qui sunt sui vel alie. iu. l. nã ciuiũ.§.fi.

h *Illi.* scilicet filius, vel pater.

i *Instituti.* non tamen exhæredati.

k *Domini tamen sunt.* venientes ab intestato.

l *Licebat.* olim: vt. C. de pa. pote. l. fi. Sed hodie non sic: sicut & in seruo olim & hodie, vt instit. de iis qui sunt sui vel alie. iur. §. fin. aliàs est, non licebat. & facit. l. ad. l. Pompe. de parrici. l. diuus. & C. de cura. furio. l. fi. §. j.

m *Qvod dicitur.* ff. in l. commodissime. & in aliis multis legibus.

n *Exsecto.* sic. ff. de inoffi. testa. l. posthumus. & infra, de verb. signifi. l. ea etiam. & infra, vnde cog. l. j. §. siqua. &. ff. de Publicia. l. si ego §. ij. Hug.

o *Nascatur.* id est, posset nasci. sic. ff. de statuli. l. Labeo.

p *Rumpit.* nisi declinet ad monstrum vel prodigium: vt. ff. de stato. l. non sunt. & C. eo. l. ij. &. iij. & infra, de verb. sig. l. ostentũ. & l. quæret. Hug.

q *Ex besse.* id est, vnciis octo.

r *Nati essent.* simul.

s *Distribuendum.* ff. vt de tota hæreditate fierent septem partes.

t *Altero.* subaudi, tertio.

u *Fieri.* quasi hic casus esset omissus: vt. ff. eo. l. commodissime.

x *Vtroque.* disiunctim, id est, hoc vel illud. sic. C. de bo. quæ lib. l. fina. §. hoc proculdubio. Accursius.

y *Humanitate.* præsumitur enim sibi voluisse prospicere & in casu omisso, & sic diuisisse hæreditatem. sic supra, de condic. ob cau. l. si extraneus. Sed argu. contra supra, eo. l. commodissime. & infra, de ventre in pos. mit. l. j. §. sed & si incertũ. & facit. j. de leg. j. l. qui filiabus. §. j. & l. si quis te. §. apud. & infra, de hære. instit. l. Clemens. & l. si ita. §. j. &. C. de fideicom. lib. l. cum inter. §. j. sed si nullus nascatur, vxor totum habebit: vt infra, de lega. j. l. si duobus. §.

BIU Cujas

bus.§.fin.& infra,eo.l.si filius.§.fin.

a *Regula est iuris.* idem hodie si hæres tantum: vt.C. de necess. ser.l.quidam.Accursius.

b *Hæreditatem.*solam sine libertate.

c *Sed quamuis.*nunc econtra.Accursius.

d *Eodem testamento.*

† *Facit ad hunc.§.glo. in ca. præterea. super verb. cã.in me. ibi, itẽ est arg. extra de offi. deleg.* *Hal.Itaq; & quãuis.* *Fl. iussus, quamuis*

¶ Regula[a] est †iuris ciuilis qua constitutum est hæreditatem[b] adimi[seruo] nõ posse propter quam liber & hæres esse iussus, [sit.] Sed* quamuis[c] dominus ademerit eodem[d] testamento libertatem: nihilominus & libertatem[e] & hæreditatem habebit.[f]

Non valet exhæredatio quæ per additionem hæreditatis confirmari nõ potest in vita filii.Alexand.

¶ Testamentum quod hoc modo scribitur, *Titius post mortem*[g] *filij mei hæres esto:filius exhæres esto:* nullius momenti est:quia filius post mortem suam exhæredatus[h] est. Quare & contra tabulas paternorum libertorum huiusmodi filius bonorũ possessionem accipere poterit.

Posthumus nascendo rumpit secundum gradum à quo est præteritus: licet nascatur tempore quo hæreditas non versabatur in secundo gradu, sed in primo: nec reconualescit: licet posthumus decesserit testatore mortuo: & propter præteritionem secundi gradus rũpit etiã tertium gradũ à quo fuit exhæredatus: & sic testamẽtum ruptum pro parte rũpetur per cõsequentiã in totum: ne quis decedat pro parte testatus, & p parte intestatus..h.d.vsq; ad.§.quod vulgo.Ale.

XIIII. AFRICANVS libro quarto Quæstionum.

A dictum est, debeant habere dictam hereditatẽ meam,an legitimi mei heredes?& videtur quod pertineat ad institutos in tertio gradu:quia ab eorum gradu nõ fuit posthumus præteritus, immo exheredatus.vnde videtur valere ille gradus,taliter quod hereditatẽ habeat.Sed certe immo pertinet ad legitimos,& nõ ad scriptos in tertio gradu.Tertius enim gradus pendet à secundo.vnde si secũdus nõ valet, vt dictũ est,ergo nec tertius.& idem est in alio casu: institui mihi heredem Titiũ: & postea posthumum meum exheredaui, & postea instituo mihi Seium. & ita intra primum gradũ institutorum exheredaui posthumũ,& postea seci secundũ gradũ hoc modo:si Titius prædictus mihi hæres non erit, substituo ei Gaiũ & si Seius prædictus heres mihi non erit,substituo ei Sépronium: & ita cuilibet de institutis dedi suum substitutum:& ab isto gradu substitutorum posthumum meum præterij.deliberantibus Titio & Seio primis hæredibus de adeunda vel non adeunda hæreditate mea, natus fuit posthumus,& decesit: postea vnus de dictis primis institutis,pone Titius omisit suam partem hereditatis. quæritur, quis debeat partẽ habere Titij?vtrum legitimi mei hęredes, an vero substitutus Titij,scilicet Gaius prędictus?& dicitur quod legitimi hęredes debẽt habere, & non substitutus Titij.de eo hęrede autem Titij,scilicet Seio:non est dubium quod non debet habere partẽ Titij,quãuis hoc in hac litera non dicatur:quia Titius habuit Gaium substitutum: vt dictum est:qui substitutus quãuis ipse habere nõ posit partẽ Titij propter præteritionem posthumi substitutis factã, vt dictum est:tamen excludit cohęredẽ Titij.de necessitate igitur debent habere partẽ Titij legitimi mei hæredes, cum posthumus excludatur,quia mortuus est:& cũ cohęres Titij excludatur per substitutum Titij:& cum substitutus Titij excludatur per præteritionem ab eo factam de posthumo, vt dictũ est: & quia aliquis pro parte testatus,pro parte intestatus esse nõ potest:quod esset si legitimi vnam partem haberent ab intestato, & institutus vnus aliã ex testamento:non venit totum ad legitimos. [*QVOD VVLGO.*] Hic.§.dicit quod quędã regula quæ est in vulgari,nõ est semper vera:immo fallit quandoque. & casum vbi fallit,ponit primo in genere,& postea in specie.Regula est talis:Ille gradus à quo filius est præteritus à patre,nõ valet ipso iure.& potes ponere exemplum: vt.s.eo.l.iij.§.fi. Casus autem vbi fallit,est iste in genere:Filium meũ institui in primo gradu institutorum.certe non teneor eum exhęredare à substitutis: immo si à gradu substitutorũ eũ prætereo,valet nihilominus gradus substitutorum.Istum ergo casum vbi fallit dicta regula: ita ponas in specie: Institui mihi hæredẽ filium meum Gaium & Titiũ albũ, & dicto meo filio substitui Titium nigrum:& Titio albo primo instituto substitui Mæuiũ:& in isto secundo gradu, scilicet substitutorum,nihil dixi de dicto meo filio : & ita eum à gradu substitutorũ prætereo,valet gradus substitutorum.postea Titius albus cum filio institutus omisit suam partem hæreditatis. nunquid Mæuius ei substitutus poterit eius partem adire?& certe sic : licet meus filius fuerit præteritus à gradu dicti Mæuij Titio albo substituti. [*SI QVIS ITA SCRIPSERIT.*] Institui mihi hæredem Titium, & filium meum Gaium hoc modo exhæredaui : Gaius exhæres esto:quem Gaium scio ex me natum non esse. & postea decesi. venit modo Gaius filius meus, & dicit testamentum meum nullum : & sic vult habere hæreditatem meam ab intestato:quia probauit se natum ex me.quæritur,nunquid possit hoc dicere? Et respon.quod sic, quia non exhæredaui eum tanquam filium scilicet meum: quia exhæredaui eum scilicet tanquam filium alienum:& quia ego adieci in exhæredatione ideo me exhæredare eum, quia non putabam eum esse meum filium : & quia probauit filius, vt dictum est, me errasse in causa exhæredationis. & idem esset si ita exhæredassem dictum Gaium filium meum,Gaius filius Sempronij & vxor mea exhæres mihi esto.nam & hic non valet exhæredatio si probet Gaius se natum ex me.& sic habetur pro præterito vnde testamentum meum nõ valet:& sic habebit Gaius filius meus hæreditatem meam ab intestato.Viuianus.

Exhæredatũ.

BIU Cujas

SI posthumus à primo gradu exhæredatus, [a] à secundo præteritus sit: quamuis eo tempore nascatur, quo ad hęredes primo gradu scriptos pertineat [b] hæreditas: secũdum tamen gradum vitiari [c] placet ad hoc, vt prætermittentibus institutis ipse [d] hæres existat. Immò & si defuncto eo [e] hæredes instituti omiserint hæreditatẽ, non posse substitutos adire. Itaque & si à primo gradu exhęredatus, à secundo pręteritus, à tertio [f] exhęredatus sit, & viuẽtibus primis & deliberantibus decedat: quæri solet omittentibus primis aditionẽ, vtrùm ad eos qui tertio gradu scripti sint, an potius ad legitimos hęredes pertineat hæreditas? quo & ipso casu rectius existimari putauit ad legitimos [g] eam pertinere. [h] Nam & cum duobus hæredibus institutis, & in singulorum [i] locum facta substitutione, à primis exhæredatus posthumus, à secũdis præterit' fuerit: si alter ex institutis omiserit, quamuis posthumus excludatur, non tamen magis substitutum admitti. [k]

Quando filius est institutus insolidũ vel pro parte in primo gradu, potest præteriri à sequenti gradu qui per hoc non rumpetur: & exhæredatio facta de filio tanquam de extraneo per errorem, probata filiatione redditur nulla. h.d. vsque ad. l. si filius hæ-

ves. Alexand.

V Quod vulgo dicitur, eũ gradum à quo filius præteritus sit, non valere: non vsquequaque verũ esse ait. nam si primo gradu hæres institutus sit filius: nõ debere [l] eum à substitutis exhæredari. [m] Ideoq; si filio & Titio hæredibus institutis, Titio Mæuius [n] substitutus sit: omittente Titio hæreditatẽ, Męuiũ eam adire posse, quamuis filius [ex] secũdo gradu exhæredatus non sit. V Si quis ita scripserit: *Ille, † quem scio ex me natum non esse, exhæres esto:* * hãc exhæredationẽ ita nullius momenti esse ait, si probetur [o] ex eo natus. non enim videri quasi filium [p] exhæredatum esse, cum elogium [q] pater, cum filium [r] exhæredaret, proposuisset, & adiecisset [eum] propter eam causam [s] exhæredare: quia [t] probatur * patrẽ circa causam exhæredationis errasse.

XV. VLPIANVS libro primo ad Sabinum.

IDem est & si ita dixerit, *Ille illius filius exhæres esto*. patrẽ ei adulterũ [u] per errorẽ adsignãs.

XVI. AFRICANVS libro quarto Quæstionum.

SI filius hæres institutus [x] sit, omisso posthumo: [y] filioq; substitutus nepos ex eo sit: si interim [z] moriatur filius, posthumo nõ nato [a] nepotem tam

p *Quasi filium.* sed quasi extraneum.
q *Elogium.* id est, sermo vel verbum testamenti.
r *Filium.* id est, hunc qui est filius: non vt filium, sed vt extraneum. Hug.
s *Eam causam.* quia non putabat filium. Azo.
t *Quia.* si probetur ex eo natus, non nocet exhæredatio: quia &c. Et sic not. errorem testatoris non nocere. sic. ff. de condit. & demon. l. demonstratio. & C. de testa. l. neque. & de hære. instit. l. si pater. Sed argu. contra instit. qui ma. non pos. §. semel. & ff. de vsu. leg. l. si alij. Item est argu. contra. ff. de inoffic. testa. l. si instituta. §. j. sed dic vt ff. eo. l. iij. in princi.
ADDITIO. Immo dic vt in. l. contraria per glo. & bene Bart. † *Ad hunc locum vide* Alexand. & Iason.
u *Dem est. Adulterum. Petrũ Lo-* aliàs, alterutrum: *riotũ. tra-* aliàs adulterum. *ctatu, De*

SI filius hæres.] CASVS. Habebam filium Titium, & ex eo nepotem Gaium: & habebam vxorẽ prægnãtem: institui mihi hæredem dictũ meum filium & præterij posthumum, & dictũ Gaium filiũ filij mei substitui eidem filio meo. vnde si nascerẽ posthumus, rumperet testamentum meum inueniens se præteritum: & postea decessi: & postea antequã aliquid noui cõtingeret, certum factum est quod posthumus nõ nasceretur: & ita non rumpet testamentum meum. & postea dictus meus filius decesit antequam adiret hęreditatẽ meam. certe dictus Gaius filius filij mei erit mihi auo suo hæres ex testamento propter substitutionẽ: & erit hæres patri suo, id est, filio meo in aliis bonis filij mei quæ perueniunt ad eum aliunde quàm à me. Sed quid si dictum filium filij mei non substitui eidem meo filio: sed filium meum solummodo instituo, & posthumũ præterij: & postea certum factum est quod posthumus non nascetur: & postea est mortuus filius meus antequam adiret hæreditatem meam, & sic tẽpore mortis filij mei certum erit mihi quod nemo est hæres ex testamento? tunc certe dictus filius filij mei erit solus & solũmodo hæres patris sui ab intestato, id est, filij mei. & ita euenit in isto alio casu. Instituo filiũ meum prædictum hæredem sub conditione si daret Titio. x. & de filio filij mei nihil dixi. filius meus antequam daret. x. Titio, decesit. & ita non potest esse aliquis mihi hæres ex testamento. certe dictus filius filij mei, hæres erit filij mei scilicet patris sui ab intestato. Viuianus.

x *Si filius hæres institutus.* dic purè. Alij dicunt, sub cõditione potestatiua, quæ vltimo vitæ momento potuit impleri: vt si dederit decem: & in fine loquatur de ea quæ vere non potuit impleri vltimo momento: vt si ascenderit capitolium. & sic discrepat finis à principio. alij dicunt econtra.
y *Posthumo.* filio.
z *Si interim.* id est, ante aditam hæreditatem, vel viuente testatore. alij, id est pendente conditione.
a *Non nato.* non natus non rumpit: vt hic, & infra, titu. j. l. iij. §. ex his. sed natus rumpit: & quidem totum gradum à quo est præteritus, & sequentes: vt infra, tit. j. l. penul.

a *Exhæredatus.* sed hodie non potest exhæredari: vt. C. de inoffic. testa. l. si quis in suo. ergo pro præterito habetur: & sic rumpit vt præteritus.
b *Pertineat.* i. pertinere possit, sic. ff. eo. l. quod dicitur. Hug.
c *Vitiari.* videbatur quod non: quia illi gradui nondum erat locus. nondum enim repudiauerant instituti.
d *Ipse.* s. posthumus.
e *Eo.* scilicet posthumo. & dic, post mortẽ patris: vt. ff. eo. l. si à primo. H.
f *Tertio.* nam ad scriptos secundo gradu cõstat quod non: vt. ff. dictum est.
g *Legitimos.* scilicet testatoris.
h *Pertinere.* quia ruptor a secundo gradu, rũpitur & quod depẽdet ex eo. posthumus ergo gradum rumpendo facit sibi locum, nec sequenté valere permittit prædicta ratione, quia pendet ex eo: vt ff. titu. j. l. nam & si. §. fi. secus in nato à præcedente præterito, & à sequente exhæredato: vt notũ. eo. l. iij. §. fin. Sed econtra quando à gũ in spes. præcedente exhęredatur, à sequente prætermittitur: non est differentia inter natũ & posthumũ: vt. ff. eo. si à primo. Accursius.
i *In singulorum.* puta primus primo, secundus secundo. Item si vterque vtrique, multo magis: vt. j. tit. j. l. pe.
k *Admitti.* quatuor sunt: Institutus qui nõ adiisit. Item substituti. Item posthumus. Itẽ legitimi testatoris. ecce ergo substituti repelluntur: b quia ab eis præteritus: vt hic. Item cohæres ab eadem parte excluditur, quia habuit substitutum: quinimmo & suam perdit, vtpote toto rupto testamento: c vt. j. tit. j. l. pe. ne idem testatus & intestatus decedat: vt. j. de reg. iur. l. ius nostrum. Itẽ legitimi admittuntur: vt hic. nam dicit. ff. nam cum &c. posthumus autẽ si est præteritus, cum legitimis admittitur: & quod hic dicit, eum excludi, verum est vtroque instituto adeunte ab intestato: vel vetius non admittitur vt substitutus, sed vt legitimus sic.
l *Non debere.* ex necessitate. Accursius.
m *Exhæredari.* sed substitutus filius debet à primo gradu exhæredari: vt. j. de vulga. substitu. l. ex facto. §. Lucius.
n *Titio Mæuius.* aliàs, Titio Mæuio: & est plana. aliàs Titius & Mæuius. & dic singulos singulis substitutos, & intellige de alio Titio in substitutione quàm in institutione. & facit. j. de hæredi. instit. l. suus. §. fin. & l. iam dubitari.
o *Probetur.* per se, filiũ vel per alium: quia non erat in possessione filiationis: vt. C. de proba. l. nõ nudis. & l. nõ epistolis. & quia verbum patris est contra eum: vt. ff. de proba. l. fi. & j. de libe. agn. l. j. §. Iulianus. Sed si ecõtra hæres probat non filium, tenet exhæredatio: vtpote inepta in extraneo: vt. j. de ver. obli. l. quidã cum filium. Ad quid ergo expectatur, cum in vtroque euentu est nulla? vt arg. ff. ad Vell. l. aliquando. §. fin. & de condic. inde. l. Iulianus. & j. de acqui. hære. l. cum hæres. §. j? Respon. quia interim tenet, vt magis valeat testamentum, quam eius præteritione dicatur nullum: vt. ff. eo. l. iij. in princi. quæ est contra. Solu. vt ibi. hæc tamen exhæredatio non nocet. arg. j. de Carb. edic. l. j. §. idẽ ait cum quidam. sed nec institutio sic facta nocet. aliàs tenet si probaueris te filium: vt. j. de condit. & demon. l. Lucius.

ff. Infort.

N iij Azo.

patri quàm auo [a] suum hæredē futurum. Quòd si nemo filio substitutus sit, & solus ipse institutus sit: tūc quia eo tempore quo is moriatur, certum esse incipit neminem ex eo testamento hæredem fore: ipse filius [b] intestato patri hæres existet. * sicut euenire [c] solet cum sub ea cōditione quæ in ipsius potestate erit, filius hæres institutus prius quàm ei pareret, moriatur.

Exhæredatio potest fieri per verba præteriti imperfecti vel futuri. Alexan.

XVII. FLORENTINVS libro decimo Institutionum.

FIlij etiam hoc modo exhæredantur. *Filius exhæres sit. Filius exhæres erit.* [d]

Exhæredatio aliquando fit non ad incommodum, sed ad commodum filii. Alex.

XVIII. VLPIANVS libro quinquagesimoseptimo ad Edictum.

MVlti non notæ [e] causa exhæredāt filios, nec vt eis [f] obsint, sed vt eis consulant, vt puta impuberibus: eisq; fideicommissam hæreditatē dant.

Odia restringi, fauores conuenit ampliari. Bartolus.

XIX. PAVLVS libro primo ad Vitellium.

CVm quidam filiam ex asse hæredem scripsisset, filioq; quem in potestate habebat decē legasset: adiecit: *& in tertia* [g] * *parte exhæres mihi erit*: & quæreretur an rectè [h] exhæredatus videretur: Scæuola respondit non videri: * & in disputando adiiciebat ideo nō valere, quoniā nec fundi exhæres esse iussus, rectè exhęredaretur: aliámque causam esse institutionis, quæ benignè acciperetur: [i] exhæredationes autem non * esse adiuuandas. [k]

Vt quis sit suus hæres patri, requiritur quod non sit in potestate alterius tempore mortis & conditionis euentus. Bartolus.

XX. MODESTINVS libro secundo Pandectarum.

SVb conditione [l] filius hæres institutus, si pēdente cōditione adrogandū se dedit, [m] necessarius hæres non erit.

Sufficit quod à tempore natiuitatis filius se institutum reperiat. Bartolus.

XXI. POMPONIVS libro secundo ad Quintum Mucium.

SI filium nominatim [n] exhæredauero, & eum postea adimen. lega. l. legatis. & l. fin. & supra, de transac. l. eum hi. §. qui transigit. sic supra, de in ius voc. l. quæsitum. & l. sed & si hac lege. §. fin. Item ſ. de mino. l. iij. §. minorem, & ſ. de diuer. & tempo. præscrip. l. in vsucapione. & de act. & oblig. l. in omnibus, & de vsucap. l. in vsucapionibus. & .C. de e. dic. diui Hadria. tol. l. fin. in fin. Arg. contra ſ. de iis qui not. infa. mi. l. quod ait. §. exercitum. Azo. & facit. ſ. eo. l. ij. & ſ. de pœnis. l. interpretatione.

a *Auo.* ex testamento: quia substitutus patri ab intestato, vel etiam ex testamento si pater fuit testatus de castrēsi in vita sui patris, vel etiam postea de quocunque. & sic verbum, suum, diuersimode accipitur. sic supra, de offic. procō. l. iij. Alij dicunt, quod est hæres patris: & per eum auo: quia hæres hæredis est &c. vt C. de hęre. instit. l. fi. quod non placet: quia filius non fuit hæres.

b *Ipse filius.* idemque nepos. & sic erit hæres vtriusque patris sui & aui ab intestato secundum nostram positionem: & suus. Sed nonne pater præcedebat? Respon. non constabat auum decessisse intestatum: vt instit. de hære. ab intest. §. cum autem. idē si filius non fuit pure institut⁹, sed sub cōditione quæ vltimo vitæ spiritu potuit impleri: & hoc subiicit. Alij dicūt, filius scilicet primi decedentis: & hoc cum fuit institutus sub cōditione illa si in capitoliū ascenderit. Azo.

* *Flo. existat.*

c *Euenire solet.* aliàs vbi nepos non interuenerit. & hoc modo differt à princi. vel ibi pure, hic sub cōditione: vt ibi dixi. vel secūdum alios diuersificat: vt ibi no. & facit infra, eod. l. filius à patre. in princi. & infra, de hære. instituen. l. suus. §. sed & si filio. & l. sequen. & infra, de cōdit. institu. l. fina. & de suis & legiti. hæred. l. j. §. sciendum. & C. de institu. & substitu. l. iiij. Accursius.

Filii etiam.] CASVS. Hæc. l. ponit duos modos per quos possunt filij exhæredari. Primus est, filius exhæres sit. Secundus est, filius exhæres erit. Viuianus.

d *Erit.* item & sic: Ille filius meus alienus meæ substātiæ &c. vt C. eo. titu. l. iij. & facit. C. de test. l. quoniam. & infra, de hæredi. instit. l. his verbis. & l. j. §. fina.

Multi.] CASVS. Hæc. l. dicit quod est quædam exhæredatio filiorum quæ non nocet filiis. puta exhæredaui filios meos: & institui mihi quosdam extraneos, & rogaui illos extraneos vt dictis filiis meis exhæredatis restituerent hæreditatem meam. Viuianus.

e *Non notæ.* id est, infamiæ. Accursius.

f *Eis.* exhæredatis. & facit. ſ. de bo. liber. l. si patronus testamento. §. si quis non mala. & l. Paulus. & de contra tabu. l. si emancipatus. & .C. de inoffic. testa. l. si quis in suo. & l. filiis matrem. & ſ. de vsur. l. in fide commissi. §. cum Pollidius. & ſ. de vulga. & pupil. substi. l. cum ex filio.

Cum quidam.] CASVS. Ego habens. xl. in bonis, & habens filium & filiam: filiam ex asse scripsi hæredem, & filio. x. legaui. postea ita dixi: dictus meus filius sit mihi exhæres in tertia parte hæreditatis meæ. quæritur, nunquid valeat exhæredatio filij? Et dicitur quod non valet: nec si exhæredatus esset à fundo hæreditario filius, valeret exhæredatio. Sed certe male videtur dictum esse, scilicet exhæredationem non valere quæ facta est à certa parte hæreditatis, vel à fundo hæreditario, vel alia re singulari: quia video quòd institutio valet in vna re: vt. ſ. de hære. institu. l. j. §. si ex fundo. cum similibus. Sed ex litera respondit huic tacitæ quæstioni, dicens quod institutio est benigna & fauorabilis, & ideo non est mirum si ampliatur, scilicet vt valeat in vna re. exhæredatio autem non est benigna, sed odiosa: & ideo non est adiuuanda, immo restringenda. Viuianus.

g *In tertia.* aliàs, in certa: aliàs in tertia: & aliàs, in cætera. quod idem est. Accursius.

h *Recte.* in re certa non valet exhæredatio. Item nec à persona certa, sed à gradu toto sic: vt supra, eo. l. iij. §. filius.

i *Acciperetur.* & valet: vt. ſ. de hære. instit. l. j. §. si ex fundo. &. C. de hæredi. instit. l. quoties.

k *Adiuuandas.* Not. fauorem & odium. Io. quod odia sunt restringenda, fauores ampliandi. sic probatur duabus legibus. ſ. de

Vt cōditione.] CASVS. Ad euidentiā huius. l. nota quod de iure ciuili filius est hæres patris, siue velit siue nolit filius: vt. ſ. de acquiren. hæred. l. neceſſariis. vnde si instituo mihi hæredē filiū meum sub condi. si dederit Titio. x. necessario est mihi hæres filius, & tenetur conditioni parere de dicto iure ciuili. Quid autem si pendente conditione prædicta potestatiua dederit se arrogandum dictus meus filius Sempronius? certe amodo non erit hæres necessarius etiam de iure ciuili: sed voluntarius, id est, ad voluntatem Sempronij, in cuius potestate est: quia si voluerit Sempronius adimplere condi. & habere hæreditatem meam per filium meum qui nunc est in sua potestate, potest habere. aliàs non cogitur. & ideo dixi de iure ciuili: quia de prætorio iure potest abstinere filius ab hæreditate patris: & non adimplere conditionem: vt. d. l. neceſſariis. si autem adimpleat condit. antequam det se in arrogationem eo animo vt sit hæres: non potest amodo abstinere, neque de iure ciuili, neque de iure præto. vt. ſ. de hæred. institu. l. iam dubitari. Item ideo posui in potestatiua condit. quia si instituissem eum sub condit. casuali, & in eius defectum non exhæredassem: non valeret testamentum ipso iure: vt not. in. d. l. iam dubitari. Viuianus.

l *Sub cōditione.* potestatiua, vel casuali vel mixta: sed in eius defectum exhæredatur: alioquin statim ipso iure esset nullum: vt. C. de insti. & substi. l. si pater. & ſ. de hære. instit. l. suus.

m *Dedit.* in vita testatoris secundum quosdam: sed tunc dicitur adoptio: vt. ſ. de adop. l. ij. nisi dicas quod erat emancipatus à patre naturali cum se dedit in arrogationem eo viuo: sed tunc certe ideo non esset necessarius, quia emancipatus: sed potest responderi arrogationem pro adoptione poni. Dic ergo melius quod post mortem testatoris fuit arrogatus. Si dicas, sed nonne sufficit ad hoc quod sit necessarius, quod fuerit in potestate tempore mortis: vt instit. de hæred. quali. & dif. §. sui? Respon. non, cum est institutus sub conditione: quia oportet quod sit in potestate alterius tempore quo defertur hæreditas, scilicet conditione existente: vt insti. de hære. insti. §. seruus. &. §. alienus. est etiam & alia ratio hic quare non est necessarius: quia nec alio momento est hæres: immo arrogator in cuius potestate est: vt. ſ. de acquiren. hære. l. placet. licet hodie secus: vt insti. de acqui. per arrog. §. j. &. ſ. de hære. insti. l. suus. §. fi.

Si filium.] CASVS. Filium meum nominatim exhæredaui, & postea eum instituo certe prævalet institutio. Viuianus.

n *Si filium nominatim.* quod est opus: vt instit. de exhæred. lib. in princip.

Erit.

BIU Cujas

a *Erit.* quia posteriora derogant primis: vt.ĭ.de condi.l.diui.§. licet.&.ĭ.de vulg.substi.l.si quis eum.in princip.fallit quandoq; vt infra, de leg.iij.si quis in princip.testamenti.& de leg.j.si mihi &tibi.§.fin.& facit.C.de.pac.l.pacta.&.C.fami.ercis.l.in ipsius. &.C.de fideicom.l.fideicommissum.

Cvm posthumꝰ.] *CASVS.* Institui mihi hæredē Titiū purè, & posthumum meum sub condit. & decessi. postea antequā nascatur posthumus extitit cōdi.certe natus post-ea non rumpit testamē tum meum. secus autē si pendet adhuc conditio. Viuianus.

b *Sub conditione.* potestatiua casuali, vel mixta. H.

c *Exiterit.* secus si desecerit. item secus si depēdet: vt.ĭ.eo.l.posthuma. Azo. & facit.ĭ. de cōdi.& demon.l.ij. &.l.si iam.&.ĭ.de leg. j.l. cætera. §.ij.&.ĭ. de verb.oblig.l.si rē meā.

Filio.] *CASVS.* Titium filiū meum in potestate habebam: eū emancipaui: & postea eum arrogaui,& tertio eū emancipaui.& postea institui mihi hęredē Seium extraneū: & dictum meum filium exhęredauit:& postea eūdem filiū arrogaui mihi in filium, vel in nepotē ex alio meo filio, non facio vim: nunquid valet dictum meū testamentum, vt sic no ceat.filio meo dicta exhæredatio? & videtur quod nō: quia exhæredatio fuit per me facta eo tempore quo filius meus erat extra meam potestatem.& ita erat mihi quasi extraneus, ergo non valet exhæredatio. arrogatio ergo post exhæredationem facta nihil operari videtur vt valeat exhæredatio. sed certe immo valet exhæredatio: & filio nocet.& aliud est penitus in extraneo quàm in filio emancipato. & est ratio, quia in omni iure sic conuenit obseruari, vt veri patris filius nunquam intelligatur filius adoptiuus, etiam si in veritate adoptatus vel arrogatus sit à vero patre, vt fuit in nostro casu, & conuenit obseruari similiter, vt imagine adoptionis siue arrogationis non obumbretur veritas naturæ. nam dictus meus filius non videtur per arrogationem translatus in meam potestatem, sed videtur mihi redditus. sed si arrogassem aliquem penitus mihi extraneum: ille bene videtur transferri in meam potestatem per arrogationem.& sic illa arrogatio penitus extranei non faceret conualescere illam exhæredationem quam de illo penitus extraneo fecissem si eum extraneum exhæredassem. quæ quidem exhæredatio per me facta de extraneo non valuisset ipso iure.& sic est hic intellectus huius.l. [*SI TITIVS HAERES.*] Filium meum Seium & Titium extraneum mihi hæredes instituī,& postea dictum Titium adoptaui mihi in locū nepotis ex dicto Seio filio. postea decesit dictus meus filius, & postea ego decessi. nunquid dictus Titius vt nepos à me adoptatus rumpit testamentum meum? & videtur quod sic: quia non instituī dictum meum nepotē adoptiuum eo tempore quo fuit meus nepos, immo prius quam esset nepos: sed certe hæres inuenitur à me scriptus dictus meus nepos, non facio vim quando,& ideo testamentum non rumpit. Viuianus.

d *Filio.* secus in extraneo exhæredato & postea arrogato, qui rūpit testamētū: vt.ĭ.de cōtra.tab.l.nō putauit.§.si qs emācipatū.

e *Iterum.* i.in potestatem suam iterum redigat, quod fieri potest de filio naturali: vt hic,&.ŝ.de adop.l.si pater filium. non sic de adoptiuo: vt eod.tit.l.adoptare.§.eum.

f *Imagine.* s.adoptionis, quæ est fictio inducta ad similitudinem naturæ. nām est adoptio legalis actio per quā quis fit velut filius, qui non est, pene naturam imitans. Item nota veritatem præualeat fictioni: quādoque secus: vt supra, eo.tit.l.si quis posthumos.§. si quis filium. ibi,& diuersum &c.

Veritas præualet fictioni.

g *Sed redditus.* sic.ŝ.de pac.l.si vnus.§.quod in specie.&.ŝ.si ser. vin.sicuti.§.sed si quæratur.&.ŝ.de test.l.hæredes.§.si quis post. &.ŝ.quib.mo.pign. vel hypo.sol.l.soluitur. §. voluntate. & de pecu.l.peculium.§.si ę-re. Item contra hanc.l. videtur insti.quib.mo. testa.infr. in prin. Sed ibi nec institutus nec exhæredatus erat arrogatus: & ideo rūpitur.

h *Si Titius.* etiam extraneus: vt.ĭ.tit.j.l. antepenul. Azo.

i *Filio.* qui erat institutus vel exhęredat?.& dic, defūcto viuo patre

k *Nepotis.* adoptiui.

l *Inuenitur.* in scriptis. secus si ali? esset hęres: quia rūpitur testamētū.

Posthuma.] *CASVS.* Posthumum vel posthumā meā mihi sub conditione hæredem instituī penden te adhuc cōditione, & adhuc me viuo nata est. certe rumpit testamentum. Viuianus.

m *Conditione.* casuali vel mixta: nec in eius defectū exhæredata. secus sub potestatiua, sub qua etiam nati possunt instituī: vt.ĭ.de hære. instit.l.suus.

n *Pendente.* secus si iā extitisset: vt.ŝ.eo.l.cum sub conditione.

o *Rumpit.* scilicet sta tim non expectata con ditione: vt.j.ti.j.l.nam & si.&.ŝ.ad Vel.l.aliquando.§.fi.&.ĭ.de ac.hæ.l.si quis hæres ita. Item facit.ŝ.eo.l.commodissime.

† *Si iudex errauerit per errore alterius tertii: quid in hoc casu, vide glo. & doct. in l.iis cui bonis. in fi. de verbo. oblig.*

Titius testamento.] *CASVS.* Titius instituit sibi hæredē Seiū suum filium,& alios filios, puta Gaium & Sempronium hæredes: & credens Sempronium mortuum esse, exhæredationē ita scripsit: cæteri omnes filij filiæq; meæ exhæredes sint. modo quęritur, vtrū Gaius & Sempronius sint exhæredati? & de Gaio non est dubium quod sic. De errore autē quē habebat pater de Sępronio suo filio, quē. s. credebat mortuū cū viueret, apud iudicē quęretur: & si inuenietur patrē in dicto errore fuisse, non valebit in Sępronio exhæredatio, aliàs sic. [*LVCIVS.*] Lucius Titius habebat neptē ex filia pręgnantē ad burgum Panicalis pone: & ipse Lucius Titius erat Bon. infirmus. dicta neptis peperit in die Ioānis in media tertiæ vnum filium apud dictam villam. dictus eius auus ignorans eam peperisse, fecit testamentū in eodē die in hora. vj.& instituit sibi hæredem Gaium in dimidiam, & in alia dimidia illū quē credebat habere neptē in vtero. quæritur, nūquid valeat institutio illius quē credebat posthumū, cū iam esset natus? Et dicitur quod sic: & ita natus habetur pro non nato. Viuianus.

p *Meæ.* & comprehenduntur etiā posthumi filij & filiæ: vt.ĭ.de verb.signi.l.nomen filiarū.&.ŝ.de testa.tute.l.si quis filiabus. H.

q *Recte.* secus si dicat omnes liberi, quia tunc dicitur inter cæteros: & non valet: vt insti.de exhę.lib.§.j.in prin. sed in fœmina huic opponitur: quia videtur debere legato onerari: vt valeat cū exhæredatur inter cęteros: vt hic fuit: vt insti.de exhęre.lib.§.sed fœmini. Respō. hic nominatim est facta: vt hic subiicit. vel illud in fœminis posthumis: hic in iam natis. sed prima placet.

r *Oportere.* quia nescius se habere filiū si prætereat, non valet testamentum, siue miles siue paganus sit: vt. C. de test. mil. l. sicut certi.&.l.si cum.&.ŝ.de inoffi.test. cum mater.& econtra si exhęredat filios, non videtur exhęredare quem ignorat habere: vt hic: nec tutorem videtur ei dare quem ignorat se habere: vt.ŝ.de testa.tute.l.si quis ita.§.si quis cū ignoraret. An in institutione generali idem? Respon. idem: vt infra, de hære.instit.l.in tempus.§. j.&.l.quoties.§.si hæres. idem si credat filium qui non est: vt. C. de hære.instit.l.iiij.

hæredē instituero, hæres erit. [a]

XXII. TERENTIVS CLEMENS libro septimo decimo ad legem Iuliam & Papiam.

CVm posthumꝰ [hæres] sub conditione [b] instituitur: si prius quàm nascatur, conditio extiterit, [c] non rumpitur testamentū posthumi adgnatione.

Quando veritas & fictio tendūt ad vnū finem, veritas præualet fictioni. Bartolus.

XXIII. PAPINIANVS libro duodecimo Quæstionum.

FIlio [d] quē pater post emancipationē à se factā iterū [e] arrogauit, exhæredationē antea scriptā nocere dixi. Nam in omni fere iure sic obseruari cōuenit, vt veri patris adoptiuus filius nunquam intelligatur: ne imagine, [f] naturæ veritas adumbretur: videlicet quod nō trāslatus, sed redditus [g] videretur. Nec multū puto referre (quod ad propositum attinet) quod loco nepotis filium exhæredatum pater adrogauerit.

Institutio facta de extraneo, firma manet: licet postea factus fuerit adoptiuus testatoris. Alexand.

SI Titius [h] hæres institutus, loco nepotis adoptetur: defuncto postea filio [i] qui pater videbatur, nepotis [k] successione non rumpitur testamentum ab eo qui hæres inuenitur. [l]

Si tempore natiuitatis filia non reperitur legitimè instituta, testamentum rumpitur. Bartolus.

XXIIII. PAVLVS libro nono Quæstionum.

POsthuma sub cōditione [m] hæres instituta, si pendēte [n] cōditione viuo patre nascatur: rumpit [o] testamentum.

Qui exhæredat filios, videtur nominatim exhæredare. nec videtur quis exhæredare filios quos ignorat se habere. Bartolus.

XXV. IDEM libro duodecimo Responsorum.

TItius testamento hęredem instituit, & filium habens sic exhęredationem posuit: *Cæteri omnes filij filiæq; meæ* [p] *exhæredes sunto.* Paulus respondit filium rectè [q] exhæredatum videri. Postea cōsultus, an videatur exhæredatus quem pater putauit decessisse? respōdit, filios & filias nominatim exhæredatos proponi: de errore autem patris qui interceſisse ponitur, apud iudicem † agi oportere. [r]

BIU Cujas

a *Albescente.* quod est in aurora: aliàs,calescente, quod est circa mediam tertiam.

b *Cum quo.* sub eo quo &c.

c *Paulus respondit.* in seq.l.& continuatur cũ ista.in lib.domini Accursij non est lex,hoc modo:Paulus scribit verba &c.

Natus pro nõ nato habetur,& econtra.

d *Videri.* sic ergo natus pro non nato habetur:& econtra sepe inuenitur.Io.vt.ś.de stat.ho.l.qui in vtero.& sic appellatione hosthumi iam natus continetur: & hoc propter ignorãtiam defuncti.aliàs habes contra.j.de verbo. signi.l.nomẽ filiarum. &.ś.de test.tut.l.si quis filiabus. Itẽ facit cõtra huic.l.j.de códi.& demon.l.si iã.&.l.si ita legatũ. &.j.de leg.ij.l.si ita sit.§.fi.Accursius.

Fauore testamenti & propter ignorantiam testatoris natus habetur pro non nato.Bartolus.

¶Lucius Titius cum suprema sua ordinaret in ciuitate, & haberet neptem ex filia prẹgnantem rure agentem, scripsit id quod in vtero haberet,ex parte hæredem. Quæro, cùm ipsa die qua Titius ordinaret testamentum in ciuitate, hora diei sexta, eodẽ die albescente[a] cœlo rure sit enixa Mẹuia masculum: an institutio hæredis valeat:cùm quo[b] tempore scribe retur testamentum, iam editus esset partus?Paulus respondit[c] verba quidem testamenti ad eum pronepotẽ directa videri,[d] qui post testamentum factum nasceretur:sed si(vt proponitur) eadem die qua testamentum factũ est,neptis testatoris antequam testamentum scriberetur, enixa esset, licet ignorante testatore: tamen institutionem iure factam videri rectè responderi.

Filiusfamiliàs miles potest exhæredari sicut paganus.Bartolus.

XXVI. PAVLVS libro tertio Sententiarum.

FIliusfamiliàs si militet[e] vt paganus, nominatim[f] à patre aut hæres scribi, aut exhæredari debet: iam sublato edicto diui Augusti, quo cautum fuerat, ne pater filium militem exhæredaret.*

XXVII. IDEM libro tertio ad Neratium.

POsthumum ex qualibet vi dua[g] natum sibi filium hæredem instituere [quis] potest.

Si exhæredatio facta in conditionis defectũ,non potest confirmari aditione,testamentũ est nullũ:& filius patri ab intestato succedit:secus si potest confirmari.Bar.

XXVIII. TRYPHONINVS libro vicesimo Disputationum.

FIlius à patre, cuius in potestate est,sub cõditiõe[h] quæ adoptauit sibi aliquem in filium: quo casu rumpitur testamentum eius.Secundus modus est, si aliquis sui iuris existens post testamentum à se factum habeat filium ex vxore sua:quo casu rumpitur similiter testamentum. Tertius modus est,quãdo aliquis sui iuris existens habet filiũ in potestate sua,& ex eo nepotem in potestate similiter, & facit testamentum,& instituit sibi hæredem filium,& nepotem ex eo præterit, & postea ante mortem suam testatoris moritur filius, & sic succedit nepos in locum filij quantũ ad proximitatem: quo casu similiter rumpitur testamentum. cum ergo in nostro casu non fuerit aliquis de dictis tribus modis, non videtur quòd testamentum dicti militis rumpatur. Sed certe dicta argumentatio facta ab insufficienti partium enumeratione nõ valet. nam & ille modus qui euenit in nostro casu, est talis: quia ita bene debet facere rumpi testamentum sicut supradicti tres.ergo rumpetur dictum testamentum dicti militis. fuit autem modus in nostro casu talis, vt dictũ est: quia per mortem meã qui eram pater dicti militis, simul & semel fuit dictus miles factus sui iuris, & filius suus militis sub eiusdem militis recidit potestatem:& inuenit se ab eo præteritum. Sed quid si dictus miles instituisset hæredem dictum suum filium in potestate mei aui existentem,vel exhæredasset cũ, & per mortem meam recidisset in potestatem dicti militis filius suus, vt dictum est : nunquid rumpitur testamentum ? Et dicitur quòd non : quia dictus miles non est natus in potestate filij sui aliquo nouo facto circa militem, vel circa filium suum : sed est natus in potestate ordine naturali : quia ordo naturalis est vt prius ego pater militis moriar quàm ipse. sed hæc ratio non videtur mihi sufficiens nimis : vt supra, eod. filio.[*SI QVIS EX CERTA.*] Feci testamentum, & instituti mihi hęredem illum qui nascetur mihi ex Titia . postea ex Seia vxore mea filios habui . certe rumpitur testamentum meum. [*SI QVIS EO.*] Institui mihi hæredem eum qui mihi nascetur ex Titia, quæ est minor. xxv. ann. & cuius ego vel pater meus fuimus tutores : & sic nunc tempore testamenti mei non poterat mea esse vxor : quæ quidem Titia post.xxix. annum recipit à me vel à patre meo rationem & reliqua tutelæ : & sic iuste postea potui eam accipere in vxorem, & accepi : nunquid natus mihi ex ea poterit esse meus hęres ? Et dicitur quòd sic,non obstante quòd tempore quo nasciturum mihi ex ea mihi hæredem instituti, non poterat esse vxor de iure : & idem si instituti mihi hæredem eum qui mihi nascetur ex Titia, quæ quidem Titia erat ancilla tempore testamenti mei , & sic eam de iure habere in vxorem non poteram : & ipsa postea fuit facta libera: & sic certe postea potui eam accipere in vxorem, & accepi . nam natus ex ea mihi poterit esse meus hæres . & quod dixi in dictis duobus casibus , idem est in omni alio vbi tempore testamenti mei in quo instituo nasciturum mihi ex aliqua , ipsa non potest,de iure existere mea vxor , postea autem potest mutata eius conditione , & eam accipio in vxorem , & ex ea nascitur mihi aliquis . Sed pone quòd ita dixi , si masculus nascetur mihi ex Titia , volo quòd sit mihi hæres in nouem vnciis : si autem fœmina , volo quòd sit mihi hæres in tribus vnciis : nec dedi eis aliquem cohæredem , nec substitui eos adinuicem : nec alium eis substituti: postea ex ea natus est mihi masculus tantum.certe ipse solus erit hæres. Viuianus.

Filius à patre.] CASVS. Filium meum Titium quem in potestate habebam,instituti mihi hæredem in omnibus meis bonis sub condi.si nauis ex Asia venerit vsq; ad annum:& si non venerit,exhæredaui eum : & decesi.pendente dicta conditione institutionis & etiam exhæredationis decesit dictus meus filius.nunquid valet dictum meum testamentum, vt sic dictus meus filius videatur mihi fuisse hæres ex testamento dũ vixerit: an vero non valet , vt sic videatur fuisse meus hæres ab intestato dum vixit ? certe dicitur ꝙ non valet:quia dũ vixit dictus meus filius nõ fuit hæres mihi ex testaméto:quia cõditio institutionis nondũ extiterat : neque exhæredatus fuit.quia conditio exhæredationis nondum extiterat.ergo tempore mortis suæ inuentus fuit à me præteritus, & sic non valere testamentum meum, & sic eum esse mihi hæredem ab intestato.secus autem esset si dictum meum filium instituissem mihi hæredem in dimidia bonorum meorum si nauis ex Asia venerit vsque ad annum : & si non venerit,eam exhæredaui.& ita dixi postea, si filius meus decesserit ante conditionem institutionis vel exhæredationis , instituo mihi Seium in alia dimidia bonorum meorum : quia tunc mortuo dicto meo filio ante conditionem institutionis vel exhæredationis,valet testamentum meum, & exhæredatio filij mei : & cohæres dicti filij mei, scilicet Seius habebit totam hæreditatem meam ex testamento.

[*FILIVSFAMILIAS MILES.*]Habebam filiũ militẽ qui vocabatur Titius,& in mea potestate,& nepotẽ ex eo in mea potestate similiter,qui vocabaẽ Seius.hic miles me[9] filius fecit testamentum de castrensi pec.suo,& instituit sibi Gaiũ extraneũ,& præteriit filium suum Seium. postea militare desiit : & reuersus est domum : postea ego pater suus & auus filij sui Seij decesi: & sic Seius filius suus recidit in potestatem suam , & inuenit se ab eo præteritum . quæritur, an rumpatur dictum testamentum? & videtur quod non, quia certi sunt modi per quos debet rumpi testamentum dictum : & hic non fuit aliquis de eis. Vnus modus est, si aliquis sui iuris existens post testamentum à se factum

** Ita vulgaris legit, ad quod respicit glossema.*

b *Cum quo.* sub eo quo &c.

c *Filiusfamilias miles similiter.**aliàs deest,similiter:al. Py.adest.

f *Nominatim.* quid sit nominatim exhęredare,habes insti.de exhęre.li.§.j.&.ś.eo.l.ij.Azo.& no.ś.eo.l.proxi.in prin.

g *Posthumum ex qualibet vidua.* dummodo cum ea posit habere matrimonium:vt supra, eo.l.si quis posthumos.j.respon. Azo. & facit infra,de verbo.signifi.l.malum. §. viduam.item facit supra,eo.l.placet.

h *Conditione.* quę non potuit impleri vltimo vitæ momento:puta si ascenderit capitolium.dicitur tamen potestatiua : quia potestatiua dicitur duobus modis:vt.j.de condi.institu.l.fina. vel dic quòd fuerit casualis.Azo.

BIU Cujas

non est in ipsius potestate, hæres institutus,& in defectũ conditionis exhæredatus, decessit: pendente [a] etiam tunc conditione tã institutionis quàm exhæredationis. Dixi hęredẽ eũ [b] ab intestato [c] mortuũ esse: quia dum vixit, neque ex testamento [d] hæres, neque exhæredatus fuit. Hærede autem [e] scripto ex parte filio, cohæres post mortem filij institui potest.

Qui morte aui recidit in potestatem patris, si ante reperitur institutus: testamentũ non rumpitur. Bartolus.

¶ Filius familiàs miles de castrẽ si peculio fecit testamentũ, habens filium in eiusdem [f] pótestate. cum militare desiisset, patre [g] eodemq; auo [h] defuncto, quęsitum est, an rumpetur eius testamentum? Non quidẽ adoptauit [i]: nec hodie ei natus est filius, nec priore subducto de potestate suo hærede, vlterior successit in proximum locũ [k]: sed tamen in potestate sua habere cœpit quem nõ habebat, simúlque paterfamiliàs factus est, & filius sub eius recidit potestatẽ. Rumpetur ergo testamentum. Sed si hæres sit institutus vel exhæredatus iste eius filius, non rumpitur: quia nullo circa eũ nouo [l] facto, sed ordine quodam naturali nactus est potestatẽ. ¶ Si quis [m] ex certa vxore natum scribit hæredẽ: in periculum rumpendi testamentum deducit [n], ex alia susceptis liberis.

Potest quis instituere posthumum ex ea quæ tunc sibi vxor esse non potest honesta, sed spes est quòd esse possit. Bartolus.

¶ Si quis [t] eo tẽpore quo nondum eius vxor esse posset, testator natum [o] ex ea scripsit hęredem: an postea cõtracto licito matrimonio nat⁹, hæres ex testamento esse posit, quæritur: veluti si scribas hodie hæredẽ qui tibi ex Titia nat⁹ erit, quãdo Titia ancilla [p], vel minor annis vigintiquinq; ea, cuius pater tuus tutelam administrauit, aut tutor tu ipse fuisti, postea Titia vxor iusta tibi fuerit, vel libertatem adepta, aut tempore [q] annorũ vigintiquinq;, [elapso,] & vtilis anni, & rationum allegatione [r] [reddita]: an natus hæres esse posit? Nemo certè dubitabit, ex Titia (quæ tũc propter tenorẽ ætatis vxor duci non potuit quando testamentum fiebat) natũ postea ea vxore ducta, hæredẽ [s] esse posse. Et generaliter nato post testamentũ hærede scripto aditus est ad hæreditatem, in qualicũq; statu [t] testaméti faciẽdi tẽpore fuerit quæ postea testatori ciuiliter nupta est. ¶ Quid autem, si filiũ post testamentũ natum, ex besse: filiã autẽ post testamentum natam, ex triente scripsit hęredem: nec vllum co hæredẽ dedit, nec substituit inuicem, [nec] alium? Vnus natus solus ex testaméto fit hæres [u].

---

a *Pendente.* pendet cum decedit: quia viuens decedit: sed desinit statim eo mortuo.

b *Eum.* filium.

c *Ab intestato.* scilicet patre mortuo.

d *Neque ex testamento.* quia non extitit conditio: institutio non valet, nec exhęredatio: vt subiicit, scilicet per consequens. nam non valet exhæredatio vbi nullus est hæres: vt.ĭ. de contra tabu.l.filiũ. §.sed cũ exhæredatio. cum ergo moritur, cõstat conditioné impleri nõ posse, & sic institutioné nullã, & testamentũ nullũ, & per cõsequés exhęredatio nulla: vt dixi. sed in sequẽti casu inuenitur cohæres institutus post mortẽ filij: & sic tenet testamentũ. & exhęredatio.

e *Hærede autem.* insti tui filiũ sub conditione ex sex vnciis: & in defectum exhæredaui, & Titiũ post mortem dicti filij institui in aliis sex vnciis dando cum cohæredem filio post mortem. in puncto mortis filij deficit ei conditio, & succedit eodem puncto exhæredatio: quæ cum eodem puncto inueniat hæredem qui statim eo puncto incipit esse hæres, valet testamentum, & sic exhæredatio. Sed contra.ĭ. de hęredi.instit.hæreditas ex die. sed dic ibi certa: vt not.ŝ.eo.l.si ita.§.fi. Sed Py.dicit quòd hic fuit fili⁹ substitut⁹: sed male diceret cohæres. Item nec ob.supra, eo. l.si ita.§.fi. quia ibi fuit filius tantum exhæredatus: hic institutus tantũ sub condi. secundum Azo. vel ibi se mortuo tantum inuenit se exhęredatum: hic se viuo: ad quod est infra, eod. l.Gallus.§.in omnibus.& facit.C.de institu. & substitu.l.iiij. & ĭ.de hære.insti.l.suus.&.l.iam dubitari.&.ŝ.eo.l.si filius hæres.

f *In eiusdem.* cuius & ipse erat.

g *Patre.* respectu filij. Accursius.

h *Auo.* respectu nepotis. Accursius.

i *Nõ adoptauit quidẽ.* post factũ testamẽtũ.& incipit ratiocinari.

k *Locum.* ex quibus videtur rumpi testamentum. ab insufficiẽti enim partium enumeratione argumentatur. Et not. quatuor modos rumpendi testamentum, & quatuor modos nascendi posthumos, vel quasi posthumos. & hoc vt not. in rubri. C.eo.

l *Nouo facto.* maxime, subaudi: vt probatur supra, eo.l.filio quẽ. in princi.&.§.fi. Azo.& facit infra, tit.ĭ.l.certum.& de mili.test.l. si filius.in princi.&.§.fi.&.l.si filius. Hugo.

m *Si quis ex certa.* secus si nullius vxoris habita mentione, sed simpliciter: vt.ŝ.eo.l.placet.&.l.seq. Sed Py.litera est exsecta. ad quod est.ŝ.eo.l.quod dicitur. Accursius.

n *Deducit.* ſ.se vel testamẽtũ. rũpitur ne. arg.ŝ.e.l.cõmodissime.

o *Natum.* expone vt.ŝ.eo.proxi.§.id est, nasciturũ. sic.ĭ.de leg. iij.l.etiã. Azo. Vel dic, natũ núc. non tunc. ſ.tẽpore institutionis.

p *Ancilla.* cũ qua nõ potest esse matrimoniũ, sed contuberniũ: vt.C.de incest.nup.l.cum ancillis.& de adul.l.serui.& infra, de adul.l.inter liberas. Azo.

q *Tempore.* transacto, subaudi.

r *Allegatione reddita.* & facit ad hoc.ŝ.de rit.nup.l.nõ est.&.l.quã.§.fi.&.C.de iterdi.ma.l.si patris.&.l.si curator.&.l.curatorẽ.

s *Hæredem esse posse.* sic.C.de nup.l.& si contra. Sed arg. cõtra.ĭ. de reg.iur.l.quod ab initio.& de verb.oblig.l.inter stipulanté.§. sacram.& insti.de inuti.stipu.§.j.& de exhęre.lib.in princip.

t *Statu.* prædicto. nec ob.ŝ.eo.l.si quis posthumos.§.j.&.§. sed & si ex ea. quę sunt cõtra: quia ibi impediebatur matrimoniũ iure naturali & diuino: hic iure ciuili tantũ. arg.ĭ.de adul.l.si adulterium.§.j. Item casum istũ licitũ quòd est expectare. secus in contrariis.

u *Fit hæres.* facit.ĭ.de leg.j.si duobus.§.fi. sed pri.eiusdẽ.l.est arg. cõtra. Itẽ sic.C. de cadu. tollen.§. his itaque. & insti.de hæredi. instit. §.non autem.

† *Allegatum iste. §. ad hoc quòd matrimonium potest cõtrahi per constitutum in vltimis causa plis legitimandæ vt no. in l.nuper.C. de natu.libe.& in regula sine culpa.& ibi Io.An. de reg. iur. lib.6.*

Gallus. CASVS. Licet aduocati partũ lucrant de hac lege: quia tamen re & fama difficilis est, bene est notãda, & ante casũ positioné ita eã ad superioré continua: quia.ŝ. agit qualiter, ppter prętéritionẽ posthumorũ testamenta rũpãtur, & de hoc dicitur supra, eod. commodissime.& l.si posthum⁹.&.l.post huma. ideo Gallus Aquilius ad sustentationem testatorum inuenit viam & medicinam vt testamenta non infringantur, dãdo consiliũ quòd nepos ex filio posthumus instituere retur ab auo: vt ita institutus nõ rũpat testamentũ eius. docet autẽ fieri institutioné in eũ casum, in quem casum nepos nõ institutus rũpet testamẽtũ: & docet etiã qualiter, & quibus verbis debeat fieri. & durat cõsiliũ suũ vsq; illuc: quidã recte &c. ibi autẽ incipiũt verba domini Scæuolæ, & abinde incipit reprehẽsio dicti domini Scæuolę ad dictũ domini Galli: & reprehẽdit eũ multifarie multisq; modis, sicut videbis per paragraphorũ casus. Itẽ antequã venias ad specialẽ casus positioné, collige breuiter totã intẽtioné huius.l. Antiquis tẽporibus testamẽta per filios rumpebantur: & aliquando ita, quòd nulla erant ipso iure, puta si filius esset præteritus qui iam erat natus: aliquãdo aliqua erant testamẽta ab initio, & postea rumpebãtur: puta si nondũ natus præteriebatur, & postea nascebatur: circa quos instituendos satis per antiquos sapientes prouisum erat: sed quia periculũ erat in prętereundis nepotibus, in quibus non erat prouisum: ideo Gallus prę dictus dat suum prædictũ consiliũ, scilicet sic vt ipsi debeant institui ab auo si nascãtur mortuo patre & auo. cuius consiliũ Scæuola suppleuit dicendo idem in pronepote, & dicẽdo idem si pater non moriatur, sed emancipetur vel deportetur. sic ergo Gallus prouidet circa eos qui mortuo patre & auo nascuntur: sed nõ prouidet eis qui nascuntur viuo patre & auo post testamentum aui, vel qui nascuntur viuo auo, & mortuo iam patre. sed postea venit Velleius, & prouidet eis: & primo in iis qui nascuntur post testamentum aui viuo auo, mortuo iam patre, & hoc siue mortuus sit iam pater tempore testamenti aui, siue non, sed post factum testamentum moritur. & hoc erit primum caput l. Velleiæ. Item prouidet Velleius in eis qui nascuntur ante testamen-

BIU Cujas

testamentum aui viuo auo & patre nepotis, id est, filio aui. & quia timor est ne solo instituto filio tollatur de medio filius in vita, & sic nepos efficiatur proximus auo, sicque rumpat testamentū aui inueniens se ab eo præteritum, ideo qualiter instituti possit nepos, consilium dedit. & hoc est secundum caput. l. Velleiæ. Sed quia repertus fuit quidam casus valde difficilis, qui neque primo neque secundo capite. l. Vell. continebatur, neque etiam Galli consilio, scilicet in eo nepote qui post testamētū nascitur viuo adhuc filio qui postea de medio tollitur: ideo Iul. commixtis capitibus. l. Vell. consiliū dedit: & ita nullus casus in hac. l. relinquitur intact[p] circa nepotes per auum instituēdos. siue enim nascitur nepos posthumus post mortem patris sui & aui, prouidetur per hanc. l. siue post mortem patris & viuo auo, siue vtroque viuo nascitur, siue vter erat viuus tempore testamenti. Dicta breuiter intentione totius huius. l. veniamus ad casum ponendū specialiter in princ. eiusdem. Ego habebam filium Titium, & ipse Titius habebat vxorem prægnantem. ego in infirmitate positus volebam taliter testamentū meum ordinare, quòd nō rumperetur etiam si nepos mihi ex dicto meo filio nasceretur. Gallus ergo dat mihi tale consilium circa hoc, scilicet vt ita dicam in testamento: Titium meum filium instituo mihi hæredem ex parte, & extraneum ex alia. & hoc ideo dico, quia si insolidum, & moreretur ante patrem, & postea moreretur pater, venisset res in causam caduci, & esset ruptum testamentum: vt. C. de cadu. tol. §. pro secundo, ergo non esset timendum de ruptione per aduentum posthumi: cum quod ruptum est, amplius rumpi non possit: vt infra, titu. j. nam & si. subaudi, vnde posthumus nihil rūperet, licet insolidum esset institutus: sed veniret ab intestato. & positionem istam tene in tota. l. ista. & si dictus meus filius me viuo moriatur, & ego postea moriar, & postea nascatur nepos ex vxore prædicta filij mei, siue etiam neptis, nascatur dico intra. x. menses proximos postquā filius meus mortuus erit, ille nepos vel neptis hæredes mihi sunto. & si taliter dixero, non rumpetur meum testamentum per nepotem posthumum natum ex vxore filij mei à me instituti. si autem non esset institutus dictus meus nepos posthumus, vt dictum est: rumperet testamentum meum. mortuo enim filio meo me viuo, & mortuo me postea, & nato nepote meo posthumo postea intra. x. menses numerandos à tempore mortis dicti mei filij, inuenit se à me dictus nepos proximior quàm sit filius meus mortuus, quamuis & & ego mortuus sim, præteritum. inueniens ergo se à me præteritum, rumpit testamentum meum. & bene dixit Gallus, si filius meus me viuo morietur, & non ponit in filia: nam nepotem ex filia non habet necesse auus instituere: vt supra, e. placet. præteritio enim matris vel aui materni habetur pro exhæredatione: vt. d. l. placet. & institu. de exhære. lib. §. fina. si ergo habetur pro exhæredatione, ergo non rumpitur testamentum. Item ideo dicit intra decem menses numerandos à tempore mortis filij mei: quia si post. x. menses nascatur nepos, non rumperet testamentum, vtpote cum non credatur filius dicti filij: vt in authen. de restit. & ea quæ parit. §. fina. Viuianus.

Consilium Galli est quòd nepotes nascituri ex filio tempore testamēti viuente, qui aliàs non poterant instituti tanquam posthumi alieni, id est, non obtinentes tunc primum locum, instituantur casu quo essent futuri sui post mortē aui: ne ipsi præteriti rumpant testamentum. Alexand.

XXIX. SCÆVOLA libro sexto Quæstionum.

GAllus[a] † sic[b] posse[c] instituti posthumos[d] nepotes induxit, *Si filius*[e] *meus viuo me*[f] *moriatur*[g]: *tunc*[h] *si quis mihi ex eo nepos, siue quæ neptis*[i] *post mortem*[k] *meam in decem mensibus proximis*[l] *quibus filius meus moreretur, natus nata erit, hæredes sunto.*

Cùm sit institutio de nepote in casu prouiso per Gallum, non est necesse quòd de morte filii fiat mentio. hoc dicit. Vel sic: Institutio facta de filio & nepote, intelligitur de nepote nascente post mortem filii: & sic in casu prouiso à Gallo Aquilio. Alexander.

Pulchrè in hanc legem Alc. li. paradoxorum 3. c. 2. & de iceps. & Lælius Tauellus.

a *Idem B. P. Alexā. & Ia.*
b *Directa. Pau.*
c *Idē Bal. & communiter omnes scribētes: vt referūt Lā-ce. Ale. & Ia. contra-riumtamen tenēt. Bar. P. & Sal.*
d *Istā glo. sequuntur B. B. P. Alexā. & Ia. hic.*
e *Istam. l. alleg. Bar. in cōtrariū: sed male: secūdū Ia.*
f *Idē Bar. Ale. & Ia.*

a *Gallus.* scilicet qui cognominatur Aquilius: vt infra, ea. l. §. & bene. Azo.
b *Sic.* id est, tali cautela. vel sic, id est, his verbis: si filius meus &c. Azo.
c *Posse.* & necesse est, ne testamentum rumpatur: vt infra, tit. j. l. posthumorum. & dic instituti, id est, substituti[a]. nam omnis substitutio[b] est institutio: sed non conuertitur. & dic, pro constanti habuit Gallus quòd hic præcesserit filij institutio. aliàs ipso iure non valeret testamentum[c]: vt instit. de exhære. li. in princ. & infra, e. §. in omnibus.
d *Posthumos.* id est, quasi posthumos. quod est verum habito respectu quòd alio exeunte de medio incipiant posse fieri sui: vt d. l. posthumorum. Sed eo respectu quòd post mortem aui nascatur, proprie sunt posthumi[d]: quia nascuntur post mortem aui: vt. §. de testa. tute. l. quid si nepotes. in fi.[e] & sic bona est contisnuatio[f], dictum est qualiter posthumi præteriti rumpant testamentum: nunc qualiter prouideatur ne rumpatur secundum prius & secundum secundum. Item & hæc, dictum est de vero posthumo: nunc de quasi secundum alium. vel verius, nulla est facienda[g] continuatio.
e *Si filius.* ecce consilium Galli vsque illuc: quidam &c.[h] Item not. quòd de nepotibus tantum natis post mortem aui dicit Gallus: vt hic, Sed Velleius etiam de natis viuo auo: vt. j. §. nunc de lege[i]. Item not. quòd Scæuola reprehendit Gallum in multis: vt de[j] & aliàs Pomponius ait: vt supra, neg. gest. l. Pōponius. Et primo reprehendit de superfluitate: vt infra. e. §. quidā. Secūdo de insufficientia: & hoc in multis. Primo de pronepote, de quo non dicit Gallus: vt. §. idem credendum. Item in alio in. §. sed & si viuo. Item in alio in. §. tametsi. Item & in alio: quia de naturali morte filij tantum dixit: nam idem est de ciuili vel simili casu: vt. §. & quid si tantum. & in aliis potest notari reprehensio: sed Velleius non reprehenditur: vtpote post Gallum aduenies non dixit reprehensibile, id est, aliquid propter quod debeat reprehendi: sed ad plenum: vt. j. §. & bene[k] nam quanto iuniores, tanto perspicaciores: vt ait Priscianus. Item no. quòd dicit filius, non filia: quia nepotem ex filia possum præterire: vt instit. de exhære. li. §. mater. & infra. §. nunc de lege. l
f *Viuo me.* auo. & hoc ideo dicit, quia si filius post mortem patris moritur, nepos non rumpit testamentum[m] aui per. l. Vell. vt infra, titu. j. l. si quis filio exhæredato in princi. & supra, eo. si quis posthumos. §. si filium. & C. de inoffic. testa. l. si quis. & ita ponit Gallus eos tantum casus quibus testator habuit necesse instituere nepotem.
g *Morietur.* aliàs, moritur: aliàs, morietur. scilicet naturaliter: præsens pro futuro: vt infra, de verbo. signifi. l. verbum erit. & in hoc reprehenditur à Scæuola: vt. j. §. & quid si tantum.
h *Tunc.* in eum casum. vel id est, mortuo filio: vt arg. infra, de condit. & demon. l. iiij. in fi.
i *Neptis.* & hoc abundat[n], cum poterat contineri sub masculo: vt infra, de verb. signifi. l. j.
k *Post mortem meam.* vel me viuo, eadem ratione: vt. C. eo. l. fi. & infra. §. vnde & si filius. secundum quosdam. Sed certe id per Velleium[o]: vt. §. nunc de lege. non per Gallum: vt & hic dicitur. & sic etiam hic reprehenditur per Velleium ex interpretatione. & in. §. nam & si subaudi, etiam me mortuo.
l *In decem mensibus proximis.* morti filij. nam toto tempore potest ex eo nasci, non vltra: nisi forte per paucos[p] dies secundum quosdam physicos: vt infra, de suis & legi. l. intestato. §. & post decem. & in auth. de resti. & ea quæ pa. §. fina. coll. iiij. & facit supra, de sta. ho. l. septimo mense. & dies mortis computatur in decem mensibus. Sed quid si post duos dies nascatur? videtur præteritus: vt supra, e. l. commodissime. Sed dic contra[q]: vt ibi no. per. l. C. eo. l. fina.

Quidam rectè.] CASVS. Hic incipiunt verba Scæuolæ Gallum reprehendentis in eo q̄ dixit Gallus in consilio suo in princ. huius. l. & reprehendit eum curialiter de verbis superfluis, vsque illuc, idem credendum est &c. Gallus enim ita dixit in suo consilio, testatorem facere debere ad hoc vt testamentum suum non rumpatur per nepotem suum posthumum quem sperat nasci forte post mortem filij, & post mortem sui testatoris: Titium filium meum instituo mihi hæredem: & si dictus meus filius me viuo morietur, & ego postea moriar, & postea nascatur nepos ex vxore filij mei, siue etiam neptis nascatur: nascatur dico intra. x. menses proximos postquam dictus meus filius mortuus erit: ille nepos vel neptis hæredes mihi sunto &c. Certe institutio dicti nepotis vel neptis (dicit Scæuola) potuit fieri per auum etiam si non posuisset aliquid in institutione de morte filij: sed ita dixisset, Titium filium meum mihi instituo. Item instituo mihi nepotem vel neptem qui nascetur ex eo post mortem meam &c. & tunc valet institutio dicti nepotis vel neptis eo casu, quòd ex verbis testatoris concipi possit, scilicet ad hoc vt non rumpatur testamentum: nam consilium Galli fuit inductum ad hoc vt nepos vel neptis natus vel nata nō rumperet testamentum. cum ergo testator secundum Galli consilium fuerit testatus, fecisse videtur ob timorem ne nepos rumperet testamentum. & ideo hæc institutio quæ fuit facta non habita mentione mortis filij, trahitur ad eum casum in quem nepos rumperet testamentum: scilicet si mortuo filio in vita aui nascatur postea nepos post mortem aui testantis. Viuianus.

Quidam

BIU Cujas

a *Quidam.* prima reprehensio.

b *Credunt.* scilicet vt valeat institutio siue substitutio nepotis, etiam non facta mentione mortis filij: & valebit eo casu qui ex verbis scilicet Galli concipi posset. vel dic, admittendum &c. vel, vt eo casu &c. & in idem recidit.

c *Nō exprimat.* id est, non dicit illa verba, Si filius meus viuo me moritur: sed simpliciter, id est, ita dixit b: Si quis mihi nepos post mortem meā nascetur, hæres esto. & dic, instituit, id est, substituit: vt in prin. l. idem si dixit, Filium & nepotem qui ex eo mihi nascet post morté meam, heredem instituo. vel etiam sic: Si filius hæres nó erit, nepotem qui ex eo nascetur, substituo. Vel sic: Filium instituo, & nepoté substituo. Vel sic: Filium & nepotem ex eo instituo. sentiens de nascituris. nam ex his omnibus casibus videor eum substituere in eum casum in quem rúperet prēteritus: scilicet in casu Galli quando me viuo moritur filius: & postea me mortuo nascitur nepos intra decem menses &c. vt enim testamentum non rumperetur, hoc feci. quid autem si filium & nepotem natum instituí?

d Et not. Respon. c tunc videor eodem ordine instituisse. argu. infra, de legat. j. l. peto. §. fratre. & l. cum pater. §. pe. &. C. de verb. signi. l. fi. & infra, e. §. instituens. &. ſ. de vſufru. l. quoties. & etiá hic innuit. Sed arg. contra. ſ. de vſufruc. l. ſi mulieri. &. j. de lega. j. l. ſi quādo. §. j. & infra, de ſol. l. nec enim. & in auth. de mona. in fi. col. j. Item contra. C. de impube. & ali. ſubſti. l. fi. ſed ibi d teſtator erat extraneus: hic pater & auus. Sed quidam dicunt, dicto casu filium esse hæredem, & nepotem etiam filio viuo, vt ſi emancipet filius nepotem post mortem aui: & ſic quærit nepoti: vt. j. de lega. iij. l. ſi à patre. aliàs nec mométo esset hæres: vt. j. de acqui. hære. l. placet. & hoc etiá dicút per hunc. §. & exponút ex verbis, scilicet teſtatoris. nec reprehenditur Gallus, ſecundú eos. Solutioné primá teneas.

Idem credendum.]CASVS. Nota quòd Scæuola quaſi inſidiator calcanei Galli reprehendit eum quaſi verba ſuperflua poſuerit in ſuo cōſilio. & hoc fecit. ſ. proxi. §. nunc autem intendit eum reprehendere quaſi minus ſufficienter dixerit: hoc autē oſtendit in eo quod de pronepote Gallus omiſit: & circa hoc ponit tres caſus. Vnus caſus eſt, quando mortuus filius erat, & nepos viuebat, qui nepos habebat vxoré prægnanté ex qua ſperabatur naſci pronepos vel proneptis. certe bene debebat Gallus formaſſe verba conſilij ſui in hoc caſu: hoc. ſ. modo: Titium nepotem meum mihi hæredem inſtituo: & ſi dictus meus nepos decedat me auo viuo, & ego poſtea moriar, & poſtea naſcatur pronepos vel proneptis ex dicta vxore nepotis mei: naſcatur dico intra. x. menſes proximos poſtquam nepos meus mortuus erit: ille pronepos vel proneptis hæredes mihi ſunto. Secundus caſus eſt, quando filius viuebat, & nepos ex eo mortuus erat cuius nepotis mortui vxor prægnans erat, & auus volebat facere teſtamentum. quo caſu hoc modo debebat Gallus formaſſe verba cōſilij ſui quod dedit auo, Titium filium meum inſtituo: & ſi dictus filius meus me viuo morietur, & ego poſtea moriar, & poſtea naſcatur pronepos vel proneptis ex dicta vxore nepotis mei mortui: naſcatur dico intra. x. menſes proximos poſtquam filius meus prædictus mortuus erit: ille pronepos vel proneptis hæredes mihi ſunto. Tertius caſus eſt, quando filius & nepos ex eo viuebant, & dictus nepos habebat vxorem prægnantem ex qua ſperabatur naſci pronepos vel proneptis, & auus volebat facere teſtamentum taliter quòd non rumperetur per natiuitatem pronepotis vel proneptis: quo etiam caſu hoc modo debebat Gallus formaſſe verba conſilij ſui quod dedit auo, ſcilicet vt ita deberet dicere auus in teſtaméto ſuo: Titium filiú meū & Gaium nepoté meū ex dicto filio mihi hæredes inſtituo: & ſi dictus meus filius & nepos me viuo morietur, & ego poſtea moriar, & poſtea naſcatur pronepos vel proneptis ex dicta vxore nepotis mei: naſcatur dico intra. x. menſes proximos poſtquam dictus filius meus & nepos mortui erunt: ille pronepos vel proneptis hæredes mihi ſunto: quo caſu ſi filius & nepos viui exiſtentes tempore teſtamenti mortui fuerint antequā teſtamentum faciens, & poſtea auus, & poſtea naſcatur pronepos vel proneptis: non rumpent teſtamentū proaui cum inuenient ſe inſtitutos. ſi autem non inueniſſent ſe inſtitutos à proauo, bene rumperent teſtamentum eius. & quod dico in hoc vltimo caſu: idem intelligas in ſecundo & primo. Viuianus.

d *Idem credendum.* ſecunda reprehenſio, & eſt de inſufficientia: & curialiter fit magis quàm ſi diceret, hoc omiſit.

e *Pronepos.* ſub e. ſiue proneptis poſt mortem meā in. x. méſibus proximis quib⁹ nepos morietur &c. vt in prin. l. Et no. q̄ hic ſolus nepos viuit. j. proxi. ſolus filius. at in alio ſequenti viuit vterque. Item not. q̄ hic & ſequenti caſu incidit Scęuola in vitiú ſuperfluitatis, de quo reprehendit Gallum. ſ. proxi. §. nam dicit decedat. Sed dic f q̄ referendo verba Galli circa illud, hoc facit non approbādo vitiú.

f *Sed & ſi viuo.* alia reprehenſio inſufficiētiæ circa eundē pronepotem.

Flo. pro nepote. ſed hic rectius

e *Et bene Barto. & Pau.*

f *Sequitur Bar. Pau. Aret. Ale. & Iaſ.*

Promiſsio facta in vno caſu, porrigitur ad filios ſibi ſimiles. hoc dicit. Bartolus.

g *Cuius.* nepotis.

h *Faceret.* auus.

i *Dicere.* ſ. auus. tūc qui ꝓnepos &c. & repete vt. ſ. proxi. §. dixi.

k *Nam & ſi filius.* aliàs, nam. & aliàs, num, interrogatiue. aliàs, vnde. & dic duobus modis caſum. Primo g in filio inſtituto, nepote prætérito, & pronepote ſubſtituto. & hic planus. Secundo h quòd filius & nepos fuerūt inſtituti: & pronepos ſubſtitutus vtroque eorum mortuo viuo teſtatore.

g *Iſta eſt cōmunis ſecūdū Bar. & Iaſ.*

h *Vera eſt in ſe: ſed nō quoad tex. ſecundum eoſdem.*

l *Concipere.* Pone auus ſubſtituit pronepoti hoc modo: Si filius & nepos morientur me viuo: tunc qui pronepos naſcetur poſt mortem meam in decem menſibus proximis quibus nepos meus morietur, hæres eſto. Et no. quòd dicit, poſt mortem meam: quia de hoc loquitur Gallus. ſed Velleius etiam de nato in vita teſtantis: vt infra, eo. §. nunc de lege.

m *Admittendum.* vt valeat dicta ſubſtitutio, & eſt reprehenſio Galli de inſufficientia.

n *Ita ſanè.* ſcilicet eſt hoc admittendum.

o *Prius nepos.* quia ſi filius decederet prius, nepos rum peret teſtamentum per. l. Vell. non ergo pronepos ex nepote natus, cum iam inueniret ruptum: quia quod iam ruptum eſt i, amplius rūpi nó poteſt: vt. j. titu. j. l. nam & ſi. &. j. eo. §. in omnibus. & hoc ſecundum primum caſum. at ſecundum alium non eſt vis quis ante decedat: dummodo non decedant ambo in vita patris: & tunc ſubaudi k hic, maxime: vel etiam ſecundū eundē dic, prius quàm, ſcilicet auus, deinde nepos. q. d. ſi vnus & alter ante auū decedat.

i *De iure ciuili: ſed de æquitate prætoria reconualeſcit ſi moriatur antequāte ſtamentum habeat effectū. ſecundum Alex. & Iaſ. in prin. iſtiꝰ. l.*

p *Ne ſucceſsione.* ſcilicet nepotis præteriti ſecundū primum caſum: l vel pronepotis ſecundum alium: ſed tunc hic verſus, ne ſucceſſiōe &c. refertur nó ad proxi. ſed ad ſuperius, ſcilicet quod admittendum. ne &c. vel etiam referas ad illud admittendum, & etiam ad ambos ſuperiores. §. §. ſecundum eundem caſum: & ſecundum hoc dic ne rumpat ſucceſſionem, cum ſit præteritus.

k *Non tenetur ſecundū Bar. & Pau. quia violat tex. ſecūdū primū caſum.*

Et quid ſi tantum.]CASVS. Quidam libri habent, quod tamen ſi in mortis filij caſum: ſed ego habeo, & quid ſi tantum in mortis &c. & ita continuo ad ſuperiora: reprehenſus ſupra Gallus quaſi inſufficienter fuerit locutus, certe & adhuc poteſt circa alia reprehēdi quaſi minus ſufficienter dixerit. ipſe enim in prin. huius. l. verba ſua concepit notando tantum caſum mortis filij, dicendo quòd auus ita debebat ponere in teſtamento ſuo ad hoc vt nepos ſuus poſthumus naſciturus forte poſt mortem filij & aui non rumperet teſtamentum: Titium filium meum mihi hæredem inſtituo: & ſi dictus meus filius me viuo moriatur, & ego poſtea moriar, & poſtea naſcatur mihi nepos ex vxore filij mei ſiue etiam neptis: naſcatur dico intra. x. menſes proximos poſtquam filius meus mortuus erit: ille nepos vel neptis hæredes mihi ſunto. ſed hoc fuit inſufficienter dictum: quia & alij poſſunt caſus euenire præter caſum mortis in quibus poteſt filius de patris poteſtate exire: & ſi moriatur poſtea pater, & poſtea naſcatur nepos ex vxore filij, & inueniat ſe præteritum ab auo: rumpet teſtamentum aui. Quid enim ſi aquæ & ignis interdictionem pateretur filius inſtitutus: & poſtea pater qui fecit teſtamentum, moriatur, & poſtea naſcatur nepos ex vxore filij interdicti: nunquid rumpet ita bene nepos teſtamentum aui, ac ſi filius mortuus eſſet ſi inueniat ſe præteritum dictus nepos? & ſubaudi, & certe ſic. Item quid ſi dictus filius inſtitutus ſit ante mortem patris qui

l *Qui eſt verus, ſecundum eoſdē.*

fecit

Quidam a rectè admittendum credūt b etiā ſi non exprimat c de morte filij, ſed ſimpliciter inſtituat: vt eo caſu valeat, qui ex verbis concipi poſſit.

Sicut inſtitui poteſt nepos naſciturus ex filio ſecundū conſiliū Galli, ſic pronepos ex nepote: ſiue ſolus nepos ſuperſit tēpore teſtamēti, ſiue ſolus filius, ſiue filius & nepos. hoc tamē vltimo caſu teſtamētū euertitur, ſi cōtingat viuo teſtatore decedere filiū inſtitutū primo, & deinde nepotē prætéritū. Alex.

Idem credendum d eſt, Gallum exiſtimaſſe & de pronepote: vt dicat teſtator, *Si me viuo nepos decedat, tunc qui ex eo pronepos* e & cætera. Sed & ſi viuo f filio, iā mortuo nepote, *cui? g vxor prægnans eſſet, teſtamentum faceret h: poteſt dicere i, *Si me viuo filius decedat, tunc qui pronepos.* [&c.] Num, ſi & filius k & nepos viuat, cōcipere l, vtriſq; mortuis viuo ſe, tūc qui pronepos naſceretur [poterit?] Quod ſimiliter admittēdum m eſt: ita ſanè n, ſi prius nepos o, deinde filius decederet: ne ſucceſsione p teſtamentum rumperetur.

BIU Cujas

fecit testamentum, emancipatus à patre: & postea moriatur pater qui fecit testamentū:& postea nascatur nepos ex vxore filij emancipati prædicti:nunquid rumpet ita bene nepos testamentum aui ac si filius mortuus esset si inueniat se præteritum dictus nepos?& subaudi, & certe sic: vt in fine.§.dat intelligere. Debebat ergo ita dicere Gallus in cō filio suo quod posuit in prin.huius.l.Titium filium meum mihi hæredem instituo:& si dictus meus filius me viuo moriatur, vel me viuo deportetur, siue aqua & igni ei interdicatur,vel me viuo à me emancipetur, & ego postea moriar,& postea nascatur mihi nepos siue neptis ex vxore dicti mei filij: nascatur dico intra.x.menses proximos postquam filius meus mortuus vel deportatus vel emancipatus erit: ille nepos vel neptis hæredes mihi sunto.nam hi duo casus: scilicet deportationis filij & emancipationis eiusdem, licet ad.l.Vell. non pertineant quantum ad dictæ.l.verba: tamen ex sententia eiusdem.l.Vell.similes debent esse casui mortis filij: de qua morte sola filij locutus fuit Gallus in prin. huius.l.vt dictum est. & bene dixi quòd dicti duo casus non pertinent ad verba.l.Vell. ipsa enim habet duo capita tantum, ad aliquod quorum non pertinent dicti duo casus. Vnum eus caput loquitur de nepote nato in vita aui post mortem filij: vt infra, e.l.§.nunc de lege. Secundum caput loquitur cum tempore testamenti erat natus filius & nepos. dicti autem duo casus,scilicet de deportatione & emancipatione filij respiciunt nepotem qui post mortem aui nascitur filio sublato de medio deportatione vel emācipatione. quod autem dixi in deportatione & emācipatione filij instituti, idem esset in deportatione & emancipatione nepotis ex cuius vxore speratur nasci pronepos: sicut notaui supra, proxi.§.tres casus circa hoc.Viuianus.

†Et quid si tantum [a] in mortis filij casum conciperet [b] †? Quid [c] enim si aquæ & ignis [d] interdictiõe peteretur [e]? Quid si nepos [f], ex quo ꝓnepos institueretur [g], vt ostendimus [h], emancipatus esset [i]? Hi enim [k] casus,& omnes [l],ex quib⁹ suus hæres post mortem scilicet aui nasceretur,nõ pertinent ad legem Velleam: sed ex sententia legis Velleæ, & hæc omnia admittenda [m] sunt, vt [n] ad similitudinẽ mortis cæteri [o] casus [p] admittendi sint. [q]

Hic ponitur noua reprehensio cõtra Gallum circa casum. Casus in terminis per se patet. Bartolus.

†aliàs,conciperet, qui deïde aquæ & ignis interdic. &c.

a Reprobatur per Bar. Paul. & Ias.

a *Et quid si tantum.* aliàs, quid tamen.& aliàs,quid si tantum.& dic casum [a] secundum Py. quòd tres fiant hic oppositiones contra superiorem proxi.§.& non soluantur. Prima [b] super eo quòd dixerat, vtrisque.nam quid si in casum mortis filij tantum : & de nepote tacuit?Secunda [c] de deportatione, & tertia de emancipatione.q.d.dictis tribus casibus nõ est ibi prouisum.sed absurdum videtur quòd Scæuola contra seipsum opponat, & non soluat: quare dic casum [d] quòd vna sit quæstio cõtra verba Galli qui de naturali tantum morte filij dixit, per quam filius exit de medio. quæritur ergo hic an sufficienter videatur dixisse,cum & aliis modis possit filius exire de medio,vt deportatione & emācipatione: & aliis &c.certe non. & sic reprehenditur Gallus de insufficientia.Alij [e] referunt ad omnia supradicta,vbi de morte fit mentio.

b Quæ ponitur in prin.§.ĩ vers. quid enim.

c In vers. quid erit.

d Iste est verus casus secundum Bart.Bal. Imol.Paul. & Alex.

c *Conciperet.* scilicet testator substitutionem:non videtur sufficere.quid enim &c.

c *Quid.*scilicet erit.

d *Aqua & ignis.* loco cuius est deportatio: vt infra, ad leg.Iul. pe.l.iij.& de pœ.l.ij.§.j.quæ est mors ciuilis : vt.j.de contra tabu.l.j.§.filium.& supra,pro soc.l.actione.§.publicatione.

e Ista etiã est vera secũdũ eosdẽ.

e *Peteretur.* iste filius.

f *Si nepos.* substitutus.

g *Institueretur.* id est,substitueretur.

h *Ostendimus.* ĩ.§.idem credendum. & caute de filio de quo incipit,transit ad nepotem,vt ostendat idem in vtroque.

f Et male secundũ B. Bal. Paul. Sosi. Aret. Ale.& Ia.

i *Emãcipatus esset.* non soluit.quid ergo? dicunt quidam [f] non contineri: vt argu.supra, eo.l.commodissime [g].& supra,so.ma.l. si cum dotem. & infra, de verbo. obliga.l.ex ea.§.insulam. & sic bene reprehenditur Gallus:& quod subiicit,admitti hos casus ex sententia.l.Vell.exponunt [h], vt testator possit eos exprimere:non quòd habeantur pro expressis : licet de morte sit expressum . Sed tu dic [i] eos haberi hic pro expressis ex sententia.l.Vell. sed forte Galli sententia fuit eadem : sed reprehenditur quod non expressit. nam sicut morte filius definit esse suus, & exit de medio: sic deportatione : cum similis mortuo deportatus sit, vt dixi . Item per emancipationem iure ciuili definit esse suus, & exit de medio : secus si per prætorem : vt infra,de bo.posses.l.si cum patrono.§.j.quia ergo casus omissus similis est expresso, pro expresso habendus est: est enim morti similis deportatio, vt dixi:& emancipatio: vt.C.de institu.& substi.l.si mater. nec refert quid de æquipollentibus contingat : vt.C.de do.quæ sub mo.l.fi. nec ob. in auth. de hære.ab intest.§.nullam.coll.ix. vbi tollitur differentia emancipationis : quia illud quando nullum est factum testamentum [k].Sed quid si emancipatus readoptetur? videtur non nocere nepoti : vt infra, si ta.testa.nul. exta.l.j.§.si quis. secus in filio deportato restituto : vt infra, de contra tabu.l.j.§.fin.nisi restitutio esset post mortem aui: quia tũc cum nepos est hæres,non potest desinere : vt institu.de fideicommis.hære.§.restituta.

g Non obstat cũ seq. quia ibi casus expressi sunt dissimiles omissis secũdum Bar.& Ia.

h Et male, secũdum eosdem.

i Ista est vera secundum eosdẽ.

k *Hi enim.* nil nocet Gallũ non dixisse:quia lex Vell. dicit. sed hoc est falsum:hi enim &c.

l *Omnes.*similes,quando viuẽte testatore precedens persona de medio [l] tollitur : vt si fiat [l] Pe. seruus pœnæ:vt instit. de quib. mo. ius pa. pote. ex fol.§.pen.hi enim non [m] pertinẽt ad Vel.quia primo capite.l.Vell. cauetur de nepote nato in vita aui post mortem filij : vt infra, eo.§.nunc de lege. secundo cum tempore testamenti erat natus nepos & filius: hic autem nascitur suus post mortem aui. quod accipe, id est, si fuisset natus viuo auo, in sua potestate futurus erat : vt institu. de hære. ab intesta.§. posthumi. sed sententia locum habet [n] : vt subiicit. [o] dicunt enim verba eius , si quis ex suis hæredibus suus hæres esse desierit : vt infra, eo.§.nunc de lege. & bene verba se habent ad omnes casus pertinentia,id est,qualitercũque suus hæres esse desierit per mortem , vel emancipationem , vel deportationem. & hoc est quod hic subiicit.

m *Admittenda.* vt testamentũ nõ rumpatur,& nepos ex substitutione admittatur.nã hi casus habẽtur pro expressis:vt dictũ est.

n *Vt.* aliàs, &: aliàs, & vt.

o *Cæteri.* aliàs,certi,scilicet similes prædictis.

p *Casus.* Consuluit Gallus superius auo & nepote & pronepote [p] si moriatur filius,vel incidat casus qui ex interpretatione morti æquiparatur : nunc vult etiam ei consulere in casu qui similiter ex interpretatione morti assimilatur: vtpote si captus fuerit ab hostibus [P] filiusfami. auus ita dicat in institutione , si filius meus antequam redeat ab hostibus,filium susceperit:sit mihi hæres nepos meus.nam postea nunquam rumperet testamentum aui.& est istud verum siue filius antequam redeat, decedat post mortem patris vel ante, vel siue nepos nascatur ante viuo auo & patre, siue post mortem aui : quãuis casus iste non pertineat ad.l.Vell.principaliter : quæ multos casus abstulit rumpendi testamentum : & ex interpretatione tantum admittatur.

q *Sint.* aliàs, sunt.& aliàs, sint.

Quid si is.] CASVS. Quidam libri habent,quòd si is qui &c. Alij habent, quod si qui filium &c. Alij habent, quod si quis filium habeat &c.sed ego habeo,& melius,quid si is qui filium &c. & dicas hic quòd Scæuola adhuc prosequitur materiam suam quam incepit : scilicet vt reprehendat Gallum , quasi minus sufficienter videatur dixisse in princip. huius.l.quoad causam huius.§.quas verba eius ad casum istum non videantur sufficere: qui casus est talis : Gaius id ciuitate existens habebat filium Titium: qui Titius habebat vxorem ex eo prægnantem. postea fuit captus Titius ab hostibus : & sic pater eius Gaius remansit in ciuitate cum dicta vxore Titij prægnante. volebat hic Gaius facere testamentum taliter quòd nepos nasciturus non rumperet istud.nónne minus sufficienter dixit Gallus in prin. huius.l.quia in isto casu nihil dixit ? certe sic.debebat enim verba consilij sui etiam ad hunc casum referre,vt consuleret testatorem dicere hoc modo: Filium meum Titium ab hostibus captum mihi hæredem instituo : & si dictus filius meus me viuo morietur postquam ab hostibus redierit : aut decederet dictus meus filius antequam ab hostibus redierit, siue me mortuo, siue me viuo : tunc deinde si quis mihi ex eo nepos siue quæ neptis in.x.mensibus proximis quibus filius meus moreretur, natus natáve erit, hæredes sunto: & tunc deinde similiter si quis mihi ex eo nepos, siue quæ neptis in.x.mensibus proximis quibus filius meus captus fuit , natus natáve erit, mihi hæredes sunto. subaudi, & est bonum comprehendere casum illum quem supra posui : & si dictus filius meus me viuo moreretur postquam ab hostibus redierit &c. posset enim esse quòd rediret ab hostibus viuo testatore , & moreretur postea adhuc viuo testatore. vnde non sufficeret ille solus casus si moreretur filius antequam ab hostibus rediret. & hoc indicat verbum in litera positum : aut si quando &c. Item subaudi, bonum est comprehendere casum illum in testamento aui , quem casum supra dixi : aut si decederet dictus meus filius antequam ab hostibus redierit, siue me auo mortuo, siue me viuo &c.vt sic nepos institutus non rumperet suum testamentum : nepos dico

qui

qui post mortem aui nasceretur: non rumperet dico quamuis filius qui erat apud hostes, decesserit post mortem patris qui fecit testamentum, vel etiam adhuc illis viuis, scilicet patre & se filio apud hostes constituto. ipse enim filius qui moritur viuo patre suo, adhuc viuit dum moritur, & bene reprehenditur Gallus: quia non fecit mentionem de hoc casu in consilio suo: quia hic casus nō est determinatus per.l. Vell.verba, quæ habet duo capita: vt dixi supra, proxi.§.& primum caput loquitur de eō nepote qui natus est in vita aui, filio autē mortuo: in nostro autem casu filius viuebat apud hostes. Secundum caput loquitur de nepote nato viuente filio cum ambo sibi forent in potestate: postea filius tollitur de medio. hic autem iam erat filius per captiuitatem de medio sublatus. reprehenso ergo de prædictis Gallo, & viso quòd l.Vell.verba non pertinent ad hunc casum: melius est admittere ex interpretatione.l.Vell.vt auus de hoc casu faciat mentionem cum testatur, quàm quòd non faciat mentionem. Viuianus.

¶ Quid si, [is] qui [a] filium apud hostes habebat, testaretē? quare nō induxere,* vt si antequā filius ab hostibus rediret (quāuis post mortē patris) decederet [h], tunc deinde [c] nepos, vel etiā adhuc illis viuis, post mortem scilicet aui, nasceretur, nō rūperet? nam hic casus [d] ad legem Velleam non pertinet [e]. [Et] melius [f] ergo est vt in eiusmodi vtilitate [g] (præsertim post legem Velleam, quæ & multos casus rumpendi abstulit [h]) interpretatio admittatur [i], vt instituens [k] nepotē, qui sibi post mortē suus nasceretē, rectè instituisse videatur, quibuscunq; casib' nepos post mortē natus suus esset, rūperetq́; præteritus, atq; [l] etiā si generaliter, *Quidquid sibi liberorū natū erit post mortem*: aut, *Quicunque natus fuerit, sit institutus*, [m] *si suus* [*hæres*] *nascetur.*

Instituēs nepotē.] CASVS. Quidam libri habent, vt instituens nepotem &c.& ego ita habeo: & tūc ita dicas, Ad hoc vt ille qui instituit nepotē qui nepos post mortē aui suus nasceretur auo, recte instituisse videatur. subaudi, instituat nepotem quibuscunque casibus nepos post mortem natus suus esset: & præteritus ab auo rūperet testamentum eius subaudi, & ita faciēdo videbitur sibi prouidisse in omnē casum contra nepotem prędictū nasciturum: ita quòd ipse nepos testamentum eius nō rumperet, atque id est, sicut videretur prouidisse sibi contra omnes si generaliter quicquid sibi liberorum natum erit post mortem suam testantis, aut quicūque natus fuerit post mortem suam testantis, institutum sit si suus nasceretur. vel verius forte dicas quòd instituens nepotem recte instituisse videtur quibuscūque casibus nepos si post mortem natus esset suus, rumperet testamentum: quia præteritus, subaudi, instituat nepotem qui sibi post mortem suus nasceretur. Item subaudi, & si ita faciat, videbitur sibi prouidisse in omnem casum contra nepotem prędictum nasciturum. siue ergo in isto casu tollatur de medio proxima persona filij post mortem ipsius filij: vt supra, ea.l.in princip. siue per deportationem, siue per emancipationem: vt supra, ea.l.§.& quid si tantum. siue quòd decedat filius apud hostes viuo patre suo in ciuitate existente, siue mortuo siue viuo patre fuit captus ab hostibus: vt.ē.§.proxi. institutus videtur nepos, ita vt tanquam præteritus nō rumpat testamentum aui. Alij habent in litera, instituens nepotem qui sibi &c.& alij habent ibi principium.§.& est plana litera. & dicas quòd Scæuola vt tollat omnes difficultates, dicit quòd si quis instituat nepotem qui sibi testatori suus post mortem suam testatoris nascetur, videtur sibi in omnem casum prouidisse, sicut & dum instituit quemlibet de liberis qui suus nascetur. nam tūc nec nepos, nec pronepos, nec alius inferior poterit rumpere testamentū velut præteritus. Alij nō habent hic.§.& habent sicut primi, vt instituens &c.& tunc cōtinua cum superioribus hoc modo: cum nō prouiderit Gallus, scilicet.ē.pxi.§.&.§. & quid si tantū. nec ad.l.Vell. pertinent: melius est quàm contrarium, vt nostra interpretatio admittatur: nostra autē interpretatio est hæc, vt instituens nepotem qui sibi post mortē &c.& secundū hoc dicitur interpretari qui prorogat.& est sic.j.ad Tertyl.l.j.§. qui operas.& hūc casum nō est necesse q̄ in terminis ponā: quia per superiores.§.§. potes colligere casus eius positionē. Viuianus.

a *Quid si u qui.* Quare non induxit Gallus vt testator sic diceret: filium, si de hostibus redierit, instituo: aut si filius antequam ab hostibus redierit, decesserit: tunc qui mihi ex eo nepos in decem mensibus quibus filius est captus, natus erit, hæres esto? deficit enim istud hic, & sunt hæc verba testantis. quod autem sequitur, quamuis &c. sunt verba Scæuolæ reprehendentis Gallum de insufficientia vsque in fi. quod si Gallus induxisset, & testator dixisset: nepos non rumperet, quod est in fi. quamuis post &c. & secundum hoc habeas, aut. sed aliàs est, vt: & tunc possunt esse [b] verba omnia Scæuolæ. q.d. quare non induxit Gallus aliquem modum vt si filius decederet apud hostes, non rumperet testamentum: vt supra, titu.j. l.lege? vnde debuit exprimere hunc casum morti similem.

b *Decederet.* filius.

c *Deinde.* sic construe duobus modis: tunc deinde nepos post mortem scilicet aui [c] nasceretur, quod est infra, nasceretur. Vel [d] cum etiam nasceretur adhuc illis viuis, scilicet auo & filio. Vel secundo sic, quamuis post mortem patris decederet filius apud hostes: deinde nepos post mortem aui, scilicet nasceretur. Vel etiam nasceretur adhuc [e] viuis, scilicet auo & filio. & secundum primum intellectum isti ablatiui, illis viuis, determinant verbum, nasceretur, secundum alium verbum, decederet. & vere Gallus hoc nō dixit cum exigebat filium mori viuente auo, item nepotem nasci mortuo auo, & mortuo suo patre: vt suprà, in princi. huius. l. quod hic non est, quocunque duorum prædictorum modorum exponas. Tertij dicunt [f], illis viuis, scilicet illo patre viuo: & ponitur plurale pro singulari. sic supra, de pēti. hæred. l. diuus. in fi.

d *Nam hic casus.* cum post mortem aui apud hostes decedit filius. adhuc enim se restringit. & continua: licet Gallus non dixit, ler Vell. forte dixit: sed non est verum. nam &c.

e *Non pertinet.* quia ea loquitur cum posthumus seu nepos iste nascitur viuo auo: sed pertinet quoad mentē: vt.j.eo.§. videndū.

f *Melius.* id est, bonum. vel, id est, quàm contrarium.

g *Vtilitate.* aliàs, vtilitatem. & habeas in fi. admitteret, vel administret. aliàs, vtilitate: & tunc habeas in fi. admitteretur. Vel dic huiusmodi interpretatio admittetur vtilitate: id est, propter vtilitatem publicam [g] ne testamenta rumpantur, vt instituens &c. & tunc sic continua sine.§. & habeas vt, & sic est secundū Py. aliàs deest, vt: & incipit.§. instituens &c.

h *Abstulit.* vt infra, eo.§. videndum. Azo.

i *Admittatur.* vt testator possit hūc casum exprimere [h]: & sunt omnia plana. vel dic etiā vt omissus habeatur pro expresso: quia dixit tantum secundum consilium Galli, & eius verba. non autem de hostibus fecit mentionem: vt argu. supra, e.§. quidam. & no. supra, proxi.ē. & fiet hæc interpretatio & suppletio per Scæuolam super verbis Galli: quasi Gallus hoc senserit. cum enim dicat de mortuo filio viuo auo: vt supra, in princ. siue hic decedat apud hostes viuo patre, habent locum hæc verba Galli prima, si me viuo &c. siue eo mortuo, habet locum mens: cum fingatur mortuus prima hora captiuitatis: vt supra, tit.j.l.lege. sed illa verba, illis viuis, obstant [i] huic intellectui, siue dicas nascereture, scilicet nepos: siue decederet, scilicet filius, cum Gallus exigat nepotem natum post mortem aui & filij. dic ergo [k] quòd huiusmodi interpretatio siue extensio fiat circa verba.l.Vell. cum sint generalia: si quis suus hęres &c. vt.j eo.§.& bene.& quod dicit multos, scilicet alios: vt.d.§. videndum. & supra.§. proxi. sed præteritus dictus nepos rumperet: vt.ē.eo.l.si quis posthumos.§.j.

k *Instituens.* aliàs est.§. instituens. secundū Py. est, vt instituens. & deest.§.& dic quòd Scæuola habet generalem institutionem quæ sic fit, Nepos qui post mortem nascetur, suus hæres esto. est enim generalis quoad casus omnes, siue filius post mortē meam desinat esse suus, siue per alium casum morti similem: & sic nepos prēteritus rumperet. sic enim dicit, nascetur suus. sicut & istæ sunt generales: quicquid liberorum &c. aut quicunque &c. sed istæ sunt generales quoad omnes casus, & etiam quoad omnes inferiores qui nascerentur sui. sed prima ad nepotes tantum.

l *Atque.* id est, perinde generaliter videtur sustituisse per verba superiora, atque. i. sicut si generaliter dixisset, quicquid &c.

m *Institutus.* scilicet rēcte. & generaliter videtur instituisse: ita subaudi, si suus &c. non igitur nepos cum pronepote simul, sed ordine admittuntur: vt not.ē.eo.§. quidam recte.

Si eius.] CASVS. Multis vicibus dictum est.§. quod Scæuola intendit ad reprehensionem Galli, quod facit & de pronepote tractando: vt supra, ead.l.§. idem credendum. & de casibus morti similibus: vt.ē.ea.l.§.& quid si tantum. & adhuc materiam reprehensionis prosequitur quærendo, an iste casus qui subiicitur, ad consilium Galli pertineat, an ad.l.Vell.& est casus talis: Gaius habebat filium Mæuium: qui Meuius habebat vxorē prægnantem. illa vxor Mæuij fuit prægnans capta ab hostibus: & Gaius cum suo filio Męuio remāsit in ciuitate. hic Gaius in infirmitate positus fecit testamentum, & ita dixit: Filium meum Mæuium mihi hæredem instituo: & si filius meus me viuo morietur, tunc

vera secundum eos dē.

ista est

l Sequitur hāc glo. Bal. Pau. Imol. Arez Ale. & ita. contra Bar.

tunc si quis mihi ex eo nepos siue quæ neptis post mortem meam intra.x.menses proximos quibus filius meus moreretur, natus natáve erit, hæredes sunto. dicta nurus prægnãs apud hostes existẽs peperit apud hostes auo viuo. i. Gaio prædicto qui fecit testamẽtum: & viuo Męuio prędicto marito suo, filioq; dicti Gaij. postea nepos ex ea nat⁹ rediit ab hostibus prius mortuo patre suo Mæuio, & postea mortuo auo suo Gaio. nũquid rumpit testamentũ dicti sui aui? & certe nõ, quia inuenit se ab eo instituto: & non facio vim vtrum excludatur à rumpendo testamentũ aui ex iure antiquo Galli, an vero ex.l. Vel le. quamuis quæsitũ sit vtrum excludatur per vnum ius, an vero per aliud: quia ex quo excluditur, nõ facio vim à quo dictorũ iuriũ excludatur. quod autẽ dictũ est in nepote nato apud hostes, idẽ est in pronepote: vt potes videre in hoc casu. Gaius habebat filiũ Titium, & ex eo nepotem, & nepos habebat vxorẽ prægnantẽ: mortuus fuit filius Titius: & postea vxor nepotis prægnans fuit capta ab hostibus: & nepos remansit in ciuitate cum auo: & auus in infirmitate forte positus fecit testamentũ: & ita dixit: nepotẽ meum mihi hæredẽ instituo: & si dictus meus nepos me viuo morietur, tũc si quis mihi ex eo pronepos siue quæ proneptis post mortem meam intra.x.mẽses proximos quibus nepos meus moreretur, natus natáve erit, hæredes mihi sunto. dicta pronurus prægnans apud hostes existẽs, peperit apud hostes viuo proauo. i. Gaio prædicto qui fecit testamentũ: & viuo nepote prædicto marito suo: postea pronepos ex ea natus rediit ab hostibus prius mortuo patre suo, & postea mortuo proauo suo Gaio. non enim rumpit in hoc casu testamentũ dicti sui proaui: sicut nec nepos reuersus testamentum aui, vt dictũ est. ff. quia inuenit se à dicto proauo suo C
instítutum: nec in hoc casu facio vim similiter vtrum excludatur à rumpẽdo testamentũ proaui de iure Galli, an per.l. Vell. Viuia.

Consilium Galli quod loquitur de nepote nato post mortem testatoris, extenditur ad casum quo nascitur eo viuo: sed fingitur natus post mortem. Alexand.

¶ Si ei⁹ qui filiũ [a] habeat, & nepotem [b] ex eo [c] instituat, nurus prægnãs ab hostibus capta sit, ibíque viuo [d] pariat: mox ille [e] post mortem patris atque aui [f] redeat: vtrum hic casus ad legem Velleam respiciat, an ad ius antiquum aptandus sit, posítque vel ex iure antiquo, [g] vel ex Vellea institutus non rumpere? Quod quærendũ est, si iã mortuo filio pronepotẽ [h] instituat [hęredẽ] redeátque [i] [eo] mortuo. [k] Sed cum testamentum ab eo nõ rumpitur, [l] nihil refert, vtrum ex iure antiquo, an ex lege Vellea excludatur. [m]

Consilium Galli extenditur ad pronepotem in ciuitate nasciturum ex nepote nondum nato tempore testamenti, vt possit filio testatoris substitui: nec nocet præteritio nepotis, si viuo auo testatore fuit de medio subductus. Alexand.

a *Filium.* quem dixit institutum. aliàs non tenet testamentum: vt supra, in prin. no.

b *Nepotem.* nondum natum: quia dicit prægnans.

c *Ex eo.* filio nasciturum.

d *Viuo.* aliàs viuo auo & ei⁹ filio, & bene: & si nõ habeas, subaudi.

e *Ille.* scilicet nepos.

f *Atque aui.* primo pater, postea auus moritur. aliàs rumperet nepos: vtpote filio eum præcedente: vt Cod. de inoffic. testa. l. si quis filium.

g *Ex iure antiquo.* quod Gallus induxit, quasi sit natus auo mortuo: quia nunc primum suus est cum redit auo iam mortuo. vel ex.l. Vell. quia vere est natus viuo auo. & non soluit: sed infra, proxi. respon. solues.

h *Pronepotem.* s. non natum. & dices nepotem viuere: & est per omnia superiori similis. [a] at filij, [b] vt Py. & Io. habent nepotũ: & si habeas, pro, dicunt quod abundat, pro: & subaudiunt, magis. & est ratio, quia magis dubium quã in præcedenti. nam in præcedenti potest [c] aptari. l. Vell. quia nepos natus est auo viuente: ergo locum habet. l. Vell. vt. j. eo. §. nũc de lege. Item institutus est nepos filio viuo: at in sequenti est institutus filio mortuo. &. l. Vell. in primo capite loquitur cum factum est testamentum filio viuo & auo, & nepos nascitur filio viuo & auo, vel auo viuo, & mortuo filio: licet ex interpretatione. l. Vell. idẽ sit & si testatus sit filio mortuo, & sic Vell. aptari non potest: sed nec Gallus qui vult filium mori post testamentũ viuo testante. at hic erat ante mortuus. & sic magis est dubium: sed Azo. & H. nõ placet [d] cum hoc & superius respon. aptetur [e] ad. l. Vell. vt. j. statim dices.

i *Redeatque.* scilicet pronepos ab hostibus: vel dic nepos secũdum aliam literam.

k *Mortuo eo.* s. proauo & patre suo pnepotis prius. vel si habeas, nepotis. dic eo. s. auo: & ponitur proprie. instituat.

l *Rumpitur.* quia institutus: idem & si præteritus: quia non erat suus cum auus moritur, licet vere natus.

m *Excludatur.* à rumpendo, cum non rumpat nisi non adita hæreditate. & sic non soluit. quid ergo dicemus in superiori casu? videtur neutrũ ius habere locũ: ius antiquũ. i. Galli, non: quia hic nepos natus est vere viuẽte patre & auo, licet apud hostes: & Gallus loquitur cum nepos nascitur post mortem patris & aui. Item ius postliminij in capto apud hostes locum habet secundũ Gallum: vt. ff. eo. §. quid si is qui filium. cum ergo fingatur ea hora natus qua captus fuit, sicut & mortuus, & captus fuit viuẽte auo: ergo debet haberi pro iam nato viuente auo: & sic cessat Gallus. Itẽ quia non nascitur auo vt suus cũ nascitur vere: quia tunc est captus: & sic seruus. Itẽ quia tunc alius eũ præcedit. Item Vell. cessat: quia illa loquitur primo capite cum nepos nascitur viuo auo, & post morẽ filij. at hic natus est filio viuo. Itẽ nec secundo, [f] quia l. j. ff. cum habet cum nepos nascitur viuo auo, & viuente filio: vt. ff. eod. §. nunc de lege. at hic cum redit ab hostibus videtur nasci: & sic nascitur post mortem vtriusq;. Sed econtra videtur [g] vtrumq; ius habere locũ: Gallus, quia redit post mortem aui, & sui patris: & tunc videtur nasci cum redit: & sic cum post mortem vtriusq; nascitur, habet locũ Gallus: vt. ff. eo. in prin. Item. l. Vell. quia natus est in veritate viuẽte auo: ergo Vell. habet locum. Item per hoc ius postliminij præsumitur, de quo modo dixi. Sol. quidã dicunt Gallum in præcedenti rñ. & Vell. in hoc præsenti habere locũ. Sed tu dic [h] in vtroq; Gallum. nam omnia quæ dicuntur vsq; ad. §. nunc de lege à prin. l. respiciunt ad regulã Galli. ff. in prin. l. positã: quia post mortẽ vtriusq; videtur nasci cum redit ab hostibus. Item pater mortuus est viuente auo: & hoc præsenti nepos mortuus est vere. Item viuebat filius tempore testaméti: & sic locum habet Gallus. idem per omnia in hoc casu prout habes pronepotẽ. Item [i] & prout habes nepotem, habet locum Gallus eo inspecto quod nascitur post mortem testantis nepos: nec ob. [k] quod vere ante fuit natus: quia inspicio quando primo fuit suus. nec fingit Cornelia natum prima hora captiuitatis, quia hoc erat impossibile eum tunc nasci: sed non est impossibile aliquem mori prima hora captiuitatis, quod ipsa fingit. Item nec ob. ius postliminij quod videtur locum habere in nato apud hostes: vt. C. de cap. l. j. quia ibi rediit cum matre vel patre: hic non. Item hic inspicio veritatem: quia vere fingitur suus demum post mortem patris & aui: non fictioné, vt fingatur natus quando mater capiebatur, & in ciuitate stetisset. & quod veritas fictioni præualeat, no. C. de iis qui ve. eta. impe. l. fi. Item potest esse quod etiam vere decesit post mortem patris & aui. Item ad hoc quod dicit ius antiquum, facit. j. de reg. Cat. l. fi. &. ff. de testa. tut. l. si hæreditas. §. qui filium.

Forsitan.] CASVS. Gaius habebat filium Titium: & sperabat ex eo habere nepotem: quia vxor filij erat prægnans, & ex nepote adhuc non nato sperabat habere pronepotem. fecit dictus Gaius testamentum: & ita in eo dixit, filium meum Titium instituo: & si filius meus me viuo morietur, tunc si quis mihi pronepos siue quæ proneptis post mortem meã in.x. mensibus proximis quib⁹ filius meus moreretur, natus natáve erit, hæredes sunto. & sic instituit pronepotem nasciturum, & præteriit nepotem nasciturum: post illud testamentum factum natus fuit nepos viuo Titio patre suo instituto: & accepit vxorem dictus nepos. concepit tempore procedẽte vxor dicti nepotis filium, qui erit pronepos dicti Gaij: & postea decesit Gaius proauus, decesit postea nepos Gaij paterque dicti pronepotis nascituri, & postea decesit auus dicti pronepotis nascituri, id est, Titius filius Gaij: decesit Gaius, & postea natus fuit dictus pronepos à proauo Gaio institutus. quæritur, an recte ipse pronepos videatur institutus fuisse à dicto Gaio proauo? Et videtur quod non: quia auus suus fuit præteritus id est, nepos Gaij. Sed respondet quod non nocet: quia nepos præteritus decesit ante filium. sicut autem admittitur hic pronepos natus prę mortuo nepote, & filio Titio, & Gaio testante, vt dictum est: ita admittitur dictus pronepos si nascatur ex nepote postea. i. post testamentum viuo filio prędicto Titio subaudi, & viuo nepote & proauo, & non rũpet hic pronepos testamentũ proaui si præcedat nepos & filius, & postea moriatur proauus: atq; idem est sicut si adoptatur aliquis extraneus ab auo nepotis, tanquã ex eo nepote natus esset quem extraneum ante instituerat prædicto modo. quo quidẽ casu adoptatus in locũ pronepotis admittitur ex dicta institutione ad succedendũ proauo adoptiuo: & non rumpet eius testamentũ. ad quod est. ff. eo. filio. §. fi. Vel aliter legas finem huius. §. vt per Accur. secundum Viuia.

Forsitan.

a *Quoad ius: sed non quoad factũ. & sequuntur Bar. Bald. Pau. Alex. & Ias.*

b *Reprobatur secundũ eosdem.*

c *Immo nõ Bald. Pau. & Ias.*

d *Et bene, secũdũ ꝓdi.*

e *Non est verũ. Bal. & Pau.*

BIU Cujas

Sequuntur hic de vivo filius meus moritur: tũc qui pronepos nascetur, hæres esto. Bar. Bald. nascitur postea pronepos mortuo patre suo & auo & pauo. quæritur, an recte sit institutus? Videtur quòd nõ: quia pater suus fuit præteritus: sed non nocet: quia decessit ante filiũ: & sic est recte

¶ Forsitã [a] addubitet quis, an [b] istis [c] casibus, si nepos [d] post testamentum [e] nascatur viuo patre [f] suo, deinde ex eo [g] concipiatur, [h] isq; [i] viuo* patre, [k] deinde auo, [l] nascatur: an non potuerit hæres institui, quia pater ipsius nõ rectè [m] institutus esset? Quod minimè est expauescendũ. [n] hic enim suus hæres nascitur, & post mortẽ [o] nascitur. Ergo [p] & (si pronepos admittetur [q]) qui natus erit ex nepote, postea viuo filio, atque [r] si ex eo natus esset, adoptatur.

Hic est quinta & vltima pars primæ partis: in qua ponũtur tres regulæ generales circa consilium Galli. Bartolus.

A nepoté, & ex nepote pronepoté: & sperabat habere ex pronepote atnepoté, & ex atnepote trinepoté. instituit sibi hęredé filiũ, & atnepotem & trinepotem & nepoté & pronepotem præteriit. certe valet testamentum. est autem hoc intelligendum si nepos & pronepos præteriti moriantur ante filium: vt supra, ea. l. §. nam & si filius & nepos. Viuia.

¶ In omnibus his speciebus [f] illud seruandum est, vt filius dumtaxat, [t] qui est in potestate, ex aliqua parte sit hæres institutus. [u] Nam frustra exhæredabitur post mortem [x] suam, quod [id] non esse necessariò* in eo filio qui apud hostes [y] [est,] si ibi decedat. & in nepote certe, & pronepote: [z] quorũ (si liberi [a] hæredes instituãtur) B institutionẽ nũquã exigemus: quia possunt præteriri.

Primũ caput legis Velleæ prouidet quod nedum possit institui nepos nascturus post testamentum viuo auo mortuo iam filio tempore testamenti: sed etiam possit institui nepos nascturus post testamentum viuo auo, & mortuo filio, qui tamen viuebat tempore testamenti. Alexand.

Speciebus. cum instituũtur nepotes pronepotes & abnepotes. H. Et dic quòd tria dicit, Primo, quòd filius debet instituti. Secũdo, quod filius captus ab hostib⁹ potest præteriri. [g] Ter tio dicit nepoté & inferiores posse præteriri si filius prædecedat qui instituitur.

t *Dumtaxat.* q.d. non inferiores: vt infra, proxi. respon. & sic determinat dictionẽ, filius. Vel dic quòd determinat verbum, in potesta te. q.d. emancipatus po test præteriri: quia nihi lominus valet testamẽtum: licet posset rumpi per contra tabulas. [h]

u *Institutus.* vel exhæredatus pure. nam &c. secundum quosdam. quod non placet: quia pura exhæredatio non posset hic esse: vt statim dices.

x *Post mortem.* s. expressis verbis: nec etiã tacite, vt hic esset. nã si filium exhæredo: & si me viuo morietur, nepotem qui mihi ex eo nascetur post mortem meam, hæredem instituo: secundũ consilium Galli post mortem inuenitur exhæredatus: & ideo non valet: vt hic, &. ff. eo. l. si ita. §. fi. & l. filius à patre. in prin.

y *Apud hostes est.* vt instituatur si ibi decedat: aliàs reuersus rũpit testamentum: [i] vt infra, tit. j. l. si quis exhæredatus. §. sed & si C pater. & facit. ff. eo. cum apud.

z *Pronepote.* repete, non est necesse quod instituantur quorum institutionem non exigimus si liberi primi gradus instituantur: vt subiicit. nam valet præsens testamentum, licet possit rumpi si filius præmoritur ante patrem: vt infra, titu. j. l. posthumorum. Vel dic [k]: possunt præteriri si modo præmoriantur hi nepotes & pronepotes ante filium: vt. ff. §. nam & si.

a *Liberi.* primi gradus: vt dixi. Vel dic liberi nepotum: quia dixi filium instituo. & si me viuo moriatur: tunc pronepotes &c. sic enim potuit præterire nepotem.

Nunc de lege.] CASVS. Vidisti consilium Galli quo modo eó suluerit qualiter instituatur nepos qui post mortem aui nascitur, ne rumpat testamentum aui: sed quia illud sufficiens nõ erat, eo quod de eo tantum nepote instituendo dicebat qui post mortem aui nascebatur: ideo Iulius Velleius adinuenit consilium in nepote nato viuente auo. E not. quod hæc. l. Velleia à Iulio Velleio inducta duo habet capita, scilicet primum & secundum: licet non multum aperte de secundo in litera dicatur: sed quia dicit litera, primum: credo quod sit dictum respectu secundi capitis: & loquitur primum caput quando quis non habet filium, & instituit nepoté qui nasciturus est se auo viuo ex vxore filij iam D mortui: & istud idem caput habet locũ quando facit aliquis testamentum: & habet filiũ viuũ qui filius moritur post factũ testamentum ante natiuitatem nepotis instituti: quibus quidem duobus casibus nepos prædictus ab auo institutus non rumpit testamentum eius: & de primo dictorũ duorum casuum planum est quod dixi: sed in secundo videbatur contrarium: quia tempore testamenti aui filius præcedebat nepotem, quia viuebat filius (vt dictum est) vnde non videbatur necesse quod nepos nasciturus institueretur: sed certe immo est necesse, quia debemus inspicere tempus quo nascitur nepos, quo tempore forte non erit filius viuus. vnde nepos inueniens se proximum auo, & ab eo præteritum, rumperet tantum testamentum suum: quamuis enim verba. l. Vell. sint ita concepta, is omnis virilis sexus qui testamentum faciat, instituat eum, subaudi qui ei futurus erit suus hæres si filius mortuus est iam se testante viuo &c. tamen admittunt nepotem ad hæreditatem aui: vt eius non rumpat testamentum, siue instituatur nepos ab auo eo tempore quo filius non sit viuus, siue eo tempore, quo filius sit viuus: qui tamen filius postea de medio tollitur in vita aui, & ante natiuitatẽ nepotis. debet ergo auus faciẽs testamentũ ita dicere in hoc secũdo casu primi capitis. l. Vell. filium meum

Forsitan. Filium institui, [a] & nepoté præterij, & adieci, si me viuo filius meus moritur: tũc qui pronepos nascetur, hæres esto. [b] *An.* abũdat vnum, an, vel istud, vel illud. jan nõ potuerit &c. [c] *Istis.* scilicet sequẽ. [d] *Nepos.* præteritus. [e] *Post testamentum.* idem [c] si ante. [f] *Patre.* instituto. [g] *Ex eo.* s. nepote. [h] *Concipiatur.* pronepos. [i] *Isque.* pronepos. [k] *Patre.* vtroq;, scilicet suo, & sui patris. [l] *Auo.* patris sui mortui. alij habent, isq; viuo patre, [d] deinde auo. [m] *Non recte.* quia nullo modo, [f] rectũ enĩ erat si institueret. vel dic non recte, quia fuit substitutus: sed instituti non poterat: quia erat apud hostes: & ibi decesit hic nepos ante auum: vt. j. proxi. §. [n] *Expauescẽdũ.* quasi recte istitut⁹. i. substitut⁹ videat͡ pnepos. [o] *Post mortem.* scilicet omnium. [p] *Ergo.* sic infert: Si pronepos admittitur natus post mortẽ omnium: ergo qui natus est in vita omnium prędictorum, postea nõ rumpit testamentum: sed vt institutus admittitur, & non rumpet etiam si illi præcedant. [q] *Admittetur.* ex institutione ad succedendum. [r] *Aque.* i. sicut hoc alio si ex eo &c. Sed tunc per Vell. Vel etiã dic per Gallum. & dico de pronepote nato apud hostes: vt prędixi. & sic sunt tres casus in hoc. §. Vel sic: Ergo si pronepos. s. prędictus. i. ille qui natus erit ex nepote: nepote dico mortuo postea. i. post testamentum filio viuo: subaudi, & auo: admittitur: quod verum est, eum admitti. & sub. non rumpet atque &c. & sic sunt duo casus tantum huius. §. & pertinent ad Gallum. [s] *Aque.* dic quòd pronepotem instituti ex emancipato nepote natum: & post emancipationem conceptum. hic non rumpet. Vel dic etiã extraneũ adopto quasi ex nepote natũ qué ante instituerã prædicto modo: vt in prin. §. no. ad quod. ff. eo. l. filio. §. fina. Item quod hic. §. dicit de morte nepotis præteriti, & filij instituti intellige secundum ordinem quem dixit supra, eo. §. nam & si filius. s. quod primitus decesit nepos, & postea filius: secus si econtra. Item no. hic in fi. similitudinem quæ est inter ciuilem potestatem & naturalem.

In omnibus his.] CASVS. Scæuola ponit in hoc. §. tres regulas. Prima est talis: Gaius habebat filiũ Titium, & ex eo sperabat habere nepotem: quia vxor filij erat forte prægnans. certe ad hoc vt testamentum quod vult facere Gaius valeat, siue nõ stet in periculo rumpendi, necesse est quòd instituat nepotem nasciturum. & de hoc habuisti per totam hanc. l. nunc autem dicit quòd debet etiam filium instituere in aliqua parte si vult quòd testamentum suum valeat: quia si exhæredaret filium, ita dicendo secundũ consilium Galli (quod consilium durat vsque ad sequentem. §.) filium meum exhæredo: & si me viuo morietur, nepotem qui mihi ex eo nascetur post mortem meam, hæredem instituo. & post mortem suam filij inuenietur exhæredatus filius: & ideo nihil valeret exhæredatio: & ideo filius rumperet testamentum se præteritum inueniens. In secunda regula dicitur quòd si filius prædictus Gaij sit ab hostibus captus, potest pater eum prętirere, & nepotem ex eo nascturũ instituere: & nõ rũpet filius præteritus testamẽtũ si apud hostes decedat, quasi dicat, si redierit ab hostib⁹, bene rumpet testamentũ: vt. j. ti. j. si quis filio. §. sed & si pater eius. In tertia regula ponitur talis casus: Habebat Gaius filiũ, & ex eo

Speciebus. cum instituũtur nepotes pronepotes & abnepotes. H. Et dic quòd tria dicit, Primo, quòd filius debet instituti. Secũdo, quod filius captus ab hostib⁹ potest præteriri. [g] Tertio dicit nepoté & inferiores posse præteriri si filius prædecedat qui instituitur.

t *Dumtaxat.* q.d. non inferiores: vt infra, proxi. respon. & sic determinat dictionẽ, filius. Vel dic quòd determinat verbum, in potesta te. q.d. emancipatus po test præteriri: quia nihi lominus valet testamẽtum: licet posset rumpi per contra tabulas. [h]

u *Institutus.* vel exhæredatus pure. nam &c. secundum quosdam. quod non placet: quia pura exhæredatio non posset hic esse: vt statim dices.

x *Post mortem.* s. expressis verbis: nec etiã tacite, vt hic esset. nã si filium exhæredo: & si me viuo morietur, nepotem qui mihi ex eo nascetur post mortem meam, hæredem instituo: secundũ consilium Galli post mortem inuenitur exhæredatus: & ideo non valet: vt hic, &. ff. eo. l. si ita. §. fi. & l. filius à patre. in prin.

y *Apud hostes est.* vt instituatur si ibi decedat: aliàs reuersus rũpit testamentum: [i] vt infra, tit. j. l. si quis exhæredatus. §. sed & si pater. & facit. ff. eo. cum apud.

z *Pronepote.* repete, non est necesse quod instituantur quorum institutionem non exigimus si liberi primi gradus instituantur: vt subiicit. nam valet præsens testamentum, licet possit rumpi si filius præmoritur ante patrem: vt infra, titu. j. l. posthumorum. Vel dic [k]: possunt præteriri si modo præmoriantur hi nepotes & pronepotes ante filium: vt. ff. §. nam & si.

a *Liberi.* primi gradus: vt dixi. Vel dic liberi nepotum: quia dixi filium instituo. & si me viuo moriatur: tunc pronepotes &c. sic enim potuit præterire nepotem.

Nunc de lege.] CASVS. Vidisti consilium Galli quo modo eó suluerit qualiter instituatur nepos qui post mortem aui nascitur, ne rumpat testamentum aui: sed quia illud sufficiens nõ erat, eo quod de eo tantum nepote instituendo dicebat qui post mortem aui nascebatur: ideo Iulius Velleius adinuenit consilium in nepote nato viuente auo. E not. quod hæc. l. Velleia à Iulio Velleio inducta duo habet capita, scilicet primum & secundum: licet non multum aperte de secundo in litera dicatur: sed quia dicit litera, primum: credo quod sit dictum respectu secundi capitis: & loquitur primum caput quando quis non habet filium, & instituit nepoté qui nasciturus est se auo viuo ex vxore filij iam mortui: & istud idem caput habet locũ quando facit aliquis testamentum: & habet filiũ viuũ qui filius moritur post factũ testamentum ante natiuitatem nepotis instituti: quibus quidem duobus casibus nepos prædictus ab auo institutus non rumpit testamentum eius: & de primo dictorũ duorum casuum planum est quod dixi: sed in secundo videbatur contrarium: quia tempore testamenti aui filius præcedebat nepotem, quia viuebat filius (vt dictum est) vnde non videbatur necesse quod nepos nasciturus institueretur: sed certe immo est necesse, quia debemus inspicere tempus quo nascitur nepos, quo tempore forte non erit filius viuus. vnde nepos inueniens se proximum auo, & ab eo præteritum, rumperet tantum testamentum suum: quamuis enim verba. l. Vell. sint ita concepta, is omnis virilis sexus qui testamentum faciat, instituat eum, subaudi qui ei futurus erit suus hæres si filius mortuus est iam se testante viuo &c. tamen admittunt nepotem ad hæreditatem aui: vt eius non rumpat testamentum, siue instituatur nepos ab auo eo tempore quo filius non sit viuus, siue eo tempore, quo filius sit viuus: qui tamen filius postea de medio tollitur in vita aui, & ante natiuitatẽ nepotis. debet ergo auus faciẽs testamentũ ita dicere in hoc secũdo casu primi capitis. l. Vell. filium meum

Necesse * *Si ibi moriatur alias nõ. secundũ Bar.*

h Dic corroborando dictũ glo. quod etiam vbi nõ inseruenit sententia iudicis, qđ sufficit sola agnitio per contra tabulas. glos. est singu. in verbo, antequã. in. l. fi. C. de cura. furio.

i. Fictione legis Cornelię. secundum B. & Pau.

k Prima tenetur secũdum eosdẽ.

BIU Cujas

lium meum mihi hæredem instituo:& si filius meus me viuo morietur,tunc qui mihi nepos siue quæ neptis viuo me natus natáve fuerit intra.x.mẽses quib[a] filius meus mortuus fuerit,hęredes mihi sunto.& hoc vult dicere vsq; illuc,etiã si paréte viuo &c. Vi.

a *Et bene, Bart. Bald. & Pau.*

a *Nunc de lege.* Gallus prouidit[a] circa nepotes natos post mortem aui: sed Vell.circa natos in vita aui:& fuit Iulius Vell.iurisc̃ōsultus sicut & Gallus:non consul, vt Velleius tutor: vt.s.ad Vell.l.ij.& habet hæc lex duo capita.Primũ quãdo filio mortuo instituo nepotem iam nasciturũ, qui nascitur me viuo.Item locum habet quãdo filius viuit tẽpore testamenti : & eo instituto substituatur nepos nasciturus in vita aui post testamentũ aui, & post mortem filij. Secundũ caput habet locũ quando tempore testamenti viuit filius & nepos: & filio ístituto substituitur nepos ne rũpat testamentũ si filius viuo patre decederet: vt.j. tit.j.l.posthumorum.

*Vulg. tamen

*Hal. si nepos eo tempore

¶ Nunc de lege[a] Vellea videamus. Voluit viuis nobis natos[b] similiter[c] nõ rumpere testamentum. Et videtur primũ caput[d] eos spectare, qui cũ nascerẽtur, sui hęredes futuri essent. Et rogo,[e] si filiũ habeas, & nepotem nondũ natum tantum*ex eo hæredẽ[f] instituas:[g] filius decedat: mox viuo te[h] nepos nascatur[i]?Ex verbis dicendũ est,non rumpi testamentum: vt nõ solum illud primo capite notauerit,si nepos[k] qui* eo tẽpore instituatur, quo filiꝰ nõ sit:verũ & si viuo patre[l] nascatur. Quid enim necesse est tẽpus testamenti faciẽdi respici,[m] cum satis sit obseruari id tempus quo nascitur[n]?Nam & si[o] ita verba sunt, *Qui testamentũ faciet,is omnis virilis sexus qui ei suꝰ hæres futurꝰ erit,* *[cũ nasceretur,instituẽdi necessario potestatẽ habeat.]*

Primo declarat intellectum secundi capitu legis Velleæ.Secundo illud extendit ad nouum casum. Secunda ibi in.§.videndum.Bartolus.

¶ Etiam si viuente*parente viuo nascatur[p], sequente parte[q] succedẽtes in locũ liberorum, nõ vult[lex[r]] rũpere testamentum:& ita interpretandũ est,vt si & filiũ, & nepotẽ, & pronepotẽ habeas:mortuis vtrisq;[f]* pronepos institutus succedens in sui hęredis locum,non rumpat. Et bene verba[t] se habent,ita debet dicere qui ei,id est, testamentum facienti suus hęres futurus erit &c.i.cum nascẽt hæres esto.ideo autẽ dicit, virilis: quia ascendens per sexũ fœmininũ,non habet necesse instituere[l] vt in.l. stitu. de exhære. lib.§. mater.vel secundũ Py. Dic is qui faciet testamentum,ita dicat, omnis virilis sexus qui ei suus hæres futurus & tunc etiam neptis ex filio videtur instituta, cum sit per lineam virilem : secus si ex filia: vt modo not.

Et bene verba.] CASVS. Verba Galli in princ. huius.l.posita sunt defectiua: & ideo sunt suppleta per nos, dicit Scæuola:vt supra,ead.l.§.idem credendum.&.§.& quid sit tantum. &.§.quid si is.verba autem.l.Vell.non sunt defectiua : immo bene se habent : quia pertinent ad omnes casus,id est, extenduntur ad omnes casus suppletos in Galli sententia. quæ verba sunt.s.proxi.§. ibi, qui testamentum faciet, is omnis virilis sexus instituat eum qui ei futurus erit suus hæres si filius mortuus est iam se testante viuo. quæ verba admittunt nepotem ad hæreditatem aui, vt eius non rumpat testamentum siue instituatur nepos ab auo eo tempore quo filius non sit viuus, siue eo tempore quo filius sit viuus: qui tamen filius de medio postea tollitur in vita, qui & ante natiuitatem pronepotis : vt dixi supra,proxi.§.& hoc est verum dicit Scæuola de verbis.l.Vell.scilicet quod pertineant ad omnes dictos casus si testator sibi prouidere volens contra nepotem vel pronepotem natum viuo filio dicat ita in testamento, si quis ex iis hæredibus qui sui sunt suus esse desierit : tunc sit hæres ille qui suus hæres inueniatur.Vnde pone quod habebam filium Titium, & ex eo nepotem Seium, & ex nepote pronepotem. hæredes institui filium & nepotem pone: & institui mihi dictum pronepotem : vel etiam eum exhæredaui sub illa conditione, si sui hæredes desierint esse sui hæredes. nunquid rumpet amodo testamentum meum proaui? Et dicitur quod non, etiam si efficiatur mihi proximus per mortem filij mei & nepotis, & postea ego moriar. & hoc est verum siue filius decedat, & postea nepos me auo viuo qui sum proauus ad dictum pronepotem, & postea ego proauus moriar.Vel dic quod loquitur de verbis secundi capitis.l.Vell.vt no.in libro meo.Viuianus.

*Et bene verba.*secundi capitis[o]:vt probatur.j.proxi.§.& sunt hæc verba,si quis &c.& plenius sunt.j.proxi.§.Alij dicunt[p] hæc esse

b *Et bene secundum Pau. Imo. & Iaſ.*

c *Non tenetur secũdum prædi.*

d *Imò bene tamẽ est verũ quod ista subauditio gl. est de mente Vell.vt sentit Bar.hic & idẽ Bar. in prin.huius.l.*

e *Ista lec. est melior & planior secundum Imo.*

f *Vtraque lectura in eundẽ sensum incidit secundum Bar.*

g *Qui ponitur in.§. ille casus.j. eo secundũ Pau.*

h *Reprobatur per Bar.*

i *Idem B. Bal. Pau. Alexã. & Iaſ.*

a *Natos.* instituto vel exhæredatos.Io.

c *Similiter.*sicut natos post mortẽ Gallus rũpere nõ voluit.Io.

d *Primum caput.* ergo aliquid debet dici magistraliter : sed secundum respectu primi dicitur : vt infra, de reb.dub.l.qui duos. §.in proposita. Item quia.j.dicit, sequenti parte. Item.j.§.videndum.posteriori parte.

e *Et rogo.* plana est illatio. aliàs est, rogo. & sub.rescribe mihi quid iuris sit si filium &c.

f *Hæredem.* scilicet nasciturum nepotem.

g *Instituas.* id est,substituas.

h *Te.*auo.

i *Nascatur.* quid iuris erit.Io.& dic[b] primo filiũ decedere post testamentum . Secundo, nepotem nasci. Tertio, mori auum. vt sic verbum,mox, determinet verbum,nascatur.& est plana. Alij dicunt[c] quod determinat, decedat viuo testatore, & supplent quod si nepos nascatur viuo testatore. & dic filium institutum : aliàs testamentum non valeret[d] etiam si decedat filius: vt supra, eo.l.si filius qui in potestate.

k *Nepos eo,* aliàs deest,[e] qui, & tunc plana est litera. si habeas, qui, dic si nepos:[f] scilicet nascatur. quod est.j.viuo auo qui nepos &c.verumetiam quod est.j.scilicet notauerit secundũ Azo. ex sententia etiam viuo patre, scilicet sui patris:sed præmoriente patre nepotis antequam nascatur nepos,& no.quod Azo dicit quod quando filius non viuit tempore testamenti, habent locum verba & sententia.l.Vell.sed quando viuit, tunc sententia tantum, vt hic videtur colligi : sed potest dici quod vtrobique habent locum verba & sententia.sic enim verba dicunt, quicunque nascerentur, sui hæredes futuri essent: vt &.j.statim, tametsi &c,vt in princ. huius.§.at in vtroque casu suus hæres est futurus cum nascitur mortuo iam filio.Item probo per id quod postea dicit: quid enim necesse est tempus testamenti inspici,cum satis sit seruari tempus quo nascitur? sed Azo dicit ibi quoad sententiã. Ex prædictis apparet quod tertius casus[g] non pertinet ad primum caput.l.Vell.quantũ ad verba, cum eo tempore quo nascitur, non sit suus hæres: quia nascitur adhuc viuente filio: sed tamen locum habet sententia secundũ Hug. & sic intelligunt quidam hoc respon.vt Azo. Hug. & Rog. verũetiam &c.& de hoc tertio casu loquitur:& proprie ponunt patre,scilicet nepotis:sed eis ob.j.ibi, tempus quo nascitur. Sed dices.i.adgnascitur, quod est filio postea mortuo: vt.j.titu.j.l.posthumorũ. & ita ibi,etiam si parente &c. sub.tamen.& ita est plana secundum eos.

l *Patre.*qui est filius[h] quoad auum.

m *Respici,* aliàs,inspici.

n *Quo nascitur.*vt nullus modo eum præcedat: vt primum caput habeat locum.

o *Tametsi.* refert verba.l.Vell.primi capitis quæ dicunt de suo: sed tamen & nepos nascitur suus duobus prædictis casibus:[i] cum filius est de medio sublatus: vt insti. de hære.quali.& dif.§.sui.& sic habeas ibi.§.etiam si parente.vbi incipit secundum caput. Vel

BIU Cujas

esse verba Scęuolæ quæ omnino extendũt verba.l.Vell.quę sunt supra, proxi.§.ibi, qui ei suus hæres futurus erit: & extendunt ad omne casum quo quis suus esse desinit. sed prima placet [a]:& dic hoc secundum caput habere locum quando tempore testamenti viuit filius & nepos, vel nepos & pronepos: vel etiam omnes alij continentur:& medius vel medij tollantur de medio:& vltimus incipiat esse suus qui non erat: vt hic,&.j.tit.j.l. posthumorum.

a *Galli Aquilii*. qui Gall[a] de morte tãũ naturali filij dixit[b]: sed Scęuola suppleuit in emãcipatione & deportatione: per quæ quis desinit esse suus: vt.ſ. in prin. &.§.quod ſi is. at hæc.l.hoc capite cõprehendit omnes casus quibus quis desinit esse suus dũmodo viuat tẽpore testamenti.

b *Nec solum*. scilicet pertinent verba &c.& dic, habeo filium [c], & ex eo nepotem, & ex nepote pronepotẽ: instituí filium, quod est opus: vt supra, eo.§.in omnibus. præterij nepotem, substituí pronepotem si me viuo decedat filius. erit ergo consultum per dictam substitutionem in duos casus: scilicet si nepos præteritus decessit ante suum patrem,& postea pater: deinde auus qui est proauus ad pronepotem, qui modo non rumpet testamẽtum proaui.item in alio si ponas filium institutũ prædecessisse: & deinde nepos decessit, & tertio proauus: sed hoc casu exigo nepotem vel institutum, vel exhæredatum: aliàs rumperet prẽmortuo suo patre: vt supra.§.nam & ſi.&.§.in omnibus. & infra,titu.j.l.posthumorum.

bent, *Si quis ex suis hæredibus suus hæres esse desierit*, ad omnes casus pertinentia, quos supplendos in Galli Aquilij [a] sententia diximꝰ: nec solũ [b] si neposviuo patre decedat, nec succedens pronepos auo mortuo rũpat: sed & si superuixit patri, ac decedat: dummodo hæres institutus sit, aut exhæredatus.

Si filius fuit captus ab hostibus viuente patre, & post patris mortem decessit, B *fingitur desiisse esse suus patre viuente: & ideo nepos substitutus secundum consilium legis Velleæ in secũdo capite admittitur ex substitutione: & sic testamentum non rumpitur.hoc dicit vsque ad.§.ille casus. Alexander.*

Videndum [autẽ est] nũ hac posteriore parte [c], *Si quis ex suis hæredibus suus hæres esse desierit: liberi* [d] *eius, & cæteri* [e] * *in locum suorum sui hæredes succedunto* [f]: possit interpretatione induci, vt si filium apud hostes [g] habẽs, nepotem ex eo hæredẽ instituas: non tantũ si viuo te filius decedat, sed etiam post mortem, antequam ab hostibus reuersus fuerit, succedẽdo [h] nõ rumpet. Nihil enim addidit [i], quo significaret tẽpus: nisi quod [k] (licet audenter [l]) possis dicere viuo patre hunc suum hęredem esse desiisse [m], licet post mortem decedat: quia nec redit, nec potest [n] redire.

Videndum.] CASVS. Supra proxi.§.facta est mentio de verbis secundi capitis.l.Vell.quæ verba fuerunt talia, vt ibi dicitur. C & hic materialiter iterum ponuntur. Si quis ex suis hæredibus suus hæres esse desierit aliquo modo: tamen liberi eius & cæteri, id est nepotes & pronepotes & deinceps hæredes succedant in locum dictorum suorum qui sui esse desierint. modo quæritur hic, nunquid per interpretationem dictorum verborum possit admitti casus quem tibi statim dicam: quasi pertineat ad secundũ caput.l.Vell.Gaius habebat filium Titium,& ex eo Seium nepotem, & filius fuit captus ab hostibus: & Gaius remansit in ciuitate cum Seio nepote: & fecit testamentum hic Gaius, & instituit sibi hæredem dictum nepotem: & decessit idem Gaius: postea decessit filius apud hostes existens, vel decesśit filius ante apud hostes quam decederet in ciuitate pater eius Gaius. nunquid dictus nepos succedendo in locum sui hæredis non rumpet testamentum aui ex consilio secundi capitis.l.Vell.prædicto? videtur quod ex dicto consilio non rumpat: quia.l.Vell. in dictis suis verbis non posuit aliquid quod significaret tempus quo suus esse desinat.ille qui est suus & proximior. ergo videtur quod siue ante mortem testatoris, siue post suus esse desinat per mortem ille filius qui est apud hostes,non rumpet testamentum aui nepos ab eo institutus secundum dictum cõsilium.immo dico tibi plus: D quia etiam si mortuo patre testante desinat per mortem esse suus filius qui erat apud hostes, videtur desiisse esse suus viuo patre: quia nec rediit, nec nunc potest redire: & sic fingitur esse mortuus prima hora captiuitatis. & sic optime pertinet iste casus quẽ dixi,ad secundũ caput.l.Vell.quia caput loquitur quando aliquis habet filium viuum, & nepotem ex eo natum, & instituit eos: & postea tollitur de medio filius viuente auo & nepote.Viuianus.

c *Parte*. id est, secundo capite.l.Vell.cum dicit, siquis &c. alij dicunt d hæc verba Scæuolæ: & subaudiunt,qua parte &c.

d *Liberi*. id est filij. ADDITIO. Dic quod immò veniunt nepotes: & alij descendentes, & non tantum filij, secundũ Bar. Alex.Are.& Ias.

e *Cæteri*. id est,nepotes & inferiores.

f *Succedunto*.subaudi, instituantur ne rumpant: vel verius,instituti non rumpant: vt.ĩ.proxi.§.& sic sunt verba.l.hucusque.

g *Apud hostes*. quem nõ est necesse instituí: vt.ſ.§.in omnibus.

h *Succedendo*.in locum sui hæredis,scilicet ipse nepos.

i *Addidit*. scilicet Vell.in secundo capite. quo tempore.ſ.desinat esse suus hæres ante mortẽ aui vel post, seu tempore captiuitatis. Infort.

tatis vel mortis:sed generaliter dixit,si quis suus hæres &c.sed in primo capite sic,si viuo testatore: vt.ſ.§.nunc de lege.Item Gallus in vita, similiter si me viuo &c. vt.ſ.in princ.& quia non distinguemus [e], nisi vellet dicere aliam rationem [f] specialiorem: quia fingitur tempore captiuitatis decessisse,& sic suus esse desinere.& sic ĩ vita aui definit esse suus: sicque nepos institutus non rumpet,aliàs prætěritus rumpet: vt.ſ.eo. l.si quis posthumos.§. j.& hic subiicit.

k *Nisi quod*.aliàs,nisi quod licet.& sic expone, quod licet.i.quod licitum est.

l *Audenter*. i.audaciter, in bonam partem: aliàs in malã: vt.C.vnde vi.l.ſi quis in tantã.

m *Desiisse*.pertinet ergo per interpretationẽ ad ſecundũ caput: non quoad verba, quia vere decessit post mortẽ aui.sed quid differt hic casus ab illo.ſ.e.§.quid ſi is? Respon. ibi post mortem aui sperabatur nepos. vnde hoc secundum caput locum non habet hic vbi iam est natus.

n *Potest*. cum decessit.

e *Imò debemus distinguere* Bal. *Alexã*. & *Ias*.

f *Et illa ratio secũda est menlior, secũdũ P. & Ias.* *Flo.& cæt. minus charę tiori clere*

Ille casus.] CASVS. Titius habebat filiũ Seium qui Seius habebat vxorem prægnantẽ.tu Titius pater fecisti testamentum:& ita in eo locutus fuisti:instituo mihi hęredẽ Seium filiũ meum,& nepotem meũ quem nasci spero ex dicta vxore Seij prægnante, postea Seio filio tuo viuente peperit vxor sua,& natus fuit Gaius pone: & postea decessit Seius filius tuus: & postea decessisti tu Titius. nunquid Gaius nepos tuus rũpet testamentum tuum? Et respõdet iurisconsultus Iulianus quod nõ rumpit:ibi,Iuliano &c. Planus est ergo hic casus,& non difficilis,quamuis in princ. huius.§.dicatur quod est valde difficilis: sed certe ea ratione appellatur difficilis, quia non pertinet ad consilium Galli: quia illud loquitur de nepote qui nascitur mortuo patre & auo: hic autem nepos vtroque viuo natus est. & hoc quod dixi de consilio Galli, non est hic in litera. Item alia ratione dicitur difficilis, vt dicitur hic in litera ibi, non enim &c. scilicet quia nõ pertinet ad primum caput.l.Vell.nec ad secundum. Ad primum autem caput l.Vell.non pertinet: quia tempore quo nascitur dictus nepos,nõ est suus hęres auo:quia vt dictum est,natus fuit viuente patre: & primũ caput.l.Vel.loquitur de eo nepote qui suus nascitur,id est, mortuo iam filio qui non viuebat tempore testamenti aui qui viuebat: vel sublatus est de medio ante natiuitatem nepotis.& hoc dicit hæc litera breuiter. non enim suus hæres est tempore quo nascitur.denique superiore capite, vt liceat instituí nondum natos,qui cum nascentur sui erunt, permittit &c. Item non pertinet casus huius.§.ad secundum caput.l.Vell.quia in posteriori siue in secundo capite.l.Vell.non videtur alius nepos institutus ab auo prohiberi rumpere testamentum aui succedendo dictus nepos in locum patris sui, quam ille nepos qui iam natus erat tempore testamenti aui. secundum enim caput.l.Vell.non permittit instituí nascituros: quia loquitur de iam natis,& vetat rũpi testamentum aui per nepotẽm iam natum:licet media persona de medio tollatur.i.filius qui est pater nepotis:& vetat dictum secundũ caput ne ob eam rem minus ratum esset testamentum aui, quod succedat nepos media persona de medio sublata.i.filio prædicto. cum ergo nullo iure.i.nullo capite.l.Vell.sit institutus dictus nepos nondũ natus,quo modo est institutus vtiliter secundũ consilium.l.Vell? certe non est: porro ad hoc vt pertineat ad aliquid de prædictis capitibus.l.Vell. oportet quod vtiliter sit institutus nepos prædictus secundum consilium primi capitis vel secundi dictæ legis: quod hic non fuit, cum tempore testamenti nõ esset natus. & hoc dicit breuiter litera ibi, nec posteriori alius succedendo prohiberi videtur rumpere, quã qui iam natus erat.& accipies literam infra posteriori capite non permittit instituí:& legas cõtinue vsque illuc, Iuliano &c.& ibi respon.Iuli.cuius sententia recepta est ad casum huius.§.vt dixi in prin.huius casus positionis:& dicit quod dictus nepos Gaius nondum natus instituí à te Titio auo nõ rũpit testamentũ tuum,quãuis nascatur viuo patre suo,& pater suus postea moriatur: & hoc ex sentẽtia &

BIU Cujas

voluntate tacita primi & secundi capitis.l.Vell.quamuis non ex verbis eorum capitum.& dicuntur commisceri caput primum & secundū.l.Vell.ideo,quia aliquid est in nostro casu de primo capite dictæ.l.quia institutus fuit nondū natus:& aliquid de secundo:quia loquitur de eo nepote qui nascitur adhuc viuo filio, qui filius postea de medio tollitur.& hoc vsq; illuc,Quæram[9] &c.Sed quid si dictus nepos à te Titio auo institut[9], & nat[9] postea viuo suo patre filio tuo emancipat[9] sit à te auo:& postea decedat pater suus filius tuus, & postea tu auus:nunquid est amodo suus hęres test.auo: vt ita adeat etiam inuitus hæreditatem tuam vt faciunt sui hæredes, an voluntariè? & dicit quod volūtariè.& hoc secundum ista iura. hodie autē per prætorem nulla est differentia inter suum & emancipatum: quia vterque voluntariè adit: vt infra, de acqui.hære.l.necessariis.Viuianus.

Primo ponitur prouisio Iuliani in casu difficili.Secundo quæstio Scæuolæ circa cōsilium Iuliani. Secunda ibi, Quæramus. Item prima subdiuiditur in tres partes.Primo ponitur dubitatio Iuliani. Secundo ratio dubitationis.Tertio decisio.Secunda ibi, Non enim.Tertia ibi,Iuliano.Bar.

VIlle casus in difficili[a] est,si filium habeas, & nepotem nondum natū instituas, isq; nascatur viuo patre suo,ac mox pater decedat. Nō enim suus hæres est[b] tempore quo nascatur: nec posteriore[c] aliis*succedendo prohiberi videtur[d] rūpere, quam qui iam natus erit.Denique[e] & superiore capite, [f]vt liceat instituī nōdum natos, qui cum nascentur sui erūt, [g] permittit: posteriore capite[h] non ꝓmittit īstitui[i], sed vetat rūpi: néne ob eā rem minus ratū[k] esset,quod succedit. Porro ꝓcedere debet, vt vtiliter[l] sit institutus:quod nullo iure[m] potuit qui nōdū natus[n] erat. Iuliano tamē videretur,duob[9] quasi capitib[9] legis[o] cōmixtis[p],in hoc quoq; inducere[q] legē,ne rumpantur testamēta. Quærem[9] tamen (cū recepta est Iuliano* sententia[r])an si nascat nepos[f] viuo patre suo, deinde emācipetur,spōte[t] adire possit hęreditatem? Quod magis probandum est[u].nam emācipatione[x] suus[y] hæres fieri non potuit[z].

Flo.posteriori, alii. Tauell[9] tamē in.l.Gallus,alii legit.

a Sequuntur hāc gl. B.Bal.Io. de Imo.P. Alexā.& Iaſ.ex qua not.quod dictio,in,composita cum alio verbo stat augmētatiue.

a *Indifficilis.* i.valde difficilis. sic.ī.de aqua plu.arcē. l.j.§.in fūma. in fin. &.ī. ad Silla.l.si quis graui. in princ. & in authē.quo modo oporte.epiſ.§.si quis autem.col.j.&.s.pro soc. l.cum duobus. §.dāna. Dic ergo casum[b]: instituī nepotem nascīturum ex filio viuente, qui nascitur post testamentum viuo me,& suo patre:quæro,an rūpat testamentum si filius meus præmoritur:& postea ego?quod videtur: quia nō firmatur testamentū per consilium Galli:nec per.l.Velleiam primo vel secūdo capite:immo econtra iure ciuili nō tenet institutio in posthumo tali:sed Vell.dicit non rumpi.sed in quo est difficilis? Respon. propter prædicta iura quæ non possunt aptari. nam aut instituo nepotem iam natum eo tempore quo mortuus est filius, vel etiam viuit,& habet locum secundum caput.l.Vell.aut nascīturum me viuo : & tunc si iam filius prædecesserat, habet locum primum. idem si filius viuebat tunc, sed post testamentum moritur antequam nepos nascatur. nam & tunc locum habet primum saltem quoad sententiam.aut nascīturum me mortuo:& tunc habet locum Gallus.aut nascīturum:sed nascitur patre suo viuo: & hic est difficilis,quia prædicta consilia cessant.

b Et bene secundum eosdem.

b *Hæres est.* quia pater eum præcedit: vnde cessat primum caput.l.Vell.quod dicit, quicunque nascerentur, sui hæredes futuri essent: vt.s.e.§.nunc de lege.

c *Istam sequit Bart. oībus alijs reprobatis. sed dic melius secundum Aret. & Ia.quod nō permittit instituī, id est, non inducit de nouo : sed dat cōsiliū.*

c *Posteriore.* scilicet capite secundo.l.Vell.seu gradu alius succedendo prohiberi videtur rūpere,quam qui iam natus erat.nam loquitur secundum caput cum instituitur iam natus:vt no.supra, proxi.§. Et no.quod quidem habent, alij: & tunc dic,alij posteriori succedendo,id est, succedenti loco suorum hæredum prohiberi videtur.i.prohibitio fit.& idem est sensus.Item infra,quidam habent,quam qui.q.d.quia rumpit natus, rumpit & nascīturus.aliàs, quanquam: sed malæ literæ sunt.

d *Videtur.* secundo capite.

e *Denique.* adhuc probat cessare primum caput. & habent quidam libri, est : & tunc non debet ibi esse verbum, permittit, nisi semel.alij non habent, est,& tunc sic.

f *Capite.* primo.

g *Sui erūt.* vt.s.eo.§.nūc de lege.sed iste nō est suus cū nascitur.

h *Posteriore capite.* l.Velleæ.

i *Non permittit instituī.* subau. nascīturos : sed iam natos bene permittit: vt dixi.s.§.proxi.& dicitur.ī.titu.j.l.posthumorum. & vetat rumpi per iam natos institutos : vt superiori.§.in prin. Vel dic, non permittit etiā iam natos instituī, scilicet expressim.arg. supra, de manu. testa. l.j.sed tacite. nam dicendo institutos non rumpere: vt.s.in princ. &.s.proxi. §.tacite dicit quod instituantur vt nō rumpant: & de iam natis intellligas.Vel dic[c] secūdum

Testamentum in quo filius in potestate est præteritus,est nullum..Alexan.

XXX. GAIVS libro septimodecimo ad Edictum prouinciale.

INter cętera[a] quę ad ordināda testamēta necessariò desiderātur,principale ius est de liberis hęredib[9] instituendis,vel exhæredādis: ne præteritis istis rumpatur testamentū. Nāque filio qui in potestate est,prętērito, inutile est testamentum.

Institutio filii apud hostes existentis non est necessaria rebus sic se habentibus. Ale.

XXXI. PAVLVS libro secundo ad Sabinum.

DVm apud hostes est filiꝰ, pater iure fecit testamentum, & rectè eū prætēriit:[b] cū caput non permittere instituī natos : sed cogere si volunt rumpi testamentum.& permitti dicitur quod volenti permittitur: vt.C. de iur.& fac.igno.l.j. Vel dic non permittit instituī: vtpote quia alienus posthumus: sed institutum vetat rumpi: vt.ī.l.proxi.

k *Ratum sit.* testamentum & firmum : quia succedit nepos iam natus loco sui hæredis prędecedente persona de medio sublata.

l *Vtiliter.* id est, iure vt dicit Gallus vel Vell. prædicto. vel dic, iure.i. non contra ius.

m *Nullo iure.* per Gallum vel per Vell.vt dixi. vel contra ius.l.xij. tabu. licet prętorio possit[d]: vt instituī. de bo. poſ. circa princ. & de leg.§.posthumus. &.§. posthumo. & supra, de inoffic.testa. l.posthumus. Item per constitutionem potest: vt.d. tit.de bono.possef.

n *Natus.* per hoc remouetur secundum caput.l.Vell.quod in iam natis nepotib[9] loquit.

o *Legis.* s. Velleæ.

p *Cōmixtis.* id est,coadunatis.

q *Inducere legem.* scilicet Vell.sic ergo ex duob[9] cōtrariis fit optimū temperamentū. est autē hoc ex primo capite quod instituī nasciturus.Item de secūdo : quia de eo nepote dicitur qui nascit adhuc filio viuo qui postea de medio tollitur.

r *Sententia.* in casu difficili:vt supra,proxi.§.

s *Nepos.* institutus, & postea emancipatus.

t *Sponte.* id est,vt volūtarius hæres,nō vt suus & necessari[9].H.

u *Probandum est.* vt sit voluntarius:hodie cōstat beneficio prætoris & suum abstinere posse, & vt voluntarium repudiare: vt insti.de hære.quali.& diffe.§.sui.

x *Emancipatione.* scilicet facta.

y *Suus.* & necessarius.

z *Non potuit.* sed erit volūtarius:& dicunt quidā fieri.i.remanere:vt.s.de iudi.l.Iulianus.sed certe immò proprie persona media de medio sublata: sicut casus ponitur. supra.§.proxi.in prin.Vlti. no.quod in filiis natis[c] & nascituris prouisum est per alios.sed in nepotibus nō ad plenū.vnde Gallus ꝓuidit in natis post mortem patris & aui.Scęuola suppleuit circa ꝓnepotes natos similiter post mortē patris & aui:& circa eos qui nō naturaliter,sed ciuiliter de medio tollūtur. Tertio Vell.prouidet circa natos in vita aui,post morte tamen patris sui: cū pater vel viuebat tēpore testamēti,vel prędecesserat.& hoc primo capite.Itē circa natos viuo auo & filio:ne filio de medio sublato nepos prēteritus rūpat.& hoc secūdo capite. Quarto Iul.in casu difficili. Et not.hanc.l.difficilioré de corpore iuris,plenius tamen suam materiā expedientē. Accur.

Inter cætera. CASVS. Multa sunt quæ desiderantur necessario in ordinandis testamentis ad hoc vt ea valeant : quæ sunt in insti. de testa.certe vnum est præcipuū inter alia,scilicet quod filius qui est in potestate testatoris,instituatur per testatorem,vel exhæredetur. nam si prætereatur , non valet ipso iure testamentum,nisi sit dictus filius apud hostes: quia certe nō fuit testamentum ipso iure nullum, cum per captiuitatem exiuerit de potestate patris. Si autem testator exhæredet filium suum emancipatum:& in potestate constitutum prætereat : propter præteritum possunt ambo venire ad hæreditatem patris ab intestato:emancipatus autem prædictus si velit contra tabu. petere, non potest. & hoc dicunt istæ tres leges. Viuianus.

a *Inter cætera.* facit.ī.l.proxi. &.l.fin. &.s.eo.l.filius qui.&.ī.de vulgari substi.l.si quis eum.in fin.& insti.de exhęred.lib.in prin. & de leg.§.ante.&.ī.titu.j.l.j.

b *Dum apud. Prætériit.* interim.sed rediens rumpit testamentum : vt.s.eo.l.Gallus.§.in omnibus. &.ī. titu.j.l.si quis exhæredato.§.sed & si pater. Accursius.

Filium.

BIU Cujas

a *Filius.* præteritus: vt supra.l.proxi.
b *Si filio. In potestate.* scilicet nepos ex eo. immo dic secundò alius filius eius frater. Accursius.
c *Nihil agit.* non est necesse vt petat, secundum quosdam: immò nullo modo petere potest, cum sit exhæredatus: vt.ĭ.de conditio. tra tabu.l.non putauit.

si in potestate esset filius [a], nihil valiturum esset testamentum. †

Exhæredato non datur bonorum pos. cõ tra tab. etiam si alius filius in potestate sit præteritus. Alexand.

XXXII. MARCIANVS libro secundo Regularum.

SI filio emancipato exhæredato, is qui in potestate [b] est, præteritus sit: ipse quidem emancipatus si contra tabulas petat, nihil agit [c]: ab intestato autem & suus & emancipatus venient [d].

DE INIVSTO, RVPTO, [&]irrito facto testamento†.

TITVLVS III.

1. PAPINIANVS libro primo Definitionum.

TEstamentum [e] aut non iure factũ dicitur, vbi solẽnia [f] iuris defuerũt: aut

DE INIVSTO, RVPTO, ET irrito facto testamento.

Dixit supra, titu. x. liberos & posthumos debere institui vel exhæredari: nunc audi si hoc non fiat. quid iuris sit.

Testamentum.] CASVS. Hæc.l.cum.l.seq. exponit rubricam. Et ponit primo quid est iniustum testamentum, quodque nó valet ipso iure: & dicit illud esse iniustum, & ipso iure nó valere in quo solennia iura desunt, de quibus solennibus dixi supra, tit. j. l. antepe. Item & illud in quo pater præterit filium in potestate sua cõstitutum. Secundo ponit de secunda parte rubricæ, id est, de illo testamento quod per aliud rumpitur testa. ex quo secundo aliquis potest hęres existere: veluti quia rite perfectum est secundum: & si non sit rite perfectũ secundum testamẽtum, est tamen iure militari factum, vel est in eo scriptus talis qui ab intestato venire posset: tamen per istud secundũ rumpitur primum. Item ponit & de illo testamento quod rumpitur agnatione sui hæredis. Tertio ponit de tertia parte rubri. i. de illo testamento quod constituitur irritum non adita hęreditate ab hærede instituto in dicto testamento. & hoc dicit. Viuianus.

e *Testamentum.* quinque modos ponit irritationis iniusti testamenti. Accursius.
f *Solennia* circa testes & sigilla & similia. sed inferius circa prętheritionem. Sed alij dicunt secundum sub primo posse cõtineri.

Item no. solennitatem iuris seruandam [c], sic.ŝ.de in integ. resti. l. diuus. &. C. de testa. l. testandi. Arg. contra. C. de formul. per totum. & insta, de leg. ij. l. codicillos. §. fi. *ADDITIO.* Solue secundum Dy. quòd hic loquitur de solennitate necessaria, ibi de frustratoria & simulata. Bart.

g *In patris potestate.* vt.ŝ.tit.j.l.inter. secus in emancipato.
h *Alio testamento.* secus in milite qui duobus testamentis factis potest decedere: vt.ĭ.de mili. testa. l quærebatur. &. l. militis. §. milites castrensium. Azo. Item quod dicit, potuit, id est, possibile fuit. & sic significat hic naturalem possibilitatem: vt.ĭ.eo.l.cum in secundo. & insti. eo. §. j. quandoque autem verbum, potest, significat potentiam hominis: vt.ŝ.de condic.ob cau.l.quod Seruius. in fi. quandoque iuris: vt.ĭ.de condit. instit. l. filius qui. Azo. Item contra.ĭ.de iis qui.vt indig.l.cum quidam. Sed ibi possunt hæredes esse: licet vt indignis auferatur hæreditas.
i *Agnatione sui hæredis.* puta arrogauit filium post testamentum: vt insti. quibus mo. testa. infir. in princ. Item pone vt infra, eo. l. posthumorum. in princi.
k *Hæreditate.* vt supra, de testa. tu. l. si nemo. & infra, de contra tab. l. filium. §. sed cum exhæredatio. & institu. de hære. ab intest. in princ. Item subaudi, capitis deminutione: vt insti. qui. mo. testa. infir. §. alio. & continua. l. seq.

ff. Infort.

A l *Vnc autem. Rumpitur.* per secundum: ne sit contra. C. de testa. l. nostram.
m *Perfectum est.* vt ex eo possit esse hæres: vt.ŝ.l.proxi.
n *Militari.* idé si pri°: vt.ĭ.de mili. testa. l. ei° militis. §. militia. Azo.
o *Potest.* hoc forte à cópilatoribus est additum. cum Theodosius videatur inuenisse: & sunt quinque testes in hac volũtate necessarij: vt. C. eo. l. hac consultissima. §. si quis autem. & dic plene vt ibi no. Item facit insti. eo. §. ex eo. &. §. j.

nullius esse momẽti, cùm filius qui fuit in patris potestate [g], præteritus est: aut rũpitur alio testamẽto [h], ex quo hęres existere poterit, vel adgnatione [i] sui hęredis: aut in irritũ constituitur, non adita hæreditate [k].

II. VLPIANVS libro secundo ad Sabinum.

TVnc autem prius testamẽtum rumpitur [l], cum posterius rite perfectum est [m]: † nisi si fortè posterius vel iure militari [n] sit factum, vel in eo scriptus est qui ab intestato venire potest [o]. tunc enim & posteriore non perfecto, superius rumpitur.

Posthumi sunt nominatim exhæredandi: & posthumi appellantur qui post humationem nascuntur, vel qui post testamentum adgnascuntur. Bartolus.

Posthumi.] CASVS vsq; ad. l. si quis filio. est talis: Mæuius facere volens testamentum, quæsiuit ab Vlpiano consilium qualiter posset facere vt nó † *Hanc lẽ* rumperetur, & dixit ei: *gẽ tulit Per* Domine ego spero ha *tinax impe* bere posthumos nasci- *rator, vt ve* turos ex me, & filiis *fert Iulius* meis masculis. dicit ei *Capitolinus* Vlpianus: Frater, si tu *in eodem.* vis quòd testamentum tuum nó rumpatur per dictos posthumos, instituas eos hęredes, vel nominatim exhæredes eos. nam si inuenirent se præteritos tempore quo nascerentur, rumperent testamentum tuum. & si tu vis scire qui sunt illi posthumi qui rumperent testamentũ si non essent à te instituti, vel nominatim exhæredati: ego dicam tibi. nam sunt illi qui nascentur post mortem tuã ex te vel ex filio, vel nepote, vel pronepote tuo, vel ex aliis tuis descendentibus per virilẽ sexum qui posthumi inueniũt se proximiores tibi tẽpore quo nascũtur. Item & illi qui post factum à te testamentũ in vita tua nascentur, siue exhæredes eos antequã instituas tibi aliqué hæredem, siue inter medias duorum tuorum hæredũ institutiones, siue inter institutum à te & substitutum, semper nó rumpetur testamentũ tuum per eorum agnationem: & est ratio quare non: quia idem esset filio tuo iam nato. & ratio diuersitatis non potest reddi inter filium iam natum & posthumos: ergo idem ius debet statui. ex his autem quæ diximus in hac.l.&.ŝ.e.l.j.ij.respon. scilicet posthumi prætereiti agnatione rumpi testamentũ, iam nato auté prętherito ab initio testamentum nullũ esse, apparet tibi cp alia causa est filiorũ iam natorum, alia posthumorum. nam iam nati prætereiti iniustum & ipso iure nullum faciũt testamentum à principio & ex postfacto: posthumi auté inuenientes se prætereitos rumpunt testamentũ ita demum si nascantur. Item scias, dicit Vlpianus, quòd si tu facias testamentum, & instituas tibi hæredé posthumum, vel eũ nominatim exhæredes, & sic stetit firmũ hoc testamentũ: & postea facias aliud testamentum in quo prædictum posthumum prætereas, & postea nascatur tibi dictus posthumus. i. siue post mortẽ tuam, siue adhuc te viuo: vtrũque prædictorũ tuorum testamentorum est ruptum: scilicet primum per secundũ. nam secundũ valuit tandiu quãdiu natus fuit posthumus, vt tibi iam dixi: & ita potuit rumpere primum: vt.ŝ.e.l.j.iij.respon. secundũ autem est ruptũ per agnationem dicti posthumi. & si tu vis scire quid est nominatim posthumum exhæredare, dico tibi: quia siue ita dixeris, quicũque mihi nascetur, exhæres esto: siue ita, quicũque mihi nascetur ex Seia, exhæres esto: siue ita, venter exhæres esto: siue ita, posthumus exhæres esto: semper erit nominatim à te exhæredatus: & per suam agnationẽ non rũpet testamentũ tuum. & hoc dico verum esse siue nascatur post mortem tuam, siue in vita tua post factã dictam exhæredationẽ. [LICET AVTEM.] Adhuc loquitur Vlpianus ex viuo, & dicit ei: quamuis dixerim tibi in princ. huius. l. quòd posthumus prætereitus rumpit testamentum tuum per suam agnationem: tamen quãdoque partem rumpit, partem non, puta si instituas tibi hæredem Titium, & posthumũ tuum exhæredes, & postea substituas dicto Titio Seium: & in dicto secũdo gradu substitutionis nihil dicas de dicto posthumo, & ita eum prætereas. nam hoc casu primus gradus, id est, institutio Titij à qua fuit posthumus exhęredatus, valet. Secundus autem, id est, substitutio Seij, ruptus & rupta est: quia ab eo & ab ea fuit posthu. prætereitus: & adeo est hoc verum, quòd si deliberãte dicto Titio primo

BIU Cujas

gradu à te scripto nascatur posthumus, & ita nascatur eo tempore quo Seius Titio à te substitutus adire non poterat ex substitutione: & postea Titius institutus repudiet ex institutione: non poterit obtinere ex substitutione Seius hæreditatem tuam: nam in gradu secundo prædicto à quo posthumus fuit præteritus, vt dictum est, rupto & infirmato per natiuitatē dicti posthumi, licet fuit natus deliberāte instituto, non potest ampli⁹ inde hęreditas obtineri. & prędicta probo tibi à simili. video enim quòd si institueres tibi hæredem dictū Titium sub conditione si nauis ex Asia venerit vsque ad annū, & non exhæredes dictum posthumum, sed prætereas: & pendente cōditiōe dictę institutionis Titij nascat posthumus: & ita nascatur posthumus eo tempore quo instituꝰ adire nō poterat: rūpitur gradus dictæ institutionis cōditionalis: adeo quòd si postea conditio existat, non potest habere Titius institutus hęreditatē. ergo idem est in nostro casu vbi Titius institutus pure deliberabat, & interim posthumus est natᵍ. sed & si instituas tibi Titium hæredē sub cōditiōe prædicta, & posthumum prætereas: & Titio prędicto substituas Seium: & in substitutiōe similiter prætereas posthumum: & pendēte cōditione dicti Titij instituti natus fuit posthumᵍ: posthumo potius locus erit ad hæreditatē tuam q̄ dicto instituto vel substituto, & hoc siue existat post natiuitatem posthumi cōditio instituti, siue deficiat. & hoc ideo, quia per suam natiuitatē rumpit posthumus gradū dicti instituti & etiā substituti à quiᵇ fuit prēteritus: vt dictū est. Si autē posthumus dictus natus fuit post defectū conditionis prædicti Titij instituti nō rumpit gradū dicti instituti: quia inuenit eum nullum, propter defectū dictæ conditionis. rumpit tamen gradum dicti substituti à quo fuit præteritus: & ita cum inueniebat gradū instituti ruptum, & rumpat gradum substituti, habet sibi hæreditatem tuam. & hoc vsque ad.l. nam & si.§.rumpendo. Ibi autem dicit: Pone quòd dictus posthumus fuit præteritus à dicto instituto sub dicta conditione: & fuit exhæredatus à dicto substituti gradu, & postea natus fuit posthumus eo tempore quo institutus viuebat: & ita natus fuit eo tempore quo institutus poterat habere hæreditatem tuam conditione existente, & ita pendet secundus gradus ex primo: non solum certe primus prædictus gradus ruptus est, à quo fuit posthumus præteritus, sed etiam secundus à quo fuit posthumus exhæredatus: qui secundus pendebat ex primo à tempore natiuitatis posthumi, vt dictum est: & ita in totum testamentum ruptum est per dictam natiuitatem posthumi: & sic habet totam hæreditatem posthumus: secus autem esset in filio tuo iam nato. nam si filium tuum iam natum à gradu instituti præteriisti, & à gradu substituti exhæredasti: licet gradum instituti faciat ipso iure nullum, gradum tamen substituti valere patitur. Et est ratio plana vt no. ī. titu. j. l. iij. §. fi. & hoc dicit vsque ad. l. si quis filio. Viuianus.

Flo. posterorum

Halo. Sed & si stante hoc aliud te stamentū, à quo posthumus exhæredatus nō fuit, factum fuit: pla.

a *Per virilem.* secus si per fœmininum: vt supra, titu. j. l. Gallus. §. nunc de lege. & instit. de exhære. libe. §. mater. & infra, de contra tabu. l. illud. §. ad testamenta. Hug.

b *Nominatim.* quod dic vt infra, eo. §. nominatim. & C. de libe. præte. l. fi. in fi. sed hodie nō potest exhęredari: vt. C. de inoffi. testa. l. si quis filium. §. fi. & insti. de exhære. libe. §. sed fœminini.

III. Idem libro tertio ad Sabinum.

POsthumi per virilem[a] sexum descendētes, ad similitudinem filiorū nominatim[b] exhæredandi sunt, ne testamētum adgnascendo rumpant. ℣ Posthumos autē dicimus eos dūtaxat[c], qui post mortem parentis nascūtur. Sed & hi[d] qui post testamentū factum in vita nascūtur, ita demū per legem Velleam[e] rumpere testamentū prohibentur, si nominatim sint exhæredati. Vnde etiam ante hæredis institutionem, vel inter medias hæredū institutiones, vel inter gradus[f] exhæredari possunt. Nam diuus Marcus decreuit idem in posthumo[g], quod [&] in filio, seruandū: nec ratio diuersitatis[g] reddi potest. ℣ Ex his[i] apparet aliam causam esse filiorū superstitū, aliam posthumorū* Illi[k] iniustum faciunt[l], hi rumpunt: illi semper, hi[m] si nascantur[n], nec inueniāt se exhęredatos. Sed* & si sit ante hoc[o] aliud testamentum à quo posthumus exhęredatus sit[p], placet, siue post mortem testatoris nascatur, siue viuo testatore [hæres[q],] vtrumque ruptum esse, & superius per inferius[r], & inferius per posthumum[s].

De re quæ non habet nomen proprium, dicitur nominatim disponi si sub nomine sui generis nominetur. Bartolus.

℣ Nominatim[t] autem exhæredatus posthumus videtur: siue ita dixerit[u], *Quicūque mihi nascetur*. siue ita, *Ex Seia*. siue ita, *Venter exhæres esto*. Sed & si [ita] dixerit, *Posthumus exhæres esto*: natus vel post mortem, vel viuo testatore, non rumpet.[x]

Posthumus rumpit eum gradū vel spem eius gradus à quo reperitur præteritus, & quod dependet ex eo: quod autem non consistit re nec spe, rumpi non potest. hoc dicit cum duabus. ll. seq. Bart.

℣ Licet autem posthumus prēteritus adgnascendo rūpat, tamen interdū euenit vt pars testamenti rūpatur: vtputa si ponas à primo gradu posthumū exhæredatū, à secūdo præteritum. nam hic[y] primus[z] gradus valet, secundus ruptus est.

IIII. Idem libro quarto Disputationum.

DEnique & deliberantibus primo gradu scriptis hæredibus: qui secundo gradu scripti sunt hæredes, obtinere hæreditatē non possunt[a]. Gra-

A c *Dumtaxat.* Corrigitur hoc statim. §. proxi. Vel sub. hic proprie ex vi verbi, quasi post humationem patris natus: argu. instit. de dona. est & aliud. Accursius.

d *Sed & hi.* & est plana. aliàs, sed cum hi. & est defectiua: sed tunc vbi dicit, inter gradus exhæredari possunt: supple, placet etiam in his idem dicendū esse quod in vere posthumis.

e *Velleam.* in primo capite: vt supra, titu. proxi. l. Gallus. §. nunc de lege.

f *Gradus.* institutorū & substitutorū: & supple, vt post gradus: vt C. e. l. j. Accursius.

g *Idem in posthumo.* q debeat institui, vel nominatim exhęredari. de filio enim constat: vt supra, titu. j. l. inter cætera. & sic ad principiū huiᵒ. l se refert. vel dic ad proxi. ibi, vel intra gradus, vel quandocūque, vt etiam filius, de quo constat: vt infra, tit. j. l. iij. §. j. ij. & iij.

h *Diuersitatis.* ergo idē ius. sic. C. eo. l. j. & infra, de verb. obliga. l. à Titio. & supra, ad. l. Aquil. l. illud. & C. de consti. pecu. l. fi. H. & supra, de leg. & senatusco. l. de quibus. §. inueterata.

i *Ex his.* quia dixit in principio. l. posthumū adgnascendo rumpere. at natus prēteritus non rumpit, sed facit esse nullū: vt supra, titu. j. l. inter.

k *Illi.* s. iam nati.

l *Faciunt.* scilicet ab ipso initio.

m *Hi.* s. posthumi.

n *Si nascantur.* ad nullum declinantes monstrum[a] vel prodigium: vt infra, de verb. signifi. l. quæret. & l. ostentum. & C. de posthu. l. iij. & supra, de statu. ho. l. non sunt. Sed videtur quòd debeant haberi pro natis: vt supra, de sta. ho. l. qui in vtero. & infra, de verbo. significa. l. quod dicimus. Sed hic speciale, ideo quia dubium est an nascatur viuus, an mortuus: quia cum mortuus nascitur, nec conceptus videtur: vt infra, de verb. signifi. l. qui mortui. Azo. sed sic semper posset dici. vnde fauor ne testamentum rumpatur, facit differre.

o *Sed & si stante hoc.* scilicet testamento quo posthumus est exhæredatus nominatim, vt præcepit fieri in princi. huius. l. *ADDITIO.* ita prius legebatur, si stante hoc. sed Florentina lectio est, vt in textu nunc legitur.

p *Non sit.* scilicet præteritus. *ADDITIO.* Florentiæ quoque deest negatio, non.

q *Hæres.* id est, posthumus. aliàs deficit, hæres.

r *Per inferius.* secus in iam nato, in primo exhęredato, in secundo præterito: vt. ī. tit. j. l. si filius qui. Accursius.

s *Per posthumum.* in eo præteritum. H.

t *Nominatim.* exponit quod in princ. l. dixit. vel dic vt ibi.

u *Siue ita dixerit.* & hic est alius modus exhæredandi.

x *Non rumpet.* ipso iure, sed per querelam: vt supra, de inoffic. testa. l. posthumus. & facit infra, de ven. in pos. mit. l. j. §. sed si exhæredatio.

y *Nam hic.* aliàs, nam & si. dic, etsi, pro quāuis. &. ī. subaudi, tamen secundus &c. aliàs deficit, si. & est plana. & die ruptum est statim nato posthumo: vt. j. l. proxi. quæ continuatur cum ista.

z *Primus.* secus econtra: vt infra, eo. l. nam & si. §. fina.

a *Denique. Non possunt.* tum quia primi nōdum repudiant tum quia eorum gradus etiam nunc nullus est, etiam si moritur posthumus: vt supra, titu. l. si posthumus à primo. & l. si à primo. in fi. & l. proxi. quæ continuatur cum ista.

Nam etsi.

BIU Cujas

a *Nam etsi.* probat subtiliter quod dixerat à simili. rumpit enim, scilicet natus gradum substitutorum: licet eo tempore nascatur quo nõ poterat hæreditas à substitutis adiri. Et die rumpere quantum ad hoc, ne possit adiri hæreditas à substitutis. sic & in sequenti casu rumpit gradum institutorum sub cõditione à quibus erat præteritus: licet nascatur eo tempore quo nondum potest adiri hæreditas ab institutis. Hug.

b *Pendente cõditione.* si nascatur posthumus. Azo.

c *Rũpitur.* nato posthumo. & hoc probat per simile.

d *Gradus.* ne possit adiri hæreditas ab institutis: vt &. ŝ. tit. j. posthuma. & facit supra, ad Velle. l. aliquando. §. si sub cõditione. &. j. de acqui. hered. l. cum hereditas. §. j.

e *Sed & si sit ei.* instituto sub conditione.

f *Primi gradus.* institutionis.

g *Exhæredatus nõ est.* idem & si fuerit exhæredatus: vt infra. §. fi. & supra. l. proxi. Hug. sed Azo ponit hic quòd à primo fuit exhæredatus: vt supra. l. iij. §. fi. & ibi adiungit hunc. §. quo casu bene distinguitur sit exhæredatus à substituto, vel non.

h *Existente.* conditione, sub. quod probatur per prin. huius. l.

i *Posthumo potius.* quàm substituto. Accursius.

k *Quia nullus est.* similia. ŝ. de ędili. edic. l. bouem. §. fi. & de capi. demi. l. liberos. §. fi. &. j. de vsufru. leg. l. Sempronius. circa princ. &. ŝ. rerum amo. l. si cõcubina. in princ. &. j. de leg. j. si fundum. §. pen. Sed arg. contra. ŝ. de feriis. l. j. §. si vero. & supra, de act. empt. l. ex empto. §. is qui. & infra, eo. l. qui vxorem. & supra, vsufruc. quemad. caue. l. iij. §. j.

l *Solet.* & totum rumpit: vt infra, proxi. quamuis &c. & est ratio vt no. supra, titu. j. l. iij. §. fi. Accursius.

m *Quamuis.* hic versus optime esset in fine legis.

n *Filius.* iam natus præteritus. Accursius.

o *Sed si.* aduersatur ei quod de filio, nõ quod de posthumo dicit.

p *Vixit.* alioquin cum nullus sit primus, nec secundus pendeat ex eo tẽpore natiuitatis posthumi, non rumpitur secundus à quo est exhæredatus: vt infra, de ven. in pos. mit. l. j. §. si venter. ibi, q si non viuant. Accursius.

Si quis filio.] CASVS. in hac. l. vsque ad. §. irritũ. est talis: Titius habebat filium Seium, qui Seius habebat vxorẽ prægnantem. fecit hic Titius testamentum: & exhæredauit dictum suum filium, & Gaium extraneum instituit sibi hæredem sub conditione, si nauis venerit ex Asia. mortuo Titio, & pendente conditione institutionis dicti Gaij, dictus filius exhæredatus decessit: vel etiam post existentem conditionem, deliberante dicto hærede instituto, dictus exhæredatus decessit: & postea natus fuit nepos qui erat in ventre vxoris Seij tempore testamenti Titij. quæritur, an hic nepos rumpat testamentum Titij aui sui? Et videtur quòd sic: quia nõ fuit ab auo institutus vel exhæredatus, sed præteritus. Dicit tamen hic quòd non rumpit: quia non fuit necesse exhæredari vel instituí dictũ nepotem in ventre existentem, cum pater dicti nepotis eum præcedebat tẽpore testamenti Titij aui. & ita institutus prædictus habebit totam hæreditatẽ Titij existẽte cõditione suæ institutionis, vel cõpleta sua deliberatione, quã cœpit facere post existente cõditione institutionis, & volẽte eo instituto hæreditatem habere. Sed quid si nolit habere institutus hæreditatem? Certe erit dictus nepos suus hæres ab intestato auo suo, & vtrũque de prædictis habet propriã rationem. & primum habet talem rationẽ: quia ille demũ agnascendo rũpit testamentum, quẽ nemo præcedebat tẽpore mortis testãtis. in nostro autẽ casu præcedebat filius nepotem nasciturum. vnde, sicut dictũ est, non fuit necesse quòd dictus nepos instituerẽtur vel exhæredarẽtur. Secundum autẽ habet talem rationem: quia ille succedit ab

ff. Infort.

du enim rupto & infirmato, amplius hæreditas inde obtineri non potest.

V. IDEM libro tertio ad Sabinũ.

NAm etsi [a] sub conditione sit hæres institutus quis, à quo posthumus nõ est exhæredatus: tamen pendente cõditione [b] rumpitur [c] gradus [d], vt & Iulianus scripsit. Sed & si sit ei [e] substitutꝰ quis, etiã deficiẽte cõditiõe primi gradus [f] nõ admittetur substitutꝰ: à quo scilicet posthumꝰ exhæredatus nõ est [g]. Puto igitur existẽte [h] quidem conditione primi gradus, posthumo potius [i] locum fore. Post defectũ autem cõditionis natus posthumꝰ gradũ nõ rumpit: quia nullus est [k]. Rũpendo autẽ testamentum, sibi locum facere posthumus solet [l], quãuis [m] filius [n] sequentem gradum à quo exhæredatꝰ est, patiatur valere. Sed si [o] à primo gradu præteritus, à secũdo exhęredatꝰ sit: si eo tẽpore nascatur posthumus quo aliquis ex institutis vixit [p]: totũ testamẽtum ruptũ est. nam tollẽdo primum gradũ sibi locum facit.

Nepos præteritus ita demũ rũpit testamentum, si tẽpore mortis aui eum filius non præcedit verè vel fictè: sed ab intestato succedit vt suus, si tempore quo testamentum destituitur, proximus reperitur: si in vita aui fuit cõceptus. h. d. vsque. ad. §. siue autẽ.

VI. IDEM libro decimo ad Sabinũ.

SI quis filio exhæredato, nuru prægnãte relicta, decesserit, & extraneũ sub cõditione instituerit, & pẽdente cõditione, post mortem patris, vel deliberãte hærede instituto de adeũda hęreditate, exhęredatꝰ filius decesserit, & nepos fuerit natus: an rumpat testamentum? Et dicemus testamentum non rumpi [q]: cum nec exhæredatꝰ intestato illi qui mortuus est cui est delata hæreditas mortui, & nulli alij ante eum: filio autẽ prædicto exhæredato nõ fuit delata hæreditas patris sui ab intestato, quamuis institutus à patre repudiauit: quia deliberante instituto, vel pendente adhuc conditione institutionis instituti, decessit dictus filius exhæredatus. istud tamen, scilicet quòd dictus nepos succedat auo ab intestato instituto prædicto repudiante: ita demum verũ est, si tempore mortis dicti sui aui fuit nepos prædictus in vtero vxoris filij, sicut & in principio casus dixi. Si autem post mortem aui fuit conceptus, & mortuo patre suo natus: certe non venit ad hæreditatem aui de iure ciuili tanquã suus hæres aui. nam nõ erat adhuc animal tẽpore mortis aui; neque ad bonorũ possessionem de iure prætorio tanquã nepos siue cognatus aui. Sed quid retento eodẽ casu si dictus nepos erat in vtero tempore mortis aui: pater autẽ suus erat apud hostes, & decessit apud hostes post mortem dicti aui? nunquid nepos prædictus ab auo præteritus (vt dictum est) rumpit testamentum aui nascendo post mortem aui? Et dicitur quòd sic. nam hoc casu bene fuit necesse quòd auus instituerat eum vel exhęredaret: quia pater eius nepotis nõ præcedebat eum nepotem tempore mortis aui: quia non creditur fuisse in rebus humanis dictus filius apud hostes captus tempore mortis aui: quia apud hostes decessit, quãuis si dictus filius fuisset reuersus ab hostibus post mortem aui prædicti qui erat suus pater, & inuenisset se ab eo præteritum, faceret testamentũ eius iniustum & ipso iure nullum. Sed quid si dictus filius ab hostibus captus suscepit nepotẽ apud hostes, quia vxor eius iuit ad eum, vel fuit capta cum eo: & hoc viuente auo prædicto, & in ciuitate existente: & postea moriatur apud hostes dictus filius, & postea moriatur auus in ciuitate, qui auus fecerat testamentum tali modo vt dictum est. ŝ. & postea nepos reuertatur ab hostibus cum matre sua? certe rumpit testamentum aui inueniens se in eo præteritũ. sicut enim filius ab hostibus rediens & inueniens se præteritũ ab eo auo qui est suus pater habet postliminiũ, & rumpit testamentũ aui, vt dictũ est: ita etiã hic nepos. non enim est vis vtrũ nepos fuit cõceptus in ciuitate viuo auo, an vero apud hostes fuerit cõceptus, & redeat tali modo vt dictũ est. vel dicatis q nepos fuit reuersus cum patre & matre: vt notaui in libro meo. Per ea ergo quę dicta sunt, apparet q sui hęredes succedendo. i. nascendo post factũ testamentũ, non rumpũt testamentũ, scilicet siue sint in eo instituti, siue sint in eo exhæredati ab eo gradu ad quẽ defuncti hæreditas defertur. ſ. si ille gradus à quo exhæredati sunt dicti filij hęredes, valeat: vt quia conditio institutionis illius qui erat institutus in dicto gradu, à quo gradu exhęredatꝰ est suus, extitit, & institutꝰ adiuit, vel institutus pure in tertio gradu adiuit, vt dictũ est in prin. huius casus. aliàs si nõ valeret dictus gradus, non esset dubitari necesse quòd non rumperetur: quia ille gradus qui nullus est, nõ potest rumpi: vt. ŝ. l. proxi. §. post defectum. siue ergo valeat, siue non valeat ille gradus à quo suus exhęredatus est, non rũpit eum dictus suus. Quòd autem dictum est in versi. sed & si pater &c. quòd nepos præteritus ab auo succedens in locum patris sui ab hostibus capti, rumpit testamentum aui, verum est. secus autem esset si inueniret se institutum vel exhæredatum: quia tunc non rumperet testamentum dicti aui. & quod dictum est de captiuitate patris: idem est de morte dicti patris, vel alia pœna filio irrogata per quam exiuerat de potestate testantis. nam semper non rumpit nepos testamẽtum aui, si inueniat se ab eo institutum, vel exhæredatum. Viuianus.

a *Nam etsi.* probat subtiliter quod dixerat à simili. rumpit enim, scilicet natus gradum substitutorum: licet eo tempore nascatur quo nõ poterat hæreditas à substitutis adiri. Et die rumpere quantum ad hoc, ne possit adiri hæreditas à substitutis. sic & in sequenti casu rumpit gradum institutorum sub cõditione à quibus erat præteritus: licet nascatur eo tempore quo nondum potest adiri hæreditas ab institutis. Hug.

b *Pendente cõditione.* si nascatur posthumus. Azo.

c *Rũpitur.* nato posthumo. & hoc probat per simile.

d *Gradus.* ne possit adiri hæreditas ab institutis: vt &. ŝ. tit. j. posthuma. & facit supra, ad Velle. l. aliquando. §. si sub cõditione. &. j. de acqui. hered. l. cum hereditas. §. j.

e *Sed & si sit ei.* instituto sub conditione.

f *Primi gradus.* institutionis.

g *Exhæredatus nõ est.* idem & si fuerit exhæredatus: vt infra. §. fi. & supra. l. proxi. Hug. sed Azo ponit hic quòd à primo fuit exhæredatus: vt supra. l. iij. §. fi. & ibi adiungit hunc. §. quo casu bene distinguitur sit exhæredatus à substituto, vel non.

h *Existente.* conditione, sub. quod probatur per prin. huius. l.

i *Posthumo potius.* quàm substituto. Accursius.

k *Quia nullus est.* similia. ŝ. de ędili. edic. l. bouem. §. fi. & de capi. demi. l. liberos. §. fi. &. j. de vsufru. leg. l. Sempronius. circa princ. &. ŝ. rerum amo. l. si cõcubina. in princ. &. j. de leg. j. si fundum. §. pen. Sed arg. contra. ŝ. de feriis. l. j. §. si vero. & supra, de act. empt. l. ex empto. §. is qui. & infra, eo. l. qui vxorem. & supra, vsufruc. quemad. caue. l. iij. §. j.

l *Solet.* & totum rumpit: vt infra, proxi. quamuis &c. & est ratio vt no. supra, titu. j. l. iij. §. fi. Accursius.

m *Quamuis.* hic versus optime esset in fine legis.

n *Filius.* iam natus præteritus. Accursius.

o *Sed si.* aduersatur ei quod de filio, nõ quod de posthumo dicit.

p *Vixit.* alioquin cum nullus sit primus, nec secundus pendeat ex eo tẽpore natiuitatis posthumi, non rumpitur secundus à quo est exhæredatus: vt infra, de ven. in pos. mit. l. j. §. si venter. ibi, q si non viuant. Accursius.

q *Non rumpi.* ipso iure: vt supra, titu. proxi. l. si quis posthumos. §. si filium. sed per quærelam: vt. C. de inoffi. testa. l. si quis filium. Accursius.

BIU Cujas

dari huiusmodi[a] nepos debuerit ab auo, quē pater præcedebat. ¶ Planè si fortè institutus omiserit hæreditatē, hunc auo suo futurum hęredem ab intestato[b] non dubitatur. vtrúque propriis rationibus. Nam adgnascēdo quidē is rumpit quē nemo præcedebat mortis[c] tempore: ab intestato[d] verò is succedit, antequam* alij non est delata hæreditas[e]. Non fuisse autem filio delatam hæreditatem apparet, cùm deliberante instituto decesserit. sed hæc ita, [f]si mortis aui tempore in vtero nepos fuit. Cæterum si postea conceptus est, Marcellus scribit neque vt suum, neque vt nepotem aut cognatum ad hæreditatē vel ad bonorum possessionem posse admitti. ¶ Sed si pater[g] eius qui mortis aui tempore in vtero fuit, apud hostes erat: nepos iste, patre in eadem causa decedente, post mortem aui succedendo testamentum rumpet: quia suprascripta persona ei non obstat. Nec enim creditur in rebus humanis fuisse, cum in ea causa decedat: quanquam captiuus reuersus, patris sui iniustum fa-

ceret testamentum, in eo præteritus.

Nepos apud hostes siue in ciuitate conceptus, si præteritus reperitur, testamentum rumpit: nisi posthumus sit institutus vel exhæredatus. hoc dicit.

¶ Siue autem in ciuitate nepos fuit conceptus, siue apud hostes: quoniam datur[h] & partui postliminium, succedendo testamentum rumpit. Succedendo itaque sui non rumpūt, siue fuerint instituti, vel exhæredati ab eo gradu ad quē hæreditas defertur: scilicet si gradus ille valeat[i]. Quocūque[k] autem modo parentes præcedentes in potestate esse desierint: succedentes liberi (si fuerint instituti vel exhęredati) nō rumpent testamentū, siue per captiuitatem, siue per mortem, vel pœnam.

Eius qui perdit ciuitatem vel libertatem vel vitam per sententiam, testamentum rumpitur: fallit in milite, si ei per sententiam à iudice reseruetur. h.d. vsque ad §. eius qui.

¶ Irritum [quoq;] fit testamentum, quotiens ipsi testatori aliquid contigit: [vt] puta si ciuitatē amittat per subitā seruitutē, ab hostib⁹ (verbi gratia) captus[l], vel si maior annis viginti

A decesserit dictus deportandus vel decurio vel filius decurionis vel nepos, valebit eius testamentum: nisi consciisset sibi mortem, eo quòd volebat prius mori quàm damnari ex delicto quod se commisisse sciebat. si autem conscisset sibi mortem alia de causa, non irritatur eius testamentum: puta tædio vitæ, vel propter impatientiam aduersæ valetudinis, vel causa iactationis, sicut faciunt quidam philosophi. Si autem iste talis nō fecit testamentū, cognatis defertur eius hæreditas. prædicta autem distinctio habet locum etiā in milite qui fecit testamētū, vel ab intestato decessit. Sed quid si prędicti quorū testamenta facta sunt irrita propter causas suprādictas, appellauerūt à sententia contra eos lata? Certe capite non minuuntur: nec eorū testamenta fiunt irrita: sed & de nouo testamentū facere possunt: nec etiā ea ratione cp videātur incerti de statu eorum, prohibentur de nouo testamentū facere. sed & si præses nō recipit appellationem eorum, sed pœnā eorum remorat⁹ est scribēdo Imperatori qualiter eos præses per sententiā damnauerat: non fiunt eorū testamenta irrita interim. & bene debet præses taliter remorari pœnam, vt dictum est, nisi in casibus: veluti si ille quem condemnauit, est latro manifest⁹, vel talis qui prærumpit seditionē in ciuitate quā regebat præses prædictus: vel talis qui commisit factionem cruentam, puta quia interfecit vnum de maioribus ciuitatis: vel si sit alia iusta causa, propter quam immineat ciuitati periculum, nisi incōtinenti puniatur cōdemnatus. his enim casibus nō tenetur præses Imperatori scribere, sed statim cōdemnatū punire debet, & postea scribere hoc Imperatori ad suam excusationem. Sed pone cp aliquis fuit damnatus illicite: vtputa, decurio fuit damnatus ad bestias? certe non fit eius testamentū quod prius fecerat, irritum: quia sententia non valuit ipso iure. & idem est in testamento eius damnati qui non erat de iurisdictione præsidis. Item scias quòd præter illos casus quos dixi in princ. huius. §. est & alius in quo testamentū fit irritum: vt in eo qui etiam post mortem suam damnatus est crimine læsæ maiestatis, vel de crimine repetundarum. Item scias quòd quamuis fiat irritum testamentum eius qui ab hostibus capitur, vt dictum est: tamen si reuertatur ab hostibus, recipit testamentum vires suas. Item & si apud hostes decedat, confirmatur testamentum per. l. Cornel. quæ fingit eum mortuum prima hora captiuitatis. si ergo. l. Cor. fictio conualescere facit testamentum, & restitutio principis indulta ei qui capite damnatus erat, facit conualescere. [*FILII FAMILIAS.*] Filius meus viuit in militia principis: & ibi lucratus est castrense peculium: & postea reuersus est domum: sicque factus est veteranus: & me patre viuente fecit iure communi testamentum de dicto peculio. postea ego decessi, vel eum emancipaui. certe non irritatur testamentū eius. & idem est si dictus meus filius fecit testamentum in militia existens vel iure militari, vel iure communi. Viuianus.

a *Huiusmodi nepos.* qui nascitur ex filio mortuo post auum. aliàs secus: vt insti. de exhære. lib. §. posthumorum.

b *Ab intestato.* non ergo obstat iure intestati, id est, hęres omittens quod obstabat iure testati, scilicet si hæres adeat: quia excluditur nepos: vt infra, vnde liberi. l. scripto. Accursius.

c *Mortis.* scilicet testatoris: vt institu. de hære. ab intesta. §. ita demū. & infra, eo. l. posthumorum.

d *Ab intestato.* ratio secundi dicti.

e *Hæreditas.* vt insti. de hære. ab intest. §. cū autē quæritur. & insti. de legi. ag. suc. §. proximus. &. j. de suis & legi. l. post cōsanguinitatem. §. proxi.

f *Sed hæc ita.* facit infra, de suis & legiti. l. j. §. sciendum. &. l. Titius. & infra, vnde cog. l. j. §. si quis proximior. & quod not. institu. de hære. ab intest. §. cū autem quæritur.

g *Sed & si pater.* facit supra, tit. j. l. Gallus. §. quid si is. &. §. in omnibus. &. §. videndum. &. j. e. l. pe. Sed contra ad fi. huius. §. j. eo. l. sed nec. solu. ibi.

h *Quoniam datur.* vt C. de cap. l. j. & not. s. ex qui. cau. ma. l. ab hostibus. §. j. &. s. titu. j. l. Gallus. §. si eius. Acc.

i *Valeat.* potest enim esse cp non valeat aliquo liberorum præterito: vt supra, tit. j. l. fi. Accursius.

k *Quocūque.* siue per captiuitatem desierunt dico in potestate esse: siue per &c. Azo. & habeas ibi. §. irritum & non hic, siue &c. nec ibi, quoties &c.

l *Captus.* hic fit seruus hostium: & sic perdit ciuitatem & libertatem: vt supra, de capi. demi. l. fina. recipit tamen vires testamentum eo reuerso: vt infra, ead. l. §. quatenus. sed si ciuitatem tantum, vt deportatus, tunc idem: vt supra, de testa. l. eius. §. si cui. Idem si minimam capitis diminutionem sit passus: vt instit. quib. mo. testa. infir. §. alio.

* *Flo. cui ante eum alii non*

Irritum.] CASVS. Dictum est. s. eo. l. j. in vltimo respon. de vno modo quo testamentū fit irritum: nunc autē illam materiam de testamento irrito vult iurisconsultus altius pertractare: & de ea tractat per totā hanc. l. & seq. & vsq; ad. l. certū est. Et diuides hanc. l. hoc modo, vt ponas vnū casum vsq; ad. §. eius qui deportatur &c. Alium autē vsq; ad. §. hi autem omnes &c. Alium vsque ad. §. sed nec eorum &c. Alium autem vsque ad. §. quatenus tamē &c. Alium vsque ad. §. filiifami. qui cōtinuatur cum. l. nam si &c. Ponas ergo ita casum huius. §. irritum. Si post testamentū factum testator ab hostibus capiatur, vel passus sit testator se vēdi ad pretium participandū, vel sit damnatus capite, vel ad bestias, vel ad gladium, vel alia pœna quæ vitam ei adimat: fit testamentum eius irritum statim cum sententiā passus est: nec expectatur quòd per pœnam sit consumptus, nisi sit miles de militari delicto ad mortem damnatus, & in ipsa dānatione permissum sit ei testari. nam tunc non solum potest testari post sententiā contra se latam, sed etiam testamentū quod prius fecit, valet si dixit illud valere. Sed quid si aliquis à præside sententietur deportandus post factum à se testamentum? Certe irritum fit eius testamētum. hoc tamen intelligas cum Imperator comprobauerit sententiā præsidis latam super dicta deportatione, & non ante. nam cum præses sententiat aliquem deportandum, scribit hoc principi antequam sententiam executioni mandet: & principis responsio expectatur. & idem si præses interlocutus est scribendo principi de decurione puniendo, vel de puniendo filio, nepotéve decurionis post sententiam de eis puniendis à se præside latam. nam non statim lata sententia præsidis, est pœnæ seruus dictus decurio, vel filius, vel nepos eius: sed cum princeps comprobauerit per suas literas dictam præsidis sententiam: licet post sententiam à præside latam soleant recipi in carcerem dicti deportandi vel decuriones vel filij eorum & nepotes. vnde si ante responsionē principis

BIU Cujas

venum se dari passus sit[a] ad actum gerendũ prætiúmve participãdum. Sed & si quis fuerit capite damnatus, vel ad bestias, vel ad gladiũ, vel alia pœna quæ vitam adimit: testamẽtum eius irritum fiet: & nõ tunc cum cõsumptus est, sed cũ sententiam passus est[b] (nam pœnę seruꝰ efficitur[c]) nisi fortè miles fuit ex militari delicto[d] dãnatus. nã huic ꝓmittitur[e] *testari, vt diuus Hadrianꝰ rescripsit. & credo [ꝙ] iure militari[f] testabitur. Qua ratione igitur dãnato ei testari permittitur? [g] nũquid & si quod ante habuit factum testamẽtum, si ei permissum sit testari, valeat? an verò pœna iritũ factum, reficiẽdũ est? Et si militari[h] iure ei testãdũ sit: dubitari nõ oportet quin si voluerit id valere, fecisse id credatur.

Si damnatio suspenditur per rescriptionem principi factam, testamentum non rũpitur, etiam si reus decedat: nisi conscius criminis se occiderit. Bartolus.

℣ Eius qui deportatur, nõ statim[i] irritum fiet testamentum: sed cum princeps factum cõprobauerit. tunc enim & capite minuitur. Sed & si de decurione puniendo, vel filio, [h] nepotéve præses scribendũ principi[l] interlocutus est: non puto statim seruũ pœnæ factum, licet in carcere soleant diligentioris custodiæ causa recipi. Nec huius igitur testamentum irritũ fiet prius quàm princeps de eo supplicium sumendũ rescripserit. Proinde si ante decesserit, [m] vtique testamentum eius valebit, nisi mortẽ sibi cõsciuit. Nam eorũ qui mori magis quàm dãnari maluerint, ob conscientiã criminis: testãmenta irrita constitutiones faciunt, licet in ciuitate decedãt. Quòd si quis tædio vitæ, [n] vel valetudinis aduersæ impatientia, vel iactatione[o] * (vt quidã philosophi) [mortem sibi consciuerit:] in ea causa sunt, vt testamẽta eorũ valeant. Quam distinctionem in militis quoq; testamento diuus Hadrianus dedit, epistola[p] ad Pomponium Falconem: vt si quidẽ ob cõscientiam delicti militaris mori maluit, irritum sit eius testamentum. quòd si tædio vitę vel dolore, valere testamentum: aut si intestatò decesserit, [eius q] cognatis, [si sint:] aut si non sint, [r] legioni [s] ista sint vindicanda.

Testamentum damnatorum nõ rumpitur si est appellatum, siue appellatio fuerit recepta, siue non: nisi cum per appellationem executio non differtur. Bartolus.

℣ Hi autem omnes quorum testamenta irrita dãnatione fieri diximus, [t] si ꝓuocauerint, capite nõ minuũtur: atq; ideo neq; testamenta quæ antea fecerũt, irrita fient: & tunc testari poterũt (hoc enim sæpissimè est cõstitutũ[u]) nec videbuntur quasi de statu suo* dubitantes nõ habere testamẽti factionẽ. [x] sunt enim certi status, nec ipsi de se interim incerti. [y] ℣ Quid tamen, si appellationẽ eius præses non recepit, sed imperatori scribendo, pœnam remoratus est? Puto hunc quoque suũ statum interim retinere, nec testamentum irritum fieri. Nã vt est oratione diui Marci expressũ, tãetsi prouocantis, vel eius pro quo ꝓuocatur, appellatio nõ fuerit recepta: pœna tamen sustinẽda est quoad princeps rescripserit ad literas præsidis, & libellum[z] rei cũ literis missum: nisi fortè latro manifestus [sit,] vel seditio prærupta, factioq;[a] cruẽta, vel alia iusta causa, quã mox præses literis excusauerit, [b] morã nõ recipiat: *nõ pœnę festinatione, sed pręueniẽdi periculi causa. tũc enim punire permittitur, [c] deinde scribere.

Sententia nulla testamenti factionẽ non tollit. Bartolus.

℣ Quòd* si quis fuerit damnatus illicitè, [d] pœna non sumpta: [e] an testamentũ eius irritum fiat, videamus, vtputa decurio ad bestias: an capite minuatur, testamẽtumq; eius irritum fiat? Et non puto: cũ sententia eum non tenuerit. [f] Ergo & si quis eum qui non erat iurisdictionis suæ, damnauerit: testamentũ eius non erit irritum: [g] quẽadmodũ est cõstitutum. Sed ne eorum quidẽ testamenta rata sunt, † sed irrita fient, quorũ memoria post mortẽ damnata est: vt puta ex causa maiestatis, [h] vel ex alia tali causa. [i]

a *Passus sit.* in quo quatuor sunt necessaria: vt not. ff. de de sta. ho. l. & seruorum. §. j. Accursius.

b *Passus est.* nam trahit hæc sententia statim ad se executionem: vt infra, de pœnis. l. qui vltimo. vt dicunt decretistæ de sententia excõmu. ADDITIO. No. hanc glos. quòd sententia excommunicationis trahit secũ suum effectum. & hoc est quod dicitur quòd excommunicatus trahit secum executionem: vt not. hic, & c. pastoralis. extra de appel. & de offic. ord. c. ad reprimendã. & vii j. qiiij. in fũma. de sen. excommunicatis cui. §. fi lib. vj. secũdũ Bal hic.

c *Seruus efficitur.* hodie nemo bene natus &c. vt in auth. de nup. §. quod autem. colla. iiij. Itẽ facit supra, de testa. l. eius. §. fina.

d *Delicto.* quæ multa sunt: vt. j. de re mili. per totum.

e *Permittitur.* si impetrauit à iudice cũ dãnaretur: vt. ff. de dona. inter virum & vxo. l. cum hic status. §. si miles. & adde quod not. C. de testa. mili. l. & militibus. & facit. j. de vetemili. succes. l. j. & ij.

f *Militari.* contra. C. de i offic. testi. l. si quãdo. Sol. ibi vt pagano, hic vt militi fuit concessum. & sic cuique suo iure testari concedi videtur: vel aliter vt ibi. Accursius.

g *Permittitur.* à iudice.

h *Si militari.* incipit respondere. & facit. j. de mili. test. l. idem erit dicendum. & l. ex militari. & l. idem & si pater. & infra, de leg. iij. l. si quis. in prin. §. j.

i *Non statim.* hoc cũ à præside. si autẽ à prefecto vrbis, statim: vt infra, de pœnis. l. ij. §. j. & de interdic. & releg. l. inter pœnas. & de le. iij. l. j. §. hi. Sed quare hoc, cum habeat merũ imperium? Respon. vt not. supra, de offic. præsi. l. illicitas. §. qui vniuersas. & facit infra, quando app. sit. l. j. in prin. Accursius.

k *Filio.* decurionis. & nepote qui idem habent priuilegium: vt infra, de pœnis. l. moris. §. istæ ferè.

l *Principi.* quod facere, non ipse punire debet: vt infra, de pœnis. l. diui fratres. §. decurionibus. & de bo. eo. l. ij. sic & aliàs principis sentẽtia seruatur: vt. C. vbi sena. vel clarissimi. l. quoties. Ac.

m *Decesserit.* etiam in carcere: vt supra, de testa. l. sciendum. §. fi. & l. si quis post. & infra, de iure fisci. l. in fraudem. §. j. & §. fi.

n *Tædio vitæ.* vt fecit Dido.

o *Iactatione.* vt fecit Empedocles. [a] Io.

p *Epistola.* aliàs, epistola: aliàs, epistolam. & subaudi, mittens. & facit. j. de re mili. l. omne. §. qui se. & de bo. eo. l. iij. & C. qui test. fa. pos. l. iij. & quod ibi no. & j. ad Silla. l. j. §. si quis non metu. Accur.

q *Eius cognatis.* vt infra, de vete. mili. succ. l. j. & ij.

r *Non sint.* aliquì cognati. Accursius.

s *Legioni.* in qua militabat: vt. C. de hære. decur. l. ij.

t *Diximus.* ff. ea l. §. irritum. Accursius.

u *Constitutum est:* vt. ff. de test. l. qui à latronibꝰ. §. fi. & arg. j. de pœnis. l. ij. §. fin. & j. ad Turp. l. j. in fin. & ff. de iis qui no. infa. l. furti. §. j. & qui satisda. cog. l. sciẽdum. §. si fundũ. Item facit. j. de accu. l. pe. & de solu. l. reo. & an per aliũ causæ app. l. ij. & supra, de procu. l. qui proprio. §. item.

x *Factionem.* vt. ff. de testa. l. de statu.

y *Incerti.* s. interim: vt statim subiicit, non respectu futuri.

z *Libellũ.* repete, ad. & facit. j. nil noua. l. j. & de app. reci. scilicet sciendum.

a *Factioq;* hoc semp in malã partẽ ponitur.

b *Excusauerit.* i. explanauerit excusando quod fecit. i. excusãdo se ꝙ statũ imposuit pœnã. aliàs, accusauerit.

c *Permittitur.* non enim oportet tũc deferre appellationi: vt. j. de app. constitutiones. & C. quorũ app. nõ reci. l. ij. & arg. C. de offic. præfe. prẽto. Oriẽtis. l. si quos. & j. de re mili. l. ij. Arg. cõtra ad hoc xj. q. ij. si episcopus.

d *Illicite.* statim ponit exemplum.

e *Sumpta.* in præsenti: vt fuit. ff. pxi. respõ.

f *Non tenuerit.* cõmutabiliter. tenuit quidẽ, sed tamẽ cõmutari potest à principe, non ab eo qui eã tulit: vt. j. de pœnis. l. moris. §. iste. v

g *Nõ erit iritũ.* sic. C. si à non cõpe. iudi. l. fi. & ne de sta. defun. l. si pater. & infra, de pœnis. l. ij. in fi. & ad hoc. ij. q. j. in primis.

h *Maiestatis.* cõtra principẽ vel rẽp. accusatus, vel animaꝰ vel armaꝰ est: vt. j. ad. l. Iul. maie. l. fin. & insti. de hær. & ab inte. §. per cõtrariũ.

i *Alia causa.* vt repetundarum:

a Idem & Calanũ Indum facit. esse auctor est. M. Cic. lib. de diuinatione. l.

Flo. sui

Flo. recipiant

Appellationi nõ semper deferẽdum est.

Flo. Quid

† *In nõnullis exẽplaribus legitur, rata sunt, quorũ memoria post mortẽ dãnata est: vtputa ex causa maiestatis, vel ex alia tali.*

BIU Cujas

tundarum: vt.j.de accusa.l.ex iudiciorum. Item hæresis: vt.C.de hæreti.l.iiij. Item apostatatus: vt.C.de apostat.l.apostatarum.

a *Diximus.* supra, eo.§.irritum.

b *Iure postliminii.* vt instit.quib.non est permis.facere testa.§.fi.

c *Lege Cornelia.* vt.d.§.instit.& supra, de testa.l.lege.

d *Conualescet.* vt arg. j.de bo.li.l.iij.§.si deportatus. & de leg.iij. l.j.§. si quis. &.C. de sen.pas.l.fi.

e *Ad testandum.* etiã quãtũ ad alia: vt instit. qui. non est permis.fa. testa. in princ. &.ſ. ad Macedo.l. ij. &.j. de fur.l.si quis vxori.§.j.

f *Emãcipatione.* quãdo videbatur magis dubitari: quia isto casu patitur capitis deminutionẽ, sed in superiori non: vt supra, ad Maced.l.si filius.§.fi.

† *Quid si principis indulgẽtia in testamento cõdẽdo interuenisset, quia hic dicit, per eius indulgẽtiã reconualescit quod ante non subsistebat: an sine eo vel eius cõsensu posit reuocari? dic quòd sic, p ea quæ no. Bart. in. l. omnium. in 4.not.C. de test.*

*Flo.faclũ test.

Flo.si miles

NAm similes.] CASVS. Titius in militia existẽs fecit testamentum iure communi, & instituit sibi Seium quem nõ poterat instituere nisi de iure militari: puta quia erat dictus Seius deportatus: & substituit ei Gaium quẽ iure cõmuni poterat instituere: & postea decessit post annũ quo fuit missus de militia. certe testamentum fit irritum quãtum ad primũ gradum prædictum. ea enim quę fiunt iure militari, non valent post annũ missionis: & ita Seius primo gradu institutus nõ habebit hæreditatẽ: sed Gaius in secũdo gradu institutus. Viuianus.

g *Nam si miles.* quidã habent, nã si: & continuant sic: Dixi veterani militis testamẽtum tenere etiã post annũ à die missionis, & etiã si emãcipatio interuenerit: sed hoc vbi iure cõmuni testatus est. nam si iure ciuili, id est, militari corã duobus vel tribus testibus &c. quod nõ placet: quia tunc post annum non valet in aliquo gradu: sed hæc lex vult cõtra. Dic ergo principium. l.si miles. & quòd iure ciuili, id est, communi. scilicet coram septem testibus fecit testamentum.

h *Militari.* vt deportatum: vt infra, de mili.testa.l.neque.§.j.

i *Secundo.* sic supra, titu.j.l.iij.§.j. Accursius.

CErtum est.] CASVS. Dictum est supra, eo.l.iij.iij. respon. quòd testamentum rumpitur si agnascitur testatori suus hæres non institutus ab eo, vel exhæredatus. certe hæc lex dicit esse idem si post testamentum testator adoptet vel arroget filiũ suum vel filiam: [FILIAM.] Titius habens filiam & nepotem ex filio mortuo, eos simul emancipauit: & postea fecit testamentũ in quo eos prætermit. certe non faciunt testamentum irritũ vel iniustum: quia vna emancipatione exiuerunt de potestate patris. illi autem soli faciunt iniustum, qui sunt in potestate. & non est vis in eo quod dicit vna: quia ita fuit de facto quòd eos simul emãcipauit, vt dixi. sed & idem esset si in diuersis temporibus eos emancipasset: quia semper non faciunt testamentum iniustum, cum nõ sunt in potestate patris eiusdemque aui ad nepotem. Viuianus.

† *Reuersorum ab hostibus, si sunt restituti per principem, testamenta reconualescunt. Bartolus.*

¶ Quatenus tamẽ diximus[a] ab hostibus capti testamẽtum irritũ fieri, adiiciendũ est, postliminio reuersi vires suas recipere iure postliminij:[b] aut si ibi decedant, lege Cornelia[c] cõfirmari. Ergo & si quis damnatus capite in integrũ indulgentia † principis sit restitutus, testamentum eius conualescet.[d]

Mutatione status in melius, testamẽtum non rumpitur. Bartolus.

¶ Filiifamiliàs veterani, sui iuris morte patris facti, *testamẽtum irritum non fieri constat. nam quantum ad testandum[e] de castrensi peculio, pro patrefamiliàs habendus est: & ideo nec emancipatione[f] irritũ fieri militis vel veterani testamentum, verum est:

Rupto primo gradu qui valet iure speciali, secundus qui dependet ex eo, nõ rumpitur. Bartolus.

VII. VLPIANVS libro decimo ad Sabinum.

NAm si *miles[g] iure ciuili testamentũ fecerit, & primo gradu hęredem eum scripserit quem iure militari[h] poterat, secundo[i] eum quem communi iure potest: & post annũ missionis decesserit: primus gradus irritus fiet, & à secundo incipiet [eius] testamentum.

Agnatione filii ciuilis rumpitur testamentum. Bartolus.

A in prin. & hoc nisi sit institutus ante adoptionem: vt supra, tit.j.l. filio.§.fina. quæ est contra. Accursius.

m *Vel nepos.* ex filio. nã ex filia sequeretur sui patris potestatem, non aui materni: vt instit. de pat.po.§.fi. Accursius.

n *Quia vna.* aliàs, vna cum: aliàs deest, cum. Item dic quòd dictio, vna, est aduerbium. q.d. simul cum emancipantur, exeunt. Vel dic quòd sit nomen adiectiuum de c. * Flo. mãcipatione. q.d. filia vna exit vna, & nepos alia emancipatione. sed in filiis exiguntur tres secundum antiqua tempora, quæ hic considerauit: hodie in omnibus sufficit vna: vt.C. de adop.l.fi. non ergo est hæc lex pro eis qui dicunt, emancipato filio per cõsequens videri nepotem emancipatum: quod reprobatur: vt.ſ. de adop.l.si nepos. nã nec hic quicquam de filio dicit.

VIII. IDEM libro vndecimo ad Sabinum.

CErtũ *est adoptione[k] vel adrogatione filij filiæve, testamentum rumpi: quoniam sui hæredis adgnatione solet rumpi.[l]

Præteritione filii vel nepotis emancipati, testamentum non rumpitur. Bartolus.

¶ Filia cùm emancipatur, vel nepos[m] (quia vna[n] [cum] emãcipatione *exeunt de potestate) testamentum[o] nõ rũpũt.

Per reuersionem testatoris ab hostibus, vel filii instituti, testamentum non rumpitur. Bartolus.

IX. PAVLVS libro secundo ad Sabinum.

SI pater ab hostibus capiatur, filio[p] manente in ciuitate: reuerso eo, [q] non rumpitur testamentum.[r]

X. IDEM libro primo ad Vitellium.

SEd nec filius[s] postliminio rediens rumpit patris testamentũ, vt Sabinus existimauit.

Per secundas tabulas vacuas primæ non rumpuntur.

XI. VLPIANVS libro quadragesimosexto ad Edictum.

SI binæ tabulæ proferantur diuersis temporibus factæ, vnæ prius, aliæ postea, vtręque tamen septem testium signis signatæ, & apertę posteriores vacuæ inuentæ sint, id est, nihil scriptum habentes omnino: superius testamẽtũ nõ est ruptũ: quia sequens nullum est.[t]

sed retẽto eodem casu, si filius fuit captus ab hostibus, & pater in ciuitate remansit, & postea reuertatur dictus filius: non facit iniustum testamentum prædictum, cum in eo fuerit institutus. Viuia.

p *Filio.* instituto à patre. Accursius.

q *Eo.* scilicet patre. Accursius.

r *Testamentum.* quod fecerat pater ante captiuitatem. nam si in captiuitate, non valeret: vt supra, de testa.l.eius. Azo. Alij dicunt filium fuisse testatum patre capto, quod nõ rumpitur reuerso patre post mortẽ filij. quod non placet: quia non potest testari, cum sit incertus sui status: vt infra, vnde legi.l.ij.§.si decesserit. Aliud in filio deportati. quod dic vt nota. C. de senten.pa.l.fi. Accur.

s *Sed nec filius.* subaudi, institutus. & sic non obstat.ſ. eo.l.si quis filio exhæredato.§.sed si pater. in fi.§. Accursius.

Si binæ.] CASVS. Titius fecit testamentum in scriptis: & fecit illud signari signis septem testium: & instituit in eo sibi hæredem Seium: postea stetit per annũ, & accepit quandã chartam non scriptam, & fecit eam signari septem testium signis, volens dare forte intelligere consanguineis suis vt aliud testamentum faceret in scriptis ad eorum vtilitatem. Certe hæ secũdæ tabulæ non rumpunt primas: quia secundæ sunt nullæ, & nihil valent. Viuianus.

t *Nullum est.* quia non est ibi testatio mentis: quod est necesse vt.ſ. de testa.l.j. & facit instit. quib. mo. test. infir.§.j. & supra, ad Vell.l. quamuis.§. si conuenerit. & infra, de adi. lega.l. & si transferam. & instit. quib. mo. tol. obli.§. præterea. Hug. &.ſ. tit. j.l.si filius. Accursius.

BIU Cujas

Posthumus.] CASVS. Titius habens vxorem prægnantem fecit testamentum: & fecit illud signari septem testium signis: & instituit sibi Seium extraneum hæredem, & præteriit ventrem vxoris. postea viuēte dicto Titio vxor sua peperit: & sic ruptum fuit testamentum. & postea ante dictum Titium patrem decessit dictus posthumus. certe quāuis hæres in dicto testaméto institutus non potuisset habere hæreditatē de iure ciuili vel bo. pos. de iure prætorio, si dictus posthumꝰ vixisset post morté patris, eo quod dictum testamentū per dictū posthumū ruptum est, vt dictum est: tamē qa decessit posthumus ante patrem, videtur nec natus. vnde institutus habet hæreditatem vel bonorum pos. & legatarij quibꝰ fuit legatum in dicto testamento, legata sua cōsequentur. Et quod dictum est in testaméto rupto, habet locum in testamento iniusto, & in testaméto irrito. Et in testamento iniusto ita pone exemplū: Dictus Titius habens filium in potestate, instituit sibi hæredē Sépronium consanguineum suum, & dictum filium præteriit: & sic est testamétum suum, scilicet Titij, iniustū, siue ipso iure nullum: vt ff. eo. l. j. postea decessit dictus filius ante patrem. certe perinde erit, ac si nunquā fuisset dictus filius in rerū natura. & sic dictus Sépronius habebit hęreditaté vel bo. pos. qui quidē Sempronius habuisset hęreditatem ab intestato si dictus filius nunquā fuisset in rerū natura, & dictus Titius intestatus decessisset. secus autem si dictus Sépronius nō fuisset ita cōiunctus testatori vt dictum est, quia tunc haberet hæreditaté vel bo. poss. licet filius qui fecit esse iniustum testamentum, decesserit ante patrem. Alij dicunt, quod siue erat ita coniunctus testatori Sépronius, siue non, semper debet habere hæreditatem. & in litera subaudiunt hic, maxime. In irrito autē ita pone exēplum: Pone quod dictus Titius fecit testamentum: & in eo instituit dictum suū cōsanguineum, cum nō haberet filium natum vel nasciturū. postea fuit idē Titius captus ab hostibus, vel passus est se vendi ad pretium participandum, vel fuit damnatus capite, vel ad bestias, vel ad gladium, vel ad aliam pœnam quæ vitam adimit: vt. ff. eo. l. si quis. §. irritū. vel fuit deportatus: vt. d. l. si quis. §. eius qui. vel etiā post mortem suam fuit damnatus. l. Iul. maiest. & d. l. si quis. §. sed nec. quibus omnibus casibus testamentum constituitur irritum: & ante mortem suam indulgentia principis restitutus est dictus testator: & postea decessit: vt. d. l. si quis. §. quatenus. vel ante morté suam appellauit, & postea decessit. certe habebit dictus institutus hæredi. vel bo. pos. & tenebitur legatariis legata præstare, quamuis dictam hæredi. vel bo. pos. habere non potuisset si nó fuisset restitutus testator, vel si non appellasset. [*SI PAGANVS.*] Titius fecit testamentum, & instituit sibi hæredē Seium: & multa legauit quibusdā: & seruo suo libertaté dedit. postea fecit secundum testamentū, & instituit sibi hæredē Gaium: & fidei eius Gaij cōmisit vt prius testamentū valeret. Certe nihilominus est ruptū prius testamentum: sed omnia quæ in eo continentur, possunt per fideicō. peti à Gaio scripto in secundo testamento. Viuianus.

a *Videatur.* vt. ff. eo. l. iij. §. ex his. Accursius.

b *Signatum.* ad quod. C. de secun. tabu. l. ij. Hug.

c *Hereditatemq;.* aliàs, remq;. Sed cōtra. C. de posthu. hære. inst. l. ij. Sol. ibi post morté defuncti decessit, hic in vita. vel aliter, vt ibi dixi. Item cōtra instit. de exhær. lib. in prin. Sol. ibi in nato tēpore testamenti: hic post. Item contra. ff. eo. qui vxorem. Solu. vt ibi. Accur. ADDITIO. Dic secundum Bar. hic quod ibi de-

Testamentum ruptū posthumi agnatione, eo decedente viuo testatore reconualescit de iure prætorio. Idē si filius iā natus præteritus viuo testatore decedat, vel impedimētum capitis deminutionis tempore mortis cessauerit. Bartolus.

XII. IDEM libro quarto Disputationum.

POsthumus præteritus viuo testatore natus decessit. Licet iuris scrupulositate, nimiáque subtilitate testamētū ruptum videatur: [a] attamen si signatum [b] fuerit testamentum, bonorū possessionē secundum tabulas accipere hæres scriptus poterit,* hæreditatemq; [c] obtinebit, [d] vt & diuus Hadrianus & imperator noster rescripserunt. Idcircoq; legatarij, & fideicōmissarij habebūt ea quæ sibi relicta sint, [e] securi. Idem & circa iniustum [f] & irritum [g] testamentum erit dicendum, si bonorum possessio data [h] fuerit ei qui rem ab intestato auferre possit.

Testamentum primum confirmatum per secundum valet iure codicillorum. Bar.

ℱ Si paganus qui habebat iam A cessit post mortem fictam. & sic ratio est eadem sicut quādo decessit post morté veram. & hoc quod dicitur de decedente posthumo post mortem, intellige quando decessit in tali ætate quod testamentum post mortem approbare non potest. si enim posset approbare, & approbaret, esset idem quod in filio iā nato. de quo per Bar. in. l. filio præterito. ff. eo.

factum testamentum, aliud fecisset, & in eo comprehēdisset fidei † hæredis committere, [i] vt priores tabulæ valerent: omnimodo prius testamētum ruptū est. quo rupto potest quæri, an vice codicillorū id valere deberet, cum & hęc verba sint fideicommissi? Et sine dubio vniuersa quæ illic scripta sunt, in causa fideicommissi erunt, non solum legata, & fideicommissa, sed & libertates, [k] & hæredis institutio. B

Filio sublato de medio, nepos tenet locum sui: & testamentum rumpitur si non reperitur institutus vel exhæredatus. Bar.

XIII. GAIVS libro secundo Institutionum.

POsthumorum loco sunt & hi qui in sui hæredis loco succedendo, quasi adgnascendo, fiunt parentibus sui hæredes: vt ecce, si filiū, & ex eo nepotem neptémve in potestate habeam: quia filius gradu præcedit, is solus [l] iura sui hæredis habet: quamuis nepos quoq; & neptis ex eo in eadē potestate sint. Sed si filiꝰ meꝰ me viuo [m] C

d *Obtinebit.* iure prętorio, non ciuili.

e *Relicta sint.* cōtra. †aliàs, addit. ff. de leg. ij. si quis testamento. Solu. ibi de rigore: hic de æquitate. Vel illud in filiis ab intestato venientibus. ar. ff. de leg. ij. l. Celsus. §. fi. hic in extraneo vēniēte ab intestato: quia in codicillis fuerat hęreditas relicta per fideicōmissum: vel veniēte ex testaméto per secun. tab. secundum Azo. & Hug. & facit. ff. tit. j. l. si à primo. & l. si posthumus. ij. respon. & ff. de codicil. l. conficiūtur. §. si quis post. in fi. §. & ff. de fideicō. liber. l. si pater duos. & ff. ad Trebel. l. cū hæres instituta.

f *Iniustum.* id est nullū.* quod est filio præterito: vt est exemplū. ff. eo. l. filio. * *Iniustum testamētū hic dici, in quo desunt solēnia: irritū autem, ex quo hæres nō adierit, putat Alciat li. 1. Para. ca. 8.*

g *Irritum.* per capitis deminutionē testatoris qui postea fit sui iuris: vt inst. qui. mo. test. infir. §. non tamen. & quod subiicit, si bo. pos. scilicet cōtra tab.

h *Data.* i. delata fuit ei. ff. filio præterito. nō tamē eā voluit: sed renuit, qui &c. & secundū hoc refert se tantū ad iniustū, nō ad irritū hic ver. si bonorū &c. secundū Azo. Alij referūt ad vtrūq;, & dicūt, si bo. pos. secundū ta. fuerit delata. sub. & accepta, ei. ff. heredi scripto, q rē &c. sub. maxime. erat enim forte alius filiꝰ instit. tus, & alter pręteritus: vt &. §. ti. j. l. j. fi. sed præteritus nō vult. & secúdū hoc dic auferre ab extraneis, vel etiā à fratre, ꝑ parte. Ac.

i *Fidei hæredis committere.* scilicet se. Accursius.

k *Libertates.* scilicet directæ: & institutio trahitur ad fideicom. vt. ff. de mili. testa. l. quærebatur. & facit insti. qui. mo. testa. infir. §. sed si quis. & ff. ad Treb. l. si quis priore. & ff. de hære. instit. l. fi. & quod nota. supra, de iis qui not. infa. l. furti. §. j.

Posthumorū.] CASVS. Nó solū dicuntur posthumi illi qui nascuntur post morté testatoris, vel in vita. post testamētum tamen factū: vt. ff. e. l. posthumi. sed etiā illi qui sunt nati ante testamentum parētum: fiunt tamē parētibus sui hæredes succedēdo in locum sui hæredis. de quo ita ponas exemplum: Filiū & ex eo nepté vel nepoté in potestate habeo. certe quāuis nepos nel neptis prędicti sunt ita bene in potestate mea sicut filius: tamē filius prędictus præcedit eos quātū ad me gradu: & ita ipse solus habet iura sui hæredis. si ergo dictus meus filius moriatur me viuo, aut exeat de potestate mea qualibet alia ratione, incipit dictus nepos & neptis succedere in locum filij: sicq; iura suorū hæredum nāciscuntur quasi per agnationē: & ita fiunt mihi loco posthumorū. sicut ergo teneor instituere filium existēté adhuc in mea potestate, vel exhęredare si volo valere testamētum meum: ita teneor instituere vel exhæredare dictum nepoté & nepté si volo testamētum meum ab eis nō rumpi eis tali modo (vt dictū est) succedentibus mihi in loco suorum hæredum. hoc dicit. Viuianus. D

l *Is solus.* vt insti. de hæred. ab inte. §. ita demum. & ff. de contra tab. l. illud. §. j. & insti. de hære. qua. & dif. §. fui. Accursius.

m *Viuo.* demum. secus si postea: vt. ff. eod. l. si quis filio. j. respon. nisi apud hostes filius decesserit: vt. d. l. si quis filio. §. sed & si pater. & ff. tit. j. l. si quis posthumos. §. diuersum. & C. de inoffic. test. l. si quis filium. & per hoc differt hic nepos ab ascendentibus, puta patribus defunctorum: qui patres & post mortem filij sui succedunt in locū nepotū, & irritant filij testamentū: vt. ff. de inofficio. testa. l.

Pater filii testamentū irritat.

BIU Cujas

testa l. pater filium. non adgnascendo, sed per cótra tab. vt ibi no. Sed illud forte speciale est in patre: quia eundem gradum obtinet ad filium, quem nepos ad eundem filium, scilicet primum. non ita in auo quod in patre: sed erit idem quod hic & in nepote, vt non rumpat. nam non erat necesse eum instituí vel exhæredari, cum alius eum præcederet: vt arg. supra. e. l. si quis filio. j. respon.

a *Alia ratione.* vt per deportationem: vt. ſ. ti. j. l. Gallus. §. & quid si tantum. vel per maximam capitis deminutionem, vel etiam minimam, vt per emancipationé: vt. d. §. dicitur.

b *Prouisum est* secundo capite, quod de vtroq; viuo tempore testamenti dicit: vt. ſ. tit. j. l. Gallus. §. nũc de lege. in fi. §. &. §. qd si is qui filium. in fi. §. Nec obstat. §. ille casus. vbi dicit posteriori capite, scilicet. l. Velle. nó p-
Flo. rũpat mitti instituí: quia verum est expresse, sed ta cite sic. vel aliter vt ibi plene not. Item contra in ea. l. §. in omnibus. Sed expone vt ibi. & facit inst. de exhære. libe. §. posthumorum. & C. de lib. præte. l. ij. & supra, de testa. tute. l. si hæreditas. §. j.

SIita.] CASVS. Dictum est. ſ. eo. l. iij. quod ad hoc vt valeat testamentũ meum, necesse est quod instituá vel exhæredem posthumum meũ in mea pote
Hal. tollit negationem state futurũ. aliàs rumpitur eo nato testamentum meũ. Modo pone quod ita dixi, si filiꝰ vel filia natus vel nata sit, exhæres esto. post testamentum prędictum factum, vel in vita, vel post mortem meam natus filius & filia certe non rumpit testamentum: quamuis sub conditione sint exhæredati. nam talis conditio intelligitur etiam si non exprimatur. Viuianus.

c *Si filius.* Sed nonne hæc exhæredatio sub cõditione est facta: ergo nulla: vt. ſ. tit. j. l. iij. ſ. j? Rñ. conditio hæc cum tacite intelligatur inesse, etiam apposita pro non scripta habetur: & ideo pura videtur exhęredatio: vt. j. de condit. & demõ. l. aliquando. & quãdo dies le. ce. l. si Titio. §. fi. &. j. de hęre. insti. l. iã dubitari. Azo.

d *Natus.* secus si dixerit: si filiꝰ mihi nascetur, exhæres esto. quia filia nata rumpitur testamentum: quia inuenit se præteritam, non exhæredatam: vt. j. de ventre in poſſ. mit. l. j. §. quare & si ita.

e *Vtrisque natis.* diuisim potest ntelligi. i. vno filio nato nó rũpitur testamentum, vel filia nata non rumpitur testamentũ. sic ponitur. C. de bo. quæ lib. l. fi. §. ipsum autẽ. sed vtroq; nato rũpetur: vt arg. ſ. ti. j. l. ij. & l. cómodissime. vel dic, etiá vtroq; simul nato nó rũpi. ar. ſ. ti. j. l. si ita scriptũ sit. Azo. &. j. ti. ij. l. Titius & Seius. &. ſ. quod fal. tut. aucto. l. j. §. j. & facit. ſ. de testa. tut. l. si qs ita. §. j.

QVi vxorem.] CASVS. Titius Bononiensis habens in ciuitate vxorem prægnantem fecit testamentum, & instituit sibi hæredem Seium, & posthumum præteriit. postea fuit ab hostibus captus: & ita irritum est factum dictum testamentum eius: vt. ſ. eo. si quis. §. irritum. & eo existente apud hostes natus est ei in ciuitate dictus posthumus: qui quidẽ posthumꝰ rumperet testamentum patris si pater remansisset in Bononia, & ab hostibus captus nó fuisset. nunc autẽ non rumpit, cũ iam irritum sit, vt dictum est. postea decesit dictus posthumus in ciuitate. & postea mortuus est pater apud hostes: & sic confirmatum est dictum eius testamentum per. l. Corne. quæ fingit eum mortuum prima hora moriatur, aut qualibet [alia] ratione[a] exeat de potestate mea: incipit nepos neptísve in eius loco succedere, & eo modo iura suorũ hæredũ quasi adgnatione nanciscũtur. Ne ergo eo modo rumpat mihi testamentum: sicut ipsum filium, vel hæredem instituere, vel exhæredare nominatim debeo, ne nó iure faciã testamentũ: ita & nepotẽ neptémve ex eo necesse est mihi vel hæredẽ instituere, vel exhæredare: ne fortè me viuo filio mortuo, succedendo in locũ eius nepos neptísve quasi adgnatione rumpant* testamẽtum. ídque lege Iunia Vellea prouisum est[b].

Legitur duobus modis. primo si exhæredaui masculum, & natus est masculus, non rumpit testamentũ. Item si exhæredaui fœminam, & nata est fœmina. & sic diuersimodè intelligitur. Secundo modo legitur quod testator exhæredauit per hæc verba: si filius masculus natus natave sit. tunc illud, ve, accipitur pro, &: & vtrisque natis testamentum rumpitur. Bartolus.

XIIII. PAVLVS libro singulari de Adsignatione libertorum.

SIita facta sit exhæredatio, *Si filius*[c] *natus*, [d] *natáve sit, exhæres esto*: vtrisque natis[e] non* rumpitur testamentum.

Statim cum posthumus nascitur, etiam patre viuo apud hostes, testamentum rumpitur: nec reconualescit filio interim decedente. Bartolus.

XV. IAVOLENVS libro quarto Epistolarum.

QVi vxorem prægnantẽ habebat, in hostiũ potestatẽ peruenit.[f] quæro, filio nato, quo[g] tempore testamentũ in ciuitate factũ rũpatur? & si filius ante moriatur quã pater: [quæro,] an scripti hæredes hæreditatẽ habituri sint? Respõdi: nõ puto dubium esse quin per legem Corneliam (quæ de confirmandis eorũ testamentis qui in hostium potestate decesisisent, lata est) nato filio, cõtinuo eius testamentum qui in hostiũ potestate sit, rũpatur. sequitur ergo vt ex eo testamento hæreditas ad neminem perueniat.

Per secundum testamentum in quo hæres est institutus purè vel sub cõditione, primum rumpitur: nisi conditio sit talis per quam secundum testamentum statim reddatur nullum. Bartolus.

XVI. POMPONIVS libro secundo ad Quintum Mucium.

CVm in secundo[†] testamento hæredem eum qui viuit,[h] instituimus: siue purè, siue sub conditione: si tamen conditio existere potuit,[i] licet non extiterit, superius testamentum erit ruptum. Multum autẽ interest, qualis conditio posita fuerit. Nã aut in præteritũ concepta ponitur, aut in præsens, aut in futurũ. In præteritũ cõcepta ponit, veluti, *Si Titius* quarto Epistolarum.

QVi vxorem prægnantẽ habebat, in hostiũ potestatẽ peruenit.[f] quæro, filio nato, quo[g] tempore testamentũ in ciuitate factũ rũpatur? & si filius ante moriatur quã pater: [quæro,] an scripti hæredes hæreditatẽ habituri sint? Respõdi: nõ puto dubium esse quin per legem Corneliam (quæ de confirmandis eorũ testamentis qui in hostium potestate decesisisent, lata est) nato filio, cõtinuo eius testamentum qui in hostiũ potestate sit, rũpatur. sequitur ergo vt ex eo testamento hæreditas ad neminem perueniat.

Per secundum testamentum in quo hæres est institutus purè vel sub cõditione, primum rumpitur: nisi conditio sit talis per quam secundum testamentum statim reddatur nullum. Bartolus.

XVI. POMPONIVS libro secundo ad Quintum Mucium.

CVm in secundo[†] testamento hæredem eum qui viuit,[h] instituimus: siue purè, siue sub conditione: si tamen conditio existere potuit,[i] licet non extiterit, superius testamentum erit ruptum. Multum autẽ interest, qualis conditio posita fuerit. Nã aut in præteritũ concepta ponitur, aut in præsens, aut in futurũ. In præteritũ cõcepta ponit, veluti, *Si Titius* post mortem fictam natus, sicq; ruptum non restituitur: vt. C. de posth. hære. l. ij. &. iij. Alij subaudiunt, eo tempore quo &c.

CVm in secundo.] CASVS. Instituí mihi hæredem Gaium in testamento meo: postea feci secundum testamentum, & instituí mihi Seium in eo, siue pure, siue sub imposibili conditione, siue sub conditione quæ posit existere. Certe prius testamentum erit ruptum. Est tamen differentia inter conditiones appositas in institutione hæredis in secundo testamento instituti: quia aut est apposita in præteritum hoc modo, si Titius consul fuit, instituo mihi hæredem Seium. & tũc si Titius consul fuit, valet secundum testamentum, & rumpitur primum. aliàs non. aut est in præsens hoc modo, si Titius consul est, instituo mihi hæredem Seium. & certe si Titius consul est, valet secundum testamentũ, & rumpitur primum. aliàs non. non autem in futurum: puta hoc modo, instituo mihi Seium si Titius consul erit. & tunc valet secundum testamentum, & rumpitur primum, siue existat conditio, siue non. nam existere potest. si autem dixissem in secundo testamento, instituo mihi Seium hæredem si Titius digito cœlum tetigerit: tunc habetur pro pura institutio propter imposibilẽ conditionem. & sic valet testamentũ secundũ, & rumpitur primũ. Vi.
h *Viuit.* maxime, subaudi. nam idem si posthumum. Vel dic, ideo dicit, quia secus si iam mortuus: sicut si nó capacẽ: vt. j. de iis qui. vt indi. l. cum quidam. Azo.

i *Potuit.* hoc expone: vt. ſ. eo. l. j. H. Item exigitur & hoc vt tale fuerit secũdũ testamẽtũ quod hæreditas potuerit adiri de iure ciuili. si enĩ nó de iure ciuili, licet de iure ptorio potuerit, nó tamẽ rũpetur superius: vt. ſ. ti. j. l. si filius qui in potestate. &. j. e. filio. secundũ Io. & facit. j. de adi. le. l. & si. & insti. qui. mo. test. infir. §. j.

Si nato

a *Si vera est.* i. si verum est quod ea conditione innuitur.
b *Quòd si ad præsens.* facit. ff. si cer. pe. l. cum ad præsens. & l. seq. & j. de verb. obli. l. conditio. & instit. de verb. obli. §. cõditiones. & j. de cõdi. insti. l. institutio. §. fi. Sed videtur huic. §. contra. j. de hære. insti. l. si Mæuia. Sed refert, conditio de præsenti vel præterito sit falsa vt hic: an nugatoria, vt ibi. Item contra. j. de le. ij. l. si ita quis in testamento. Sed illud est propter largã & amplã significationẽ illius verbi, potest. Itẽ contra. j. de condit. & demon. l. cũ ita legatũ. §. penul. Sed illa est de futuro, licet implicet quoddã præsens quod est falsum, & ita impossibile. & ſ illa refert potius, si conditionaliter, aut causatiuè: vt. j. de condi. & demon. l. denio. stratio falsa. §. itẽ si fundum. At hic intelligendum est etiã de ea quæ vera est conditio de præsenti, vel præterito: non de ea quæ implicetur in cõditione, vel in parte conditionis. H.
c *Si fit.* scilicet Titius consul.
d *Non fit.* ergo prius rumpitur secundũ Io. & est argu. j. de condi. insti. l. fi. & de cõdi. & demon. l. obtinuit. & instit. de hære. instit. §. ſposibilis. & adde hic quod ibi not. Vel dic, primum nõ rumpi, arg. j. de iis quib' vt indig. l. cum quidam. &. §. ea. Fl. §. j. & ij. H.

tius consul fuit. quæ conditio si vera est, [a] id est si Titius consul fuit, ita est institutus hæres, vt superius testamentum rumpatur: tum enim ex hoc hæres est.* si verò Titius consul non fuit, superius testamentũ nõ est ruptum. Quod si ad præsens [b] tẽpus conditio adscripta est hę rede instituto, veluti, *Si Titius consul est.* eundẽ exitũ habet: vt si sit, [c] possit hæres esse, & superius testamentũ rũpatur. si non sit: nec possit hæres esse, nec superius testamentũ rũpatur. In futurũ autẽ collatæ conditiones, si possibiles sunt, existere potuerũt:* licet non extiterint, efficiũt vt superius testamentũ rũpatur, etiã si nõ extiterint. Si verò impossibiles sunt, veluti, *Titius si digito cœlum tetigerit, hæres esto*: placet perinde esse quasi conditio adscripta [testamẽto] non sit, [d] quæ est impossibilis.

Filio præterito relicta in testamento nõ debentur: nisi filius ius suum omiserit. Bar.

XVII. PAPINIANVS libro quinto Responsorum.

FIlio [e] præterito qui fuit in patris potestate: neq; libertates competunt, neque legata præstantur, si præteritus [à] fratribus [f] partẽ hæreditatis auocauit. Quòd si bonis se patris abstinuit: licet subtilitas iuris refragari videtur, attamen voluntas testatoris ex bono & æquo tuebitur. [g]

Si extraneus institutus incipiat esse suus, institutio non vitiatur. Bartolus.

XVIII. SCAEVOLA libro quinto Quæstionum.

SI qui hæres institutus est, à testatore adrogetur: potest dici satis ei factũ: quia & antequã adoptetur, institutio, vt in extraneo, locum habebit. [h]

Causa testati non trahit ad se causam intestati, si testator prohibuit. secus si non prohibuit. Bartolus.

XIX. IDEM libro sexto Quæstionum.

SI ego & Titius instituti simus, & à nobis [i] posthumus exhęredat' sit, à substitutis nostris non sit exhęredatus: Titio defuncto ne ego quidem adire potero. iam enim propter instituti personã, à quo posthumus exhæredatus est, in cuius [k] locũ substitutus vocatur, [l] à quo posthumus exhæredatus non hæres adhuc viuat, non potest adire sine me, nec ego sine eo, sed simul possumus adire: quia si ego adirem solus, ipse posset postea repudiare suam partẽ: vt pars per eum repudiata deferatur dicto eius substituto à quo posthumus fuit præteritus: & ita rũperetur totum testamentum, vt dictum est: & sic eueniret inconueniens scilicet quod auferretur mihi pars mea quam adiuissem: & idem esset si ipse Titius adiret solus pro sua parte, & ego postea repudiarem meam: & hoc dicit principium & finis huius. l. mediũ autem responsum ponit talem casum: Pone retento casu in princi. l. posito quod ego & Titius meus cohæres fuimus inuicem substituti: & in substitutione fuit præteritus dictus posthumus: postea dictus Titius decessit antequam adiret pro sua parte, vel repudiauit. nunquid ego possum adire, & esse ex asse hęres? Et dicitur quod sic, non obstante quod dictus posthumus fuit præteritus à dicta nostra substitutione: quia egomet qui fui substitutus cohæredi meo, possum adire ex institutione de me facta, à qua institutione posthumus fuit exhæredatus, vt dictum est. ita valuit. Viuianus.

i *A nobis.* tantum hoc expresso: vel intra gradum facta exhæredatione. alioquin ab omnibus videtur exhæredatus: vt. §. titu. j. l. iij. §. ij. Accursius.
k *In cuius.* ſ. instituti: sed immo videtur non vocari: vt. C. de impub. & ali. substi. l. pe. contra. solu. vt ibi. *ADDITIO.* Dic quod ista gl. tex. ibi fuit facta substitutio vtrique: hic singulis. secundum Bar. sing. p quẽ
l *Substitutus vocatur.* b quia potior est me cohærede. præfertur substitutus enim substitutus coniuncte: sed aliàs quandoque habet plus con in legato iunctus quam substitutus: vt infra, de suis & legi. l. si ex pluribus. excluditur sed licet vocetur hic substitutus, non tamen est hæres: quia eius per filiũ legradus rumpitur: nec tamen patitur habere cohæredem. sic & a- gatarii. in liàs in vxore: & in authen. qui. mo. na. effi. sui. §. si quis autem l. generali defunctus. colla. vj. & infra, ad Tertvl. l. æquissimum. §. j. & l. ter. i fi. ver. ij. §. obiicitur. Item secundum hoc fallit regula tradita infra, de quæ ora. C. diuer. præ. l. de accessionibus. sicut & in turbone: vt supra, qui de instit. & po. in pig. ha. l. Claudius Azo. sub.

Ruptum

BIU Cujas

a *Ruptum est.* est enim hoc ideo, quia inuenitur exhæredatus à persona tantum: & ita non tenet exhæredatio: vt infra, tit. j. l. iij. §. ij. Item no. quod non potest rũpi pro parte: vt hic, & infra, de fideicommiss. liber. l. pater si duos. Idem per natum præteritum: vt supra, titu. j. l. fi. aliud in testamento inofficioso: vt supra, de inofic. testa. l. circa. Accursius.

a Fallit in testamento militis: vt plene dixi ĩ l. i. j. de milit. testa.

b *Puto.* quia non inuenitur persona à qua sit exhęredatus posthumus. Azo.

c *Adire poterit.* vt tene at sua aditio sic vt nec possit retractari. H.

d *Omittente.* id est, repudiante. Azo.

LVcius.] CASVS. Lucius Titius cũ esset sanus mẽte & corpore, fecit testamentũ, in quo hæredẽ sibi instituit Seium. postea factus infirmus mente & corpore illud incidit. & certe nihilomin⁹ valet. Viuianus.

e *Mente captus.* alioquin secus. quod dic vt no. C. de testa. l. nostrã. & facit. j. de secun. tab. l. j. §. si linum. & l. seq. &. §. semel. & infra, ti. j. l. j. in prin.

DE HIS QVAE in testamento delentur, inducuntur &c.

Quia per deletionẽ casſatur testamentum: ideo de hoc dicit.

Pl. adiri.

QVæ in testamento.] CASVS. Titius faciens testamentũ instituit sibi hæredem Seium, & dedit legata & libertates pone: & ante consummationẽ testamẽti deleuit ipse testator, & induxit vel scripsit nõ deberi quædam legata. quæritur, vtrũ debeantur an non dicta legata? Et distinguitur in hac. l. aut non erat testamentum consummatum: aut erat. Primo casu aut fuerunt inconsulto deleta & inducta, vel scriptum quod non debeantur: aut consulto. si inconsulto, & legi possunt: nihilominus valet. si autem consulto: non valent ipso iure. Si autem alius scripserit quod non debeantur, vel induxit vel deleuit sine iussu testatoris, pro nihilo est dicta scriptura vel inductio vel deletio. Quod autem dixi incõsulto deleta nihilominus valere si legi possunt: intelligas si oculo percipi potest quod scriptũ est. Si autẽ nõ possit legi, sed extrinsecus tantũ intelligas, non videtur legi posse: & ita non debentur. Ad hoc autẽ vt incõsulto deleta nihilominus valeant: sufficit si legi possunt, vt dictũ est: & hoc siue sint inducta ab ipso testatore, vt dictũ est: siue ab alio cũ voluntate testatoris. Itẽ hoc siue sint inducta pro parte, siue perducta in totũ. Si ergo testator scribat in vltima parte testamenti, lituras, inductiones, superinductiones ipse ego feci: nõ videbitur referri ad ea quæ inconsulto contigerunt. Si autem dicta incõsulto deleta legi non possunt, non debẽtur. Secundo casu. i. quando post consummationẽ testamẽti testator induxit vel deleuit legata, vel scripsit quod nolebat deberi: distingue similiter: aut consulto hoc fecit, aut incõsulto. Si consulto, non dicũtur legata valere ipso iure, sicut dictũ est in prima parte: sed petentes ea repelluntur per exceptionẽ. Si autẽ inconsulto, nõ repellerentur petentes: & hoc siue legi possunt, siue non: quanuis si ante consummationem testamẽti essent inducta, distinguatur legi possint vel non, vt dictũ est. Et est ratio: quia & si totũ non extaret testamẽtum incõsulto testatore, nihilominus valerent ea quæ in eo scripta essent: sed si ipse testator fecisset consulto non extare totum est: ruptum a est testamentum.

¶ Sed si ego & Titius inuicem substituti simus: quamuis quasi in partẽ substitutionis exhęredatus nõ sit: mortuo vel repudiãte Titio, me posse adire puto, b & ex asse hæredẽ esse. ¶ In prima tamen specie, & si viuat Titius: neq; ego sine illo, neq; ipse sine me adire poterit: c qa incertũ est an adhuc altero omittente d rumpatur testamentum. itaq; simul adire possum e.

Testamentũ inciſum à testatore non sanæmentis non rumpitur. Bartolus.

XX. IDEM libro tertio decimo Digestorum.

LVcius Titius integra mente & valetudine testamẽtũ fecit vti oportet: postea cũ in valetudinem aduersam incidisset, mente captus e tabulas easdem incîdit. Quæro, an hęredes his tabulis ĩstituti adire possint hæreditatem? Respondit secundũ ea quę proponerẽtur, non ideo minus adire* posse.

DE HIS, QVAE IN TEstamento delentur, inducuntur, vel inscribuntur.

TITVLVS IIII.

Primo ponit vnũ dictũ. Secundo exponit quodlibet verbum illi⁹ dicti per multas particulas. Secunda ibi, Legi autem Secũda subdiuiditur in multas particulas. Bar.

IVLIANVS libro quinto decimo ad Sabinum.

QVæ in testamento legi possũt, f ea inconsultò deleta & inducta, nihilominus valent: consultò, nõ valent. g Id verò h quod non iussu domini scriptum, inductum, deletúmve est, pro nihilo est. *Legi*, autẽm sic accipiendum [est:] non intellegi, i sed oculis perspici quæ sunt scripta. Cæterũ si extrinsecus k intelleguntur, non videbuntur legi posse. Sufficit l autem si legibilia sint inconsultò deleta siue ab ipso, m siue ab alio. Sed volentibus n * inducta accipiendum est, & si perducta sint. Quod igitur incautè factũ est: pro nõ facto est, si legi potuit.

Hic format vnã quæstionem circa præmissa. Bartolus.

¶ Et ideo & si nouissimè (vt sõlet) testamento fuerit adscriptum: *Lituras, inductiones, superinductiones ipse o feci*: nõ videbitur p referri ad ea quæ incõsultò contigerũt. Proinde & si inconsultò superscripsit q induxisse se, manebũt: & si ademit, r non erunt adempta.

Hic format aliam quæstionem circa præmissa. Bartolus.

¶ Sed si legi s non possunt quæ inconsultò deleta sunt: dicendum est nõ deberi. sed hoc ita demum, si ante consummationem testamenti factũ est. t

Hic facit vnam quæstionem circa id quod proxime dixerat. Bartolus.

¶ Sed consultò u quidem deleuntur. Azo.

A hæredi testamentum, actiones legatariis denegarentur. Sed pone quod dictus testator ademit dicto hæredi totũ illud in quo eum instituerat, eo quod ipse hæres condidit testamẽtum suum. certe iure videbitur ademptio facta, quasi nec data fuerit ei hæreditas adempta. Sed quid si in dicto testamento confirmauit codicillos fntur os, & postea fecit codicillos, & reliquit aliquid in codicillis: & postea deleuit ita male vt appareat quid reliquit: an debeatur relictum? Et certe non: quia codicilli non valent, cum sint à testatore deleti. Viuianus.

f *Quæ in testamẽto legi possunt.* post deletionẽ, sed si non possunt legi: tunc distinguitur, an ante consummatum, vt tunc nõ valeat: si post, sic: vt infra. ea. l. §. sed si legi. &. §. sed consulto. *Fa*

g *Non valent.* ipso iure, si ante testamentum consummatum factum sit. si postea, per exceptionẽ: vt. ĩ. videtur dicere. §. sed consulto. & j. de lega. j. l. si ita scriptum. & j. eo. l. iij. & de secun. tabu. l. si. §. testamento. Accursius.

h *Id vero.* redit ad primum. & dic, pro nihilo scilicet est quod inducit: sed scriptura inducta valet: vt modo in princip. &. ĩ. ibi, quod igitur incaute. & facit infra, de adimen. leg. l. nihil. &. C. de testa. l. si vnus. & quod ibi not. & C. de transa. l. penul.

i *Non intellegi.* scilicet tantum. Hugo.

k *Si extrinsecus.* alicuius ingenio, vel subtilitate sua: non ex ipsa litera, nec ex vi ipsius literæ: sed ex his forte quæ præcedunt in testamento, vel quæ se-

l *Sufficit.* redit ad primum casum.

m *Ab ipso.* scilicet testatore sicut deleta inconsulte.

n *Sed volentibus.* scilicet testatoribus. & dic, siue pro parte inducta, siue in totum perducta volẽtibus testatoribus: & tunc dic valent. sed aliàs est, nolentibus: & tunc dic, non valent.

o *Ipse.* scilicet ego testator.

p *Non videbitur.* sic supra, de transa. l. cum Aquiliana. & de contrahen. emp. l. in lege fundi.

q *Superscripsit.* id est, testator inconsulte volens forte experiri pennam scripsit se fecisse inductiones quæ ab alio inconsulte factæ erant. certe manent relicta, scilicet valida. Accursius.

Sed si in conditione.] CASVS. Filius fuit institutus sub potestatiua cõditione, & fuit ei datus substitutus: & in dicta conditione fuit apposita dies hoc modo: Instituo mihi filium meum hæredem si in capitolium intra triginta dies ascẽderit. certe si non pareat conditioni dictus filius intra trigita dies, repellitur, & substitutus admittitur. [SOLEMVS.] Institui mihi hæredem Titium: ipse Titius ante mortem meam fuit in insulam deportatus, & postea fuit restitutus, & postea ego decessi. certe bene habebit hæreditatem meam: quia illud quod euenit ei medio tempore, id est, inter institutionem eius & mortem meam, nihil ei nocet. [SERVVS ALIENVS.] Institui mihi hæredem Stichum seruum Titij sub conditione, si nauis ex Asia venerit: & postea decessi. Titius prædictus dominus dicti Stichi tradidit eundem Stichum forte ex dona. seruo cuidam quem in mea hęreditate reliqui: & ita acquisitus est Stichus hæreditati meæ, & mihi si viuerem: & ita deuenit dictus Stichus ad eum casum à quo incipere non potuisset. nam si meus fuisset tempore dicti mei testamenti in quo eum Stichũ hęredem instituí, vt dictum est: non possem eũ instituisse neq; pure, neq; sub conditione, cum ei non dedissem libertatem cum institutione secundũ ista iura. postea dictus Stichus peruenit ad quendam extraneum: qui extraneus bona fide & iusto titulo possedit eum per triennium: & sic eum vsucepit: & sic exiuit de dicto casu à quo incipere non potest: & sic non videtur peruenisse ad eum casum: & ideo institutio de eo per me facta (vt dictum est) non vitiatur. [SI SERVVM COMMVNEM.] Ego & Titius habebamus seruum communem, & dictum seruum mihi hęredem institui cum libertate: & antequam morerer, emi partem suã à Titio quam habebat in dicto seruo. certe quãuis antequam eũ redimerem, non deberet esse meus hæres necessarius, erit tamen nunc. Sed pone quòd filium meum impuberẽ mihi hæredem instituí, & ei substitui pupillariter dictum seruum mihi communẽ cum dicto Titio: & postea partem Titij redemit dictus impubes. certe nõ erit hoc casu necessarius hæres impuberis dictus seruus. Sed retento prime casu, nunquid possum dicto seruo adimere libertatem in codicillis quos postea feci? & distinguitur. aut eũ redemi à dicto Titio meo socio: & sic fuit factus hæres meus necessarius. aut non redemi: & sic non fuit mihi hæres necessarius. Primo casu dicta ademptio libertatis non valet, secundo sic. & est ratio quare in primo non valet ademptio, quia cum eo casu à semetipso libertatẽ receperit seruus prædictus, iam à semetipso videretur ei adimi libertas: quod esset absurdum: quia sicuti legari sibi à semetipso non potest dictus seruus, ita nec à se hærede insolidum & in totum adimi potest ei libertas. Viuianus.

Sed si

A quipollet enim ei qui est infra, eo. l. iam dubitari.

m *Apud. Marcellus notat.* aliàs lex, alias. §. incipit. & dic notat, addendo.

n *Vltimo vitæ.* j. de condi. & demon. l. hæc conditio. contra. sed ibi sub. etiam. & facit. C. de contrahen. stipu. l. fi.

B

C

D

BIU Cujas

VI. VLPIANVS libro quarto ad Sabinum.

SEd si in conditione[a] * dies sit adiectus, vtputa, *Si capitolium intra dies triginta ascenderit*: tantundem potest dici, vt si nō paruerit cōditioni, substitutus possit admitti filio repulso. [idque] consequens est sententiæ Iuliani, & nostræ.

Liberi sequentis gradus post filium possunt sub omni conditione institui. Bartolus. B

¶ Nepotes autē, & deinceps cæteri [liberi,] qui ex lege Vellea instituti non rumpunt testamētā: sub omni[b] conditione instituti possunt, & si redigantur ad filij conditionem.

Incapacitas medii temporis institutionē non vitiat. Bartolus.

¶ Solemus dicere media tēpora[c] nō nocere: vtputa, ciuis Romanus hæres scriptus, viuo testatore factus est peregrinus[d], mox [ad] ciuitatē Romanā peruenit[e]. media tēpora non nocent. Seruus alienus sub conditione[f] hęres scriptus, traditus est seruo* hæreditario: mox vsucaptus[g] ab extraneo. Nō est vitiata[h] institutio.

Si seruus cum libertate institutus redimatur in vita testatoris, efficitur necessarius: secus si post mortem. Bartolus.

¶ Si seruum communem cum libertate[i] dominus hæredem scripserit, & eum redemerit: necessari[l] efficietur. Sed si substitutus sit impuberi, & partē[k] redemerit impubes: necessarius non efficietur[l], vt Iulianus scribit.

Si seruus solus cum libertate instituatur, libertatem recipit à seipso: ideo à seipso adimi non potest. Bartolus.

¶ Sed si sit cū libertate[m] institutus, an ei libertatis datio codicillis adimi possit, apud Iulianum quęritur? Et putat in eum casum quo necessarius fieret[n], ademptionē non valere[o]: ne à semetipso ei adimatur libertas. Seruus enim hæres institutus, à semetipso[p] libertatem accipit. Quæ sententia habet rationem. Nam sicuti legari sibi [libertas] non potest, ita nec à se adimi.

VII. IVLIANVS libro trigesimo Digestorum.

SI seruus communis[q] sub C

a *Sed si in conditione.* facit. ff. l. proxi. in fi.

b *Sub omni.* instituitur ergo hic nepos ne præmortuo filio viuo auo præteritus nepos rūpat per. l. Vell. vt. ff. de iniu. testl. posthumorum. tunc enim sub omni conditione institui potest, vt hic, & ff. eo. l. suus. &. j. de suis & le. hære. l. j. §. sciendum. quid autem si filius non est? Respō. tūc & idē quod in filiis secundum Io. & Azo. vt tantum sub potestatiua cōditione possit instituis. & hoc subiicit, si redigant &c. i. redigi possunt. q. d. prędicto casu vbi filius præcedit sub qualibet, licet possit redigi ad conditionē filij si filius non esset: quia tūc vt filius debet instituis sub potestatiua tantū. Alij cōtra: & dicūt, redigantur. s. quoad alia, nō quoad hoc: & p primo q liberi primi gradus plusculū habeant, est. C. ad Trebel. l. iubemus. §. fi.

c *Media tēpora.* Tria sunt tempora: tēpus testamenti, mortis, & additionis. licet enī in medio eorū extraneus hęres fiat non capax, si tamen his temporibus sit capax, satis est: vt hic, & j. eo. l. si alienum. §. j. & insti. de hære. quali. & dif. §. i extraneis. & facit. j. de secun. tab. l. j. §. sed & si quis. &. j. eod. l. quoties. §. seruus cum liber. &. l. seruum meum. &. j. l. proxi.

d *Peregrinus.* id est, deportatus. & sic non capax: vt. C. de hære. insti. l. j.

e *Peruenit*, per restitutionem in integrum, vel per indulgentiā principis: vt. C. de sen. pas. l. j. &. l. cum indulgentia.

f *Sub conditione.* vt si dederit illi decem, vel simili. aliud forte si sub ea cū liber erit: quia alienus seruus sub ea instituī potest, sed proprius non: vt. j. de condi. instit. l. seruus alienus ita. si ergo esset institutus, forte vitiaretur institutio si traditus esset seruo hæreditario vel ipsi testatori qui peruenisset in eum casum à quo sic institui non posset. Item bene dicit sub conditione: quia si pure forte, vitiata esset institutio cum traditus esset seruo hæreditario, vel ipsi testatori, quia peruenisset in eum casum &c. & quia sic pure sine adiectione libertatis seruum propriū instituere non potest hoc iure: vt instit. de hæredi. instit. in princi. Sed hodie contra: vt ibidem dicitur. Vel dic secundum Io. si hæreditarius mandasset, esset vitiata, cum non esset cui quæreret si tunc conditio existeret. nam ipsam sibiipsi quæri per seruum istum absurdum est: sed tunc alienatus quærit nouo domino. & facit supra. §. proxi.

g *Mox vsucaptus.* id est, statim vsucaptus pendente conditione: vt quia aliquo modo bona fide vel iusto titulo peruenit ad illum extraneum possessio hæc.

h *Non est vitiata.* & sic existente conditione iussu illius domini adire poterit hæreditatem, & sibi quærere. H.

i *Cum libertate.* dicas quòd alienū non possum instituere cū libertate, etiā si postea fiat testantis, sed sine sic: vt. j. eo. l. si alienū. &. ff. proxi. §. at proprium cum libertate, & non aliter olim. hodie contra: vt. ff. no. proxi. §. si autem communem: aut cū libertate, & nō valet vt sit necessarius, nisi postea partē socij redimat: vt hic, & j. proxi. respō. Sed socio accrescebat: vt insti. de dona. §. fi. hodie contra. nam erit liber & necessarius hæres dato pretio partis socio: vt. C. de cōmuni ser. ma. l. j. §. j. ibi, licet ipse cōmunis seruus &c. sed simpliciter tenet: vt. ff. e. l. seruus. in prin. & etiā hodie accrescit hæreditas socio: vt. d. l. j. de communi ser. ma. &. j. ad. l. Falci. l. Plautius. &. C. eo. l. iij. &. ff. pro soc. l. verū. §. seruo cōmuni. & facit. j. l. proxi. &. l. duo. &. j. tit. j. l. si seruus communis.

k *Partem.* quæ erat aliena: & sic habet totum.

l *Non efficietur.* sed voluntarius: vt. j. tit. j. l. si seruus cōmunis. ij. ff. Infort.

A respon. & est ratio: quia quos possum mihi hæredes facere necessarios, & filio meo &c. vt. j. tit. j. l. sed si plures. §. j. at seruum communem non possum facere necessarium nisi redimam. ergo nec filio meo, licet ipse redimat.

m *Cum libertate.* intelligas vbi totus suus erat seruus. nam si cōmunis, non posset instituī cū libertate Azo. vt ff. proxi. §. no. sed Io. dicit etiā i cōmuni secus.

n *Fieret.* quod erit si nō fuerit alienatus vel manumissus: vt insti. de hęr. insti. §. seruus autē. vel secundū Io. quod erit si redimatur.

o *Non valere.* ná nec in testamento eodem cōceditur, nisi adimatur vtraque: vt. ff. de liber. & posthu. l. si ita. §. regulam. & facit instit. de codicil. §. nec codicillis. in fine.

p *A semetipso.* id est, ne libertas quā à se habet, ei adimatur: seruus enim &c. Et not. quod libertas serui instituti cum libertate, non potest alij legari: nec ab ipso instituto adimi. & est ratio: quia habet eā à seipsō, id est, non habet vt hæres, quia sic esset res hæreditaria, sed vt singulare commodum quod de hære de in alium consuevit dari: sed hic ipse sibi, vt hic, & j. de acquirē. hære. l. ex parte. quia ergo non habet eā vt hęres, nō potest ei adimi vt hæredi. nam &c. sicut à simili, nō potest sibi legari libertas: vel ipsemet sibi: cum ipse sit hæres: ita nec adimi. sic. j. de adimē. leg. l. legata inutiliter. §. fi. sed videtur quod possit legari sibi ipsimet: vt C. de cōmuni ser. ma. l. fi. contra. Solu. ibi erat alius hæres institutus, vnde libertas videtur per ipsum legari sibi: at hic ipse solus est hæres institutus. vnde se sibi dare non potest. & sic solu. j. de leg. j. l. senatus. §. fi. contra. nam ibi non erat institutus, quinimo nec sua res potest sibi à se legari: vt. j. de leg. j. & quidem. &. l. legatū. §. hæredi. est & alia ratio quare nō potest libertas adimi: quia quę simul sunt data, scilicet hæreditas & libertas, non possunt separatim adimi: propter quam rationem etiam hæreditas sine libertate adimi non potest: vt supra, de liber. & posthu. l. si ita. §. regulam. Sed in nostro casu est prædicta specialis ratio. Item & alia, quia si libertas posset adimi, ergo & hæreditas: quod non debet esse: vt insti. de codi. §. fi. Not. ergo quod protinus est liber & hæres: vt instit. de hære. qua. & diffe. in princip. &. ff. si cer. pe. l. eius qui. & est ratio quod à semetipso, quia sic oportet hęreditatē adire quam à semetipso non acciperet: at hic notabiliter tantum de libertate dixit. Item cum habeat libertatem à seipso, vt hic, ergo cur non potest ei à seipso legari? Respon. ibi sunt oppōsita hæres & legatarius: vnde in eodem esse non possunt. hic hæreditas & libertas non sunt oppōsita, immo quasi connexa: & hæc est ratio: quia libertas non est res hæreditaria: vt dixi. vel speciale est in libertate. *Libertas res hæreditaria non est.*

SI seruus communis.] CASVS. Ego & Titius habebamus Stichum seruum communem: ego instituī eum hæredē sub conditione, si nauis ex Asia venerit. & me adhuc existente viuo, Titius prædictus fecit testa. & dedit dicto seruo libertatem sub condi. si Seius consul factus fuerit, postea ego decessi, & dictus Titius similiter: & postea venit nauis ex Asia: & ita extitit conditio institutionis. sed conditio prædicta libertatis pendet adhuc. Certe potest dictus seruus adire hęreditatem meam iussu hæredis dicti Titij. Sed & si dictus Titius dictum Stichum alienauit pendente condi. libertatis quam ei dederat, siue alienauit eum hæres dicti Titij, eo Titio mortuo iussu noui domini adibit hæreditatem meam dictus Stichus. Viuianus.

q *Si seruus communis.* Tria sunt: nam hæreditas sub conditione.

Item libertas eodem testamento sub alio conditione relicta fuit. Item postea liber factus viuo testatore. Is erit ergo hæres domino voluntarius, si existat conditio hæreditatis: licet pendeat conditio in testamento datæ libertatis. ad hoc supra, eodem. l. seruus. §. qui fideicommissariam.

a *Conditione*. Si autē pure, tota hæreditas videtur acquirenda socio: vt infra, ad leg. Fal. l. Plautius. Hug.

b *Adire potest*. cum iam extitit cōditio hæreditatis.

c *Hæres*. i. q esset hęres si hic seruus conditiōe defecerit. Vel dic, cohęres qui eū seruum nō existēte cōditione libertatis, nec aliàs eo libero alienauit: & tūc extitit conditio hæreditatis. Sed secundum hoc non videtur quod posset dare pretiū partis: vt. j. tit. j. l. si seruus cōmunis. Sed nunquid hæc alienatio per hęredē facta seruo adimet libertatem sicut hæreditatem? Respon. non: vt. j. eo. l. pater filio.

d *Domini*. noui. vt. j. eo. l. quoties. §. seruus.

conditione [a] hæres institutus, viuo testatore libertatem consecutus sit: etiā pendente conditiōe testamētarię libertatis adire [b] hæreditatē potest. Itē siue testator eū alienauerit, siue hæres [c] post mortē testatoris: iussu domini [d] hæreditatem adibit.

Si hæreditatis delatæ a duobus dominis dies simul cedit: seruus vtrique necessarius hæres erit. Bartolus.

VIII. IDEM libro secundo ad Vrseium Ferocem.

DVo socij quendam seruū cōmunē testamēto facto hæredem & liberū esse iusserāt. ruina simul [e] oppressi perierant. Plerique responderunt, hoc casu duobus Orcinum hæ

A tamen recte & certo modo facta est institutio. & est similis dicta institutio isti alij institutioni: vter ex fratribus meis. i. Titio & Mæuio vxorē Seiam duxerit, hæres esto: vter non duxerit, hæres ne esto. quæ institutio conditionalis est. [*HAERedes.*] Hæredes dicuntur succedere testatori in iure: quia hæreditas est ius: & si plures sunt ab aliquo instituti, omnes æqualiter sunt hęredes, nisi testator diuiserit inter eos hæreditatē siue ius hæreditarium. [*SI DVO SINT.*] Instituti mihi hæredē Titiū in quatuor vncijs fundi mei Corneliani: & Seiū in octo vncijs dicti fundi. certe detracta fundi mētione tantam partē habebit quilibet eorum in tota hereditate mea, quantādedi in dicto fundo si mea cōtraria volūtas appareat. [*SI QVIS ITA.*] Titius ita scripsit in testamento suo: Stichus seruus meus liber esto: & posteaquā liber erit, hæres esto. certe simul competit ei libertas & hęreditas: & ita erit hæres necessarius Titij. [*SI QVIS PRIMVM.*] Titius instituit sibi hæredem Primū in quatuor vnciis hæreditatis suæ & secundum in aliis quatuor vnciis: & ita postea dixit dictus Titius: Si dictus Secundus mihi hæres non erit, Tertiū socio mihi hæredē in octo vnciis. postea Titio mortuo Secundus repudiauit suas quatuor vncias. certe hic Tertius habebit octo vncias in hæreditate Titij, id est, habebit quatuor vncias quæ non erant alicui datæ iure institutionis. alias autem quatuor vncias quæ erant datæ dicto Secūdo qui repudiauit, habebit dictus Titius iure substitutionis. [*SERVVS.*] Stichum seruum meum institui mihi hæredem cum libertate: & postea eum alienaui in Titium. certe iussu Titij adibit hæreditatem meam. si autem ante mortem meam eum à Titio redemi, valet prædicta institutio: & erit mihi necessarius hæres. [*SI SERVVS QVI EX DIE.*] Stichum seruum meum institui mihi hæredem purè, & volui quod esset liber à Paschate in antea: postea alienaui eum in Titium, vel manumisi. certe valet institutio quam de eo feci, & existet hæres Stichus mihi. & intelligas quod eo casu quando fuit manumissus à me, adibit suo arbitrio: quando autem fuit à me alienatus in Titium, adibit iussu Titij. Sed pone quod post institutionem quam de dicto Sticho feci purè, & dationem libertatis post Pascha, alienaui vsumfructum dicti Stichi in Titium. Certe & institutio prædicta valet: & hoc casu differtur dicta institutio in id tempus quo extinguetur dictus vsusfructus: & non sufficit venire diem postquam dedi ei libertatem, nisi & desinat Titius vsumfructum in eo habere. inuito enim fructuario haberi non potest libertatem. Sed pone quod dicto Sticho dedi libertatem post Pascha: institui autem eum hæredem purè, vt dictum est in primo casu. non autem alienaui eum postea vel manumisi. certe veniente Paschate erit hæres & liber. Item quid si dedi ei libertatem post Pascha, & hæreditatem sub conditione si nauis ex Asia venerit, & non alienaui eum postea vel manumisi, & postea veniat Pascha, & postea conditio? certe liber & hæres erit. & hoc dicit. Viuianus.

Error in corpore, vitiat institutionē & legatum.

IX. VLPIANVS libro quinto ad Sabinum.

B QVotiēs volens alium hæredem scribere, aliū [g] scripserit, in corpore hominis errās, veluti, frater [h] me, patronus meus: placet neq; eū hæredem esse, qui scriptus est, quoniā volūtate deficitur: neq; eum quē voluit, quoniā scriptus non est. [i] Et si in re quis [k]

C

D

e *Simul*. nam si alter prius periisset, remaneret seruus alterius cuius solius posset esse ammodo necessarius.

f *Extitisset*. idem & si diuersis, dum tamen eodem tempore existat secundum Ioan. si ergo diuersis temporibus, secus: vt no. §. in l. sed & si in conditione. §. si seruum.

QVotiēs.] *CASVS*. Cum vellem scribere hæredem fratrem meum, ita scripsi: Patronum meum instituo hæredem: vel cum vellem instituere patronum, scripsi fratrem meum. certe neuter habebit: quia in corpore illius quem volebam instituere, erraui. & idem est si in legando erraui in nomine appellatiuo. nam debebitur neutrum: vtputa dum volebā lancem legare, legaui vestem. [*SED SI NON.* Pone ego non erraui in corpore, sed in parte: puta cum dictassem ex sex vnciis hæredē scribi Titium, notarius scripsit ex quatuor vnciis: vel egomet scripsi eum in quatuor. certe erit hæres Titius in sex vnciis. sed econtra si volebam Titium scribi hæredem in quatuor vnciis, & notarius scripsit eum in sex hæredem, vel ipse ego: certe erit Titius hæres tantū in quatuor vnciis. & idem in legato. nam si pro centum scripta sunt ducenta: non debebuntur legatario nisi centum. [*TANTVNDEM.*] Ego volui Titium esse mihi hæredem sub cōditione, & non aliter: & notarius vel ipse ego non scripsi conditionem in instit. non erit hæres Titius. sed ecōtra, si volui Titium hæredem pure instituere, & notarius scripsit institutionē conditionalē: erit Titius hæres pure. sed & si volebam instituere hæredem in parte dimidia Titium siue quēdam qui vocatur Primus: & scriptus est Primus & Secūdus: solus Primus habebit. [*SI QVIS NOMEN.*] Ego volens instituere Titium qui erat rubeus, & habebat minus vnum oculū, ita dixi: instituo mihi hæredem Titium rubeum habētem minus vnum oculum. certe erit hæres dictus Titius: quanuis non nominauerim eum in institutione. si autem non demonstrarem eum certum, non valeret institutio. quandoque tamen videretur quibusdam incertus. est tamen certus, & hæredi. obtinet, puta si ita dicam, vter ex fratribus meis, scilicet Titio & Mæuio, Seiam vxorem duxerit, ex dodrante hæres esto: vter non duxerit, ex quadrante hæres esto. nam quamuis sit incertum ex qua parte quilibet eorum sit hæres,

& ita erit hæres necessarius Titij. [*SI QVIS PRIMVM.*] Titius instituit sibi hæredem Primū in quatuor vnciis hæreditatis suæ & secundum in aliis quatuor vnciis: & ita postea dixit dictus Titius: Si dictus Secundus mihi hæres non erit, Tertiū socio mihi hæredē in octo vnciis. postea Titio mortuo Secundus repudiauit suas quatuor vncias. certe hic Tertius habebit octo vncias in hæreditate Titij, id est, habebit quatuor vncias quæ non erant alicui datæ iure institutionis. alias autem quatuor vncias quæ erant datæ dicto Secūdo qui repudiauit, habebit dictus Titius iure substitutionis. [*SERVVS.*] Stichum seruum meum institui mihi hæredem cum libertate: & postea eum alienaui in Titium. certe iussu Titij adibit hæreditatem meam. si autem ante mortem meam eum à Titio redemi, valet prædicta institutio: & erit mihi necessarius hæres. [*SI SERVVS QVI EX DIE.*] Stichum seruum meum institui mihi hæredem purè, & volui quod esset liber à Paschate in antea: postea alienaui eum in Titium, vel manumisi. certe valet institutio quam de eo feci, & existet hæres Stichus mihi. & intelligas quod eo casu quando fuit manumissus à me, adibit suo arbitrio: quando autem fuit à me alienatus in Titium, adibit iussu Titij. Sed pone quod post institutionem quam de dicto Sticho feci purè, & dationem libertatis post Pascha, alienaui vsumfructum dicti Stichi in Titium. Certe & institutio prædicta valet: & hoc casu differtur dicta institutio in id tempus quo extinguetur dictus vsusfructus: & non sufficit venire diem postquam dedi ei libertatem, nisi & desinat Titius vsumfructum in eo habere. inuito enim fructuario haberi non potest libertatem. Sed pone quod dicto Sticho dedi libertatem post Pascha: institui autem eum hæredem purè, vt dictum est in primo casu. non autem alienaui eum postea vel manumisi. certe veniente Paschate erit hæres & liber. Item quid si dedi ei libertatem post Pascha, & hæreditatem sub conditione si nauis ex Asia venerit, & non alienaui eum postea vel manumisi, & postea veniat Pascha, & postea conditio? certe liber & hæres erit. & hoc dicit. Viuianus.

g *Alium*. recogitans de alio certo. & occurrerit mihi alius quē puto esse illum: non ergo Iacob hæres fuit de iure Isaac, & neq; Esau: quia de altero errauit in corpore, de alio noluit.

h *Frater*. aut credo hunc Seium esse Titium fratrem meum, cū non videam: & non valet: vt hic. aut credo hunc Seium esse fratrem: & obtinet. C. eod. l. si pater. aut non credo, sed fratrem nomino: vt infra, eod. l. nemo. §. qui frater. aut in nomine tantū proprio erro: vt. C. de testa. l. si quis in nomine. & infra, de rebus dubiis. l. qui habebat Flaccum. & facit infra, de iure delibe. l. fina. & C. de testa. l. neque professio.

i *Non est*. nec nuncupatus. & facit. ff. de supel. leg. l. Labeo. §. idē Tubero. & de reb⁹ dub. l. in ambiguo. & p emp. l. ij. §. cū Stichū.

k *In re quis*. aliàs est, in rebus quis: id est, appellatiuis nominibus: aliàs est, in reliquis: id est nominibus rerum appellatiuis. & facit. ff. de leg. j. l. iiij.

BIU Cujas

errauerit, vtputa dum vult lancem relinquere, vestem leget: neutrum debebit. hoc, [a] siue ipse scripserit, siue scribendum dictauerit.

Error in quantitate continua vel discreta dispositionem non vitiat: & quod est dictū, prævalet ei quod est scriptum. Bar.

¶ Sed si non in corpore errauit, sed in parte, [b] puta si cùm dictasset ex semisse [c] aliquem scribi, ex quadrante sit scriptus: Celsus libro duodecimo Quæstionum, Digestorum vndecimo posse defendi ait, ex semisse hæredem fore: quasi plus nuncupatum [d] sit, minus scriptum. quę sententia rescriptis adiuuatur generalibus. Idemque est & si ipse testator minus scribat, cū plus vellet adscribere. Sed si maiorem [partē] adscripserit testamētarius, [e] vel (quod difficilius est probatione) ipse testator, vt pro quadrante semisse: [f] Proculus putat ex quadrante fore hæredem, quoniā ineſt quadrās in semisse. [g] quā sententiam & Celsus probat. Sed & si quis pro centum, [h] ducenta per notam [i] scripsisset: idem iuris est. nam & ibi vtrūque scriptum est, & quod voluit, & quod adiectū [k] est. quæ sententia non est sine ratione.

Error in conditione quam quis destinauit inserere, institutionem vitiat. Bartolus.

¶ Tantūdē Marcellus tractat & in eo qui conditionem destinans inserere, nō addidit. nam & hunc pro non instituto putat. [l] Sed si conditionem addidit, dum nollet: detracta ea hæredem futurum [m]: nec nuncupatum videri [n] quod contra voluntatem scriptum est. quam sententiam & ipse & nos probamus. Idem tractat & si testamentarius [o] contra voluntatem testatoris conditionē detraxit [p] vel mutauit, hæredem non futurum, [q] sed pro non instituto habendum.

Persona institutioni adiecta per errorē, hæres non erit. Bartolus.

¶ Sed si cùm primum [r] hæredē ex parte dimidia scribere destinasset, primū & secundū scripsit: [s] solus primus scriptus hæres videbitur, & solus hæres existet quasi ex parte dimidia institutus.

Sufficit hæredem demōstrari aliter quā nomine proprio. Bartolus.

¶ Si quis nomen hæredis quidē nō dixerit, sed indubitabili signo eū demonstrauerit, quod pene nihil à nomine distat, [t] non tamen eo quod contumeliæ [u] causa solet addi: valet institutio. ¶ Hæres [x] institui, nisi vt certus * demonstretur, [y] nemo potest.

Sufficit personas esse certæ: licet portionum distributio ex futuro euentu dependeat. Bartolus.

¶ Si quis ita dixerit, *Vter ex fratribus meis Titio & Mæuio Seiam vxorem duxerit, ex dodrante: vter non duxerit, ex quadrante hæres esto*: hīc rectè factam institutionem esse certū est: [z] sed quis ex qua parte, incertum [est.] Planè erit similis institutio si ita facta fuerit, *vter ex suprascriptis fratribus meis Seiam vxorem duxerit, hæres esto*. Sed & hanc puto valere institutionem, quasi sub conditione factam.

Per institutionē succeditur in ius defuncti: & plures in dubio intelliguntur æqualiter instituti. Bartolus.

¶ Hæredes, iuris successores sunt: [a] & si plures instituantur, diuidi inter eos à testatore ius oportet. quod si non fiat, omnes æqualiter [b] hæredes sunt.

Plures instituti in re certa diuidunt sibi hæreditatem æqualiter, nisi testator manifestissime aliud voluit. Barto.

¶ Si duo sint hæredes instituti, vnus ex parte tertia fundi Corneliani, alter ex besse eiusdem fundi: Celsus expeditissimam Sabini sententiam sequitur, vt detracta [c] fundi mentione, quasi sine partibus [d] hæredes scripti hæreditate potirentur, si modo voluntas patrisfamiliās manifestissimè nō refragatur.

Dictio, postea, non impedit diem hæreditatis & libertatis simul cedere. Bartolus.

¶ Si quis ita scripserit, *Stichus liber esto: & postea [e] quàm liber erit, hæres esto*: Labeo, Neratius & Aristo opinātur detracto verbo medio, *postea*, †simul ei & libertatem & hęreditatem [f] competere. quæ sentētia mihi quoque vera videtur. ¶ Si quis primum [g] ex triente, secundum ex triente hæredem instituerit: & si secundus hæres non erit, tertium ex besse hæredem scribat: hic, secundo repudiante, bessem habebit nō solum iure substitutionis, [h] sed & institutionis: id est trientē iure substitutionis, [&] trientem iure institutionis. ¶ Seruus cū libertates hęres institutus, si sit alienat⁹, iuberi adire [i] ab eo potest cui alienat⁹ est. [k] Sed si redēpt⁹ sit

---

a *Hoc. s.* verum est.
b *In parte. s.* quota. rum. Azo.
c *Ex semisse.* immo vi denur ex quadrante: vt j. de lega. j. qui quartā. iij. respon. Sol. vt ibi.
d *Nuncupatū.* facit. ē. eo. l. j. §. sinautem. &. j. de condi. & demon. l. cum autem.
e *Testamētarius.* i. scribens testamentum.
f *Semisse.* s. scripsit.
g *In semisse.* Maiori summę minor ineſt. sic ē. de arbi. l. dié. §. si plures. & de pecu. l. hinc quæritur. &. j. de verb. oblig. l. j. §. si stipulāti. & de re iudica. l. si quis cum reo. Item facit. C. de testa. l. errore. &. ē. de sta. homi. l. iperator.
h *Pro centum.* quæ relinquere volebat.
i *Per notam.* i. signum repræsentans, nępe. cc.
k *Adiectū.* i. supplutū.
l *Putat.* immo videtur pure institutus: vt C. de institu. & substitu. l. pe. &. j. de lega. ij. l. cum patet. §. fina. contra. Solu. est pro non instituto: scilicet sic vt destinauit: sed pure. Sed huic sol. ob. ē. eod. §. sed si non in corpore. vbi voluntas præualet scripturę. Sed ibi dictauit: hic tantū in corde destinauit. Vel dic morte præuentus non addidit: non institutus sine conditione. at secus in contrario secundum R. Vel hęc est opi. Mar. quę nō tenet, vt i simili casu. ē. e. l. ij.
m *Hæredem futurum.* putat. Marcellus. Io.
n *Videri.* scilicet putat repete. Io.
o *Si testamentarius.* i. scribens testamentum: vt est tabellio: vt. ē. ea. l. §. sed si maiorem.
p *Detraxit.* omnino. Azo.
q *Non futurum.* scilicet purè. H. sed prout testator voluit. s. sub conditione: vt. ē. ea. l. §. sed si maiorem.
r *Primum.* s. solum.
s *Scripserit.* ex dicta dimidia. & dic destinasset, licet non sit scriptum: vt. ē. §. sed si non in corpore.
t *Distat.* sic. ē. si certū. pet. l. certū. &. j. de manu. testa. l. nominati. & ē. de libe. & posthu. l. j.
u *Cōmelia.* quia tūc non valeret: vt Titiū qui occidit Seium, instituo: vt. j. de leg. j. l. turpia. in prin. Sed con tra. j. e. l. his verbis. §. j. *Flo. vt cet* Solu. ibi stetit in gene- *tè* re maledictionis: vt & † *incertus* ē. de libe. & posthu. l. *do personæ* iij. in prī. hic in specie *an & quan* dixit. sic & aliàs in cō- *do vitiet,* mēdatione dicimus: vt *plene per* ē. dè dolo. l. quod vēdi- *Bald. in. l.* tor. Alij vt R. faciūt dif *quidam.* j. ferentiam inter contu- *de re. du. &* meliam, vt hic: & ma- *per omnes* ledictionem, vt in con *i. l. id quod* trario. Accursius. *pauperibus.*
x *Hæres.* vt. j. eo. l. in *C. de episco.* tempus. §. quotiens. & *& cleri.* C. de testa. l. iubemus. idem in legatis: vt. j. de vsufruct. leg. l. qui plures. & de rebus dubiis. l. v. & in tutore: vt. ē. de testā. tut. l. tutor incertus. & institu. de leg. §. tutor.
y *Demonstretur.* proprio nomine, vel indubitabili signo: vt. ē. pro xi. §. vel conditionis euentu: vt. j. proxi. §. & per se, non per alium: vt. j. eo. l. illa. Sed opponitur, ignot⁹ potest fieri hæres: vt. C. eo. l. extraneum. ergo ignotus est certus. Azo.
z *Certum est.* facit. j. de cōdi. insti. l. vter. & de secū. tab. l. ij. §. si qs ita hæredes. & de legatis. j. l. si seruus legatus. §. huius.
a *Successores sunt.* vt & supra, de edē. l. quædā. §. nihil.
b *Æqualiter.* sic insti. eo. §. si plures. &. j. l. pxi. &. j. proxi. §. & de le. j. l. legata inutiliter. §. fi. & instit. pro soc. §. si quid vero. &. ē. de pecul. l. item cum. in fi. & j. de app. l. si qui separatim. §. quoties.
c *Detracta.* id est, perinde ac si de fundo nihil esset dictum.
d *Sine partibus.* & ita æqualiter: vt. ē. proxi. §. &. j. l. pxi. &. ē. eo. l. j. §. si ex fundo. &. j. eo. l. ex facto. ē. ita igitur. †*Similis est*
e *Postea.* materialiter *text. in. §. il* ponitur. Hug. *lud autem.*
f *Hæreditatē.* & sic e- ē. *in proœ.* rit necessari⁹ hæres. sc- *& ita po*cus si dixerit, si volue- *nitur in du*rit hæres esto: vt. j. de *bio secundū* cōdi. isti. l. verba. Azo. *Dy. & B.* & facit. j. e. l. talē. & de *in. l. fructus* secū. ta. l. si ita. §. q filio *in fi. ē. solu.*
g *Si quis primum.* hic *matri.* tertius.
h *Substitutionis.* vt. j. e. l. nā tertiū. & facit. j. eo. l. liber homo. §. fin. contra. Sol. vt ibi.
i *Adire.* & tūc est voluntarius hæres.
k *Alienatus est* nec ergo erit liber: vt hic, & insti. e. §. quod si aliena

BIU Cujas

tus.& facit infra,de lega.j.l.quæsitum.§.seruo.& infra, de condi. & demon.l.si.in diem.Accursius.

a *A testatore.* secus si impubes emerit cui est substitutus: vt supra,eo.l.sed si.§.si seruum communem.

b *Erit.* vt &.ff.eo.l.sed & si.§.si seruum communem: sic & in libertate: vt.j.de manu. testa.l.verum est.secus est in legato: vt.j.de adimen.leg.l.cū seruus. cōtra.Sol.hic fieret domino iniuria si saltem hunc non haberet hæredem: vt insti.qui ma. non pos.§.j.

* *Flo esset,*

c *Manumissus.* à testatore.

d *Valeat.* hanc soluit j.ibi,sed & si purè &c. quod valet.Accursius.

e *Veniente die.*nō ante etiā hodie.lex enim quę præsumit seruo instituto fieri eum liberum: vt institu.qui ma. non pos.§. j. loquitur vbi non apparet domini voluntas contraria: aliàs nō est locus præsumptioni: vt.j.de ver. oblig.l. cōtinuus.§. cū ita,hic enim demū post diem dari voluit.

f *Moratur.* No.quod hæreditas per se ad diē morari vel dari nō possit: vt infra,eo.l.hæreditas.sed libertas ex die dari potest: & sic per eam, vt hic dicit,moratur hæreditas. Azo. & facit supra, eo.l.seruus alienus.§.j.

g *Post diem.* quid si ante?H.*ADDITIO.* Dic secundū Bald.hic quod conditio est purificata: & sicut si ab initio esset pura institutio, spectaretur dies libertatis: ita dicit argumentum.l.quod si pendente. de pericu.& com.rei vendit.l.potior.supra,qui pot.in pigno.habe.

h *Alienatus.* à testatore.Accursius.

i *Manumissus.* à testatore.

k *Hæredem existere.* voluntarium.& dic à testatore in vtroq; casu.s.si antequam adeat iussu domini,fiat liber: vt insti.eo.§.seruus autem.&.§.alienus.quinimo & si non esset liber, puta alienatus, poterit iubente nouo domino nolle adire: vt.C.eo.l.iij.& sic si postea fiat liber,adibit suo arbitrio.Vel dic etiā non manumissus hæres erit alij:& sic improprie: vt.j.de acquir.hære.l.placet.

l *Alienatus.* à testatore.

m *Institutio.* id est,æqua.

n *Differtur.* hodie autem videtur quòd non debeat differri: immo statim adueniente die libertatis sit liber & hæres & necessarius,licet duret in eo vsusfructus: quia bene potest hodie proprietarius volente vsufructuario ei dare libertatem: vt.C.communia de ma.l.j.§.sin autem proprietatis.

SI alterius.]*CASVS.*Instituit Titius sibi hæredē Seium in dimidia cuiusdam sui fundi Titiani:& Gaium in tertia parte cuiusdam alterius sui fundi nomine Corneliani,& in superfluo suę hæreditatis non dedit eis aliquos cohæredes. quæritur, quid debeat fieri de hæreditate dicti Titij? Certe perinde est ac si hæredes essent in dictis fundis non adiecta parte aliqua:& sic quilibet eorū habebit hæreditatē pro dimidia, & vice perceptionis habebunt partes prædictorū prædiorū,in quibus partibus instituti fuerunt.facile enim esset & stultū inueniri siue fieri portiones hæreditatis ex diuersis partibus prædictorū prediorū,in quibus partibus prædicti Seius & Gaius instituti fuerūt à Titio. & hoc dicit. Vi.

o *Si alterius.* idem si eiusdem: vt.ff.eo.l. quoties.§.si.duo.Io.

p *Portiones.* scilicet hæreditariæ.

q *Perinde habendum.* quantū ad portiones hæreditarias.nā quātum ad eos fundos non perinde est: vt.j.eo.l.ex facto.§.j. & facit ff.eo.l.j.§.si ex fundo.&.j.tit.j.l.cohæredi.§.fi.&.j.ad Trebel.l.si quis priore.Sed contra.j.eo.l.proxi.Solu. concessio melioris rei vel partis non facit vt plus videatur esse datum de hæreditate, vt hic:sed copulatio plurium personarū in eandem rem vel partem coniungit eos in vnam dimidiam:& alter cui per se hęreditas instītutionis iure est collata,habet aliam dimidiam: vt ibi.

r *Nec fundum.* quantū ad partes hæreditarias,sed iure prælegationis hoc habēt: vt.j. eo.l.ex facto.Accursius.

s *Nominasset.*& ita deductis partibus equaliter erunt hæredes.

à testatore:[a] institutio valet,& necessarius hæres erit.[b] ſ Si seruus ex die libertatem acceperit, & hæreditatem purè, mox sit alienatus vel manumissus,[c] videam[d] an institutio valeat.[d] Et quidē si alienatus non sit,* potest defendi institutionem valere: vt die[e] veniente libertatis, quæ hæreditatem moratur,[f] cōpetente libertate & hæres necessarius existat. Sed si in diē libertas,hæreditas autē sub conditione data sit: si conditio post diē[g] aduenientē extiterit, liber & hæres erit.Sed & si purè fuerit hęres institutus,libertate in diem data: si sit alienatus[h] vel manumissus,[i] dici debet hæredem eum posse existere.[k] Sed & si non ipse seruus sit alienatus,[l] sed vsusfructus in eo:æquè institutio[m] valet: sed differtur[n] in id tēpus quo extinguitur vsusfructus.

Plures instituti ex diuersis rebus admittuntur æqualiter vt instituti.Bartolus.

x. PAVLVS libro primo ad Sabinū.

SI alterius[o] atq; alterius fundi pro[æquis]partibus quis hæredes instituerit, perinde habebitur quasi non adiectis partibus hæredes scripti essēt. Nec enim facilè ex diuersitate prædiorum*portiones[p] inueniuntur.Ergo expeditius est, quod Sabinus scribit,perinde habendum,[q] ac si nec fundum[r] nec partes nominasset.[s] †

Coniuncti ex re certa habentur pro vno quoad diuisionem hæreditatis faciendum cum alio instituto. Bartolus.

B

XI. IAVOLENVS libro septimo Epistolarum.

ATtius fundi Corneliani hæres esto mihi.duo Titij illius insulæ hæredes sunto. [Hic[t]] habebunt duo Titij semissem, [u] Attius semissem.ídq; Proculo placet. quid*tibi videtur?Respondit: Vera est Proculi opinio.

Etiam in distributione partium vltimū dictum præualet. Bartolus.

XII. PAVLVS libro secundo ad Sabinum.

SI inæqualibus partib' datis ita adiiciat:*Quos ex disparib' partibus hæredes instituī, æquè hæredes sunto*: existimandū est exæquari eos,scilicet si hoc ante pactum[x] testamentū scriptū sit.

C

ATtius fundi.]*CASVS.*Instituī mihi hæredem Attium in fundo meo Cornelia. reno: & duos alios Titios instituī mihi hæredes in quadam mea insula siue domo nomine Titiana. certe hoc casu debet ita diuidi hereditas mea.s.vt primus Attius habeat hæreditatis meæ medietatem: alij autē duo Titij qui fuerunt in insula instituti,habeant aliam dimidiam.Viuianus.

* *Plures instituti.*

t *Hic.*i.in tali casu.

u *Semissem.*facit infra, l.iij.ij.respon.&.§.sed si duos.&.l.item quod, §.sed si expleto.&.l.liber homo.§. si Titius. & argu. supra, de vsufruct. acc.l.si quis Titio. &.l. si proprietas. & infra, de vsufruct. leg.l.Sempronius,§.fina. & institu. eo.§. videamus.&.C.de impu. & ali.substi.l.fi. in fin. sed prædēs casus est argu.contra. sed expone vt ibi.

SI inæqualibus.]*CASVS.* Instituī mihi hæredem Titium in octo vnciis,& Seium in quatuor: & postea ita dixi ante testamentum perfectum:quos ex disparibus partibus hæredes instituī, æquè hæredes sunto.certe quilibet eorum habebit dimidiam hæreditatis meæ.Viuianus.

x *Peractum.* idem & si post peractum: sed ideo sic dicit, quia si ante peractum, non oportet iterum adhiberi de nouo aliam solennitatem:alioquin sic:vt supra, de testa.l.hæredes.§.j. secundū Ro.Vel ideo sic dicit,quia vbi ante,ipso iure non videntur datæ inæquales partes,sed æquales tantū finguntur datę.si autem postea, videntur ademptæ inæquales,non ipso iure non datæ: vt arg. infra, de lega.j.l.si ita sit adscriptum. Azo.& supra, de iis quæ in testa. delen.l.j.§.sed si legi.&.§.sed consulto. & facit infra, eod. l.si ita scriptum fuerit.

INterdum.]*CASVS.* Pone quod ita mihi instituī hæredes in testaméto.Primus & fratris mei filij æquè hęredes mihi sunto. certe quilibet eorum habet virilem partem.Si autem ita dixissem, Primus & fratris mei filij hæredes mihi sunto:primus haberet dimidiam hæreditatis, & filij fratris mei haberent aliam dimidiam. [*PATER FAMILIAS.*] Faciens testamentum potest distribuere hæreditatem suam in quot partes vult: sed solennis distributio assis solet fieri in.xij.vncias.aut ergo testator distribuit in minus quàm in.xij.partes,aut in plus.si in minus,totum reducitur ad assem, siue ad.xij.partes, puta instituit sibi Titiū & Seium in tribus vnciis:certe nouem reliduæ vnciæ eis accedunt: & sic quilibet eorum erit hæres in sex vnciis.si autem instituit Titium in tribus vnciis:& Seium in sex:certe superfluè tres vnciæ debēt eis accrescere pro hæreditariis partibus.Si autem excesserit testator.xij.vncias in diuidenda hæreditate sua inter hæredes: æquè pro rata decrescit quantū ad numerum.xij.vnciarum: vtputa instituit me in.xij.vnciis,te autem instituit in sex. certe ego habeo octo vncias hæreditatis,& tu quatuor.si autem Titium & Seium instituit ex asse,& Sempronium & Gaium in.xij.vnciis.certe Titius & Seius habebunt sex vncias, & Sempronius & Gaius aliàs sex.si autem Titium & Seium ex asse hæredes instituit,Sempronium autem in dimidia & sexta, id est, ex sex & duabus vnciis, id est,

D

BIU Cujas

id est, ex octo vnciis: certe hoc casu distributus est as in viginti vncias, ex quibus debet habere octo vncias ille qui est institutus in dimidia & sexta, &.xij. vncias debebunt habere illi duo qui fuerant instituti ex asse. si autem instituit Titium in quatuor vnciis, & Seium in quatuor, & Gaium in quatuor, & postea eundem Titium in duabus vnciis: certe hoc casu hæreditas diuidetur in quatuordecim vncias: scilicet vt Titius habeat sex vncias, & Seius quatuor, & Gaius quatuor. omnia tamé prædicta reduci possũt ad assem. Viuianus.

Dictio, æquè, facit vt coniuncti cum disiunctis æqualiter admittantur. Barto.

XIII. VLPIANVS libro septimo ad Sabinum.

INterdũ hæc adiectio, *Æquè hæredes sunto*, testatoris voluntatem exprimit: vtputa, *Primus & fratris mei filij* [a] *æquè hæredes sunto*. Nam hæc adiectio declarat omnes ex virilibus partibus institutos, vt & Labeo scripsit: qua detracta, semissem fratris filij, semissem primus haberet.

Res est diuisibilis in infinitas partes. Bartolus.

¶ Paterfamilias [f] distribuere hæreditatem in tot partes potest, quot voluerit: sed solennis [b] assis distributio in duodecim vncias fit. Denique si minus [c] distribuit, potestate iuris in hæc [d] * reuoluitur [e]: vtputa si duos hęredes ex quadrãte scripserit. nam hæreditas eius* residua accedit, vt ex semissibus videantur scripti. Sed si alter ex quadrante, alter ex semisse hæredes scripti sunt: qui accedit [f] quadrans, pro partibus [g] hæreditariis eis adcrescit. Sed si excesserit in diuisione duodecim vncias [h], æquè pro rata decrescet [i]: vtputa me ex duodecim vnciis hæredem, te ex sex scripsit. ego hæreditatis habebo* bessem: tu trientem [k].

¶ Sed si duos ex asse hæredes scripserit, alios [duos] ex duodecim vnciis: an æquè distributio fiat, apud Labeonem libro quarto posteriorum quęritur. Et putat Labeo & illos [l] ex semisse, & hos qui ex duodecim vnciis scripti sunt, ex semisse hæredes fore. cui sentẽtiæ adsentiendũ puto. Sed & si duos ex asse hæredes instituerit, tertium autẽ ex dimidia & sexta: eodem libro Labeo ait in viginti vncias assem diuidendũ: octo [que] laturũ ex dimidia [m] & sexta [n] scriptum illos duos duodecim. ¶ Apud eundem [o] refertur: *Titius ex parte tertia*: [p] deinde asse expleto [q], *Idem ex parte sexta* [r]. In quatuordecim vncias hæreditatem diuidendam [s] Trebatius ait.

Si quis multos hæredes, primum in primam, secundum & tertium in secundam & tertiam partem scripserit, intelliguntur omnes æqualiter instituti. Bartolus.

XIIII. IAVOLENVS libro primo ex Cassio.

SI quis hæredes ita instituit, *Titius ex parte prima: Seius ex parte secunda: Mæuius ex parte tertia: Sulpitius ex parte quarta hæredes sunto*: æquę partes [t] hęreditatis ad institutos pertinebunt: quia testator appellatione numeri, scripturæ [u] magis ordinem, quàm modũ [x] partibus [y] imposuisse videtur.

Relatiuum quis vel qui, in dubio facit veram relationem, non simplicem. Barto.

XV. VLPIANVS libro septimo ad Sabinum.

IVlianus quoque libro trigesimo refert, si quis ita hæredes* scripserit: *Titius ex parte dimidia* [z] *hæres esto: Seius ex parte dimidia: ex qua* [a] *parte Seium instituí, ex eadem parte* [b] *Sempronius hæres esto*: dubitari posse [c], vtrũ in tres semisses diuidere voluerit hæreditatem, an verò in vnum semissem Seium & Sempronium coniungere: quod est verius [d]: & ideo cõiunctim eos videri institutos. sic fiet vt Titius semissem, hi duo quadrantes [e] ferant. ¶ Idem eodem libro scripsit, si primus [f] ex semisse, secundus ex semisse [g]: si dixisse: instituo Titium in vna vncia, Seium in duabus, Męuium in tribus, & Sulpitium in quatuor: sicut quidam credebant & malè credebant enim quod decem vnciæ essent inter eos prædicto modo diuisæ, & quod duę superfluæ deberent eis accrescere pro hęreditariis partibus. sed si ita dixisset dictus Gaius: Titius ex parte dimidia hæres esto, & Seius ex alia dimidia: & ex qua parte prędictum Seium instituí, ex eadẽ parte Sempronius hæres esto: tunc Titius habebit dimidiam, & inter Seium & Sempronii alia dimidia diuideret: ita quod Seius haberet tres vncias, & Sępronius alias tres. Sed si quędam nomine primum instituisset ex semisse, & secundũ ex alio semisse. i. sex vnciis, & substituit tertium in nouẽ vnciis si primus hæres non esset: certe si dictus primus adierit, sicque per cõsequens sit exclusus tertius: primus & secũdus habebunt æquales partes de tota hæreditate. si autẽ repudiauerit primus, sicque vindicasset sibi locũ tertij substitutio quæ fuit facta in nouẽ vnciis, vt dictum est: diuidetur hęreditas in.xv. partes. voluit enĩ testator excedere assem, cum numerauerit plures vncias quam.xij. in persona secũdi & tertij: ex quibus quidẽ quindecim partibus nouẽ habebit dictus tertius, & sex secundus. Nam Iulianus scripsit videri dictum tertium substitutũ prędicto primo in sex vnciis in quibus fuit institutus dictus primus vt dictum est: institutum autem videri dictũ tertiũ in tribus vnciis quę erãt vltra assem distributum inter primũ & secundũ: & sic dictum tertium videri sustinere in dictis nouem vnciis personã substituti & instituti. Viuianus.

*Flo. hæredem

[a] *Filii.* omnes enim coniuncti loco vnius habentur: vt j. eo. l. Iulianus. & l. Lucius. & infra, titu. j. l. si pater. & infra, de legatis. j. l. plane. in princi. Sed argu. cõtra. j. de lega. ij. l. Lucius. §. Lucius. Solu. vt ibi. Accursius.

[b] *Solẽne.* i. frequens.

[c] *Minus.* quàm in duodecim.

[d] *In hæc.* duodecim.

[e] *Reuoluitur.* aliàs, resoluitur: scilicet hęc distributio minor. & no. voluntatẽ testatoris in potestatem iuris resolui. Accursius.

[f] *Qui accedit.* id est, qui supereſt.

[g] *Pro partibus hæreditariis.* vt. j. de secun. tabu. l. si ita. &. C. de test. mili. l. iij. Accursius.

[h] *Vncias.* quia habẽt propria noia hæ partes: vt inst. eo. §. hæreditas.

[i] *Decrescet.* quantũ ad numerũ vnciarum: nõ quantũ ad substãtiam.

[k] *Trientem.* immo videtur adimere primo quantum cõfert secundo: vt. C. de leg. l. cum quæstio. Respon. trahe hanc ad illam: vel hic constabat talem fuisse voluntatem, vt transiret ad dupondiũ: quod potest: vt hic, & instit. eo. §. videamus. vt plene in contrario not.

[l] *Illos.* ex asse institutos. & ita decresceret eis quantum ad numerum vnciarum: non quantum ad substantiam rerum hæreditariarum: vt infra, de leg. j. l. si quis testamento. §. j. & l. si pluribus. & potest hoc faccre. & hic est cõtra. C. de leg. l. cum quæstio. Solu. vt supra, proxi. §.

[m] *Ex dimidia.* scilicet parte assis.

[n] *Et sexta.* s. parte assis. & facit. ĩ. eo. l. Titius fundi. Accursius.

[o] *Apud eundem.* scilicet Labeonem.

[p] *Tertia.* i. quatuor vnciis: & quędã aliũ in octo vnciis, subaudi.

[q] *Expleto.* alio instituto in besse.

[r] *Sexta.* assis.

[s] *Diuidendam.* vt Titius. vj. alius. viij. habeat: vt. ĩ. proxi. §.

[t] *Æquæ partes.* i. æquales partes. Accur.

[u] *Scripturæ.* vt sic dixisse videatur, primo loco hunc hæredem instituo &c. Azo.

[x] *Quàm modum.* diuersum à primo. Azo.

[y] *Partibus.* singulis prædictis. Accursius.

[z] *IVlianus. Ex parte dimidia.* repete, hæres esto: vt & supra, l. j. §. diuus.

[a] *Ex qua.* hic incipit institutio tertij.

[b] *Parte.* dimidia.

[c] *Dubitari posse.* dubitabatur essẽtne relatio simplex, an personalis? & certe potius est personalis, aliàs est simplex: vt. C. de pac. conuen. l. ex morte.

[d] *Verius.* aliter ponitur. ĩ. eo. l. si te solum. §. fina. Azo. & facit. ĩ. de verb. sign. l. triplici. §. fi. Accursius.

[e] *Quadrantes.* scilicet duos. & hoc est quilibet tres vncias: & sic sex inter ambos.

[f] *Si primus.* hæres sit institutus.

[g] *Ex semisse.* alio repete, sit institutus.

[s] *Si quis.*] CASV S. Gaius ita instituit sibi hæredes, Titius ex parte prima sit mihi hæres, Seius ex secunda, Mæuius ex tertia, Sulpitius ex quarta. certe æquales partes ad eos pertinebunt: quia dum dixit Gaius, Titius ex parte prima, Seius ex secũda &c. videtur imposuisse ordinem scripturæ, vt sic dixisse videatur. primo loco instituo Titium, secundo Seium &c. non autẽ videtur

a *Quæstionem.* quid vel quantũ voluit vnũquéque habere. Acc.
b *Habituros.* primum & secundum: tertium vero nihil.
c *Si repudiauerit.* primus. Accursius.
d *Quindecim partes.* nam voluit excedere assem, cum connumerauerit plures vncias quã duodecim. & hoc præsumitur secundũ has duas. ll. hodie præsumit in dubio cõtra. & secundũ hoc tertius hodie habebit. ix. vncias. secundus tres, vt tres videantur sibi adeptæ: vt. C. de leg. l. cum quæstio. *ADDITIO.* Tu dic secundũ Bart. hic quod cum cuilibet ex primis reliquerit minus, secũdo plus, quod hæc lex hodie non est correcta: vt not. per glo. in. d. l. cum quæstio. C. de leg.
e *Sex.* & est ratio, quia tertius in nouẽ vnciis est substitutus, primus in sex vncias primi, & tres suas. secundus vero in sex tantum est institutus. Accursius.

†*Legit quidam: Item, vt Sabinus ait, si cui pars apposita nõ est: duos puta ex quadrãtibus hæredes &c.*

f *Nam tertiũ. Instituti.* sub eadem conditione, scilicet si primus hæres nõ esset. R. & not. vnũ vicem plurium sustinere, de quo no. ff. de pactis. si plures. Accursius.

Vnus plurium vicem quandoque sustinet.

g *Sustinere.* Not. quẽ vicẽ duorũ substinere.
h *Partes.* id est vncias quæ sunt tres partes de quindecim.
i *In sex.* scilicet vncias. & facit. ff. e. l. quoties. §. si quis primum.

e *Defuncto.* Not.cũ ſeruus hæreditatis iacẽtis inſtituitur,ſufficit quòd

BIU Cujas

A

B

C

D

E

instítutus sit. Nam ius hæredis eo vel maximè tempore inspiciendum est, quo adquirit hæreditatem.Medio autem tẽpore inter factum testamẽtum & mortem testatoris vel cõditionem institutionis existentem, mutatio [a] iuris hæredi non nocet: quia(vt dixi)tria [tantùm] tempora inspicimus:

Medium tempus nõ nocet, quin institutus hæres fiat.

L. VLPIANVS libro sexto Regularum.

SEruum meũ hęredem instítutũ cum libertate, ſi viuus vẽdidero ei cum quo testamẽti factio non est, posteaq; eum redemero: ex testamento mihi hæres esse poterit.nec medium tempus quo apud eum fuit, vitiauit [b] institutionẽ: quia verũ est,vtroq; tempore, tam testaméti faciendi,quàm mortis tẽpore meũ fuisse. vnde si apud eum remanserit, vitiatur institutio: vel si cum eo testamenti factio [c] est, iussu eius adeundo adquiret ei hæreditatem. [d]

Impossibilis conditio de institutione reiicitur.Bartolus.

Si in non faciendo [e] impossibilis cõditio in institutione hæredis sit expressa:secundũ omnium sentẽtiam hæres erit perinde, ac si purè institutus esset.

Hic iurisconsultus ponit omnia nomina vnciarum.Bartolus.

Hæreditas plerũq; [f] diuiditur in duodecim vncias, quæ assis appellatione [g] continẽtur. habent autẽ & hæ partes propria nomina ab vnciavsq; ad assem, puta hæc: [sescunx, [h]] sextãs, [i] quadrãs, [k] triẽs, [l] quincunx, [m] semis, [n] septunx, [o] bes, [p] dodrans, [q] dextans, [r] deunx, [s] as. [t]

LI. MARCIANVS libro tertio Regularum.

TAlem institutionem quidã valere nõ putabant, [u] *Stichus liber esto: & si liber erit, hæres esto.* sed diuus Marcus rescripsit hãc institutionem valere, perinde atque si nõ erat adiectũ, [x] *Si liber erit.*

Suus esse dicitur in quo quis ius patronatus retinet.Bartolus.

Si quis ita scripserit, *Stichus si meus erit cum moriar,liber & hæres esto:* alienatus non poterit iussu emptoris adire hęreditatẽ:quãuis & si non erat hoc [y] expressum,nõ aliàs liber & hæres fieri poterat,quàm si mansisset [z] eius. Sed si viuus eum manumiserit, Celsus libro quintodecimo Digestorũ scribit,fieri hũc hæredem. nõ enim hũc casum testatorẽ voluisse excludere palam est, [a] neq; verba [b] omnino repugnãt.nã quãuis seruus eius non est:at certè libertus est. [c]

In seruo hæreditario inspicitur conditio defuncti.Bartolus.

LII. PAVLVS libro secundo Regularum.

SEruus hæreditarius hæres [d] institui potest,si modò testaméti factio fuit cũ defuncto, [e] licet cũ hęrede instituto nõ sit.

Si testator expleto asse alios hæredes instituit, videtur eos in alio asse reuocare, nõ autem primis substituere.Bartolus.

quòd fuit testaméti factio cum defuncto: licet non sit cũ hærede.

Vcius Titius.] CASVS. Lucius Titius faciens testamentũ instituit sibi hæredem Seium in semisse, & Sépronium in alio semisse: qui Seius & Sépronius erant sui filij forte: & exhæredauit Cornelium & Salustium & Varronem, qui erant similiter sui filij. & postea inuicem substituit dictum Seiũ & Séproniũ. & postea reliquit quibusdam legata & libertates. & postea ita dixit: Dicti Cornelius & Salustius & Varro sint mihi hæredes æquis partibus: & eos tres inuicé substituo. & postea decessit. modo quæritur, quã primi duo & secundi tres habere debeãt? Et dicitur quòd primi duo habent vnum assem, id est, duodecim vncias, & secundi tres habent alium assem. & ita diuiditur hæreditas in dupõdium, id est in xiiij. vncias. Viuia.

a *Cæteris.* puta filiis. aliàs est inepta: vt infra, de verbo. oblig. l. quidam.

b *Posteriores.* ex æquis partibus instituti.

c *At secundo.* scilicet ante substitutioné primorum.

d *Vel tertio.* quod vidébatur, quasi ad proximiora sit faciéda relatio. argu. infra, de le. j. l. si seruus plurium. §. fi. & quasi ordo scripturæ sit seruandus.

e *Datum.* ergo primo gradu videntur instituti sicut & alij scilicet, Seius & Sempronius. & facit supra, eo. l. Titius.

f *Videri.* Nota ordinem scripturæ a non seruari.

Pater filio.] CASVS. Titium filiũ meum impuberem mihi hæredé instituí: & ei seruum meum Stichum pupillariter substituí: & ei libertaté dedi: & postea decessi. pupillus prædictus existens mihi hæres dictum Stichum vẽdidit Titio: qui Titius emptor iam facto à se primo testamento in secundo testamento liberum & hæredem sibi iussit esse dictũ Stichum. nunquid prius testamentum Titij emptoris Stichi est ruptum per secundum eius testamẽtum prædictum? Et dicitur quòd sic: quia ad hoc vt primum testamentum alicuius rumpatur, sufficit ita secundum factum esse, vt aliquo casu possit hæres ex eo existere. potest autem dictus Stichus esse hæres ex secundo testamento dicti emptoris in vno casu, scilicet cum euanuit substitutio prædicta pupillaris impubere prædicto facto pubere. si autem impubes decessit in pupillari ætate, & sic locum habuit dicta pupillaris substitutio, & sic extitit hæres dictus Stichus dicto impuberi, & sic habuit dictus Stichus libertatem ex testaméto domini sui: volũtarius hæres est Titij, & non necessarius. interim autem donec pendet vtrum sit vel non sit hæres impuberis dictus Stichus ex dicto secundo testamento emptoris, nõ potest habere libertatem & hæreditaté emptoris. cum enim expectet libertatem ex testamento suo vel domini sui quam ei dedit in substitutione impuberis antequam emptor eum institueret, vt dictum est, non potest ex testamento emptoris eam hãbere. Viuianus.

g *Impuberi.* hæredi instituto.

h *Eum.* seruum.

i *Testamento facto.* scilicet suo proprio Titij.

k *Superius.* id est, primum.

ff. Infort.

LIII. MARCELLVS libro singulari Responsorum.

LVcius Titius Seio & Sempronio ex semissibus hæredib[9] institutis, & cæteris [a] exhæredatis, inuicé hæredes* substituit: deinde legata & libertates dedit: postea ita subiecit: *Cornelius & Salustius & Varro** *æquis partibus hæredes sunto, quos inuicem substituo.* Quæro, quantum vel priores duo ex semissibus instituti, vel posteriores [b] habere debeant? Marcellus respõdit in obscuro esse, Cornelium & Salustiũ & Varronem primo, an secũdo [c] vel tertio [d] gradu hæredes instituere voluerit: sed secũdum scripturam testaméti quæ proponeretur,* alterum assem eis datum [e] videri. [f]

Vt primum testamentum tollatur per secundum, sufficit esse possibile vt ex secundo adeatur hæreditas. Item seruus substitutus pupillo est ei necessarius, si suus reperitur tempore mortis patris pupilli. Bar.

LIIII. NERATIVS libro primo Membranarum.

PAter filio impuberi [g] seruũ hæredem substituit, liberumque [eum] esse iusit. eum [h] pupillus vendidit Titio. Titius eum iam primo testamento facto, [i] in secũdo testamento liberum hæredemque esse iusit. Superius testamentũ Titij ruptum est: quia is seruus ei* hæres potest esse: & vt supe-

A l *Sufficit.* vt insti. qui. mo. test. infir. §. posteriore. &. ff. de iniu. rup. testa. l. cum in secundo. & infra, de iis qui. vt indig. l. cũ quidam.

m *Existere.* Nota rumpi primum testamentum per secundum: dum tamen per secundum possit existere hæres aliquo casu.

n *Institutionis.* factæ à Titio.

rius [k] testamentum rumpatur, sufficit [l] ita posterius factũ esse, vt aliquo casu potuerit ex eo hęres existere. [m] Quod ad vim autem eius institutionis [n] pertinet, ita se res habet, vt quandiu pupillo ex ea substitutione hæres potest esse, ex Titij testamẽto libertatẽ hæreditatemque [o] consequi nõ possit. [p] Si [verò] B pupillus in suam tutelã peruenerit, perinde ex Titij testamẽto liber hæresque sit, ac si pupillo [q] substitutus non fuisset. [Sed] si pupillo hæres extitit, propius est vt Titio quoque, si velit, [r] hæres esse possit.

Illius serui institutio præualet, qui fraudandorum creditorum causa institutus non reperitur. Bartolus.

LV. PAVLVS libro primo ad Legem Aeliam Sentiam.

SI is qui soluendo non est; primo loco Stichum, secũdo [s] eum cui ex fideicommissi causa libertatẽ debet, liberum & hæredẽ instituerit: Neratius secundo loco hæredem scriptum [t] fore ait: [u] quia non videtur creditorum fraudandorum causa manumissus. [x] C

Potest quis facere testamentum sub conditione si intra certum tempus decesserit. Bartolus.

LVI. IDEM libro singulari de Secundis Tabulis.

POtest quis ita hæredem instituere: *Si intra annũ septuagesimum decessero,* [y] *ille mihi hæres*

o *Hæreditatemq;.* vtrumque simul. Azo.

p *Non possit.* vt incõmutabiliter possit dici necessarius vel voluntarius: quia adhuc pẽdet, vt subiicit, interim tamẽ videtur necessarius emptori & liber, sed postea fiet ei volũtarius, vt etiam dimittere possit si pupillo succedat: vt. ff. eo. l. seruus alienus. §. qui fideicommissariã. & arg. j. tit. j. l. fi. §. j. Sed alij dicunt de necessario fieri voluntarium, vt ibi: sed nõ econtra: vt hic, & sic interim nõ fieri hæredem emptoris.

q *Ac si pupillo.* decedenti in pupillari ætate. nam alienatio spem libertatis nõ mutauit: vt. C. de testa. ma. statuliberis. sic ergo erit necessarius pupillo: vt infra, titu. j. l. sed si plures. §. quos possũt. Nec ob. quòd est alienus cum pupillus moritur, per quod videtur non esse necessariũ: sicut si testator alienasset: vt supra, eo. l. talé. §. j. sed hoc cũ suo onere trãsiuit cum pupillus alienauit, vt hic, & supra, eo. l. seruus alienus. §. fi. ff. & d. l. statuliberis.

r *Si velit.* non autem cogitur: vt infra, tit. j. l. fi. §. fi.

Si is qui soluẽdo.] CASVS. Institui mihi hæredẽ Titium: & per fideicõ. rogaui eum vt daret libertatẽ Pãphilo seruo meo: & postea decessi. dictus Titius effectus nõ est soluendo creditoribus suis, & dolore paupertatis venit ei febris cõtinua: vnde fecit testamentum, & instituit sibi hæredem necessarium cum libertate Stichum seruum suum, & postea instituit sibi hæredem eodem modo dictũ Pamphilum, & decessit. nunc quæritur, quis eorum debeat esse hæres necessarius & liber ex testamento dicti Titij, cum lex Aelia Sentia nolit nisi vnum esse hæredem: vt. ff. eo. qui soluendo? Et dicitur quòd Pãphilus. nam non videtur ei data libertas in fraudem creditorum. Viuianus. D

s *Secundo.* scilicet substituendo vel etiam instituendo.

t *Scriptum.* scilicet tantum, non primum: vt. ff. l. iij. & erit voluntarius: vt. ff. eo. l. si seruo. aliter si non debetur ei libertas: quia tunc primus: vt. ff. eo. l. qui soluendo.

u *At.* Nota casum in quo valet substitutio, & non institutio. *Substitutio quandoque institutioni præualet.*

x *Manumissus.* qui secundo loco scriptus est hæres. Ir. facit insti. qui. ma. non poss. §. j. & infra, qui & à qui. l. si quis hæres. & infra, eo. l. si ita. j. respon.

Potest quis.] CASVS. Institui mihi hæredem Titium si intra annum. lxx. decessero. nunquid valet institutio? Et videtur quòd non: quia videor testatus decedere, si decedo intra. lxx. annos. si autem decedo vltra. lxx. ann. videor intestatus decedere: & sic videor decedere p parte intestatus, & pro parte testatus: quod est à iure prohibitum. Dicit tamen quòd valet institutio prædicta: quia videor Titium sub conditio. instituisse. Viuianus.

y *Decessero.* Non obst. regula Catonis. Sed si poneres eum ita dixisse: instituo si decesserò post tale tempus: videtur obstare. non

enim tenet institutio si ante moriatur: vt infra, de reg. Cato. l. j. in princip. Sed responderi potest non obstare: quia sicut hic dicitur, videtur institutus sub cõditione: & si decedit intra illud tempus, vt pote deficiente conditione, non existit hæres. idem esset si sub qualibet alia conditione fuisset institutus: & ea defecisset testatore viuente. nam sufficit ad hoc vt testamentum teneat, quòd adiri potest hæreditas ex eo. Vel dic quòd nõ habet locum regula Catonis quoties ex volũtate testatoris apparet aliud esse dicendum, id est, quoties testator voluit eam cessare. Vel dic vt dixi infra, de regu. Cato. l. iij. & iiij. Vel dic quòd regula Catoniana habeat locum in legatis: hæc lex in hæreditatibus. Accursius.

a *Pro parte.* quia tũc institutus haberet quãdocunque decederet: sicut & habet totũ ex parte institut⁹. sed hoc non habet si post tempus decedat: quia deficit conditio. non ergo pro parte suæ ætatis dicitur testatus, pro parte non: sed in totum testatus sub constitutione.

esto. non enim pro parte [a] testatus intelligi debet, sed sub cõditione instituisse.

Substitutus liber præfertur instituto seruo si per eius libertatem creditores fraudẽtur. Bartolus.

LVII. IDEM libro quinquagesimo septimo ad Edictum.

SI is qui soluẽdo non est, seruum cum libertate hæredẽ instituerit, & liberum [b] substituerit: ante incipiendum erit à substituto. [c] Lex enim Aelia Sẽtia ita demum ei qui in fraudem creditorum hæres institutus est, conseruat libertatem, si nemo alius ex eo testamẽto hęres esse potest.

Pronomen hic hæc hoc, demonstrationis est rei præsentis ad oculum.

LVIII. IDEM libro quarto ad Vitellium.

SI is qui.] *CASVS.* Ego non existens soluendo creditoribus meis Stichum seruum meum mihi hæredem instituo cum libertate: & Titium liberum meum amicum ei substitui. certe erit mihi hæres Titius, & non Stichus: quia lex Aelia Sentia ita demum ei qui in fraudem creditorum hæres institutus est, conseruat libertatem, si nemo alius ex eodẽ testamẽto hæres potest esse: vel si potest, & non vult. & ita intelligitur hæc. l. Viuianus.

b *Liberum.* aliquem. & facit insti. qui ma. non poss. §. licet.

c *Substituto.* Nota alium casum similem huic. sic supra, de libe. & posthu. l. sed & si pepercerit. §. fi.

NEmo dubitat.] *CASVS.* Cum esset Titius coram me, eum instituo ita: Hic hæres mihi esto. demonstrando eũ, sed non nominando. certe valet institutio. sed & si ita dixi: instituo mihi hæredem Titium fratrem meum. certe valet institutio: quamuis non sit Titius meus frater. & hoc dicit. Viuianus.

d *Coram.* sic supra, eo. l quoties. §. si quis nomen. & supra, si cer. pe. l. certum. Accursius.

e *Instituitur.* vt infra, de condi. & demon. l. falsa. affectionem enim denotare voluit: vt. C. de offic. diuer. iudi. l. singuli. & infra, de adi. lega. l. alumnæ. in princi. Sed contra. C. de testa. neque. & C. eo. l. nec apud. & l. si pater. Sol. hic testator sciebat nõ esse fratrem quem instituit: ibi credebat eum fratrem & filium, cum non esset. & in dubio videtur eum credere fratrem nisi probetur contra. Arg. j. de leg. iij. non aliter. Accursius.

Liber homo.] *CASVS.* Seius liber homo seruiebat tibi Titio, & ipse credebat se esse seruum, cum non esset: & tu similiter credebas. Gaius instituit sibi hæredem dictum Seium: & tu Titius iussisti ei vt adiret hæreditatem: & ipse adiit. certe quamuis credens se seruum adiuerit, vt dictum est: tamen hæres pro se est, & non pro te Titio qui eum bona fide possides. & hoc si gerebat in animo suo vt hæreditati obligari vellet si aliquo modo appareret eum liberum esse. si autem hoc in animo non gerebat, sed sola necessitate tui iussus adiuit, non hæres erit pro se, sed tibi bonæ fi. possessori hæreditatem adiret. [*SI QVIS ITA.*] Seius erat socius Titij in salinis publicis, quas à republi. conduxerant: ita quòd Titius habebat ibi quartam partem: qui Seius fecit testa. & ita in eo dixit: Titius qua ex parte mihi socius est in vectigali salinarum, sit mihi hæres pro ea parte. & postea decessit dictus Seius. certe siue instituerat dictus Seius aliquos alios hæredes in toto asse hæreditatis suæ antequam dictam institutionem Titij faceret, siue non in toto asse, sed in parte hæreditatis: semper erit Titius hæres dicti Seij pro quarta parte hæreditatis Seij, sicut pro quarta parte salinarum erat socius. Distinctione illorum reprobata qui dicebant, si Seius instituerat alios in toto asse, Titium prædictum non esse in aliqua parte hæredem. si autem aliqua pars assis vacua relicta fuit ab institutione primorum, ex ea vacua parte dictum Titium hæredem esse. [*TITIVS HAERES.*] Ita dixi in testamento meo: Titius hæres esto. Seius & Mæuius hæredes sunto. & postea decessi. certe in hæreditate mea habebit Titius vnum semissem, & Seius & Mæuius alium semissem. [*CVM QVIS.*] Instituit mihi hæredem Titium in tribus vnciis: & Seium & Gaium in tribus: & Sempronium in sex vnciis. & decessi: & postea Titius non adiuit. † certe accrescit sua pars ei ita bene Sempronio si. Secut Seio & Gaio: & accrescit prędictis pro portionibus hæreditariis. & idem est si dictus Gaius non erat principaliter institutus, sed substitutus alicui hæredum, & hæres eius ex substitutione: quia semper habebit suam partẽ de parte Titij repudiantis. [*SI HAERES.*] Titium ciuem Romanum & capacem existentem instituit mihi hæredem. post testamentum autem meum fuit ei aqua & igni interdictum: & ita effectus fuit non capax: & postea rediit in ciuitatem, & ita fuit effectus capax: & postea ego decessi. certe erit mihi hæres: quia medium tempus inter testamentum meum & mortem meam non nocet. & idem est si eum instituo sub conditione, & tempore existentis cõditionis inuenitur esse capax. nam habebit hæreditatem meam de iure ciuili. & si vellet petere bonorum poss. de iure prætorio, posset. sed & si ei legassem equum meum, & non instituissem eum, & eadem accidissent in eius persona: æquum petere posset. [*TITIVS EX SEMISSE.*] Ita dixi in testamento meo: Titius ex semisse hæres esto. Seius ex quadrante, id est, ex tribus vnciis hæres esto. & dictus Titius si in capitolium ascenderit, ex alio quadrante hæres esto. ita diuisi totam hæreditatem inter eos. certe antequam Titius capitolium ascendat, si vult pro hærede gerere, non potest habere nisi semissem in quo institutus fuit pure. postquam autem ascenderit capitolium, non solum ex semisse prædicto erit hæres, sed etiam ex quadrante in quo fuit institutus sub dicta conditione. & non habet necesse gerere pro hærede quantum ad dictum quadrantem, cum iam sit hæres propter semissem. [*SI ITA SCRIPTVM.*] Ita dixi in testamento meo. Titius ex parte tertia & ex. iiij. vnciis sit mihi hæres. Mæuius ex parte tertia sit mihi hæres: & prædictus Titius ex reliqua parte, id est, ex. iiij. vnciis sit mihi hæres, si intra tertias kalendas nauis ex Asia venerit. est ergo Titius à me institutus in. iiij. vnciis pure, & in quatuor sub conditione: & Mæuius in. iiij. vnciis pure. si ergo existat conditio intra dictas kalendas, erit Titius hęres ex besse, id est, ex octo vnciis. si autem non existat, erit hęres in. iiij. vnciis in quibus fuit institutus pure: & cohæres suus in aliis quatuor. & quatuor vncias in quibus fuit institutus sub conditione Titius, diuidet per medium. antequam igitur certum sit vtrum conditio existat vel deficiat, habebit Titius. iiij. & duas vncias, & ita sex, & cohæres suus. iiij. & duæ superfluæ erunt in pendenti donec existat vel deficiat conditio. & si quidem existat conditio, habebit eas Titius. si autem deficiat, habebit eas cohæres suus iure accrescendi. Sed quid si dictus Titius decesit antequam dicta conditio existat, & postea conditio extiterit? Certe dictus sextans, id est, duæ vnciæ nihilominus accrescent dicto Mæuio cohæredi Titij, & non habebit eas hæres Titij. nam cum adhuc pendente conditione dubium esset Titio, an Mæuio is sextans datus esset: Titius decessit. nec potest intelligi datus ei hæredi Titij qui tempore dandi in rerum natura non fuerit. [*SI ATTILICINVS.*] dic vt infra, in glo. Accur. Viuianus.

NEmo dubitat rectè ita hæredem nuncupari posse, *Hic mihi hæres esto*: cum sit coram [d] qui ostenditur. Qui frater non est, †si fraterna charitate diligitur: rectè cum nomine suo sub appellatione fratris hęres instituitur. [e]

Si liber homo adiit vt seruus iussu alterius, non valet aditio. Bartolus.

LIX. CELSVS libro sextodecimo Digestorum.

LIber homo, cum tibi seruiret, hæres institutus, iussu tuo adiit. Trebatius [ait] esse eum hæredem: Labeo tunc nõ esse hæredem, si necessitate id fecerit, [f] non quòd [g] alioquin [h] vellet obligari.

Potest relinqui portio hæreditatis per respectum ad portionem alterius rei. Bar.

d *Coram.* sic supra, eo. l quoties. §. si quis nomen. & supra, si cer. pe. l. certum. Accursius.

e *Instituitur.* vt infra, de condi. & demon. l. falsa. affectionem enim denotare voluit: vt. C. de offic. diuer. iudi. l. singuli. & infra, de adi. lega. l. alumnæ. in princi. Sed contra. C. de testa. neque. & C. eo. l. nec apud. & l. si pater. Sol. hic testator sciebat nõ esse fratrem quem instituit: ibi credebat eum fratrem & filium, cum non esset. & in dubio videtur eum credere fratrem nisi probetur contra. Arg. j. de leg. iij. non aliter. Accursius.

f *Fecerit.* ideo, subaudi.

g *Quòd.* id est, quia.

h *Alioquin.* id est, aliàs, & facit infra, de acqui. hære. l. aditio. & l. vj. & l. qui putat. §. j. & l. qui aliena. §. j. & §. fi. & de acquir. rerum domi. l. liber homo. & dic vt plene not. instit. per quas perso-

BIU Cujas

no.ac.§.idem placet. in glo. Io. ingratus nulli. Accursius.

a *Descripto.* id est, adfiguato aliis hæredibus.

b *Maximè.* quasi dicat, etiam si maximè &c. & est pro eis, quia forte longe maior quantitas est in societate. sed certe nō ad quātitatem, sed ad quōtitatem se refert: & sic tenet. C. de pactis conuen. l. ex morte.

c *Pars.* scilicet assis.

d *Duobus datur.* vt & supra, eo. l. Titius. & l. interdum. ij. respon. & l. Lucius. & de verbo. signi. l. triplici. Sed cōtra, infra, de leg. ij. l. Lucius. §. Lucius. Sol. geminatio verborum a in fiorum, hæres esto: vel repetitio quæ sic hic tollit contra. Ité cō tra. C. de impub. & ali. substi. l. fi. j. respō. Sol. illa secundum istā intelligitur: vt ibi nota.

e *Cum aliquo.* si enim cū aliquo coniūctus est, ei soli adcrescet: vt. C. de caducis tollē. §. his ita. & §. sin autem ex iis qui. & ï. eo. l. hæredes. & de lega. ij. l. coniuncti. & facit. j. de leg. ij. l. Mæuio in princip. & supra, eo. l. item quod Sabinus. §. j.

f *Substitutus.* nō dicas substitutum cum instituto vocari: sed si plures sint substituti, & vnius pars deficit, adcrescit aliis substitutis secum prædicto modo.

g *Scribendi.* secus si sit nuncupatiuū: quia non curatur tēpus testamēti secundum quosdam: quod non placet.

h *Cuius Romanus.* cui soli legari potest: vt. ï. ad leg. Fal. l. j.

i *Et igni.* cuius loco est deportatio: vt. ï. ad leg. Iul. pec. l. iij.

k *Rederit.* in ciuitate.

l *Hæres institutus.* sub. redierit in ciuitate eo tempore quo &c. H.

m *In legatis.* verum in legatis tantum inspici vnum tempus debet, non vt in hæredibus tria: vt no. supra, eo. l. si alienum. §. j. & facit supra, eo. l. seruum. & ï. tit. j. l. si is qui. & de mā. testa. l. Aristo.

¶ Si quis ita hæredē instituerit: *Titius qua ex parte mihi socius est in vectigali salinarum, pro ea parte mihi hæres esto:* quidam putant, si asse descriptō [a] id adiectum sit: vt maximè [b] socius fuerit Titius, non esse hæredē: sed si qua pars [c] vacua relicta fuerit, ex ea hęredē [eū] esse. quod totum & ineptū & vitiosum est. Quid enim vetat, asse descripto vtiliter Titiū ex parte fortè quarta, ex qua socius erat hæredem institutum esse?

Duo coniuncti habent vnum semissem: vnus disiunctus habet alium. Bartolus.

¶ *Titius hæres esto: Seius & Mæuius hæredes sunto.* Verum est, quod Proculo placet, duos semisses esse, quorum alter coniunctim duobus datur [d].

Portio deficiēs eius qui nemini erat cōiunctus, accrescit omnibus. Bartolus.

¶ Cùm quis ex institutis qui nō cum aliquo [e] coniunctim institutus sit, hęres non est: pars eius omnibus proportionibus hæreditariis adcrescit: neque refert, primo loco quis institutus, an alicui substitutus [f] hæres sit.

Media tempora non nocent. Bartolus.

¶ Si hęres institutus scribendi [g] testamenti tempore ciuis Romanus [h] fuit, deinde ei aqua & igni [i] interdictum est, hæres fit si intra illud tempus quo testator decesit, redierit [k]: aut si sub conditione hæres institutus [l] est, quo tempore conditio extitit.* Idem & in legatis [m] & in bonorum possessionibus.

Institutus ex parte purè, & ex parte sub conditione: si habet cohæredem, adeundo ex pura, pro parte conditionalis institutionis est hæres conditione pendente. sed ea existente in totum sine noua aditione: & decedens interim non transmittit. h. d. cum §. sequen. Bartolus.

A iure institutionis. Ité nec iure adcrescendi: quia non deficit pars socij: vt. ï. de acquirē. hære. l. si solus. Respon. nō videtur sub conditione relictus, cū in omnem euentum sit habiturus: vt. §. eo. l. si quis ita. &. §. proxi. §. alterius autem sextantis non est hæres, quia forte conditio deficit. Accursius.

¶ *Titius ex semisse hæres esto: Seius ex quadrante hæres esto: Titius si in capitolium ascenderit, ex alio quadrante hæres esto.* Antequā capitolium ascendat, si pro hærede gerat, ex semisse [n] hæres erit: si capitoliū ascenderit, & ex quadrante [o] hæres erit: nec erit ei necesse, p hęrede gerere, quippe iam hæredi. Si ita scriptū fuerit, *Titius* [p] *ex parte tertia, Mæuius ex parte tertia hæredes sunto: Titius, si intra tertias kalendas nauis ex Asia venerit, ex reliqua parte hæres esto:* videamus, ne Titius statim ex semisse hæres sit. nam dūo hæredes instituti sunt, sed Titius aut ex semisse [q], aut ex besse [r]. ita sextans [s] vtiq; erit in pendenti [t]. & si conditio extiterit, ex besse hæres erit. si non extiterit, ille sextans [u] Mæuio adcrescet. Sed si decesserit Titius antequā conditio existat, deinde conditio extiterit: tamē ille sextans nō Titij hæredi [x], sed Mæuio adcrescet. Nā cùm adhuc dubium esset, Titio, an Mæuio is sextans datus esset, Titi⁹ decesit: nec potest intelligi datus ei qui tempore dandi in rerum natura non fuit.

Qui adit hæreditatem hæredis defuncti ex parte, si suam propriam institutionem omittit, eius portio pro parte sibi adcrescit si habet cohæredem: alias insolidum. Barto.

¶ Si Attius [y] Titium & Mæuiū & Seium æquis partibus hæredes instituit, [&] Titius [z] interim solus adiit [a] hæreditatem, & Seium [b] hæredē instituit: poterit Seius Titij [c] adire [d] hæreditatē Attij, vel adire, vel omittere: sed Attio ante quàm adeat vel omittat eius [e] hæreditatem, ex semisse [f] hæres erit. si

u *Sextans.* id est, illæ duæ vnciæ.

x *Non Titii hæredi.* ad quod. C. de cad. tol. §. sin autē sub conditione. Sed contra. ï. de acquir. hære. l. qui ex duabus. Sol. ibi nō habuit cohæredē. licet Ro. ibi glossauerit contrariū: sed male, vt no. ibi per l. præcedentèm.

y *Si Attius.* Continet duos casus. Primus est talis: Pone, Attius Titium, Seium & Mæuiū instituit hæredes ex æquis partibus. duobus deliberantibus Titius tantum pro sua parte adiuit hæreditatē Attij: deinde cōdidit suū testamentum, & Seium ex asse sibi hæredē instituit. modo quæritur, an Seius possit adire hæreditatem Titij, & omittere hæreditatem Attij? Respond. quòd sic, sed interim erit hæres ipsi Attio ex semisse. Sed quid erit si Seius adeat hæreditatem Attij? Respon. quòd tunc ex persona Titij erit hæres Attij ex triente: & ex sua ex alio triente: & sic habebit bessem. Secundus est talis: Pone, Attius tantum instituit Titium & Seium. postea solus Titius adiuit hæreditatem Attij, & Seium instituit: qui Titio extitit hæres. modo quæritur, an Seius possit omittere hæreditatem Attij: an necessario illi Attio ex asse hæres erit? Respon. quòd ille est hæres: cum ipse solus est hęres Titij qui pro parte adiuit hæreditatem Attij: & sic solus per Titium est hęres Attij pro parte. si igitur non adeat ex persona sua, tunc cum totam hæreditatem Titius adiuit, partem quam omisit ex sua persona, ex persona Titij habebit. & sic idem est ac si per Titium ipse solus fuisset hæres institutus. secus autem si non essent tantum duo instituti ab Attio: vt in princi. §. dicitur. Accursius.

Casum ponit duplicitèr.

n *Ex semisse.* & etiam ex ea parte quadrantis quæ eū tanget etiā conditione deficiente: vt. §. eo. l. si quis ita scripserit. &. ï. proxi. §.

o *Etiam ex quadrante.* toto. vel dic residuę partis quadrantis sine vlla aditione: vt hic, &. §. eo. si te solum. &. ï. de secun. tab. l. ij. §. si duo. Sed contra. ï. de acquiren. hęredi. l. si solus. Solu. non ob. quia verum est quòd statim adeundo vnam, acquiro alterā si iam delata est. si vero nondum delata, acquiram eam cū defertur: nec erit opus noua aditione: vt ibi.

p *Titius.* de quo primo dictum est, qui fuit institutus ex semisse.

q *Aut ex semisse.* si conditio deficiat.

r *Ex besse.* si extat conditio.

s *Sextans.* id est, duæ vnciæ.

t *In pendenti.* conuenitur tamen interim pendente conditione quilibet eorum ac si nihil in pendenti esset: vt. ï. ad leg. Fal. l. qui fundum. §. si tu. & dic quòd alterius sextantis statim est hæres Titius: vt hic dicitur. Sed oppo. non extitit conditio: ergo nō habet

y *Si Attius.* in primo casu sunt tres, in secundo duo hæredes.

z *Titius.* primus hæres.

a *Adiit hæreditatem.* pro parte sua scilicet tertia.

b *Seium.* scilicet cohæredem suum.

c *Titii.* sui cohæredis à quo fuit institutus.

d *Hæreditatem adire.* suo proprio nomine Ro. Vel adire pro sua parte quæ est tertia.

e *Eius.* Attij.

f *Ex semisse.* id est, medietate hęreditatis. trienté enim habet ex sua institutione: medietatē trientis Titij habet iure adcrescēdi si eius hæreditatem non adiit. alius medius triens est in suspenso. & dic ex semisse, scilicet interim. & hoc ex persona Titij. nam etsi

repudiat ex sua persona, tamen ex semisse hæres erit.

a *Hæres erit.* id est, fuisse dicendus est.

b *Triens.* hæreditatis pone Titij.

c *Habebit.* scilicet Seius.

d *Seius.* dumtaxat.s.hi duo.& subaudi,& Titius &c.

e *Titio.* testatore.

f *Hæreditatem.* Attij.

g *Ei.* Attio.

h *Ex asse hæres est.*& certe ex asse hæres est saltem per Titium cui succedit: vt.C. de cadu.tol.l.j.§.his ita.&.j. titu.j.l.sed si plures.§. ij.&.C.de iur. delib.l. quidé.& in auth.de hæ re.& Fal.§.j.colla.j.

i *Quamuis ipse.* scilicet Seius.

k *Hæres est.* Attio per medium Titium.

l *Hæres.* cum nõ vult esse hæres ex testamento Attij.

m *Institutus sit.* scilicet ab initio, quoniam hæres hęredis &c.vt.j. de verb.signi.l.sciẽdũ. &.C.de vsufru.l.antiquitas. Sed certe immo videtur partem hæreditatis Attij eum directo habere: aliam per obliquum per medium Titium: vt.ſ.eo.l.quoties.§.si quis primũ.cõtra.sed ibi voluit sic habere: hic noluit habere vt ex testamẽto Attij.

Qui soluendo.] CASVS. Titius nõ existens soluẽdo creditoribꝰ suis, instituit sibi hæredẽ Stichũ seruũ suũ: & postea Pamphilũ.certo Stichus erit hęres.nã lege Aelia Sẽtia ita cauetur, vt si duo pluréſve ex eadẽ causa hęredes scripti sunt, vti quisq; primus scriptus sit, hæres sit. Stichus autẽ primo fuit hic scriptus. Viuia.

adierit Seius Attij hæreditatẽ, Titius ex triente dumtaxat hæres erit[a]: & per hæreditatẽ Titij triens[b] dumtaxat ad Seium perueniet: alterum trientem ex sua institutiõe habebit[c]. Quid ergo, si ab Attio Titius & Seius[d] hæredes instituti sint, Titius adierit hæreditatem, [&] Titio[e] Seius hæres extiterit? potest ne Attij hæreditatem[f] omittere? an necessariò ei[g] ex asse[h] hæres est? quippe cum alius nemo hæres institutus est: quàm is ipse[i] qui ex aliqua parte iam hæres est[k], perinde est quasi vnus hæres[l] per Titium institutus sit.[m]

Seruus primo loco institutus ab eo qui non est soluendo, est hæres necessarius. Bar.

LX. CELSVS libro vicesimo nono Digestorum.

QVi soluendo non erat, ser Quũ primo loco, & alterũ seruũ secundo loco[n] hæredes scripsit. Solꝰ is qui primo[o] loco scriptus est, hæreditatem capit[p]. Nam lege Aelia Sẽtia ita cauetur, vt si duo pluréſve ex eadẽ causa hæredes scripti sint: vti quisque primus scriptus sit, hæres sit.

Verba enuntiatiua quæ erant in actu odioso, dispositionem inducunt. Bartolus.

LXI. MODESTINVS libro octauo Rẽsponsorum.

QVi volebat filiam exhæredare[q], sic testamentò cõprehẽdit: *Te autem filiam ideo exhæredaui, quoniam contentam te esse dote volui.* Quæro, an efficaciter exhæredata sit? Modestinus respõdit nihil proponi cur non esset voluntate[r] testatoris exhæredata.

Potest quis instituí in tempus quo capere poterit. Bartolus.

LXII. IDEM libro secundo Pandectarum.

IN tempus capiendæ hæreditatis institui hæredem posse, beneuolentiæ est: veluti, *Lucius Titius cum capere*[s] *potuerit, hæres esto.*[t] Idem & in legato.

Vitiatur institutio propter incertitudinem personæ. Bartolus.

QVotiens[u] non apparet ſquis hæres institutꝰ sit, institutio nõ valet (quippe euenire potest, si testator complures amicos eodem nomine habeat, & ad designationem nominis singulari nomine[x] vtatur) nisi ex aliis apertissimis probationibus fuerit reuelatum pro qua persona testator senserit.

Portio coniuncti deficiens adcrescit coniunctis, disiuncti omnibus. Bartolus.

LXIII. IAVOLENVS libro primo ex Cassio.

HAeredes sine partibꝰ vtrũ coniunctim, an separatim scribãtur, hoc interest, quòd si quis ex coniũctis decesserit, hoc non ad omnes, sed ad reliquos qui coniuncti erant, pertinet[y]. sin autẽ ex separatis, ad omnes qui testamẽto eodẽ scripti sunt hæredes, portio eius pertinet.

n *Secundo loco.* in secundo gradu tamen.

o *Qui primo.* quasi maiorem ad eum affectionem habeat: vt hic, &.j.eo.l.si non lex.§.temporibus.& arg.j.de fideicom.lib.l.generaliter.§.quid ergo si plures.&.ſ. de vsufruct.l.quoties. sed hoc fallit.j.qui & à qui.si quis hæres.&.ſ.eo.l.si is qui soluendo.quæ sunt arg.contra. Item facit.ſ.eo.l.qui soluendo.

Ordo scripturæ seruandus est.

p *Capit.* nota ordinem scripturæ seruandum.

Qui volebat.] CASVS. Titius volens filiam suam exhæredare ita dixit in testamento suo: Te autem filiam ideo exhæredaui, quoniam contentam te esse volui dote quam tibi dedi quando nupsisti. quæritur, vtrum videatur efficaciter exhæredata? & videtur quòd non: quia non dixit exhæredo te filiã. sed dixit te autem filiam exhæredaui &c? Respõ. tamen quòd efficaciter exhæredata est. Viuianus.

q *Exhæredare.* videbatur quòd non: quia eam non exhæredauerat, licet dixisset, ideo exhæredaui. sed tamen videtur bene exhæredata: quia dixit quòd esset contenta dote, & sic eam alienam fecit à sua hæreditate. & hoc est etiam exhæredare: vt.C.de libe. præte.l.iij.Azo.& facit.ſ.de rei vindi.l.emptor.§.fi.&.ſ.solu.matri.l.si socer.§.j.&.j.de ali.lega.l.cum vnus.§.fi.&.j.de dona.l.ex hac. Sed arg.contra.ſ.eo.l.ex facto. Item nota voluntatem magis quàm verba inspici.sic.j.de adi.lega.l.iij.§.conditio. Arg.contra j.de vsufruct.lega.l.si alij. Accursius.

r *Voluntate.* Nota voluntatem magis quàm verba inspici.

In tempus.] CASVS. Lucium Titium non capacẽ institui mihi hæredem cum esset capax, vel cum capere poterit. vel legaui ei cum legatum capere poterit. certe valet institutio & legati datio. [*QVOTIENS.*] Seius habẽs plures amicos quorũ quilibet nominabatur Titius, instituit Titium hæredem: & ita non apparet de quo Titio senserit. certe institutio non valet. si autẽ appareat ex aliquibus argumentis de quo Titio senserit testator, bene valet. Viuianus.

s *Cum capere.*& sic licet non sit capax testamenti tempore: si tamẽ postea efficiatur capax, erit hæres. secus si simpliciter eũ instituisset: quia non teneret institutio si tunc cum instituitur non esset capax: vt.ſ.eo.l. si alienũ.§.j. quæ est contra. Itẽ contra.ſ.eo.l.hæreditas.& institu.eo.§.hæres. Sed ibi ex certo die: hic ex incerto. Item contra, infra, de reg. Cato.l.j. Sed hic testator noluit regulam habere locũ. & facit infra, de lega. ij.l.si ita quis testamento.& infra, titu.j.l.si is qui hæres. Accursius.

t *Hæres esto.* Nota hæredem posse institui ei qui erit capax: licet non sit capax hæres capax tẽpore testamenti.

u *Quotiens.* dic vt no. infra, de leg.ij. si quis seruum.§.si inter duos. &.l.si quis Titio.§.fin. & facit infra, de reb. du.l.si fuerit. & facit supra, eo.l. quotiens.§. hæres.& de testa.tut.l. duo sunt Titij. & de ma.testa.l.cum ex plu-ribus.& de adimẽ.l. iij.§.si duob⁹.& de cõdi.& demõ.l.falsa.§.j.

x *Singulari nomine.* vt luti Titius amicus sit mihi hæres. nam si vtitur plurali nomine, terque esset hæres. Item supra.e.l.qui soluendo.cõtra. Sed ibi vnus supereſt. Accursius.

y *Pertinet.* vt &.C.de cad.tol.l.j.§.his ita.&.ſ.eo.l.liber homo. §.cũ quis.&.j.de leg.iij.l.re coniuncti. Nec ob.ſ.eo. itẽ quod Sabinus.§.j. quia ibi non fuerunt coniuncti verbis: vt ibi not.

Hæredes.] CASVS. Institui mihi hæredes Titiũ & Seium, & Gaium & Sempronium, & Primum & Secundum, nõ nominando certas partes: & ita fuerunt re coniuncti. ita tamen dixi in dicta institutione: Titiũ & Seium & Gaium instituo mihi hęredes: Sempronium instituo mihi hæredẽ. Primum instituo mihi hæredem. Secundum instituo mihi hæredẽ. & sic omnes, vt dixi, fuerunt re coniũcti. Titius autẽ & Seius & Gaius soli fuerũt coniuncti verbis. pone ergo quòd Titius decesserit antequã adiret hæreditatem pro sua parte: qui Titius erat coniunctus Seio & Gaio re & verbis, vt dictum est: aliis autem non nisi re. certe pars sua Titij pertinet tantum ad Seium & Gaium, & non ad alios. si autem decedat Gaius vel Sempronius, vel Primus vel Secundus qui verbis alicui coniuncti nõ erant, portio eius pertinet ad omnes cohæredes suos. Viuianus.

Eius seruum. CASVS. Titius habens Stichum seruum suum decesserit relicta vxore sua prægnante. ego in articulo mortis constitutus instituo mihi hæredem dictũ Stichum: qui quidẽ Stichus erit sine dubio illius qui nascetur ex dicta vxore Titij post mortem meã. nunquid valet institutio in seruo: quia cũ instituo mihi hæredẽ seruum, inspicitur persona domini serui instituti ad sciendum vtrũ valeat institutio, vel non: vt si quidẽ dominus sit capax, valeat institutio serui: aliàs nõ: vt.ſ.e.l.nõ minus. hic autẽ Stichus non habebat dominiũ tẽpore mortis: quia nõ erat adhuc natus:

BIU Cujas

natus: vt dictū est. Respon. tamen quòd valet institutio ad exemplum serui hæreditarij qui instituī potest ante aditā hæreditatē: quamuis tempore testamēti instituentis ipse sit nullius. Viuianus.

a *Eius seruum.* facit institu. eo. §. seruus autem alienus. &. ſ. eo. l. non minus. §. j. Accursius.

Poteſt inſtitui ſeruus eius qui poſt mortē teſtatoris naſcetur. Bartolus.

LXIIII. IDEM libro ſeptimo Epiſtolarum.

EIus seruum [a] qui post mortem meā natus erit, hęredē instituī posse Labeo frequenter scribit: idq; verū esse manifesto argumēto cōprobat: quia seruus hęreditarius prius quàm adeatur hæreditas, instituī hæres potest: quamuis is testamēti facti tempore nullius sit.

Non videtur quis eum inſtituere quem legando grauauit. Bartolus.

LXV. IDEM libro duodecimo Epistolarum.

HAereditas [b] ad Statiū Primū nullo iure pertinet, cū instituī hæres nō sit: nec quidquā ei [c] prodest, quòd ab eo aliquid legatū est, aut libertus ei defuncti testamēto commēdatus est, [seruúſve:] ex quo [d] si manumissus non est, seruus est.

Coniunctus re tantum, & coniunctus verbis tantum, ad portionem vacantem pariter admittuntur. Bartolus.

LXVI. POMPONIVS libro primo ad Quintum Mucium.

SI ita quis hæredes instituerit, † *Titius hæres esto* [e]: *Gaius & Mæuius æquis* [f] *ex partibus hæredes sunto*: quāuis, &, syllaba [g] coniūctionē faciat: si quis [h] tamē ex his decedat, nō alteri soli pars adcrescit, sed & omnib⁹ cohæredibus pro hæreditariis portionibus: quia non tam cōiunxisse quàm celerius [i] dixisse videatur.

Inſtitutio plenior prævalet. Bartolus.

LXVII. IDEM libro secundo ad Quintum Mucium.

SI ita † scriptum fuerit [k], *Tithasus si in capitoliū ascēderit*, [l] *hæres esto* [m]. *Tithasus hæres esto*: secūda scriptura potior [n] erit. plenior [o] est enim quàm prior.

Inſtitutio non poteſt conferri in alterius voluntatem expreſſam. ſed relatā ſic. Bar.

LXVIII. IDEM libro septimo ad Quintum Mucium.

SI quis Sempronium hęredē instituerit sub hac cōditione, *Si Titius in capitoliū ascēderit*: quāuis non aliàs hæres esse possit Sempronius, nisi Titius ascēdisset in capitolium, & hoc ipsum in potestate sit repositū Titij: quia tamen scriptura nō est expressa voluntas Titij, erit vtilis ea institutio. Atquin si quis ita scripserit: *Si Titius voluerit, Sēpronius hæres esto*: non valet institutio. Quædam [p] enim in testamentis si exprimantur, effectum nullum habent [q]: quādo si verbis tegantur, eandē significationē habeāt quā haberent expressa: & momētū [r] aliquod habebūt. [t] Sic enī filij exhęredatio cū eo valet, si qs hæres [t] exīstat. & tamē nemo dubitat, quin si filius ab hoste reuersus decesserit, nepos ex eo non possit scriptus hæres ab auo petere hæreditatem. Sed & si filius ante patrem decesserit, nepos ex eo non possit scriptus hæres ab auo petere hæreditatem. Sed & si filius ante patrem decesserit, nepos ex eo non possit scriptus hæres ab auo petere hæreditatem. Sed & si filius ante patrem decesserit, nepos ex eo non possit scriptus hæres ab auo petere hæreditatem.

Hæreditas.] CASVS. In testamēto meo ita dixi Statio Primo: lego Titio equum meum, & Stichū libertum meum eidem Statio cōmendo: & Pāphilum seruum meum eidem Statio commendo. non tamen hæredē instituī dictum Statiū. nunquid propter prædicta erit meus hæres Statī? Et dicitur quòd non. Item nunquid Pāphilus erit liber propter hoc quòd eum cōmendaui Statio, vt dictum est? Et dicit quod non. Viuianus.

b *Hæreditas ad Statium.* proprium nomen Statius Primus.

c *Et.* Statio: vt videatur institutus.

d *Ex quo.* id est, ex qua commēdatione, si manumissus non est: aliàs, scilicet non fit liber. & facit supra, eo. lex facto autem. Alij dicunt seruū fuisse cōmendatum vt libertū: & tunc dicunt fallere in milite: vt. C. de test. milit. l. ex his. Item dic legatum non valere: vt infra, de lega. iij. l. si fuerit. §. fina. & l. sequent. & facit Cod. de iur. & fac. igno. l. cum testamentum.

Si ita quis.] CASVS Ita dixi in testamēto meo: Titius hæres esto: Gaius & Mæuius æquis ex partibus hæredes sunto. & postea decessi. antequā autē Gaius prædictus adiret pro parte sua hæreditatē meam, decessit. quæritur, cui debeat adcrescere sua pars, vtrū Mæuio, an Titio, an ambobus pro hæreditariis partibus? Et dicitur quòd ambob⁹: quia quamuis coniunctus sit Gaius & Mæuius verbis per copulam &, tamen non tam videor eos coniunxisse per dictam copulam, quàm voluisse eos celerius nominare. celerius enī dixi, Gaius & Mæuius hęredes sunto, quàm si dixissem, Gaius hęres esto, Męuius hæres esto. Est & alia ratio: quia Gaius prædictus & Mæuius sunt separati re per illa verba in institutione apposita, æquis ex partibus &c. quamuis sint coniuncti verbis. Gaio ergo prædicto qui mortuus est, erat coniunctus verbis tantū Mæuius. Titius autem erat coniunctus re tantum. vnde non est mirum si ambo cōmunitēr habent partem Gaij. Viuianus.

e *Titius hæres esto.* per hoc apparet quòd totam hæreditatem ei assignare videtur. Accursius.

f *Æquis ex.* ergo fuerunt isti duo non re coniuncti, sed verbis tantum: quia per copulatiuam coniunctionem videlicet: vt. j. de lega. iij. l. re coniuncti.

g *Et syllaba.* dictio est. Accursius.

h *Si quis.* Gaius vel Mæuius. nam de Titio non esset dubitatio: quia idem est in eo.

i *Celerius.* electiue. q. d. non coniunxit scilicet re: quia dixit pro æquis: aliàs esset secus si omissum sit pro æquis: vt. ſ. eo. l. interdū. sed celeriter dixit, scilicet coniungendo verbis: sicq; dixit celerius, quàm si dixisset Gaius hæres esto, & Mæuius hęres esto. Alij dicunt, vt Azo & H. quòd coniunxit scilicet re. nam quantum ad ius adcrescendi re omnes videntur coniuncti quasi testator id dixisset celeriter. vere tamen duo verbis, alter re coniunctus est: & sic secundum eos fictione sunt re coniuncti. apparet ergo Gaium coniunctum esse Mæuio verbis, & Titio re. & sic simul admittuntur per. l. istam. licet alij præferant re coniunctum: alij verbis coniunctum. Argu. j. de leg. iij. l. re coniuncti. & hic dicunt quòd re tantum sunt coniuncti. & quod dicit, syllaba, &, faciat coniunctionem, scilicet aliàs, non hic: quod non placet. si autem re & verbis aliquis esset coniūctus, deficienti ille præfertur: vt. ſ. eo. l. hæredes. &. d. l. re coniūcti. & facit. ſ. eo. l. liber homo. §. Titi⁹. &. j. de le. ij. l. Mæuio. &. C. de ca du. tol. l. j. §. his ita. &. j. de leg. ij. l. Luci⁹. §. Lucius. Accursius.

† *Concor. tit. hac. l. ca. ſi pater. in gl. ſuper verb.*

Si ita ſcriptum.] CASVS. Ita scripsit Seius in testamēto suo: Titius & Tithasus hæredes mei esto, si in capitoliū ascēderit. Tithasus hæres esto. & decesserit dictus testator. certe secūda scriptura potior erit. nam cū sit pura, plenior est q̄ prima conditionalis: & ita Tithasus habebit hæreditatē pure non expectando aliquam conditionem. Viuianus.

certare. anſte medi. ibi, extra de tres. ſta. lib. 6.

k *Si ita scriptum fuerit.* scilicet. Titius.

l *Ascenderit.* scilicet quilibet eorum.

m *Esto.* ſ. pure.

n *Potior.* Not. plenior rē voluntatē seruandā.

o *Plenior.* est enim pura. ad quod supra, eo. l. si te solum. §. j. &. j. de condi. & demon. nam ad ea.

Si quis Sempronium.] CASVS. Seius instituit sibi hæredē Sempronium sub hac conditione: si Titius ascenderit capitolium. certe valet institutio. si autem Seius ita scripsisset, Sempronius hæres mihi esto si Titius voluerit: non valet institutio. & est ratio: quia quædam sunt quæ si in testamentis exprimantur, effectum nullum habent: sicut est quando committo institutionem Sempronij in expressam voluntatem Titij: vt dictum est. Item quando facio exhęredationem filij mei tali modo: Titius hæres esto. & cum hæres erit, Titius filius exhæres esto. & sic fuit expressa conditio exhæredationis. prædicta autem expressa possunt verbis tegi, & eandem habent significationem ac si expressa fuissent, & valent: veluti cum Seius ita dixit: Instituo mihi Sempronium hæredem si Titius capitolium ascenderit. nam quamuis aliàs non possit hæres esse Sempronius nisi Titius ascēdat capitolium, & quamuis hoc ipsum in potestate sit repositū Titij: quia tamen in institutione nō est expressa voluntas Titij, erit vtilis ea institutio. Item & cum conditio exhæredationis filij nō est expressa, sed fuit facta hoc modo, exhæredo filium meum &c. tunc ita demū erit exhæres filius, si quis alius hæres extiterit. quāuis si expressa fuit conditio exhæredationis, non valeret exhæredatio: vt dictum est. Viuianus.

p *Quædam.* No. quædā expressa nocent, quę tacita nō nocerēt.

p *Quædam enim.* non tamen omnia: vt ſ. l. proxi.

q *Nullum effectum habent.* concor. j. de cōdi. & demon. l. nonnūquam. &. l. ſi in diē. in fi. &. ſ. eo. l. illa. &. j. de leg. ij. ſi ita legetur. Sed arg. contra. j. eo. tit. j. Solu. vt ibi. Ité facit. ſ. eo. l. talē. §. j. &. j. de verb. obliga. l. eum qui. §. j. &. j. de lega. j. l. ſi ita legatum. §. j. & l. senatus. §. legatum. &. ſ. de testa. tute. l. tutor ita.

r *Momentum.* id est, firmitatem.

ſ *Habebunt.* id est, valebunt.

t *Si quis hæres.* dic quod sunt verba legis. q. d. nulla est exhæredatio nisi

BIU Cujas

datio nisi hæres institutus sit,& adeat: vt.ĭ.de cõtra tabu.l.filium. §.sed cum exhæredatio.& sic lex intelligit hanc cõditionem quę ab homine non potest poni,vt subiicit: quia non potest fieri exhæredatio sub conditione: vt supra,de lib.& posthu.l.iij.§.purè. quod si fiat,ille gradus nó valeret,habito filio pro præterito: vt.ĭ. titu.j. l.ex facto.§.Lucius.cum enim exhęredatio debeat præcedere effectum institutionis,ne filius inueniatur præteritus:hic nó esset ita:immò præcedere inuenitur institutionis effectus cũ sic dixit, Titius hæres &c.Accur.

Cornelius.] CASVS. Ita dixit Titi[a] in testaméto suo: Cornelius & Mæuius vter eorũ volet, hæres esto. & decesslt. postea vterque volebat hæres esse. certe vterque erit hęres.illa enim adiectio,vter eorum volet &c.est superuacua: ideo, quia etiam ea nó adiecta futurum fuit vt vter vellet, hæres esset: & vter nollet,hæres non esset. si autem prędictus Cornelius & Mæuius erat ex numero necessariorum hæredum Titij: tunc dicta verba, vter eorum volet &c.non sunt superuacua: sed habent vim conditionis. & si vterque eorũ volet hæres esse, vterq; erit hæres.& si vnus tantũ volet esse hæres, ille erit hæres.Viuianus.

† *Quæ sint captatoriæ institutiões, vide An. Aug. lib. 4.cap. 15. & Alciat. lib. 2. Paverg.ca.31.*

a *Tu.* Procule.

b *Proculus.* in secunda & prima persona de seipso dicit.

c *Superuacuam.* superuacua est in hæreditate: quia etiam eo nó adiecto non acquiritur nisi velit. vnde non transmittitur hæreditas non adita ad hęredem: vt.C.de cadu.tol.§.in nouissimo.secus tamen in legato : vt.ĭ.de leg.j.l.si ita legatum.§.illi. & infra, de condit.& demon.l.si ita expressim.quia legatum post mortem testatoris transmittitur : vt prædicta.l.si ita legatum dicitur . Sed nónne hæreditas in quibusdam casibus , etiam non adita transmittitur: vt.C.de iis qui ante aper. tab.l.vnica. an ergo tunc erit idem quod in legato? Respon.quod non.sed videtur quod idem. arg. eiusdem legis.

Hæreditas nõ adita nõ transmittitur.

d *Figuram.* scilicet verborũ superuacuam,quæ.s.non dicemus: vt.ĭ.de act.& oblig.l.non figura.& dic figuram,id est formam.

e *Vim.* id est,potestatem.

f *Conditionis.* quia si volunt, erunt hæredes,non inuiti,quod esset nisi hęc cõditio esset: vt hic,&.ĭ.de condit.instit.l.verba.&.ĭ. eo.l.iam dubitari.in fin. & facit supra, eo.l. Titius & Seius. &.s. eo.l.proxi.cum suis concor.

g *Dicerem.* modo soluit primam quæstionem.

Captatorias.] CASVS. Si rogaui Titium vt propter affectionem quam mihi debet,instituat Seium hæredem,& ipse eum instituit: certe ista captatoria.i.adulatoria institutio non est improbata à senatusconsulto Liboniano : sed illa captatoria improbatur quæ collata est ad secretũ alienæ voluntatis,puta si instituit Titius Seium si voluero ego.Viuianus.

Deceptio quandoque ꝓmittitur.

h *Captatorias.* id est, deceptorias. & nota quasdam licitas, & quasdam illicitas. sic & aliàs permittitur deceptio in pretio rerum: vt supra,de mino.l.in causæ.ij.in fine.Accursius.

i *Senatus.* id est,senatusconsultum Libonianum: vt innuitur.ĭ. de iis quę pro non scrip.l.j.& de lega.ij.l.Lucius.§.Sempronius.

k *Affectionibus.* vt si induco testatoré blandis verbis vt me instituat, vel mihi leget : hoc enim valet. non enim ista per senatusconsultum improbatur:sed illæ quarum conditio &c.vt quos

bitat, quin si ita aliquis filium exhæredauerit, *Titius hæres esto: & cum hæres erit Titius, filius exhæres esto* : nullius momenti esse exhæredationem.

Expressio eorum quæ tacite insunt, nihil operatur si exprimantur prout insunt. secus si alio modo. Bartolus.

LXIX. PROCVLVS libro secundo Epistolarum.

Cornelius & Mæuius, vter eorum volet, hæres esto. vterque vult. Trebatius neutrum fore hæredem, Cartilius vtrũque. tu[a] cui adsentiaris? Proculus[b]: Cartilio adsentior: & illam adiectionem, *vter eorum volet*, superuacuam[c] puto. id enim etiam ea non adiecta futurum fuit, vt vter vellet, hæres esset:[&]vter nollet, hæres non esset. Quod si hi ex numero necessariorum hæredum essent, tum id non frustra adiectum esse:& non solum figuram[d], sed vim[e] quoque conditionis[f] continere dicerem[g]: tamen si vterq; hæres esse vellet, vtrumque hæredem esse.

LXX. PAPINIANVS libro sexto Responsorum.

CAptatorias[h] institutiões† non eas senatus[i] improbauit, quæ mutuis affectionibus[k] iudicia prouocauerunt[l], sed quarũ cõditio[m] confertur ad secretum alienæ[n] volũtatis.

LXXI. PAVLVS libro quinto ad legem Iuliam & Papiam.

ILlæ autẽ institutiones[o] captatoriæ non sunt, veluti si ita hæredem quis instituat: *Qua ex parte Titius me hæredem instituit, ex ea parte Mæuius hæres esto*: quia in præteritum, non in futurum institutio collata[p] est. Sed illud quæri potest, an idem seruandum sit, quod senatus censuit[q], etiã si in aliam personam captationem* direxerit? veluti si ita scripserit: *Titius si Mæuium tabulis testamenti sui hæredem à se scriptum ostenderit[r] probauerítque, hæres esto.* Quod in sententiam[s] senatusconsulti incidere non est dubium.

LXXII. TERENTIVS CLEMENS libro quarto ad legem Iuliam & Papiam.

SI quis solidum[t] à lege[u] capere nõ possit, & ex asse sit institutus[hæres]ab eo qui soluendo non est: Iulianus ex asse eum hæredẽ esse respõdit. legi enim[x] locum nõ esse[y] in ea hęreditate quæ soluendo nõ est.

Conditio adiecta in institutione, nõ videtur repetita in substitutione. Bartolus.

l *Prouocauerunt.* vt.ĭ.si quis ali.testa.pro.l.fi.

m *Conditio.* de futuro, non de præterito : vt.ĭ.l.proxi. & da exemplum.s.eo.l.illa institutio.Accursius.

n *Alienæ.* id est, non testantis. & facit.C.de testa.mili.l.captatorias. & infra, de lega.j.l.captatorię.& infra, de condit. instit.l. mulier.§.fina.& supra, eo.l.si quis Sępronių. ver.atqui.Accursius.

Llæ autẽ.] CASVS. Testator dicit: qua ex parte Titius me hęredem instituerit,ex ea parte Męui[a] hęres esto. non est captatoria institutio, & valet : quia est collata in præteritum. si autem ita dicat: Titius hæres esto si ostenderit & probauerit Mæuium hęredem à se scriptum in tabulis testamenti sui:tunc bene est captatoria, & non valet. nã incidit in sententiam dicti senatusconsulti.Viuianus.

Fili.

o *Illæ autem institutiones.* quæ nõ faciunt cõditionem : vt supra, si cer.pe.l.itaque.& facit supra, eo.l.hoc articulo.&.s.eo.l.ij.

p *Collata.* & ideo valet.

q *Censuit.* Libonianus prohibens fieri in futurum: puta,si feceris me hæredem, hæres esto: vt.ĭ.de iis quę pro non scrip.l.j.in fin.

r *Ostenderit.* futurum subiũctiui.sic & in verbo,probauerit,& sic de futuro.Accursius.

s *In sententiam.* debet enim institutio ex mera affectione fieri, non per metum pœnæ[a] : vt infra, de verbo. obliga.l.stipulatio hoc modo. nec cupiditate lucri: & sic qui renuntiat præbendæ, vt alius habeat libere facere debet. hic autem ponitur in voluntate hæredis, scilicet vt si alium instituat; quanquam & sine hoc esset in eius potestate. & facit supra.l.proxi.cum suis concor.Accursius.

Si quis solidum.] CASVS. Titius non existens soluendo creditoribus suis, instituit sibi hæredem ex asse filium suum naturalem pone: qui naturalis nó potest capere vltra vnam vnciam filiis legitimis & naturalibus extantibus. nunquid erit hæres ex asse siue in totum ? Et dicitur quod sic : quia satisfacto creditoribus, non remanebit ei nisi vna vncia, & forte minus . Lex enim quæ vetat eum accipere vltra vnam vnciam , non habet locum in hæreditate quæ non est soluendo.Viuianus.

t *Si quis solidum.* vt filius naturalis : vt.C.de na.lib.l.ij.item. & C.de secun.nup.l.j.Accursius.

u *A lege.* id est,occasione legis impedientis.

x *Legi enim.* quæ ideo quem insolidum capere vetat, ne commodum sentiat totius hæreditatis: non etiam ne onera sustineret solus.pœna enim nemini immunitatem præstare consueuit: vt.ĭ. de inter. & releg.l.antepenult.§.fi.Ro.sic ergo pro vtilitate aliorum hoc habet, non pro sua.sic.ĭ.ad Treb.cogi.§.his.& infra, si quis aliquem testa. pro.l.j.§.j.& infra, de le.præ. bo.pos. contra tabu.l.iij.§.penul. &.ĭ.titu.j.l.si is qui. & infra, de contra tabu.l. non putauit.§.si quis sua. & infra,de leg.ij.l.cum ei.

y *Non esse.* non capacem esse capacem in odium sui.

Sub conditione.] CASVS. Institui mihi hæredem Titium sub conditione si nauis ex Asia venerit vsque ad annum, & substitui ei Seium,& decessi.postea transiuit annus,& non venit nauis,& sic defecit conditio, & viuit adhuc Titius institutus. certe erit hæres purè substitutus prædictus : quia in substitutione sua non repetij conditionem.Viuianus.

Sub

BIU Cujas

LXXIII. GAIVS tertiodecimo* ad Legem Iuliam & Papiam.

SVb conditione[a] hęrede instituto, si substituamus: nisi eandem conditionem repetamus[b], purè[c] eum hæredē substituere intelligimus.

Instituto in certa re, erit hæres in totum detracta mentione illius rei. Bartolus.

LXXIIII. LICINNIVS RVFINVS libro secūdo Regularū.

SI quis ita hæres institut[d] fuerit, *Excepto fundo, excepto vsufructu hæres esto*: perinde erit iure ciuili, atque si sine ea re[d] hęres institutus esset. ídq; auctoritate Galli Aquilij factum est.

LXXV. PAPINIANVS libro duodecimo Quæstionum.

SI filius substituatur ei à quo præteritus est: non vt intestati patris, sed ex testamento habebit hæreditatem[e]: quoniam & quolibet alio substituto, si fuisset ab eo exhęredat[o][f], inde testamentū inciperet, vbi filius esset exhæredatus[g].

Donari potest marito donationem re-

uocati, aliàs secus: quia talis donatio morte confirmatur. Bartolus.

LXXVI. IDEM libro quintodecimo Quæstionum.

SEruus vxori à marito mortis causa donatus, mariti manet[h], vt & Iuliano quoque videtur. Idem[i] si accipiat libertatem simul & hæreditatem[k], viro necessarius hæres erit: nec sine libertate aliquid ei legari potest[l].

Agitur ex scriptura declarata, non ex scriptura declarante. h.d. Vel aliter: In una scriptura videtur contineri id quod continetur ad quam refertur. Bartolus.

LXXVII. IDEM libro septimodecimo Quæstionum.

ASse toto non distributo[m], ita scriptū est: *Quē hæredē[n] codicillis fecero, hæres esto.* Titium codicillis hęredē instituit. Eius quidē institutio valet ideo, q̄ licet codicillis dari hæreditas nō possit[o], tamē hæc ex testamento data videtur[p]. sed hoc tantum ex hęreditate habebit, quantū ex asse residuū mansit.

---

a *Sub cōditione.* casuali. aliud forte in potestatiua vel mixta, quæ semper intelligitur repetita: vt. C. de cadu. tollen. l. j. §. pro secundo. &. §. ne autem. Accursius.

b *Repetamus.* expresse.

c *Pure.* id est, sine ea cōditione quę imposita erat instituto. inest tamen in substitutione illa cōditio, si institutus hæres non erit: vt insti. de vulga. substit. in prin. Cur ergo intelligitur repetiisse easdē partes in substitutióe: vt. j. titu. j. l. qui liberis. §. fin. Item eadē legata: vt. j. de leg. j. l. licet imperator. Item in legato translato eadem cōditione: vt. j. de adimen. lega. l. legatū. quæ sunt cōtra? Respon. hic substitutus de nouo grauatur quadā alia cōditione, qua nō grauabatur institutus, scilicet si ille hæres non erit. per quod videtur releuari à prima ar. d. l. licet. Iteē quia institutiōes sūt fauorabiliores. Iteē contra. j. de leg. ij. cum pater. §. ab instituto. Solu. vt ibi. Item not. contra repetitionem. & sic sunt arg. contra. ff. ad. l. Aquil. l. quēadmodū in fi. l. & de iudi. l. fi iudex.

Si quis ita.] CASVS. Instituit mihi hæredē Titiū ex fūdo meo Titiano, excepto vsufructu. certe hæres institutus videtur in tota hæreditate mea, detracta fundi mentione. & hoc dicit Gallus Aquilius.

d *Sine ea re.* id est, sine exceptione eius rei. s. fundi vel vsusfructus: vt. ff. eo. l. j. §. fi ex fundo. totū enim simpliciter debet habere, cū nō sit alius institut[o]: vt. ff. eo. l. ex facto ꝓponebatur. §. j. idē est si plures instituti sunt: vt. ff. e. l. si alteri[o]. Azo. &. l. quoties. §. si duo.

Si filius sub.] CASVS. Instituit mihi hæredem Titium: & filium quem in potestate habebam, præterij, scilicet Seium: & postea eundem filium substituit dicto Titio. & ita non valet primus gradus in quo institutus fuit dictus filius, cum ab eo sit præteritus filius. nunquid habebit filius meus hęreditatē meam ab intestato, an vero ex substitutione? Et dicitur quod ex substitutione: & ita ex testa. & est ratio, quia si substituissem dicto Titio Gaium, & à gradu substituti exhæredassem dictum meū filium: à gradu autē instituti præteriissem eum: nō valeret primus gradus in quo institutus fuit Titius, à quo fuit præteritus filius, vt dictū est: sed inciperet valere testamentum à secūdo gradu substitutionis, à quo filius fuit exhæredatus, vt dictum est, & ita tam in primo casu huius. l. quam in secundo non pereunt legata. Viuianus.

e *Hæreditatem.* quia valet testamentum à substitutione.

f *Exhæredatus.* ab instituto præteritus.

g *Exhæredatus.* ergo & hic incipit testamentum valere vbi esset institutus, quasi tantum faciat institutio, quantum exhæredatio. Azo. & facit supra, de libe. & posth. l. iij. §. fin. & infra, tit. j. l. ex facto. §. Lucius. restat ergo vt perinde habeatur filius, ac si ab eo testator cœpisset, primúmque instituisset à quo filium non exhæredauit, nullo modo instituisset. sed si esset posthumus, totum testamentum rumperetur.

Seruus.] CASVS. Stichum seruū meum donaui vxori meæ mortis causa. certe me viuente est adhuc meus: & ideo si instituam eum hæredem cum libertate, erit mihi hæres necessarius. Item & propter hoc quod meus est, non possum ei aliquid legare sine libertate. Viuianus.

h *Manet.* vt supra, de dona. inter vi. & vxo. l. si cum. §. fina. &. l. quia. &. l. sed interim. Sed contra in eo. tit. l. si is seruus. vbi dicitur esse in pendenti. Sed ibi fictione: vel quod de futuro poterat esse, considerabat: hic præsens verum.

i *Idem.* scilicet seruus. aliàs, Vnde.

k *Et hæreditatem.* ex testamento domini erit &c. vt &. ff. de dona. inter vi. & vxo. l. vxori. Accursius.

l *Potest.* vt &. C. de leg. seruus. & infra, de le. j. l. plane. §. si coniunctim. &. j. e. l. si socius. Sed arg. contra. C. de necess. ser. l. quidam. §. illo. Sol. vt ibi.

Asse toto.] CASVS. Institui mihi Gaium in quatuor vnciis hæreditatis meæ, & Sempronium in tribus: & de quinque vnciis residuis vsq; ad assē, nihil dixi. & postea ita dixi in eodem testamento. ille mihi hæres esto quē fecero hęredem in codicillis. & postea feci codicillos: & in eis institui mihi hæredem Titium sine parte, & decessi. nunc quæritur, de duobus vnum est, an valeat institutio Titij in codicillis facta. secundum est, quantum debeat habere Titius de dicta hęreditate mea, & si dicta sua institutio valeat. & videtur quod non valet institutio: quia in codicillis non potest dari hæreditas. respōdetur tamē quod valeat: quia videtur data in testamento propter illa verba quæ in institutione dixi, ille mihi hæres esto quem in codicillis hæredem fecero. & habebit dictus Titius ex dicta institutione in codicillis facta dictas quinq; vncias. Viuianus.

m *Non distributo.* puta instituto Seio in octo vnciis.

n *Hæredem.* no. quem institutum in codicillis[a] esse hæredem.

o *Non possit.* vt. C. de codicil. l. ij. nisi sit miles: vt infra, de mili. testa. l. quærebatur. Accursius.

p *Videtur.* similia sunt. j. de cōdi. & demō. l. si ita scripsero. &. j. de cōdi. insti. l. institutio. &. C. de codic. l. j. &. j. de leg. ij. l. vnum ex familia. §. si de Falcidia. & de verb. sign. l. lege. &. j. l. proxi. §. j. &. j. de lega. iij. l. si quis. in prin. &. C. de manumiss. testa. l. j.

Qui non militabat.] CASVS. Gaius paganus i. non miles, habens in quadam prouincia quæ vocabatur Pānonia, bona, quæ reliquit ei mater sua, Valentia pone trecenta: & habens in quadam alia prouincia quæ vocabatur Syria, bona, quæ reliquit ei pater suus, Valentia pone centum: Stichum libertum suum instituit sibi hæredem in dictis bonis maternis, & Titium in paternis, & postea decessit. nūc quæritur, quam partē quilibet dictorum hæredū habere debeat de hæreditate? Et dicitur quod quilibet habet vnum semissem: & ita æqualiter sunt hæredes. sed iudex familiæ erciscundæ qui agnoscit inter eos de diuidēda hęreditate, debet sequi voluntatem dicti testatoris, adiudicando liberto dicta bona materna, quasi essent ei prælegata: & Titio paterna, quasi ei prælegata forent: & faciendo quod ipsi ad inuicem præstāt sibi cautiones cū satisdatione propter actiones dictorum prælegatorū nomine eis adinuicem cōpetentes: scilicet vt si acceperit aliquis eorū nomine prælegati plusquā ei licuerit. per. l. Falcid. restituat alteri. & ita erit salua Falcidia in dictis prælegatis, & quam adhuc nō erat certum locū habere eo forte quod relinquebat testator quædā alia aliis legata sub cōditione quæ adhuc pendebat. si autem incōtinenti certum est locum habere Falcidiam in prelegato vnius eorum in retinenda per eum Falcidia, siue in retinendo quadrantem, id est Falcidiam quilibet eorum, & extincta Falcidia de dictis prælegatis per quēlibet eorum, dodrantes dictorum prælegatorum cōpensabuntur adinuicē vsque ad concurrentem quātitatem, opposita doli mali exceptione illi qui nō vult cōpensationem admittere. de quibus omnibus ita ponas exemplū vt hic ponit glos. in verbo, cōpensetur. [LVCIO TITIO.] Gaius instituit sibi hæredem Lucium Titium ex duabus partibus hæreditatis suæ, quæ caperent octo vncias: & Publium Mæuiū instituit ex quadrante. i. ex tribus vnciis: & ita diuisit hæreditatem suam inter prædictos in. xj. vncias: & ita nihil dixit de vncia quæ restabat ad assem: & decessit dictus Gaius.

a *Nec ꝛſa-pūtur codicilli ꝑ substequētes codicillos: nec per subsequēs testamentū. l. i. & ibi Bar. C. de codic. & in Spec. de instru. edit. §. viso de ꝛpugnatione. nisi sint contrarii glos. & Bar. in. l. 3. C. eo.*

modo,

BIU Cujas

modo quæritur, qualiter debeat diuidi inter prædictos hæreditas sua? Et dicitur quod in dodrantem, id est.ix.vncias debet diuidi hæreditas sua: & in quadrantem, id est tres vncias, vt scilicet Lucius Titius institutus in besse, siue in duabus partibus hereditatis, siue in octo vnciis habeat dodrantem, id est.ix.vncias, & Publius Mæui[9] habeat quadrantem.i.tres vncias. nam ex eo quod testator instituit Publiũ Męuium in quadrante, id est in trib[9] vnciis videtur talem modum posuisse in duabus partibus hæreditatis suæ, siue in besse, siue in octo vnciis in quibus instituit Lucium Titium: scilicet vt ipse Lucius Titius habeat.ix. vncias, siue dodranté ex quo alios non instituit hæredes, sicut euenit alibi. nã si legauit Gaius Titio.x. libras, & non dixit de quib[9] denariis, nos intelligemus de quib[9] intellexit testator cõtemplatione aliorũ legatorum quæ reliquit dict[9] testator aliis. nam si in aliorum legatis expressit nummorũ speciem, puta quia expressit de Bononinis: Titij prædicti legatum de Bononinis intelligemus.

*Halo. soluta

[FILIIS HAEREDIBVS.] Duos meos filios instituo mihi hæredes æquis partibus: & postea instituo mihi hęredẽ filium fratris mei in duabus vnciis. certe.x.vncias habebunt filij mei: duas autem fratris filius. & idem esset, si dictum filium fratris mei instituissem antequã dictos meos filios. secus autem esset, si nominatim instituissem mihi hæredes filios meos in toto asse, vel in.xij.vnciis hæreditatis meæ: & filium fratris mei instituissem sine parte. nam alterum assem haberet tũc filius dicti mei fratris. [SEIVS MAEVIVM.] Seius instituit hęredem Mæuiũ ex parte quę per leges capere posset Mæuius: & ex reliqua parte instituit Titiũ. & decessit Seius. modo inuenitur quod Męuius potest capere totam hæreditatẽ per legem non vetantem: & eam hæreditatẽ vult habere. Certè Titius nihil habebit. si autem non instituisset Seius Titium ex reliqua parte, sed simpliciter: habebit Titius vnum assem primo, & Mæuius alterum. si autẽ Mæuius non sit in aliquo capax, Titius habebit totam hæreditatem: qui Titius fuit adiectus siue substitutus. Viuianus.

LXXVIII. IDEM libro sexto Responsorum.

QVi nõ militabat[a], bonorum maternorũ[b] quæ in Pannonia possidebat, libertum hæredem instituit: paternorum quæ habebat in Syria, Titium. Iure semisses ambos habere constitit: sed arbitrum[c] diuidẽdę hæreditatis supremam volũtatem, factis adiudicationibus, & interpositis ꝓpter actiones[d] cautionib[9] [e], sequi, salua* Falcidia[f]: scilicet vt quod vicę mutua pręstarent doli ratione, quadrãti retinendo cõpensetur[g]. ⁋ Lucio Titio ex duabus partibus, Publio Mæuio ex quadrante, scriptis hęredibus, assem in dodrantẽ[h] esse diuisum respondi. Modum enim duarum partium ex quadrante declarari[i]. quod veteres nũmis Titio legatis, nummorum specie ꝓ̃ demonstrata, cęterorũ legatorum cõtemplatione receperunt[k]. ⁋ Filiis hæredibus æquis partibus institutis, ac postea fratris filio pro duabus vnciis[l]: vnum assem inter omnes videri factum placuit, & ex eo decem vncias filios accepisse[m]. Tunc enim ex altero asse portionem[n] intelligi relictam, cum asse nominatim dato, vel duodecim vnciis distributis, residua portio non inuenitur[o]. Nihil autem interest quo loco sine portione quis hæres instituatur[p], quo magis assis residuum accepisse videatur. ⁋ Seius Mæuium ex parte quam per leges capere possit, hæredem instituit: ex reliqua Titium[q]. Si Mæuius solidum capere poterit, Titius adiectus aut substitutus hæres non erit[r].

LXXIX. IDEM libro primo Definitionum.

QVod si nõ sit reliqui facta mẽtio[s]: tantũdẽ in altero asse habebit Męuius*, quantum Titius in primo[t].

LXXX. IDEM libro sexto Responsorum.

QVod si Mæuius nullius capax sit[ſ] in totum substitutus admittitur[u].

LXXXI. PAVLVS libro nono Quæstionum.

CLemens patronus testamẽto cauerat, vt si sibi natus filius fuisset, hæres esset: si duo filij, ex æquis partibus hæredes essent: si duæ filiæ, similiter: si

[a] *Qui nõ militabat.* secus in milite: vt.ſ.fami.ercis.l.hęredes.§.j. &.j.ad Treb.l.cogi.§.sed si miles.&.j.de mili.testa.l.si certũ.§.j.

[b] *Maternorũ.* nõ est vis in paternis vel maternis, vel aliis bonis.

[c] *Sed arbitrum.* repete, constitit. Accursius.

[d] *Propter actiones.* legatorum seu prælegatorum nomine competentes.

[e] *Cautionibus.* scilicet ab vnoquoque, vt alteri restituat: si ei plusquam licuerit, fuerit legatum. Accursius.

[f] *Salua Falcidia.* quam vnusquisque habet in parte socij: & cõputat ei in parte socij quam retinet in re sibi prælegata. Sed ad quid sit cautio, cum statim fiat solutio per cõpensationẽ? Respõ. cautio fit quando est dubium an habeat locum Falcidia. si vero certũ esset, tunc statim fit cõpensatio: vt.ſ.eo.l.ex facto.§.& si forte.&.§.quod si fuerit. Vel dic dictam cautionem fieri pro soluendo ære alieno pro dimidia: & sic propter actiones creditorum & legatorum: vt &.ſ.eo.l.ex facto.§.vnde scio.

[g] *Compensetur.* scilicet ab vnoquoque, vt alteri restituat si ei plusquam licuerit, fuerit legatum: vt ecce bona in quibus libertus erat institutus valent.ccc. Titij.c.& pone.cxx.deberi. Cũ ergo quilibet sit hæres ex semisse, quilibet soluet.lx. & sic liberto remanent.ccxl.& Titio.xl.si ergo dicat Titius, non habeo Falcidiam semissis. ſ. l. & tu liberte habes.ccxl.ergo.cxx.ex persona tua,&.cxx.ex mea: ex illis quos habes ex persona mea, volo Falcidiam scilicet.xxx.libertus dicet,& tu habes.xl.scilicet.xx.ex tua persona.&.xx.ex mea: illa.xx.quę habes ex mea, compenso tibi: & sic non debeo nisi.x.& hoc sufficit: quia sic habet Titius.l.quæ sunt quarta semissis toti[9] hereditatis.sic ergo fit cõpensatio generis ad genus.sic.ſ.de leg.ij. vnũ genus ex familia.§.si de Falcidia.&.ſ.si pars hæreditatis petatur.l.ij. & facit.j.eo. ex facto. &.ſ.fami.erciſ.l. si pater. &.C.fa.erciſ.l.si cognitionem.

[h] *In dodrantem.* i. in nouem vncias.

[i] *Declarari.* hoc ipso quod quadrante reliquit, cum primo duas partes alij reliquisset, in nouem tantũ vncias videtur diuisisse hæreditatem: quarum duas partes habebit Lucius, tertiam Publius. Ir. Et nota quod sequés scri. ptura determinat præcedentem: vt.ſ.eo.cum quid in testamẽto.§.fi. & testa.l.hęredes.§.sed & si notã. & infra, proxi. respon.&.ſ.l.proxi. & infra.l.proxi.

[k] *Receperunt.* vt si in aliis legatis est factamẽtio certæ pecuniæ, de eodem genere intelligitur, cum indistincte nummos legauit: vt infra, de lega.iij. l.nummis.& de lega.j.l.si seruus plurium.§.fina. & supra, proxi.respon.

[l] *Pro duabus vnciis.* scilicet instituto.

[m] *Accepisse.* sequens ergo scriptura exponit & restringit primam.sic.ſ.§.proxi.no. Sed contra.ſ.eo.l.si ita.§.quidam. vbi ceditur as. Solu. vt ibi. Accursius.

[n] *Portionem.* à testatore expressam. alioquin habebit dimidiam hæreditatis, scilicet alias.xij.vncias: vt instit.eo.§.partibus. &.ſ. eo.l.item quod Sabinus.§.sed si asse.&.l.interdum.§.ij.&.iij.hodie vero hoc casu, cum certa portio datur, asse etiam nominatim expleto, non exceditur as: sed deminuitur primo quantum datur secundo: vt.C.de lega.l.cum quæstio.

[o] *Non inuenitur.* scilicet in asse iam distributo. at in nostro casu non est totus as in alium translatus nominatim.

[p] *Instituatur.* asse nondum distributo. alioquin dimidiam dabitur, vt dixi modo.& facit.ſ.eo.l.quo loco.

[q] *Titium.* instituit vel substituit.

[r] *Non erit.* sic supra, eo.l.item quod Sabinus.§.aliter atque.

[ſ] ⁋ *Vod si non. Mentio.* sed simpliciter fuit institutus Titius.

[t] *In primo.* id est, tantum vnus quantũ & alter, cum Mæuius sit capax. alias secus: vt.j.l.proxi. Item no. quod melius dixisset secundo, cum dixit primo.

[u] ⁋ *Vod si Mæuius. Admittetur.* nam residui &c. vt.C.eo.l.j. &.j.de verbo.signi.l.cæterorum. Accursius.

Clemens.] CASVS. Quidam nomine Clemens patronus ita cauit in testamento suo, cum nõ haberet filios, sed expectaret habere, Si mihi filius natus fuerit, sit mihi hęres. si duo filij mihi nati fuerint: ex æquis partibus sint mihi hæredes. si autem duæ filiæ mihi natæ erũt, ex æquis partibus sint mihi hęredes. si autem filius & filia mihi nati erunt, filius sit mihi hæres ex duabus partibus: filia ex tertia. & postea decessit dictus Clemens patronus: & postea nati fuerũt ei duo filij & filia. modo quæritur, qualiter hęreditas debeat diuidi? Et dicitur ꝙ quinq; partes de ea debẽt fieri: & ex eis debet habere vnus ex filiis masculis duas partes, & alius alias duas partes: & filia vnã. & est ratio, quia testator voluit quod filij

filij essent pares in hæreditate: quia si esset solus filius & filia, filius haberet in duplo plus quàm filia. [*SI ITA SCRIPSERIT.*] Ita dixit testator in testamento suo: quanta ex parte à me Titium hæredem institutũ recitassem, ex ea parte Sépronius hæres esto. & decessit. modo quæritur, an valeat dicta institutio? Et dicitur quod sic: quia nõ est captatoria. nam non est collata in arbitrium alterius: sed in factum prẽteritum testatoris. si autẽ nullum testamentum dicti testatoris recitatũ est, quia forte nõ fecit aliquod, est nulla institutio prędicta, ea ratione, quia non fuit vera conditio prędicta in prẽteritum apposita: & non ea ratione quod fuerit captatoria: quia non fuit. Viuianus.

a *Vel etiã.* vel, pro &.
b *Accipiat.* sic. ff. de lib. & posthu. l. si ita. & ff. e. l. si ita. §. j. Sed quid econtra si duæ filiæ, & vnus filius? Respõ. tantum filius quãtum illæ duæ filiæ habebit per hanc legẽ, & per prædictas similes. Accur.
c *Captatoria.* quia nõ est collata in secretum alienæ voluntatis, immõ testatoris: sicut etiã dicitur supra, eo. l. captatorias.
d *Et remota.* &, pro etiam. & hoc, quia deficit cõditio quę inesse videbatur. Sed cõtra. ff. eo. l. ij. in princi. & l. si quis ita sibi scripsit hęredem. Solu. ibi circa eandem personam: scilicet, esto hæres ex qua parte te instituam. hic circa diuersas: scilicet inquantũ instituã Titium, intantũ Seius sit hæres. secundũ Io. Vel dic, quod hic dicitur, videbatur inanis, non tamen erat per leges illas. vel est inanis vt conditionalis: est tamen valida, vtputa tacita per leges prędictas. quæ duæ vltimæ in idem recidunt.

Si quis ita.] *CASVS.* Institui mihi hęredem Seium extraneum sub hac conditione, si Titius qui debebat esse meus hæres ab intestato si testamentũ non fecissem, vindicare nolit hęreditatem meam: & postea decessi. certe legitimo hærede volente hæreditatem meam, non admittitur institutus. & ita fallit hic illa regula qua dicitur, quia legitimus nõ admittitur instituto volente. Viui.
e *Meam.* sub. talem instituo. Accursius.
f *Vindicante.* sed an ex testamẽto vindicat legitimus, vel ab intestato? Dicitur quòd ex testamento, ne obsit regula. Quãdiu ex testamento poterit adiri, cessat ab intestato: vt. ff. de acquiren. hæredi. l. quãdiu. &. ff. de regu. iur. l. quãdiu. Item ad hoc. ff. quib. mo. vsusfru. amit. l. interdum. &. ff. de except. do. l. fi. §. j. &. j. eo. l. Lucius. Sed tu dic ab intestato. nec obstat dicta regula: quia speciale est hic propter defuncti voluntatem, qui voluit vindicationem legitimam esse quasi quandam conditionem: vt not. C. cõmunia de succes. l. antequam. Accursius.

Si non lex.] *CASVS.* Non solum si lex Aelia Sentia impediat libertatem serui, nõ potest dominus dicti serui etiam nõ soluendo existens facere eum sibi hęredem necessarium: sed etiam si alia lex, vel senatusconsultum, vel etiam cõstitutio impediat dicti serui libertatem. de lege autẽ Aelia Sentia impediente ita exemplum pone: Titius non soluendo existens, instituit sibi hæredem cum libertate Stichum seruum suum: & postea instituit sibi eodem modo Pamphilum seruum suum. certe lex Aelia Sentia

filius & filia, filio duas partes, filiæ tertiam dederat. Duobus filiis & filia natis, quærebatur quemadmodum in proposita specie partes faciemus, cum filij debeant pares esse, vel etiã [a] singuli duplo plus quàm soror accipere. Quinque igitur partes fieri oportet, vt ex his binas masculi, vnam fœmina accipiat [b].

Relatiua quantitatis etiam inducunt cõditionem: quæ cùm defecerit, inanis videbitur substitutio vel institutio. Bartolus.

¶ Si ita scripserit testator, *Quanta ex parte me à Titio hæredem institutum recitassem, ex ea parte Sempronius mihi hæres esto*: non est captatoria [c] † institutio. Planè nullo recitato testamẽto ab ipso testatore, inanis videbit institutio, [&] remota [d] suspitione captatoriæ institutionis.

Ex voluntate defuncti prius est locus successioni ab intestato quàm ex testamento. Bartolus.

LXXXII. SCAEVOLA libro quintodecimo Quæstionum.

SI quis ita hæres instituatur, *Si legitimus hęres vindicare nolit hæreditatem meam* [e]: puto deficere conditionem testamenti illo vindicante [f].

Quando plures leges cõcurrunt ad vnum effectum: si cessat vna, remanet virtus alterius. Bartolus.

LXXXIII. IDEM libro octauodecimo Quæstionum.

SI non lex Aelia Sentia [g] †, sed alia lex [h], vel senatusconsultum [i], aut etiã constitutio [k] serui libertatem impediat: is necessarius fieri non potest, etiam si non sit soluendo testator. ¶ Temporibus diui Hadriani senatus censuit, si testator qui cum moreretur* soluẽdo non fuit, duobus pluribúsve libertatẽ dederit, eísque hęreditatem restitui iusserit, & institutus hæres suspectã sibi hęreditatẽ dixerit: vt adire [l] eam cogatur, & ad libertatẽ [m] perueniat, qui priore loco scriptus fuerit, eíque hæreditas restituatur. idem seruandũ [&] in his quib⁹ per fideicõmissum libertas data fuerit [n]. Igitur si primo loco scriptus [hæres [o]] desideret [p] * adire hæreditatẽ, nulla difficultas erit. Nã si posteriores [q] quoq; liberos se esse dicent, & restitui hæreditatẽ desiderent: an soluendo sit hęreditas, & omnib⁹ liberis factis restitui debeat*, apud prætorẽ quæreretur. Absente autẽ primo sequens desiderãs adire hęreditatem, non est audiendus: quia si primus [r] velit sibi restitui hæreditatem, præferendus est: & hic [s] seruus futurus est.

Seruus cui testator de necessitate debet libertatem, non potest eius necessarius hæres fieri. Bartolus.

LXXXIIII. PAVLVS libro vicesimotertio Quæstionum.

SI seruo fideicõmissa liber-

hæredẽ Titium: & dedi libertatẽ directã vel fideicõmissariam trib⁹ meis seruis pone. & iussi dicto hæredi, vt dictus seruus hæreditatẽ meã restitueret. & postea decessi. dictus autem hęres nolebat adire hæreditatẽ, dicens eã sibi suspectã. modo quæritur, vtrum omnes dicti serui libertatẽ habeãt, & possint eum cogere adire, & sibiipsis restituere: an vero primus ex eis vel secundus vel tertius? Et dicitur quod primus tantũ. Sed pone quod prim⁹ est absens: nũquid audiẽdus est secũdus? Et dicitur quod nõ: quia nõ est certum vtrum primus velit sibi restituere hæreditatem, an nõ. si enim primus velit sibi restituere hæreditatẽ, præferẽdus est vt dictũ est: & secundus & tertius debent eo casu serui remanere. si autẽ hæreditas mea esset soluendo creditorib⁹, prętor tuebitur libertatẽ omniũ dictorũ seruorũ, & eis omnib⁹ faciet hęreditatem restitui. Viuianus.

Flo. mauritur

Flo. desideraret

Flo. deberet

g *Si nõ lex Aelia Sẽtia.* quia tũc demũ vn⁹, non plures: vt. ff. eo. l. qui soluẽdo. Accursi⁹.
h *Lex.* vt lex Iulia de adul. vt. C. de adulte. l. verba. vel Flauia: vt. ff. de manu. l. lege Flauia.
i *Senatusconsultum.* vt in fraudem fisci: vt infra, qui & à quibus. l. in fraudem ciuitatum.

Flo. fiat

k *Constitutio.* vt. ff. eo. l. his verbis. §. interdũ. item. C. qui nõ pos. ad liber. perue. l. j. & ij. item. C. si man. ita fue. ali. l. ea quidem.
l *Vt adire.* censuit senatus dico.
m *Ad libertatem.* directam, & directo manumissus.
n *Data fuerit.* hæreditas quæ restitui iussa est.
o *Scriptus hæres.* scilicet seruus qui in effectu quodãmodo hæres est: vt. ff. quod cum eo. l. filius. §. j.
p *Desideret.* solus. & dic adire, & sibi restitui, vel adire primo gradu institutum vt sibi restituat.
q *Posteriores.* id est, nominati post primum seruum.
r *Primus velit.* si autẽ nolit, remanebit seruus, & posterior habebit hæreditatem. sic. C. de testa. ma. l. fi. §. si vero quidam ex seruis. & sic forte aliud erit in institutis: quia cum hæredes instituũtur plures, primus est hæres & necessarius & liber, siue velit siue nolit: vt supra, eo. qui soluendo. vel forte idem est de istis fideicommissariis. arg. ff. ad Treb. l. facta. in fi.
s *Et hic.* posterior. & facit. ff. de tuto. & cura. da. ab iis. l. si impuberi. &. ff. ad Treb. l. mulier. §. nõ est. &. l. si cui. in pri. & l. si res. §. j.

Si seruo.] *CASVS.* Institui mihi hæredem Titium, & rogaui eum per fideicommissum vt Sticho seruo meo daret libertatem purè. & decessi. postea Titius prædictus dictum seruum hæredem sibi fecit cum libertate. nunc quæritur, an dictus seruus sit necessarius hæres dicti Titij? Et dicitur quod non. non enim accepit aliquod beneficium à Titio qui eum instituit cum libertate: quia malo suo velle tenebatur eum manumittere. & idem esset si dictus Titius emisset ab aliquo dictum seruum ea

lege

BIU Cujas

lege vt manumitteretur.nã & hic malo suo velle eum manumittere tenebatur.& idem si emisset eum ab aliquo de pecunia ipsius serui:quia & hic malo suo velle tenebatur eum manumittere.vnde non est mirum si omnibus his casibus non est dictus seruus ei hæres necessarius,sed voluntarius.Viuianus.

a *Data esset.* purè. si in diem, tunc ante diẽ est necessarius: vt.j.de adqui.hæredi.l.si seruum quis.§.si quis. Idem si sub conditione: vt supra,eo.l.seruus alienus §.qui fideicommissariã &.l. pater.

b *Defuncto.* scilicet hæ rede qui hunc seruum instituit.& facit.j.eod. l.testamento.

c *Diui Marci.* & Cõmodi ad Ausidium Victorinum: vt.C.si manita fue.alie.l.ij.Azo.& facit.j.de leg.ij.l. vnũ ex familia.& supra, de pactis.l.si vnus. §. pactus.Accursius.

d *Sua pecunia.* i. pecuniari que videt sua coniuentibus oculis: vt.j. de manu.l.is qui.

e *Extorquere.* s. ex cõstitutione diui Seue.& Anto. vt d.l.is qui.

LVcius Titius.] CASVS. Lucius Titius habens fratrem Titium ita dixit in testamento suo: Titius frater meus mihi ex asse hæres esto.si autem Titius mihi hæres esse noluerit,aut(quod abominor)prius morietur,quã meam adiret hæreditatem,aut filium filiámve ex se natũ natámve nõ habebit: tunc Stichus & Pamphilus serui mei sint liberi, & sint mihi hæredes æquis partib⁹. & postea decessit dict⁹ testator:& Titius non habens aliquem filium adiuit hæreditatẽ suã. modo quæritur, an dictus Stichus & Pamphilus sint liberi & hæredes ex substitutione prædicta: & si non sunt liberi ex substitutione & hæredes, an in partem hæreditatis videãtur adiecti per dicta testatoris verba?& videtur quod debeãt esse liberi & hæredes ex substitutione: quia substituti fuerunt Titio quicunq; de tribus casibus eueniret.primus casus est in verbis testatoris,si Titius noluerit hæres esse.secundus est,si Titius voluerit hæres esse,decesserit tamen antequã adiret.tertius casus est,si Titius noluerit hæres esse,filiũ autẽ vel filiam non habuerit.licet ergo voluerit hæres esse:quia tamen nõ habet filium vel filiam,non debet habere hæreditatem: sed debẽt eam habere Stichus & Pamphilus substituti. Respon. tamen id quod non erunt hæredes & liberi ex substitutione,ex quo Titius adiuit: licet filium non habuerit vel filiam:quia testator non solum non voluit eos esse hæredes,si Titius frater suus vellet hæreditatem,non habens aliquem filiũ:sed etiã noluit esse hæres si frater decessisset liberis relictis priusquam hæreditatem adiret.nam animaduertimus consiliũ testatoris prudens fuisse,scilicet vt non solum fratrem hæreditatem habere volentẽ prætulerit dicto Stycho & Pamphilo substitutis, sed etiam liberos Titij. siue ergo Titius solus velit habere hæreditatem,præfertur substitutis: siue non extet Titius, sed liberi sui extent, & velint habere hæreditatem,præferuntur substitutis.verbũ ergo,aut,positum inter verba testatoris ibi, aut filium filiámve &c. debet intelligi pro, &, vt ita dicti serui videantur substituti Titio in duobus tantum casibus, & non in tribus. vnus est, si Titius hæres esse noluerit.alius est,si Titius voluerit esse hæres,decesserit tamen sine liberis antequam adiret.de illo autẽ non est dubium quod non videntur dicti Stichus & Pamphilus adiecti in partem hęreditatis:quia nõ videtur ea mens testatoris fuisse,vt aliquem vel aliquos adhiberet fratri hæredes,quẽ fratrem aperte ex asse hæredem instituit. Viuia.

* *Flo.sic*

tas data esset, **[deinde]hæres hũc eundẽ seruum cũ libertate hæredem reliquisset:quæsitum est,an necessarius fiat hæres?Et humanius est,& magis æquitatis ratione subnixum,non fieri necessarium. Qui enim etiã inuito defuncto [b] poterat libertatem extorquere, is liber esse iussus nõ magnum videtur beneficium à defuncto consequi: immo nihil commodi sensisse, sed magis debitam sibi accepisse libertatem.Idem probandũ erit & in illo seruo quem testator ea lege emerat,vt manumitteret si hæres fuerit institutus. Nam & hic sepositio beneficio testatoris, proprio iure poterit ad libertatem peruenire ex cõstitutione diui Marci. [c] Idẽ & in eo qui propria sua data pecunia [d] empt⁹ est ab aliquo.nã & hic poterit ab ipso testatore libertatem extorquere [e].

Si in qualibet parte alternatiuè mens testatoris non verificatur: disiuncta accipitur pro coniuncta.h.d.& est singularis lex: & non habet nisi vnam propriam concordantiam.Bar.& Bald.

LXXXV. SCAEVOLA libro secundo Responsorum.

LVcius † Titius qui fratrem habebat, testamẽto ita cauit: *Titius frater meus ex asse mihi hæres esto. si mihi Titius hæres esse noluerit: aut (quod abominor) prius morietur, quàm meam hæreditatem adierit, aut filiũ [f] filiámve ex se natum natámve non habebit: [g] tunc Stichus & Pamphilus serui mei liberi & hæredes mihi æquis partibus sunto.* quæro,cum Titius hę reditatem adierit, & liberos aditæ hæreditatis tempore non habuerit:an Stichus & Pãphilus ex substitutione liberi & hę redes esse possint?Item quæro, si ex substitutione neque liberi neque hæredes esse possint: an in partem hæreditatis videantur adiecti?Respondit, Apparet quidem non eam mentem testatoris fuisse, vt quenquã [h] hæredẽ adhiberet fratri, quẽ apertè ex asse hæredẽ instituisset.Igit̃ si frater adiit,Stichus & Pamphilus hęredes nõ erunt: quos eos amplius noluit hęredes esse, si frater prius quàm hæreditatem adiret, decessisset liberis relictis. Nam prudens consilium testantis animaduertitur.Non enim fratrem solum hæredem prætulit substitutis, sed & eius liberos. [i]

Seruus potest institui sub conditione si voluerit: nec eget exhæredatione in conditionis defectum:& per eam efficitur voluntarius: & implendo conditionem videtur hæreditatem adire.Bartolus.

LXXXVI. MAECIANVS libro septimo fideicommissorum.

IAm dubitari non potest suos [k] quoque hæredes sub hac conditione [l] instituí posse: vt si voluissent, hæredes essent. si hæredes non essent, alium, quem visum erit, eis substituerent: negatumque hoc casu necesse esse sub contraria [m] conditione filium [n] exhæredare: primũ quidem,quia tunc cõditione,id est,si hæredes esse nollent. & est ratio quare nõ est necesse:quia tunc tantũ est necesse,cum in potestate sui instituti non sit an hæres existeret,puta quia institutus est sub casuali cõditione:& quia si semper esset necessaria exhæredatio sub cõtraria conditione,in nostro casu non posset reperiri contraria conditio possibilis, & ad hoc apta. nam si ita diceret testator: filius meus si volet hæres esto.huic conditioni esset cõtraria conditio possibilis ista,si nollet hæres esse,esto exhæres. quod quidẽ ridiculosum esset ponere in testamẽto.& si apponatur in testamẽto, pro excessu quodam & superfluo habendũ est.est ergo verũ quia sui hæredes possunt instituí hæredes sub hac cõditione, si volẽt. & nõ est necesse eos exhæredari sub cõtraria cõditione.Sed nũquid possunt abstinere ab hæreditate ex quo adimpleuerũt conditionẽ dicẽdo se esse velle hæredes?Et dicitur quod non.& idẽ dico in qualibet alia conditione quæ sit in eorũ potestate.Viuia.

IAm dubitari.] CASVS. Per id quod dictum est.ff.eod. suus quoque. &. l. Cornelius.§.quod si hi. amodo dubitari non potest quod sui hæredes possunt hæredes instituí sub hac conditione,si volent. & quod potest eis substitui aliquis si hæredes esse noluerint sui. & non est necesse ad hoc vt voleat dicta institutio,quod exhæredẽtur sub contraria

a Data esset. purè. si in diem, tunc ante diẽ est necessarius: vt.j.de adqui.hæredi.l.si seruum quis.§.si quis. Idem si sub conditione: vt supra,eo.l.seruus alienus §.qui fideicommissariã &.l. pater.

b Defuncto. scilicet hæ rede qui hunc seruum instituit.& facit.j.eod. l.testamento.

c Diui Marci. & Cõmodi ad Ausidium Victorinum: vt.C.si manita fue.alie.l.ij.Azo.& facit.j.de leg.ij.l. vnũ ex familia.& supra, de pactis.l.si vnus. §. pactus.Accursius.

d Sua pecunia. i. pecuniari que videt sua coniuentibus oculis: vt.j. de manu.l.is qui.

e Extorquere. s. ex cõstitutione diui Seue.& Anto. vt d.l.is qui.

† *Ista.l.secũdum omnes scribẽtes est ad hoc multum notabilis quod dicitur i summario. de quo vide gl.& Cardi. in Cle.*

f *Aut filium.* aut,pro &.vt &.C.dever.sign. l.penul.& de institu.& substitu.l. generaliter. & apparet per responsionem huius.l.Azo.& facit.j. de reb.dubi.l.si is.§.cum ita.& sic non obstant iura quæ dicũt alteram de disiunctiuis sufficere veram esse: vt j. de condit. instit.l.v. & de ver.oblig.l.si ita. &.l.si quis ita.Accur.

g *Non habebit.* etiam hæreditate non adita.

h *Quemquam hæredẽ.* id est,cohæredem: ad quod.j. titu.j.l.verbis.

i *Liberos.* tacite:scilicet ab intestato, cum sint ei proximiores. sic insti.de pupil.substi.§. vel singulis.& infra de codicil.l. conficiũtur. in prin. &.j. titu.j.l.si pater impuberis. Azo. &.ff.eo.l.si quis ita hæres.& sic non obstat.ff. eod.l. & facto etiã agi. Accursius.

k *Suos.* vt filios.Accursius.

l *Sub hac conditione.* hæc enim verba in necessario, vt seruo,faciunt conditionem:in extraneo nil operantur: vt hic, &.j.de condi.insti.l.verba.&.ff.eo.l.Cornelius.Accursius.

m *Sub contraria conditione.* scilicet si nolit esse hæres, cum ex hæredo.Ro.

n *Filium.* suum hæredem,de quo dictum est in principio.

Id exi-

BIU Cujas

tantũ id exigeretur[a], cũ in potestate[b] eius[c] non esset, an hæres patri existeret, expectantis extrinsecus[d] positæ conditionis euentum: deinde quod & & si quacumque posita conditione deberet filius sub cõtraria conditione exhæredari, in proposito[e] ne posibilis quidem reperiri posset: certè si verbis exprimeretur, inepta fieret. Huic enim conditioni, *Si volet, hæres esto*: quæ alia verba contraria cõcipi possunt quàm hæc: *Si nolet hæres esse, exhæres esto*? quod quàm sit ridiculum, nulli non patet[f]. ¶ Non ab re[g] autem hoc loco velut excessus[h], hic subiungetur, suis ita[i] hæredibus institutis, Si voluerint[k] hæredes esse[l]: non permittendum amplius abstinere se hæreditate: cum ea conditione[m] instituti, iam non vt necessarij, sed sua sponte hæredes extiterunt. Sed & cæteris conditionibus quæ in ipsorum sunt potestate[n], si sui pareant: ius abstinendi adsequi non debent.[o]

LXXXVII. HERMOGENIANVS libro tertio iuris Epitomarum.

EX vnciis sex primo hærede instituto, secundo ex octo si tertius ex residua parte, vel nulla portionis facta mẽtione hæres instituatur[p], quinq; vncias[q] hæreditatis[r] tertius habebit. In vigintiquatuor etenim partes hæreditate distributa[s], tertio[t] ratio[u] calculi (veluti ex decẽ partibus[x] instituto) quinque vncias adsignauit[y].

Qui semel est hæres, in perpetuum non potest desinere esse hæres. Bartolus.

LXXXVIII. GAIVS libro singulari de Casibus.

EI qui soluendo nõ est, alio quo casu euenit, vt & seruus cũ libertate hæres existat, & præterea alius hæres adiiciatur[z]: veluti si seruo cũ libertate hærede instituto, ita adiectũ sit, *Si mihi Stichus hæres erit, tunc Titius quoque hæres esto*. Nam Titius antequam Stichus ex testamẽto hæres extiterit, hæres esse non potest. Cùm autẽ semel hæres extiterit seru⁹, nõ potest adiect⁹ efficere[a] vt q semel hæres extitit[b], desinat hæres esse.

Hæc lex ponit tres casus in quibus seruus communis æquiparatur seruo proprio. & glo. ponit casum. Bartolus.

LXXXIX. PAVLVS libro secundo Manualium.

EX vnciis.] CASVS. Dictum est supra, eo. l. si alienum. §. fina. quòd testatores diuidunt quandoq; hæredi tates eorum in. xij. vncias, & quandoque in xxiiij. Modo pone Titius instituit hæredẽ in. vj. vnciis quendam nomine primũ: & secũ dum instituit in. viij. vnciis: & ita diuisit inter hos duos. xiiij. vncias: & sic assem excessit. tertium autem instituit ex residua parte: siue instituit tertiũ sine parte, non facio vim. modo quæritur, qualiter debeat hæreditas inter prædictos tres diuidi? Et respon. quòd aut vis diuidere hæreditatem tanquã dupondiũ, id est, tanquam. xxiiij. vn. aut tanquã assem, id est, tanquam. xij. vn. primo casu debet habere primus sex vn. secũdus. viij. tertius. x. secũdo casu debet habere primus tres vn. secundus. iiij. tertius. v. quocunque tamen modo diuidas, non est vis: quia propter hoc non deminuitur, vel augetur hæreditas, vel partes hæredũ quas in ea habent. Viuianus.

rectum, nẽe obliquũ dicitur: sed secundum naturam verbi. bi cui adiicitur. Bart. v. l. cũ quis. §. Seiã. v fi. de leg. 3. & à testatore platũ quid importet: Bar. ad lõ. in. vj. gũ & post eum Ang. in. l. gent. v fi. de acquiren. hæredi.

a *Id exigeretur.* i. exhæredatio in conditionis defectum. Ro.

b *Cum in potestate.* i. cũ esset institutus sub casuali vel mixta conditione: vt. C. de insti. & substi. l. si pater. &. ſ. de lib. & posth. l. filius. in prin. & est tunc speciale vt fiat sub conditione exhæredatio aliàs contra. ſ. de libe. & posthu. l. iij. §. purè. Azo.

c *Eius.* cum non est potestatiua. ſ. cõditio.

d *Extrinsecus.* id est, extra filij potestatem. & quidam habẽt, expectantis euentum: alij, expectando euentum: alij, expectato euentu.

e *In proposito nec posibilis.* aliàs, in proposito impossibilis: & tunc subaudi, & apta. bene enim reperiri potest, puta si nollet esse hæres: sed non apta. aliàs est, in proposito posibilis &c. sed tunc subaudi, non tamen apta: vt apparet ex sequen.

f *Nõ patet.* id est, cuilibet pateret. nam ridiculum esset eum excludere ab hæreditate: ita demum si vellet excludi immo debet ita quis exhæredari, vt sit exclusus ab hæreditate siue velit siue nolit.

g *Non abre.* i. nõ sine causa subiũgitur illud quod subiicit, suis &c.

h *Velut excessus*.* i. superfluũ quoddã. nam cum super hac eadẽ. l. & in toto hoc tit. tractatũ sit qualiter quis possit hæres ĩstitui vel exhæredari: superfluum & excessus quidam est hic adiungere de hæreditate acquirenda vel nõ: vel qualiter acquiritur vel quando. nam satis de hoc tractabitur. ĵ. de acqui. hære. Azo. & secundum hoc non est. §. suis &c. sed hoc non ab re &c. licet enim sit excessus, est tamen pertinens: & ita non sine causa tangit parum. Vel dic, quòd instituatur alius hæres si filius nolit, excreditur: quia primo filio datur facultas immiscendi: & sic filius excedit, & ille excreditur, secundum Rog. q.d. quòd instituatur alius si filius nolit, non est ab re: sed quòd filius exhæredetur si nolit esse hæres, hoc esset ab re: & sic est. §. suis. Vel tertio excessus est exhæredari si nolit esse hæres. & verba, non ab re, determinant verbum, excessus: non verbum, subiungetur. q.d. non est excessus ab re qui sic adiungitur, si nolit esse hæres, cum denium volens excluderetur. Sed quid si dixit, si voluerit scilicet per futurum subiunctiui? Dicũt aliud dicendum: vt arg. infra, de verbo. obliga. l. si quis stipulatus. Vel dic, idem per quemcunque modum verbi ponatur illud in stipulatione: vt & aliàs, supra, cõmunia præ. l. fi. in fi.

i *Suis ita.* scilicet si volent.

k *Si voluerint.* modo respondet.

l *Esse.* ſ. simul. ad quod. ĵ. de aqua plu. arc. l. in diem.

m *Conditione.* si volent.

n *Sunt potestate.* vt si decem det, & similes: vt infra, de condit. instit. l. fina.

o *Non debent.* immo videtur quòd etiã impleta conditione possunt dimittere: vt. ſ. de condic. ob cau. l. j. §. j. & de condit. institu. l. si quis ita hæres. &. l. si pupillus. & infra, de condit. & demon. l. in conditione. & de acqui. hære. l. eum qui bonis. quæ sunt cõtra. Solu. hic in suo: ibi, in extraneo. quod nõ valet per. l. illã, eum qui bonis. Sed dic, aut implet conditionem vt sit hæres, vt hic: an vt possit esse, & conditionem tantum purificet, vt in contrariis: vt infra, de acquir. hære. l. Antistius. Item an hic filius potest repudiare qui fuit institutus si volet? a videtur quòd non. nam ante

p *Instituatur.* & ita de eo, aliàs in eo quòd de dupondio, scilicet decem vnciis est institutus: vt supra eod. l. quæsitum.

q *Quinque vncias.* facta computatione assis. Rogerius.

r *Hæreditatis.* diuisæ in. xij. vncias: quia in xxiiij. diuisa voluit testator vt hic tertius haberet. x. vncias. sed cum dupondium pluriúmve vnciarum ratio ad assem reducatur: qui ex. xxiiij. vnciis, id est, dupondio. x. vncias foret habiturus: is ex xij. id est, ex asse habebit quincuncem: vt instit. eod. §. videamus. in fin.

s *Distributa.* quod voluit testator.

t *Tertio.* aliàs, tertio: aliàs, tertij, id est, ratio portionis tertij.

u *Ratio calculi.* ratio calculi inducit: vt qui. x. ex dupondio. v. ex asse ferat. & qui sex, habeat. iij. & qui. viij. habeat. iiij. & sic omnes ad dimidiam.

x *Partibus.* id est, vnciis.

y *Assignauit.* etenim quæ est portio. x. ex. xxiiij. eadem est. v. ex xij. qui. x. ergo ex. xxiiij. erat habiturus, is habeat. v. ex. xij.

EI qui soluendo.] CASVS. Quãuis generaliter non possit ille qui non est soluendo, habere nisi vnum hæredem: vt. ſ. eo. l. si is qui soluendo. tamen euenit aliquãdo quòd duos habeat hæredes: veluti si ita dicat in testamento suo, instituo mihi hæredem Stichum seruũ meum cum libertate: & si mihi Stichus hæres erit, tunc Titius quoq; hæres esto. nam Titius antequam Stichus ex testamento hæres extiterit, hæres esse non potest. cum autem semel extiterit seruus hæres, non potest Titius adiectus efficere vt desinat hæres esse Stichus qui semel extitit hæres. Viuianus.

z *Adiiciatur.* videbatur ex quo habebat aliquem liberum, quod non posit habere seruum hæredem: vt supra eod. l. si is qui. Sed fallit hoc casu. & est ratio: quia liber non est hæres, nisi demum & tunc primum cum seruus erit hæres. at illa locum habent quãdo ab initio esset hæres liber.

a *Efficere.* vt & supra, eod. l. iij. §. si quis ita.

b *Extitit.* sic supra, de mi. l. & si fine. §. sed quod Papinianus. & insti. de fideicom. hære. §. restituta.

BIU Cujas

SI socius.] CASVS. Titium socium meũ institui mihi hæredẽ ex asse: & seruo qui erat meus & suus, legaui pure equũ meum, & nõ dedi libertatem dicto seruo. certe nõ valet dictũ legatum. si autẽ legassem ei seruo prædicto modo sub cõditione, valeret legatum si inueniretur liber tempore conditionis existentis. nam & proprio hæredis seruo ab hærede recte sub cõditione legatur per testatorẽ. per prædicta ergo apparet q̃ dictum *Flo. consistit* seruũ quem habeo cõmunem cũ Titio, possum hęredem instituere sub conditione sine libertate, & dare eum cohæredẽ Titio socio meo quẽ institui, tãquã sit alienus seruus: quia & si esset seruus prędictus proprius dicti mei socij quẽ institui, possem eum instituere hęredem sub conditione cũ domino suo qui est meus socius. Viuianus.

a *Si socius.* in trib⁹ casibus parificat seruũ cõ *†ista.l.cum sua glo. reputat val- de sing. & not. Bart. hic.* munẽ proprio: vt ecce, ego & Titius socij habemus seruũ cõmunẽ. si instituã Titiũ hæredem, nõ possum legare dicto seruo communi: quia nec seruo ꝓprio: & hoc pure. Itẽ sub cõditione possum legare dicto seruo communi: quia & ꝓprio hęredis. Item instituere possum seruum cõmunem vnà cũ socio: quia etiã seruum ꝓpriũ alicui⁹ vnà cum domino. Accur.

b *Institutus sit.* à socio.

c *Libertate.* fideicommissaria. nam tunc valet: vt ff. de leg. iij. l. si legatari⁹. §. j. Accursius.

d *Non cõsistit.* propter regulam Catonis. hoc enim esset in proprio hæredis, vt insti. de lega. §. an seruo. & d. l. si legatarius. §. j. quod quidem valeret socio non instituto hærede: vt. ff. pro socio. l. verum. §. si seruo.

e *Seruo.* hæredis. Azo. de testatoris cõstat: vt. ff. eo. l. si seru⁹ vxori.

f *Vt alienus.* testatori & hęredi. Azo. Et not. quòd seruus & dominus simul instituuntur ab aliquo.

g *Proprius.* seruus hęredis. Azo. Item quare instituitur cum domino, & non ei legari? Respon. quia tunc non debet dominus ei dare aliquid.

TEstamento.] CASVS. Stichum seruum meum instituit mihi hæredem cum libertate sub conditione, si nauis ex Asia venerit: & postea fui occisus: postea conditione dictæ institutionis pendente detexit dictus seruus necem meam: & sic prætor decreuit eum libertatem mereri. & ita habet libertatem ex præmio, & non ex testamento. nunquid erit necessarius hæres mihi, an voluntarius? & dicitur quòd voluntarius. Viuianus.

h *Decreuit.* vt. ff. de bo. liber. l. si necesse. & C. pro quibus cau. ser. pro præ. li. acci. l. j. Accursius.

i *Igitur.* bene valet: vt insti. eo. §. seruus autẽ à domino. & arg. ff. eo. l. si seruo. & l. si seruus cõmunis. Sed videtur cõtra. ff. eo. l. iij. §. qui fideicommissariam. vbi postea fit necessarius. Sed ibi ab ho- *Vox publica priuatæ praiudicat.* mine, hic à lege fit liber. Publica enim vox priuatæ præiudicat.

k *Licet.* id est, licitum est. Accursius.

IMperatorem.] CASVS. Cum timerem quòd Titius vellet mihi mouere litem super fundo Titiano quem possidebam, vel hæredibus meis: instituo eadem causa imperatorem mihi hæredem, vt grauem aduersarium haberet post mortem meam dictus Titius. certe non valet institutio. Facultas enim calumniæ non debet capi ex honestate principis. Viuianus.

l *Imperatorem litis.* alij mouendæ, vel ecõtra sibi nõ mouendæ: & sic causa vitandi iudicij. sed videtur hoc licere: vt. ff. de alie.

SI socius[a] hæres institutus[b] sit ex asse, & seruo cõmuni legetur purè sine libertate[c]: hoc legatum non consistit[d]*. Planè sub conditione ei vtiliter & sine libertate legabitur: quoniam & proprio seruo[e] ab hærede rectè sub cõditione legatur. Quare etiã hæres institui sine libertate, vt alienus[f], socio hærede scripto poterit: quia & proprius[g] cum domino hæres institui poterit.

Non sufficit mortis tempore quem fuisse seruum si ante conditionis euentum libertatem à lege consequitur. Bartolus.

XC. TRYPHONINVS libro vicesimoprimo Disputationum.

TEstamento[f] domini seruus sub cõditione cũ libertate hæres institutus, pendente adhuc cõditione necem domini detexit: eúmque prætor mereri libertatem decreuit[h]. Et si postea conditio testamenti extiterit, aliunde liber est, id est, ex præmio, non ex testamẽto. igitur[i] non est necessarius domino hæres. licet[k] autem ei volenti adire [hæreditatem.]

Imperator non debet institui causa litis vitandæ.

XCI. PAVLVS libro quinto Sententiarum.

IMperatorem litis[l] causa hæredem instituí, inuidiosum est[f]. nec* enim calumnię facultatem ex principali maiestate capi oportet.

Falsa causa vitiat institutionem: legata tamen firma permanent. Bartolus.

XCII. IDEM Imperialium sententiarum in cognitionibus prolatarum ex libris sex primo, seu decretorum libro secundo.

PActumeius* Androsthenes Pactumeiam Magnã filiam Pactumeij Magni ex asse hęredem instituerat, eíque patrem eius substituerat. Pactumeio Magno occiso, & rumore perlato quasi filia quoq; eius mortua, mutauit[m] testamentũ, Nouiúmque Rufum[n] hæredẽ instituit, hac prefatione: *Quia hæredes quos volui habere, mihi contingere* non potui, Nouius Rufus hæres esto.* Pactumeia magna supplicauit imperatores nostros: & cognitiõe susceptа (licet modus[o] institutionis* contineretur) quia falsus [rumor] non solet obesse, tamen ex voluntate testantis putauit Imperator ei subueniendum. igitur pronuntiauit hæreditatem ad [Pactumeiam] Magnã pertinere[p], sed legata[q] ex posteriore testamẽto eam præstare deberet† perinde ac* si in posterioribus tabulis ipsa fuisset hæres scripta.

PActumeius.] CASVS. Quidam nomine Pactumeius Androsthenes instituit sibi hęredẽ ex asse Pactumeiam Magnam filiam Pactumeij Magni: & substituit ei dictum Pactumeium Magnũ. postea Pactumeius Magnus prędictus fuit occisus. & postea peruenit rumor ad dictũ testatorem quòd & Pactumeia Magna ex asse instituta esset mortua: ipsa tamen in veritate nõ erat mortua. dictum autem testator credens eam mortuam, mutauit testamentum suum, & quédam nomine Nouium Rufum sub hac præfatiõe hęredẽ instituit: quia hæredes quos volui mihi habere, cõtingere nõ potui, Nouius Rufus hæres esto, & postea decessit dicta Pactumeia Androsthenes testator, postea venit Pactumeia Magna ex asse primo instituta (vt dictum est) & supplicauit quibusdam imperatoribus tũc existẽtibus: id est, Imperatori tunc existenti, vt cogeret dictum Nouium Rufum secundo institutum ad dimittendam hæreditatẽ prædictam sibi Pactumeię Magnę primo institutæ. Imperator autem misit pro Nouio Rufo: & dixit prædicta. Nouius autem Rufus respõdit & dixit: Si ipsa vult mihi aliquid dicere, det mihi libellum. vnde ipsa dedit ei libellum, & tandem fuit lis cõstata inter eos coram Imperatore. Imperator autem postea pronuntiauit hęreditatem ad Pactumeiam Magnam prædictam pertinere. putauit enim ei subueniendũ ex voluntate testantis, quia in institutione Nouij Rufi cõtineretur talis modus, *Quia hæredes quos volui mihi habere, cõtingere nõ potui* &c. & quãuis propter dictum modum videatur debere habere hæreditatem dictus Nouius Rufus: ideo quòd falsus rumor non solet obesse institutioni debebit ergo Pactumeia Magna hæreditatem: sed legata relicta à Nouio Rufo in secundo testamento, debebit Pactumeia Magna præstare legatariis: perinde ac si in posteriori siue in secundo testamento ipsa fuisset hæres instituta. & hoc dicit hæc lex. Viuia.

m *Mutauit.* testator. Accursius.


n *Rufum.* aliàs, Rufum: & est proprium nomen. aliàs, rursum.

o *Modus.* id est, causa: vt infra, de condi. & demon. l. demonstratio. & est hoc scilicet quia hæredes &c. quia Falcidia nõ debetur ei, id est, non solet &c. vt. C. de fal. causa ad. per totum. & infra, de condi. & demon. l. falsa. nisi probetur quòd testator non erat aliàs relicturus: vt infra, de condi. & demon. l. cum tale. §. falsa. & hoc subiicit. probatur enim hic per præfationem: quia hæredes &c.

p *Pertinere.* non ergo tenet secundum testamentum. Sed contrà, suprà, de inoffi. testa. l. si instituta. §. fi. & l. seq. vbi valet: quod patet: quia rumpitur per quærelam. Solu. hoc est hic propter primum testamentum, vel propter præfationem secundi, per quam patet quod testator nolebat valere secundum. Accursius.

q *Sed legata.* Nota speciale contra regulam quæ est. C. de fideicom. l. eam quam. vt ibi no. & facit ad hanc. l. C. de testa. mili. l. si cum. & ff. de secun. tabu. l. qui ex liberis. in princ. & ff. de pact. tale. §. fina. & supra, de testa. tute. l. penult. & instit. quibus mod. testa. infir. §. si quis priore.

BIU Cujas



DOMINO IOANNI DE SELVA INVICTI FRANCO-rum Regis Senatorum præsidi meritissimo, iuriúmque interpreti facundissimo, Fabianus Bodeti scholasticus ex sorore nepos. S. P. D.

Quæ tibi pridem dum apud Tolosates publicè de iure responsitans inter togatos summa dicendi facundia pollebas, ac demum iuris obscuri interpretationibus, æquíque ac boni consultationibus velut alter Cato præeras, innumeræ erant laudes: vt earum vel in pusillis imitator efficerer, simul vt iuris studiosorum, præsertim iuniorum, votis satisfacerem, qui substitutionum rationem compendio ac methodo sibi tradi postulabant: ex scabrosis iurium circa substitutiones nodis typum pro ingenioli mei modo collegi, vbi singula quæ ad hanc rem spectant, oculata fide perspici possint: non dissimilem valde rem Imperatoris Iustiniani inuento conatus, qui cognationum gradus in schemate etiam proposuit, vt & auribus & oculorum inspectione iuuenes proficerent. Hoc igitur inuentum meum, qualequale est, tibi, à quo magnifica in me collata beneficia ingenue profiteor, pluráque spero, soli dedico, maiora de me in posterum vt speres iubens, ac à te in primis, & quocunque melius sentiente corrigi paratus, & tuo obsequio perpetuo mancipatus. Vale.

1 VVLGARIS substitutio, est secunda institutio directa: quæ à quolibet & cuilibet fieri potest: & nihil habet specialitatis. Imol. & Lanfran.de Oriano in.l.centurio.ff.de vulga. Iason in.l.j. colum.iiij. illo titu. Et dicitur vulgaris, quia vulgo omnibus potest fieri.gl.in.c.Rainutius. de testa. glo. instit.de vulg. substit.in princ.de quo late per Bart. in.d.l.j.post Guil.de Cuneo. Et habet quinque effectus, quos expedit Bar. in d.l.j.& ibi Alexan. & Iason. Primus in homine sui iuris intelligitur, si heres non eris vel alium hæredem nõ feceris.l.cum proponas.C.de hære.instit.§.fi.insti.de vulga. Secundus, quòd testamentum potest assumere vires ab ipsa vulgari substitutione.l.iij. §.fin.ff.de lib. & posthu. Tertius, quòd vulgaris expressa continet pupillarem tacitam.l.nam hoc iure.ff.eo. Quartus, quòd per vulgarem succeditur testatori.instit.de vulga.in prin. Quintus, quòd vulgaris facit de suo & necessario voluntarium.l.si filius hæres.ff.de lib. & posthu. & durat hæc vsque ad additionem hæreditatis, & ea adita expirat.l.post aditam.C.de impu. glo. in d.c.Rainutius.& in.§.qua ratione. instit. de pup.& de eius speciebus vide in cellulis suis.

2 Expressa dicitur tripliciter, primo in genere, vt sunt illæ quæ comprehenduntur in breuiloqua vel compendiosa. glo.in.l.Lucius.ff.eo.& in l.in testamento.C.de testa.mili. in.l.precibus.C. de impu. & ibi docto. Alia est expressa in specie, vt est illa quæ exprimit speciem substitutionis, vt si hæres non eris, talis sit. sed potest illud esse, quia noluerit, vel non potuerit.l.cum proponas.C.de hære.instit. & nullus horum casuũ singularium hic exprimitur: ideo dicitur expressa in specie, & non singulariter.

ff. Infort.

Alia dicitur expressa singulariter, quæ exprimit casum singularem in quo comitatur: videlicet si hæres esse nolueris, talis sit. facta tamen in casu impotentiæ trahitur ad casum nolentiæ: & econtra.l.Gallus.§.& quid si tantum.ff.de lib.& posthu.limita tamen quinque modis, de quibus per Alex.in.d.l.j.

3 Partim expressa & partim tacita dicitur duobus modis, scilicet quoad verba, vt sunt illæ quæ comprehenduntur in breuiloqua & compendiosa. nam respectu verborum generalium dicuntur expressæ: respectu vero verborum specialium dicuntur tacitæ.j.glo. in.l.in testamento.C.de testa.mili. quæ appellat eas tacitas & expressas. & ita concor. glos. in.l.precibus.C.eo.& in.l. Lucius.ff.eo.quæ dicunt eas expressas. & glos. in.§.qua ratione. instit. de pupil. quæ dicit eas tacitas. Alia est quoad casus, vt si hæres esse nolis. quia iste casus nolentiæ comprehendit & trahitur ad casum impotentiæ. l.Gallus.§.& quid si tantum.ff.de lib. & posthu. quia paria sunt nolle & non posse.l.j.§.vsus.ff.de procu. facit tex. in.l.fi.C.de institu. & substitu. sub condi.fact.& sic quoad casum expressum appellatur expressa, quoad tacitum tacita. Barto.in.d.l.j.& ibi Alex.Iason & scribentes.

4 Moribus introductum est vt pater filiis suis in potestate constitutis minoribus.xiiij.annis possit testari pupillariter substituẽdo.l.ij.ff.de vulg.in prin. & institu. eo.in prin. dum tamen concurrant octo quæ sunt necessaria quoad hoc vt pupillaris possit fieri filio: de quibus per text. glos. & Barto. in.d.l.ij. & in.l.in testamento.C.de testa.mili. Et finitur hæc pubertate & aliis modis, de quibus per glos. magistram,& ibi text. & doct.in.l in pupillari.ff.eo.facit.§.masculo. institu. de pupil. habétque alios effectus, videlicet quòd pupillaris expressa continet vulgarem ta-

R citam

BIU Cujas

citam.d.l.nam hoc iure. Secundus est, quòd per eam succeditur pupillo. institu. de pupil. in princ. Tertius, quòd pupillaris substitutio expressa excludit matrem, & quoscunque venientes ab intestato.l.Papinianus.§.sed nec impuberis.de inoffic.testa.ff. d.l.precibus. &.l.si testamento. C.de impube. cum per eam succedatur ex testamento.l.iij.de acqui.hære.ff. Quartus, quia quos pater potest sibi necessarios facere,& filio suo.d.l.ij.§.prius.in fi. Bar.& omnes ibidem.

5 Expressa dicitur illa quæ fit verbis expressis: vt si hæres sis,& moriaris in pupillari ætate,talis sit. Tacita vero est illa quę continetur in vulgari expressa. Barto. in.d.l.ij.colum.iiij. Et quamuis glos. in.§.qua ratione.insti.eo.dicat quòd ista fit verbis affirmatiuis,vulgaris vero negatiuis,nihil est:quia immo omnis substitutio directa, siue sit expressa, siue tacita: habito respectu ad eum cui fit substitutio, fit verbis negatiuis, siue priuatiuis: vt si non sis hæres, vel si moriaris in pupillari ætate &c. respectu vero illius qui substituitur,affirmatiuis, vt talis sit.de quo late Bar. & post eum scribentes in.d.l.ij.Lanfran.in.d.l.centurio.

6 Partim tacitæ & partim expressæ quoad verba,sunt illæ quæ comprehenduntur in breuiloqua & compendiosa, vt in vulgari dixi. Quoad casus vero in casu.l.Iulianus. de acquiren. hæredi.ff.&.l.pater. de priui. credi. Barto. in.d.l.ij.colum.iiij.ver. & secundum hoc.

7 Exemplaris ideo dicitur, quia fuit facta ad exemplum pupillaris substitutionis.l.ex facto.ff.eo.l.humanitatis.C.eo.& institu. eo.in.§.qua ratione.quia sicut pupillaris fit pupillo, qui sibi prouidere non potest per testamentum: ita exemplaris furioso, prodigo, surdo, & muto, qui sibi prouidere etiam non possunt per testamentum. differt tamen hæc à pupillari in causa efficiente: quia pupillaris fuit introducta moribus, vt supra dixi: exemplaris vero lege principis. d.l.humanitatis. & requiruntur quatuor, de quibus per Iasonem in.d.l.humanitatis. ad hoc vt possit fieri. Primo, qui eam facit, sit ascendens: vt pater vel mater. d.l.humanitatis. Secundo, quòd ille cui fit, perpetuo morbo laboret. Tertio, quòd tali filio relinquatur legitima. Quarto, quòd si talis mente captus haberet liberos, quòd saltem vnus ex eis substituatur, Iason in.d.l.humanitatis. de materia cuius Bart. Bald. Alexand. & Iason in.d.l.ex facto.ff.eo.& de eius speciebus vide in cellulis suis.

8 Expressa est illa quæ fit verbis expressis: vt si decedas in furiositate, talis sit hæres. Tacita vero est illa, quæ continetur in vulgari vel pupillari expressa. docto.in.d.l.ex facto.& in.d.l.humanitatis.

9 Partim tacita, & partim expressa quoad verba, est illa quæ comprehenditur in breuiloqua vel compendiosa: quoad casus vero est, si fiat isto modo: si filius meus decedat in furiositate,talis sit. si cesset furiositas, remaneat tamen prodigalitas, vel surditas, ad istos casus trahitur. Barto. in.d.l.ex facto. col.vj. & sic in casu furiositatis expresso est expressa: in casu vero surditatis tacito est tacita. & casus expressus trahitur ad alios casus tacitos d.l.Gallus.ff.de lib.& posthu.§.& quid si tantum.

10 Compendiosa dicitur, quia sub compendio verborum plures substitutiones seu plura tempora complectitur. & fit per hoc aduerbium, quandocunque. glo.in.l.verbis ciuilibus.ff.eo. & in d.c.Rainutius. & in.c.si pater. de testa.lib.vj.videlicet hoc modo: quandocunque filius meus decesserit, talis sit hæres: vel potest fieri sine illo aduerbio, quandocunque: vt quando testator vno certo tempore complectitur plures ætates. text.in.l.centurio.ff.eo.& ibi scribentes. Et Dicit Bart.ibidem quòd ipsa compendiosa à pagano facta,non est species substitutionis de per se: sed est quædam adiectio. quod intellige, id est, quidam modus inducendi alias substitutiones sub noua forma verborum: respectu cuius potest dici species de per se, siue fiat à pagano, siue à milite. Areti. in rubri.ff.eo. & glos.j. in.l.verbis ciuilibus.ff.eo. Iason ita declarat in.d.l.centurio.ff.eo.colum.x.sed quando fit à milite, tunc vero est species substitutionis de per se. & hoc est quod voluit gl.in dicta rubrica, & Iason in.d.l.verbis ciuilibus.

11 Quando compendiosa facta est à milite maioribus per verba mere directa, vtroque tempore comprehendit militarem: & semper erit directa militaris in qua veniunt tantum bona defuncti.l.centurio.ff.eo. & ibi glos. & scriben. facit.l.miles etiam.ff. de testa. mili.

12 Si autem compendiosa fit à milite per verba directa suo filio pupillo in potestate constituto, vtroque tempore erit directa. nam intra tempora pubertatis valebit vt vulgaris & pupillaris: post vero erit directa militaris.l.precibus.C.de impu. secundum intellectum verum Fulgo. quamuis glos. ibi dicat quòd si mater sit in medio,obligatur.& idem glo.in.d.l.centurio. &.d.c. si pater. male tamen: quia mater nullum habet in hoc priuilegium.Barto.in.d.l.centurio.& ibi Alexand.& Ias.& idem Iason in.d.l.precibus. quia illud secundum scribentes haberet locum quando fieret per verba communia.

13 Vbi autem compendiosa fit per verba mere obliqua, vt per verbum, rogo, reddas, restituas, & per alia ministerium alterius exigentia ad transmissionem hæreditatis, de quibus per Barto.& Lanfran.in.d.l.centurio.ff.eo.tunc est semper fideicommissaria, siue fiat à pagano, siue à milite.scribentes in supradictis locis. de qua tractatur.ff.&.C.ad Treb.& insti.de fideicom.hære.

14 Sed si compendiosa fiat à pagano per verba communia suo filio pupillo in potestate existenti, valet vtroque tempore tanquam fideicommissaria.Barto.& Bald.in.d.l.centurio.& idem in l.ex tribus.C.de inoffi.testa. Ange.consi.cxxv.incipi. hoc est testamentum. quam opinionem sequuntur glos. in.d.l.centurio.in d.l.precibus in.d.c.Rainutius.§.fina. institu.eo. & in.d.l.ex tribus. Contrarium teneas, quòd immo intra tempora pupillaris ætatis valeat tanquam vulgaris & pupillaris iure directo:post vero pupillarem ætatem efficiatur fideicómissaria. & istud sequitur glo. in.§.qua ratione.institu.de pupil.& in.c.si pater.de testa.lib.vj.sequitur Cy. post multos antiquos in.d.l.precibus. & ibi Salice. Fulg. Pau.& Alexand. Et hanc opinionem indubitatam dicit dictus Alexand.in.d.l.centurio.& ibi post eum Iason reprobando glos.contrarias.Et nota quòd in materia substitutionis compendiosæ versatur triplex species verborum.Nam quędam sunt verba directa, quædam communia, & quædam obliqua. Directa sunt illa quæ denotant ius cópetere ipso iure, & quæ important tale ius ex quo possit adiri hæreditas de iure ciuili,vel verborum possessio peti de iure præterito. Lanfran. in.l.centurio.ff.eo. & Bald.in.l.fin.C.de sacrosanct. eccle.& sunt hæc, instituo, vt toto titu.ff.de hæred.institu. idem in verbo, hæres esto. l.fin.C.de hære. instit.&.l.j.in fi.ff.illo titu.idem in verbis, dominus esto.his verbis.ff.de hæred. instit.idem in verbo, moriatur.c.si pater. de testa.lib.vj. Et verbum,assigno,est directum.l.j.ff.de assigna. liber. c.ij.de offi.ordi. Idem dic in verbo,adiudico.Verbum,accrescat, est etiam directum.l.qui patri.ff.de acquiren. hære. &.l. vni.C.quan. partes non peten. Idem in verbis concedo, & detraho. Lanfran. in.d.l.centurio. Communia vero sunt illa quæ stant in significatione directi & obliqui, vt est verbum,permaneat.l.si cum ante.C.de dona. propter nupt. & text. in.l.tale pactum.§.fina. & ibi glos. & Barto.ff.de pac. & Bald. in.l.j.C.de pac. inter empto. & vendi. & Bald.in.d.l.fin.C.de sacrosan. eccle.Ful. in consi.xlj. Idem dic verbo, redeat.l.si duobus.de mili. testa. ff. Idem dic in verbo, pertinere, secundum Barto. in.d.l. centurio. cum quo transeunt Io.de lig. & Bald. in.c.si pater. de testa.lib.vj.pro quo facit quod habet glos. no.in.l.si quis intentione ambigua.ff.de iudi.quod verbum,pertinere, est commune ad petitorium & possessorium. & ibi sequitur Bar.facit etiam glos. in.l.cum mater.in glo.ij.ff.de inoffi.testa.quæ dicit verbum,pertinere,esse latum. idem glo.in.c.inter dilectos.de fide instru.quę dicit quod verbum,pertinere, est tam latum quòd per ipsum censetur omne ius in iudicium deductum vndecúque debeatur.& illam reputat singu. Ang.in consi.ccxcv. incipien. visis attestatio. &c.ex quo tamen vide glo.in.c.fi.de electio. lib.vj. quæ videtur similis.Dic etiam quòd verbum, deuoluatur,est commune.Lanfran.in.d.l.centurio. Item verbum, deueniat, est commune.Bal. in.d.l.fin.& de isto verbo sunt duo tex.in.l.pe.ff.de solu.alius est in prima constit.in vsibus seu. Idem dic de verbo, habeat. Ang. in.§.extraneo.institu. de pupil.vide tamen tex. qui videtur dicere quòd sit obliquum, in.l.qui concubinam.ff.de leg.iij. §.j.& ibi Bar.& de verbo, succedat, vide Lanfran.& Iasonem in.d.l.centurio. Et nota quòd nullum est verbum tam commune,quin per adiectionem verbi eo ipso efficiatur directum. Lanfran. vbi supra. Obliqua verba sunt illa quæ exigunt factum alterius: vt est verbum, restituatur. l.cohæredi. §.cum filiæ.ff.de vulg. idem in verbo, detur.l.fundi Trebatiani.ff.de vsufruc.lega.idem in verbo,reddatur, & in aliis: de quibus per doct.in.d.l.centurio.& in d.l.fi.C.de sacrosan.eccle.

15 Pupillaris tacita regulariter continetur in vulgari expressa, quando ipsa vulgaris facta est per patrem pupillo in potestate constituto, & hoc siue mater sit in medio, siue non.glo.in.l.precibus.C.de impu.in verbo,omnino. & text.in.l.fin.C.de insti.& substi.sub condi.fac.& ibi glo.& glo.in.§.qua ratione.institu.de pupil. doct. vltramon. in.c.Rainutius. de testa. & ita teneas, licet glo.aliter voluerit in.l.centurio.ff.e.quam reprobat Iason.& alij in.l.precibus.§.allega. Quod tamen limita verum nisi vulgaris esset facta simul maiori & pupillo: quia tunc propter imparitatem non cõtineretur in ea pupillaris tacita.l.quamuis.C.de impu.& aliis substi. Limitatur etiam nisi constaret de voluntate patris nolentis pupillarem tacitam in vulgari comprehendi.l.nam hoc iure.§.fina. in verbo, si voluntas parentis non refragetur.ff. eo. & in.d.l.quamuis.C.de impu.in verbo, si modo non contra-

riam

nam &c. Limitatur tertio si pater facit vulgarem & pupillarem filio filio, prouidendo ei in omnem casum: quia tunc expressum facit cessare tacitum. l. cum ex filio. §. filio. ff. eo. Quarto limita quando vulgaris esset facta per dictionem taxatiuam tantummodo. Iason in. d. l. nam hoc iure. Aduerte tamen quia ista pupillaris tacita non admittitur contra matrem. glo. in. l. precibus. alleg. sequitur illam Barto. & omnes in. l. j. ff. eo. in tertio substitutionis vulgaris effectu. coll. viij. nec etiam contra patrem pupil. & alias personas de quibus per Barto. in. d. l. ij. Cum opinione Bart. trãseunt indifferenter Moder. & maxime Alexand. in. d. l. centurio. & Albe. de Rosa. in repeti. istius rub. lxiiij. col. Salic. & Pau. in. d. l. fi. C. de insti. & substitutopi. Bar. compro. Are. duplici fundamento, quia in materia exorbitanti, quando est fauorabilis, prout est ista, fit extensio de persona ad personam quando concurrit eadem tacita voluntas etiam in stipulatione quæ est stricti iuris. l. tale pactum. §. fina. ff. de pac. & pro ea parte est tex. in. l. generaliter. in princ. C. de secun. nup.

16 Exemplaris tacita comprehenditur in vulgari expressa furioso facta, si tempore quo fiebat vulgaris, erat furiosus. arg. l. si prædia. ff. de re. eo. secus si eo tempore quo fiebat, non erat furiosus ille cui fiebat: quia casum aduersamque fortunam &c. l. inter stipulantem. §. sacram. de verbo. obliga. ff. Barto. in. l. ex facto. ff. eo. ita tenuit Oldra. Laudu. vt refert Albe. in repeti. rubri. ff. eo. coll. lxxxiij.

17 In pupillari expressa continetur vulgaris tacita. l. nam hoc iure. ff. e. l. in testamento. C. de mili. testa. glo. in. §. qua ratione. institu. eo. quæ excludit matrem pupil. & omnes venientes ab intestato. glo. in. l. fi. C. de institu. & substit. sub condit. fac. & ibi scriben. omnes approbantes eam: quod tamen limita secundum Bar. in matre defuncti: quia sicut per pupillarem tacitam non excluditur mater pupilli, ita nec per vulgarem tacitam mater testatoris. Bar. in. l. ij. in prin. ff. eo. in col. viij. versi. vlterius quæro.

18 Exemplaris tacita continetur in pupillari expressa, quando ipsa pupillaris fit furioso. Bar. in. l. ex facto. col. v. ff. eo. quia in habentibus symbolum facilior est transitus. l. in rem. §. item quæcunque. ff. de rei vindi. l. item si acceptolatum. ff. de acceptila. l. iiij. §. fina. de bo. pos. & ita Guil. de Cuneo & Rai. dum tamen pupillaris non fuerit facta cum limitatione temporis: quia tunc vltra tempus non extenderetur. l. si ita quis. ff. e. & sicut pupillaris tacita non excludit matrem nec alias personas, de quibus per Bart. in. d. l. ij. ita nec etiam exemplaris tacita, à paritate rationis. Bart. in. d. l. ex facto. nisi appareat de voluntate cõtraria defuncti. glo. in. d. l. precibus. & text. in. d. l. nam hoc iure. Et aduerte quia illa voluntas probabitur per duos testes vel per coniecturas. Bart. in d. l. ij. in princ. pe. & fi. col. Bal. Ang. Salic. & Pau. in. d. l. precibus. Salic. & Iason in. l. quamuis. C. de impu.

19 An tacita vulgaris contineatur in exemplari expressa? credo quòd sic eo modo quo in pupillari quando testator instituit furiosum: quia vbi est eadem ratio, idem ius debet statui. l. illud. ff. ad. l. Aquil. l. à Titio. ff. de verb. oblig. de quo per scriben. in. d. l. ex facto. ff. eo. & in. §. qua ratione. institu. eod. illa ratione, quia vbi duæ sunt causæ naturalis & accidentalis, semper naturalis prævalet: vt. s. dixi, per. l. qui habet. ff. de tute.

20 Exemplaris substitutio quando fit pupillo per patrem intra tempora pupillaris ætatis, si pupillus erat in potestate, valet vt pupillaris, post vero vt exemplaris: quia vbi concurrunt duæ causæ naturalis & accidentalis, semper prævalet naturalis. l. qui habet. ff. de tute. post vero pupillarem ætatem erit exẽplaris, dum tamen non fuerit facta cum limitatione temporis. d. l. si ita quis. Bar. in. l. ex facto. ff. eo. & ibi post eum scriben.

21 Ista duplici nomine nuncupatur, scilicet reciproca: vt in. l. nam hoc iure. §. quod genus. ff. e. & alio breuiloqua, de quo est text. in. l. cum in testamento. ff. de hære. insti. §. hæc verba. & non fit nisi pluribus personis duabus vel tribus paris vel disparis numeri. declarat Barto. in. d. l. Lucius. col. iij. ff. eo. & appellatur reciproca propter mutuam & alternatiuam repetitionem substitutionis quam in vnaquaque persona facere testator intelligitur. Iason in. l. in testamento. C. de test. mili. aliæ tamen vni personæ. Et fit per hæc verba: Titium & Seium hæredes instituo, & eos inuicem substituo. l. Lucius. &. l. cohæredi. §. qui discretas. ff. eo. l. j. & ij. C. eo. vel per hæc, Lucium & Titium hæredes instituo. & vter eorum viuat, hæres esto. l. Titius & Seius. cum. l. seq. ff. de hære. insti. l. si fundum sub conditione. §. his verbis. &. d. l. ij. vel isto modo, Titium & Seium instituo & substituo. l. si pater impuberi. secundum vnam lect. ff. eod. & continet plures in se substitutiones, aliquando duas, aliquando quatuor. de quo plene dicetur in singulis cellulis ex ipsa descendentibus.

22 Breuiloqua has duas solum comprehendit, quando fit duobus maioribus vel duobus imparibus. scilicet vni puberi & impuberi: vel vni existen. in potestate, & alteri non existen. quia tunc breuiloqua comprehendit solum istam substitutionem quæ potest æqualiter ambobus fieri. l. nam hoc iure. §. sed si alter. ff. e. & l. ij. C. e. Lanfran. in. d. l. Centurio. & l. in testamento. C. de testa. mili. & de veritate huius plene Barto. & Iason post eum in. l. Lucius. ff. eo. & idem Iason in. l. in testamento. C. de testa. mili. Lanfran. in. d. l. centurio.

23 Hæ duæ comprehenduntur in breuiloqua quando fit duobus impuberibus exhæredatis. argumento. §. non solum. institu. de pupil. substit. quia cum pater nihil talibus relinquat, non potest eis substituere vulgariter, cum per vulgarem succedatur testatori, & per pupillarem pupillo. institu. eo. in princ. pupillariter vero nedum potest substitui instituto, quinimmo exhæredato. l. j. in fi. ff. eo. & d. §. non solum quare breuiloqua duobus exhæredatis facta duas dicitur pupillares cõtinere, vt declarant Bar. Alex. Pau. & Iason in. d. l. Lucius. ff. eo. & late Bar. in. d. l. j.

24 Has quatuor dicunt iura in breuiloqua comprehendi, quando fit duobus pupillis in potestate constitutis institutis. l. Lucius. §. aliter. & in. l. nam hoc iure. §. j. ff. eo. sequitur Lanfran. in. d. l. centurio. Bar. & doct. in. d. l. Lucius. & in. d. l. nam hoc iure.

25 Istæ sex continentur in breuiloqua quando fit duobus pupillis mente captis, videlicet duæ vulgares si non adeatur hæreditas. duæ vero pupillares si decesserint in pupillari ætate. exemplares etiam duæ si moriantur post pupillarem ætatem in furiositate. theorice tradit hoc Barto. in. d. l. Lucius. & Lanfran. in. d. l. centurio. Posset etiam dici quòd breuiloqua continet sex alias si fiat per hæc verba: pupillos meos duos sanæ mentis hæredes instituo, & eos inuicem substituo si decesserint in pupillari ætate vel quandocunque: videlicet duas vulgares, duas pupillares, & duas fideicommissarias. de quo Barto. & Lanfran. in locis quibus supra.

26 Licet substitutio breuiloqua de se non comprehendat fideicommissarias, sed semper directas: fallit si ei adiungatur compendiosa, & fiat hoc modo duobus pupillis furiosis: vos instituo, & inuicem substituo siue moriamini in pupillari ætate, vel aliàs, quandocunque: quia tunc in ea comprehenduntur octo substitutiones, scilicet duæ vulgares, duæ pupillares, duæ exemplares, & duæ fideicommissariæ. Bart. in. d. l. Lucius. & Lanfran. in. d. l. centurio. Iason in. l. in testamento. C. de testa. mili. idem si pater dixerit, substituo vos inuicem vulgariter, pupillariter, exemplariter, vel per fideicõmissum de quo tex. melior de iure in. l. recusare. §. Titius. ff. ad Trebel. Alexan. in. d. l. Lucius. circa fi.

27 Istæ duæ fideicõmissariæ continentur solum in breuiloqua quando facta est duobus in codicillis, ar. l. Scæuola. ff. ad Trebel. ar. glo. in. l. verbis ciuilibus. ff. eo. & glo. in. l. j. de iure codicil. ff. Bar. in. l. Lucius. & ibi Alexan. & Iason.

28 Si compendiosa fiat à pagano maiori per verba communia cum adiectione temporis importati per distributiuum, quandocunque, vel per aliam dictionem distributionem temporis significantem, à principio valet tanquam vulgaris: adita vero hæreditate erit fideicommissaria. Barto. in. d. l. centurio. ff. eo. coll. ix. versi. secundo oppo.

29 Vbi autem compendiosa fit per verba mere directa à pagano filio pupillo in potestate constituto intra tempora pupillaris ætatis, valet vt vulgaris & pupillaris, postea nullo iure. l. verbis ciuilibus. ff. eo. in verbo frustra. §. extraneum. institu. eo. & text. fortis in. l. si seruus legatus. §. si seruus alienus. ff. de leg. j. & glos. in. l. in pupillari. & in. l. centurio. ff. e. glo. in. l. Scæuola. ff. ad Trebel. in. §. qua ratione. institu. eo. in. c. Rainutius. de testa. in. c. si pater eo titu. lib. vj. reprobata glos. in. §. fin. institu. de pupil. substitu. quæ sub dubio voluit contrarium. Bal. in. d. l. centurio. & ibi Moder. licet circa istam materiam Bart. in. l. ex tribus. C. de inoffi. testa. & in. d. l. centurio. sæpe variauerit.

30 Aliquando substitutio compendiosa fit duobus pupillis furiosis per verba mere directa: & tunc continet tres substitutiones, scilicet vulgarem vsque ad aditionem hæreditatis: pupillarem vsque ad. xiij. annos: post vero vsque ad tempus sanæ mentis exemplarem. Bar. in. d. l. centurio. & ibi Lanfran. & omnes.

FINIS.

BIU Cujas

DE VVLGARI ET PVPILlari substitutione.

Substitutio est secunda institutio[a], etiam si sit vlterior: vt & omnes secundæ nuptiæ sunt post primas: vt.C.de secun.nup. in rubri. Et dicas quòd quinque sunt genera[b] substitutionum[c] scilicet vulgaris, pupillaris, exemplaris, breuiloqua. Item copendiosa, quæ fit à milite tantum[d], & habet naturam pupillaris & fideicommissariæ: vt no.C. eo.l.precibus. Item est fideicomissaria duplex[e], vt instit.eo.§.si.

DE VVLGARI ET pupillari substitutione.

TITVLVS VI.

1. MODESTINVS libro secundo Pandectarum.

HAeredes aut instituti dicuntur, aut substituti. Instituti [dicuntur] primo gradu[a]: substituti secundo vel tertio. Hæredis substitutio* [aut] duplex est, aut simplex[b]. [Simplex est,] veluti, *Lucius Titius hæres esto. Si mihi Lucius Titius hæres[c] non erit, tũc Seius hæres mihi esto.* [Duplex est, veluti, *Filius meus mihi hæres esto.*] *si hæres non erit[d], siue [hæres] erit, & intra pubertatem decesserit: tunc Gaius Seius hæres mihi esto. & valet substitutio quam facio filio meo impuberi: siue instituam eum, siue exhæredem: & siue substituam illum quem mihi hæredem instituí, siue alium. si autem non instituissem mihi aliquem hæredem, non valeret substitutio quam filio meo feci. Viuianus.*

Hæredes autẽ.] CASVS. Quidã hęredes dicuntur instituti: & quidam substituti. instituti sunt illi qui sunt in primo gradu scripti. substituti autẽ sunt illi qui sunt scripti in secũdo, vel in tertio gradu, vel deinceps. Hęredis autẽ substitutio quędam est simplex, veluti Lucius Titius hæres esto: & si non erit hæres, Seius tũc sit mihi hęres. quędam est duplex, vt filius meus hæres mihi esto: siue hæres nõ erit, siue hæres erit, & intra pubertatem decesserit: tunc Gaius Seius hæres mihi esto. & valet substitutio quam facio filio meo impuberi: siue instituam eum, siue exhæredem: & siue substituam illum quem mihi hæredem instituí, siue alium. si autem non instituissem mihi aliquem hæredem, non valeret substitutio quam filio meo feci. Viuianus.

a *Gradu.* id est loco: vt.ĭ.de secun.tabu.l.ij.§.defertur. Azo.

b *Simplex.* simplex est vt pupillaris tantum, vel vulgaris tantum: duplex, quãdo vtraque simul. Accursius. *ADDITIO.* Dic quòd in illa simplicitate & duplicitate attenditur expressio verborum, non interpretatio iuris, secundum Bar. & Bal.

c *Lucius Titius hæres.* ista est institutio: & eã ideo apposuit, quia substitutio non potest esse sine institutione[f]: vt.ĭ.ea.l.§.fi. Azo.

d *Hæres non erit.* hæc est substitutio vulgaris.

c *Gaius Seius hæres mihi.* Hęc dictio, mihi, nihil nocet[g] quo minus etiam alia bona quàm patris veniant in pupillari: & quo minus etiam ipsi pupillo sit hæres, & quasi per obliquum mihi: vt.ĭ. de secun. tab.l.si ita.§.qui filio. & institu.de pup. substi.in princ. ibi, quo casu &c. & supra, titu.j.l.pater.in fi.

f *Exhæredatis.* dic pupillariter: vt instit. eo.§.non solum. &.C. de leg.l.cum quidam. &.ĭ.ad legẽ Falci.l.qui fundũ.§.qui filios. non per fideicommissum: vt.ĭ.eo.l.cohæredi.§.cum filiæ. ibi, & ideo si pater. Sed an præterito possit substitui pupillariter? Resp. cum nullum sit testamentũ etiam secundum has leges: vt insti.de exhæreda.libe.in prin.sequitur vt nec pupillare valeat: vt inst.de pupilla.subst.§.liberis.&.ĭ.e.l.pxi.§.sed si eos.&.§.quisquis. Ac.

g *Instituerit.* milite excepto: vt.ĭ.l.proxi.§.quisquis.& infra, de mili.testa.l.miles ita.§.fi.

h *Instituere.* ab initio h:.vt supra, de iis quæ in testa. delen.l. proxi.& insti.de leg.§.ante. Item ex postfacto non valet nisi fuerit[i] hæreditas adita ex testamento: vt infra, de contra tabu.l.filium. circa princ. &.ĭ.proxi.§.quisquis.&.§.adeo. Sed contra.ŝ. titu.j.l.fina. Sol. ibi[k] speciale. Item contra in auth.vt cum de ap. co.§.si igitur tales. col.viij.quæ est. C.de lib.præte.auth.ex causa. Sed ibi propter solam præteritionem est nullum: hic quia substituit sine institutione. Vel illud est ius nouum. *ADDITIO.* Dic quòd per illam auth. confirmatur substitutio pupillaris: tamen intellige quando institutio præcedit, quamuis inutilis. Bar. Bal. P. Imo. Sozi. Areti. Alexan. & Ia.

Moribus.] CASVS. Per leges & mores introductum est vt quis possit facere testamentum liberis suis impuberibus, id est, pupillarem substitutionẽ prædictam: quæ quidẽ durat vsque ad.xiij.an. in masculis, & vsque ad.xij.annos in fœminis. & hoc est verum si sint liberi in potestate parentis facientis eis substitutionem. nam emancipatus non potest taliter substitui, posthumus autẽ sic & nepotibus & pronepotibus: & sic deinceps qui per mortem aui vel proaui non sunt recasuri in potestatem patris eorum, veluti quia pater eorum est mortuus. si autẽ patres eorum eos præcedant ad auos vel proauos: ita demũ substituere eis potest auus vel proauus, si hæredes eos instituant, vel exhæredent. ita enim per.l.Vell. succedendo ipsi auo vel proauo in locum patrum non rumpunt testamentum aui vel proaui. si autem non essent instituti vel exhæredati, non rumperent testamentum auorum vel proauorum. quod est principale testamentũ: & rupto principali pupillare nihil valeret. sed & si quis habens filium adoptauerit sibi filium. s. Titiũ in locũ nepotis, potest ei Titio ipuberi pupillariter substituere. [*QVIS AVTEM.*] Si facio testamentũ filio meo impuberi, id est, pupillarem substitutionem: & mihi debeo facere testamentũ, instituendo in eo dictum meum filium vel exhæredando, & alium instituendo. Si autem mihi non faciam testamentum, nõ valet substitutio prædicta, nisi essem miles. nam tunc bene possem substituere dicto meo filio etiã nõ faciendo mihi testamentum. sed & si faciam mihi testamẽtum ego paganus, & in eo institutus non adeat hæreditatem meam: substitutio quam feci dicto meo filio, euanescit. si autem ille quem in meo testamento instituí, dimittat ex testamento, & adeat ab intestato hæreditatem meam, puta quia erat meus forte agnatus: seruabitur & valebit substitutio prędicta. euenit tamen quandoque ꝙ ille quẽ hæredem in testamento meo instituí, cõpellitur adire hæreditatem meã ad hoc vt dicta substitutio valeat, & totũ testamentũ quod feci dicto meo filio: puta instituí mihi hæredẽ in testaméto meo quendam extraneum, & dictũ meum filium exhæredaui: & ei filio substituí tertium, & grauaui substitutũ impuberis vt totam hæreditatem impuberis restitueret quarto: & postea decessi. modo extraneus à me institutus non vult adire hæreditatem. filius autem meus prædictus postea decessit in pupillari ætate: & ita habuit locum substitutio quam ei feci de tertio: & per consequens fideicommissum relictum quarto à dicto substituto. certe fideicõmissarius qui vocabatur quartus, non poterit cogere substitutum prædictum vt adeat hæreditatem impuberis, & sibi restituat quia substituti aditio nihil valeret ex eo quòd hæreditas mea nõ est adita ab eo quem instituí. Coget igitur dictus fideicommissarius illum quem instituí, vt adeat hæreditatem meam: & facta aditione per cõsequens poterit dictus substitutus impuberis adire hæreditatem impuberis, & fideicommissario prædicto restituere. Si autem viuat adhuc dictus meus filius, non potest dictus fideicom. cogere adire hæreditatem meam illum extraneũ quem instituí, vt per consequens adeat substitutus dicti mei filij hæreditatem eius mei filij, & sibi fideicom. restituat dictus substitutus. nam donec viuit dictus meus filius, improbus iudicatur fideicommissarius, qui vult hæreditatem suam. Sed quid si ille extraneus quem instituí hęredem in meo testamento vt dictum est, erat minor.xxv.annis, & repudiauerit hęreditatẽ meam me mortuo, & sic per cõsequens annihilata fuit substitutio quã feci dicto meo filio, & postea dictus meus filius in pupillari ætate decedat, & postea petat & impetret dictus minor in integ.resti. vt adire possit hæreditatem meã quam repudiauerit, & eam adeat? Certe proficet hęc aditio secundis tabulis. i. substitutioni in secũdis tabulis factæ, id est, substituto siue substitutis dicti filij mei. s. vt vtiles actiones ex testamento habeant pro hæreditate dicti mei filij, & ea hæreditate habita tenentur eam restituere fideicommissario prædicto qui vocabatur Quartus. [*PRIVS AVTEM.*] Dictũ est ꝙ substitutio quam facio filio meo impuberi, nihil valet nisi & mihi faciam testamentum. modo quæro, quid debeat præcedere inter meum testamentum, & testamentum quod facio filio meo siue substitutionem? Et certe aut exhæredo dictum meum filium impuberem, aut instituo. si exhæredo, debeo prius facere meũ testamentum, & postea pupillare, hoc modo: instituo mihi hæredem Titium, & filium meum impuberem exhæredo. & si dictus meus filius in pupillari ætate decesserit, substituo ei dictum Titium, vel etiam quẽdam alium, vel etiam posthumum qui nascetur mihi ex vxore mea. si autem ordinem prædictæ scripturæ testamenti cõuerterem, non valeret, puta si filio exhæredato substituerem aliquẽ pupillariter, & postea mihi testamentũ facerem. & merito

dixi

BIU Cujas

dixi non debere conuerti ordinem scripturæ,& nō dixi scripturarum: quia testamentum meum & illud testamentum quod facio filio meo impuberi, vnum est testamentū: licet duæ sint hæreditates. Si autē instituo dictū filium meū impuberem, non est necesse ꝙ seruem dictum ordinem. & valet substitutio quā facio filio meo impuberi, licet eā scribam priusquā mihi testamentū faciam, hoc modo: Si filius me⁹ intra xiiij. an. decesserit, Seius hæres esto. deinde scribam: filius meus prædictus hæres mihi esto. & idē est si substituo cōuerso dicto ordine vulgariter dicto meo filio quē instituo. nam & illa substitutio valet si ita dicā: si filius me⁹ impubes hęres mihi nō erit, Seius hæres esto. & postea scribā, dictus meus fili⁹ hæres mihi esto. nam intelligitur Seius script⁹ hæres in secūdo gradu. & si quidē filius meus hæres mihi non extiterit quandocūque: proculdubio Seius hæres mihi erit ex dicta substitutione, quæ tacite intelligitur in dicta substitutione vulgari. sed si extiterit fili⁹ mihi hęres, & in pupillari ætate decesserit: proculdubio Seius hęres mihi erit ex pupillari substitutione, quæ tacite intelligitur in dicta vulgari. & sicut in hoc casu quando instituo dictum meum filium, nō spectatur dict⁹ scripturæ ordo, sed successionis: nūquid ergo illud quod dicitur. j. eo. l. vel singulis. scilicet ꝙ posſum substituere singulis liberorū meorū impuberum: ideo dictum est, vt declaretur nō esse aliquo modo incipiendum à testamēto filij impuberis mei: immò semper esse incipiendū à testamento? certe nō: immò quandoq; debeo incipere à meo testamento: quādoque non habeo necesse: vt. ś. distinctum est, scilicet videndo, an instituā filium meum, vel non. Viuianus.

a *Moribus.* id est, iure Lacedæmoniorum: vt instit. de iure natu. §. & non ineleganter.*

b *Quatuordecim annos.* id est, vsque ad vltimum diem: vt. ś. de testa. l. qua ætate. vel si minus vellet, potest: vt. j. e. l. si ita.

c *Potestate.* quod liberi impuberes in potestate, & quòd sui iuris fiant morte patris: vt instit. eo. in princip. & hic dicitur. Item quòd non desinant esse in potestate ante mortem testatoris: vt. j. eo. l. cohæredi. §. cum filiæ. in princ.

d *Possumus.* scilicet facere testamentum.

e *Deinceps.* vt pronepotibus.

f *Nō sunt.* aliàs cū sint recasuri, nō valet testamentū, cum eo casu sint vt eorū testamenta nō valeant etiā si ipsi essent maiores, & auus non esset. erant ergo hic eorum patres emancipati, vel mortui: vt instit. quibus mo. ius pa. pote. soluit. §. j. Accursius.

g *Patres præcedant.* aliàs pater præcedat.

h *Ita enim.* s. cum instituti vel exhęredati ab auo inueniūtur. R.

i *Succedendo.* in locū prædictorum patris. Ro. ad quod. ś. tit. j. l. v. §. nepotes. aliàs si inueniunt se præteritos rumpitur principale, & per consequens nec pupillare valet. & hoc subiicit, nam &c.

k *Ruptum sit.* agnatione posthumi nepotis præteriti: quod est prædictum patre nepotis & pupilli &c. si autem per contra tabu. rumpatur principale, remanet pupillare: vt. j. eo. l. ex duobus. §. fi. quæ est contra. si autem per querelam inofficiosi rumpatur principale, distinguitur an in totum vel pro parte: vt supra, de inoff.

ff. Infort.

II. VLPIANVS libro sexto ad Sabinum.

MOribus[a] introductū est, vt quis liberis impuberibus testamentum facere possit, donec masculi ad quatuordecim annos[b] perueniāt, fœminę ad duodecim. Quod sic erit accipiendū, si sint in potestate[c]. Cæterum emancipatis nō possumus[d]. Posthumis planè possumus. Nepotibus etiam possumus, & deinceps[e], si qui non recasuri sunt[f] in partis potestatem. Sed si eos patres præcedant[g]: ita demum substitui eis potest, si hæredes instituti sint, vel exhæredati. ita enim[h] post legem Velleā succedendo[i] nō rumpunt testamentum. Nam si principale ruptū[k] sit testamentū, & pupillare[l] euanuit. ¶ Sed si extraneum quis impuberem hæredem[m] scripserit, poterit ei substituere: si modò[n] eum in locum nepotis adoptauerit vel adrogauerit, filio[o] præcedente. ¶ Quisquis autem impuberi testamentum facit, sibi quoque debet facere. Cæterùm soli filio nō poterit, nisi fortè miles[p] sit. Adeo autem, nisi sibi quoque fecerit, non valet, vt nisi adita quoque patris hæreditas sit, pupillare testamentū euanescat[q]. Planè si omissa causa principalis testamenti, ab intestato possideatur hæreditas: dicendum est & pupillo substitutum seruandum[r].

Interdum substitutus cogitur adire propter fideicommissum substituto pupillari iniunctum. & aditio facta ex vi substitutionis, in integrum firmat substitutionem pupillarem. Alexand.

¶ Interdum[s] etiam pupillaris testamenti causa cōpellendum hæredem instituti adire hæreditatem, vt ex secundis tabulis fideicōmissum conualescat: vtputa si iam pupillus decesit. Cæterum si adhuc viuat: improbū esse Iulianus existimat eū qui sollicitus[t] est de viui hęreditate. Ergo etiam si minor[u] vigintiquinque annis adeundę hæreditatis causa fuerit restitutus: puto proficere secundis tabulis, vt prætor vtiles actiones decernat substituto.

Si pupillaris substitutio fiat exhæredato, sibiipsi debet pater prius condere testamentum, & hæredem instituere, deinde substituere, non autem conuertere ordinem. sed vbi filius instituitur, deinde substituitur pupillariter vel vulgariter, non curamus de ordine locutionis vel scripturæ: quia tunc semper intelligitur præcedere testamentum patris quoad ordinem intellectus. Alexand.

¶ Prius autem sibi quis debet hæredem scribere, deinde[x] filio substituere, & non conuertere[y] ordinē scripturæ. Et hoc

a *Ista glo. sequit Bar. hic quā dicit valde nō frequentius contingit. tandam.*

b *Ista prima lectura est falsa: quia loquitur de extraneo qui nō erat instituus. sed sequens est vera secundū Dy. quia secūdū eam idē erat instituus & substitutus secundū Bal. & Bal. hic.*

c *Ista est vera secundū Pe. Dy. & Bal. hic.*

d *Bar. in l. ait prætor. §. resti. de adopt. l. si arrogato. tut⁹. de mi. §. sed an impuberi. ś. & p Bal. & cæteros in l. impuberibus. in fi. de acqui. hæ. & qua forma pertatur, vide per Bal. in authen. si omnes. C. si mi. ab hę. se absti.*

Casum ponit.

Ista lectura est vera in se: sed est falsa quoad expositionem literæ: cum in tex. fiat mētio de secūdis tabulis quæ est substitutio pupillaris. & ideo prima verior secūdum omnes.

cit infra, de acquirend. hære. l. quæsitum.

n *Si modo.* non aliàs: vt instituto. eo. §. extraneo.

o *Filio præcedente.* tēpore adoptiōis: sed tēpore mortis oportet eū præmortuum esse: vt. ś. eo. §. posthumus. sed & tunc idem esset & si nō præcederet: vt instituto. de adopt. §. licet. sed hoc

p *Miles.* vt infra, de testa. l. miles. §. fi. & facit. ś. eo. l. j. in fi.

q *Euanescat.* contra. C. eo. l. iij. Solu. ibi in vulgari: hic in pupillari. Item contra. j. de priuile. credi. l. pater. in princ. Sol. vt ibi. & facit infra, de acquirend. hære. l. quæsitum.

r *Seruandum.* sicut & cætera seruantur: vt. j. si quis omissa causa testamenti. l. j. Accursius.

s *Interdum.* Titius instituit Mæuiū: & exhæredauit filium suum impuberem, & substituit Seium: & rogauit eū vt restituat hęreditatem Sępronio. Mæuius nō vult adire hæreditatem: mortuus est pupillus. dicitur quod Męuius debet cogi adire, ne euanescat substitutio hęreditate nō adita: & per cōsequens fideicōmissum. b ad quod. j. ad Trebel. l. nam quod. §. si quis compulsus. Idem si eundem quem instituit sibi, substituit filio: vt. j. ad Trebel. l. ita tamen. §. à patre. vel pone vt eo. titu. l. apud Iulianum. §. j.

t *Sollicitus est.* tali modo. & facit. j. de col. bo. l. j. §. si impuberi: & de iure fis. l. Statius. §. j. & j. vt in pos. leg. l. is cui. §. si ab impuberis. & C. de pac. l. fin. Sed alio modo quis potest esse quandoque sollicitus vt exigere cautionem: vt C. ad Trebel. authen. contra rogatus. & C. vt in pos. leg. l. cum Archimedoram.

u *Si minor.* extraneus testatori, & institutus: sed repudiauit. & hoc filio exhæredato, eiąue substituto dato. & quod subiicit restitutus. s. vt adeat. & sic valet principale, & sic cætera. & secūdū hoc cōuenit præcedentibus c. Alij ponūt d in vulgati, & dicunt minorem restitui vt abstineat, & substitutus ei habeat ac si non adiisset minor e. sed si hic substitutus esset seruus, distingueretur an esset soluendo hæreditas vel non secundum eos: & maior res est libertas: vt. j. de mino. l. ait prætor. §. quod Papinianus.

x *Deinde.* eadem hora vel alia: vt. j. eo. l. si quis eum. §. si filio.

y *Non conuertere.* sic. j. de fideicommis. lib. l. generaliter. §. quid ergo. & in authen. de hære. & Fal. §. inordinatum. colla. j. & C. de edi. diui Hadria. tol. l. j. Sed argu. contra. C. de testa. l. ambiguitates. & l. præposteri. & j. de sol. nec enim. & de pœ. l. quidam. &

institu. de leg.§.ante. sed quoad alia non curatur ordo in.ll.illis. *ADDITIO.* Dic aliter secundum Dy. in.l.nec enim.ĭ.de sol. quod aut apparet de mente disponentis,& nó curatur de ordine, vt in contrariis : aut non cóstat de mente testantis, & tunc ordo debet attendi: vt.l.quotiens.s̆.de vsufru. Vel solue aliter, & melius vt per Bart.hic.

*Hal. hoc, impr⁹ sibi debe.dein.fil. hæred.scribere.nó habet.

a *Comprobata est.* impmo contra: vt.ĭ.e.§.sed si quis. &.§.sed si ita. Sol.hoc corrigitur per illud. Vel hic de rigore iuris,ibi de equitate. Vel verius hic erat filius exhæredatus cui fit substitutio: ibi ĭstitut⁹.

b *Et merito.* dicunt scripturæ in singulari numero:& merito &c. Vel dixi vnam solénitatem:& merito &c.ad quod.ĭ.eo.l.patris. Vel dic,dixi in vna scriptura, sibi & filio instituit hæredé: & merito &c.

c *Vnum.* quia facit vnus,& vna solennitas: vt hic,& infra, de priuil.cre.l.pater. sed quia duæ sunt hæreditates, vt subiicit, possunt dici duo testamenta : vt insti.eo.§.igitur.

d *Eosdem.* vt infra, eo.l.sed si plures.§.j.& infra, de acquir. hæredi.l.Iulianus scribit.§. sed quod in fratre.

e *Substituere.* & erit necessarius : vt.d.l.sed si plures.§.j.

*Flo.in pubertatem

f *Decesserit.* hic pupillaris præcedit institutionem. sed infra,proxi.respó.vulgaris præcedit institutionem: & valet vtrobique, licet conuersa &c.Sed contra.s̆.proxi.§.Sol.vt ibi.

g *Admittendus.* ex tacita pupillari : vt infra, eo.l.nam hoc iure. &.C.e.l.iiij.

h *Vt non ordo.* dic vt.s̆.eo.§.prius.

Si filius institutus in primo loco sit hæres, cessat substitutio vulgaris tam prima quàm omnis alia sequens. Alexander.

¶ Si filius, & ex eo nepos posthumus, ita hæredes instituãtur, vt Gallo Aquilio, placuit: [n] & nepoti, si is hæres non erit Titius substituatur: filio hærede existente, Titium omnimodo, id est, etiam si nepos natus non fuerit, excludi [o] respondit.

[a] *Gaius filius.* instítutus.

[b] *Esto.* scilicet substitutus. & est quidam [a] tertius hic Seius. & habeas. s. neque mihi &c. Alij nõ [b] habent, & Gaium & Seiũ idẽ esse dicunt: & sic vnus filius alij filio substitutus secundũ eos. Et not. quòd hic articulus, tũc, [c] denotat diuersitatem inter hunc & superiorẽ casum: vt infra, de condi. & demõ. l. iiij. in fine.

[c] *Mortem.* vt tunc sit hæres Gaius, vt hic: & capax: vt. s. eo. l. si is qui hæres. & facit ad hanc legem infra, de adimẽ. & de codi. l. si quis eũ. in fine. j. respon. & s. eo. l. qui liberis. §. fina.

Vi cõplures.] CASVS. Instítui mihi quendã hęredem nomine Attiũ in duabus vnciis hęreditatis meæ: & Gaium in. iiij. & Seium in. v. & Cornelium in vna: & postea ita dixi: si dictus Attius non adierit pro sua parte, substituo ei dictum Gaiũ, & Seium, & Cornelium ex eisdem partibus quibus eos instituí: & do eis tribus cohæredem Titium. & decessi: & postea Attius noluit adire hæreditatem meam: & ita habuit locũ substitutio, & dicta hæredis adiectio. modo quæritur, quam partẽ habere debeat dictus Titius adiectus, & quã Gaius & Seius & Cornelius de duabus vnciis in quibus fuit Attius institutus? Et dicitur quod Titius habebit quartam partem duarum vnciarum Attij, & prædicti tres habebunt tres partes dictarum duarum vnciarum, & diuident dictas tres partes dictarum vnciarum inter se pro eis partibus pro quibus à me instituti fuerunt. si autẽ adiecissem Titium & Stichum cohæredes prædictis tribus, fient tunc quinq; partes de dictis duabus vnciis Attij, & Titius & Stichus habebit quilibet vnam quintam: & aliæ tres quintę diuidentur inter prædictos tres pro his partibus pro quibus eos hæredes instituí. & sic est plana hæc lex. Viuianus.

[d] *Qui complures.* quatuor puta computato Attio.

[e] *Adiecit.* substituendo, non instituendo: alioquin etiam si Attius non adiret, nihilominus hæres esset Titius: vt infra, de secũ. tabu. l. ij. §. si quis ita scripserit.

[f] *Quam partem.* scilicet Attianæ partis cum Attius non adierit.

[g] *Tres fuissent.* scilicet substituti præter Titium.

[h] *Hæreditarias.* cur non solus medietatem: vt. s. titu. j. l. Titius fundi? Respon. quia omnes [d] separatim fuerunt instituti. At opponitur: ergo debent habere viriles: vt insti. de hære. instit. §. si plures? Respon. verum esset nisi præcessissẽt partium distributio etiam in institutione. tunc enim videtur easdem partes repetiisse [e] in personis eorum tantum quos instituit: vt. s. eo. l. si plures. Azo. magis obstat. s. eo. l. si pater filio. sed & ibi coniũctim fuerũt instituti: vel hic substituendo nominatim dixit, pro partibus [f] hęreditariis vos substituo: vt hic patet: quod ibi non fecit. Itẽ contra. C. eo. l. fi. §. j. vbi habent omnes viriles. Sed ideo quia ita habuerant ex institutione: vt ibi not. & facit. j. de statulibe. l. qui pecuniam.

[i] *Quintas.* id est, quilibet quintam.

Si mater.] CASVS. Titia instituit sibi hæredem filium impuberem cum erit pubes, & ei vulgariter tali modo substituit, si dictus meus filius non erit mihi hæres, substituo ei Seium. & postea decessit Titia, & postea decessit dictus eius filius in pupil. ætate. nunquid habebit substitutus hęreditatem? Et videtur quòd non: quia substitutio non potest ante habere locum quàm habeat locum institutio. institutio autem non videtur posse habere locum nisi adueniente pubertate, sicut apparere videtur ex verbis institutionis prædictis. dicitur tamen hic quòd substitutus habebit hæreditatem ex tacita pupillari, quæ subintelligitur in dicta vulgari: vt dictum est. s. eo. iam hoc iure. nam non videtur in nostro casu in diem collata institutio, sed hæreditatis tantum petitio propter vtilitatem impuberis. [SI FILIVS ET EX EO.] Seius habens filium habentem vxorẽ prægnantem, venit ad mortem, & fecit taliter testamentum: Instituo mihi filium meum hæredem: & si filius meus morietur me viuo, tũc si quis mihi nepos ex eo, siue quę neptis post mortem meam in decẽ mẽsibus proximis quibus filius meus morietur, natus natáve erit, hæredes sunto. & si dictus nepos vel neptis mihi hæres non erit, substituo ei Titium. & decessit dict⁹ testator, & filius suus prædictus institutus extitit ei hæres. certe amodo nõ potest habere hæreditatẽ alterius substitutus nepoti vel nepti: siue nepos vel neptis nascatur, siue non. nam si nõ potest habere locũ amodo nepos vel neptis, multo minus habebit locum substitutus eius, scilicet Titius. Viuianus.

† *Pupillares tabulæ quæ ratione hic Africano dicãtur, explicat Vlpianus tit. de pupill. substi. in prin. Instit. lib. 2.*

[k] *Cum erit.* nec filius intelligitur ad tempus institutus, sed pure: vt C. quando di. le. ced. l. ex his. & infra, quando di. leg. ce. l. firmio. §. j. nisi aliud sensisse testatorem probetur: vt infra, de manumiss. testa. l. si ita scriptum fuerit. §. cum Titius. & tunc vitio temporis sublato hæres erit: vt supra, eod. hæreditas. erat autem dubitatio de substitutione: quia videbatur facta antequam posset valere institutio: sed, vt dixi, pro pura est institutio.

[l] *In pupillaribus.* non quòd pupillaris substitutio ibi fiat, sed quia pupillus institutus fuit, est vulgaris. fœminæ enim pupillarem non faciunt: quia in potestate non habent: vt supra, eod. l. ij. ij. respon. *Fœminæ pupillariter non substituunt.*

[m] *Substitutio.* nec in substitutione videtur repetita eadem conditio seu dies: vt supra, titu. j. l. si sub conditione. & facit infra, de leg. j. l. si cui.

[n] *Placuit.* scilicet si filius morietur viuo testatore: & nepos post mortem testatoris nascatur: vt supra, de libe. & posthu. l. Gallus. in principio.

[o] *Excludi.* vt & supra, titu. j. l. cum in testamento. in locum enim deficientis primi & secundi gradus videtur eum substituisse: vt &. s. eo. l. quidam testamento. & supra, titu. j. Lucius. Sed pone quòd filius vixit post mortem defuncti: & repudiauit hæreditatẽ. Item similiter nepos repudiauit: nunquid admittitur Titius? Videtur quòd non: quia filius extitit hæres ipso iure, licet postea repudiauerit. Econtra videtur admittendus: quia nec filius nec nepos hæreditatem adiuit, immò vterque repudiauit. Sed certe non est admittendus, illa scilicet ratione, quia filius non decessit testatore viuo: & substitutio ita facta erat, si filius me viuo morietur. Item verba superiora, si hæres non erit: expone cum esse posset: quia filius præmoreretur, non hæres. & facit infra, de adquiren. hære. l. quamdiu.

Ex duobus.] CASVS. Instítui mihi hæredes duos meos filios impuberes: & ei qui supremus moreretur, substítui Titium. postea ambo impuberes simul decesserunt. certe Titius erit hæres vtrisque eorum. & est ratio, quia supremus dicitur non solum is qui post aliquem est, sed etiam ille post quem nemo est.

BIU Cujas

mo est.in nostro autem casu omnes videntur supremi decessisse: quia nullus eorum remansit post alium. & idem est econtrario. nam non solum dicitur proximus esse alicui qui ante aliquem alium est, sed etiam is ante quem nemo est. [*FILIVM.*] Seius instituit sibi hæredes Gaium filium suum impuberem, & Titium extraneũ: & Titio prędicto substituit Mæuium, & prædicto suo filio taliter substituit, quisquis ex suprascriptis scilicet Titio & Męuio hęres mihi erit, substituo eum filio meo. & postea decessit prædictus Seius. Titius instituto omisit hæreditatẽ: Mæuius autẽ ei substitutus adiuit ex substitutióe. postea decessit dictus ipubes. quærit, cui deferat hęreditas ei impuberis: vtrũ Titio qui amisit hæreditatem patris, an Mæuio qui adiuit hæreditatem patris ex substitutione? Et dicitur, quòd Mæuio. [*ETIAM SI CONTRA.*] Filium meum emancipatum prætерij scilicet Titiũ & Seium filium impuberem, & in mea potestate constitutum institui mihi hæredem in totum: & ei ipuberi substitui Gaiũ: & à dicto impubere reliqui multa legata danda quibusdam mihi coniunctis, & quibusdam aliis extraneis: & à Gaio substituto reliqui similiter multa legata: & postea decessi. postea emancipatus petiit bonorum possessio. contra tabu. eo quòd à me prætеritus fuit, & vicit: & ita ruptum est testamentum meum: & sic factum est quòd ipse emancipatus habuit dimidiam hæreditatis meæ ab intestato: & alia dimidia remansit apud impuberem prædictum. postea in pupillari ætate decessit impubes. nunquid habebit hæreditatem impuberis Gaius prædictus substitutus ei? Et dicitur quòd sic: & tenebitur præstare legata à se relicta, & etiam ab impubere. Sed & si dictũ emancipatum prętерij, & dictum impuberem instituí in tribus vnc. & Cornelium extraneum instituí in. ix. vnc. & dicto impuberi substitui dictum Gaium, & multa legata reliqui à dicto impubere præstanda quibusdam mihi coniunctis, & quibusdam aliis extraneis: & à dicto Gaio impubere substituto reliqui similiter legata: & committente dicto emancipato prætерito edictum, vt scilicet contra tabulas petat bonorum possess. non solum dictus emancipatus, sed etiam dictus impubes: & sic excludam dictum Cornelium in. ix. vnc. institutum, & habeant ambo soli hæreditatem meam scilicet emancipatus pro dimidia, & impubes pro alia dimidia, cum ex institutione non habuerant nisi tres vnc. & postea impubes decedat in pupillari ætate, & veniat ad hæreditatem suam dictus Gaius ei substitutus: certe tenebitur dictus substitutus præstare legata ab impubere relicta coniunctis personis tantum: * sicut & impubes si viueret teneretur præstare tantum coniunctis personis: & licet si non esset petita bonorum possess. contra tabulas: impubes vel eius substitutus posset detrahere ab omnibus legatariis Falcidiã, puta quia essent relicta legata ab impubere vltra dodrantem suæ partis: tamen petita contra tabulas (quo casu non tenetur impubes vel eius substitutus ad præstanda legata nisi coniunctis personis, vt dictum est) augebuntur legata relicta ab impubere coniunctis personis: ideo quia non præstat extraneus legatariis legata: ita quòd Falcid. in eis non habebit locum, vel tanto minus detrahet nomine Falcidiæ delegatis relictis coniunctis personis, quantum ei adcreuit propter hoc quòd extraneis legata non præstat. & sicut ipse filius impubes plus debet coniunctis personis nomine legatorum etiam ex eo quòd petita contra tabulas extraneis non præstat legata, vt dictum est: ita plus debet dictus impubes & eius substitutus ex eo quòd per bonorum possess. contra tabulas plus ad filium impuberem prædictum peruenit quàm haberet ex institutione, cum postea ex substitutione peruenerunt ad eum tres vnciæ, vt dictum est: per bonorum autem possess. contra tabulas peruenerunt sex vnciæ ad eum, vt dictũ est: & ita duabus rationibus crescunt legata coniunctis siue exceptis personis relicta. & idem debet esse contra, scilicet vt quemadmodum portio quæ per bono. possess. contra tabu. adcreuit impuberi, auget legata, vt dictum est: ita & portio quæ adcreuit impuberi propter bonorum possess. contra tabul. minuat legata coniunctis personis ab impubere relicta: puta quia impubes, sicut dixi in princi. fuit à me institutus ex asse: & per bonorũ possess. contra tabulas quã accepit frater suus emancipatus, & à me prætеritus, dimidia hęreditatis sit ei impuberi ablata. nam pro ea dimidia sibi ablata substitutus eius exonerat circa legata. & hoc dicit. cum l. seq. Viuianus.

Supremus seu vltimus est quem nemo sequitur, licet nullus præcedat, & econtra proximus dicitur quem nullus præcedit, licet nemo sequatur. Alexander.

XXXIIII. IDEM libro quarto Quæstionum.

EX duobus impuberibus ei qui supremus moreretur, hæredem [a] substituit. Si simul morerentur, vtriq; hæredẽ esse respondit: †quia supremus [b] nõ is demum qui post aliquẽ, sed etiam post quem nemo sit, intelligatur: sicut & econtrario proximus non solum is qui ante aliquem, sed etiã is ante quẽ nemo sit, intellegitur.

Hæres ex substitutione vulgari admittitur ad substitutionem impuberi factam per hæc verba, quisquis mihi hæres erit &c. Bartolus.

Filium impuberem & Titium hæredes instituit. Titio Mæuiũ substituit. [c] filio quisquis sibi hęres esset ex suprascriptis, substituit. [d] Titius omisit hæreditatem. Mæuius adiit. [e] Mortuo deinde filio, putat magis ei soli [f] ex substitutione deferri pupilli hæreditatẽ, qui patris quoq; [g] hæreditatẽ adierit.

Licet testamentum per contra tabu. expugnetur, firma tamen manet substitutio pupillaris: & relicta à substituto pupillari debentur omnibus. Alexand.

Etiã si [h] contra patris tabulas bonorũ possessio petita sit, substitutio tamẽ pupillaris valet: & legata omnibus præstãda sunt, quæ à substitutione data sunt.

Ista lex reputatur difficilis, & habet tres partes. Prima durat vsque ad ver. sic & crescere. Secunda vsque ad ver. his consequens. Tertia vsque ad finem. & secundum quòd textus habet tres partes, ita glo. magna quæ est hic, quæ ponit casum, habet tres partes prout ponit casum. Bartolus.

XXXV. IDEM libro quinto Quæstionum.

ETsi contra tabulas [i] patris

Iuxta hãc sententiã videtur iudicasse P. Scipio. Is enim duobus militibus qui simul & eodem tẽpore murũ ascenderant, donauit coronã muralẽ, quã ei, qui primus ascẽdisset promiserat. Auctor Liu. li. 26. ab vrb. con.

** Fallitur hic Viuianus, dũ putat substitutum impuberis nõ teneri ad legata relicta extraneis petita bonorum possess. contra tab. tenetur enim ad ea præstanda. proinde speciem facti ex Accursio colligę*

a *Hæredem substituit.* vt infra, de reb. dub. l. qui duos. licet singulari numero vsus sit: vt infra, de leg. j. qui filiabus. §. j. & ideo de vtriusq; portione detrahit Falcidiam: vt infra, eo. l. qui duos. Sed contra infra, ad Treb. l. eũ qui. Solu. hic totum volebat ad substitutũ pertinere: ibi partem. Vel dic vt ibi.

b *Supremus.* ad hoc. ff. de verbo. signifi. l. proximus. & l. in vulgari. & vnde cog. l. j. §. proximus.

c *Mæuium substituit.* scilicet vulgariter.

d *Substituit.* scilicet pupillariter.

e *Adiit.* & sic testatori directo est hæres: vt instit. de pupillari substitu. in princi.

f *Soli.* scilicet Mæuio. non autem Titio repudianti: vt supra, eodem. l. qui plures.

g *Patris quoque.* vnde continetur substitutus vulgaris. nam verbum, quisquis, ad solum Titium pertinere non potuit, nec ad pauciores quàm duos. sic ergo qui eorum duorum erit hæres, ille admittetur: secus tamen si dicam in testamento: quisquis mihi hæres erit, det decem illi. nam duo comprehenduntur, id est, etiam qui venit ab intestato, non solum scripti: vt infra, de codicil. l. si quis. hic non nisi scripti veniunt: vt supra, eod. l. cum filio. & l. qui liberis. §. hæc verba. & facit supra, eod. l. v. & infra. eo. l. cum ex filio. §. fina.

h *Etiam si.* pone impuberem in potestate constitutum instituto, & emancipatum puberem prætеritum, & extraneum pupillo substitutum, à quo sunt relicta legata, quæ valent, licet commisso edicto per emancipatum. i. licet egerit per contra tabu. etiã si impubes petierit contra tabu. vt dices. ff. l. proxi. Et quæro hic, quare rupto testamento per querelam in totum rumpitur pupillare: vt supra, de inoffic. testa. l. Papinianus. §. sed nec. & non per contra tabulas vt hic, & infra. l. proxi. Respon. quia testamentum est de iure ciuili, & querela. sic vnum potest tollere aliud: vt instit. de leg. ag. tu. §. fin. sed contra tabulas est de iure prætorio, quod non tollit testamentum: quia cum prætor non potest facere hæredem: multo minus desinere: vt instit. de bono. possess. §. quos autem. inde est quòd in querela dicitur quæri de viribus testamẽti: in cõtra tabu. non, sed de patris & filij qui agit, an sit filius seu pater, vel non: vt supra, de inoffi. testa. l. filio. §. contra tabulas. & differt in alio: quia querela nascitur demum hæreditate adita: vt. C. de inoffi. testa. l. si quis filium. sed contra tab. etiam prius: vt infra, de contra tabu. l. illud. in fin. Et secundum hoc non ob. ff. eo. l. ij. §. j. quia ibi iure ciuili rumpitur per prætеritionem posthumi: vt. ff. de iniust. test. l. posthumus. Item non ob. ff. eo. l. is qui. quia ibi vt indignus repellitur, vt ibi dixi.

i *Et si contra tabulas.* Pater filium puberem emancipatũ prætеriit: impuberem in potestate constitutũ instituit: & ei extraneum substituit: à quo substituto & etiam ab impubere legata reliquit. prætеritus egit contra tab. & sic aperta est via instituto, vt & ipse habeat per contra tab. tandem in pupillari ætate decessit. quæritur, an teneatur amplius substitutus ad legata? & dicit eum teneri amplius q̃ teneretur pupillus: quia hic omnibus, pupillus con-

BIU Cujas

los coniunctis tantum personis: & sic augetur onus legatorum. Hic alio casu si ponas pupillum esse in vncia vna institutum, extraneum in xj. & pupillo substitutum datum, & relicta legata ab vtroque: si habeat pupillus contra tabu. commisso sibi edicto per puberem præteritum, & sic habeat dimidiam hæreditatis: pro ea rata dabit substitutus legata, non pro vncia tantum: & hoc omnibus. nam & pupillus teneretur vt pro vncia eius, non pro vna tantum: sed solummodo coniunctis. ecótra decrescit onus legatorũ si ponas pupillum in asse institutum, & puberem agentem contra tab. ablatum ei dimidium. nam pro dimidia dabuntur legata, non pro asse, sed à substituto omnibus, à pupillo coniunctis. & probantur etiam hæc. j. de leg. præ. l. filium quis. & de leg. iij. l. fi. §. fi. & de cótra tabu. l. non putauit. §. fi. In exhæredato pupillo ponere nó potes: tum quia nó habet cótra tabu. vt. j. de contra tabu. l. non putauit. in prin. tum quia à substituto eius legari nó posset: vt infra, de lega. j. l. ab exhęredato. j. respó. Sed quidã dicũt, quòd in eo potest poni, si modo per præteritum cómittatur edictum, per eandem. l. j. de leg. j. ij. respó. Sed certe de substituto instituti nó exhęredati ibi dicit. Item nec de præterito pupillo potest dicere: quia non potest relinqui ab eius substituto. arg. C. de lega. cum quidam. licet ei posset dari contra tab. vt. C. de lib. prẽte. l. maximũ. & adde quod not. ẽ. l. proxi. in fin. Accursius.

petita sit à pupillo [a] bonorum possessio: in substitutum tamẽ eius [b] actionem legati [c] dandã esse, ita vt augeantur* legata, propter quòd [d] filio [e] extraneis non debuerit. sic & crescere à substituto data legata si per bonorum possessionẽ plus ad filiũ peruenisset: quemadmodum & ipse filius plus exceptis [f] deberet. His consequens esse existimo, vt si impubes ex asse hæres scriptus sit, & per bonorũ possessionẽ semis ei ablat' sit: substitutus in partem [bonorum,] legati nomine exoneretur: vt quemadmodũ portio quæ per bonorum possessionem accesserit, auget legata: ita & hic [g] quæ abscesserit, minuat.

Licitũ est testanti facere tot gradus substitutionum quot vult, & plures possũt substitui in locũ vnius, & econtra. & si substituatur nouissimo morienti, videtur testator voluisse inter omnes conseruare ius legitimarum hæreditatum, vel successionum ab intestato. h. d. cum. l. sequen. Alexand.

XXXVI. MARCIANVS libro quarto Institutionum.

POtest [h] quis in testamento plures gradus hæredum facere: puta, *Si ille hæres non erit, ille hæres esto*: & deinceps plures: vt nouissimo loco in subsidiũ vel seruum necessariũ hæredẽ instituat. Et vel plures in vnius locum possunt substitui, vel vnus in plurium, vel singulis singuli, vel inuicẽ ipsi qui hæredes instituti sunt,

XXXVII. FLORENTINVS libro decimo Institutionum.

VEl singulis liberis, †[vel ei] qui eorũ nouissimus morietur, hæres substitui potest. Singulis, si neminem eorũ intestato decedere velit. Nouissimo, si ius legitimarum [i] hæreditatum integrum inter eos custodiri velit.

Potest quis omnibus liberis substituere, vel parti eorũ, aut nulli, aut ad tẽpus totum pupillaris ætatis, vel ad partem eius. Bart.

XXXVIII. PAVLVS libro singulari de Secundis Tabulis.

QVi plures liberos habet, potest quibusdam substituere, neq; vtiq; necesse habet omnib': [k] sicuti potest nulli substituere. Ergo & ad breue [l] tempus ętatis substituere potest: vtputa, *Si filius meus intra annum decimum decesserit, Titius ei hæres esto.* Itaq; & si diuersos substituat post finem [m] ætatis, admittendum erit: veluti, *Si intra decimum annum decesserit, Titius [ei] hæres esto. si post decimum intra quartum decimum Mæuius hæres esto.*

Additione facta à coacto ex Trebelliano confirmantur tabulæ pupillares. Bartolus.

des instítutos potest adinuicem substituere. Item si habet duos filios pone impuberes, potest dare substitutum cuilibet eorum per se: & tunc si vnus eorum filiorũ decedat, habebit substitutus eius partem mortui: & ita non decedit nunc ab intestato dictus filius: quia pater eius dicitur ei fecisse testamentũ substituendo ei. & idẽ erit in alio filio postea decedente. Item potest substituere illi soli de dictis filiis qui vltimo moreretur: & tunc si vn' decedit, alter succedit ei iure legitimo, i. ab intestato. & si alter postea decedat, substitutus ei' habebit vtriusque hæreditatẽ ex substitutione. h. d. cum. l. sequen. Viuianus.

† *Vide quæ scripsit in hunc locum Viglius in §. vel singulis. de pupillari substit. Insti. lib. 2.*

h *Potest.* vt instit. de vulga. substi. in prin.

i VEl singulis. *Legitimarum.* sic insti. eo. §. vel singulis. & C. eo. l. penul. Sed contra infra, de lega. ij. l. Titia Seio. §. Seio. vbi per fideicommissum, vi detur eos inuicem rogare, nó ius ab intestato reseruare. Sol. ibi.

QVi plures]. CASVS. Si habeo quatuor filios, & eos hæredes ĩstituo: posũ substituere duobus, & aliis duobus nullum dare substitutum. nam & possum ita eos instituere, vt nulli eorum substituam. & si possum deminuere numerum illorum quibus substituo, vt dictũ est: ergo si impuberes sunt, possum deminuere cũ eis substituo pupillariter, tempus quod solet poni in pupillari ætate vel substitutione, hoc modo: si Seius filius meus hæres mihi extiterit, & intra decimum annum decesserit, Titius ei hæres esto, cum in pupillari substitutione soleat poni tempus. xiiij. an. Item & ita possum substituere: Si Seius filius meus hæres mihi extiterit, & intra decimum annum decesserit, Titius sit ei hæres. si autem post decimum annum decesserit dictus filius meus, intra tamen. xiiij. annum Mæuius hæres esto. [ET SI A PATRE.] Titius instituit sibi hæredem Seium filium suum impuberem: & rogauit eum per fideicommiss. vt si in pupillari decederet ætate, restitueret hæreditatem Gaio. & postea dedit pone tutorem filio suo Sempronium: & decessit dictus Titius. nunc dictus Seius filius eius & tutor Seij nolebant hæreditatem adire: vnde Gaius fecit eos cogi vt adirent, & adiuerunt. Postea in pupillari ætate decessit dictus Seius. nunquid ex dictis secundis tabulis pertinebit hæreditas ad Gaium fideicommissarium, vel debebit ei restitui? Et videtur quòd non: quia testamentum Titij patris Seij prædicti fuit iure ciuili destitutum, ideo quia Seius adire noluit: & per consequens secundæ tabulæ. vnde quamuis per coactionem resuscitetur principale testamentũ: non tamen videtur debere resuscitari secundas tabulas: licet resuscitentur legata & fideicommissa specialia in principali testamento relicta. & hoc quidam dixerunt. sed certe male dixerunt: quia bene debent resuscitari secundæ tabulæ resuscitato principali testamento: quia sunt pars principalis testamenti. Viuianus.

a *Et sic valet argumẽtũ de ‡sona ad tẽpus secundũ Bar. Pau. Alex. & Ia.*

---

a *A pupillo.* instituto, alio committente edictum.

b *Eius.* impuberis.

c *Legati.* relicti in substitutione: vt. ẽ. l. proxi. in fi. & infra, de le. præst. l. filium. §. quòd si impubes. sed relicta à pupillo dabit, sicut dicitur infra, de leg. iij. l. fi. §. fi. Nec ob. insti. de pup. subst. §. liberis. quia ibi iure ciuili annullatur: vt ibi no. & supra. l. proxi. vnde non valet substitutio ibi.

d *Quod.* id est, quia.

e *Extraneis.* sed parentibus. Azo. ad quod. j. de legatis. ij. cũ patronus. substitutus autem omnibus etiam extraneis.

f *Exceptis.* non aliis: sed substitutis omnibus, si ab eo sunt relicta: vt. j. de leg. præst. l. filium. Et est ratio, quia substitutus in totũ quod succedit, voluntate testatoris succedit. Azo. Quæ autem sunt personæ exceptæ, habes infra, de lega. præst. l. j. & iij. & C. de contra. tabu. l. j.

g *Ita & hic.* contrariorum eadem est ratio. sic. j. ad leg. Fal. l. si hæres institutus. & supra, manda. l. si mandato. §. quotiens. & insti. de contrahen. empt. §. cum autem. Sed arg. contra supra, de negoges. l. si quis negotia. & de procura. l. qui proprio. §. vsque adeo. & ẽ. item contra. & facit ad. l. infra, de lega. j. l. si hæres. & de conditio. & demonstratio. l. Plautius.

PO[test.] CASVS. Faciens testamentum potest facere plures gradus hæredum hoc modo: Instituo mihi hæredem Titiũ: & si Titius hæres non erit, Seius hæres esto. & si Seius hæres non erit, Mæuius hæres esto. & sic deinceps. & vltimo substituto potest substituere seruum suum, vt sit hæres necessarius. Item potest substituere plures in locum vnius: & in locũ plurium potest substituere vnum. Item potest substituere cuilibet de institutis alium extraneum dando cuilibet suum substitutum extraneum. Ité hære

k *Omnibus.* substituere. Accursius.

l *Ergo & ad breue.* quia abbreuiare potest numerum: ergo & tempus. sic. ẽ. de iudi. l. nonnunquam. & facit. j. eod. l. ex facto. §. item quæro. & supra, eo. l. si ita quis substituerit. & l. in pupillari. & l. verbis. & infra, de mili. testamen. l. miles ita. §. j. & de secund. tabu. l. ij. §. si primus.

m *Finem ætatis.* scilicet decem annorum.

BIU Cujas

a *Et si à patre institutus.* filius, per hoc quod dicit patre, & impubes.
b *Restituere.* si decesit in pupillari ætate.
c *Fideicommisso.* aliàs, commisso: aliàs, commissario.
d *Confirmentur.* valebant [a] enim vtpote filio hærede ipso iure:

a Displicet Dy. & Bar vt insti. de hære. qua. & *to. ideo dic,* dif. §. sui. sed per aditionem *quòd filio* hæreditatem accepit effectũ [b] *istituto fuit* quasi hæres contrahat: *datus cohæ-* vt infra, ex quib. cau. in *res extra-* pos. ea. l. iij. in fin. *neus qui co* e *Tabulas.* in quibus *hæres partẽ* rogat⁹ fuerit restituere. *suam postea* f *Destituto.* cũ sua vo- *repudiauit,* luntate spontanea non *secũdũ Dy.* adiit. Azo. per quod vi *Bar. Bald.* detur repudiare: vt in- *Imo. Alex.* sti. de hære. qua. & diff. *Ar. & Ia.* §. fina.

b Displicet g *Opinione.* & benè: *c omnibus, dẽ* vt. j. ad Trebel. l. nam *pto Pau.* quod. §. si quis. &. l. a- *c Idem om* pud Iulianum. §. j. &. j. *nes scrib.* si quis omis. cau. testa. l. si quis omissa.
h *Pars sunt.* vt instit. eo. §. liberis.

CVm ex filio.] CASVS. Titius habebat duos nepotes ex filio suo mortuo: vnus quorum erat in dicti Titij potestate, alius *Flo. habebat:* non. & volebat quemlibet pro dimidia instituere: & ad inuicem pupillariter eos substituere. tamen ei qui non erat in sua potestate, nõ poterat pupillariter substituere: alij autem sic. quæritur, quid habet facere Titius vt habeat dictum suum propositum? & certe debet instituere hæredem solum suum nepotem illum quem habet in potestate: & ab eo legare alij qui non est in potestate sua dimidiam hæreditatis cum fuerit factus pubes nepos prædictus qui non est in potestate. & econtra debet illum nepotem qui non est in potestate, substituere pupillariter illi nepoti qui est in potestate. & ita faciendo idem consequetur testator ac si inter eos pupillarem substitutionem fecisset posito quod valeret substitutio pupillaris inter eos, quæ quidem non valet in persona nepotis in potestate non existentis, vt dictum est. nam moriente in pupillari ætate nepote in potestate constituto habebit sine dubio ex pupillari substitutione totam hæreditatem nepos non constitutus in potestate: & econtra moriente in pupillari ætate nepote non constituto in potestate, retinebit sibi totam hæreditatem nepos in potestate constitutus, in qua tota ipse fuit institutus, vt dictum est. nam non fuit grauatus nomine legati dare dimidiam hæreditatis nepoti non constituto in potestate, nisi cum nepos non constitutus in potestate esset pubes, vt dictum est. ipse autem decesit in pupillari ætate, & sic amplius pubes effici non potest. & hoc consilium testatori dederunt quatuor iurisconsulti, scilicet Labeo & Ofilius & Cascellius & Trebatius. [*FILIO IMPVBERI.*] Filium meum impuberem mihi hæredem instituo: & ita ei substituo, Titius sit mihi hæres si mihi nullus meus filius fuerit hæres. Seius autem sit mihi hæres si dictus meus filius impubes hæres mihi erit, & impubes mortuus fuerit. & decesit. modo quæritur, nunquid valeat substitutio? Et dicitur quòd sic. filio enim impuberi in singulas causas alium & alium hæredes substituere possumus. [*QVIDAM.*] Ita dixi in testamento meo: Instituo mihi hæredes Titium & Seium. & ita coniunxi eos re & verbis. & Seio substituo primum. Titio autem nullum substitutum dedi. postea ita dixi, Instituo mihi hæredes similiter Gaium & Sempronium, & Gaio substituo secundum, & Sempronio substituo tertium. me adhuc viuente decesit dictus Titius & Seius postea ego decesi: & sic partem dicti Seij debet habere primus eidem Seio substitutus. modo quæritur, ad quem debeat pertinere pars Titij cui nemo erat substitutus, vtrum ad dictum primum substitutum Seij, an vero ad Gaium & Sempronium co-

[Et] si à patre institutus, [a] rogatúsq; hereditatẽ restituere, [b] coactus ex fideicommissario [c] adierit: quamuis cætera quæ in eodem testamẽto relicta sunt, per eam additionem confirmentur, [d] vt legata & libertates: secundas tamen tabulas [e] non oportere resuscitari destituto [f] iam iure ciuili testamẽto, Quintus Ceruidius Scæuola noster dicebat. sed plerique in diuersa sunt opinione: [g] quia & pupillares tabulę pars sunt [h] prioris testamẽti. quo iure vtimur.

Filio impuberi emancipato non potest pupillariter substitui: sed potest eius institutio omitti: & per fideicommissum sibi in tẽpus pubertatis reliqui: quod importabit tãtumdem quantũ substitutio pupillaris. Bar.

XXXIX. IAVOLENVS libro primo ex Posterioribus Labeonis.

CVm ex filio quis duos nepotes ĩpuberes haberet: * sed alterum eorum in potestate, alterum non: & vellet vtrũque ex æquis partibus hæredẽ habere: [i] & si quis ex his impubes decesisset, ad alterum partem [k] eius transferre: ex consilio [l] Labeonis, Ofilij, Cascellij, Trebatij, eum quem in potestate habebat, solum hæredẽ fecit: & ab eo alteri [m] dimidiam partem hæreditatis, cum in suã tutelã [n] venisset, legauit. quòd si is qui in potestate sua esset, impubes decesisset, alterũ hæredem ei substituit. [o]

Expressum facit cessare tacitum. Bart.

B Filio impuberi [f] in singulas causas [p] alium & alium hæredem substituere possumus: veluti vt alius, [q] si sibi nullus filius fuerit [r] [hæres:] & alius, [f] si filius fuerit [hæres,] & impubes mortuus fuerit, hæres sit.

Ius adcrescendi transit ad illum ad quẽ transit portio iure substitutionis. Bartolus.

Quidam quatuor hęredes fecerat, & omnibus hæredibus prærer vnũ substituerat. vnus * ex illis [t] cui non erat quisquam substitutus, & ex cæteris alter viuo patrefamiliàs decesserat. Partẽ [eius] cui nemo erat substitutus, ad substitutũ quoq; [u] C pertinere Ofilius [&] Cascellius responderũt. [x] quorũ sententia eius dimidia pars peruenire ad alium: quod fa- cile [d] erat sibi disponere in eo qui in ipsius a- tui potestate erat. sed in pa- emancipato durum vi- debatur: cum ei pupil- lariter alium substitue- re non posset. Item si da rogauit eum per fidei- cõmis. saltem quartam transmittat ad eum qui in proximiori gradu est quàm frater si impu- bes decederet, vt testa- ter defuncti impuberis: quare horum quatuor sapientium consilio est testatus auus, vt filio quem in potestate ha- bebat, emancipatũ pupil lariter substitueret: & emancipato si ad. xiiij. annum peruenerit, di- midiam cum fructibus legauit. idem si nihil di- ctum fuisset de fructi- bus: [e] vt. de vsur. l. in fideicõmissi. §. cũ Pol- lidius. hic emancipa- tus si ante. xiiij. ætatis an. decedat, ad hæredẽ nil transmittit: cũ con- ditionale legatum sit. vt infra, de leg. ij. l. si cui. nec querelam inof- fic. intendere potest, cũ plene erant ei omnia restituenda: vt Cod. de inoffi. testa. l. si pa- ter. Sed hodie [f] puto contra: vt Cod. de inoffic. testa. l. quoniam Azo. & in auth. de trien. & se. §. prohibemus. col. iij. Item quero, si hic cui dimidia pars hæreditatis relicta est, pro parte præsterlegata? Respon. secundum Ir. quòd sic: vt infra, de mili. testa. l. militis codicil. in princip. sed & onus æris alieni pro parte subibit argu. infra, de lega. j. l. ab omnibus. §. fina. & infra, de lega. ij. l. cum filius. §. Lucio. Sed argu. contra infra, ad Trebel. l. mulier. §. fi. Vel verius dic vt no. infra, de lega. j. l. non amplius. §. fin.

D

k *Partem eius.* totam, & insolidum. Azo.
l *Consilio.* modo respondet.
m *Alteri.* scilicet emancipato. Azo.
n *Tutelam.* intra. xxv. annum, secundum quosdam. arg. C. de his qui ve. æta. impe. l. fina. Sed dic [g] ad. xiiij. annum: vt. j. de lega. iij. l. cum filio. Alij dicunt, id est, sui iuris: & nepos erat in potestate patris sui, cui auus non vult quæri.
o *Substituit.* pupillariter, & sic nulla quarta retinetur: vt Cod. de inoffic testa. l. ex tribus.
p *In singulas causas.* id est, in vulgarem casum vnum, & in pupillarem alium. Azo.
q *Alius.* puta Titius. H.
r *Fuerit hæres.* aliàs non habetur hæres, sed intelligitur. H.
f *Et alius.* puta Sempronius. H. Et no. [h] quòd hoc casu vulgaris substitutio non concipit pupillarem, nec pupillaris vulgarem, alioquin nó esset alius & alius in diuersis casibus substitutus, sed ambo in vtroque secundum Ioã. quod lex ista prohibet. Azo. sic supra, eo. l. iam hoc iure. in fin.
t *Ex illis.* scilicet hæredibus, ille. s. cui &c.
u *Quoque.* non solum ad duos hæredes qui supersunt. hic enim substitutus directo testatori est hæres: vt supra, eod. l. ex duobus. §. filium.
x *Responderunt.* sed hic extraneus non fuit ei qui decesit, nec re nec verbis coniunctus: cur ergo iure accesionis aliquid habet? Respond. ideo quia ille cui fuit substitutus, coniunctus fuit. *ADDITIO.* Dic idem si non esset: quia inter hæredes disiunctos est locus iuri adcrescendi. Bartolus Paulus & Alexander.

BIU Cujas

Causa.] CASVS. Filium meum impuberem instituí mihi hæredem: & ei pupillariter Titium substituí. & postea decessi. venit postea Seius & causa cognita eum impuberem adrogauit: quia monstratum fuit iudici causam adrogationis honestam esse, & impuberi expedire. certe Seius adrogator debet cauere tabellario publico si intra pubertatem impubes decesserit, restituturum se bona illis qui ad successionē impuberis venturi essent, si adrogatio non fuisset facta. & hoc casu per istud vinculum cautionis non solum legitimis hæredibus impuberis prospicitur. sed etiā Titio ei substituto. q̄busdam tamen videbatur non debere prospici ita substituto sicut legitimis per dictā cautionem: quia per adrogationem ruptū est testamentū pupillare: & ita substitutus amodo est extraneus impuberi. legitimi autem non efficiuntur propter hoc extranei. sed certe ipsi male dicunt: quia eiusdem conditionis sunt in hoc casu legitimi, quo est substitutus: sed si dicta cautio non esset interposita. nam sicut substitutus non admitteretur rupto pupillari testamēto per adrogationem: ita nec legitimi admitterētur patre adoptante bona impuberis peculij iure occupante. Interposita ergo cautione, prædicta eiusdem similiter debeant causæ conditionis, scilicet vt sicut legitimi habent vtiles actiones ex dicta cautione, ita & habeat substitutus. &. h. d. l. licet per pauca verba. Viuianus.

tentia vera est.

Substitutus impuberi qui se postea dedit ad arrogandū, habet vtiles actiones si postea impubes decedit. Bartolus.

XL. PAPINIANVS libro vicesimonono Quæstionum.

CAusa cognita impubes [a] adrogat⁹ decesserat. Quēadmodum [b] legitimis hæredibus [c] auctoritate pricipali prospicitur vinculo cautionis: ita si fortè substituit naturalis [d] pater impuberi, succurrendum erit substituto. [e] Nam & legitimis hæredibus futuris non aliæ quàm vtiles actiones, præstari possunt.

Substitutus ei qui est substitutus cohæredi suo, vtroque defuncto vocatur in vtriusque portionem. Bartolus.

a *Causa cognita impubes.* demū causa cognita adrogatur: & sunt causæ. ſ. de adop. l. nec ei. §. eorum. vsque in fi. & inter cætera cauet seruo publico de restituēdis bonis adrogati illis personis quę erant habituręsi adrogatio facta non esset: & sic legitimis & aliis prouidetur: vt hic, &. ſ. de adop. l. nec ei. §. fin. &. l. non aliter. &. l. his verbis. &. l. seq. & instit. de ado. §. cum autem.

b *Quemadmodum.* id est, sicut.

c *Hæredibus.* adrogati.

d *Naturalis.* & legitimus.

e *Substituto.* contra adrogatorē qui forte est hæres, sed restituit. Nam rumpūtur secundæ tabulæ: vt. d. l. nec ei. §. j. Succurritur ergo hoc casu his personis vt vtiles habeāt actiones. nec enim possunt habere directas: quia iure isto nullum habet hæredem [a] qui in alterius potestate moritur, nisi filius esset habens castrense faciens testamentum: aliter non. Secus autē esset iure auth. vt in authen. de hære. quæ ab intesta. §. ij. col. ix.

Cohæredi.] CASVS. Instituí mihi hæredes Titium & Mæuium: & dictum Mæuium substituí Titio cohæredi suo, & eidem Mæuio substituí Sempronium: & postea decessi. postea decessit dictus Mæuius ante quā pro sua parte hæreditatem meam adiret, vel antequam existeret conditio substitutionis per repudiationem Titij cohæredis sui. & postea repudiauit Titius: sicq; extitit conditio substitutionis per quam fuit substitutus Mæuius Titio. certe ad dictum Sempronium substitutum Mæuij pertinebit vtraque portio hæreditatis, id est, portio Titij, & portio Męuij: & hoc siue ante substitutionem qua fuit substitutus Mæuius Titio cohæredi suo, substitutus fuit Sempronius Mæuio, siue postea. nec facio vim vtrum Mæuius primo loco substitutus Titio decedat post dictum Titium instituū: an vero decedat ante eum: quia semper existente conditione substitutionis qua Mæuius fuit substitutus Titio, habebit Sempronius substitutus Mæuij partem Titij, & partem Mæuij. [EX HIS VERBIS.] Instituí mihi hæredem Titium in tribus vnciis hæreditatis meę, & Seium in. iiij. & Stichum seruum Sempronij in. v. & postea ita dixi in dicto testamēto meo: cosq; inuicē substituo. & postea decessi. postea Titius in tribus vnciis institutus renuit pro sua parte adire. certe tres suæ vnciæ, in quibus eum instituí, deferūtur Seio in quatuor vnc. instituto, & Sticho seruo Sempronij in. v. vnc. instituto. quæ. v. vnciæ fuerunt acquisitæ Sempronio per dictum Stichum, & deferuntur eis pro modo quæsitæ portionis hæreditatis meæ. i. pro ea parte pro qua eos instituí. instituí autē Seium in quatuor vnciis, & Stichum in. v. vt dictum est. Viuianus.

ff. Infort.

A f *Cohæredi.* duo fuerunt instituti, Titius & Mæuius, Titio quoque substitutus fuit cohæres suus, id est, Mæuius. Mæuio quoque substitutus fuit Seius. secundum Ro. dic ergo cohæredi, scilicet Titio.

g *Substitutus.* scilicet Mæuius.

XLI. IDEM libro sexto Responsorum.

Cohæredi [f] substitutus, [g] prius quàm hæreditatem adiret, [h] aut conditio substitutionis existeret, [i] vita decessit. [k] Ad substitutum [l] eius (siue ante substitutionem, [m] siue postea substitutus sit [n]) vtraq; portio [o] pertinebit: nec intererit, prior substitutus post institutum, an ante decedat. B Ex his verbis, *Eósque inuicem substituo*: non adeuntis [p] portio, scriptis hæredibus pro modo sibi [q] vel alij [r] quæsitæ [s] portionis defertur.

Iste. §. ponit sex notabiles casus: vt patet ad literam. Bartolus.

h *Adiret.* Mæuius ex institutione scilicet: aliàs extīcta esset vulgaris: vt. C. e. l. post aditā.

i *Existeret.* ſ. prius q̄ hæreditatem repudiet Titius.

k *Vita decessit.* Mæuius institutus, idemq; cohæres substitutus eius. Accursius.

l *Ad substitutum eius.* Mæuij, scilicet Seium.

m *Ante substitutionem.* primi substituti. Ro.

n *Substitutus.* ſ. Seius.

o *Vtraque portio.* cum vterque decesserit anteq̄ hæreditatem adiret. & facit institu. eodem. §. sed si instituto hæredi. & supra, eodem. l. si Titi⁹ cohęredi. Nec obst. contra. j. eod. l. qui habebat: [b] vt ibi not.

b *Quia ibi deficit conditio in ꝑsonā instituti. hic non, secundum Alex.*

p *Non adeuntis.* id est, repudiantis.

q *Sibi.* scilicet repudianti. Accursius.

r *Vel alii.* puta domino repudiantis.

s *Quæsitæ.* id est, quærendę. nec enim plus confertur quàm competeret repudianti. Vel dic sibi. ſ. cohæredibus substitutis. & tunc concor. vt. ſ. eo. l. qui liberis. in fi. & l. si in testamento. Sed in id quod dicit, alij: videtur vocari dominus seruituti ex substitutione. & sic est contra. ſ. eo. l. qui liberis. §. hæc verba. Sed dices seruum remansisse eius: vt. ſ. eo. cum filio. in fine.

Cum filiæ.] CASVS. Ad euidentiam huius. §. nota quòd ad C hoc vt pater vel alius parens possit pupillariter substituere filio vel filiæ vel nepoti vel nepti, necesse est quòd eos habeat in potestate, & aliàs non valet substitutio: vt. ſ. eo. l. ij. §. j. & instītu. de pupil. substi. in prin. quibus autē temporibus debeat eos habere in potestate, sicq; valeat tūc substitutio, dicit hic. §. pone ergo quòd Sempronius instituit sibi hæredē filium suum impuberem vel filiam qui vel quę erat in sua potestate tempore testamenti, vel instituit sibi hæredem nepotem ex filio mortuo, qui nepos tenebat locum patris sui tempore testamenti dicti Sempronij sui aui, & eodem tempore erat in potestate dicti sui aui, vel instituit sibi hęredem nepotem nasciturum ex vxore filij sui mortui: & substituit dicto filio vel filiæ, vel dicto nepoti nato vel nascituro Seiū pupillariter. & sicut pono exemplum in substitutione filij, ita intelligas in omnibus prędictis. & hoc modo dixit Sempronius: Instituo mihi filium meum impuberem hæredē: & si hæres nō extiterit, vel extiterit, & in pupillari ętate decesserit, substituo ei Seiū. postea dictus Sempronius emancipauit dictū impuberem, & decessit dictus Sempronius: & sic tępore mortis suæ non inuenitur in eius potestate dictus impubes: & postea in pupillari ætate decessit dictus impubes. modo quæritur, quis veniat ad hæreditatē, D vtrum Seius ei substitutus, an vero legitimus impuberis hæres? Et dicitur quòd legitimus hęres impuberis, & nō substitut⁹: quia dicta pupillaris substitutio est ex eo irrita facta, quòd dictus impubes exiuerit de potestate Sempronij patris sui ante mortē eiusdem Sempronij. Ad hoc enim vt stet firma substitutio pupillaris, necesse est quòd impubes sit in potestate patris substitutionē facientis tępore testamenti. & tempore mortis ipsius patris. & hoc in prima parte vsq; illuc, Quòd si hæredē &c. Secundo dicit, pone (retento eodē casu) quòd dictus Sempronius pater impuberis rogauit per fideicommissum dictum Seium quē sustituerat pupillariter filio suo, quòd hęreditatē suam Sempronij restitueret Titio si impubes in pupillari ætate diē suum obierit: & postea dicta substitutio Seij est facta irrita eo modo qui dict⁹ est supra. & sic hæreditas Sempronij & etiam impuberis peruenit ad legitimum impuberis hæredem, vt dictum est. Nunquid tenebitur dictus legitimus hæres filij impuberis restituere hæreditatem Sempronij patris Titio prædicto, quamuis ipse legitimus non fuerit rogatus de restituendo Titio, sed solummodo substitutus impuberis fuit rogatus, vt dictum est? Et dicitur quòd sic, detrahet tamen quartam Trebellianicam de dicta hæreditate patris: &

ita tenetur dictus legitimus dare Titio dictum fideicommissum vniuersale, sicut tenetur dare fideicommissum speciale relictum ab impubere post mortem eius impuberis.& hoc in secunda vsq; illuc,nec aliud &c. Tertio dicit,pone quòd dictus Sempronius nõ substituit Seium filio suo pupillariter:sed vulgariter hoc modo: Instituo filium meũ impuberem mihi hæredem, & rogo eũ quòd restituat Seio hæreditatem meam : & quandocunq; decesserit ipse impubes, siue intra pubertatem, siue post, rogo Seium prædictũ substitutum vt hereditatem meam restituat Titio per fideicommissum quandocunq; dictus impubes diem suum obierit.& si hereditas ex substitutione ad dictum Seium peruenerit,& postea dictus Sépronius decesit:& aliquo casu factum est ꝙ dicta substitutio irrita facta fuit,puta quia Seius substitutus fuit deportatus: & postea dictus impubes quandocunque decesit: & sic hereditas deuenit ad legitimum eius hæredem:nunquid legitimus hęres tenebitur prestare & restituere hæreditaté patris dicto Titio: quamuis de hoc rogatus non fuerit à Sempronio?Et dicitur quòd sic, detracta tamen quarta,sicut cogeretur dictus legitimus dare Titio fideicommissum speciale relictum Titio ab impubere post mortem eius impuberis.& hoc in tertia vsque illuc:quę ita locum &c.Quarto dicit,ea quæ dicta sunt in secunda & tertia parte huius.§.scilicet quòd legitimus hæres impuberis teneatur ad restituendam patris hæreditatem Titio,vel teneatur dare eidem Titio fideicommissum speciale relictum eidé Titio ab impubere prædicto, ita demum vera sunt, & locum habebunt, si testamentum Sempronij prædicti patris impuberis valuit de iure.si autem non valuit,puta quia non fuerunt ibi septem testes, sed pone tantum quinque, qui quinque testes sufficiunt in codicillis : non tenebitur dictus legitimus ad prædicta:quia dicta scriptura quam voluit Sempronius valere vt testamentum, & quæ non valuit vt testamentum, vt dictum est, non valebit tanquam sint codicilli : quia hoc testator non expresit, vt valeret iure codicillorum, si non posset valere iure testamenti. Si autem hoc expresisset testator, bene valeret vt codicilli:& bene tenetur legitimus ad prædicta.& hoc vsque illuc : nec fideicommisso &c. Quinto dicit : quamuis dictum sit supra in secundo & tertio dicto huius.§.quòd legitimus hæres impuberis tenetur restituere Titio hæreditatem Sempronij patris impuberis : tamen propriæ facultates filij impuberis quas habuit aliunde quàm à patre, non tenebuntur fideicommisso Titio relicto per dictum Sempronium impuberis patrem : id est, dictus legitimus hæres impuberis non tenebitur eas præstare ex dicto fideicommisso prædicto Titio.vnde euenit quòd si dictus Sempronius exhæredauit dictum filium suum impuberem, & nihil iure legati ei reliquit : & eidem substituit dictum Seium: & postea rogauit dictum Seium substitutum quòd hæreditatem impuberis exhæredati restitueret Titio si impubes in pupillari ætate decesserit, vel si quandocunque decesserit : & postea substitutio irritetur vno de his modis qui dicti sunt supra : sicq; deueniant facultates impuberis ad legitimum impuberis hæredem: nõ tenebitur legitimus præstare dictas facultates ex fideicommisso Titio prædicto.si autem dicto impuberi exhæredato reliquit pater eius Sempronij legata vel fideicommissa, & eidem substituit dictum Seium : & postea rogauit dictũ Seium substitutum quòd hæreditatem impuberis exhæredati restituat Titio prædicto, si impubes in pupillari ætate decesserit, vel si quandocunque decesserit : & postea substitutio irritetur vno ex his modis qui sunt dicti supra : sicque deueniant facultates impuberis ad legitimum impuberis hæredem : tenebitur dictus legitimus dare dicto Titio dictas facultates impuberis relictas Titio per fideicommissum à filio impubere siue à filio substituto: tenebitur dico eas dare Titio intra modum dictorum legatorum vel fideicommissorum filio exhæredato à patre relictorum : id est, tantum tenebitur legatarius dare Titio de facultatibus impuberis, quantum capiunt legata vel fideicommissa quæ pater reliquit impuberi, &

¶ Cum filiæ, vel nepoti qui locum filij tenuit[a], aut post testamentum cœpit tenere [b], parẽs substituit[c]:si quis ex his[d] mortis[e] quoque tempore non fuit in familia [f], substitutio pupillaris fit irrita. Quòd si hæredem filiũ[g] pater rogauerit[h], si impubes [i] diẽ suum obierit, Titio hæreditatem suam restituere [k]: legitimum [l] hæredem filij salua Falcidia [m] cogendũ patris hęreditatem,vt ab impubere fideicommisso[n] post mortẽ eius [o] dato [p],restituere [q] placuit.Nec aliud [r] seruandũ[est,] cum substitutionis cõditio puberem ætatem verbis precariis egreditur[f].Quæ ita locum habebunt, si patris testamentum iure valuit. alioquin si non valuit[t], ea scriptura quam testamentum esse voluit, codicillos non faciet, nisi hoc expressum est:nec fideicommisso propriæ facultates filij tenebuntur[u].Et ideo[x] si pater filium exhæredauerit,& ei nihil reliquerit: nullum[y] fideicõmissum erit. alioquin si legata vel fideicommissa filius acceperit, intra modũ eorum fideicommissum hæreditatis à filio datum, citra Falcidiæ rationem debebitur[z].

A non plus. Sed nũquid detrahet Falcidiam de dictis legatis dictus legitimus vel fideicommisis quæ tenetur præstare Titio, quæque pater reliquit filio, vt dictum est: vel nunquid detrahet Falcidiam de dictis facultatibus impuberis quas tenetur dare Titio intra modum legatorum vel fideicommissorum impuberi à patre relictorum?Et dicitur, quòd non, quamuis in secundo casu huius.§. detrahat quartam Trebellianicam,vt dictum est:& est ratio,quia nec ipse impubes cui data sunt à patre legata vel fideicõmissa,posset detrahere Falcidiã si rogatus esset Titio restituere dicta legata vel fideicommissa : nec etiã substitutus eius impuberis posset detrahere Falcidiam si rogatus esset Titio dicta legata restituere vel fideicommisi.vt infra ad l. Fal.l. lex Falcidia.§.fin.Viu.

a *Tenuit.*tempore testamenti : ad quod supra, titu.j. l.sed & si.§. nepotes.

b *Cœpit tenere.* vt supra, eod.l.ij. §. sed si extraneum.

c *Substituit.*directo vulgariter vel pupillariter,cum semper cõtineatur vtraque : vt.ſ.eod.l.iam hoc iure.in princip.

d *Si quis ex his.* scilicet filia vel nepos.

e *Mortis.* testatoris.

f *In familia.* quia emancipatus, vel in adoptionem datus:vt instit.qui.mo.ius pa.§.sed si pater.& infra,de capt.l.pater.sunt enim plura necessaria vt teneat:vt no.ſ.eo.l.ij.circa prin.

g *Filium.* impuberem.

h *Rogauerit.* per fideicom.& sic per obliquũ,non directo:vt.ſ.

i *Impubes.* scilicet tunc restituat:& quandocunque[a] etiam post pupillarem ætatẽ,secundum H.& dic [b],id est,pupillare tantum, vt differat à sequenti ibi,nec aliud &c.

k *Restituere.* accipe,placuit,quod est infra.

b *Alterius non.* Immo repudiauit eius iussu. vel ipse dominus, quod potest: [a] vt. j. de succes. edic. l. j. §. per seruum. alioquin in pẽdenti esset sua portio interim: vt. ff. si pars hęreditatis. l. ij. &. ff. de acquir. hęre. l. seruus duorum. &. l. seruus communis ab extero. &. l. seq. † c *Substituto locum esse.* in altera parte: vt. j. de acquir. hære. l. seruus communis ab extero. &. l. sequé. &. l. seruus duorũ. erat enim alter dominus cohæres qui vult præferri iure accrescendi. Item alia ratione vult præferri: quandiu institutus est, non admittitur substitutus: vt. ff. de acquir. hæreditate. l. quandiu. sed substitutus habet pro se: vt. C. de cadu. tollen. l. j. §. in primo. &. §. pro secundo. vbi substitutus præfertur cohæredi. Item lex. quandiu, non obstat: [b] quia non in partem adeũtis, sed repudiantis venit: cum seruus vicem duorum sustinet: vt. ff. de stipu. ser. l. j. §. communis. Et ita not. hic quidam C substitutum præferri instituto contra regulam illius legis, & ad. ducunt alium casum. ff. de bo. lib. l. si libertus patrono. sed non est bona, vt ex præmissis patet: quia non præfertur instituto: sed in locum repudiantis admittitur. Item opponitur hic de expositione illorum verborum, si hæres non erit cum instituitur seruus. quæ fit. ff. tit. j. l. si pater. & institu. e. §. fi. Respon. quoniam hic habet locum conditio substitutionis repudiante cohęrede, cui substitutus est Mæuius per seruum medium: & hoc ideo, quia seruus communis personam duorum obtinet: vt dixi.

d *Titius.* ad euidentiam not. quod nemo sibi substituitur, nisi causa mutata, [c] vel nisi fiant duo gradus: vt in hoc. §. &. ff. eo. tit. l. sed si plures. §. fi.

e *Stichus hæres esto.* hæc institutio fit vt per seruum quæratur legatario hæreditas, cum sit sine libertate.

f *Non erit.* id est, si hæreditatem Mæuio non quæsierit. Azo. sic enim exponunt hæc verba. ff. tit. j. si pater.

g *Vtrum.* hæc duo dubia solues iam ibi, cum vnus gradus &c.

h *Et respondetur.* vt. ff. eo. titu. l. sed si plures. §. fi.

i *Nullius momenti.* id est, nullam commoditatem afferet: [d] aliqua tamen est: vt. ff. si quis omis. cau. testa. l. j. §. sed & si proponatur. Azo. Alij dicunt nullam esse simpliciter.

D k *Purè autem substitutus.* scilicet sibi. & dicitur pura, [e] quia non fuit expressa contraria conditio: alia tamen fuit inserta, si hæres non eris. Item tacita intelligitur cõtraria conditio, scilicet si natus non venerit: vt. ff. si cer. pet. l. pecuniam. &. ff. de leg. j. si post mortem. §. pe. sed per hoc non facit conditionem: vt. ff. de condi. & demon. l. conditiones. sed cum in omnem euentum sit futurus hæres, non videtur expectandum: vt. ff. tit. j. l. si quis ita scripserit. contra. Solu. [f] ibi omnino erat pura in parte, hic non: vt. ff. quando dies leg. ced. l. huiusmodi. Accursius.

l *Nihil facit substitutio.* vt. ff. tit. j. l. si te solum. &. ff. de secun. tab. l. si ita. in princip.

m *Duæ puræ.* altera earum purificata: vt. ff. titu. j. l. antepenul. & arg. ff. de fideiuss. l. si à reo.

n *Manifestetur.* id est, apperiatur.

o *Hæres non erit.* id est, si alium hæredem non fecerit.

p *Prævalere.* in dubio: vt. ff. de manumiss. testa. l. si peculium. §. j. &. ff. de fideicom. liber. l. si seruus. cum enim est spes libertatis, legatum non valet: vt. ff. de leg. j. l. si post mortem. §. fin. sed si ponas [g] defunctum expressisse se nolle legatarium priuare legato, nisi tunc demum cum iste seruus eius iussu hæreditatem quærere nollet:

BIU Cujas

nollet: tunc dic, aut Titius adiit: & statim seruus quærit legatario: & si seruus eius iussu adeat, substitutionis conditio expirat si non pareat, potest enim eo iubente &c. vt. C. de hære. instit. l. iij. & tunc potest existere conditio substitutionis. si autem Titius non adiit, legatarius nihilominus habere potest ratione impossibilitatis: vt statim dices in glo. quę incipit, ratione impossibilitatis &c. vbi ergo talem, vt dixi, voluntatē non expressit testator: legatū pro nō scripto habetur: seruus autem liber dici poterat & hęres, non solum ex verbis in substitutione positis, sed etiam ex iis quæ cōtinentur in institutione, scilicet cum dixit, Stichus hæres esto.

a *Nō deberi legatum.* nisi sub contraria conditione: vt. ĭ. de lega. j. dli post. §. fin. hodie tamen videtur esse in pendenti: vt. C. de necess. ser. l. penulti. §. fina. *ADDITIO.* Dic quod hodie iste. §. nō est correctus, neque habet locum dispositio. d. l. pe. secundum Bar. & Ia.

b *Hæredem non esse.* ad commodum legatarij, & sic alium hæredem non facere. Azo. vel dic non esse ex primis verbis. H.

c *Libertatem.* de hæreditate nō aperit: sed dic eā deberi: vt in fi. huius. §. statim dices.

d *Vnus gradus.* id est, remota prima institutione serui remanent seruus & Titius instituti eodem gradu, quem constat remoueri: vt. s. ibi, nos dicimus &c. & sic improprie substitutio: cum nulla quæ valeat præcesserit institutio. Vel [a] dic vnus gradus, scilicet substitutionis: idemque secundus videtur respectu institutionis factæ ob alterius commodum, & subaudi etiam cum vnus: & sic satis potest dici quòd sit vnus gradus: quia eadem persona est instituta & substituta: & ad hoc vt sint duo gradus, oportet plures esse personas, scilicet vnum institutum, & alium substitutum: vt institu. de gradi. cogna. §. hactenus. & tamen bene valet talis substitutio, licet sit vnus gradus: quia causa est mutata, cum prima institutio ad commodum legatarij, secunda ad suum fuerit facta. & secundum hoc est vnus gradus, & causa est mutata: sicque solutæ sunt quæstiones supradictæ. Item potest dici quòd sint duo [b] gradus: vt cum dicit, si Stichus non erit hæres: perinde sit ac si dicat, si Mæuius per Stichum hæres non erit: vt institu. de vulg. substi. §. fin. & supra, titu. j. l. si pater. & sic sunt duæ personæ institutus & substitutus. ergo duo gradus: vt supra, eod. l. j. in prin. Azo. ex his apparet quod hęres erit, cū valeat substitutio.

e *Quid ergo.* s. adiuit cohæres: quid ergo &c. & dic incipiet, scilicet indubitanter esse hæres & liber, etiam si testator voluit præferre legatarium libertati: & hoc ratione impossibilitatis, vt subiicit. nam Titio non adeunte, non transit seruus in dominum legatarij: nisi adita hæreditate à seruo iussu legatarij: sed contra legatarius iubere non potest nisi suus sit.

f *Illum hæredem.* scilicet Stichum ex primis verbis: sed ex sequentibus sic, vt subiicit. Vel dic melius illum scilicet legatarium per seruum.

g *Non esse.* ratione impossibilitatis. oportet enim vt primo sit legatarij, & postea eius iussu adeat. & ecōtra oportet quod prior adeat: & sic fiat suus, quod est impossibile. Azo. quia non potest vtrumque prius esse quam alterum. Ioan.

h *Existet.* tam hoc casu propter impossibilitatem, quam vbi liber: vt ita generaliter hic concludat. Nec ob. contra. s. eo. l. sed si plures. §. fi. vbi dicit non valere huiusmodi substitutionem serui: quia ibi etiam [c] prima institutio erat cum libertate: & sic nihil commodi affert substitutio. hic prima erat sine libertate: ideoque secunda commodum affert.

tas, non deberi legatum: [a] & ideo iussu legatarij non posse adire hæreditatem: ac per hoc verum esse, Stichum hæredem nō esse, [b] & ex sequētibus verbis libertatem [c] illi competere, cum vnus gradus [d] videtur. Quid ergo, [e] si non adierit Titius? Incipiet [ex] substitutione, Stichus liber & hæres esse. Porrò quandiu non adit iussu legatarij, nec ex causa legati intelligitur legatarij esse effectus. Et ideo certum est illum hæredem [f] non esse, [g] ac per hoc ex his verbis, *Si hæres non erit Stichus, liber hæresq; esto*: liber & hæres existet. [h] Hoc autem quod sentimus, Iulianus quoque in libris suis probat.

Seruus substitutus cum libertate pupillo pupillariter, euenīente conditione substitutionis erit ipsi pupillo & patri per medianī personam pupilli hæres necessarius atque liber, emptori voluntarius hæres: sed si deficiat conditio substitutionis, hæres erit necessarius emptori. Alexand.

F Si pupillus substitutum sibi seruū alienauerit, eúmq; emptor liberum hęredémque instituerit: numquid iste [i] in substitutione habeat substitutus vniuersum? [k] & si quidē pupillus ad pubertatem peruenerit, necessari[a] ex testamēto emptoris hæres existit. sin verò intra pubertatem decesserit: ex substitutione quidem liber & hæres sit, & necessarius patri pupilli: [l] emptori autem voluntarius hæres exstitit. [m]

A

B

C

D

i *Iste.* seruus.

k *Vniuersum.* respondi sic, vt si &c. vt. s. titu. j. si paterfamiliàs.

l *Patri pupilli.* qui pupillus patri extitit hæres, & sic eo medio seruus necessarius: quia hæres hæredis &c. vt. s. eo. l. paterfami. in fi. & j. de acquiren. hære. l. si quis filium. §. fi. in fi.

m *Exstitit.* nunquid tunc abstinere poterit? Respondit Ioan. ita: & nihilominus erit hæres, sicut in suis abstinentibus est. & facit institu. de hæred. insti. §. seruus. & supra, eod. l. sed si plures. §. quos. & supra, titu. j. l. seruus alienus. §. qui fideicommissariam.

DE CONDITIONIBVS institutionum.

TITVLVS VII.

1. VLPIANVS libro quinto ad Sabinum.

SVb impossibili [n] conditione, vel alio modo [o] *facta institutionem placet non vitiari. [p]

Cōditio, si meus erit, verificatur in proprietate tantum totius, vel partis: nisi contraria voluntas appareat. Bartolus.

II. IDEM libro sexto ad Sabinum.

DE CONDITIONIBVS institutionum.

Quia in institutione hæredum apponitur conditio, ideo de hoc dicit. & dic quod alia impossibilis: vt. j. l. i. alia possibilis: & tunc aut casualis, aut potestatiua, aut mixta: vt. C. de cadu. tol. l. i. §. sin autem. & differt ab illo. j. de condit. & demonstra. quia hic circa institutiones, & illa circa singularia relicta. Conditiōū plures sunt modi.

*Fl. mēdo.

SVb impossibi-(li.) CASVS. Instituī te hæredem si cœlum digito tetigeris: & ita sub impossibili condit. de natura. certe nō vitiatur institutio, sed cōdi. & idem est si alio modo sit impossibilis cōditio, scilicet de iure: puta instituo te hæredem si patrem tuum ab hostibus captū non redemeris, vel si patri tuo pauperi alimenta non præstiteris. semper enim vitiatur cōdi. & non institutio: vt. j. eo. conditiones. & l. filius. Viuianus.

n *Sub impossibili.* de facto: quia natura resistit: vt. j. eo. l. si quis ita instituto.

o *Alio modo.* id est, de iure impossibili: vt. j. eo. l. conditiones. Vel dic alio, id est contrario impossibili: vt tota die dicimus, nisi aliud conuenit: & ibi, quicumque aliud euangelizauerit, id est contrarium.

p *Non vitiari.* vt insti. de hære. insti. §. impossibilis. &. j. e. conditiones. & l. conditiones. Sed cōtra insti. de leg. §. fi. Sol. hic apposita fuit honorato: vt ibi, relinquo si cœlum tetigeris digito. ibi onerato, vt det hæres si cœlum digito tetigerit, secundum Azo. & est ratio: quia non debet auferri beneficium honorato, cui prouidere voluit per sequentem volūtatem: sicut & si lego vsumfructum sine aditu, non valet adiectio: vt. s. si vsusfru. pe. l. j. §. j. quasi dicat, tange si potes. Vel ibi non fuit impossibilitas in cōditione. sed in ipso relicto: vt des illi chimeram. & si non dederis, da. x. nomine pœnæ. & sic. x. non sunt legata sub conditione, sed nomine pœnæ relicta. Item contra. j. e. l. filius. Solu. fauore honorati habetur pro non apposita: vt hic. Sed si expediat totam institutionem dicere nullam, vt quia ab intestato liberius est habiturus: potest, vt ibi: vt arg. C. de leg. & consti. l. quod fauore. sed in filio speciale: quia non potest sub conditione nisi potestatiua instituī: vt ibi. Item contra. j. e. l. si Titius. Sol. ibi speciale quādo propter perplexitatem occurrit impossibilitas. Item contra institu. de inuti. stip. §. si impossibilis. vbi vitiatur. Sed ibi in contractu. & est ratio, quia ibi vtriusque consensus exigitur: vt. s. de pac. l. j. ibi, duorum consensus &c. &. j. de act. & ob. l. non solum. at hic ex voluntate testantis tantum: sed in cōtractibus innominatis secus quam in aliis: quia ita ibi agitur si fuit impossibilis, sicut & si possibilis fuisset conditio. nam condicam ea cessante: vt. C. de condi. ob cau. l. si militem. Vel ibi loquitur cum re contrahitur obligatio. secus si consensu & verbis: vel illa non est impossibilis conditio: vt. C. de procu. l. ita demum. Item quid si in personam tertij fuit apposita conditio impossibilis? Respon. pro non apposita habetur: vt. s. tit. ij. l. si Mæuia. licet quidem contra. item quid si matrimonium vel sponsalia fiant sub impossibili conditione? Quidam di-

Cōditio impossibilis quando nocet.

dam dicunt valere. & facit ad legem istam.ff.titu.ij. l.qui seruum moum.§.penul.& de iniust. testa.l.cum in secundo.in fi. & infra, de condit.& demon.l.iij.

Si testamento.] CASVS. Ita dixit Titius in testamento suo: Stichus seruus hæres mihi esto si meus erit cũ moriar, vel qui meus erit cum moriar.

& post factũ testamentum alienauit dict⁹ testator vsumfruc. in dicto Sticho, vel partem Stichi: & postea decessit dictus testator: nunquid erit hęres Stich⁹? Et dicitur quod sic: nisi probetur testatorem non aliter voluisse Stichum esse suum hæredem, nisi tempore mortis suæ testatoris totus Stichus inueniatur esse in dominio suo. Sed pone quod duos seruos instituit sibi hæredes hoc modo: primus & secundus si mei erũt cum moriar, liberi sunto, & mihi hæredes. & post testamentum alienauit vnum de eis: & postea decessit.nũquid solus nõ alienatus erit eius hæres? dicit quod sic. Viuianus.

** Flo. in seruisse*

† Glo. fi. in c. olim. in med. extra de rescript. inducit hũc §. in argu. quod si quis plura ponat in re scrip. quorũ alterũ sufficeret ad victoriam, sufficit alterum probare.

Si testamento comprehensum sit: *Ille seruus si meus erit aut, Qui meus* a *erit cum moriar, hæres esto*: quatenus accipiatur, *meus*, quæritur b? Et si quidem alienauit in eo vsumfructum, nihilominus ipsius c est. Si verò partem in eo alienauit: an deficiat conditio institutionis, quæritur? Et verius est nõ defeciſſe conditionem d, nisi euidentissimis probationibus testatorẽ voluisse apparuerit pro hac conditione hæc verba inserere e*, Si totus seruus in dominio eius remãserit. tũc enim parte alienata, cõditio deficit.

Vna pluralitas geminat plures singularitates. Bartolus.

† Sed si duo serui ita sint hęredes instituti: *Primus & Secundus si mei erunt cum moriar, liberi & hæredes sunto*: & alter ex his sit alienatus: Celsus rectè putat sic accipiendũ, atque si singulos seperatim sub eadem conditione f hæredes instituisset.

Conditio potestatiua habetur pro impleta si stat per eum in cuius personam debet impleri. Bartolus.

III. PAVLVS libro primo ad Sabinum.

Si ita hæres institutus sim, Si decem dedero: & accipere nolit cui dare iussus sum: pro impleta conditio* habetur g.

IIII. VLPIANVS libro octauo ad Sabinum.

Si qui ita sint instituti, *Si socij vnà bonorum meorum permanserint* h *vsque ad annos sedecim hæredes sunto*: inutilem esse institutionem secundum verborum significationem i Marcellus ait: Iulianus autẽ (quoniam & ante aditam hæreditatem iniri societas potest,) quasi rei futuræ k valere institutionem. quod est verum.

Hic.§.tractat de Muciana cautione. Bartolus.

† Idem Iulianus scribit eum qui ita hæres institutus est, Si seruum hæreditarium nõ alienauerit: cauentẽ l cohæredi m, implere conditionem. Cæterùm si solus hæres scriptus n sit sub impossibili o conditione: hæredem institutũ videri. quæ sententia vera est.

Ad veritatem copulatiuæ requiritur vtrãque partem esse veram: sed ad veritatem disiunctiuæ sufficit alterã partem esse veram. Bartolus.

Si qui ita.] CASVS. Titius instituit sibi hæredes Gaiũ & Semproniũ sub conditio. si permanserint socij ipsi inter se vniuersorũ ipsius testatoris vsq; ad.xvj.annos, & postea decessit testator: nunquid valet dicta institutio? Et videtur Marcello quod nõ: ideo quia testator videt voluisse quod prius sint hæredes q̃ socij: & econtra non videntur posse esse hæredes antequã cõditioné adimpleant. id est antequam sint socij. Iulianus autem dixit valere dictã institutionem: & bene dixit: quia & ante aditam hæreditatẽ potest iniri societas eiusdem hæreditatis quasi rei futuræ. sed & si dictus Gaius qui habuit cohæredem Semproniũ, fuit institutus sub cõditione si seruum hæreditarium non alienauerit, potest implere conditionem cauendo dicto suo cohæredi de non alienando dictum seruum. si autẽ non habuisset cohæredem, sed solus esset institutus sub dicta conditione, videtur institutus sub impossibili conditione, cum non habeat cui caueat: & ideo erit hæres remota conditione prædicta: vt dixi supra, eo.l.j.

a *Qui meus.* hęc paria sunt: vt infra, de le.iij. l.nuper in fin.

b *Quæritur.* an planã vel nudam vel totam proprietatẽ contineat, vel eius partem. Azo.

c *Ipsius est.* Quid si cõtra fecerit? videtur idẽ: argu. supra, de vsufru. l.iiij. Sed dic contra: vt infra, ad Sill.l.j.§.j.

d *Non defecisse cõditionem.* Sed quis erit hæres? Respõ. vt in seruo cõmuni diximus: vt.ff. de hæ.insti.l.sed & si in conditione.§.si seruum cõmunem. arg.ff.eo.§.sed si duo. Item no. hic quod cõmune est, meũ est. ff. de verb. sig.l.pupillus.§.fi.&.ff. de ritu.nupt.l. illud. Sed ar. contra. ff. de procu.l. Põponius.§.sed is.&.ff. de leg.j. l.serui electione.§. Labeo.&.l.sequen.&.ff. de rerum diui.l.in tantum.§.vniuersitatis. & de interroga.act.l.si defensor.§.qui interrogatus.&.ff. de aur.& arg.leg.l. Quintus. in prin. Sed in dubio dicas non dici meum nisi totum sit meum.

e *Inserere.* ad quod.ff. de condi. & demon.l.in conditionalibus. & de lega.iij.l. Iulianus.§. seruos. Accursius.

f *Sub eadem conditione.* scilicet si meus erit. & not. per hoc potest reprobari illa propositio, duo & tria sunt quinque. vel, duo & duo & tria sunt septem. Azo. & secundum quod hic dicitur, est vera, id est duo sunt de numero septem. & tria sunt de numero septem. H. Item not. verbum plurale geminat significationem singularis. sic infra, de leg.iij. l.qui concubinam.§.si Stichus. & de condit.& de.l.falsa. in fi.&.l.cui fundus. & supra, de hære. instit.l.hoc articulo. &.l.si patersa. testamento. Sed arg. contra. C. de impu.& aliis substit.l.ij.&.l.quamuis.&.l.penult. Item facit.ff. titu.ij.l.talem.§.j. Accursius.

Plurale significationem singularis geminat.

Si ita hæres.] CASVS. Titius instituit me hæredem sub condi. si dedero Seio. x.& decesit dictus Titius. postea ego obtuli. x. Seio: & ipse accipere noluit. certe perinde ero hæres, ac si cõditionem expleuissem: quia per me non remanet. Viuianus.

g *Habetur.* Sufficit enim sola oblatio: vt.ff. de statuli.l.statuliberos.§. Stichus. nisi absit cui dandũ est, quia tũc debet deponi: vt eo.tit.l.cum hæres. in prin. Sed an iste cui est dandum, loco legatarij sit? Respon. nõ: vt.ff. si quis omis. cau. testa.l.si quis sub cõditione. Ar. cõtra. ff. de leg.iij.l. fideicõmis.§. cum esset. Azo. Item quod hic dicit haberi pro impleta, verũ est etiam in institutione. porro in legato secus est. nam si statim posit impleri, quia est in dãdo, habetur pro impleta si prohibetur legatarius implere. sed si nõ poterat statim impleri, vt quia. x. lego tibi si feceris domũ hinc ad centũ dies: licet prohibearis facere, tẽpus tamẽ expectatur: vt.ff.

h *Permanserint.* erat enim testator socius omnium bonorũ cum aliquo de illis ad.xvj.annos. Accursius.

i *Significationem.* hoc ideo, quia ex verbis cõuincitur quod testator prius voluit esse hæredes quàm socios: sic enim dixit, meorum. Item est cõtra q̃ non possunt prius esse hæredes: quia oportet quod sit impleta cõditio: vt.ff. eo.l.ei qui ita hæreditate. ruisus socij in alienis bonis esse nõ possunt antequã essent domini. ibi hæredes: sed quia potest iniri societas ante aditam hæreditatẽ, & postea adiri potest, valet institutio secundũ Azo. sed an debeant stare in societate per.xvj.annos antequam adeant? Azo. videtur quod non: quia conditione impleta remanet solus dies, qui habetur pro non adiecto: vt supra, titu.ij.l. hæreditas. Sed certe immo non videtur impleta ex contractu, sed ex perseuerantia in dictum tempus. aliud si instituo te post.xvj.annos si cras feceris hoc: quia ibi solus dies remanet.

k *Futuræ.* fit enim societas præsentium & futurorum bonorum. & quod dicit ante aditam hæreditatem, post mortem tamen: quia tunc non valeret nisi dominus consentiret: vt.C. de pac.l.fi. nisi fieret super hæreditate incerti hominis: vt supra, pro so.l.iij.§.j. sed talis societas hæreditatis incertæ non implet istam conditionem: quia specialiter testator dixit, meorum.

l *Cauentem.* modo respondet.

m *Cohæredi.* de nõ alienando: vt.ff. de condi & demõ.l. Mucianæ. sed an hęc cautio Muciana est? Respõ. sic. per.l. istam quę generaliter dicit, quãdo est in nõ faciendo cõditio. Sed cõpleri potest viuente eo cui est imposita. ff. hærede post mortẽ seruit: ergo ipsa locum nõ habet, sed conditionis euentus expectandus: vt infra, de condit.& demon.cum tale.§. Titius.&.l.pater.§. socius. Sed dic, tristis est talis expectatio: vt.ff. eo.l. cum tale. in princ.

n *Scriptus.* sub dicta conditione.

o *Sub impossibili.* cum non est cui caueat: & ideo pro non adiecta habetur: vt.d.l. Mutianæ. in fin.& facit infra, eod.l. mulier. in princip.

BIU Cujas

principp.& de condit.& demon.l.cum sub hac.Accursius.

Si hæredi.] CASVS. Instituit mihi hæredem Titium sub conditione si ascenderit capitolium: & si dederit Seio.x.certe nõ erit mihi hæres Titius nisi prius vtrique conditioni paruerit. si autem instituit eum sub cõditione si ascenderit capitoliũ, vel dederit Seio decem: satis est obtemperare ei cõditioni cui hæredibus id placet,& erit hæres. & hoc dicit.Viuianus.

a *Coniunctim.* scilicet si illud & illud:desiunctim, si illud aut illud: vt insti.de hæ.insti.§.si plures.& verbũ, cuilibet,sũt duæ partes. vel si vna,sufficit obtemperari satis est: vt habes insti.in.d.§.si autẽ disiunctim.i.separatim in diuersis partibus testamenti,tunc secus: vt.j. de condit:& demon.l. sub diuersis. &.l.quod traditũ.&.l.nam ad ea. in princip. &.l.per fideicom.& facit ad hãc l.j.de verbo. oblig.l.si ita quis. &.l.si quis ita. &.j.iudi.sol.l.cũ quærebatur.& de cõdit. & demon.l.cum pupillus. &.s.tit.ij.l.si te.in fi.& j.de re. dul.si is qui.§. vtrum.sed quandoque disiuncta pro copulatiua ponitur: vt.s.tit.ij. l.Lucius. &.C. de ver. sig.l.pe.&.C.de insti.& substit.l.generaliter.& infra,de verb.sig.l.sæpe.quę sunt arg. contra.sed specialia sunt.

b *Cuilibet.* id est, cui placet.

Si quis ita.] CASVS. Instituit mihi hæredem Titium sub conditione,si monumentum post mortem meam in triduo proximo mortis meæ fecisset:& postea decessi.inuenitur postea verum esse quod dictum monumentũ non potest fieri in dicto tempore. certe euanescit conditio prędicta quasi impossibis de natura. & ita erit mihi hæres spreta dicta conditione.Viuianus.

c *Euanescere.* sed nũquid facere debuit monumentũ ?Respon. vtique. Ro. sic supra, de arbi.l.Celsus.§.idem ait. duo enim fuerunt testatoris præcepta.Azo.sic infra,de condi.& demon.l.hæc scriptura.in princ.& facit infra, de leg.j.l.si mihi & tibi.§.si quis seruos. Item facit supra,eo.l.j.

Si quis sub conditione.] CASVS. Instituit Titius sibi hæredes Seium & Gaium sub conditione si inuicem cauissent se soluturos legatariis legata in eodem testamento relicta ab eodem Titio: inter quos legatarios erant quidam qui per legem legata capere non poterant: puta quia erant in metallum damnati: vt.j.de his quæ pro non scriptis.l.iij. & postea decessit Titius testator prædictus. nunquid tenentur sibi adinuicem facere dictam cautionem si volunt esse hæredes ? Et dicitur quod non: quia dicta cõditio videtur apposita in fraudem legum,quæ leges vetant aliquos capere legata. sed & si vnus de dictis cohæredibus cauisset alteri de soluendis legatis,& legatarius non capax exigeret ab eo legatum ,habet excep.contra eum.Viuianus.

d *Si quis sub conditione.* Arg.contra eos qui copulant aliquos in matrimoniũ,& iurant quod neuter iure consanguinitatis separet matrimonium.præsumitur enim quod scierint cõsanguinitatem. Arg.cõtra.C.de euic.l.pe.Azo.quilibet enim ignorare præsumitur:vt.s.de proba.l.verius.&.C.qui manu.nõ pos.l.super seruis.

e *Quæ.* leges. Accursius.

f *Promissor.* siue promiserit non capaci: vt.j.vt le.no.ca.l.j.§.si quis sub cõditione.siue hęredi.nam & hęredi obiicitur exceptio, non legatario,cum ex pacto hæredis legatario nõ detur actio: vt C.de pact.l.pacto successorum.Sed quidam dicunt dari: quia interest hæredis: vt infra,de verb. oblig.l.stipulatio ista.§.si stipuler.& secundum hoc etiam ei obiicitur exceptio.sed certe ibi stipulanti, non alij: vt.C.e.titu.l.liber homo.in fi.& facit supra, de condi. sine cau.l.j.&.j.de superficie.l.j.§.quod ait. & infra,vt in pos.leg.l.§.j.in fin. & ad legem Falci.l.quod de bonis.§.j. &.l.

V. PAVLVS libro secundo ad Sabinum.

SI hæredi plures cõditiones coniunctim[a] datæ sint, omnibus parendũ est: quia vnius loco habentur: [sed] si disiunctim, cuilibet[b].

Impossibilitas de institutione reiicitur. Bartolus.

VI. VLPIANVS libro nono ad Sabinum.

SI quis ita institutus sit,si monumentũ post mortem testatoris in triduo proximo mortis eius feciſſet:cum monumentum in triduo perfici non possit,dicendũ erit cõditionẽ euanescere[c], quasi impossibilem.

VII. POMPONIVS libro quinto ad Sabinum.

SI quis sub conditione[d] hæredes instituissent [sic,] si inuicem cauissent se legata eo testamẽto relicta reddituros:placet remitti eis cõditionẽ: quia ad fraudem legum respiceret*, quæ[e] vetarent quosdam legata capere:quãquam & si cautũ

A Seius & Augerius. Accursius.

Quæ sub conditione.] CASVS. Instituit te hæredem, vel legatum tibi centum, vel fideicommissum reliquit: vel mortis causa donauit sub conditione, si iuraueris te facturum mihi monumentum ponamus. & postea decessi. certe remittitur tibi cõditio iurisiurãdi per prætorem, & debes facere monumentum, & consequi postea hæreditatem meam, vel legatum,vel fideicõmissum, vel mortis causa donationem. & cõsultissimè interuenit prætor ad redimendã conditionem iurisiurandi. nõnulli enim homines sunt faciles ad iurandũ propter religionis contemptum:& malum esset quod illi ita faciles cõsequerẽtur aliquod prædictorum ita facile iurando. Item & quia alij homines valde sũt timidi ad iurãdũ, adeo quod credant esse superstitiosum iurare: & hoc faciunt metu diuini numinis: & malum esset quòd illi ita timidi perderẽt illud quod relictũ est eis, ex eo quod iurare timent & nolũt. Sed quid si instituis te hæredẽ si iurares te facturũ mihi monumentum, & si Titio decem dederis ? certe remittitur tibi cõditio iurisiurãdi: & debes dare Titio decem.& idem si dictas duas cõditiones ascripseris tibi alternatiue. nam semper remittitur tibi conditio iurisiurandi. teneris tamen (vt dictum est) facere illud quod iussus eras iurare facere vel dare, dum tamen illud non sit improbum vel impossibile de facto. Quid enim si mortuus est Stichus vel manumissus viuo me testatore quem iussus eras à me iurare manumittere ? certe non videris conditione defectus. implere enim debes voluntatem meam si potes. si autem non potes iure vel facto prohibente (vt dictum est) nihilominus habere debes hæreditatem. Item scias quod ille cui apposita est conditio iurisiurandi, non habet necesse adire prætorem vt sibi remittat conditionem iurisiurandi. semel enim in perpetuum à prætore remissa est: & est remissa legatario etiam ignorante hærede. vnde si legatarius cui apposita est conditio iurisiurandi,decedat post mortem testatoris qui ei reliquit legatum : & ante mortem suam legatarij fecerit ipse legatarius illud quod rogatus erat iurare facere: hæres ipsius legatarij petet legatum quasi fuerit purum à conditione iurisiurandi: id est ac si non esset apposita conditio iurisiurandi. nam in perpetuum à prætore remissa est, vt dictum est. Viuianus.

*Flo. actione

*Flo. accipiendi

†In hac sententiam eleganter Plato, dialogo 12. de leg.

esset,in ipsa exactione* exceptione tuendus esset ꝓmissor.[f]

Iurisiurandi conditio hæredi, vel legatario,vel fideicommissario, vel mortis causa donatario apposita remittitur: siue sola, siue coniunctim, siue disiunctim cum alia fuit apposita. hoc dicit vsq; ad.§.quoties.Bartolus.

VIII. VLPIANVS libro quinquagesimo ad Edictum.

QVæ sub cõditione[g] iurisiurãdi relinquũtur, à prætore reprobantur[h]. Prouidit enim ne is qui sub iurisiurandi cõditione quid accepit[i]:aut omittendo[k] conditionem[l] perderet hęreditatem,legatúmve: aut cogeretur turpiter accipiendo[m] * conditionem[n],iurare. Voluit ergo eum cui sub iurisiurandi conditione quid relictum est, ita capere[o], vt capiunt hi quibus nulla talis iurisiurandi cõditio inseritur.& rectè. Cùm enim faciles[p] sint nõnulli hominũ ad iurandũ[q], contemptu religionis: alij perquã[q] timidi[r],metu

g *Quæ sub conditione.* prætor reputauit quandam conditionem turpem, quæ non videtur turpis : vt ecce instituo te, vel tibi lego, vel causa mortis dono si iuraueris aliquid te daturum vel facturum. & est ratio quare sit habenda turpis : quia quidam facile iurant, & forte non seruant : alij potius relictum dimitterent quàm iurarent.

h *Reprobantur.* quoad iuramentum : sed conditio est implenda, nisi sit turpis aliàs: vt infra. e.§.quoties.&.j.proxi.voluit &c. & infra,de condi.& demon.l.hæc scriptura.

i *Accepit.* destinatione.Azo.

k *Omittendo.* propter religionem.

l *Conditionem.* iuramenti.Azo.

m *Accipiendo.* scilicet relictum,cogeretur turpiter iurare.

n *Conditionem.* scilicet se impleturum.Accursius.

o *Capere.* scilicet absolute.

p *Faciles.* Ad id quod dicit,faciles,est sic.C.de indic.vidu.l.ij. & ad id quod dicit, difficiles, sic.C.ad.l.Iul. repe. l.fi.&.C.de fi. instru.l.fi.§.fi.

q *Perquam.* id est,valde.

r *Timidi.* repete, sunt ad iurandum.

BIU Cujas

diuini numinis, vsq; ad superstitionem: [a] ne vel hi [b] vel illi [c] aut consequerẽtur aut perderẽt quod relictum est, prætor consultissimè interuenit. [d] Etenim potuit is qui voluit [e] factũ [esse] quod religionis conditione adstringit, sub cõditione faciẽdi [f] relinquere. Ita enim homines aut facientes admitterẽtur, aut non facientes deficerentur conditione. ℣ Hoc edictum etiam ad legata pertinet, non tãtum ad hæredũ institutionem. In fideicommissis quoq; oportebit eos qui de fideicommisso cognoscunt, subsequi prætoris edictum, eapropter, quia vice legatorum funguntur. Et in mortis causa donationibus dicendum est edicto [huic] locum esse, si fortè quis [g] cauerit, nisi iurasset, se aliquid facturũ, restituturum quod accepit. Oportebit itaque remitti cautionem. [h] ℣ Si quis sub iurisiurãdi conditione, & præterea sub alia [i] sit institutus: hic * vidẽdum est, an remittatur conditio. Et magis est vt remitti iurisiurãdi conditio [k] debeat, licet alij cõditioni parẽdum habeat. [l] Sed si sub iurisiurandi [m] cõditione sit institutus, aut si decẽ milia dederit, hoc est alternata cõditione, vt aut pareat conditioni, [n] aut iuret: illud * quidem videndum [est,] numquid remitti ei conditio non debeat, quia potest alteri conditioni parendo esse securus. Sed est verius remittendam cõditionem: [o] ne alia [p] ratione † conditio alia [q] eũ vrgeat ad iusiurandum.

Licet iusiurandũ remittatur: tamen dãdum vel faciendum est quod sub illo iuramento præcipiebatur. Item cõditio potestatiua vel modus habetur pro impleto si non stetit per eum qui debet implere, sed per casum. Bartolus.

℣ Quotiens hæres iurare iubetur daturum se aliquid vel facturum quod non improbum B est: [r] actiones hæreditarias non aliàs habebit, quàm si dederit vel fecerit id quod erat iussus iurare. [f] Mortuo autẽ vel manumisso Sticho, viuo testatore: qui [t] ita hęres institutus est si iurasset se Stichũ manumissurũ: non videbitur defectus cõditione: [u] quamuis verũ sit cõpellendum eum [x] manumittere si viueret. [y] Idem est & si ita hæres institutus esset quis: *Titius hæres esto, ita vt Stichum manumittat.* aut, *Titio centũ ita lego, vt Stichum manumittat.* Nam mortuo Sticho nemo dicet summouẽdũ eum. Non videtur enim defectus conditione, si parêre cõditioni non possit. Implẽda est C enim voluntas, [z] si potest. [a]

Quod à iure remittitur, non est necesse remitti à iudice. Item tacita conditio non impedit transmissionem. Bartolus.

℣ De hoc iureiurando remittẽdo [b] non est necesse adire prætorem. † Semel enim in perpetuum à prętore remissum est, [c] nec per singulos remittẽdum. Et idcirco ex quo dies legati cesserit, [d] remissũ videtur, etiã morte obiit. Et quod dicit hic, viuo: idem si post mortem, dummodo ante moram: vt. ff. de condi. & demon. l. antepe. §. j. Itẽ cõtra ad idem. C. de cõdi. inser. l. legatum. &. ff. de condit. & demõ. l. D in testamento. Sed ibi erat conditio quæ pendebat ex suo & alterius facto, scilicet si illi nubat: hic ex facto manumittẽtis tantũ: quia inuitus manumittitur: vt. C. de manumis. test. l. fi. §. licet enim. & adde hic distinctionẽ quã habes. C. de insti. & substi. sub condi. fac. l. j. Item facit ad. §. ff. de leg. j. l. turpia. §. j. &. l. si fundũ §. Iulianus. &. C. de cadu. tol. §. ne autem. &. ff. de ver. sig. l. quæret. aliquis. in fi. & de reg. iur. l. iure ciuili. & argu. ff. de cura. bo. dan. l. j. &. ff. eo. l. si quis testamento.

a *Ad superstitionem.* id est [a] putant esse superstitiosum iurare. vel id est dicere, etiam per superstitionem volunt iurare: quod non licet si sit publice improbata: vt per Iunonẽ, Apollinem, & similia: secus in superstitione nõ publice reprobata: vt per, crede mihi: quod est iuramentũ monachorum: vt. ff. de iureiu. l. non erit. §. diuus Pius. &. §. sed & si quis.

Monachi per, crede mihi, iurare debent.

b *Hi.* faciles ad iurandum. Accursius.

a Quid sit religio, quid itẽ superstitio, sepulchre Bu reus in anota. prio. tit. de ædil. edic. l. 1. § apud Iulianũ. ibi, superstitiosum &c.

c *Vel illi.* difficiles ad iurandum.

d *Interuenit.* vt sacramentum prædictũ remitteret: vt. ff. in prin. huius. l. Sed contra. ff. de iureiuran. l. si quis eum. &. C. com. vtriusque iudi. l. si cum patrono. Sol. ille in contractibus: hæc in vltima voluntate. hoc nõ placet: vt. ff. de pac. l. pactũ. Sed dic ibi de prętcrito: hic de futuro erat iurandũ. Itẽ cõtra. ff. de manu. test. l. si quis liber. Sol. ibi speciale fauore eius: quia talis posset esse conditio. quã seruus implere nõ posset, vt cũ Titia cõtrahere matrimonium: quia matrimonium nõ est cum seruo secundũ leges, licet secus secũdum canones: & sæpe sub iuramẽto cõtinetur quod seruus facere non posset. vel dic ꝙ ibi de præterito. Item cõtra. ff. de cõdi. & demõ. l. municipib⁹. Sol. speciale ibi. Vel dic ibi nõ dicit an debeat remitti cõditio iurisiurandi, vel non: sed sit posibilis vel non: & qualiter, & per quos possit ei pareri. Vel dic quòd ibi de prętcrito. Item contra. ff. de acqui. hær. l. Antistius. Sol. vt ibi. Vel dic & ibi de præterito. & est ratio ad hanc generalem solutionẽ de præterito: quia in præterito nõ potest aliter impleri cõditio: quia nõ potest ammodo non dare vel non facere. sed si de futuro, sic. sic dicimus de periuro an fiat infamis: vt. C. de transac. l. si quis maior. & facit ad hoc. ff. ad Trebel. l. aut facta. §. si sub conditione. &. ff. de leg. j. l. si quis inquilinos. in fin. &. ff. de condi. & demon. l. hæc scriptura. &. l. non dubitamus. & de leg. ij. l. cum pater. §. filius. & .C. communia de leg. l. ij. &. ff. quando dies leg. ce. l. v. &. ff. de bo. lib. l. libertus sub conditione. &. ff. de mili. testa. l. si à milite. §. edictum. & ff. de leg. iij. l. non dubium. §. j. &. ff. eo. l. conditiones contra edicta.

** Flo. huic*

** Flo. aliud quid vidẽ.*

e *Voluit.* scilicet prætor.

f *Faciendi.* simpliciter sine iuramento.

g *Si forte quis.* scilicet donatarius, cum accipiat à donantẽ. ad quod insti. de do. §. j. Accursius.

h *Cautionem.* scilicet iuramenti.

i *Sub alia.* si decem dederit.

k *Conditio.* scilicet iurisiurandi.

l *Parendũ habeat.* id est, parere necesse habet. similis expositio. ff. de rei vindi. l. in fundo. & facit. ff. de verb. obl. l. in illa stipulatione si kalendis. Item facit. ff. si quis omiſ. cau. testa. l. qui autem. §. fi. &. ff. eod. l. si quis ita hæres. Item & huic debet parere, licet non iuret: vt. ff. in princip. huius. l. not. Sed cur secus. ff. de condi. & demon. l. cum tale. §. Mæuiæ. vbi innuit quod nec alteri sit parendum? Solu. vt ibi.

m *Iurisiurandi.* vt vadat Romam.

n *Conditioni.* de dandis decem.

o *Conditionem.* sacramenti tantum, non facti vel dãdi quod sub sacramento continetur: vt. ff. de condit. & demon. l. hæc scriptura. §. j. Azo. & not. ff. in prin. huius. l. vbi turpe contineretur sub iuramẽto: vt. ff. proxi. §.

p *Ne alia.* id est, si ei non remitteremus: alia ratione &c. id est, quia † alia alternatim ei coniungitur: cogeretur ad id ad quod non cogitur in simplici: & sic conditio alia, scilicet alternatim iniũcta. Vel dic, conditio alia puta grauis, cui non potest parere cõmode, cogetur &c. & sunt similia. ff. de trãsac. l. cum hi. §. sed cũ lis. & de re. eo. qui sub tu. l. magis. §. si pupillus. & de suspec. tutt. l. tutor. §. liberi. versi. sed si patronũ. & de iudi. l. ij. §. sed & si agant. &. l. sed si susceperit. §. j. Sed arg. contra. ff. qui & à qui. l. fi. §. is qui operas.

q *Alia.* alternatim iuncta. Accursius.

r *Non improbũ est.* tũc secus: vt. ff. l. proxi.

s *Iussus iurare.* solo iureiurando ei remisso: vt. ff. de cõdi. & demõ. l. hæc scriptura. &. ff. de manu. test. l. si quis libertatem.

t *Qui.* scilicet hæres,

u *Defectus conditionis.* immo videtur deficere. & sic est contra. ff. ad. l. Aquil. l. inde Neratius. §. idem Iulian⁹, Sol. ibi post mortẽ testatoris decesit: hic eo viuo. hoc non valet: quia & ibidem dicit, idem quando ante. ff. alij quod hic non erat in mora manumittendi: ibi sic. Vel hic alius erat relicturus: ibi nõ. Tu dic, quod ibi fuit ab alio occisus: hic sua

x *Eum.* hæredem.

y *Viueret.* scilicet seruus.

z *Voluntas.* scilicet defuncti ab hærede, vel legatario.

a *Si potest.* hæres, vel legatarius.

b *Remittendo.* sic in authen. de hære. & Fal. circa princip. col. j. &. C. ne liceat poten. l. j. in prin. &. xxiiij. q. j. c. j.

c *Remissum est.* per hanc legem.

d *Cesserit.* id est, dies mortis testatoris venerit, à quo solent pura legata cedere: vt. C. de caducis tollẽ. l. j. §. j. & in. §. in nouissimo. Sed videtur remanere conditio vt det vel faciat: vt supra, eo. §. quoties. Respon. cõditio expressa & hominis, id est testantis, non fuit nisi iurisiurandi: sed legis & tacita est de dando vel faciendo quod

BIU Cujas

quod erat iurandum, quæ tacita non facit rem conditionalem: vt infra, de condit.& demon.l.conditiones.est ergo hic purum quãdo ad trãsmittendum: quia conditionale non trãsmittitur: vt.C. de cadu.tol.§.fin autem.

Conditiones.] CASVS. Legaui Titio.x.sub cõditione si non redemerit ab hostibus patrem suum ab eis captum, vel sub ista alia conditione: si non præbuerit alimenta parentibus suis pauperibus vel patrono suo.& postea decessi.certe habebit dictum legatum Titius remissis sibi dictis cõditionibus tanquã contra bonos mores insertis. & hoc dicit hæc.l.Viuianus.

a *Non redemerit.* scilicet eum instituo, vel ei lego. ad quod naturaliter filius tenetur: aliàs potest exhæredari: vt.C.de episc.& cleri. authen.si captiui.& facit insti.de lega. in fin. & .C. de his quæ pœno.l.j.&.j.eo.l.conditiones. & quod not.ſ. eo.l.j.

Institutio.] CASVS. Ita dixi in testamento meo: si codicillis Seium heredem instituero, hæres esto.& postea feci codicillos,& in eis institui mihi hæredem dictum Seium: & postea decessi.certe valet dicta institutio. nã est data Seio hereditas cõditionaliter à me in testamento meo:& nõ videtur esse data in codicillis in quibus prohibitum est fieri institutionem. secus autem si prædicto modo instituissem mihi hæredem filium meũ in mea potestate constitutum: quia tunc erit inutilis institutio: & quasi à me præteritus dictus meus filius faceret ipso iure non valere testamentum meum.nam filius debet institui pure, vel sub potestatiua conditione: vt.ſ.de hære.instit.§.ſuus.&.l.iam dubitari. vel si instituatur sub casuali conditione, debet in eius defectum exhæredari: vt.C.de insti.& substi.si pater. in nostro autẽ casu fuit casualis conditio:& in eius defectum nõ fuit à me exhæredatus dictus meus filius:& ideo non est mirum si est inutilis institutio. & quod dixi.ſ.in persona Seij, scilicet vt valeat institutio: idẽ esset si ita dixissem: cuius nomen codicillis scripsero, ille mihi hæres esto. & postea fecissem codicillos, & in eis scripsissem nomen Seij.nam valebit institutio non quasi in codicillis facta quod est prohibitum, sed quasi facta in testamento.si autem ita dixissem in testamento: ille Seius quem in codicillis hæredem scripsi, hæres esto:& in veritate scripseram Seium hæredem in codicillis quos ante testamentum prædictum feceram, valet institutio nõ solum si dictus Seius erat mihi extraneus, sed etiam si erat filius meus: cum conditio in præteritum collata, sicut fuit prædicta, non videatur, nec sit conditio : & ideo videatur filius pure institutus.& quod dixi in conditione in præteritum collata : idem esset in ea quæ esset collata in præsens tempus, puta si rex Parthorum viuit: vel si nauis in portu stat. Viuianus.

b *Præter filium.* vt &.ſ.de hære.insti.l.ſuus.in prin.secus in verbo præteriti temporis: vt.j.proxi.§.

c *Quod interdictum est.* vt.C.de codicil.l.ij.&.j.eo.l.quidam.nisi in milite: vt.j.tit.ij.l.quærebatur. Accursius.

d *Data esset.* sic.j. de condi. & demon.l. si ita scripsero. &.ſ. de hære.insti.l.asse.&.l. si quis ita scripserit.&.j.de vsufr. lega.l.qui plures.& de leg.iij.si quis in principio testamenti. & de leg.j.l. si ita sit adscriptum. & sic videmur eligere cum eligimus quem tu nominabis.sic.j. proxi.respon. &.ſ.quod cuiusque vniuer.l.item

ff. Infort.

A eorum.§.si decuriones. Sed arg.contra.j.de codicil.l.quidam referunt. Accursius.

e *Cuius nomen.* licet solum nomen sit scriptũ in codicillis. & est arg. pro P. qui dixit quòd per solum nomẽ propriũ in testamento potest fieri institutio, sicut per duo verba: vt.ſ. de hære.insti.l.j.§.fin autem.

f *Valet institutio.* hic valet de præterito: qa vel vera est, & statim tenet institutio quasi pura. vel falsa:& sic tãquam impossibilis habetur pro non adiecta: & sic valet secundum Hug. quod vltimũ nõ est verum : vt.ſ.de iniust.test.l.cum in secũdo testamento. & facit.j. de verb. obli. l. conditio.&.l. si ita stipulatus fuero hãc summam.& instit.de verb. oblig.§. conditiones. &.ſ.tit.iij.l.circa.&.j. de secun.tab.l.an scriptus. & de bo. lib.l.iij. §. si patronus. &.ſ. si cer.peta.l.cum ad præsens.

Si quis in testamento.] CASVS. Ita scripsit Gaius in testamento suo: Seius filius meus hæres mihi esto si Titium adoptauerit. si autem non adoptauerit, exhæres esto. & postea decessit. filius cũ vellet adoptare Titium, Titius noluit se dare ei. certe erit filius hæres Gaij quasi expleuerit conditionem, cum per eum nõ remaneat. &.h.d. Viuianus.

g *Filius.* vel erat emancipatus: vel (quod est verius) in defectũ mixtæ conditionis fuit exhæredatus:& sic tenet testamentum: vt hic,&.C.de institu.& substi.l.si pater.

h *Hæres erit.* immo non erit: vt.j.de leg.iij.l. vxorem.§.hæres. vbi dicit inualidum esse relictum sub tali conditione relictum. Sol.ibi stetit per filiũ, hic non: vt hic dicit, parato &c.ad quod.j. de condi.& demon.l.iure ciuili. &.l. mulcta.&.j.de reg.iur.l. in iure ciuili. Vel dic quòd hæc conditio, si adoptauerit, est contra bonos mores: & ideo inualida conditio seu rogatio de adoptando: vt ibi dicit:& ideo pro nõ adiecta debet haberi. Et quod hic dicit filio parato: sub.maxime.nõ autem dicit quòd institutio vel legatum non valeat, sed rogatio de adoptando.

Verba hæc.] CASVS. Ita scripsi in testamento meo: Publius Mæuius qui est filius meus, si volet, hæres esto. & decessi. certe conditionalis est dicta institutio, scilicet vt si nolit esse hæres, non sit: & hoc ideo, quia dictus Publius Mæuius est meus filius, vt dixi:& ita esset necessario mihi hæres si nõ posuissem illa verba, si volet:& idem esset si esset meus seruus. si autem non esset meus filius vel seruus,& ita esset voluntarius hæres,& nõ necessarius: frustra addidissem dicta verba, si volet : quia & si non addidissem, non efficeretur mihi hæres si nollet. Viuianus.

i *In necessario.* qualis est filius & seruus: vt instit.de hære. qua. & diffe.in prin.&.§.sui.

k *Si nolit.* ridiculum tamen est fieri exhæredationem in hunc casum: vt supra, de hæred.institu.l.iam dubitari. & facit supra, de hære. institu.l. Cornelius. Arg .contra.j. de manu.testa.l. si quis locuples.in fine.

l *Frustra.* sic.C.de fideiusso.l.non recte.&.ſ.man. qui mutuam. &.j.de verb.obli.l.si ita stipulatus fuero.§.si Titius. Sed arg.cõtra.ſ.de vsur.l.si stipulatus.& infra, de leg.j.l.si quando.

Si qui ita.] CASVS. Institui mihi hæredem Titium sub conditione si.x. dederit Seio.& postea decessi. certe ad hoc vt habeat hereditatem meam dictus Titius, duo sunt ei necessaria. Primum est,

Nota hic bonum exemplum de cõditione mixta.

XI. IVLIANVS libro vicesimonono Digestorum.

B SI quis [in] testamento hoc modo scripserit, *Filius meus si Titium adoptauerit, hæres esto: si non adoptauerit, exhæres esto*: & filio parato adoptare, Titius nolit se adrogãdum dare: erit h filius hæres quasi expleta conditione.

XII. HERMOGENIANVS libro tertio iuris Epitomarum.

VErba hæc, *Publius Mæuius si volet, hæres esto*: in necessario i conditionẽ faciũt: vt si nolit, k hæres non existat. nam in volũtaria hæredis persona frustra l adduntur: cũ & si non fuerint addita, inuitus non efficiatur hæres.

C *Implementum conditionis non inducit additionem vel legati acquisitionem irreuocabilem. Bartolus.*

XIII. IVLIANVS libro trigesimo Digestorum.

D

BIU Cujas

mum est, vt adimpleat conditionem. Secundum est, vt postea adeat hæreditatem meam, per quam aditionem acquiri solet hæreditas. & idem est si legassem dicto Titio sub dicta conditione. nam post impletam conditionem necesse est quòd agnoscat legatum ad hoc vt habeat legatum irrepudiabiliter. loquitur enim hic de ea acquisitione legati quæ est irrepudiabilis ad hoc vt cõcordet iuri quod est in hæreditate.

EI qui[a] ita hæreditatem vel legatum accepit, Si decem dederit: neq; hæreditas, neque legatum aliter adquiri potest, quàm si post impletam[b] conditionem id egerit scriptus hæres vel legatarius, per quod hæreditas aut legatum adquiri solet.[c]

XIIII. MARCIANVS libro quarto Institutionum.

2 CONditiones cõtra edicta imperatorum,[d] aut contra leges,[e] aut quæ legis vicẽ[f] obtinent, scriptæ: vel quæ contra bonos[g] mores, vel derisoriæ[h] sunt, aut huiusmodi, quas prætores[i] improbauerunt: pro non scriptis habẽtur: & perinde ac si conditio hæreditati siue legato adiecta non esset, capitur[k] hæreditas legatúmve.

Conditio turpis adiecta in institutione filii vitiat testamentum: item non dicimur posse quod honeste non possumus. Bartolus.

XV. PAPINIANVS libro sextodecimo Quæstionum.

FIli' qui fuit in potestate, sub conditione scriptus hæres quam senatus aut princeps improbauerit: l*testamentum infirmat[m] patris, ac si cõditio nõ esset in eius potestate.[n] Nam quæ facta lædũt pietatem, existimationem,[o] verecundiã nostram, & (vt generaliter dixerim) [quæ] cõtra bonos mores fiunt: nec facere nos posse[p] credendum est.

Impossibilitas ratione perplexitatis vitiat institutionem. Bartolus.

XVI. MARCIANVS libro quarto Institutionum.

SI Titius hæres erit,[q] *Seius hæres esto. si Seius hæres erit, Titius hæres esto.* Iulianus inutilem[r] esse institutionẽ scribit, cum cõditio turpis adiecta in institutione sibi potestatiua, vt dixi. ſ. eo. institutio. & est ratio quare non videtur esse in eius potestate dicta cõditio: quia credendum est facere nos non posse illa facta quæ lædunt pietatem vel existimationem vel verecundiam nostram. & vt generaliter dixerim, credendum est nos non posse facere ea facta quæ contra bonos mores fuerint. & quod dixi in ea conditione quam princeps improbauit, habet locum & in ea quam senatus improbauit: puta instituo mihi Titiam filiam meam hæredem si fidei[f]serit pro Seio apud Sépronium. & postea soluerit quæ conditio est contra senatusconsultum Velleianum. Viuianus.

† *Huc pertinent ea quæ de promissis non seruãdis disserit M. Ci. lib. 1. Offic.*

a *Ei qui ita.* aliàs, si quis ita. aliàs, ei qui ita.

b *Impletam.* hic enim opus est adimpleri cõditionem: vt. ĩ. de condi. & demon. l. qui hæredi. §. fi.

c *Acquiri solet.* id est, adierit hæreditatẽ: vel legatũ agnouerit. sed in hæreditate potest hoc tolerari. sed in legato qualiter: cum statim impleta conditione quæratur dominiũ legatario: vt supra quẽ admodum seruitus admit. l. si partem. §. j. & ĩ. de lega. ij. l. si legatum? Respon. loquitur hic de ea acquisitione quæ est irrepudiabilis & incõmutabilis: quod contingit post agnitionem legati. ante enim quæsitum est: sed non sic vt repudiari non possit: & fere non quæsitum dicitur, cum propter repudiationem perinde habeatur ac si legatum non esset: vt. ĩ. de lega. j. l. seruum filij. §. si quis. & l. si tibi homo. §. cum seruus. & ſ. ad legem Aquil. l. nam sicut. ergo acquiri solet incommutabiliter: sed ante quæritur, sed commutabiliter. Item ad hæreditatem est contra infra, de acquir. hæred. l. Antistius. vbi fit hæres implendo conditionem. Solu. ibi impleuit conditionem, vt hæres esset: hic vt esse posset, & purificaret conditionem: & haberetur pro pure instituto: quem constat non esse hæredem nisi adeat. ad quod. ſ. de condic. ob cau. l. j. §. j. & de cõdic. inde. l. in summa. §. sed & agere. & ĩ. e. l. si pupillus. & hic innuit. Item contra. ſ. de hære. institu. l. iam dubitari. in fine. Solu. ibi impleuit conditionem, vt esset hæres: hic vt purificaret conditionem. Sed alij hanc distinctionem in extraneo admittunt: sed suus semper fit extunc hæres: vt. d. l. iam dubitari. arg. pro eis. ĩ. de conditio. & demonstra. l. conditionibus pupillus. sed corrigitur. ĩ. de acquiren. hære. l. cum bonis. vbi idem in vtroque dicit.

CONditiones.] CASVS. Institui te hæredem si eam duxeris in vxorem quam de sacro fonte suscepisti: vel reliqui tibi legatum sub dicta conditione. certe perinde capies hæreditatem meam vel legatum, ac si dicta conditio non esset adiecta hæreditati vel legato. & hoc ideo, quia dicta conditio est contra dictum imperatoris quod est. C. de nuptiis. l. si quis alumnam. & idem esset si apposuissem conditionem quæ esset contra. ll. puta institui mihi hęredem quendam senatorem si acciperet in vxorem quandam libertam: vt. ſ. de ritu nupt. l. lege Papia. & idem similiter esset si apposuissem conditionem quæ esset contra ea quæ legis vicem obtinent: puta institui mihi hæredem Titium curatorẽ Seiæ si acciperet dictam Seiam in vxorem: vt. ſ. de ritu nup. l. senatusconsulto. & idem esset similiter si apposuissem conditionem quæ esset contra bonos mores: puta institui mihi hæredem Titium si patrem suum non redimeret ab hostibus: vt. ſ. eo. conditiones. & idem esset si apposuissem conditionem quæ esset derisoria: puta institui mihi hæredem Titium si publice sui ludibrium fecerit: vt. ſ. de his qui not. infa. l. j. &. ij. §. fina. idem esset si apposuissem talem conditionem quam prætor reprobat: puta institui mihi hęredem Titium si iurauerit se facturum mihi monumentum: vt. ſ. eo. quæ sub conditione. Viuianus.

d *Imperatorum.* vt instituo te hæredem si eam ducas in vxorem quam de sacro fonte leuasti: vt. C. de nupt. l. si quis alumnam. §. fi. idem magis si contra edicta Iesu Christi.

e *Cõtra leges.* vt senator libertinã ducat: vt. ĩ. de ritu nup. l. lege.

f *Vicem obtinent.* vt contra senatusco. curator adultam suam sibi coniungat: vt. C. de interdic. ma. l. j.

g *Bonos mores.* vt ne patrem ab hostibus redimas: vel ne patronum alas: vt. ſ. eo. l. conditiones.

h *Derisoriæ.* vt si ludibrium sui populo faciat, vel vocetur vespertilio: vt. ĩ. ad Trebel. l. sed sciendum. & l. facta. §. si danda. in fi. §. vel vt. ĩ. eo. l. quidam. Accursius.

i *Prætores.* vt si coëgeris illum per metum tibi vendere, instituo te hæredẽ, vel tibi lego: vel si iuraueris te aliquid daturum vel facturum: vt. ſ. eo. l. quæ sub cõditione. in prin. & in. §. quoties.

k *Capitur.* vt. ſ. eo. l. j. nisi ei à quo relinquitur, imposita sit: vt insti. de leg. §. fi. & ficit. ĩ. de le. j. si quis inquilinos. in prin. & §. pe. & §. fi.

l *Prætores.* vt si coëgeris illum per metum tibi vendere, instituo te hæredẽ, vel tibi lego: vel si iuraueris te aliquid daturum vel facturum: vt. ſ. eo. l. quæ sub cõditione. in prin. & in. §. quoties.

FIlius.] CASVS. Ego filiũ quem in potestate habebam, institui mihi hæredem sub prædicta cõditione quam princeps improbauit: puta si acciperem in vxorẽ illam quam de sacro fonte suscepi. certe facit nõ valere testamẽtũ meum, ac si conditio non esset in eius potestate. nam filius debet instituere sub conditione sibi potestatiua, vt dixi. ſ. eo. institutio. & est ratio quare non videtur esse in eius potestate dicta cõditio: quia credendum est facere nos non posse illa facta quæ lædunt pietatem vel existimationem vel verecundiam nostram. & vt generaliter dixerim, credendum est nos non posse facere ea facta quæ contra bonos mores fuerint. & quod dixi in ea conditione quam princeps improbauit, habet locum & in ea quam senatus improbauit: puta instituo mihi Titiam filiam meam hæredem si fidei[f]serit pro Seio apud Sépronium. & postea soluerit quæ conditio est contra senatusconsultum Velleianum. Viuianus.

l *Improbauerit.* pone exemplum vt. ſ. l. proxi.

m *Infirmat.* non ita si patronus. nam rumpit per cõtra tabu. sed conditio habetur pro non apposita: & ex testamento est hæres: vt ĩ. de bo. lib. l. si libertus sub conditione. Item quia non habetur hæc conditio pro non adiecta: vt supra. l. proxi. & l. conditiones. quæ sunt contra? Respondeo vt. ſ. eo. l. j. notatur.

n *Potestate.* quod est necesse vt valeat institutio: vt. ſ. de hære. institu. l. suus. & C. de insti. & substi. l. si pater.

o *Existimationem.* id est, famam: vt. ĩ. de var. cog. l. pe.

p *Nos posse.* licet de facto fieri facile possit. ad hoc. ĩ. de verbo. sig. l. nepos. & de auro & argen. leg. l. vestis. §. vestimenta. & ĩ. de fur. l. pe. & ſ. de vsur. l. iij. & iiij. & ſ. quibus ex cau. ma. l. in eadẽ. & xxij. q. ij. c. faciat homo quod potest.

SI Titius hæres erit.] CASVS. Ita dixi in testamento meo: si Titius hæres erit, Seius hæres esto: & si Seius hæres erit, Titius prædictus hæres esto. certe istæ institutiones non valent: quia propter perplexitatem conditio existere non potest. Viuianus.

q *Si Titius hæres erit.* hic Titi⁹ ergo debet esse primo hæres: vt. ſ. de hære. insti. l. seruus alienus. §. si quis. & alter primo eadẽ ratione: quod esse nõ potest: vt in prœmio Digest. §. discipuli. Azo. ibi, quia quod primum & c. vt. ſ. tit. j. l. fi. §. Titius. in fi. §.

r *Inutilem.* ratio est in euidenti: quia vt sit Titius hæres, oportet vt primò eius conditio impleatur, id est, quòd Seius primo sit hęres: vt. d. l. de hære. institu. sed Seius hoc facere non potest nisi & sua conditio impleatur, scilicet quòd Titius primo hæres sit. inuicem ergo propter perplexitatem verborum se impediunt. sic. ĩ. de verb. obli. l. si Titius. & de regu. iur. vbi repugnantia. sed vbi esset impossibilis de natura vel de iure, valeret institutio, ea habita pro non scripta: vt. ſ. e. l. j. & l. conditiones. & l. si quis ita institutus. & insti. de hære. insti. §. impossibilis. quæ sunt contra. Item videtur superuacua hæc conditio: vt. ſ. eo. l. verba. contra. Sed ibi implere conditionem, scilicet volendo fieri hæres, & adire: ab eodem & simul sunt: hic ab alio. Vnde debet impleri conditio prius quàm alter possit adire: vt. ĩ. eo. l. si ita scriptũ, quod euidẽtius apparet si ponas cõditionem quę eget lõgo temporis tractu, vt si

BIU Cujas

vt si domum fecerit. Item an erit idem econtra si dicam, Titius hæres esto, si Seius hæres non erit. & Seius hæres esto, si Titius hæres nó erit? Sed potest ibi dici quòd extensio huius verbi, erit, dabit vtilem vel inutilem institutionem: & sic expectabitur alterius repudiatio. Vel dicas quòd qui primo adierit, ille sit hæres: & si alius postea velit, nó

ditio existere non possit.[a]

XVII. FLORENTINVS libro decimo Institutionum.

SI plures[b] institutiones ex eadem parte[c] sub diuersis[d] conditionibus fuerint: cõditio quæ prior extiterit, occupabit institutionem.

Conditio adiecta in institutione, videtur in legato repetita. Bartolus.

XVIII. MARCIANVS libro septimo Institutionum.

CVm seruus[e] purè liber, & hæres scriptus[f] sub conditione[g] sit, & si hæres non extiterit,[h] legatum acceperit: in legato repetitam[i] videri conditionem diuus Pius rescripsit. Hac ratione & Papinianus scribit, cum auia nepotem sub cõditione emãcipationis pro parte hæredem instituit, & postea codicillis scriptis hoc amplius ei legauit,[k] quàm quòd hæredem eum instituit, repetitã videri conditionẽ emancipationis etiam in legato, quamuis in legato nullam, vt in hæreditate, substitutionem* fecisset.

XIX. IDEM libro octauo Institutionum.

SI ita scriptum fuerit, *Titius hæres esto. si Titius hæres erit, Mæuius hæres esto.* si Titius suspectam adierit[l] hæreditatem, potest Mæuius suo arbitrio adire, & quartam retinere.

Conditio de non petendo in vltimis voluntatibus, per acceptilationem impletur. Idẽ si alio modo de iure peti nõ potest. Bar.

XX. LABEO libro secundo posteriorum à Iauoleno Epitomatorum.

a *Non potsit.* vtraque vel altera. duæ enim sunt.

Si plures.] CASVS. Institui mihi hæredem Titium in duabus partibus hæreditatis meæ: & Seium instituí mihi hæredẽ in tertia parte sub conditione si nauis ex Asia venerit: & Gaium instituí in eadem tertia si Sempronius consul factus fuerit: & postea decessi. certe quæcunque dictarum conditionum prius extiterit, ille habebit dictam tertiam cui fuit adscripta dicta conditio quæ prius extitit. Viuianus.

b *Si plures.* Instituí Titium ex triente, si nauis ex Asia venerit. item Seium ex eodem triẽte, si nauis venerit ex Africa. Et secundum hoc proprie dicit plures institui: & nil est contra. Vel dic quòd eundẽ sic institui. sed tunc quo modo plures? Respon. quia bis facta fuit, tamen in eandem partem, & in eundem hæredem.

c *Eadem parte.* in specie. Sed quid si ex alio triẽte primo, & ex alio secundo instituit eundem sub diuersis cõditionibus? Respõ. existente conditione vnus institutus ex ea erit hæres: & si in secundo habeat institutus substitutum, expectatur conditionis euentus illius institutionis: alioquin idem quod hic, vt insolidum sit hæres: vt infra, de acquiren. hære. l. cum hæres. §. fina. &. l. seq. &. ff. de hæredi. institu. l. si te solũ. in prin. &. §. j. Accursius.

d *Sub diuersis conditionibus.* in diuersis testamenti partibus appositis secundum Io. Sed contra. ff. de condit. & demon. l. sub diuersis. & l. quod traditum. & l. nam ad ea. Sed hic à primo recedere noluit, & hoc expressit: alioquin cõtra præsumitur. Vel hic fuerunt alternatiue positæ. Azo. & simul, ad quod est quod no. ff. eo. l. si hæredi. Vel hic in hæreditatibus in quibus non fuit tantum expectandum vt testamentum valeat: illud in legatis. & facit. ff. de procu. l. pluribus.

Cvm seruus.] CASVS. Sticho seruo meo dedi libertatem pure, & eum hæredem instituí sub conditione si nauis ex Asia venerit: & si hæres mihi non extiterit, legaui ei centum: & postea decessi. vult ergo modo dictus seruus habere statim legatum, & repudiare hæreditatem: certe non habebit legatum nisi prius existat prædicta conditio hæreditati apposita. videtur enim in legato repetita: & ita etiam videtur repetita conditio in isto alio casu: Titia instituit sibi hæredem nepotem suum Seium in dimidia hæreditatis suæ sub conditione si emanciparetur à patre suo: & postea fecit codicillos in quibus legauit eidem nepoti centum vltra illud in quo eum hæredem instituit: & postea decessit. certe eadem conditio videtur repetita in legato in codicillis dato, quæ fuit adiecta in institutione: quamuis in legato non fecisset substitutionem sine repetitione conditionis, sicut fuit adiecta in institutione. Viuianus.

e *Cum seruus.* proprius testatoris: alij de alieno: vel testatoris, sed viuo testatore alienato. Accursius.

f *Scriptus.* pro parte: vt conueniat cum seq. casu, qua dicit de legato quod non valeret nisi ab intestato esset repetitum si cohæredem non haberet: vt. C. de fideicom. l. eam quam.

g *Sub conditione.* si Titius fuerit consul.

h *Non extiterit.* quia defecit conditio.

i *Conditionem.* scilicet quòd Titius sit consul: & dic etiam libertatem: vt hic, &. ff. de condi. & demon. l. auia. alioquin inutile

A esset legatum: vt. C. de leg. l. seruus. & adde de libertate vt dicitur & not. ff. titu. iij. l. Trebatius. &. l. sequen. Item hoc nisi talis sit conditio quæ legatum reddit inutile: vt. ff. de leg. j. l. seruo alieno. §. si ab impubere. &. l. si quis à filio. &. ff. de fideicom. lib. l. fin. &. ff. de verb. oblig. l. Titia. §. idem respondit. quæ sunt arg. contra. Azo.

k *Hoc amplius ei legauit.* prædia illa sub. vt. ff. de condit. & demon. l. auia. & not. de repetitione. sic. ff. de cõdit. & demon. l. cum seruus. in princip. & de leg. ij. l. Latinus. in fin. & infra, de manu. testa. l. diuus. & de leg. iij. l. in repetendis. & infra, de vsufru. lega. l. codicillis. Sed arg. cõtra, supra, titu. iij. l. sub conditione. & infra, de an. leg. l. Seio. §. vxori. & supra, de actio. empt. l. si venditor. & not. instit. ad. l. Aquil. §. ex hoc capite.

*Hal. mutationem.

l *Adierit.* Coactus per fideicom. quia erant rogati alij restituere. Item adeunte Titio completa est conditio Mæuij: vt supra, titu. ij. l. iij. §. si quis. dubitatio autem huius legis erat hæc secundum Azo. quia cum Titius suspectam adiit, perinde est quantum ad eum ac si non adiisset: vnde quasi non adiisset, videbatur quòd hic adire non posset: vel quia Titius fuerit coactus adire, videbatur quòd & hic coactus adire debet: & sic quartam retinere non debet: quia qui coactus adierit, quartam non retinet: vt. ff. ad Trebel. l. quia poterat.

Ita.] CASVS. Sic scripsi in testamento meo: Titius hæres mihi esto: & si dictus Titius hæres erit, mihi Mæuius hæres esto. & rogo eos ambos per fideicommissum vt hæreditatem meam restituant Sempronio: & postea decessi. cum Titius nollet adire meam hæreditatem, Sempronius fideicommissarius fecit eum cogi per prætorem vt adiret: & ita Titius coactus adiuit: sicque quartam non retinuit: tamen restituit Sempronio ex Trebelliano partem quam coactus adiuit. modo quæritur, vtrum prædictus Mæuius possit pro sua parte adire suo arbitrio sine coactione, & quartam retinere cum restituet Sempronio prædicto? & videtur quòd non: quia cum Titius suspectam adierit, perinde est quantum ad eum ac si non adiisset. vnde quia Titius non adiuisset, videtur quòd Mæuius adire non possit: qui Mæuius fuit à me institutus sub conditione si Titius adiuisset, vt dictum est. Item & quia Titius coactus adiuit: videtur quòd Mæuius adire debeat eodem modo ac si esset coactus, & sic quartam non retineat. dicitur tamen hic quòd & suo arbitrio possit adire dictus Mæuius: & quòd quartam Trebellianicam Sempronio retinere possit. Viuianus.

Additio cõacta Trebel. impedit.

Mvlier.] CASVS. Titia vxor mea promisit mihi centum nomine dotis, & feci secum pactum de dicta dote lucranda si ipsa in matrimonio prædecederet. postea cõstante matrimonio ipsa venit ad mortem, & instituit me hæredem sub conditione si dicta. c. non peterem nec exigerem: & dedit mihi duos cohæredes pure. & postea decessit. certe si ego denuntiem dictis meis cohæredibus quòd per me non stat quò minus liberem eos per acceptilationem ab obligatione dictorum. c. statim sum hæres pro tertia parte. si autem non dedit mihi aliquem cohæredem dicta mea vxor, videtur me instituisse sub impossibili conditione, eo quòd non habeo cui denuntiem: & sic ero eius hæres insolidum habita dicta conditione impossibili pro non scripta. [*SI QVIS HÆREDITARIVM.*] Instituí mihi hæredem Titiũ si manumitteret Stichum seruum meum: & postea decessi. certe potest Titius manumittere dictum Stichum de facto, licet non de iure: & hæres esse. & post aditionem hæreditatis per Titium factam conualescet libertas Stichi. [*SI QVIS TE.*] Titius instituit te hæredem sub conditione si tu eum instituisses hæredem. certe quocunque gradu probes te eum instituisse, eris eius hæres. & idem esset si Titius instituisset te hæredem sub conditione, si tu ei aliquid legasses. nam quocũque gradu probes te ei aliquid legasse, eris eius hæres. Viuianus.

MVlier quę viro suo ex dote promissam pecuniam debebat, [a] virum hæredem ita instituerat, [b] si eam pecuniam quam dotí promisisset, neque [c] petiisset, neque exegisset. Puto, si vir denuntiasset cæteris hęredibus per se non stare quò minus acceptum faceret id quod ex dote sibi deberetur, statim eum hæredem futurum. Quòd si solus hæres institutus esset sub*tali conditione, nihilominus puto statim eum hæredem futurum: quia ἀδύνατος† conditio pro non scripta [d] accipienda est.

Si conditio non potest impleri de iure, sufficit quod impleatur de facto. Bar.

¶ Si quis hæreditarium seruum iussus est manumittere, & hæres esse. [e] quamuis si manumiserit, nihil agat, tamen hæres erit. verum est enim eum manumisisse: [f] sed post additionem libertas seruo data secundũ voluntatẽ testatoris cõualescit. [g]

Substitutus est proprie institutus: vel substitutio est proprie institutio. Bartolus.

¶ Si quis te hæredem ita instituit, [h]† Si se hæredem eum instituisses, aut quid sibi legasses: nihil interest quo gradu is à te hæres institutus [sit,] vel quid [i] ei legatũ sit, dummodo aliquo gradu id te fecisse probes.

a *Debebat.* sub pacto lucrandæ dotis si ipsa præmoriatur, vt habeant locum sequentia.

b *Instituerat.* pro parte.

c *Neque petiisset.* id est, accepto ferret. & sic iuris sunt: vt infra, de libe. lega. l. iij. §. nunc de effectu. aliàs locum haberet cautio Mutiana: vt infra, de conditio. & demõstratio. l. Mutianæ.

d *Pro non scripta.* vtpote impossibilis, cum non est cui caueat: vt ff. eo. si qui. §. idem Iulianus. & ff. de condit. & demon. l. Mutianæ. & facit ad hoc. C. de hære. institu. l. si compensandi.

e *Hæres esse.* & hæc institutio nulla videbatur, cum prius deberet manumittere seruũ hæreditariũ, quàm hæres esset: vt supra de hæredi. institu. l. iij. §. si quis. & infra, de condi. & demõ. l. qui hæredi. in fin. & manumittere non poterat nisi hæres esset, vtpote non dominus: vt. C. de his qui à nõ do. l. iiij. valet tamen magis per voluntatẽ defuncti quàm per manumissionem.

f *Manumisisse.* scilicet. de facto: & sic non sufficit de facto fieri & si de iure nõ teneat: vt. ff. de sta. libe. l. pe. & l. Stichus si hęred. &. ff. de manumis. test. l. seruum testamento. &. ff. de condit. & demon. l. Mæuius. &. ff. de verb. obli. l. quidam. in fin. Sed arg. contra. ff. de condit. & demon. l. hæc conditio. & supra, quod quisque iur. l. j. in fin. &. C. si man. impube. & ita fue. ali. l. ea quidem.

g *Conualescit.* contra. ff. qui & à qui. l. si seruo. vbi non conualescit. Solu. non ipso iure, vt ibi: sed tamen si veniat contra factum suum, obstabit exceptio: vt. ff. de pig. act. l. si rem alienam. &. l. j. & de pig. l. si à Titio. & facit ad hoc. C. de lib. cau. l. si ab eo. & quod ibi not.

h *Instituit.* in præteritum, non in futurum: vt. ff. tit. ij. l. hoc articulo. *oppo. C. de hære. institu.* & ff. de his quæ pro non scrip. l. j. in fi.

i *Vel quid.* sub. etiam modicum.

Sic substitutio dicitur proprie institutio. Bal. in rub. C. de impube. & ali. substitut. nec debet fieri nisi verbis expressis.

Bal. in l. fi.

Seruus.] CASVS. Seruum Titij instituí mihi hæredem, cum liber erit. certe valet institutio. proprium autem meũ seruum non possem taliter instituere: quia cum ei libertatẽ dare possem, debeo ei dare libertatem si volo eum liberum esse, & mihi hæredem, vel pure vel in diem, vel sub cõditione: nec facultatem habere debeo instituendi eum hæredem in casum obueniẽtis ei libertatis à quocumque alio. & hoc dicit cum. l. seq. Viuianus.

k *Non potest.* scilicet vt institutio sit conditionalis. Ro. sed erit pura conditione habita pro non scripta. tu dic, nulla est omnino, secundum Io. vt hic dicit. Sed cõtra. ff. tit. ij. l. talem. in prin. Solu. ibi bis data fuit libertas seruo. Primo pure & vtiliter. Secũdo sub conditione, & inutiliter, vt & hic: quare licet ex secunda datione nõ teneat, tenet tamen ex prima pura & vtili. Item facit insti. qui tu. da. pos. §. seruus. vbi eodem modo distinguitur in seruo tutore dato: licet illa distinctio videatur tolli per. l. ff. de test. tu. l. si hæreditas. §. fi. vbi non refert inter seruum suum & alienum tutorem datum. Sed dic quòd vterque liber est: sed alter directo, cum suus: alter per fideicommissum, cum alienus.

l *Quia ratio.* Si volo seruum meum hæredem instituere, debeo ei libertatem relinquere vel pure, vel in diẽ, vel sub conditione: nec debeo fortunę committere vt fiat liber ab aliquo domino futuro vt sic postea sit hæres. Azo. Vel dic ratio, scilicet vt non pẽdeat ex alieno arbitrio: vt. ff. tit. ij. l. illa. Item & ille qui potest stare certo, nõ stet incerto: vt dicit prouerbium: vt hic, &. ff. tit. ij. l. quoties. §. hæredes. Accursius.

m *Libertatem dare.* scilicet ex quo dat ei hæreditatem. Sed contra. ff. tit. ij. l. hæreditas ex die. Sol. libertas & hæreditas potest differri, vt post Pascha sit liber & hæres: sed tantum hæres non. verum in prædicto casu subducitur tẽpus quãtũ in hæreditate: vt sic habeat cõmodum medij temporis, secundum Azo. Vel dic, ex die incerto: vt. ff. tit. ij. l. in tempus. &. l. qui filio. Accursius.

n *A quolibet.* futuro domino quasi fato cõmittẽdo: ad quod. ff. de condi. & demon. l. j. in fi. & de leg. iij. sed & si sic. Accursius.

XXI. CELSVS libro sextodecimo Digestorum.

SEruus alienus ita hæres institui potest, *Cum liber erit: proprius autẽ ita institui non potest.* [k]

XXII. GAIVS libro octauodecimo ad Edictum Prouinciale.

QVia ratio [l] suadet eum qui libertatem [m] dare potest, ipsum debere aut præsenti die, aut in diem, aut sub cõditione dare libertatem, nec habere facultatem in casum à quolibet [n] obuenientis libertatis hæredem instituere.

XXIII. MARCELLVS libro duodecimo Digestorum.

VTer ex fratribus meis consobrinam [o] nostrã duxerit vxorem, ex dodrante: [p] qui non duxerit, ex quadrante hæres esto. [q] aut*nubit alteri, aut non vult nubere. cõsobrinã qui ex his duxit vxorem, habebit dodrantem. erit alterius quadrãs. Si neuter eam duxerit vxorem, non quia ipsi ducere noluerunt, sed quia illa nubere noluerit: ambo in partes æquales admittuntur [r]. quòd ipsa noluit: tunc erunt ambo mihi hæredes pro æquali portione: quia per eos nõ remanet quin conditionem adimpleant: sicut si essent instituti hæredes si darent centum Titio, vel facerent mihi monumentum: & per eos nõ remaneret quin darent centum, vel monumẽtum facerent. & idem esset si dicta cõsobrina decessisset viuo me testatore: & ita certum est quòd per eos non remanet quin conditionem adimpleant. & hoc dicit cum. l. seq. Viuianus.

Via ratio.

Qui non duxerit, ex quadrante hæres esto.

Aequales admittuntur.

o *Consobrinam.* quæ dicitur consobrina, habes instit. de gradi. §. iiij. & licitum est tale matrimonium secundum leges: vt instit. de nup. §. duorum autem. & intellige hoc verum quando honeste ei nubere poterat: aliàs conditio pro non adiecta habetur: vt. C. de instit. & substi. l. ij. &. ff. de condit. & demon. l. cum ita. &. l. seq. & l. Titio. §. j. & sic tunc vterque admittitur in semisse: vt. ff. proxi. satis probatur. sed secundum canones constat talem conditionem pro non adiecta debere haberi: cum interdictum sit tale matrimonium. Azo.

p *Dodrante.* id est. ix. vnciis.

q *Hæres esto.* hæc institutio est pura: sed distributio partium sub conditione: vt. ff. l. proxi. in fi. vnde viriles habent portiones deficiente conditione: & secundum hoc non est contra. ff. de cõdi. & demon. l. in testamento. vbi aliter distinguitur: quia ibi sub conditione fuit relictum.

r *Aequales admittuntur.* Quid si alteri nupserit, & per alterum non stetit quò minus ei nuberet? Respon. secundum Io. alter. ff. alter. iij. habebit: licet finis huius. l. ei sit contrarius. Azo. sed non ob. quia vtrique nubere nõ poterat. Item pone quòd neuter vult eam ducere. Io. viriliter admittentur: quia duplex est institutio: scilicet pura sine parte. item cum partibus discretis sub conditione: vt. ff. l. proxi. sicut sunt duo arbitri præcepta: vt. ff. de arb. l. Celsus. cum ergo deficit conditionalis, remanet pura: vt. ff. tit. ij. l. si quis ita scripserit. Et sic quatuor casibus vterq; admittitur in virilem portionem, & æqualem: id est vterque in semissem: puta si illa moriatur viuo testatore, vel etiam postea, dummodo antequã sit in mora contrahendi: vt. ff. l. proxi. &. ff. de cõdi. & demõ. l. pe. §. j.

BIU Cujas

pe.§.j. Item si illa non vult nubere. Item quando vterque sine iusta causa non vult. Item quando honeste eam ducere non possunt: vt dictum est. Econtra in duobus inæqualiter: scilicet si alteri nupserit post mortem testatoris, vel in vita post. testamentum: vt hic, &.C. de insti. & substituti.l. si quis hæredem. Item si alter noluit ducere volentem: vt hic in fin. colligitur.

a *Plerumque.* nã quãdoque non sic est: vt potest colligi ex distinctione quam not.s.eo.l.j.H.

b *Det.* sic in authen. vt exac.instan.do.§.fi. & facit ad.l.j. de secũ. tabu.l.ij.§. si quis ita. & de an.leg.l. Mæuia. in prin. &.C. de códi. infer.l.iij.&.C. de insti.& substi.l.j.&.j. de leg.j.l.turpia.§.ij.& de contrahen.empt.l.hæc venditio.&.s. de hær. institu.l. quoties .§. si quis.&.j. de condi. & demon.l. si Titius. & j.l.proxi.

c *Qui ex fratribus. Viuo testatore.* vel post mortem ante moram: vt.s. l.proxi.not. Item dic quòd & in vita testatoris potest impleri: vt ibi not.

d *Quia verum est.* hęc est ratio quare hæc & superior.l. non obstat distinctioni quæ fit.j. de condi. & demon.l. in testamento. & facit ad hoc.s.l. proxi. cum suis concor.

Vb conditione.] CASVS. Institui mihi hæredem Stichum seruum Titij sub conditione si ascenderit ipse Stichus capitolium. & postea decessi. certe nó potest Stichus adimplere conditionem inuito domino suo.s. quantũ ad hoc vt dominus fiat hæres. Sed pupillus sub conditione institutus, vel cui sub conditione est legatũ relictum, bene potest parere conditioni etiam sine auctoritate tutoris: quia propter hoc non efficitur statim pupillus hæres, vel acquirit legatum: sed in eo statu efficitur quasi pure ei hæreditas relicta sit vel legatum. & hoc dicit cum.l.seq. Viuianus.

e *Non potest.* vt dominus fiat hæres: paret tamen, & facit puram, vt dominus possit iubere adire: vt.j. de condi.& demon.l. in cõditionibus.§.j. quæ est contra. Vel dic quòd nec eam purificat si domino nó placet quod facit. alioquin sic, vt ibi: vt ita possit iubere adire.& facit.j.l.proxi.

f *Si pupillus sub conditione.* si seruierit illi per mẽsem: secus si in dãdo: vt not.j. de cõdi.& demon.l. in cõditionibus. in prin.

g *Relictum sit.* quasi dicat, non eo ipso quæritur hæreditas vel legatum. nam nec pure relicta statim quæritur: vt.s.e.l.si quis ita. & ibi not.&.s. de condic. ob cau.l.j.§.j.

Quidam.] CASVS. Titius instituit sibi hæredẽ Seium sub conditione, si reliquias eiusdem Titij testatoris proiiceret in mare.& postea decessit dictus testator. Seius autem prædictus hæres non proiecit reliquias in mare: sed tradidit eas sepulturæ in memoriam humanæ conditionis. nunquid repellitur dictus hæres ab hæreditate? & videtur quòd sic: quia dictus testator videtur propter suum præceptum non fuisse sanæ mentis: & ideo non potuisse aliquem instituere: & sic illum qui esset legitimus hæres ab intestato, posse de iure hæreditatem habere:

ff. Infort.

Plerumque[a] enim hæc conditio, *si vxorem duxerit, si dederit, si fecerit*: ita accipi oportet, quòd per eũ non stet quò minus ducat, det,[b] aut faciat.

XXIIII. PAPINIANVS libro sexto Responsorum.

Qui ex fratribus meis Titiam consobrinam vxorem duxerit, ex besse hæres esto. Qui nõ duxerit, ex triente hæres esto. Viuo testatore[c] cõsobrina defuncta, ambo ad hæreditatem venientes, semisses habebũt: quia verũ est[d] eos hæredes institutos, sed emolumẽto portionum euentu nuptiarum discretos.

XXV. MODESTINVS libro nono Regularum.

SVb conditione hæres institutus seruus, sine iussu domini cõditioni parere non potest.[e]

XXVI. POMPONIVS libro secundo ad Quintum Mucium.

SI pupillus sub conditione[f] hæres institutus fuerit: conditioni etiã sine tutoris auctoritate parere potest. Idemq; est & si legatum ei sub conditione relictum fuerit: quia conditione expleta, pro eo est quasi purè ei hæreditas vel legatum relictum sit.[g]

Conditio quæ continet inhumanitatem, respuitur: & ex sermonibus incõgruis præsumitur quis non sanæ mentis, nisi probetur contrarium. Bartolus.

XXVII. MODESTINVS libro octauo Responsorum.

QVidam in suo testamẽto hæredem scripsit sub tali cõditione, Si reliquias eius in mare abiiciat. Quærebatur, cum hæres institutus cõditioni non paruisset, an expellẽdus esset ab hæreditate? Modestinus respondit: Laudandus est[h] magis quàm accusand' hæres, qui reliquias testatoris non in mare secundum ipsius volũtatem abiecit, sed *in memoriã humanæ conditionis sepulturæ tradidit. Sed hoc pri' inspiciendum est, ne[i] homo qui talem cõditionem posuit, neque compos mentis esset.[k] Igitur si perspicuis rationibus hæc suspicio amoueri potest:[l] nullo modo legitimus hæres de hæreditate controuersiam faciet scripto hęredi. Hęredi, quem testamẽto purè instituit, codicillis adscripsit[m] cõditionem. quæro, an ei parere necesse habeat? Modestinus respõdit: Hæreditas codicillis [neq; dari[n]] neque adimi potest. porrò in defectu conditionis, de ademptione hęreditatis cogitasse intelligitur.[o]

Filio instituto sub conditione potestatiua quæ non potest impleri vltimo vitæ spiritu decedentis, antequam impleat conditionem, fit locus substituto & venientibus ab intestato ipso viuo: secus in ea conditione quæ vltimo vitæ spiritu potest adimpleri: quia tunc ipso mortuo admittuntur. Bar.

XXVIII. PAPINIANVS libro tertiodecimo Quæstionum.

A & ita verum est, nisi hæres scriptus probet contrarium, scilicet testatorem non fuisse furiosum. si autem probet, non est ab hæreditate repellendus: laudandus est enim ex eo quòd non proiecit dictas reliquias in mare. [*QVEM TESTAMENTO.*] Ei Titio quem testamento pure instituit sibi hæredem Seius, codicillis à se Seio postea factis adscripsit cõditionem dictus Seius in dictis codicillis: & ita scripsit: Volo mihi esse hæredem Titium si det Gaio centum. nunquid si vult hæreditatem Titius, tenetur dare centum dicto Gaio? & dico quòd non. hæreditas enim nó potest adimi in codicillis: & dictus testator intelligitur cogitasse de ademptione hę- * *Flo; sed memoria. Halo. mem.*
reditatis in codicillis facienda si hæres non adimpleret dictam cõditionem in codicillis appositam. sicut autem non potest adimi hæreditas in codicillis, vt dictum est: ita nec dari. & hoc dicit tota lex. Viuianus.

h *Laudandus est.* est enim derisorium: vt.s. eo.conditiones. sic & aliàs voluntati testatoris non paretur: vt.j. ad Trebel.l. debitor. ibi, nam & eum &c. &.C. de his qui. vt indig.l. nõ oportet.&.j. de lega.j.l. seruo alieno.§. fi.&.s. de relig.& sum. fu.l. at si quis.§. at si quis.&.§. hæc actio.& C. de insti. & substi.l. reprehendenda. Azo. Item facit.s. de peri. & commo. rei vend.l.j. §. licet. Sed arg. contra.j. de condit. & demõ.l. Mætius. Sol. hic fauore religionis speciale. arg.s. de relig. & sum.fu.l. sunt personę. *Testatoris voluntati nõ semper parendũ est.*

i *Ne.* id est, an.

k *Mentis esset.* quod est verum, vt præsumatur nõ fuisse compos mentis nisi probetur contra.

l *Amoueri potest.* per scripturam probantẽ eum fuisse sanæ mentis. ex sermonibus enim præsumitur non sanæ mentis: hoc est, talis præsumitur, cuius verba gerit: vt hic, &.s. de tut. & cura. da. ab his.l.is qui.§.j.&.§. diuus. &.j. de lega.j.l. apud Iulianum.§. fi. &.l.iiij.§.j. sic & talis, cuius & gesta ducit: vt.j. de iniur.l. item apud.§. si quis virginẽ. quo non probato, institutio nulla est: vt.C. de testa.l. qui in potestate. & sic legitimus faciet controuersiam hæreditatis.& facit.C. qui testa. fa. pos.l.iij.&.C. de codicillis.l. nec codicillos. Item not. arg. quòd si quis vtatur re vt dominus, quòd præsumitur dominus, licet non sit: quia possideat. *Mens sana ex verbis probatur.*

m *Adscripsit conditionem.* sub. ei quem &c.

n *Dari.* directo: vt.s. eo.l. institutio. & instit. de codicillis.§. fi. &.C. de codicil.l.ij. nisi à milite: vt.j. titu.ij.l. quærebatur. &.l. militis. in princip.

o *Intelligitur.* sed an cum effectu est cogitatio? Respon. quidam sic, vt confiscetur: vt.C. de his qui. vt indig.l. hæreditas. Sed ibi expressim dixit eos indignos. Item pro eis.j. de leg.iij.l. cum quis decedens.§. Seiam. in fi. Sed ibi alij assignauit. Et eodẽ modo respon. ad.l.j. ad Treb.l. Scæuola. Itẽ pro eis.j. de his qui. vt indig. l. quidam. Sed ibi perfectum fuit secundum testamentum: hic codicillus. Sed Azo dicit, quod inuanum cogitauit: vt infra, de codicil.l. diuus. & instit. de codicil.§. fina. ibi, neque conditio &c. item pro eo.C. de testa.l. hac consultissima.§. si quis autem. sed

BIU Cujas

interpretari potest: vt.ſ.de teſt.l.hæredes.§.ij.

Si filius.] CASVS. Ego habens filiũ in poteſtate, & ex eo duos nepotes: inſtitui mihi hæredem dictum filium ſub conditione quæ erat in eius poteſtate: nam nec ſub alia conditione poteram eum inſtituere ad hoc vt valeat meũ teſtamẽtum: & dictos meos nepotes ei ſubſtitui, & poſtea deceſſi: & poſtea venit ad morte dictus meus filius antequã adimpleret dictã conditionẽ. quæritur, vtrũ dicti nepotes veniant ex ſubſtitutione filio in mortis articulo cõſtituto? & diſtinguitur inter poteſtatiuas cõditiones. nã aut fuit talis quæ non potuit impleri moriente filio: veluti ſi ad Alexandriã ierit filius, hæres eſto. & dictus filius Romę eſt in mortis articulo, quæ valde ab Alexandria diſtat. aut fuit talis poteſtatiua cõditio quę potuit impleri extremo momento vitæ: veluti ſi Titio.x. dederit filius, hæres eſto. quæ vltima poteſt adimpleri per aliũ nomine filij prædicti. primo caſu veniunt nepotes ex ſubſtitutione filio in mortis articulo conſtituto & adhuc viuo. nam cum certum ſit eo tempore filium Alexandriam ire non poſſe: ergo certum eſt eum non extiturum hæredem: & ſic veniũt ſubſtituti ad hæreditatem. ſi autem retento eodem caſu non habuiſſet aliquem ſubſtitutum filius, exiſteret mihi hæres legitimus ipſe idem filius in mortis articulo conſtitutus. & ad iſtum eundem caſum adduco tale ſimile: Titius inſtituit ſibi hæredem Seium ſi in capitoliũ aſcenderit. quòd ſi non aſcẽderit, legauit ei centum. poſtea dictus Seius fuit in mortis articulo conſtitutus antequam capitolium aſcenderet: & ita certum eſt eum aſcendere non poſſe capitolium, & ſic non poſſe eſſe hæredem. certe incipit cedere dies legati ſtatim cum cœpit eſſe Seius in mortis articulo. Secundo autem caſu, id eſt, quando filio meo quem inſtitui, appoſui conditionẽ poteſtatiuam quæ poterat adimpleri vltimo vitæ momento: non admittuntur ad hæreditatem nepotes prædicti filio ſubſtituti, viuo ipſo filio licet in mortis articulo conſtituto: qui quidem mei teſtatoris nepotes exiſterent mihi auo hęredes ab inteſtato mortuo dicto meo filio, ſi eos non ſubſtituiſſem eidẽ filio: nec eis nepotibus ab inteſtato mihi ſuccedentibus, vt proximè dictum eſt: filius prædictus iam mortuus poteſt obſtare quin mihi ſuccedant ab inteſtato: quia demũ poſt mortem eiuſdem mei filij deſtitutum eſt teſtamentum meum in quo eum inſtitui, vt dictum eſt. quaſi dicat: ſi deſtitutũ fuiſſet teſtamentum ante mortem filij, non obſtaret filius nepotibus ab inteſtato ſuccedere volentibus: ſicut in primo caſu dictum eſt: quando ſcilicet talis fuit conditio appoſita inſtitutioni filij, quæ vltimo vitæ momento adimpleri non poteſt. ſic nec in iſto caſu quem ſtatim ponam obſtat filius nepotibus: puta exhæredaui filium meum, & inſtitui mihi hæredes nepotes ex eo cum ipſe filius morietur. nam non poteſt hoc caſu obſtare nepotibus, cum ipſi veniant ex teſtamento ad hæreditatem meam aui demũ mortuo filio. & hoc dicit hæc lex. Viuianus.

a *Si filius.* Ad euidentiam not. duas regulas, ſcilicet quòd quandiu locus eſt ſucceſſioni ex teſtamento, non habet locum ab inteſtato. Item quandiu locus eſt inſtitutioni, non eſt locus ſubſtitutioni. & probantur iſtæ regulæ. j. de acquiren. hære. l. quandiu. & de regu. iur. l. quandiu. &. C. communia de ſucceſ. l. ante. H. Item not. quòd filius non poteſt ſub conditione inſtitui, niſi ſit poteſtatiua, ſub qua inſtitutus non facit patrem inteſtatum non parendo, ſi habeat cohæredem vel ſubſtitutum: aliàs ſic: vt.ſ.de hæred.inſtit.ſuus. circa princip. Item not. quòd poteſtatiua alia eſt quæ poteſt tunc impleri vltimo vitæ ſpiritu: vt dare decem: & tunc nec ſubſtitutus nec ab inteſtato aliquis venit niſi poſt mortem filij. alia quæ non poteſt tunc impleri vltimo vitæ ſpiritu: vt ſi aſcendat capitolium. & tunc ſubſtitutus admittitur etiam

SI filius[a] ſub conditione hæres erit, & nepotes[b] ex eo ſubſtituantur: cum non ſufficit ſub qualibet conditione filium hæredẽ inſtitui, [c] ſed ita demum teſtamentũ ratum eſt, ſi conditio fuit in filij poteſtate: conſideremus nũquid interſit quæ cõditio fuerit adſcripta: vtrũ quæ moriente filio impleri non potuit, veluti, *Si Alexandriam*[d] *ierit filius, hæres eſto:* iſque Romæ deceſſit. an verò quæ potuit etiam extremo vitæ momento impleri, veluti, *Si Titio decẽ dederit*[e] *filius [meus,] hæres eſto.* quæ conditio nomine filij per alium[f] impleri poteſt. Nam ſuperior quidem ſpecies conditionis[g] admittit viuo filio nepotes[h] ad hæreditatem: qui[i] ſi neminem ſubſtitutũ haberet dũ moritur,[k] legitimus patri hæres exiſteret.* Argumẽ toque eſt quod apud Seruium quoque relatum eſt. Quẽdam[l] enim refert ita hæredem inſtitutum, Si in capitolium aſcenderit: quòd ſi non aſcendiſſet, legatum ei datum: eumque antequam aſcenderet, mortẽ obiiſſe:[m] de quo reſpõdit Seruius cõditionem[n] morte[o] defeciſſe: ideoque moriente eo legati diẽ ceſſiſſe.[p] Altera verò ſpecies conditionis viuo filio[q] nõ admittit nepotes ad hæreditatem, qui ſubſtituti ſi nõ eſſent, [ab]inteſtato auo hæredes exiſterent.[r] neque enim[f] filius videretur obſtitiſſe, poſt cuius mortem patris teſtamentũ deſtituitur: quẽadmodum[t] ſi exhæredato eodem filio nepotes (cum filius moreretur) hæredes fuiſſent inſtituti.

A filio viuo. vel ſi ſubſtitutus non eſt, admittitur legitimus: & cum ipſe filius ſit legitimus, ipſe idem ſuccedit patri ab inteſtato in articulo mortis exiſtens.

b *Nepotes.* vel quilibet extraneus: vt.ſ. de hære. inſti. l. ſuus. H. immo caute dicit, nepotes: quia vt ſubſtituti vel vt legitimi admitterẽtur: vt.j. hac l.

c *Inſtitui.* aliàs, inſtituiſſe.

d *Alexandriam.* cum ipſe improprie ſit tempore teſtamenti inſtitutus: vt ſic ſit poteſtatiua. ſed alij dicunt hic poni exemplũ de mixta: vt. C. de inſtitu. & ſubſti. l. ſi pater. quod non placet.

e *Decem dederit.* cum dies ſit.

f *Per alium.* vt.ſ. de ſta. ho. l. Arethuſa. in fi. ſed ſuperior non.

g *Superior ſpecies conditionis.* ſi Alexãdriam ierit.

h *Filio nepotes.* ſubſtitutos. nam moriente inſtituto conſtat quòd ipſe non poteſt implere conditionem. ergo ea deficiente admittitur ſubſtitutus vel cohæres: aliàs ſi non haberet ſubſtitutum vel cohæredem, idem filius ſuccederet vt legitimus patri ab anteſtato defecta ei conditione in articulo mortis poſito: vt hic ſubiicit, & ſupra, de hæred. inſtitu. l. ſuus. §. fin. ſed an cum nepotes admittuntur, quærent patri morienti, vt hic habeant poſtea vt hæreditatem patris: an non, & ita habeant vt aui? argu. quòd non quærant. C. de bo. quæ libe. l. j. in fine. econtra quòd ſic, argu. infra, de acquiren. hæredi. l. placet.

i *Qui.* ſcilicet filius.

k *Moritur.* idem filius.

l *Quendam.* extraneum.

m *Mortem obiiſſe.* & ſic conditio eo viuente defeciſſet.

n *Conditionem.* inſtitutionis.

o *Morte.* ſuperueniente, in vita tamen.

p *Ceſſiſſe.* & ſic ad hæredem tranſit, quòd aliàs non fieret: vt. C. de cadu. tollen. §. ſin autem ſub conditione.

q *Viuo filio.* quia quamdiu ipſe viuit, poſsibile eſt conditionem impleri: & cum poſsit locus eſſe inſtituto, ceſſat ſubſtitutio. Item poſt mortem filij demum incipit eſſe certum cõditionem impleri non poſſe: & ſic admittuntur ſubſtituti: vel ſi nulli ſunt ſubſtituti, cum tunc certum ſit patremfami. deceſſiſſe inteſtatum, ſoli nepotes inueniuntur proximiores: & ſic ſuccedunt auo vt legitimi vt hic ſubiicit, & inſtit. de hære. ab inteſta. §. cum autem. Nec ob. in eo. tit. §. ita demum. vbi tempore mortis morientis inſpicitur quis tunc eſt proximior: quia illud nullo condito teſtaméto. quæ diſtinctio[a] probatur inſti. de leg. ag. ſuc. §. proximus.

r *Hæredes exiſterent.* vel ſub. auo non filio qui nunquam fuit hæres. ſed R. dicit ipſi filio qui ab inteſtato patri ſucceſsiſſet deficiente conditione inſti. cum nullum cohæredem vel ſubſtitutum haberet: vt ſupra, de hæredi. inſtit. l. ſuus. quod non placet, cum non ſit eo viuo conditio impleta: & ita nõ fuit hæres: & hoc ſtatim probatur, neque enim & cætera.

f *Neque enim.* bene dico quòd nepos ſuccedit auo ab inteſtato: quoniam filius qui non ſucceſsit, ille non impedit eos quin auo immediate ſuccedant.

t *Quemadmodum.* innuit quòd valeret teſtamentum in quo filius exhæredatus eſt, etiam poſt mortem ſuam, ſi demũ poſt mortem filij exhæredati deſtituatur teſtamentũ. & ſic eſt contra. ſ. de libe. & poſthu. l. ſi ita. §. fi. vbi ab initio non tenet. Sol. hic deſtituitur ab initio, vt & ibi: & ſimilitudo quæ ſit per verbum, quemadmodum, eſt vt deferatur: vt hic, &. ſ. ſed non in tempore: quia ſupra poſt mortem filij: hic eo viuo. Item non in hoc vt admittantur nepotes in vita: ſed ſuperiori ſic. vel hic habuit cohæredẽ nepos: ibi nõ: vt ibi no. Sed tunc quo modo deſeritur teſtamentum poſt mortem filij? Reſpon. vt ammodo non poſsit rumpi per querelam; & ſic admittũtur nepotes inſtituti. Vel dic quòd fuerit exhæredatus

redatus sub conditione potestatiua. ſ. ſi non dederit illi. x. & ſic optime conuenit cum prædictis. Sed tunc ob. ſ. de libe. & poſthu. l. iij. §. pure. ſed ibi prohibet ſub caſuali vel mixta. & in inſtitutione diſtinguitur. Vel dic, deſtituitur rupto teſtamento per querelã quando cohæredẽ habeat nepotem pure inſtitutum. & facit. ĵ. vnde lib. l. ſcripto.

DE IVRE deliberandi.

Hæredes inſtituti de quibus dictum eſt, delibe rant de adeunda hæreditate: ideo de hoc dicit.

Si ſeruus.] CASVS. Titius inſtituit ſibi hæredem Stichũ ſeruum meum. vult ſeruus tempus ad deliberãdum vtrum adeat hæreditatẽ, vel non. certe non debet ei dari. nam ſeruus pro nullo eſt: ſed debet mihi dari, ſi volo, qui ſũ domin⁹ eius. [*AIT PRAETOR.*] Ita dixit prætor: Si aliquis hęres inſtitut⁹ petet à me tempus ad deliberandum, ego dabo ei. poſtea dicit Vlpianus, cum dixit prætor, tẽpus dabo: nec adiecit quantũ tempus: oſtendit eſſe in poteſtate iudicis quantum tempus det: non tamen debet dare minus quàm centum dies. ſed & pluries poteſt dare tẽpus ad deliberandũ: veluti ſi primum tempus datum non ſufficit hæredi: ſed non debet dare vltra ſemel niſi ex magna & iuſta cauſa per hæredem probata. & iſtud eſt in fauorem & adiutorium creditorũ, ſcilicet quòd hęredibus præſtituatur tempus intra quod adeant. ſed & hęredibus debet ſubuenire prętor. ſ. iubendo creditoribus hę reditariis vt faciant hæredibus copiam inſtrumentorum ſuorum inſpiciendorum, vt exinde poſſint hæredes ſe inſtruere expediat eis agnoſcere hęreditatem, nécne. & hoc dicit vſque ad. l. Ariſto. §. j. Viuianus.

concor. in cũ gl. contra de tem. & loca. ſi- bus. l. ſi. ibi, & hoc tit. rale. & alo. &

DE IVRE DELIberandi.

TITVLVS VIII.

Seruo hæredi inſtituto non datur ius deliberandi, ſed domino ſuo. hoc dicit.

I. VLPIANVS libro ſexageſimo ad Edictum.

SI ſeruus fuerit hæres inſtitutus, vtiq; non ipſi [a] præſtituimus tempus ad deliberandum, ſed ei cuius ſeruus eſt: quia pro nullo iſti habẽtur apud prætorẽ. [b] Itémq; ſi plurium ſeruus ſit, vtiq; omnibus dominis præſtituemus. Ait prætor: *Si tempus ad deliberandum petet,* [c] *dabo.* Cũ dicit tẽpus, nec adiicit diem: ſine dubio oſtendit eſſe in ius dicentis poteſtate [d] quẽ diem [e] præſtituat. [f]

II. PAVLVS libro quinquageſimo ſeptimo ad Edictum.

ITaque [g] pauciores centum dierum non ſunt dandi.

III. VLPIANVS libro ſexageſimo ad Edictum.

NEcnon illud ſciẽdũ [eſt,] nonnunquam ſemel, nõnunquam ſæpius [h] diem ad deliberandum dandum eſſe: dum [modo] prætori ſuadeatur tempus quod primum aditus præſtituerat, non ſuffeciſſe:

IIII. IDEM libro ſexageſimo primo ad Edictum.

SEd hoc impetrari nõ debet niſi ex magna cauſa.

V. IDEM libro ſeptuageſimo ad Edictum.

ARiſto ſcribit non ſolũ creditoribus, ſed & hæredi inſtituto prętorem ſubuenire debere [i]: hísque [k] copiam inſtrumentorum [l] inſpiciendorũ facere, vt perinde iſtruere ſe poſſint expediet, nécne, agnoſcere hæreditatẽ. [m] Si maior ſit hæreditas, & deliberet hæres, & res ſint in hæreditate quæ ex tractu temporis deteriores fiant: adito prætore poteſt is qui deliberat, ſine præiudicio eas iuſtis pretiis vendere: qui poſſit etiam ea quæ nimium ſumptuoſa ſint, veluti iumenta aut venalitia, [n] item ea quæ mora deteriora fiant, vendere: quíque præterea curaturus ſit, vt ęs alienum quod ſub pœna vel ſub pretioſis pignoribus debeatur, ſoluatur.

VI. GAIVS libro viceſimo tertio ad Edictum Prouinciale.

IGitur [o] ſi quidem in hæreditate ſit vinum, oleum, frumẽtum, numerata pecunia: inde fieri debebunt impendia. ſi minus, à debitoribus hæreditariis exigẽda [eſt] pecunia. quòd ſi nulli ſint debitores, aut iudicem prouocent: venire [p] debent res ſuperuacuæ.

VII. VLPIANVS libro ſexageſimo ad Edictum.

AIt prætor: *Si pupilli pupillæ-* quenti. Viuianus.

A vt. C. eo. l. ſi. §. ſed quia. quæ eſt contra. Alij quòd illa corrigitur: ſed hodie hoc tempus eſt ſuperuacuum ſi fiat inuentarium: vt. C. eo. l. ſi. §. j. & inſtit. de hære. qua. & diff. §. pe. & facit. ſ. de eden. l. ſi quis ex argẽtariis. §. fi. & l. ſeq. & C. de dila. l. ij. & j. vt leg. no. ca. l. j. §. ſi ei cui. & ĵ. de lega. iij. l. xj. §. ſi quis decem. & C. ſi ſæpius in integ. reſt. po. l. j. & ĵ. de bo. auct. iudi. poſſ. l. fi. §. fi. & ſupra, de mino. l. ſi ex cauſa. §. fina. & l. ſequen.

Ariſto.] CASVS. in princi. huius. l. continuatur. l. j. ſupra, eo. [*SI MAIOR.*] Inſtitui mihi hæredem Titium in magna mea hæreditate, in qua erãt vinum, & oleum, & frumentum, & numerata pecunia, & iumenta ad vendendum: & erant etiam credita in hæreditate mea quæ debebam ſub pœna vel ſub pretioſis pignoribus: & poſtea deceſsi. & dict⁹ hæres deliberat. Nunquid pendente deliberatione poteſt ſine præiudicio ſuo vendere dictas res quæ ppter moram deteriores fururæ ſunt, vel nimium ſunt ſumptuoſæ? & dicitur quòd ſic. Item debet ſoluere dicta debita, & etiam facere ſibiipſi impendia ex dictis rebus ſumptuoſis, vel quæ tẽpore ſunt perituræ. ſi autem non ſint ibi res prædictæ: propter prędicta expedięda eſt exigendáq; pecunia à debitoribus hæreditariis. ſi autem non ſint in hęreditate debitores, vel ſunt, ſed ſoluere nolunt: debet prædictus hæres deliberans vendere res ſuperuacuas propter prędicta expedienda. h. d. cum. l. ſe-

i *Debere.* ſtatuendo diem adeundæ hæreditatis: vt infra, de cura. bo. dã. l. j. & de bo. auct. iu. poſſ. l. ſi ſeruus. & ſupra, de hære. inſtitu. l. ſi quis inſtituatur. §. j.

k *Hiſq;.* hæredi & creditoribus. ad quod infra, de acqui. hære. l. Ariſto. & de bo. auct. iu. poſſ. l. fi. ſed poſt additionem creditores non petunt inſtrumenta rei.

l *Inſtrumentorum.* hæreditariorum: vt. d. l. Ariſto. vel ſecundum quoſdam exiſtentiũ penes creditores hæreditarios: & facit quod no. ſ. de eden. l. j. §. edenda. & d. l. de bo. auct. iu. poſ. l. fi.

m *Si maior.* quàm ſint onera. vel id eſt, quia multæ res ſunt in ea. Accurſius.

n *Venalitia.* id eſt, ſerui venales. & facit. ĵ. de cura. bon. dã. l. j. & de ven. in poſſ. mit. l. prima. §. mulier. & ĵ. de acquiren. hære. l. pro hærede. §. ſeruos. & ſ. de petitio. hære. l. diuus. in princi. & l. ſi bonæ fidei poſſ. & ſupra, de procu. l. procurator totorũ. & infra, eod. l. ait prætor. & ſupra, de fer. l. ſolent.

o *IGitur.* facit ad hoc. C. de bo. quæ li. l. fina. §. vt autem. & C. de admini. tuto. l. lex. in fi. & l. ſeq.

p *Venire.* id eſt, vendi.

AIt prætor.] CASVS. Filium meum impuberem mihi hæredem inſtitui, & ei Titium tutorem dedi. datum eſt tutori nomine pupilli tempus ad deliberandum. numquid poteſt interim deminui de bonis hæreditariis per tutorem? & dicit prætor quòd vetabit interim deminutionem, niſi cauſa cognita & viri boni arbitratu fiat dicta deminutio. Vlpianus autem laudat illud quod dixit prætor: & vult ſimiliter dicere quid contineatur appella-

BIU Cujas

tione deminutionis per prætorem vetitæ.& certe per dicta verba,non solum impeditur alienatio rerum, verumetiam exercitiũ actionum hæreditariarũ.Item dicit dictus Vlpianus quæ sit causæ cognitio de qua prætor mentionem fecit.Et dicit, quòd si iusta causa sit deminuendi,debet permitti deminutio,puta causa funeris . Item permittit causa eorum quæ sine periculo non possunt præteriri : & vescendi gratia:& vt ædificia hereditaria sarciantur: & ne agri hæreditarij remaneant inculti : & vt restituatur creditori pecunia quæ ei debetur sub pœna vel pignore . quæcunque autem dictarum causarum interueniat, siue alia similis, debet cum permissu prætoris fieri deminutio , & non aliter. Viuianus.

[ũc]nomine postulabitur [a] *tempus ad deliberandum an expediat eum hæreditatem retinere, & hoc datum sit: si iusta causa esse videbitur, bona interea deminui, nisi si causa cognita boni viri arbitratu, vetabo.* Meritò prætor ipedit interim deminutionem, quamdiu nomine pupilli petitur tẽpus ad deliberandum. Quid sit autem, *deminui vetabo*, videamus . His verbis prętor non tantùm alienationem impedit, verumetiã actiones [b] exerceri nõ patitur. Est enim absurdum † ei, cui alienatio interdicitur, permitti actiones exercere.& ita Labeo scribit. In causæ autem cognitione hoc vertetur, an iusta causa sit vt deminuere prætor permittat.Ergo & funeris causa deminui permittet: item eorum quæ sine piaculo non possunt præteriri. Vescendi gratia æquè deminui permittet . Sed & vbi vrget,ex aliis quoq; causis permittere eũ oportet: [puta] vt ædificia sarciantur : ne agri inculti sint : si qua pecunia sub pœna debetur, vt restituatur,ne pignora distrahãtur.Ex aliis quoq; iustis causis prætor aditus deminutionẽ permittet. Neq; enim sine permissu [c] eius debet deminutio fieri.

† Cõcor. gl. 1. prope fi. versi. & dicit text. in c. edoceri. extra de rescrip. & gl. 1. in c. contingit . circa prin. extra de trãsact.

a *Postulabitur*.per prętorem.

b *Actiones exerceri*. sed in procuratore sęcus cui exercitium demandatur : nec tamen vendit:vt.ff.de procura.l. procurator totorum.& in tutore & curatore: vt.ff.de admini. tut.l.fin. Item in omni ecclesiastica persona : vt.C.de sacrosanct.ecclę.l.iubem[9]. Itẽ quod hic dicit,est verum nisi sint res periturę:vt.ff. eo.l.Aristo.§.j.cũ concor.& infra,hac.l.&.ff. de peti.hære.l.diuus.& infra, vt in poss.lega.l. si is cui.§.qui legatorũ. &.l.penulti.

c *Permissu*.sednonne aliàs vendit tutor sine iudice res quæ seruari non possunt : vt.C.de admini.tu.l.lex quæ.in fi?Respon. ibi erant pupilli: hic nõdum.Item quare de pupillo specialiter dicit in princi. huius.l. cum supra.l.j. generaliter dixerat?Respon.quòd sibi plus pmittitur:quia etiam causa vescendi:quod supra non erat.Item siue erat hæreditas maior, siue non: quod supra,in.l.Aristo.§.j.nõ erat.secundum Ir.

VIII. IDEM libro sexagesimo primo ad Edictum.

SI quis suus hæres postea q̃ se abstinuerit, tunc petat tẽpus ad deliberandũ: videamus

x *Desinit habere.* sic & simpliciter miles tantum dum est in numeris: vt. j. eo. l. ex eo. licet antea factum duret ibi postea per annũ: quod hic non est: vt. j. l. proxi. Item facit infra, de bono possess. ex testamen. mili. l. j. Sed argu. contra, in auth. de administ. §. penulti. vbi per decem dies ante desinit præses. ADDITIO. Dic secundum Bald. hic quòd hic loquitur de priuilegio: ibi de iurisdictione inter subditos exercenda. Et est ratio quare citius clauditur administratio: quia in fine officij officiales consueuerũt esse nimis gratiosi: vt not. C. vnde vi. l. meminerint.

BIU Cujas

militis loco haberi postquã successor eius in castra venit, ideo cõmuni iure ciuiũ Romanorũ codicilli eius æstimandi sunt.

¶Cum aliquis facto testamẽto militare cœperit:id quoq; testamentum quod ante,quàm militare cœpit,fecerat, aliquo casu intelligitur militiæ tempore factũ:veluti si tabulas inciderit,[a] & legerit testamentũ, ac rursus suo signo signauerit[b]:amplius si & aliquid interleuerit, perduxerit, adiecerit, emendauerit. Quòd si nihil horũ inciderit: testamentum eius ad priuilegia militum non pertinebit.[c]

XXI. AFRICANVS libro quarto Quæstionum.

QVod constitutum[d] est, vt testamentũ militię tẽpore factum, etiã intra annum post missionem[e] valeret: quantum ad verba eius[f] ad eos dũtaxat qui mitti[g] solẽt,id beneficiũ ꝓtinere existimauit.secũdũ quod, neq; præfectos, neq; tribunos, aut cęteros q̃ successorib⁹ acceptis militare[h] desinũt,hoc priuilegiũ habituros.

Testamentum militis filiifamilias non rumpitur minima vel media capitis deminutione.hoc dicit.

XXII. MARCIANVS libro quarto Institutionum.

MIles filiusfamiliàs si capite[i] minutus fuerit, vel[k] emancipatus,vel in adoptionẽ datus à patre suo:testamẽtũ ei⁹ valet,quasi ex noua volũtate[l].

XXIII. TERTYLLIANVS libro singulari de Castrensi Peculio.

IDem [est] & si paterfamiliàs miles de castrẽsibus reb⁹ dũtaxat[m] testatus,adrogandũ se dederit. Si verò missus[n] iã hoc fecerat[o]: nõ valet testamentũ.

Verba testamentorum militũ debent seriosè esse dicta de institutione hæredis, non iocosè aut cum quadam leuitate. hoc dicit.

XXIIII. FLORENTINVS libro decimo Institutionum.

DIuus Traian⁹ P Statilio Severo ita rescripsit: Id priuilegium quod militãtibus datum est[q], vt quoquo modo facta ab his testamenta,rata sint: sic itelligi debet, vt vtiq; prius cõstare[r] debeat testamentum factum esse:quod & sine scriptura & à non militantibus fieri potest. Si ergo miles de cũius bonis apud te quæritur,conuocatis[s] ad hoc hominibus vt voluntatem suã testaretur, ita locutus est,vt declararet quẽ vellet sibi esse hęredẽ,& cui libertatem tribuere:potest videri sine scripto hoc modo esse testatus:& voluntas eius rata habenda est. Cæterùm si (vt plerumq; sermonibus fieri solet) dixit alicui,*Ego te hæredẽ*[t] *facio.* aut, *bona mea tibi relinquo*. non oportet hoc pro testamento obseruari. Nec vllorum magis interest,quàm ipsorum,quibus id priuilegium datum est, eiusmodi exemplũ non admitti[u]: alioquin non difficulter post mortẽ alicuius militis testes existerẽt q̃ adfirmarẽt se audisse dicentẽ aliquẽ relinquere se bona[sua]cui visum sit:& per hoc iudicia vera subuerterentur.*

Qualitas iũcta verbo vel participio debet intelligi secundũ tempus verbi vel participii.hoc dicit ista solennis lex. Bartolus.

XXV. MARCELLVS libro singulari Responsorum.

TItius[x] prius quàm tribun⁹ legionis factus esset, testamentum fecerat[o] de militia,& sic iam paganus factus. Deinde militare cœpit, & in militia decessit manẽte eodẽ testamẽto. quæritur, vtrũ valeat iure militari? Et dicit ꝓ nõ: nisi dictus tribunus in militia existẽs declarauit aliquo modo se velle valere.per cõstitutiones enim prĩcipum nõ confirmãtur omnia testamẽta militũ,sed illa sola quæ fecerunt in militia.fecisse autẽ in militia dictum testamentum dictus tribunus videtur cum aliquo modo declarauit se velle valere testamentum quod ante fecerat,vt dictum est.Viuianus.

x *Titius.* paganus.nec ob.ff.eo.l.in fraudem.§.testamentum.

Eudem.

a *Inciderit.* scilicet incidendo filium vt aperiret & legeret.

b *Signauerit.* per quod probare videtur:vt supra quod iussu.l.j. §.sed & si serui.&.ff.quibus mo.pig.vel hypo.sol.l. Titius.§.fi.& j.de codicil.l.conficiuntur.§.si miles. Item facit.ff.de iusti.& iur. Iuius ciuile.&.ff.e.l.idemq;.in fin.&.ff.communia prædi.l.fin.

c *Non pertinebit.* vt & infra,eo.l. Titius. Nec obstat supra.e.l.in fraudem. §. testamentum. quia ibi miles non militans, hic paganus fuit testator.

Quod constitutum.] CASVS. Constitutum est.ff. eo.in fraudẽ.§.testamẽtũ.q̃d testamẽtũ à militę militiæ tẽpore factũ valeat etiã intra annũ à tẽpore quo miles qui fecit testamentum,missus est de militia.certe quantũ ad dicta verba constituti pertinet tantũ ad eos qui de militia mitti solent, & non ad illos qui desinunt militare sine missione.f.successoribus acceptis: sicut est præfectus & tribunus & alij q̃ sine missione desinũt militare: vt etiã.ff.l.proxi.in prĩ.

d *Quod constitutum.* vt instit.eo.§. & quod in castris.&.j. eo.l. quod dicit.& C.eo.l. ex testamento.

e *Post missionem.* cauſariam vel honestam. sunt enim multa genera:vt.j.de re milĩ.l.milites.§.missionum.

f *Eius.* constituti.

g *Mitti.* id est,remittũ solent.

h *Militare.* i. militiæ præesse. non enim erãt milites: vt.j.de bono. poss.ex testamen. mili. l.j.Sunt enim quidã ad pugnandũ inepti, sed ad disponendum apti: vt ff.ra, de capti.l.postliminium.§.fi. Secus ergo si isti essent commilitones. & facit.ff.eod. l.tribunus.in princi.& supra, quibus ex cau. maio.l.abesse.

Miles.] CASVS. Titius filiusfamilias in militia existens fecit testamentum:& postea durãte militia fuit à patre emancipatus.vel in adoptionẽ datus, & ita capite minutus:sicq; fuit ruptũ testamentũ suũ minima capitis deminutione interueniente:& postea durãte eadẽ militia dixit quoquo modo velle valere primũ testamentũ.certe valebit ex noua voluntate.Et idẽ esset si paterfami.miles de castrensibus dũtaxat testatus se dederit ad adrogandũ durãte militia. nã quãuis per adrogationẽ ruptũ sit dictũ testamentũ:tamẽ si militia durãte dicat quoquo modo q̃ velit valere, valebit ex noua voluntate.si nõ dedit se ad adrogandũ eo tẽpore quo erat iã de militia missus, & sic desierat esse miles:nõ valebit testamentũ ex noua volũtate:ruptũ enim est testamentum postquam militare desiit.h.d.cum.l.seq.Viuianus.

i *Si capite.* minima capitis deminutione,vt subiicit.si autẽ maxima,dic vt.ff.de iniusto testamen.l.si quis filio exhæredato.§.sed & si quis.si autem media:tunc vide glo.insti.de capi.demi.§.cum autem.quia ibi dicitur idem quod in minima capi.deminu.& hoc fuore militis.secus in priuatis.

k *Vel.* pro, id est.

l *Voluntate.* scilicet prima quoquo modo retineat voluntatem. ruptum enim fuerat minima capitis demi.vt instit. quibus mo.testa.infir.§.alio.&.§.non tantũ.& facit insti.eo.§.sed & si quis.

m *Idem est. Dumtaxat.* secus forte de aliis.

n *Missus.* i.remissus de militia.& sic iam paganus factus.

o *Hoc fecerat.* id est, dederat se ad adrogandũ: quia rũpitur postquã desiit militare.Ac.

Diuus Traian⁹.] CASVS. Datum est supra, eo.l.j.priuilegiũ militantibus, vt testaméta ab eis facta quoquo modo, sint rata & firma. modo pone q̃ quidã militans dixit alicui per ludũ, ego facio te hęredẽ.vel,relinquo tibi bona mea.nũquid habebit ille bona militis cui miles ita locutus est?Et videtur q̃ sic: quia verba sunt ita larga,quoquo modo facta testamenta à militibus,sint rata. dicitur tamẽ hic q̃ nõ debet pro testamento obseruari: alioquin priuilegiũ militum in eorũ læsionẽ retorquereti: quia post mortem alicuius militis de facili inuenirentur aliqui testes qui dicerẽt se audiuisse militem dicentem se relinquere bona sua ei de quo dicere vellent: & per hoc subuerterẽtur vera militum iudicia. sed hoc modo debent restringi dicta verba, quoquo modo &c. vt ad minus hoc faciat miles volens facere testamentũ.debet enim vocare quoscunq; testes vult, & debet eis dicere: ego vocaui vos ad hoc vt vltimã meã voluntatem tester coram vobis. & postea debet nominare coram eis hęredẽ, & seruũ cui vult dare libertatẽ,& ei dare:& tunc videbit sine scriptura testat⁹ esse:& erit rata ei⁹ volũtas.Vi.

*Flo.subuertuntur.

p *Diuus Traianus.* de verbo ad verbũ habes institu.eo.§.j.

q *Datum est.* vt supra,eo.l.j.

r *Constare.* legitimis probationibus:vt.j.eo.l.Lucius.

s *Conuocatis.* sic ergo debent esse rogati testes cum non est mortis angustia præpeditus.quod dic vt not.C.eo.l.milites.& facit.j. de leg.iij.l.Pamphilæ.Accursius.

Testes rogati in militis testamento quandoquæ requirũtur.

t *Hæredem.* non rogando testes:nec angustia mortis impeditus. & est sic.C.de testa.l.fina.

u *Non admitti.* sic.C.de rescin.vẽ.l.ratas.& insti.ad.l.Fal.in prĩ.

Titius.] CASVS. Titius paganꝰ fecit testamentũ pone nõ iure:& postea fuit factus tribunus legionis militũ: & existẽs in dicta militia decessit manẽte eodẽ testamẽto.quæritur, vtrũ valeat iure militari?Et dicit ꝓ nõ: nisi dictus tribunus in militia existẽs declarauit aliquo modo se velle valere.per cõstitutiones enim prĩcipum nõ confirmãtur omnia testamẽta militũ,sed illa sola quæ fecerunt in militia.fecisse autẽ in militia dictum testamentum dictus tribunus videtur cum aliquo modo declarauit se velle valere testamentum quod ante fecerat,vt dictum est.Viuianus.

x *Titius.* paganus.nec ob.ff.eo.l.in fraudem.§.testamentum.

Eudem.

BIU Cujas

a *Eodem.* testamento, id est, non facto alio.
b *Testamenta.* scilicet quælibet.
c *A militibus.* id est, in actu militiæ existentibus. & facit.ſ.eo. l.idémque.in fi.&.l.tribunus.in fi.& infra,de lega.iij.l.j.§.j.

Testamenta.] CASVS. Titius miles fecit testamentū in militia minº soléne, cum esset sui iuris: & postea honesta vel causaria missione fuit remissus domum: & mortuus est intra annum à tempore missionis. certe valet testamentū eius iure militari: secus autem si ignominiæ causa missus fuisset: quia tūc nō valeret. & quod dictum est in eo milite qui sui iuris erat tempore testamenti, idem in eo qui erat in potestate patris. Viuianus.

Flo. nihil si postea ab eo factum, dictum esse quòd valere vellet: &c.

d *Quòd.* id est, quia.
e *Eorum.* scilicet tātum. nam vnde debent puniri, non debét præmium reportare: vt.ſ. de nego gest.l.siue hęreditaria. & facit.ſ.e.l. quod constitutum. & infra.e.l.quod dicitur. in prin.&.§.j.

Præmiū reportare non debet quis vnde pœnā meretur.

f *Quòd hoc.* id est, quia hoc. Accursius.

Enturio.] CASVS. Ita fuit de facto quòd céturio cohortis militū fecit testamentum in quo instituit sibi hæredé Titium: & postea in eadé militia existens fecit testamentum secundum. in quo posthumos suos hęredes īstituit, nec eis substitutos dedit: quibus substitutis nó additis in secundo testaméto testatus est in eodem secundo testaméto se redirę superius testamentū. certe omnia alia quæ sunt in dicto secūdo testaméto, sunt irrita propter dictā testationem, nisi post dictam testatione confirmasset omnia quæ erāt in secundo testamento. Viuianus.

g *Quib⁹.* ſ. substitutis.
h *Testatus est.* fecerat enim primum testamētum, postea secundum, in quo instituit posthumos: & quędā reliquit ab eis. in fi. testaméti adiecit: redeo ad primū testamentum. vnde quæritur, an primo instituti debeant relicta à posthumis? Resp. non: quia omnia quæ in secūdo testamento scripta erant, videtur retractasse. & sic non ob.ï.e.l.militis.§.j. Vel dic, quod dixit in fine secundi testamenti, si postumi hęredes nó essent, redeo ad primū: nam & tūc irritatur secundū si posthumi nó sint hęredes: & sic nó debent perimi legata à posthumis: licet aliud sit in substitutis: vt.ï.de leg.j.l.licet Ac.

Totam hanc glossam deleri iubet Cuiac. in Papin. & additis, lege editis ex natis.

i *Catera.* nunc respon. & facit.ſ.de vulg.substi.l.ſi quis eum.

Vm filiusfamilias.] CASVS. Titius miles qui erat in potestate patris, decessit in militia, & filium suum impuberem qui erat in aui potestate, instituit sibi hæredem, & substituit ei Titium, & dedit ei tutorem Sempronium. modo quæritur, an valeat dicta substitutio? Et dicitur quòd sic: quia miles potest facere hæreditatis suæ quācunque substitutionem vult. prædicta autem tutoris datio non valuit, ideo quia non potuit dictus miles minuere per dationem tutoris ius potestatis quod habebat pater eiusdem militis in filium eiusdem militis. Viuianus.

A

k *Non valere.* vt & infra,eo.l.miles.§.nec tutorem.&.ſ.de testa. tute.l.ij.& de admi.tu.l.impuberi. Accursius.

l *Qualem velit.* etiam extraneum, nedum filium: & directo: vt C.e.l.in testamento.

Filiusfamilias miles potest filium impuberem instituere, & eidē substituere: nō tamen potest ei tutorem dare. hoc dicit.

m *Ius.* scilicet patriæ potestatis.
n *Non potest.* ad hoc C.eod.l.ſi Rufinus. & de statuis & imagi.l.& virtutum.

XXVIII. VLPIANVS libro trigesimo sexto ad Sabinum.

CVm filiusfamilias miles decessisset filio impubere hę rede instituto, eiq́ue substituisset in aui potestate manenti, tutoréque dedisset: diui fratres rescripserūt substitutionē quidem valere: tutoris autem dationem non valere[k]: quia hæreditati quidē suæ miles, qualem velit[l]*, substitutionem facere potest: verūtamen alienū ius[m] minuere non potest[n].

B

XXIX. MARCELLVS libro decimo Digestorum.

I à milite.] CASVS. Seius miles instituit sibi hæredem Titiū, & rogauit eum per fideicommissum vt hæreditatem suam restitueret Gaio. dictus Titius adiuit dictam hæreditatem sponte, & restituit Gaio non detracta quarta, sicut nec ſi detrahere potuit. certe transeunt hæreditariæ actiones in dictū Gaium fideicōmissarium. Secūdo dicit quòd miles in testamento suo non potest dare libertatem illi seruo cuius libertas impeditur per l.Aeliam Sentiam, vel per aliquā aliam. Tertio dicit quòd sicut in testamētis paganorum remittitur hæredib⁹ & legatariis & fideicommissariis cōditio iurisiurandi, & etiam turpis conditio: ita & in testamentis militum.

SI à milite scriptus hæres sua spōte adierit hæreditatem, & rogatus totā hæreditatē restituerit: ex Trebelliano transeunt actions[o]. ℣ Miles testamento suo manumittendo nihil efficit in eo cuius libertas lege Aelia Sentia[p] vel aliqua[q] impeditur. ℣ Edictum[r] prætoris, quo iusiurandū hæredibus instītutis legatariisq́ue remittitur, locum habet etiam in militum testamētis, sicut etiam in fideicommissis. Idémque [est] si turpis[s] esset conditio.

C

Patri manumissori filii militis præterito datur bo. pos. contra tabu. in bonis aduentitiis filii: non in castrensibus. hoc dicit cum l.seq.

℣ Patri eius qui in emācipatione ipse manumissor[t] extitisset, cōtra tabulas testamenti dandam bonorū possessionē partis debitæ[u] placet: exceptis his rebus quas in castris adquisisset: quarum liberam testamenti factionem habet.

D

XXX. PAVLVS libro septimo Quæstionum.

[PATRI EIVS.] Titius miles erat relaxatus à potestate patris, & habebat bona castrensia & aduentitia. fecit testamentū in militia existens, & instituit sibi hæredē Seium: & dictum suum patrem præteriit, & decessit. modo quæritur, an pater habeat contra tabulas contra testamentum militis prędicti? Et dicitur quòd sic quantum ad bona aduētitia: & nó quantum ad bona castrensia. nā in bonis castrensibus habet miles liberam testamenti factionem. & hoc dicit cum l.sequenti. Viuianus.

o *Transeunt actiones.* vt &.ï.ad Trebel.l.j.§.in filij. non tamen quartā retinet: vt ea.l.§.denique.nec ex militis. & sic quoad quędam habet locum Trebellianica, & quoad quædam non.
p *Aelia Sentia.* vt.C.eo.l.ſi Rufinus.
q *Vel aliqua.* scilicet lege, puta Flauia: vt infra, de manu.l.lege. & infra, qui & à qui.l.ij.
r *Edictum.* de quo fit mentio supra, de condit. instit.l.quæ sub conditione.
s *Si turpis.* vt habeatur pro non adiecta: vt in testamento pagani: vt supra, de condi.insti.l.conditiones.&.l.conditio.
t *Manumissor.* impropric. sic supra, de offic.proconsul.l.ij.
u *Debita.* quæ est tertia si est maior centenario, & liberos non habet. sic enim est in patrono: vt instit.de succeſſ. lib.§.cum vero. Idem ergo in patre: vt.ï.ſi à pa.quis fue.ma.l.j.in prin.& insti. quibus mod.ius pa.po.sol.§.præterea.in fi.§.

Nam.

a *Nam. Nō esse.* vt infra, si à pa. quis fue. ma. l. j. §. est & aliud. & infra, de bo. lib. l. etiam. §. patronus, nec querela inofficiosi testamenti: vt. C. de inoffic. testa. l. fi. & supra, de inoffic. testa. l. Papinianus. §. j. H.

Si miles.] CASVS. Miles Titio & Seio seruum suum legauit, & decessit dicto Seio deliberāte vtrum vellet habere legatum, vel nō: Titius suus collegatari[9] manumisit dictum seruum, & postea dict[9] Seius omisit legatū. nunquid valet libertas prædicta? Et dicas quòd sic. & est ratio: quia & si hęres seruum alicui legatū deliberante legatario manumisisset, & postea legatarius repudiasset: liber esset seruus prædictus. Viuianus.

b *Is.* scilicet Seius.

c *Liberandum.* id est, liberum: quia retro accreuisse videtur ei dominium: vt supra, ad. l. Aquil. quia retro.

d *Liber esset.* vt &. j. de ma. l. ij. &. j. de opti. leg. l. cum optio. & facit. ſ. si cer. pet. l. proinde. Accurſius.

Si secundum.] CASVS. Titi[9] miles instituit sibi hęredes Seium & Gaium sub aliqua honesta conditione, puta si nauis ex Asia venerit, in bonis paganis & castrensibus, & decessit: hęredes nolūt adire hęreditatē, & volunt habere sola bona castrensia. certe nō possunt hoc obtinere. Vi.

e *Probabilē volūtatem.* vt quia sub cōditione honesta eos instituit.

f *Hæredibus.* scilicet scriptis. R. & facit. ſ. de hęre. inſt. l. iij. §. si quis.

Si filiusfamilias.] CASVS. Titius filiusfami. miles iure militari fecit testamētum: & instituit sibi hæredem Seium, & eo existente adhuc in militia decessit pater eius, & natus est ei filius postea. certe rumpitur testamētum suum dictum adgnatione posthumi: nisi perseuerasset in ea voluntate vt vellet adhuc dictum testamentum valere. tunc enim bene valeret, quasi rursus fecisset testamentum. secus autem si natus fuisset ei militi filius post dictum testamentum, & ante mortem patris ipsius militis: quia tunc non rumpetur testamentum eius: quia dictus filius militi natus non est in potestate patris, sed aui. Sed nunquid eodem casu rumperet testamentum aui, si quod fecisset auus? Et dicitur quòd non. & est ratio: quia licet in potestate aui statim cum nascitur esse incipiat, tamen antecedit eum nepotem filius miles prædictus qui est eius pater. si ergo, vt dictum est, filiusfa. miles faciat testamentum, & posthumum prætereat per errorem: non autem ideo prætereat, quia velit eum esse exhæredem: deinde posthumus post mortem aui & viuo adhuc filio, id est, patre suo fuerit natus: omnino rumpet testamentum patris sui. potest tamen quandoque facere recōualescere testamentum suum dictus miles, & quandoque non. nam si adhuc eo militante nascatur ei dictus posthumus post mortē patris sui, deinde voluit dictum suum testamentum esse ratum, conualescet testamentum taliter ac si de nouo factum esset. si autem dicto milite iam pagano facto natus sit dictus posthumus, non conualescet testamentū, etiam si dicat quondā paganus miles ipsum conualescere velle. & hæc omnia vera sūt nato nepote mortuo auo. si autē viuo auo nascetur filius, non rumpet continuo testamentum patris: sed ita demū rumpet, si superuixerit auo viuo adhuc dicto suo patre. & est ratio quare tunc rumpit: quia nunc primū, id est, mortuo auo viuo patre suo adgnascitur hæres patri suo. quamuis autem in hoc casu cū superuiuit auo viuo patre suo, rumpat testamentū patris, vt dictū est: tamen aui testamentum nō rumpet. & hoc propter dictam rationem. ſ. quia pater suus miles antecedebat eum. Viuian[9].

g *Post mortem patris.* qui est au[9] quoad posthumū. secus si in vita: vt. j. proxi. §. Accur.

h *Aliud factum.* scilicet testamentum sola volūtate. nō quod hæc voluntas sit testamentum, sed perinde primum resuscitatur, ac si nunc fieret: vt. ſ. e. l. miles filius.

i *Militaret.* aliud si desiit militare: vt. j. ea. l. §. sed si quidē. & facit. j. eod. l. militis. §. ij. &. ſ. eo. l. idémque.

k *Auo.* quantum ad nascentem.

l *Antecederet eum filius.* vt inſtit. de exhære. libe. §. posthumi. & C. de posthu. l. j. &. iij.

m *Exhæredatum.* tūc enī secus: vt. ſ. eo. l. qui iure. &. C. eo. l. sicut.

n *Omnimodo rumpet illius testamentum.* an autem resurgat, statim distinguit.

o *Rumpetur.* testamētum patris.

p *Factum.* vt in principio huius legis.

q *Quod.* id est, quia. & ad hoc. ſ. de libe. & posthu. l. filius. §. j. & facit. j. de lega. j. l. penul. Accurſius.

r *Vt nunquam.* nam si auus primo moriatur, rumpit testamentum patris. & si pater præmoriatur, rumpit testamentum aui per legem Velleiam: vt supra, de iniuſt. testa. l. posthumorum. si autem ambo simul, & tunc neutrum: cum neuter sit præmortuus, & sic appareat secundi morientis ruptum. Sed quidam dicunt vtrūque rumpi: arg. infra, de reb. dub. l. qui duos. Sed ibi fauetur substituto, quia venit secundum voluntatem: hic autem præter voluntatem venit.

Eius militis.] CASVS. Titius miles fecit testamentū, & postea impatientia doloris, vel propter tædium vitæ se præcipitauit. nunquid valet testamentum eius? Et dicitur quod sic, & hæres ab eo institutus habebit bona sua. sed & si non fecisset testamentum, bona sua haberent venientes ab intestato, & nō fiscus.

[*SI MILITIA.*] Titius miles fuit de militia remissus: & intra annū missionis cœpit facere aliud testamentū, cum aliud in militia fecisset: nec perficere potuit secundū, morte præuētus. nūquid secundū non perfectū rūpet primum? Et distinguitur: aut primū erat factū iure militari, aut cōmuni. primo casu rumpet, secundo nō. secus autē si dictus Titius antequā remitteretur de militia, fecisset dicta testamenta: quia tūc siue fecit primū iure militari siue cōmuni, semper per secundū rumpetur, siue secundū fuit perfectum, siue non. militis enim testamentū sola perficitur voluntate.

Ex. Infort.

I. AM. NŌ ESSE.

NAm in bona castrensia nō esse[a] dandam contra tabulas filij militis bonorū possessionem, diuus Pius Antoninus rescripsit.

Seruus duobus legatus, vno legatario manumittēte efficitur liber: licet postea ambo legatarii legatum repudient. hoc dicit.

XXXI. MARCELLVS libro tertiodecimo Digestorum.

SI miles Titio & Seio seruū legauerit, & eū Titi[9] manumisisset deliberāte Seio, móxque is[b] legatum omisisset: liberandū[c] fore dico: quia & si hęres seruū alicui legatū interim manumisisset, deinde legatarius repudiasset, liber esset[d].

XXXII. MODESTINVS libro nono Regularum.

SI secundū probabilē volūtatē[e] militis hæreditas eius, non adeatur: nec res castrenses hæredibus[f] competunt.

Ista lex duos casus ponit per pulcherrimam rationem: & vnus est quando posthumus natus est milite existente in militia: secundus quādo nascitur post militiā. Bar.

XXXIII. TERTYLLIANVS libro singulari de Castrēsi Peculio.

SI filiusfamilias miles fecisset testamentum more militiæ, deinde post mortē patris[g] posthumus ei nasceretur: vtiq; rūpitur eius testamentū. Verùm si perseuerasset in ea voluntate, vt vellet adhuc illud testamentū valere: valiturū illud, quasi rursum aliud factū[h], si modo militaret[i] adhuc eo tēpore quo nasceretur illi posthumus. Sed si filiusfamilias miles fecisset testamētū, deinde postea viuo eo, & adhuc auo[k] quoq; superstite nasceretur ei posthumus, non rumpitur eius testamentū: quia cum id quod nasceretur, in potestatem eius non peruenisset, non videtur suus hæres adgnasci: ac ne auo quidē suo hūc nepotem posthumū, cum viuo filio nasceretur, suum hæredē protinus adgnasci, & ideo nec aui testamētū rumpi: quoniā licet in potestate aui ptinus esse inciperet, tamen antecederet eum filius[l]. Secūdum quæ, si filiusfamilias miles testamentum fecerit, & omiserit posthumū per errorem, non quòd volebat exhæredatum[m]: deinde posthumus post mortem aui, viuo adhuc filio, id est patre suo natus fuerit: omnimodo[n] rumpet illius testamentum. Sed si quidem pagano iam illo facto natus sit: nec conualescet ruptum. si verò militante adhuc natus fuerit, rūpetur[o]: deinde si voluerit ratū illud esse pater, conualescet sic, quasi denuo factū[p]. Sed & si viuo auo nascaē posthumus, hic non rumpet cōtinuo patris testamētū: si superuixerit post mortem aui viuo adhuc patre, rūpet: quod[q] nouus illi nnnc primum hęres adgnascitur: ita tamen, vt nunquā[r] possit duorū simul testamenta rūpere, & aui & patris.

XXXIIII. PAVLVS* libro quartodecimo Quæstionum.

EIus militis qui doloris impatiētia vel tædio vitæ mori maluit: testamentum valere, vel intestati bona ab his qui le-

aliis, Pa. pinianus

vnde sequitur quod ille miles qui plura scribit per varios dies, videtur sæpe facere testamentum. & hoc dicit cum.l.seq. Viuianus.

a *Rescripsit.* secus si conscientia criminis. & ad hoc supra, de iniusto testa.l.si quis filio exhæredato.§.proinde.&.C.qui testa. face.pos.l.ij.& infra, de bo.eorum qui ante sen.l.ij.&.iij.

b *Militia.* fecerat enī duo testamenta: quorū vnum fecit in militia: aliud intra annum missionis: & istud secundū non cōpleuit: rūpitur primum per secundū si primū fuit factum iure militari; aliàs non.

c *Tamen circa militē.* id est, circa eū qui adhuc militat.

d *Distinctio.* quę est facta circa eum qui desiit militare.

e *Quocunque modo.* siue communi, siue militari. Et not. hac.l. faci-

Priuilegiū facilius tollitur quàm ius commune. lius tolli priuilegium, quàm ius commune: vt in authen. de non alie. §. quia vero verisimile. in fine.

**Flo. quoque mil. testaměti est.*

f *Fecerit.* adhuc militans. R.

g *Nouissima.* licet nō sit solennitate cōmuni suffulta. R. & facit inst. quib. mo. testa. infir. §. ex eo. & supra, de iniusto testa. l. ij.

h *Miles. Imperfectum.* iure communi: sed perfectū iure speciali. Accursi⁹.

i *Sola.* vt. j. c. l. Luci⁹.

k *Quique.* s. miles.

l *Plura.* s. testamenta.

m *Sæpe &c.* vt. e. supra. l. quęrebatur. & facit. C. eod. l. milites. & quod ibi not.

Militis.] CASVS. Titius miles fecit testamentum, & instituit sibi hæredem Seium, & multa ab eo legata reliquit: & postea statim fecit codicillos: & in eis instituit sibi hæredem Gaium pro dimidia: & postea decesit. modo quæritur, an ille qui fuit institutus in codicillis, debeat habere dimidiam hæreditatis? Et dicitur quod sic. & aliam dimidiā debet habere Seius in testamento ex asse institutus: & prędicta legata à solo Seio in testamento data debent communiter solui per dictum Seium & Gaium. & non mireris si dictus Gaius in codicillis pro dimidia instituens habere debet dimidiā hæreditatis: quia militis codicillis ad testamentum factis, etiam hæreditas iure directo videtur dari: licet secus sit in codicillis pagani. [*MILES.*] Titius Miles instituit sibi hæredē Seium in bonis suis castrensibus, & Gaium in paganicis. & postea fecit secundū testamentū, & in eo instituit sibi hęredes Petrum & Martinū in dictis suis castrensibus bonis: & decesit postea. certe Petrus & Martinus erunt hæredes in castrensibus bonis, & nō Seius primo in eis institutus. & idem esset si in primo testaměto instituisset dictum Seium solum in castrensibus & paganicis bonis: & postea prędicto modo secundum testamentum fecisset. tantum enim videbitur abstulisse priori testamento, quantū contulit in secundo. [*MILES IN SVPREMIS.*] Titius miles habens vxorē prægnantem fecit in militia testamentū: & ignorans vxorem esse prægnantē, ventris in eodem testamento non habuit mentionem, & Seium sibi hæredem instituit: & decesit postea dictus miles. & postea fuit ei nata posthuma. nunquid rumpit testamentum prædictum? Et dicitur quod sic. vnde non debentur legata in eo relicta. sed si dictus Seius hæres soluisset aliqua de dictis legatis medio tempore inter mortem testatoris, & natiuitatem filiæ prædictæ, poterit reuocare ipsa dicta filia vtilibus actionibus, id est indebiti condictionibus eidē filiæ datis, & hoc propter improuisum casum natiuitatis dictæ filiæ datis, quæ rumpit testamentum. si autē aliquis

ge vocātur, vindicari diuus Hadrianus rescripsit[a].

Facilius tollitur quod valet iure speciali, quàm quod valet iure communi. Barto.

¶ Militia missus intra annū testamentū facere cœpit, neque perficere potuit. potest dici solutū ita esse testamētū quod in militia[b] fecit, si iure militiæ fuit scriptum: alioquin si valuit iure cōmuni, non esse iure rescissum. Nec tamē circa militem[c] eadē adhibebitur distinctio[d]. nam quocunque modo[e] testamentū fecerit[f], nouissima[g] voluntate rescindetur: quoniam voluntas quęque* militis testamentum est.

B

XXXV. IDEM libro nonodecimo Quæstionum.

Miles si testamentū imperfectum[h] relinquat: scriptura quę profertur, perfecti testamēti potestatē obtinet. nam militis testamentū sola[i] perficitur volūtate: quique[k] plura[l] per dies varios scribit, sæpe[m] facere testamentum videtur.

XXXVI. IDEM libro sexto Responsorum.

C

Militis codicillis ad testamentū[n] factis etiā hæreditas iure videtur dari[o]. Quare si partem dimidiam[p] hæreditatis codicillis dederit, testamento scriptus ex asse hæres partem dimidiam [hęreditatis] habebit: legata autem testamento data communiter[q] debentur. ¶ Miles, castrensium bonorum & non castrensium diuersis hæredibus institutis[r], postea[s] castrensium bonorum alios hæredes instituit. Prioribus tabulis tantū abstulisse videtur, quantum in posteriores contulerit: nec videtur mutare[t], & si prioribus tabulis vnus hæres scriptus fuisset. ¶ Miles in supremis ordinandis ignarus[u] vxorem esse prægnantem, ventris nō habuit mentionem. Post mortem patris filia nata, ruptum esse testamētum apparuit: neque legata deberi. Siqua verò medio tempore scriptus hæres legata soluisset: vtilibus[x] actionibus filiæ datis, ob improuisum casum esse reuocāda: nec institutum, cum[y] bonæ fidei possessor[z] fuerit, quod inde seruari non potuisset, præstare.* ¶ Veteranus moriens testamentum iure communi tempore militię factum, irritum esse voluit, & intestatus esse maluit. Hæredum institutiones ac substitutiones in eodem statu mansisse[a] plaab eis multa quibusdā legata reliquit: & dictis hæredibus substituit duos alios, & postea fuit de militia remissus, & veteranus effectus[y]. & in periculo mortis postea existens dixit quòd volebat irritū esse dictū testamentū: & quod intestat⁹ decedere volebat: & postea decesit. modo quæritur, an dictę institutiones & substitutiōes & legata pmaneāt in eodem statu: an vero annihilentur? Et respon. quod institutiones & substitutiones in eodē statu permanent nihilominus. legatarij autē legata petētes summoueri debent secundum ius cōmune exceptione doli mali. si autē dicti legatarij essent in possessione rerū eis legatarum, potior esset eorū causa. vnde hęredes ab eis repetere non possent. [*MILES IVRE.*] Titius miles in militia iure communi testamentum fecit: & postea in eadem militia existēs fecit secundum testamentū suum omnibus bonis suis iure militari. & postea fuit de militia domum remissus. & postea stetit domi per annum, & decesit: & sic non valuit secundum testamentum iure militari factum: vt. ff. eo. in fraudem. §. testamentum. nunquid vires primi testamenti per secundum rupti redintegrantur ex eo quod secundum rumpit primum, & est annihilatum ex eo quod testator decesit post annum missionis? Et dicitur quod non. Viuianus.

D

n *Ad testamentum.* id est, iuxta: vel id est, testamento confirmatis. aliàs, post. Accursius.

o *Dari.* & directo: vt. ff. eo. l. quærebatur. Nec obstat instit. de codicil. §. codicillos. quia ibi speciale.

p *Dimidiam.* & aliam dimidiam scriptus in codicillis. H.

q *Communiter.* ab vtroque, quamuis non sint repetita. cum enim ab instituto in assem decrescat emolumentum, decrescat & onus, sic supra, de vulg. substit. l. & si contra. & infra, de leg. iij. l. fi. §. fi. & infra, ad l. Falc. l. Plautius.

r *Institutis.* vno in vnis, alio in aliis: & hoc in primo testaměto.

s *Postea.* in secundo testamento.

t *Mutare.* id est, aliud esse: & si vnus &c. scilicet quàm si plures. vel dic primū testamentum, scilicet in aliis bonis. Nec obstat cōtra. ff. eo. l. quærebatur. Sol. vt ibi. & l. centurio. contra. Sol. vt ibi. Item aliud in priuato quam hic dicat: quia ex toto rumpitur primum: vt. j. ad Trebel. l. si quis priore. contra. Accursius.

u *Ignarus.* aliud si sciens: vt. C. eod. l. si cum. & l. sicut. & est ad hoc. ff. eo. l. si filius. in princ. &. §. ij.

x *Vtilibus actionibus.* & cōdictione indebiti, & cōdictione sine causa: vt. ff. de condic. indeb. l. j. &. ij. &. iij. &. iiij. &. v. Accursius.

y *Cum.* id est, quia. Accursius.

z *Bonæ fidei possessor.* vt. ff. de peti. hære. l. item veniūt. §. eos autē qui iustas &c. & huic bonæ fidei iustam causam prębuit testator.

a *Mansisse.* quia non sic mutari iure testamentū perfectū potuit: vt. C. de test. l. sancimus. &. ff. de testa. hæredes. §. si quis post. &. ff. eo. l. eius. §. fi. & inst. qui. mo. test. infir. §. ex e. Sed nōne vt indignus est hæres

est hæres qui voluntatem non habet: vt.C.de his qui. vt indig.l. hæreditas.& infra,de his qui.vt indi.cum quidam? Respō.in prima expresse dixit eos nō mereri:hic non.Item in alia fecit secundum testamentum,hic non: sed tantum noluit valere primum: & hoc in verbis.secus si in facto:vt quia tabulas inciderit:vt.j.si tabu.testa. nul.exta.l.j.§. si hæres. &.C.eo.l.nostram.quę sunt contra.

a *Secundum ius cōmune.*quod est vt nuda voluntate adimātur legata: vt infra, de adi.leg. l.iij.§.fi.&.l.& si transferam. &.l.ex parte. & infra,de lega.iij.l.si iure.Accursius.

b *Petentis.*scilicet legatarij, non quod hæres habeat ius retinendi,cum teneatur ex prima voluntate. vnde si soluat, repellitur repetens:vt subiicit,&.j.de excep.do.l.apud.§.præterea.& arg.in eo.tit.l. si procurator. Sed quo modo habet legatarius, cum fuit ademptum,licet hæres non repetat? Respon.aufertur vt indigno:arg.j.de his qui. vt indi.l.cum quidam.

c *Constabat.* alioquin secus: vt supra, eod.l. quærebatur.

d *Constitit.*sufficit ergo quod ex secūdo testamento hæres esse potuit,si intra annum decessisset:vt instit.quib. mod.test.infir.§.posteriore. &.ſ. de iniusto. test.l.iij.§.sed cōstāte.

Si duob⁹.] CASVS. Titius habebat libertum Stichum,qui libertus fuit fact⁹ miles: & existēs in militia fecit testamētum, in quo instituit sibi hæredes Seium & Gaium. & postea decessit dictus libertus miles.vnus ex dictis hęredibus omisit pro sua parte hęreditatem.nunquid coheres suus habebit totam hæreditatē iure accrescendi?Et dicitur quod non,immo pro dicta parte omissa videtur miles intestatus decessisse. miles enim pro parte potest testari. & pro parte intestatus decedere. & dictæ partis omissæ cōpetet Titio patrono bonorum possessio ab intestato. & hæc vera sunt,nisi probetur testatorem voluisse alterum hæredem totam habere hæreditatem altero omittente:quia tunc habebit alter totam, & patronus nihil.Viuianus.

e *Si duobus.* dic Titium institutū in castrensibus : Seium in paganicis,qui Seius repudiauit. nō accrescet Titio,sed patrono ab intestato:vt.j.de bo.lib.l.si filius.§.j.Nec obstat.ſ.eo.l.si certarū. §.quod si alterutra.quia hoc fauore patroni, qui repellitur in castrensibus a contra tabulas:vt.j.de bo.lib.l.iij.§.patronus.& ideo etiam in cæteris admittitur.Et eodem modo soluitur.C.de cadu. tollen.§.his ita. vbi præfertur cohæres legitimo in iure accrescēdi. Vel dic quod indistinctè hic instituit duos. Nec ob.ſ.eo.l.si certarum. quia ibi est ideo , quia non erat soluendo hæreditatis: & per hoc nullus ab intestato volebat: arg.ſ.de mino.& si sine.§. sed quod Papinianus.&.C.de necess.ser.l.fi.Sed tunc est cōtra dictam.l.C.de cadu.toll.Sed erit speciale in institutis à milite.& est ratio : quia & prius potuit pro parte testatus decedere , quod est secus in priuato : ideo accrescit potius quàm detur legitimo.vnde legatariis non accrescit inuitis : vt.C.de cadu.toll.§.vbi autē. quia non redditur pro parte intestatus.Accursius.

f *Defuncti.*scilicet miles.

g *Bonorum possessio.* vnde legitimi : vt.j.vnde legi.l.ij.§.j.& facit.C.eo.l.j.&.ij.Accursius.

Quod dicitur.] CASVS. Titius miles fecit testamentum iure militari: & filium suum sibi hæredē instituit,& ei Seium substituit. & postea fuit missus de militia: & intra annum missionis decessit: & filius suus prædictus decessit post annum . nunquid substitutus habebit hæreditatem? Et videtur quod nō: quia substitutio non habuit locum nisi post annum missionis. Respō. tamen quod sic. & est ratio : quia sufficit testatorem mortuum esse intra annum missionis ad hoc vt valeat testamentum , etiam si post annū conditio institutionis vel substitutionis extiterit. [MILES TESTAMENTVM.] Titius miles fecit in militia testamentum , & postea fuit remissus domum ex honesta causa.& postea fuit in alia militia missus. & postea decessit in militia secunda existens. quæritur,an testamētū quod fecit in prima militia, valeat?& distinguitur, aut fecit testamentū iure communi , aut iure militari.primo casu valet sine dubio dictū testamentum:secūdo casu distinguitur, vtrum fuit testator adsumptus ad secundam militiam intra annum à tempore missionis primę militiæ , an post annum. primo casu valet testamentum.secundo casu videtur quod non valeat : quia secunda militia est alia à prima. Sed certe humanius est dicere vt valeat testamentum quasi coniuncto munere militię primæ & secundæ. sed si in hoc secūdo casu existens in secunda militia dixisset se velle valere testamentū factum in prima militia: tunc nullum dubiū esset quin valeret testamentum. videtur enim fecisse in secunda militia testamentum.& si paganus fecisset non iure testamentum,& postea factus miles dixisset se velle illud valere: hoc casu valet iure militari:vt supra,eo. l.idémque.Viuianus.

h *Missus est.* honeste vel causariè. alioquin secus : vt.ſ.eo.l.testamenta.ad hoc.C.eo.l.ex testamento. &.ſ.de inoffi. testa.l.Papinianus.§.si quis in militia.& institu. eo.§.sed hactenus.&.ſ.eo. quod constitutum. &.j.§.j.& ar. C.de testamentar. ma.l.j.& qui po.in pigno.ha.l.potior. Azo.

i *Non ignominiæ.*in lib.R.deest nō.& sic legebat,in misso ignominiosę. in alio indubitanter loquitur.ſ.quod honeste mittitur. non dico causariè : quia ille nō debet iterum cingi[a], vt.C.de re mi.l.vj.lib.xij.& est pro.R.exemplum pagani:vt in fi.huius.l.

k *Cinctus est.* non sine Augusti affatibus : vt.C.de diuer. offic. l.ij.lib.xij.

l *Militia.* scilicet prima.

m *Quando adsumptus.* i. quāto tempore currente postquam &c.

n *Adsumptus.* ad secundam militiam.

o *In numeris.* primæ militiæ.

p *Valeret.* scilicet si ignominia missionis nō obstaret.ignominiosè quippe missorum militaria testamenta statim infirmantur, etiam non transgresso anno: vt.C.eo.ex testamento.R.

q *Testari.* id est,testamentum valere dico: vt arg.ſ.de excu. tuto.l.penul.in prin.& arg.j.de iure fisci.l.finali.

r *Quasi coniuncto.*vt sic ab initio potius de militia ad aliam trāslatus per interpretationē videatur,quam missus ignominiosè iterum cinctus censeatur.R.ad quod.j.de bo.pos.ex testa.mili.l.j.

s *Militiæ.* primæ & secundæ.

t *Voluit.* expresse.

u *Adsumptus.* ad secundam militiam.

[a] *Ista glo. est multum not. ad hoc quod doctor degradatus vel priuatus doctoratu non potest iterum fieri doctor. de quo not. in. l. 2. & ibi gl. C.de cing. mil.*

BIU Cujas

a *Cœpit.* vt supra,eo.l.idémque erit.in fi.

SI filiusfa.] CASVS. Titius filiusfa. miles fecit in militia testamentum iure militari, & postea fuit captus ab hostibus: & sic fuit ruptum testamentum suum: & postea ibi decesit.certe reconualescit per mortem suam testamentum suum: & hoc ex lege Cornelia, quæ fingit eum mortuũ fuisse prima captiuitatis hora. Sed pone quod pater dicti militis capti decesit prius in ciuitate sua,quã decederet ipse miles apud hostes, relicto nepote in ciuitate ex dicto milite nato post captiuitatem eiusdẽ militis sui patris: & postea decedat apud hostes dictus miles,qui vt dictũ est,fecerat testamentũ in militia ante captiuitatem. nunquid per agnationẽ dicti filij ipsius militis rumpetur testamentum patris eiusdem militis? Et videtur ꝙ sic,quia natus fuit dict[o] filius viuo patre suo milite,& remãsit post mortem aui viuente patre suo: licet apud hostes esset pater suus: vt.ſ.eo.filiusfa.§. fi. Dicitur tamẽ hic ꝙ non rũpitur testamentum: quia sicut dictum est,ex quo dictus miles decesit apud hostes,videtur p.l.Corn. prædictã decesisse eo tẽpore quo captus est,& sic ante annum: quo casu certum est quod non rumpitur testamentum patris: vt.d.l.filiusfa.§.j.Viuianus.

** Flo. præscriberetur*

ti fecit testamentum, exemplo eius qui paganus fecit, deinde militare cœpit[c].

XXXIX. IDEM libro nono Quæstionum.

SI filiusfamiliàs miles capt[v], apud hostes decesserit: dicemus legem Corneliam etiam ad eius testamentum pertinere[b]. Sed quęramus,si pater eius prius[c] in ciuitate decesserit relicto nepote[d] ex filio,an similiter testamentum patris[e] rumpatur? Et dicendũ est non rumpi testamentũ:quia ex eo tempore quo captus est, videtur decesisse[f].

XL. IDEM libro vndecimo Responsorum.

LVcius Titi[v] miles notario suo testamentũ scribendũ notis,dictauit: & antequã literis perscriberetur*, vita defunctus est.quęro,an hæc dictatio valere possit? Respondi, militibus quoquo modo velint, & quo[quo]modo possunt, testamentũ facere concessum esse[g]: ita tamen, vt hoc ita subsecutũ esse, legitimis probationibus[h] ostendatur. ℣Idem respondit, ex testamento eius qui iure militari testatus esset,seruum, qui licet sub conditione, legatum meruit, etiam libertatem posse sibi vindicare[i]. ℣Item respondit, Lucius Titius miles testamentum ita fecit:*Pamphila serua mea ex asse mihi hæres esto*. alio deinde capite Sempronio cõmilitoni suo eandem Pamphilam reliquit: cuius fidei commisit, vt eam manumitteret. Quæro, an hæres esset Pamphila, atq; si directò accepisset libertatem? Respõdi, intelligendum militem, qui ancillam suam hæredem instituerat, ignorasse[k] posse ex ea institutione etiã libertatem ei competere,& ideo sine causa postea[l] à commilitone petisse, vt eandẽ manumitteret.[Igitur]cũ ex priore scriptura libera& hęres effecta est, postea nullo præiudicio volũtati facto, frustra legata est.

XLI. TRYPHONINVS libro octauodecimo Disputationum.

MIles ita hæredem scribere potest: *Quoad vixit Titius.* & quando instituit, ex tempore hæreditas defertur venientibus ab intestato antequam dies veniat quo admittatur institutus. & ita illud quod militi licitum est in bonorum suorum portione,scilicet vt pro parte possit decedere testatus,& pro alia intestatus: competit ei ex eodem militari priuilegio, etiam in spatio temporis, licet sit non modicum spatium, scilicet vt pro parte temporis inueniatur testatus, & pro parte non. [MVLIER IN QVA] Hic.§.ponit duos casus in quibus miles communi iure vtitur. Primus est,quia nõ potest in testamento suo aliquid relinquere mulieri, in quam turpis suspitio cadere potest, puta adulterij cum ipso milite cõmissi. Secundus est, quia non potest ei dare tutorẽ miles qui est in aliena potestate. [SI MILES.] Titius miles fecit testamentũ:& instituit sibi hæredẽ Seium:& filium suum exhæredauit:vel sciens eum filiũ suum esse,silentio eũ præteriit:quod in milite pro exhæredatione habetur:& eidem filio substituit Gaium: & substituto ampla legata de suo reliquit: & ab eo substituto reliquit aliis legata. & postea decesit dictus miles testator. modo quæritur,an valeãt legata quæ à dicto substituto reliquit? Et dicitur quod non. quamuis enim ampla legata de suo reliquerit substituto,vt dictum est,tamen non instituit eum in aliqua parte suorum bonorũ: vnde non est mirum,si non potest ab eo legata relinquere. non enim reliquit ab eo legata tanquam à legatario, quæ quidem valerent: sed tanquam à substituto filij. exhæredato ergo, vt ex prædictis patet, miles substituere potest: emancipato etiam potest substituere:quamuis paganus non possit substituere filio suo impuberi emancipato.& cum substituit miles filio emancipato: habebit locum substitutio tantum in his bonis quæ ab ipso milite peruenerunt ad eũ filium cui substituit: non etiam in his quæ habuit filius tempore substitutionis, vel postea acquisiuit.nam & si substituisset filio suo viuo adhuc auo post acquisitam filio militis aui hæreditatem,nemo dicat ad substitutum pertinere. & hæc omnia vera sunt si habes §.ibi, exhæredato miles &c. si autem habeas ibi.§.miles & emancipato &c. erit ille.§. separatus ab ipso.§. si miles exhæredauerit &c. & huius.§.si miles. aliquantulum diuersificabitur casus ab eo quod dixi: erit tamen planus. [SI MILITIS.] Titius miles fecit testamentum in militia: & instituit sibi hæredem Seium: & filium

b *Pertinere.* vt supra,de testa.l.lege Cornelia.Accursius.

c *Prius.* quam filius scilicet, sed tamen post captiuitatem filij.

d *Nepote.* nato post captiuitatẽ filij,id est sui patris.Azo. Idem si ante captiuitatem, sed post restitutionem: vt.ſ.eo.l.si filius.§. sed si viuo.si vero tempore testamenti natus, dic vt.ſ.de liber. & posthu.l.filius.§.filius.Accursius.

e *An similiter testamentum patris.* id est, huius captiui qui pater est nepotis: sic rumpitur testamentum aui per nepotem,qui fingitur locum filij tenuisse viuente auo:vt.ſ.de lib.& posthu.l.si quis posthumos.§.si filium. ibi,diuersumque &c.

f *Decesisse.* & ita eo tempore quo filium suum in potestate habebat,id est, viuente auo vnde nepos eius testamentum non irritat:vt supra,eo.l.si filius.§.j.

g *Concessum esse.*cõtra.j.de bono.possess.l.sed cum patrono.§.fi. Sol.hoc est priuilegium militis. Accursius.

h *Probationibus.* Not.cõmunem probationẽ in testamẽto militis fore necessariam.i.ad minus duorũ testium: quia pluralis &c. vt.ſ.de test.l.vbi.& dic vt no.C.e.l.milites. & facit.ſ.eo.l.ditum.

i *Vindicare.* contra.C.de necess.ser.l.quidẽ.§.illo.& de fideic. l.ex fideicommisso. Sol.hic speciale in milite: quia magis præsumitur liberalis:vt.C.e. l.ex his.& in authen.vt lib.decæ.§.si quis autẽ.

k *Ignorasse.* nõ mirũ: quia adhuc nõ erat lex quę hoc dicit.C.de necess.ser.l.quidem.videtur ergo legare: vt sic manumissa accipiat hæreditatem:sed erat speciale vt directo sit libera & hæres,cum & per legatũ ei relictũ idem contingat: vt.ſ.proni. respon.Accursius.

l *Postea.* dic, frustra est postea legata libertas nullo &c. cũ & idẽ habeat per propriã voluntatem.

Miles ita.] CASVS. Ita potest miles hæredẽ sibi scribere: Titi[v]s sit mihi hæres donec viuet:& post mortẽ eius Titij Septitius sit mihi hęres.frustrem scribat miles, Titius vsque ad annos.x. hæres esto.& à.x.anno in antea nõ scripserit aliquem hæredem vsque ad.x.erit testatus,& abinde in antea intestat[v], ex prędictis patet quod miles potest instituere hęredem ex certo tempore, & ad certũ tempus. & quando instituit, ex tempore hæreditas defertur venientibus ab intestato antequam dies veniat quo admittatur institutus. & ita illud quod militi licitum est in bonorum suorum portione,scilicet vt pro parte possit decedere testatus,& pro alia intestatus: competit ei ex eodem militari priuilegio, etiam in spatio temporis, licet sit non modicum spatium, scilicet vt pro parte temporis inueniatur testatus, & pro parte non. [MVLIER IN QVA] Hic.§.ponit duos casus in quibus miles communi iure vtitur. Primus est,quia nõ potest in testamento suo aliquid relinquere mulieri, in quam turpis suspitio cadere potest, puta adulterij cum ipso milite cõmissi. Secundus est, quia non potest ei dare tutorẽ miles qui est in aliena potestate. [SI MILES.] Titius miles fecit testamentũ:& instituit sibi hæredẽ Seium:& filium suum exhæredauit:vel sciens eum filiũ suum esse,silentio eũ præteriit:quod in milite pro exhæredatione habetur:& eidem filio substituit Gaium: & substituto ampla legata de suo reliquit: & ab eo substituto reliquit aliis legata. & postea decesit dictus miles testator. modo quæritur,an valeãt legata quæ à dicto substituto reliquit? Et dicitur quod non. quamuis enim ampla legata de suo reliquerit substituto,vt dictum est,tamen non instituit eum in aliqua parte suorum bonorũ: vnde non est mirum,si non potest ab eo legata relinquere. non enim reliquit ab eo legata tanquam à legatario, quæ quidem valerent: sed tanquam à substituto filij. exhæredato ergo, vt ex prædictis patet, miles substituere potest: emancipato etiam potest substituere:quamuis paganus non possit substituere filio suo impuberi emancipato.& cum substituit miles filio emancipato: habebit locum substitutio tantum in his bonis quæ ab ipso milite peruenerunt ad eũ filium cui substituit: non etiam in his quæ habuit filius tempore substitutionis, vel postea acquisiuit.nam & si substituisset filio suo viuo adhuc auo post acquisitam filio militis aui hæreditatem,nemo dicat ad substitutum pertinere. & hæc omnia vera sunt si habes §.ibi, exhæredato miles &c. si autem habeas ibi.§.miles & emancipato &c. erit ille.§. separatus ab ipso.§. si miles exhæredauerit &c. & huius.§.si miles. aliquantulum diuersificabitur casus ab eo quod dixi: erit tamen planus. [SI MILITIS.] Titius miles fecit testamentum in militia: & instituit sibi hæredem Seium: & filium

BIU Cujas

filium suũ impuberem exheredauit: & eidẽ filio substituit Gaium pupillariter. quę substitutio valet: vt. ff. & postea decessit dictus miles: & Seius nõ adiuit hæreditatem suam. & postea dictus filius militis decessit in pupillari ætate. nunquid Gaius veniet ex substitutione ad hæreditatẽ impuberis? Et videtur quod non: quia ex quo nõ est adita hæreditas ex principali testamẽto, perinde est ac si non esset factũ principale testamẽtũ. ergo non videtur q̃ valeat accessoriũ, id est pupillare: vt. ff. de vulg. substit. l. ij. §. adeo. Dicitur tamen hic quod veniet substitut[a] ex priuilegio testatoris militis. nã & si sibi penitus nõ fecisset testamentũ, valeret tamẽ substitutio. Viui.

a *Esto.* scilicet Titius. Azo.

b *Ex certo tẽpore.* hoc non dixit hic: sed aliàs in suis liberis. nã primũ exemplũ legis diem habet incertũ: vt. j. de cõdit. & demonst. l. j. Vel dic etiam contra illum esse certum: quia certũ est extiturum: vt in authen. de hære. & Fal. §. his omnibus. coll. j.

c *Intestati hæreditas.* in priuato secus: quia die sublato parẽ essent hæredes: vt. ff. de hære. instit. l. hæreditas. Accur.

d *Ei licet.* vt pro parte posset decedere testatus, pro parte intestatus: vt. ff. eo. l. si miles vnum. hoc in spatio tẽporis competit, licet sit tempus non modicum ex eo priuilegio, post quod debet esse hæres. & est sic quod tempus sicut summa, est pars rei. ff. de eden. l. j. §. diẽ autem. & in tẽpore est plus & minus, vt in re: vt instit. de actio. ff. plus autem. & hęc erit ratio quare priuatus nõ posset ex tẽpore hæredem instituere: quia sicut est in rebus, sic fit ex tempore. Accursius.

e *Cadere potest.* quia eam cognouit: vt infra, de iis qui. vt indig. l. mulierem. & facit. C. de dona. inter virum & vxo. l. ij. in alio fetus: vt infra, de dona. l. affectionis. Item hoc nisi tempore mortis[a] bonæ opinionis erat absque suspitione: vt supra, eod. l. neque. §. ij. & non suspitio. sic. C. de codicil. l. quamuis. & C. de iudic. l. apertissimi. Accursius.

f *Nec tutorem.* ad hoc. ff. eo. l. cũ filius. cũ suis cõcordãtiis. Hug.

g *Sciens.* sic. C. eo. l. sicut. & l. si cum.

h *Ei.* scilicet exhæredato: vt. C. de leg. l. cum quidã. idem si ipsi substituto, secundum quosdam. & dic vt ibi.

i *Emancipato.* eodem filio. aliàs si esset in potestate filius, etiam paganus posset: & sic non esset priuilegium militis.

k *Substituere.* directò: vt. C. eo. l. in testamẽto. in fine. Accursius.

l *Hoc ius.* quod dixi in emancipato. & sic non ob. instit. de pup. sub. §. non solum. & ff. de vulg. & pup. l. sed si plures. §. ad substitutos. vbi etiam res pupilli in substitutionem veniunt. & facit. ff. eo. l. milites etiam. & C. de impub. & aliis sub. l. precibus. in fine. & supra, de vulga. sub. l. centurio. in fine.

m *Permittitur militi.* vt & supra, eo. l. in fraudem. §. item tam sibi. in pagano secus: vt supra, de vulg. substi. l. ij. §. quisquis.

Ex eo tempore.] CASVS. Titius fuit electus tyro: & fuit ei præceptum quod iret ad standũ cum aliis militibus qui erant in quodam castro pro imperatore: & qui erant ibi scripti in numeris eorum & in matricula: & fuerunt ei dati nummi pro expensis in itinere faciendis. & postea ipse cœpit iter: & venit ei periculum mortis antequam esset in dicto castro, & in dictis numeris redactus. nunquid potest iure militari testamentum facere? Et dicitur quòd non potest: quia ex eo tempore iure militari potest quis testari, ex quo in numeros relatus est, & non ante. Viuianus.

n *Relatus est.* vel iussus cingi: vt. j. l. proxi.

o *Lecti.* electio ergo non tribuit ius electo: sic nec electi[a] successor facit desinere prędecessorem. vt in authen. de admini. §. fin. Item nec sola electione filij ad dignitatẽ fit sui iuris: vt in auth. vt cõsti. quę de di. §. fi. Nec imperator est, nisi suscepta infula: vt. C. de quad. præs. l. j. in fin. Nec tribun[a], nisi accepto cingulo: vt. C. e. l. tribun[a]. Nec miles, nisi sit in numero scriptus: vt hic. Nec magister: vt. ff. de exc. tu. l. si duas. §. minuere. Nec pistor: vt. ff. de excu. tut. l. fi. Sed arg. cõtra insti. quibus mo. ius pa. po. sol. §. filius. & in authen. de defen. ciui. §. & si eadem. & C. de dec. l. fi. li. x. & j. de bo. pos. ex test. mili. l. vnica. §. fina. Solu. vt ibi.

Flo. militem non *Imperator nõ dicitur, pta infula.*

ADDITIO. Dic quod ibi loquitur in casibus specialib[a], in quibus ex sola electione cũ acceptione secuta quis cõsequitur dignitatẽ: sed hic loquitur in dignitatibus minoribus, in quibus electus quis non potest cõsequi dignitatem: vt no. in authẽ. de arb. §. illud. colla. vj. & in authen. constit. quę de dig. §. j. colla. vj. cum concor. secundum Barto. hic.

† *Vide quæ ad intellectum huius capitis scribit Viglius in commẽ. ad. §. sed & si quis. de milit. testa. Instit. lib. 2.*

p *Iter faciant.* arg. cõtra, supra, qui. ex cau.

---

an substitutio quã pupillo fecit, valeat, quæritur? Et consequens erit hoc dicere: quia permittitur militi [m] *, filio facere testamentum, quamuis sibi non fecerit.

Non à tempore electionis, sed ex eo tempore quo scriptus est in matricula militum, incipit quis priuilegio militari vti. Bar.

XLII. VLPIANVS libro quadragesimo quinto ad Edictum.

B EX eo tẽpore quis iure militari incipit posse testari, ex quo in numeros relat[a] est[n], ante non. Proinde qui nõdum in numeris sunt, licet etiam lecti [o] tirones sint, & publicis expensis iter faciant[p], nondũ [tamen] milites sunt. debent enim in numeros referri[q].

Habetur pro facto quod de proximo est fiendum. Bartolus.

XLIII. PAPINIANVS libro sexto Responsorum.

FIliusfamiliàs equestri[r] militia exornatus, & in comitatu principũ retẽtus, cingi cõfestim[s] iussus, testamentũ de castrensi peculio facere potest[t].

C XLIIII. VLPIANVS libro quadragesimo quinto ad Edictũ.

REscripta principũ ostendunt omnes omnino qui eius sunt gradus, vt iure militari testari non possint[t], si in hostico [u] deprehendantur, & illic decedãt: quo modo velint, & quo modo possint testari: siue præses [x] sit prouinciæ, siue quis alius qui iure militari testari non potest.

---

m *Permittitur militi.* vt & supra, eo. l. in fraudem. §. item tam sibi. in pagano secus: vt supra, de vulg. substi. l. ij. §. quisquis.

q *In numeros referri.* item stigma, hoc est nota publica, brachiis eorum debet infigi: vt. C. de fabricen. l. stigmata. & alia quæ no. supra, ex quibus cau. maio. l. pe. Accursius.

D *Filiusfamiliàs.*] CASVS. Si filiusfamiliàs equestri militia honoratus, & in comitatu principum retentus, & iussus confestim in militia cingi, fecerit testamentum iure militari, valebit. Sunt etiam quidam, sicut præses prouinciæ, qui non possunt iure militari testari: qui quidem si in hostili loco deprehendantur in periculo mortis constituti, possunt facere testamentum quo modo volunt, & quo modo possunt. h. d. cum. l. seq. Viuianus.

r *Filiusfamiliàs equestri.* No. militia equestris. Item cœlestis: vt clericorum. Item legalis, vt aduocatorum: vt. C. de aduoca. diuer. iudi. l. aduocati. Item remiges & vigiles milites sunt: vt infra, de bono. possef. ex testa. mili. l. j. *Militia multiplex.*

s *Confestim.* Habetur cinctus qui statim est cingendus. Habetur perditum quod statim est perdendum: vt. j. pro emp. l. si quis cum. Habetur datum quod paratum est vt detur: vt. j. de leg. iij. l. item legato. & in authen. vt exac. instan. do. §. fi. deficit conditio quam constat statim defecturam: vt potestatiua quæ non potest impleri vltimo vitæ spiritu: vt supra, de condit. insti. l. fi.

t *Rescripta. Non possint.* quia non sunt milites.

u *Hostico.* aliàs hostili loco: aliàs, hostilico: & aliàs, hostico.

x *Præses.* qui nõ erat de numero militum: sed ob aliquam causam illic

sam illic erat, & sic de aliis: vt hic, & supra, eod.l.quod constitutum. & infra, de bono.posses.ex testa.mili.l.j.Sed contra habetur.C.eo.l.scriniarios.Solu.vt ibi.

DE ADQVIRENDA VEL omittenda hæreditate.

a Istam cõtinuationẽ sequitur B.

Post deliberationem[a] adit instituus, vel repudiat:& ideo de hoc dicit. & dic adire & repudiare extraneorũ, immiscere, & abstinere suorum: vt institu. de hæred. qua. & dif.§.extraneis.

DE ADQVIRENDA vel omittenda hæreditate.

TITVLVS II.

Aditione partis totum quod potest quæritur, siue simul, siue discretis partibus hæreditas deferatur.h.d.cum.l.seq.Bart.

I. PAVLVS libro secundo ad Sabinum.

QVi totam[a] hereditatem adquirere[b] potest, is pro parte eam scindendo, adire non potest[c].

II. VLPIANVS libro quarto ad Sabinum.

SEd & si quis[d] ex pluribus partibus in eiusdem hæreditate institutus sit: non potest quasdã partes repudiare,quasdam agnoscere[e].

Donec est locus instituto,excluditur substitutus.Alexan.

III. IDEM libro tertio ad Sabinum.

QVamdiu prior hæres institutus hæreditatẽ adire potest[f],substitut⁹ nõ potest[g].†

Eius est priuatio, cuius est positio. Alexand.

IIII. IDEM libro tertio ad Sabinum.

NOlle[h] adire hæreditatem non videtur,qui non potest adire.

Mutus, surdus, & prodigus cui bonis interdictum est,possunt hæreditatem adire, Alexand.

V. IDEM libro primo ad Sabinum.

MVtum, necnon surdum, etiam ita natos, pro hærede gerere, & obligari hæreditati[i] posse constat. Eum cui lege[k] bonis interdicitur, hæredem institutum posse adire hæreditatem constat[l].

Hæreditatem quocunque modo delatam filius adeundo nõ obligat patrem, nisi præcedat iussus: sed in bonorũ possessione sufficit, si ratihabitio subsequatur. Bartolus.

VI. IDEM libro sexto ad Sabinum.

a Qui totam.]*CASVS.* Titius istituit me, & Seium hæredes. Seius repudiauit suã partem. ego autẽ nolo adire nisi pro mea parte. certe nõ possum hoc facere: immò debeo habere totam,aut nihil.Viuian⁹.

b Sequuntur hãc glo. Bar.& P. qui dicunt vtrãque lecturam bonam,sed secunda magis congruit litere.

a *Qui totam.* Pone casum: vt.C.de impu.& al.sub.l.testamento. vt aliquid videatur addere lex sequens.nam dicit, sed & si quis &c. Item pone[b] in instituto ex asse: qui si gerit pro hærede pro parte, totam hæreditatem videtur agnouisse: vt.j. eo.l.si ex asse.& secundum hoc nõ potest pro parte adire & successiuè. & facit infra, eod.l.si solus.§.item puto. &.C.de omni agro deser.l.iiij.lib.xj.

b *Adquirere potest.* si tota sit delata, alioquin secus esset:vt.j.eo. l.si solus.§.idem puto.in fi.§. Item hoc si per se. si autem non per se,sed per alium: dic vt.j.eo.l.si ego.&.l.si ex sua parte.

c Istam totam glo.sequit Bar.

c *Non potest.* idem in legato[c] vnius rei: licet in hærede legatarij sit secus: vt.j.de lega.j.l.legatarius.& de lega.ij.l.neminem.& l.grege. secus si plura legata essent, nec onus sit vni iniunctum: vt infra,de lega.ij.l.sed duobus.

SEd & si quis.]*CASVS.* Testator me ex pluribus partibus hæredem instituit:& ego volo habere quasdam partes,& alias non.certe non debeo audiri.Viuianus.

d *Sed & si quis.* primo ex tertia.s.est institutus Titius: & idem Titius secundo ex alia tertia: tertio & idem Titius ex alia tertia.

d Etiã si protestatus fuerit de his non acquirẽdis.Bart. Bald. An. Are. P. & Alexand.

e *Agnoscere.* immo agnoscendo aliquã ex eis[d], cæteras acquirit: nec est opus aliqua aditione,etiam si nõ delatæ essent cæteræ partes cũ adiit vnã:quia sufficit semel adiuisse.& hoc intelligas in eadem persona: nõ tamen per aliũ est acquirenda hereditas: vt.j. eo.l.si solus.per totam.l.quod ergo dicit hic: &.s.l.proxi.nõ potest.s.quin sit heres in totum.sed cũ partem repudiat,partem adit: cur præualet aditio? Respon.[e] quia fauorabilior: argu.s.de lib.& posthu.l.cum quidem.Item quid si partem repudiat,& aditionem aliarum differat? Respon.[f] non valet: vt.j.eo.l.si solus.in princ. & est ratio quam dixi.& facit.C.eo.l.quidam.& ibi not.

e Idẽ Bar. Pau.& Areti.

f Sequuntur prædic. scrib.

QVamdiu.]*CASVS.* Si testator me instituat,& Seium mihi substituat: quamdiu ego adire possum,& volo, potest adire Seius mihi substitutus. velle autẽ meum non potest habere locum sine possibilitate.vnde si non possum adire,non prodest mihi si adire volo.h.d.cum.l.seq.Viuianus.

g Idem B. Bald.Paul. Alexã. & Ias.

f *Potest.* quod est vsq; ad.xxx.annos[g]: vt.C.eo.l.si curatoris[h]. est enim de iure ciuili aditio, ergo perpetua: vt institut.de perpe. & temp.act.in princ.licet P.dixerit vsque ad annum,per.l.C.eo. l.cum antiquioribus. Sed ibi de hærede hæredis qui nõ adit post annum:sed ipse viuens sic perpetuo: nisi statutum sibi tempus vt adeat, sit elapsum: vt.j.eo.l.quamdiu institutus.vel nisi repudiet: vt.C.de repu.hære.l.sicut.Accursius.

h Glo. corrupte allegat. debuit allegasse.l. licet. C. de iure delibe. secundum Alexan.

g *Non potest.* vt.j.in.d.l.quãdiu.in princ.hoc tamen fallit in casibus: vt.s.de vulg.substi.l.fi.§.si Titius.in fi.&.s.de hæred.insti. l.si pater.&.j.de bo.liber.l.libertus patrono. Sed hæc vltima potest aliter intelligi.& facit.j.de secun.tab.l.ij.§.defertur.&.§.primo gradu.&.C.de edic.diui Hadria.tol.l.j.Accursius.

h *Nolle.* alias,nolle.& est sensus: Non potest repudiare qui non potest adire. ad quod est.j.eo.l.is qui hæres. &.l.is Iul.ma.l.pe. & de hæreti.l.Manichæos.

i Hæreditati. quia in aditiõe nõ desideratur, nisi volũtas declarata. perfectũ est enim op⁹, si intelligat[i] quid agat: vt.j. de bo. pos. infan. fu. có.l.fi. & institu.de hære.qua.& dif.§.fina.

k Eum cui lege. id est, à iudice per legẽ: vt.s. de cura.furi.l.j.in prin. no.& dic quia pdigus secus si ppter delictũ vt si cõmisit crimen maiestatis, vel etiam hæreticus fuit: vt.C.ad.l.

l *Constat.* cum auctoritate curatoris: vt arg.C.de admi.tu.l.cum quidam. Nec obst.j.de regu.iur.l.furiosi. quia nulla est voluntas scilicet in alienando: secus in acquirendo. arg.s.de rebus credi.l. certi condictio.§.sed si numerauero.&.j.de verbo.oblig.l.is cui. & facit supra, de testa.l.filius.&.l.is cui.Accursius.

QVi in aliena.]*CASVS.* Seruus vel filius meus fuit heres institutus à Titio:& dictus meus filius vel seruus adiuit hereditate sine iussu meo.nũquid adeũdo possum me obligare dictę hereditati?Dicitur quod nõ:nec etiã ratũ habere possum ex postfacto: licet secus sit in bo.pos.quam filius vel seruus meus agnouit sine iussu meo:quia illam agnitioné bene possum habere ratam.Sed & si legitima hereditas matris delata sit filio meo ex senatusconsulto Orficiano,& adeat eã sine iussu meo: idé est,vt possim habere ratã aditioné.Sed & si nõ adierit filius me⁹ hereditatẽ matris suæ,ego tamẽ diu possedi eam: videor adiuisse hereditatẽ. Sed quid si filiꝰ meus à Titio institut⁹ erat à me emãcipat⁹,& putabat se esse in potestate mea,& sic iussu meo adiuit hæreditatem Titij volẽs mihi acquiri? Certe nõ acquirit mihi hereditatẽ,nec etiã sibi. Si autẽ nõ erat à me emãcipat⁹,& ego iussi ꝙ adiret, & ipse me mortuo adiuisset:bene obligaretur hæreditati.& hoc sine dubitet vtrũ sit filiusfa. an sit factus paterfa. per mortẽ meam,sine nõ dubitet,velit tamẽ sibi adquirere adeũdo. Quod autẽ dictũ est in prin.huius legis.s.ꝙ ille qui est in potestate alicuius,nõ potest eum inuitũ hereditati obligare in qua institut⁹ est qui est in potestate,fallit quãdoq;:nam interdũ filiusfa. etiã sine aditiõe acquirit hereditatẽ iis in quorũ sunt potestate: vtputa,si nepoté quem habeo ex filio meo,instituã mihi hæredẽ: & filium.i.patré suum exhæredẽ,& decedã:& ita veniat distus meus nepos institutus in potestate patris sui. nã etiã sine aditiõe faciet dictũ sũũ patré meũ; filium hæredẽ necessariũ mihi. cũ enim dictus meus nepos fuisset mihi necessarius hæres si nõ habuisset patrem, bonum est vt nũc cum patrem habet, faciat eum mihi necessariũ hæredem, etiã sine aditione ipsius nepotis,vt dictũ est.secus autem si dictus meus filius quem exhæredaui, adoptasset sibi in filium post mortẽ meam quẽdam extraneũ quem hæredem institueram.nam ille extraneus quem adoptauit,non faciet eum mihi hæredem necessariũ:iuberi tamen debet per iudicẽ dicto meo filio,vt si vult & adeat hereditatẽ meam,creditoribus satisfaciat. aliàs cõminari ei debet iudex se daturum hæreditatẽ creditoribus,si intra certum tempus ab eo iudice statutum non adierit:& est ratio quare in hoc casu non sit mihi necessarius hæres filius meus per extraneum à me institutum quem postea adoptauit: quia tempore mortis meæ nõ fuit dictus

extraneus

extraneus in potestate dicti mei filij: nec est in mea potestate. vnde cum ipse non esset mihi extiturus hæres necessarius, eo quòd non erat in mea potestate, non faciet filium meum mihi necessarium, immo voluntarium. [CELSVS LIB. XV. DIGESTORVM.] Titius instituit sibi hæredem Seium, & decessit. & cum Seius hæreditatem adire nollet, venerũt duo de creditoribus dicti Titij, & dixerunt ei: Si tu nó adeas, nos occidemus te. vel nihil ei dicẽdo intulerunt ei timorẽ iustum, vel non iustũ ad hoc vt adiret. Seius autem prædict⁹ dixit eis: Expectate me, quia ego reuertar statim ad vos, & adibo hereditatem, ex quo nó potest esse aliud. & iuit ad duos suos amicos vel ad tres, & retulit eis prædicta, & dixit eis: Ego volo redire ad dictos creditores, & adire. tamen quicquid faciam, nolo quòd aliquid valeat: & ita sitis testes. reuersus fuit ad dictos creditores, & adiuit, fallendo taliter eos vt dictũ est. Certe dicitur hic quòd si dictus Seius erat liber, non erit hæres. si autẽ erat seru⁹, nó faciet hęredẽ dominũ suũ. Vi.

QVi in aliena est potestate, non potest inuitum [a] hæreditati obligare eum in cuius est potestate, ne æri alieno pater obligetur. [b] * Sed in bonorum possessione placuit [c] ratam haberi [d] posse eam quam citra volũtatem adgnouit is qui potestati subiect⁹ est. Sed & si legitima hęreditas matris filio delata sit ex senatusconsulto [e] Orficiano: idẽ erit probandum. [f]

Ex diuturnitate temporis præsumuntur omnia solenniter acta. Bartolus.

Sed & si non adierit filius, diu [g] tamen possedit pater [h] hæreditatem, credendus est [i] adiuisse: * vt diuus Pius & Imperator noster rescripserunt.

Qui iussu alterius adit, præsumitur solũ iubenti quærere velle, si iussum credat valere. secus si sciat inualidum, vel sine iussu adiit. Bartolus.

Si is qui putabat [k] se filiumfamiliàs, patris [l] iussu adierit: eum neque sibi, [m] neque ei qui iussit, [n] quæsisse hæreditatem cõstat: quanquam [o] is quẽ pater [p] iussit adire, & decessit, si adierit iã mortuo patre, obliget se hæreditati, vt Iulian⁹ libro trigesimoprimo Digestorũ scripsit. Nã eum [q] qui dubitat vtrũ filiusfamiliàs, an paterfamiliàs morte patris fact⁹ sit: [r] posse adire hæreditatẽ magis admittit.

Si filius in potestate est alicui hæres necessarius: facit patrem necessarium hæredem. secus si fuit voluntarius. Bartolus.

Interdum [s] filiifamiliàs & sine aditione adquirent hæreditatem his in quorum sunt potestate: vt puta si nepos ex filio exhæredato hæres sit institutus. [t] patrẽ enim suum sine aditione faciet hæredem, [u] & quidem necessarium. Sed si quis hæres institutus [x] adoptetur à filio exhæredato, necessarium eum non facit: sed iuberi debet

a *Inuitum.* id est, cum cuius non præcesit voluntas: vt differat à casu sequenti, sed in bonorum &c. præcedere enim debet iussus: vt infra. eo. l. si quis mihi. §. iussum. sed se bene obligat hodie: [a]

b *Obligetur.* scilicet inuitus. Accursius.

c *Placuit.* etiam si ab initio non consentiat.

d *Ratam haberi.* vt & .C. qui admit. ad bono. pos. l. j. & infra, rem ra. hab. l. bonorum. sic & Trebellianica restitutio potest haberi rata: b vt. j. ad Trebellia. l. seruo inuito. §. j. sic & peti potest per procuratorem: sed hæreditas non adiri: vt infra, eo. l. Paulus. c Accursius.

e *Senatusconsulto.* vt insti. ad senatusconsul. Orfi. nam & ea legitima dicitur, licet non sit ex lege. xij. tabula. vt. j. vnde legi. l. ij. §. fina. &. l. seq. Accursius.

f *Idem erit probandum.* vt scilicet non possit adiri. Accursius.

g *Diu.* id est, longo tempore: vt. j. qui & à quib. l. si cum fideicommissa. §. Aristo.

h *Pater.* filio sciente & non contradicente. idem & si possedisset filius: vt. C. de peti. hæredi. l. si filius. Azo. & argu. supra, ad Macedonia. l. si filius. ex tempore ergo d præsumitur solennitas obseruata. sic. ff. de vsuris. l. cum de in rem verso.

i *Credendus est.* vterque, id est pater & filius. Azo. vel dic pater, & in quem transeunt obligationes secundum has. ll. vt infra, eo. l. placet. Accursius.

k *Si is qui putabat.* Tria dicit. primum, si is. secundum, quamquam &c. tertium, nam cum &c. in primo adiuit viuo iubente, in secundo eo mortuo: in tertio viuo vel mortuo. e Dic ergo secũdum Ioan. quòd facit differentiam inter errãtem, vt in primo casu: & dubitantem, vt tertio casu: vt primi aditio non teneat, alterius sic: vt infra, eo. l. qui putabat. §. qui bona. &. §. fina. Sed arg. contra. C. de condic. indeb. l. fin. & expresse reprobatur dicta distinctio. j. de condit. & demonst. l. multum. in fin. vbi de errante & dubitante dicit quemlibet posse adire. Et quis erret vel dubitet, dic vt supra, de test. l. de statu. Distingue ergo inter dubitantem & errantem in facto: vt quia credat matrem suam fuisse vxorem, quæ fuit concubina, vt in primo. & cum qui in iure: vt ibi, nam eum &c. & secundum hoc sciebat ibi patrem mortuum, sed nó credebat per hoc filium fieri sui iuris. Vel melius, in omni errante vel dubitante attendas an eius erat propositi, vt si liber vel paterfamiliàs esset, vellet esse hæres: an vero iubenti tantum quæreret, nec de se aliquid cogitauit. in primo casu quærit sibi si absque iussu alicuius adiuit, vt ibi. nam eum &c. vt. ff. tit. j. l. qui iure. in fine. Infort.

n *Qui iussit.* quia non potuit.

o *Quanquam.* ab initio iussus inutilis aditionem vitiat: vt. ff. quanquam ille qui ex postfacto fit inutilis, non vitiat quin quærat adeunti. & est ratio, f quia sufficit semel fuisse vtilem. arg. j. de diuer. & temp. præ. l. de accessione. in fi. Alij dicunt ideo obligari hæreditati filium, quia succedit patri qui tenebatur hæreditati ratione iussus.

p *Pater.* scilicet verus. Accursius.

q *Nam eum.* valet aditio mortuo iubẽte. nam valet quandoque etiam eo viuo quando adiens dubitabat, sed non errat secundum primum, vel quando errat in iure secundũ alium, vel quando sibi quærere voluit adiens secundum tertium. Accursius.

r *Factus sit.* igitur de sua conditione dubitabat. secus si testator: g vt infra, eo. l. sed si de sua. Item error vel dubitatio facti esse potest, si credebat viuere patrem cum esset mortuus. idem iuris si sciebat mortuum, sed non credebat quòd per hoc filius fieret sui iuris. & facit. j. eo. l. si quis mihi bona. §. iussum. & de vsucapio. l. iusto. Accursius.

s *Interdum.* regulariter cũ filius instituitur, iussus præcedere patris, & sequi aditio debet, vt patri quærat: vt. j. eo. l. si quis mihi bona. §. iussum. sed hic fallit. Accursius.

t *Institutus.* ab auo qui vtrumque in potestate habebat. Accur.

u *Faciet hæredem.* & ita quærit ei. cum enim exhæredatus filius habeatur pro mortuo: vt in auth. de hære. & Fal. §. exhæredatos. colla. j. nepos sit hæres auo ipso iure, & necessarius: vt in fine huius legis, & insti. de hæred. quali. & diffe. §. sui. quæ videtur contra, sed non est, cum hic pro mortuo sit. h Item per consequens eodem mométo quærit patri in cuius est potestate: vt. j. eo. l. placet. & necessarium facit: vt hic, & in fine huius legis: quia quod filius quærit, patri quærit. hodie secus: vt. C. de bo. quæ libe. l. fina. & facit. j. de castren. pecu. l. ex castrensi. in prin. Accursius.

x *Institutus.* ab aliquo extraneo, vt locũ habeat quod dicit in fine: quia ipse non esset &c. Vel dic à patre suo in cuius erat potestate institutus. vel retine personas superiores: & dic, nepos ab auo, id est à patre filij exhæredati, qui filius exiuerat de sui patris potestate. alioquin nulla esset adoptio, cum mortuo auo nepos in sui patris caderet potestatem: vt insti. quibus modis ius pat. pote. solui. §. j. sed certe hic vltimus casus stare non potest: quia adoptione facta, statim & hæreditas iam quæsita nepoti, vtpote suo hæredi, acquireretur adoptanti: vt. ff. de adop. l. si pater. in prin. & sic iam denuo adiri seu acquiri potest. Item & finis nó posset bene adaptari. Item nec aliæ duæ positiones casus valent: sed hæc

Ista ratio dissplicet Bar. Alex. & Areti. ideo dic quòd ratio est secundũ Bar. quia sciebat filiũ iussum esse reuocatii p mortem patris: nec præsumitur adire ex necessitate iussus.

g *Sequitur hanc glo. Bar.*

h *Idẽ Bar. & Bal.*

valet, vt dicas quòd Titius filium suum exhæredauit, & extraneum instituit: eoque mortuo antequam adiret, à filio exhæredato est adoptatus. Azo.

a *In potestate.* adoptantis vel patris eius.

b *Nam per eum.* bene dico quòd non facit eum necessarium. nam &c. hæc tamé regula fallit infra, de castré. pecu. l. ex castrési. & dic vt ibi no.

c *Extiturus.* scilicet necessarius.

d *Celsus.* aliàs. §. Celsus. aliàs. l. eum.

e *Fallens.* vt quia prę sciens se cogendum, clam[a] vel coram quibusdam fuit protestatus quòd licet adiret, pro nihilo volebat esse. ad quod. j. de lega. ij. l. si quis. in prin.

f *Non fieri.* immo fit, sed abstinet: vt supra, quod met. cau. l. si mulier. §. si metum. & .j. eo. l. si metus. quæ sunt contra. Solu. hic fallens: ibi non. Alij dicunt quòd hic de æquitate, ibi de rigore. Alij econtra quòd ibi de æquitate prætoria: hic de stricto iure, id est ciuili. Alij, non fit hæres, scilicet cum effectu, quia abstinet. prima placet. Item opponitur: metus verberum non fuit iustus, ergo non impedit fieri hæredem: vt supra, quod metus cauſ. l. v. vj. &. vij. & quibus ex cau. maio. l. metus. Solu. hic fallens. vnde etiam si nullus fuisset metus, non tenuisset aditio. Item opponitur. C. eo. l. cum aliquis. sed ibi per iudicem cogitur adire. sic. j. ad senatusconsul. Trebel. l. nam quod. §. qui compulsus.

g *Non facere.* hoc potest intelligi cum seruus ab aliquo compellitur, non à domino. alioquin contra: vt. j. si quis omis. cau. test. l. j. §. j. Azo. & facit ad. l. s. de nego. gest. at qui natura. §. si libero. & de tutel. l. qui testamento. in fin. & de iudiciis. l. ij. circa princip. & de aucto. præstan. l. j. in fin. & de acquirend. re. do. l. homo liber. in princip. Arg. contra supra, de rit. nup. l. si patre.

Si quis filiumfamiliàs.] *CASVS.* Seius instituit sibi hæredem Titium filium Gaij: & bene sciebat dictus Seius dictum Titium esse in potestate dicti sui patris: & ita postea in eodem testamento dixit dictus testator: si mihi dictus Titius hæres non erit, Sempronius mihi hæres esto. & postea decessit dictus testator, & postea dictus Titius adiuit hæreditatem iussu sui patris. nunquid excluditur dictus substitutus? Et videtur quòd non: quia Titius non est hęres, immo pater suus: vt infra, eo. placet. sed certe immo excluditur. nam cum testator ita dixit, si mihi Titius hęres non erit: Sempronius mihi hæres esto &c. intelligitur à iure taliter intellexisse: si Titius neque ipse hæres erit, neque alium hæredem fecerit, Sempronius mihi hæres esto &c. sciebat enim testator, vt dixi, filiumfamilias esse Titium. si autem ignorasset, haberet locum quod dicitur. s. de hæredi. instituen. si paterfamilias. [*SI FILIVS.*] Ego habens filium in potestate, & ex eo nepotem instituo mihi hæredem dictum meum filium, & decessi: & ita est mihi necessarius hæres dictus meus filius ipso iure. ipse autem nesciens prædicta, decessit instituto sibi hærede dicto meo nepote, suoque filio. vult nunc dictus nepos adire patris hæreditatem, & à mea abstinere. certe bene potest hoc facere tanquam hæres patris. nam cum pater eius si viueret, posset beneficio prætoris abstinere à mea hæreditate: ergo & hæres suus. secus autem si dictus meus filius extitisset mihi hæres: quia tunc dictus meus nepos qui adiuit hæreditatem patris, non posset se abstinere à mea. & hoc quidem esset in quolibet alio hærede hæredis. Viuianus.

h *Si quis filiumfamiliàs.* alterius. & sciebat eum filiumfamiliàs esse. alioquin distingue vt in seruo: b vt supra, de hæredi. instituen. l. si pater. & l. seq.

vt adeat: quoniam mortis tempore in potestate[a] non fuerit. Nã per eum[b] quis existere necessarius non potest, qui ipse non esset extiturus.[c*]

Protestatio præcedens actui sequenti cõtraria facit, vt subsequens actus nihil operetur. h. d. secundum Dy. Bartolus.

℣ Celsus[d] libro quintodecimo Digestorum scripsit eum qui metu verberũ, * vel aliquo timore coactus, † fallens[e] adierit hæreditatem: siue liber sit, hæredem non fieri[f] placet: siue seruus sit, dominum [suum] hæredem non facere.[g]

Vulgaris substitutio expirat, si per institutum alteri hæreditas acquiratur. Bar.

VII. PAVLVS libro primo ad Sabinum.

SI quis filiumfamiliàs[h] hęredem instituerit, & ita scripserit: *Si mihi Titius iste filiusfamiliàs hæres nõ erit, Sempronius hæres esto*: filio adeunte iussu patris,[i] substitutus excluditur.

Suus hæreditatem patris non agnitam transmittit cum beneficio abstinendi. Bar.

℣ Si filius priusquam sciret[k] se necessarium extitisse patri hæredẽ, decesserit relicto filio necessario: permittendum est nepoti abstinere[l] se aui hęreditate: quia & patri eius idem tribueretur.[m]

Hæreditatem agnitam per defunctum, non potest hæres eius repudiare. Bartolus.

℣ In omni successione qui ei[n] hæres extitit, qui[o] Titio hæres fuit: Titio quoque hæres videtur[p] esse, nec potest Titij omittere[q] hæreditatem.

Qui non potest se obligare, non potest adire. Bartolus.

VIII. VLPIANVS libro septimo ad Sabinum.

MOre nostræ ciuitatis[r] neque pupillus neq; pupilla sine tutoris auctoritate obligari possunt. [s] Hæreditas autẽ quin[t] obliget nos[u] æri alieno, etiam si nõ sit soluendo:[x] plusquàm manifestum est. De ea autem hæreditate[y] loquimur, in qua non succedũt huiusmodi

A i *Patris.* licet ergo pater non filius videatur esse hæres: vt supra, eo. l. qui in aliena. §. interdum. non ideo deficit conditio: quia intellexit si hæres non erit, id est, si hæreditatem sibi vel patri non acquisierit: vt dicta. l. si pater. Accursius.

k *Sciret.* quid si ignorauerit? Respon. idem, nisi se immiscueret.

l *Abstinere.* & habere paternam. sed si vellet abstinere[c] à paterna, & habere aui-tam, posset: vt. C. si vt ab hæreditate se abstine. l. prima & secunda. & .C. vnde libe. l. qui se. Azo.

m *Idem tribueretur.* si viueret: vt infra, eo. l. ei qui. & institut. de hæred. quali. & differ. §. sed his prætor permittit. ergo idem ius habebit eius hæres: vt C. de iur. delibe. l. cum antiquioribus. in fin. & de regu. iur. l. qui ius. item contra infra, proxi. §.

n *Qui ei.* puta Seio.

o *Qui.* Seius.

p *Videtur.* Not. quia hæres hæredis &c. vt &. C. de hæred. institu. l. fin. & infra, de verb. sign. l. hæredis. & supra, de peti. hæredi. l. iij. §. sed si Titio. & dic vt ibi not. & ad idem. C. de leg. l. in annalib[9]. & infra, de iur. immu. l. iiij. Fallit in casibus: vt infra, de verb. sig. l. sciendũ. & supra, de vulg. substit. l. qui liberis. §. fi. &. C. de vsufru. l. antiquitas. & de vulg. substi. l. si filius. & infra, de castren. pecu. l. j. vno modo litera intellecta. Accursius.

q *Omittere.* vt supra, proxi. §. contra. Solu. hic adierat Titius: ibi non.

MOre nostræ.] *CASVS.* Instituit mihi hæredem Titium pupillum filium Seij quondam, & decessi. nunquid adire hęreditatem meam sine tutoris auctoritate, & æri alieno obligari potest? Et dicitur quòd non. & est ratio, quia nec pupillus nec pupilla possunt obligari sine tutoris auctoritate. hæreditas autem bene obligaret eos æri alieno hęreditario, si adire possent eam, & adirent: etiam si ipsa hæreditas esset non soluendo: quia bene obligat maiores qui per se adire possunt, & adeunt. secus autem si dictus pupillus quem instituit, esset meus filius vel seruus, & ita mihi hæres necessarius. nam tunc non esset ei necessaria in aditione tutoris auctoritas: quia ipso iure esset hæres etiam sine aditione. si autem dictus Titius esset filius Seij (vt in primo casu dixi) & viueret dictus Seius, & iussu ipsius Seij adiuerit hæreditatem meam dictus Titius, acquirit eam patri suo, licet sit Titius ita parui temporis, vt non sit consilij capax. si autem tempore quo dictum Titium instituit, pater eius Seius non viuebat, vt dictum est primo casu, & dictus Titius erat maior infante: bene potest adire hæreditatem auctoritate tutoris. quamuis similis furioso videatur esse. et. h. d. cum. l. seq. Viuianus.

r *Ciuitatis.* Romanæ, per excellentiam: vt institu. de iure nat. §. ius autem. quem seruamus: vt. s. de legi. & senatusconsul. l. de quibus. in princip.

s *Obligari possunt.* scilicet hæreditati, vt subiicit. & supra, de aucto. præstan. l. obligari. §. hæreditatem. est ratio, ne habeant damnum: vt instit. de aucto. tuto. §. neque. &, ne vexentur: vt. s. de minor. l. minor. xxv. annis. Idem de adulto dicas sine curatore: vt. C. de admini. tuto. l. cum quidam. si autẽ est infans, solus tutor: vt. C. eo. l. si infanti. §. j. Vel dic secundo obligari alicui ex pacto: vt similitudinarie ponatur, scilicet quod sequitur de hæreditate.

t *Quin.* id est, quòd. Accursius.

u *Obliget nos.* & sic obligaret pupillos: vt hic, &. j. ad Trebel. l. non enim. &. j. qui. ex. cau. in posses. ea. l. iiij. Accursius.

x *Soluendo.* vt &. C. eo. l. si testaméta. nisi fiat inuentarium: vt. C. de iure delibe. l. fi. §. si autem.

y *De ea autem hæreditate.* vt pupilli eam non adeant sine tutore. & fa-

re.& facit.ff.de condi.& demonst.l.cum pupillus.& de regu.iur.l. pupillus.Accursius.

a *Necessaria.* huic enim ipso iure obligãtur, licet possint se abstinere iure prætorio: [a] vt.ff.l. proxi.§.j.&.ij. de fideicom. liber.l. cum quasi.§. sed & si quis.Item & necessarius hæres tantum quãdoque abstinet quoad quid: vt.ff.de hære. instit.l.iij.§. qui fideicõmissariã. quod qualiter intelligẽdum sit, dicam.ff. eod.l. necessariis. &.ff. de mino.l. ait prætor .§. non solum.Azo.

b *Impubes.* maior infante, aliàs solus pater: vt.C.eo.l.si infanti. in prin.Accursius.

c *Consilii.* pleni. aliquid tamen habent, vt dixi.& facit infra, eo.l. pater.§.finali.Accur.

d *Pupillus. si fari.* id est, maior infans, aliàs solus tutor: vt C.de iure delib.l.si infanti.§.j. vel infans tutore auctore: vt.ff.ad Trebel.l. seruo inuito.§.si pupillo.subaudi ergo hic, maxime. sed in hoc differt: quia si est maior, non potest solus tutor: vt statim dices.

e *Discernere potest.* sic ff.de iureiurã.l. qui iurasse. & de iu. & facti ignoran.l. regula. & C. de fal. mo.l.j. & ij. rem pupil. sal. fo.l.fin. in fin.

f *Furiosus.* sed in isto adit solus curator: vt.C. de cura. furio.l. fi.§.tali.& infra, eo.l.qui seruum suum.sed an faciat furiosum hęredem, dic, vt ibi.at ibi oportet ambos consentire: vt.C.eo.l.potuit.& ad hoc.ff.de regu.iur.l.in negotiis.

g *Cum tutoris.* vt.ff.l.proxi.no. At curatoris auctoritas non sufficit pupillo: vt.ff. de appel.l.cum in vna.§.tutor. sed adulto sic: vt C.de admin.tuto.l. cum quidam. item in bo. posses. solus tutor: vt.ff.de bo.posses.l.tutor.Accursius.

Si ex asse.] CASVS. Instituì mihi hæredem Titium in omnibus meis bonis,& decessi. Titius adiuit pro dimidia, & aliam dimidiã nõ vult habere. certe oportet malo suo velle quòd habeat totam. Viuianus.

h *Partem.* tantum, vel sciens se insolidum hæredem, vel credens tantum de parte quam vult adire. & dic, destinauerit, id est proposuerit cum effectu, scilicet adeundo: vt supra, eo.l.j.& ij.& infra, de lega.ij.l.neminem. & .l. si cui. & infra, eo.l. qui se. & de leg.j.l. legatarius. Sed contra infra, eo.l.ex semisse. Solu. vt ibi. Accursius.

Impuberibus.] CASVS. Si impubes sit hæres institutus à patre suo,& mortuo patre adiuerit hæreditatem sine auctoritate tutoris,& velit postea abstinere: poterit etiam sine in integrum restitutione. sua enim aditio nihil valuit ipso iure. si autem esset pubes,& sine curatoris auctoritate adiuerit, non haberet ius abstinendi, nisi per in integ. restit. si autem se non immiscuit aliquo modo: potest beneficio prætoris abstinere sine aliqua in integrũ restitutione: & ipso iure potest per prætorem abstinere. non autem est necesse quòd propter hoc personaliter prætorem adeat. Et ex hoc determinatur quæstio de facto ad postulationem duorum qui de hoc quæsiuerunt: vnus quorum vocabatur Oceanus, & alter Victorinus: quæ quæstio fuit talis: Titius habens filium,& ex eo nepotes in potestate, habuit contractum cum Seio, & fuit in eo deceptus, & decessit instituto sibi hærede dicto suo filio. dictus autem filius suus noluit donec vixit agnoscere hæreditatem suam: nec aliquid de hæreditate amouit: nec pro hærede in ea aliquid gessit. & postea decessit dictus filius institutis sibi hæredibus dictis suis filiis qui erant pupilli & nepotes dicti Titij testatoris. certe dicti pupilli possunt abstinere ab hæreditate auita, & sic non teneri oneribus hæreditariis auitæ hæreditatis. & ideo non est eis necessarium in integrum restitui aduersus dictum contractum in quo fuit deceptus auus: quia ipso iure non tenentur. possunt ergo dicti pupilli habere hæreditatem patris eorum. & abstinere ab hæreditate auita: nec est eis necesse quòd personaliter adeant prætorem pro abstinendo: vt in princ. huius legis, ei qui se. & facit optime. supra, eo. si quis filium.§.j. & hic est intellectus huius legis cum.l. sequẽ. Viuianus.

i *Impuberibus.* per hanc.l. dicit Paul. non esse necessariam in integrum restitutionem impuberibus, etiam cũ tutore adeuntibus: alioquin idem esset in impuberibus quod in puberibus. nam & puberes restituuntur: vt infra, eod.l. si minor. Sed tu dic quòd hic impubes sine tutore, pubes sine curatore adierunt, cum non haberent tutorem vel curatorem: cuius impuberis aditio non tenet ipso iure: vt supra, eo.l.pupillus. ergo sine restitutione deserit: at puberis tenet cum curatorem non habet: vt C.de in integr.restitu. mino. l. si curatorem. & ideo non sine restitutione iuuatur, si adiuit: vt hic, & infra, eo.l. necessariis. si autem curatorem habet, similis est pupillo: vt d.l. si curatorem. Vel secundo intellige quòd impuberes vocet minores.xxv.an. qui iuuantur, etiam si adierint, vel ipso iure, vel per restitutionem in integrum: vt ex præmissis patet. at puberes vocet maiores.xxv.an. qui nullo modo iuuantur: vt hic, &.C. de repu.hæredi.l.iiij. & secundum hoc non facit hæc lex pro Pau. in eo quòd dicit pupillum soluentem debitum naturale condicere non præhabita restitutione: vt & supra, de condic. indeb.l.interdum. quia hic nec ante aditionem tenebatur, nec post: cum sine tutore adiuit. at ibi naturaliter saltem tenebatur: & ideo non condicit solutam & consumptam sine restitutione: vt ibi not.& facit.ff.de mino.l.ait prætor.§.sed & si hęredi.&.ij.l. proxi. Accursius.

Pupillus potest cum tutoris auctoritate hæreditatem adire. Bartolus.

IX. PAVLVS libro secundo ad Sabinum.

PVpillus, si fari [d] possit, licet huius ætatis sit vt causam adquirendæ hæreditatis nõ intelligat: quamuis non videatur scire huiusmodi ætatis puer, (neque enim scire, neque discernere* talis ætas potest, [e] nõ magis quàm furiosus [f]) tamen cum tutoris [g] auctoritate hæreditatem adquirere potest. hoc enim fauorabiliter ei* præstatur.

X. VLPIANVS libro septimo ad Sabinum.

SI ex asse hæres destinauerit partem [h] habere hæreditatis, videtur in assem pro hærede gessisse.

XI. POMPONIVS libro tertio ad Sabinum.

IMpuberibus [i] liberis omnimodo abstinẽdi potestas fit: puberibus autem ita, si se [bonis] non immiscuerint.

Suus qui se non immiscuit, potest abstinere beneficio edicti prætoris sine aditione iudicis. Bartolus.

XII. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum.

EI qui se non miscuit [k] hæreditati paternæ, siue maior sit, siue minor: [l] nõ esse necesse prætorem adire, sed sufficit se non miscuisse hæreditati. Et est in semenstribus Viuiis Soteri & Victorino rescriptũ, non esse necesse pupillis in integrum restitui ex auito contractu, quorum [m] pater [n] constituerat non adgnoscere hæreditatem, [o] neque quicquam amouerat, [p] vel pro hærede gesserat. [q]

Illa hæreditas repudiatione amittitur, quæ potest adiri. secus si adiri non poterit. Bartolus.

XIII. IDEM libro septimo ad Sabinum.

Tertius est,

Si qui hæres.] CASVS. Instituì te hæredem, si nauis ex Asia venerit,& decessi. tu ante conditionem prædictam existẽtem repudiasti hæreditatem meam: & postea venit conditio. tu videns quòd locuples erat hæreditas mea, volebas eam adire non obstante repudiatione. nunquid potes? Et dicitur quòd sic. nec obstat quòd lege cauetur, quòd is qui hęres institutus est, vel cui legitima hæreditas delata est, repudiatione hæreditatem amittit: quia illud verum est, si in ea causa erat hæreditas tempore repudiationis, vt adire potuerit. quod in nostro casu nõ erat. & idem esset, si sub quauis alia conditione te hęredem instituissem, etiam sub potestatiua cõditione. Vidisti ergo vnum casum in quo non valet repudiatio hæreditatis. nunc volo tibi dicere plures alios. Primus est, si tempore repudiationis dubitet hæres viuat testator, necne. Secundus est, si substitutus repudiet eo tempore quo hæres non decreuerat vtrum vellet hæreditatem, vel non.

k *Qui se non miscuit.* erit ergo suus: vt in rubr.no.

l *Sine minor.* sed minor etiam potest: vt.ff.l.proxi.

m *Quorum.* pupillorum.

n *Pater.* cui successerant pupilli.

o *Hæreditatem.* aui, id est patris sui. idem si decessisset ignorans delatam: vt.ff.eo.l.si quis.§.j.

p *Amouerat.* quia tunc beneficium abstinendi amisisset, cum sit suus: vt.ff.eo.l.si seruum.§.prætor ait. in extraneo secus: vt.ff.eo.l. si quis extraneus. Accursius.

q *Cesserat.* in bonis aui.& facit.C.si vt se ab hęre. absti.l.j.&.ff.l. proxi.&.ff.eo.necessariis. Accursius.

BIU Cujas

Tertius est,si filiusfamiliàs ab aliquo instítutus, vel cui legitima aliqua hæreditas est delata, repudiet sine patre, vel pater sine eo. vterq; autem eorum simul bene potest repudiare. Quartus est,cũ hæres institutus putat se necessarium hæredem,cum sit voluntarius.nam non potest repudiare,nec hęres etiam existere,tanquam voluntarius. Quintus est,cum hæres institutus putat nõ valere testamentum, vel esse falsum.si autem dicitur à quibusdam testamentum esse falsum,ipse autem hæres certus est q̃ non est falsum: bene posset repudiare hæreditatem sibi ex eo delatã, sicut & posset adquirere si vellet.Sextus est, cum hæres institutus, idémque legitimus repudiauit quasi institutus. nam non amittit propter hoc hæreditatem quasi legitim[a],sed ecõtra si repudiauit tanquam legitimus distinguitur : quia aut sciuit se hæredem institutũ, aut ignorauit.primo casu videtur repudiasse vtroque modo, id est, tanquam institutus, & tanquam legitimus.secũdo in nullo casu nocebit repudiatio : neq; ad testamentariã, quoniam hanc non repudiauit : neque ad legitimam , quia adhuc nõ fuerat ei delata.patet ergo per prædicta quòd ille potest hæreditatem repudiare, qui & adquirere potest, & non alius . Item patet quòd ille qui vult repudiare hæreditatem vel bonorum possessionem, vel etiam acquirere: debet esse certus testatorem esse mortuum:& aliàs non potest adquirere vel repudiare.& hoc dicit vsq; ad.l.pro hærede.Viuianus.

IS,qui hęres institutus est,vel is cui legitima hęreditas delata est:repudiatione hæreditatẽ amittit. Hoc ita [a] verum est, si in ea causa erat hęreditas,vt & adiri posset.Cęterum hæres institutus sub conditione, si ante conditionem existentem repudiauit: nihil egit [b], qualisqualis [c] fuit conditio, etsi in arbitrium [d] collata est.

Qui non potest propter dubitationẽ,seu inhabilitatem,seu conditionis pendentiam adire,non potest repudiare. Bartolus.

ſSi quis dubitet [e], viuat testator,nécne:repudiando nihil agit [f]. Substitutus quoque similiter si ante repudiet,quàm hæres institutus decernat de hæreditate [g] : nihil [h] valebit repudiatio.

Hæreditatem delatam filiofamiliàs,nec ipse sine patre repudiare potest, nec econtra : sed vterque simul.h.d.l.cũ seq. Alex.

ſNeq; filiusfamiliàs [i] repudiãdo sine patre, neque pater sine filio alteri nocet : vtrique autẽ possunt repudiare.

XIIII. PAVLVS libro secundo ad Sabinum.

IDem est etiam si legitima [k] hæreditas filiis obuenit.

Si putans se necessarium hæredem, cum sit voluntarius,repudiet vel adeat: nec repudiatio vel aditio valet.h.d.cum.l.sequẽ. Alexander.

XV. VLPIANVS libro septimo ad Sabinum.

IS qui putat se necessarium [l], cum sit voluntarius:non poterit [m] repudiare [n]. Nam plus est [o] in opinione quàm in veritate.

XVI. IDEM libro vicesimoquarto ad Edictum.

ET ecõtrario [p], qui se putat necessarium, voluntarius hæreditate delatam ab intestato:& dicunt etiã iure isto eam quęri filio.per.l.ſ.eod.l.qui in aliena.§.sed & si. quod non placet, quia primo per Constantinum hoc fuit inuentum:vt.C.de bonis mater.l.j.& licet filio deferatur,statim patri quæritur. Itẽ op. stitu.per quas perſo.§.j.vbi pater dat cui vult.Respon. potest adquisitum nunc:quia iam non est spes filio : sed ante, quia spes est filio,si fiat sui iuris:non potest pater repudiare, sicut & seruo: vt institu.de hæredi.instituen.§. alienus.tempore enim aditionis in hæreditate consideratur conditio instituti.secus in legatis, & instipulationibus:vt ibi not.Item secus est in domino & seruo:vt infra,de leg.j.l.legatum seruo.& de succeſſ.edict.l.j.§.per seruũ.& facit.C.de repu.bono.possess.l.filio.& supra, de iureiur.l.quãto magis.ibi,ipsi autem defen.&c.&.C.eo.l.renitente.& de fideicommiſſ.l.ex repudiatione.

a *Hoc ita.* scilicet quòd institutus repudiet . & sic ad primum non proximum dictum refertur . vel sic : hoc ita verum est eam esse delatam , si adi. &c. non sic , hoc ita scilicet delatam posse repudiari, si in ea &c. quia hæc conuertibilia sunt,esse delatam, & posse adiri : vt infra,de verbo. signifi.l.delata. & sic male loqueretur.Accursius.

b *Nihil egit.* nisi coram iudice creditoribus instantibus renuntiet,& se non aditurum dicat etiam si conditio extiterit:vt infra, de curat.bono.dan.l.j.&.j.eo.l.in plurium.in fin.quæ sunt contra.arg.supra,de orig.iur.l.ij.§.& cum placuisset.& de offic.prę ſi. l.legatus.Item contra.j.eo.l.nec is.§.sed si quasi. Solu.per.l.j.eo. l.illud.Item contra.C.de pac.l.j.Solu.vt ibi.Item aliud est in bonorum possessione petenda,quam in aditione hæreditatis:vt.j.de secund.tabu.l.ij.§.si sub conditione.&.§.si quis ita.cum concordan.&.j.de regu.iur.l.qui potest.&.j.de succeſ. edic.l.j.§.decretalis. & de leg.j.l. si ita scriptum.§.j.& infra.eo.l.is potest. &.l.si quis extraneus.§.sed ita.

c *Qualisqualis.* dummodo non impossibilis de natura vel iure: quia tunc habetur pro nõ adiecta.vel nisi sit talis vt habeatur pro impleta:vt quia non stat per hæredem:vt.ſ.de condit.instit.l.j.& l.conditiones.&.j.quãdo dies lega.ce.l.v.& de cõdit.& demõſt. l.obtinuit.&.l.aliquando.Accursius.

d *Arbitrium.* scilicet hæredis.& sic est potestatiua:& dic tacite, vt si decẽ des,hæres esto.secus si expresse, vt si voles: vt supra,de condit.instítu.l.fina. &.l.verba.vel in arbitrium extranei tacite, non expresse:vt infra,de condit.& demonſt.l.nonnunquam.hæc autem conditio,si ille arbitretur, hæres esto, vel tibi lego, videtur pura:vt infra.de leg.ij.l.j.Item quidam dicunt quòd si expres sit,si voles hæres esto,non sit pro pura, quanquam statim possit adquirere. & sic tũc fallit regula.infra.e.l.is potest.sed primo debeo purificare:sed dic vt prædixi.& not.supra, de hære. institu.l. iam dubitari.

e *Si quis dubitet.* quis dicitur dubitare, dic vt.j.eo.l.cum quidã. §.quod dicitur.Accursius.

f *Nihil agit.* quia nec adiri potest:vt infra,eo.l.hęres institutus. &.l.seq.H.

g *De hæreditate.* scilicet repudianda.

h *Nihil valebit.* quia nec adire potest : vt.ſ.ea.l.in princip.&.l. quamdiu.&.j.eo.l.quamdiu.& facit.C.de cap.l.nec nos.&.j.eo.l. qui superstitis.

i *Neque filiusfamiliàs.* institutus filius ab aliquo contemplatione patris:vt sic profectitia scilicet sit hęreditas: vt supra,de vul. subst.l.sed si plures. §.in arrogato. vel sui contemplatione: & sic aduentitia non potest repudiari vt patri noceat: sed iubebit adhuc eum adire:vt hic,&.C. de pactis.l.filius. & econtra, pater non nocet filio:quia nec antea pertinebat ad filium:vt infra, in eod.l. placet. Vel nõ nocet: qa post morte patris adire poterit. Sed an ipsi patri? forte non. Arg. contra supra,solu.matrim. l.ij.§. denique. At sequens lex quando ab intestato: vt per Orſi. cianum: vt supra, eo.l. qui in aliena.§.sed & si legitima.sed nouo iure, secundũ quod quæritur proprietas filio,in aduentitia indubitãter obtinet quod hic dicit vt. C. de bo. quæ lib. l.fin.Alij dicunt hic à matre filium instituũ: &.l.sequent.ab eadem

k *Idem est etiã si legitima.* ex Orficiano:vt supra,eo.l. qui in aliena.§.sed & si legitima.

l *Is qui.Necessarium.* quis sit suus & necessarius,vel necessarius tantum:habes instit.de hæred.qua.& diff.in prin.

m *Non poterit.* in eodem errore consistens:vt sic verba ad idem tempus referantur:sicut arbor mala non facit fructus bonos, scilicet existens mala.& est ratio: quia credens se necessarium, credit se non posse repudiare : & quia de iure suo non est certus: quod omnium hæredum commune est.

n *Repudiare.* vel adire:vt.j.l.proxi.

o *Plus est.* quia in animo consistit aditio : vt institut. de hære. quali.& diffe.§.fina.Et not.generale dictum.sic.j.de iniur.l.eum qui.§.fi.&.l.item apud.§.interdum.&.ſ.quibus mo.vsusfru.amit. §.is qui.Sed arg.cõtra.j.de cri, expil.hær.l.fi.& pro emptore.l.ij. §.si à pupillo.& institu.de leg.§.si quis rem.& de ma. vin. l.iij.

ADDITIO. Dic quòd hic loquitur in aditione quæ consistit in solo animo:vbi magis inspicitur opinio:ibi in his quæ in solo animo non consistunt, secundum Barto.

p *Et econtrario.* sed in quo est econtra, cum idem videatur! Respon. supra, non repudiat.hic econtra non adit: sed vtrobique erat voluntarius , sed putabat quòd esset necessarius. Sed nunquid econtra si in veritate erat necessarius tantum,sed se voluntarium credidit ? Respon. si necessarius tantum , protinus est hæres : vt institu. de hære.qua.& diff. in principio.nisi in casu quando fit de necessario voluntarius:vt supra, de hæred.institu.l.iij.§.qui fideicommissariam.Sed quidam dicunt eum nõ fieri protinus hæredem per hunc casum huius legis: & in hoc dicit econtrario.si autem suus & necessarius est,per prætorem voluntarius fit:vt no.ſ.e.l.more.& ideo adire nõ poterit vel repudiare, cum in suo iure errat.

Non potest.

Sequũtur hanc gloſ. Bartol. & Areti. hic.

BIU Cujas

a *Non potest.* scilicet adire hæreditatem, etiam si velit in errore permanere.

b *Nec is.* aliàs incipit, is qui. & deest, nec. & tunc primus & secúdus casus idé sunt. tu habeas, nec, & erunt duo casus.

c *Repudiare.* vel adire: vt. ĵ. l. proxi.

d *Potest.* etiam si nolit: quia de iure suo est incertus.

e *Sed si certus sit.* puta cum ipse hæres dicitur falsum commisisse, tũc certus est de iure suo: & ideo adire vel repudiare potest. secus si alius dicitur fecisse falsum: vt hic, &. ĵ. eo. l. cũ falsum. & l. cũ quidam. in fin. Accursius.

f *Legitimus.* quia proximior.

g *Non amittit.* potest ergo vno iure repudiare[a], & altero amplecti: sicut & ille qui iure ciuili & prætorio succedere potest: vt not. C. eo. l. puberé. & hoc verum si nulli sint legatarij: aliàs tenetur ad onera ac si ex testamento adisset: vt. C. si quis omiss. cau. testa. l. ij. in princi. Item potest hic ratio colligi quid operetur substitutio duobus extraneis substitutis, vos inuicem substituo: cum iure adcrescẽdi sint idem consecuturi: quia vno iure repudiare, altero amplecti poterunt.

promiſit,& videtur hic intellexiſſe,cum quis,id eſt ſi aliquis alius a ſeruo:id eſt cohæres.nam de ſeruo non poteſt intelligi,cum de ſua perſona antequã ſit cohæres impoſsibile ſit impleri illam cõditionem,id eſt quod ſit hæres antequam ſit cohæres:vt ſupra,de hæredi.inſti.l.ſi Titius hæres.

Qui patri.] CASVS. Filiũ meũ impuberẽ inſtituì mihi hæredẽ pro dimidia, & Titiũ pro dimidia alia. & poſtea ita dixi: Si filius impubes erit mihi hæres, & in pupillari ætate deceſſerit: ſubſtituo oi Titium cohęredẽ ſuũ. & poſtea deceſsi, & Titius extitit mihi hęres pro ſua parte: & poſtea impubes extitit mihi hæres pro ſua parte:& in pupillari ętate deceſsit. nunquid dicẽ? Titi[b] poteſt prętermittere ſpuberis hæreditatem quam habet etiam aliunde quam à patre? & dicitur quod non.Sed quid ſi dictus Titi[c] qui pro ſua parte adiuit, deceſsit viuente dicto impubere,& habuit hæredem Seium, & poſtea deceſsit impubes? nunquid Seius hęres Titij erit neceſſarius hæres impuberis? Et dicitur quod ſic.nam cum hęreditatis paternæ aditio obliget Titium viuẽtem etiam inuitum, vt dictum eſt, exiſtimandum eſt dictam hæreditatem impuberis coniungi hæreditati paternę,& acquiri iure accreſcendi cuicunque hæredi meo qui ſum pater impuberis.Seius autem prædictus hæres Titij eſt meus hæres per mediam perſonam Titij:quia hæres hæredis,teſtatoris eſt hæres : ergo accreſcit ei Seio hæreditas dicti impuberis.& hoc dicit.Viuianus.

Ius adcreſcendi tranſit ad hæredem: & ſi eſt vnitum cũ pupillari ſubſtitutione, trahitur ad eam vt habeat locum poſt aditam hæreditatem,& trahatur ad bona impuberis.Bartolus.

LIX. NERATIVS libro ſecundo Membranarum.

QVi patri hæres extitit, [a] ſi idem filio impuberi ſubſtitutus eſt: non poteſt hæreditatem eius prætermittere. [b] Quod ſic recipiendum [c] eſt, etiam ſi viuo pupillo mortuus erit, deinde pupillus impubes deceſſerit. Nam is qui hęres extiterit, [d] pupillo quoque hæres neceſſariò [e] erit. Nam ſi ipſum [f] inuitum obligat: [g] coniungi eam [h] paternæ [i] hæreditati, & adcreſcendi iure adquiri quicumque patris hæredi [k] exiſtimandum eſt.

Inſtitutus qui adit ab inteſtato, videtur repudiare ex teſtamento,& facit locũ ſubſtituto.Bartolus.

LX. IAVOLENVS libro primo ex poſterioribus Labeonis.

FIlium emancipatum pater ſolum hæredem inſtituit: & ſi is hæres non eſſet, ſeruum liberum & hæredem eſſe iuſſerat. filius, tanquam pater demẽs fuiſſet,bonorum eius poſſeſsionem [l] ab inteſtato petiit, & ita hæreditatem[eius]poſſedit. Labeo ait, [m] ſi probaretur [n] ſana mente pater teſtamẽtum feciſſe,filium ex teſtamento patri hæredem eſſe.Hoc falſum puto. [o] Nam filius emancipatus cum hæreditatem teſtamento datam ad ſe pertinere noluit, continuo eã*ad ſubſtitutum hæredem trãſmiſit.*[p] Nec poteſt videri pro hærede geſsiſſe, qui vt hæreditatem omitteret, ex alia parte edicti poſſeſsionem bonorum petat. Paulus & Proculus Labeonis ſententiam improbat, & in Iaũoleni ſententia eſt.

Portio abſtinentis ſe, per reſtitutionem non adcreſcit cohæredi inuito.Bartolus.

LXI. MACER libro primo de Officio Præſidis.

SI minor annis poſtea quàm ex parte hæres extitit, in integrum reſtitutus eſt: diuus Seuerus conſtituit vt eius partis creſcendi : vt in authen. de hæred. & Falc.§. ſi vero.in fin. collat.j. & ſupra, de vulg.ſubſtitu.l.habebat. Alij dicunt quòd hic pupillus adiuit, & ſic transferat: ibi non, & ſic non transferat. Item adhuc contra infra,de ſuis & legi.l.ſi ex pluribus.in fin.vbi hæres ſubſtituti non auditur, niſi exiſtat conditio viuo ſubſtituto. Solu. ibi in vulgari: hic in pupillari.Vel hic [d] ſuus ſubſtitutus: ibi extraneus. vel hic [k] substitutus erat qui adiuit in parte qua erat inſtitutus: ſed ille ſubſtitutus non erat inſtitutus : & ideo ibi non defertur hæredi : hic ſic : vt non pro parte decedat teſtatus, pro parte inteſtatus: [c] ſicq; hic iure accreſcendi: [e] in princi.dicitur quòd ius accreſcendi ibi locum habere non poteſt . Item contra ad idem infra, eo.l.toties. Solu.ibi.& facit inſtit. ad Orfic.§.fin.& infra. ad Trebel.l.antepe. & ſ.eo.l.j. &.ij. &.C. de cadu. tollen.§. his ita. Azo.

d Iſta dicit quãdo ſuus ſubſtitutus. ſol. ſed quãdo non erat inſtitutus: & ideo ibi non dicit quãdo defertur hæredi : hic ſic : ſed ille ſic : vt non pro parte decedat teſtatus, pro parte inteſtatus: ſicq; hic iure accreſcendi: quod poteſt : vt in e.l. e Iſta eſt vera ratio ius accreſcendi ibi locum habere non poteſt . Item contra ad idem infra, eo.l.toties. Solu.ibi.& facit inſtit. ad Orfic.§.fin.& infra. ad Trebel.l.antepe. & ſ.eo.l.j. &.ij. &.C. de cadu. tollen.§. his ita. Azo.

Flium emãcipatum.] CASVS. Titius inſtituit ſibi hæredem ſolum Seiũ filium ſuũ emancipatum : & ita poſtea dixit : Si filius meus mihi hæres non erit, Stichum ſeruum meum iubeo liberum eſſe, & mihi hęredem. & poſtea deceſsit dictus teſtator.Seius fingens patrem ſuum fuiſſe dementem eo tempore quo eum inſtituit,omiſit hæreditatem ex teſtamento, & petiit bonorum poſſeſsionem ab inteſtato:& ab inteſtato hæreditatem poſſedit. in veritate autem pater fuerat ſanæ mentis. modo quæritur, an dictus Seius ſit patri hæres ex teſtamento : an vero non ſit hæres ex teſtamento vel ab inteſtato,immo pertineat hæreditas ad dictum Stichum cum libertate ſubſtitutum ? & dicitur quod pertinet ad Stichum : licet Labeo dixerit(& male) Seium ex teſtamento hæredem eſſe. & eſt ratio quare male dixerit, quia cum dictus Seius noluit ad ſe pertinere hæreditatem ad ſe ex teſtamento delatam,& ex alia parte edicti bonorum poſſeſsionem petiit,id eſt ab inteſtato,vt dictum eſt: nõ poteſt videri pro hærede ex teſtamento geſsiſſe.Viuianus.

Demens iudicatur quis ex ſermonibus.

Exitit. cum filio impubere teſtatoris : & ita ſicut inſtitutus inuitus compellebatur adire hæreditatem pupilli, vt hic, ita hæres eius: vt hic dicit : alioquin [a] contra, ſi non adiiſſet patris hæreditatem hic ſubſtitutus vel pupillus : vt.ſ.eo.l. quæſitum.§. fin. &.l.ſeq. &.l.Iulianus. vel forte nihil refert, adierit hæreditatem pupillus, vel non.Azo.

*Prætermittere.*de rigore: vt.C. eod.l.quidam. de æquitate ſeruat,cum ſit frater impuberis:vt.ſ.de vulga.ſubſtitu.l. ſi filius. vel aliter intelligitur illa.l. vt ibi not. Et adde diſtinctionem quæ eſt.C.eo.l. quidam. *ADDITIO.* Iſtum vltimum intellectum glo.dicit eſſe verũ Bal.hic,quia lex filius.loquitur de immixtione non obligatoria:hic de obligatoria.

*Accipiendum.*id eſt,intelligendum & procedendum.

*Exitit.*ſcilicet ſubſtituto.Accurſius.

*Neceſſario.*id eſt,de neceſsitate.

*Nam & ſi ipſum.*ſcilicet ſubſtitutum.

*Obligat.*hæreditatis paternæ aditio.

*Eam.*ſcilicet hæreditatem impuberis.

*Paternæ.*vt vna intelligatur.

Patris hæredi. Primo vel ſecundo: quia hæres hæredis &c. vt hic,&.ſ.eo.l.ſi quis.§.fin. & etiam inuito,vt prædixi: vt.C. de impub.& aliis ſubſtitu.l.teſtamento.&.C.eo.l.quidam. Sed in eo quod tranſit ad hæredem pupillariter ſubſtituti, eſt contra.ſ. de vulg. ſubſtitu.l.qui liberis.§.fin.&.l.ſed ſi plures.in princi. Solu. ſecundum R.hic proprium nomen ſubſtituti dixit, ibi per appellationem, [b] quiſquis mihi hæres erit.ad quod.j.de lega. j.l.ſi hæredes.& ad Trebel.l.nonnunquam. Vel dic, quòd hic iure accreſcendi, [c] vt hic dicit: non autem iure ſubſtitutionis: vt ibi.Et hoc [d] puto verum, cum alij iure ſubſtitutionis admitti non poſſunt: vel quia nullus alius erat,vt hic: vel quia mortuus fuit : vel quia noluit.tunc enim illi præferentur: vt.d.l.ſed & ſi plures.in princ. quia ius ſucceſsionis vel ſubſtitutionis eſt potentius iure accreſcendi.

m *Labeo ait.*& male.Accurſius.

n *Si probaretur.*quod probatur hoc ipſo quòd nõ probatur cõtrarium:vt.C.de codicil.l.nec codicillos.illud cõſtat, quòd quãdoq; præſumitur quis demens ex ſermonibus quibus vtitur: vt.ſ. de condit.inſtit.l.quidam. & de tuto.& cura.da.ab his.l.is cui. & j.de quæſt.l.de minore.§.fina.

o *Puto.*ego Iauolenus,cuius eſt hæc.l.Et quod dicit in fi.loquitur de ſeipſo in tertia perſona. ſic & aliàs.ſ. ſolu. ma.l. diuortio. Vel dic,puto ego Neratius:vt habeas in prin.idem & tunc dic in fi.Iauoleni ſententia eſt.ſcilicet talis qualis noſtra. Vel dic tertio quòd Neratius refert hic verba Iauoleni. & ſic ſub. ait Iauolenus.vt concordet finis.

p *Tranſmiſit.*hoc cum ſciebat ſibi delatam: alioquin contra: vt ſupra,de inoffic.teſta.l.mater.argu.ſ.eo.l.nec is.§.hæres.&.l.ſi is. & ſic ibi adhuc adire poteſt.vel poteſt hic loqui cum ius ignoravit:vt.j.ſi quid in frau.pa.l.ſi patronus.in prin. & facit.C. de impube.& aliis ſubſti.l.iij.&.j.eod.l.Clodius.&.j.ſi quis omiſ.cauſa teſta.l.ſi non ſolus.&.l.ſi teſtamento.in prin.Accurſius.

SI minor.] CASVS. Inſtitui mihi hæredem Titium minorem.xxv.annis,& Seium,& Gaium maiores:& deceſsi. & ipſi adiuerunt

BIU Cujas

adiuerunt hæreditatem meam. Postea Titius habuit in integrum restitutionem vt dimitteret partem suam, & dimisit. certe eius partis Titij datur bo.possessio creditoribus hæreditariis.non autem coguntur suscipere onus dictæ partis Seius & Gaius Titij cohæredes, & hoc dicit. Viuianus.

a *Non cogatur.* Sed si velit, nunquid potest? Respon.potest: vt infra, eod.l.penult. & ad Tertyll.l.j,§.si quis adita. &.l.ij.§.si bonorum. Sed contra.ſ.eo. l.cum hæreditate. &.l. qui ex duabus.§.qui semel. Solu. ibi non fuit hæres repudians, hic fuit: vnde desinere nō potest, licet non petat restitui: vt supra,de mi no. l. ait prætor. §.sed quod Papinian⁹.& dic vt ibi not.& quod not. C.de impuber. & aliis substitu. l.post aditam. Accursius.

b *Bonorū possessio.* factum, non ius hoc significat. nam quasi vacantium fit missio causa rei seruandæ:sed videtur insolidum cohęredem teneri: vt infra, de fideicom.l.si Titius & Seia. Solu.ibi ab initio insolidum tenebatur fideiussor,& sic insolidum remanet subducto cōfideiussore p in integrum restitutionem. hic autē pro parte. nam & ibi esset idē quod hic: sed pro parte teneretur: vt.C. ad Velleia.l.si paternam.

Antistius Labeo.] CASVS. Ego taliter mihi Titiū hæredem instituī, Titius hæres mihi esto si iurauerit se capitolium ascendisse. & decessi. postea Titius volens mihi hæres existere, iurauit se capitolium ascendisse. nunquid erit statim mihi hæres? Et dicitur quòd sic: licet Antistius Labeo diceret contrarium.& male.

Si seruus.] Titius instituit sibi hæredem Stichum seruū meum, & ego iussi eum adire: & postea eundem alienaui antequam adiret, in Seium. certe non poterit Stichus adire nisi habeat iussum noui domini. Secundo dicit, quòd furiosus non potest sibi acquirere cōmodum hæreditatis ex testamento,ni instituatur à patre vel domino suo: quia tunc sibi etiam inuito acquirit. per seruum autem vel filium suum potest sibi acquirere hęreditatem dictus furiosus.& hoc dicit.Viuianus.

c *Si iurauerit.* scilicet ascendere capitolium: vel aliquid tale.

d *Voluntatem suam.* in iurando, non in adeundo. Azo.vt institutio pro pura habeatur:ideoque vt in pura sit necessaria pro hærede gestio. Accursius.

e *Ego puto.* non corrigendo, sed determinando.si ergo iurauit vt purificet institutionem, non fit hæres: vt supra, de condit.instit.l.si pupillus.&.l.si quis ita hæreditatem. &.j.de condit.& demon.l.in conditionibus.quę sunt contra.si autē vt sit hæres:tunc idem quod hic.& plene not.ſ.de hæredi. institut. l.iam dubitari. Item contra.ſ.de condit.insti.quæ sub conditione.§.hoc edicto. Sol.ibi de præterito: vt supra, de iureiuran.l.si quis eum. hic de futuro. Vel hic non dicit,quòd sit cōditio implenda,sed exponit modum per quem videatur adire hæreditatem adimplendo eum. & facit.j.de statulib. l.si quis ita.§.qui ita. fallit tamen in duobus casibus.j.de condit.& demon.l.municipibus.

f *Exigitur.* vt instit.de hære.insti.§.quòd si alienatus.&.ſ.eo.l. si quis mihi bona.§.j.&.§.fina.

g *Notat.* id est,reprehendit Pompo.secundum quosdam.immò non reprehendit eum, cum ab eius dicto excipiat.

h *Non potest.* hæc Pompo.sed contra.C.de cura.fur.l.fi.§.si vero perpetuus.&.§.tali.vbi sit hæres.Sol.hic reiicitur opinio. Pōponij.Vel hic corrigit: vt ibi plene not.

i *Necessarius.* hæc Marcellus,& bene: vt instit.de hæred.ab intesta.§.posthumi.&.ſ.de condit.instit.l.ij.

k *Ei potest.* hęreditas,legatum,dominium,possessio,actio:vt & infra, de vsuc. l.h seruo.& de act.& obl.l.si à furioso.

l *Potestate.* scilicet filiū: vt.ſ.de iis qui sunt sui vel alien. iur. l. patre. & hoc interueniēte iussu tutoris vel curatoris: vt.ſ.eo.l.si per epistolam. Item videtur contra.C.de hære. insti. l.neque. vbi quis non potest per se nec per aliū acquirere. Sed ibi propter delictum: hic propter infelicitatem fati.

Seruus duorū.] CASVS. Stichus seruus meus & Titij fuit hæres institutus à Seio:& ego solus iussi eū adire, & adiuit. & postea ego & Titius prædict⁹ manumisimus eum. certè dictæ hęreditatis habeo ego dimidiam, & aliam dimidiā ipse Stichus manumissus si ei adeat. Sed si dict⁹ Seij testator dedit eidē Stichō substitutum,& manumissus postea Stich⁹ adeat pro dimidia, vt dictum est: substitutus locum nō habebit. Sed quid si ego & dict⁹ Titius instituimus hæredem dictum nostrū seruum? certe non poterit se abstinere ab hæreditate alicui⁹ nostrū. Item quid si dict⁹ Stichus meus & Titij qui fuit institutus à Seio, adiuit iussu meo tantum,& nō fuit à nobis postea manumissus? certe antequā Titius eum adire iubeat, non pro maiori parte hæredem me facit, quam pro dominica. postea autem quam certum est Titium prædictum non iussurum, tacito iure pars Titij mihi accrescit. si autē dictus Titius postea iuberet adire. acquireretur eidē Titio sua pars:nec oberit eidem Titio mea festinatio qui prius iussi seruum adire: quia cum ipse seruus adiuit meo solo iussu, non videtur venire ad dictam hæreditatē ex testamento quo sint ei datæ plures portiones. quo quidem casu non est opus nisi semel adire: vt.j.eo.l. si solus. immo videtur venire ex iussu meo & Titij, qui sumus sui domini. & hoc causa nostræ prædictæ vtilitatis. & hoc dicit cum.iiij.ll.seq. Viuianus.

m *Adire iussus.* ab altero tantum.

n *Domini iussu.* tantum.

o *Dimidia.* Sed quare non acquisiuit hæreditatem totam ei cuius iussu adiuit, sicut si stipulatus esset altero tantum iubente: vt infra,de stip.ser.l.j.§.communis.&.l.seruus communis? Respon. quia non potest alicuius iussu amplius ei quæri quā pro qua parte dominus est: quia non potest in plus iubere: & ei acquiri sine iussu non potest: vt.j.eo.l.seruus communis.sed stipulatione bene potest acquirere, licet iussus non interueniat.

p *Et si substitutum. Locum non habet.* ōmino si manumissus adeat: aliàs pro parte locum habet: vt.ſ.de vulga. substi. l.fi.in prin. cum seruus cōmunis personam duorum dominorum sustineat: vt.j.de stip.ser.l.j.§.communis.

q *Si seruus. Vel pluribus.* aperte dici potest hoc per.l.nouam.vt C.de cōmu. ser.ma.l.j.sed secundū hanc.l.vni soli hæres esse nō potest: vt insti. de do.§.fi.nisi dicas res cæterorū ad vnum peruenisse,vt hic.vel nisi in casu: vt.ſ.de hæred.insti.l.duo socij.

r *Eorum.* ſ.cuius hęreditatē adiuit:nec enim per vni⁹ hęreditatis additionē liber factus aliā cogitur adire. Azo secundū ius nouum.

BIU Cujas

ONVS COHÆRES SVSCIPERE NŌ COGATVR[a], SED BONORVM POSSESSIO[b] CREDITORIBVS DETVR.

Qui implet cōditionem,non videtur adire,nisi expresse hoc animo fecerit. Bar.

LXII. IAVOLENVS libro primo ex Posterioribus Labeonis.

ANtistius Labeo ait: si ita [quis] institutus sit: *Si iurauerit*[c], *hæres esto.* quamuis iurauerit, non tamen eum statim hæredē futurum antequā pro hærede aliquid gesserit: quia iurādo volūtatē magis suam[d] declarasse videatur. Ego puto[e] satis eum pro hærede gessisse, si vt hæres iurauerit. Proculus idem.eoq; iure vtimur.

Si dominus serui mutatur, nouus iussu requiritur. Barto.

Si seruus [alienus] hęres institutus, post iussum domini, antequam adiret, alienatus esset: nouū iussum posterioris domini, nō iussum prioris exigitur[f].

Furiosus nō acquirit voluntate sua, sed voluntate legis vel alterius cum iussu curatoris. Bartolus.

LXIII. Libro singulari Regularum Pomponij MARCELLVS notat[g].

FVriosus adquirere sibi cōmodum hæreditatis ex testamento nō potest[h], nisi si necessarius[i] patri aut domino hęres existat. per alium autē adquiri ei potest[k], veluti per seruum, vel eum quem in potestate[l] habet.

Seruus plurium potest partem vni adquirere, & partem sibi si fuerit manumissus. Bartolus.

LXIIII. IAVOLENVS libro secūdo ex Posterioribus Labeonis.

SEruus duorum hæres institutus, & adire iussus[m], si alterius domini iussu[n] adierit, deinde manumissus fuerit: poterit ipse adeundo ex parte dimidia[o] hæres esse.

LXV. PAVLVS libro secundo ad Sabinum.

ET si substitutum haberet idem seruus, ita, *Si hæres non erit, ille hæres esto.* substitutus locum non habet[p].

Seruus plurium potest omnibus necessariis existere hæres. Bartolus.

LXVI. VLPIANVS libro sexagesimoprimo ad Edictum.

SI seruus communis vel vni ex dominis[q] vel pluribus[q], vel omnibus hęres extiterit necessarius:nullius eorum[r] hæreditate se poterit abstinere.

Ex coniunctione legali in hæreditate locus est iuri adcrescendi. Bartolus.

LXVII. IDEM libro primo Regularum.

SEruus communis ab extero hæres institutus, si iussu vnius adierit hæreditatem, non pro maiore parte interim hæredem eum facit, quàm pro dominica[a]: deinde cæteris sociis non iubentibus[b], tacito iure partes ei adcrescunt[c].

Seruus plurium potest separatim adire propter separationem quæ à lege inducitur, licet non à testante. Barto.

LXVIII. PAVLVS libro quinto ad legem Iuliam & Papiam.

CVm solus seruus hęres institut' est: sicut licet[d] vno tẽpore omnium dominorũ iussu adire hæreditatem, ita & separatis temporibus singulorũ iussu rectè adit. Nã quia sæpius adit, nõ ex testamẽto, sed ex iure dominorũ venire[e] vtilitatis causa videtur: ne alterius festinatione, alterius ius lædatur[f].

Sequentes in gradu nõ admittuntur nisi primis exclusis: ideo primis statuitur tempus ad adeundum, vltra quod nõ audiuntur. Bartolus.

LXIX. VLPIANVS libro sexagesimo ad Edictum.

QVamdiu institutus admitti potest, substituto locus non est: nec ante succedere potest[g], quam excluso hærede instituto. Eueniet[h] igitur vt necessarium sit remediũ prætoris & circa denegandas primo actiones: & circa præstituendũ tempus substituto[i]: quia intra diem primo præstitutum, neque adire hæreditatẽ potest, neque pro hærede gerere[k]. Is autẽ qui tertio gradu scriptus est, si primo deliberãte secundus decedat, ipse potest[l] succedere. Ergo expectamus in singulis, vt prius eis deferatur hæreditas: tunc deinde postea quã delata est, expectamus diem præstitutum: intra quem diem nisi aut adeat, aut pro hęrede gerat, denegam[m] ei actiones.

Sine succedatur de iure ciuili, siue de iure prætorio: scripti præcedunt legitimos, etiam si conditio sit adiecta: & interim nõ potest repudiari nisi coram iudice. Barto.

LXX. PAVLVS libro quinquagesimoseptimo ad Edictum.

IN plurium hęredũ gradibus hoc seruandũ est, vt si testamẽtũ ꝓferatur, prius à scriptis incipiatur[n]: deinde trãsitus fiat ad eos ad quos legitima[o] hęreditas pertinet, etiã si idẽ sit ad quem vtroque modo[p] pertineat. Nam hoc gradatim cõsequitur, vt prius ex testamento ex testamẽto adit, sed &c. sed vtraque litera eundem sensum repræsentat, vt curiosus lector potest notare.

a *Eruus communis. Pro dominica.* vt.ſ.de vulga. ſubſti.l.ſi.in prin.&.j.de leg.j.l.ſi ſeruus plurium.in prin.&.ſ.eo.l.ſeruus duorum.& inſtit.de hęred.inſtit.§.ſeruus plurium.&.j.de ſtipu.ſeruo.l.ſi communis ſeruus ita.

b *Non iubentibus.* id eſt, repudiãtibus expreſſe vel tacite, puta nõ implendo cõditionem intra tempus quod teſtator voluit.

c *Adcrescunt.* ſi nõ ſit ſubſtitutus: cuius cauſa potior eſt. Idem & ſi eis iubẽtibus adire nollet: vt.ſ.de vulga. ſubſtil.fin.in princ. & ibi no.&.ſ.e.l.& ſi ſubſtiturum. Item ſecus quã ſit hic in legato ꝓprietatis: vt.j.de leg.ij.l.& Proculo. quæ eſt contra. ſed diuerſum in legato vſusfructus: vt.ſ. de vſufru.ac.l.j.verum & aliter dici poteſt, vt ibi no.& eſt ratio quare ius accreſcendi ſit in ꝓprietate: ne pro parte decedat teſtatus, & pro parte inteſtatus: quod ius noſtrum non patitur: vt infra, de reg.iur. Iius noſtrum.

d *Vm ſolus. Licet.* id eſt licitũ eſt, non ex teſtamento, ſcilicet quando duę ſeparatim in teſtamẽto ſunt datæ portiones: quia tunc non eſt opus niſi ſemel adire: vt.j.eo.l.ſi ſolus. ſed quia duorum vicem ſuſtinet: vt.j.de ſtip.ſer.l.j.§.cõmunis. vnde & domini quaſi duo inſtituti habebuntur: ſed alia litera eſt. Nã quia ſæpius nõ ex teſtamẽto adit, ſed &c. ſed vtraque litera eundem ſenſum repræſentat, vt curioſus lector poteſt notare.

e *Venire.* ad hæreditatem.

f *Lædatur.* ſcilicet quia nulla facta deliberatione damnoſæ applicaretur hæreditati quandoque. Azo.& facit ſupra, de ali.iudi. l.j.in prin.&.j.de reg.iur.l.non debet alteri.& ſupra, de tranſact. l.iij.in fi.j.reſpon.

QVamdiu.] CASVS. Inſtitui mihi hęredẽ Titium: & ſi Titius hæres nõ erit, ſubſtitui ei Mæuium. & ſi Mæuius hęres non erit, ſubſtitui ei Gaium: & poſtea deceſſi: certe quãdiu inſtitutus admitti poteſt, nõ poteſt admitti ſubſtitutus aliquis. Quid ergo ſi Titius inſtitutus tenet ſubſtitutũ ſuum in verbis, & nõ adit nec repudiat? Certe debet prætor ita dicere, Titio primo inſtituto, ſtatuo octo dies vt adeat: & ſi non adierit intra dictum tempus, denego ei abinde in antea actiones hæreditarias: & in eum caſum ſtatuo Mæuio ſecundo inſtituto alios octo dies: & ſi non adierit intra dictum tempus, denego ei ſecundo abinde in antea actiones hæreditarias: & in eum caſum volo quòd Gaius tertio inſtitutus habeat hæreditatẽ. intra diem igitur primo præſtitutum non poteſt ſubſtitutus primi adire hæreditatem, vel gerere pro hærede. ſed ſi deliberante primo decedat ſecundus, & poſtea primus repudiet: ipſe tertio gradu ſcriptus poteſt ſuccedere. Viuianus.

g *Poteſt.* vt.ſ.e.l.iij.& de hære. inſtit.l.cum in teſtamento.&.ſ. de vul.ſubſti.l.ſi mater.§.fi.Sed cõtra.ſ.de vulg.ſubſti.l.ſ.j.reſp. Solu.ibi nõ admittitur in eam partem quam habebat ſubſtitutus: vt ibi nota. Item contra.ſ.de hære.inſtit.l.ſi quis hæres. ſed non eſt contra: vt ibi patet. Item contra.ſ.de mino. l.ait prætor.§.ſed quod Papinianus. vbi minor inſtitutus poteſt admitti, & tamen ſubſtitutus admittitur. Solu.ibi per reſtitutionem[a], non iure cõmuni. non enim repudiauerat minor. Et eodem modo reſpon.ad illum.l.quòd ſi minor.§.Scæuola.in eo.tit.

h *Eueniet igitur.* ne longa mora fiat ſubſtituto: igitur &c.

i *Subſtituto.* circa duo interponit ſe prætor: ſcilicet vt ſtatuat tempus primo inſtituto: poſt quod non audiatur agens pro hæreditate vel pro aliqua alia actione. Item quod ſtatuat tempus vt extunc admittatur ſubſtitutus: & hoc dicat. Vel dic, ſtatuit tempus ſubſtituto vſquequo admittatur: quod erit poſt tempus primum finitum, & ad inſtantiam ſequẽtis ſubſtituti. hoc autẽ ſtatuitur vt in inſtituto vel ſubſtituto variis ex cauſis: vt ecce ad inſtantiã ſubſtituti: vt hac.l.Itẽ quia ſperatur moueri querela inofficioſi teſtamenti quando certum tempus eſt ſtatutũ: vt.C.de inofficioſo teſta.l.ſancim°.§.fi.quã: doque quia hęres inſtitutus dicit ſe repudiaturum vel abſtenturũ: quo caſu tres mẽſes ſtatuuntur: vt.C.de iure deliberan.l.fi.§.j.quã: doque quia inſtant creditores: & tunc ſtatuitur tempus arbitrio iudicis: vt.j.de bonis auct.iudi.poſſid.l.iiij.& de cura. bonis dan.l.j. &.ſ.de hæred.inſti.l.ſi quis inſtituatur. quandoq; quia ipſemet hæres petit ſine inſtantia alicuius: vt ſupra, de iure deliberã.l.j.§.j.aliàs ſi non eſſet tempus ſtatutum, perpetuo poſſet adire tã ſuus quàm extraneus niſi repudiaſſet, ſecundum nos: licet P.dixit in extraneo ad annũ vſque: vt no. C.eo.l.cum antiquioribus.& facit ad hoc vt vltra tempus ſtatutum non audiatur. C.de inge.ma.l.diffamari.&.C.de accuſa.ſi accuſatoribus.& qui accuſare non poſſunt.l.iij.&.l.ſi ea.&.j.de re iudi.l.cõtumacia.j.reſpõ. & de re mili.l.ij.§.ſi ad diem.&.ſ.ex quibus cau.ma.l.ſed &ſi per prætorem.§.ait prætor.

k *Gerere.* cum nõ ſit ei delata: vt in prin.huius.l.quod eſt opus: vt ſupra, eo.l.is qui.§.j.

l *Ipſe poteſt.* ſ.qui tertio loco ſcriptus eſt. ſed primº repudiat vel non adit intra tempus ei ſtatutũ. facit.ſ.de iure delibe.l.ſi plures.

m *Denegamus.* hodie omnino eſt hæres, niſi repudiet: vt.C.eo.l. fi.§.ſin autẽ.&.§.ſi quis nõ temerario.ſecundũ Azo. & Hug.quæ ſunt cõtra. Alij quòd ibi ad inſtantiam creditorũ, hic ſubſtituti.

IN plurium.] CASVS. Inſtitui mihi hæredes Titiũ & Seiũ, & de duobus meis cõſanguineis nihil dixi & deceſſi: certe inſtituti prius poſſunt habere hæreditatẽ meam, ſi volũt: vel prius poſſunt repudiare ſi volũt, quam dicti duo mei cõſanguinei poſſint habere vel repudiare. prius enim debet incipi à ſcriptis, & poſtea debet fieri tranſitus ad eos qui veniunt ab inteſtato. & idem eſt ſi ille qui veniret ab inteſtato, ſit à me inſtitutus. nam nõ poteſt adire vel repudiare ab inteſtato, donec poteſt adire vel repudiare ex teſtamento. & quod dixi in hęreditate de iure ciuili, habet locum in bonorum poſſeſſione de iure prætorio. Sed quid ſi ille qui ſuccederet mihi ab inteſtato, fuit à me inſtitutus ſub conditione, ſi nauis ex Aſia venerit? non poteſt certe adire vel repudiare ab inteſtato donec exiſtat dicta conditio ſub qua à me inſtitutus fuit: ſed poſt exiſtentiam dictæ conditionis poteſt repudiare vtroque modo, id eſt ex teſtamento, & ab inteſtato: & in eo caſu creditores hæreditarij poſſidebunt bona hæreditaria. Viuianus.

n *Incipiatur.* circa adeundum vel repudiandum.

o *Legitima.* ab inteſtato: vt.ſ.pro ſoc.l.iij.§.de illo.& facit.ſ.e. l.quamdiu poteſt.&.C.communia de ſuc.l.antequam.

p *Vtroque modo.* primo ergo vt ex teſtamento repudiet hæres: vt ſupra, eo.l.nec is.§.fina. Sed contra.j.eo.l.illud. Sol.ibi ſciens: hic ignorans. Item facit.j.de ſuc.edic.l.j.§.ſed videndum.

Repellat,

BIU Cujas

a *Repellat.* id est, repudiet. Ioan.
b *Bonorum possessionem.* secundum tabu.
c *Data sit.* id est, sub conditione est institutus, scilicet si Titius fuerit consul.
d *Constituere.* scilicet adeundo. sed an repudiando, statim dicet.
e *In eo casu.* quando cõditio transiit, & extitit cõditio. & sic cõcor. j. eo. l. illud. Ac.
f *Neutram.* id est, neutro modo: ergo erat sciens.
g *Bona defuncti.* Sed quo modo potuit ante conditionem: vt. ff. eo. l. is potest. & l. is qui. §. j. Respon. in manu iudicis: vt argu. ff. de orig. iur. l. ij. §. & cũ placuisset. & de offi. presi. l. legatus. Vel dic quòd extitit conditio: vt modo dixi.

delatam, deinde legitimam repudiet. Idẽ iuris est in bonorum possessione, vt prius scriptus repellat[a] bonorum possessionem, [b] deinde is qui ab intestato petere potest. ℣ Si verò ei ad quẽ legitima hæreditas potest pertinere, conditio data sit: [c] nihil constituere [d] potest de legitima ante, quàm dies cõditionis transeat. Et ideo dicẽdũ est & in eo casu, [e] si respondit neutram [f] hæreditatem ad se velle pertinere: bona defuncti [g] à creditoribus possidenda sunt.

Seruum alienum ab hostibus redemptum potest quis sibi necessarium hæredem facere: sed domino primo æstimatio debetur. Bartolus.

LXXI. VLPIANVS libro sexagesimoprimo ad Edictum.

SI seruum quis alienum ab hostibus redemerit, & hæredẽ eum cum libertate instituerit: magis puto fore eum liberum & necessarium hæredem. [h] Nam cùm scribit ei libertatẽ, vinculo suo resoluit: [i] & in hoc solum [k] reddit iure postliminij, vt non iterum seruus eius fiat, cuius erat antequã caperetur, (hoc enim satis impium est) sed vt pristino domino suam æstimationem omnimodo offerat: [l] vel maneat ei obligatus donec pretiũ soluat.

SI seruum quis. CASVS. Titius seruũ Seij ab hostibus captũ redemit bona fide: & postea fecit testamentum dictus Titius: & dictum seruum cum libertate instituit sibi hęredem. certe erit dict[o] seruus liber, & dicti Titij hęres necessari[o]. debet tamẽ dictus seruus nunc liber effectus prẽstare dicto Seio primo suo domino æstimationẽ suiipsius. aut si non prẽstet, remanet ei obligat[o] donec soluat ei dictam æstimationem. & ratio est plana in litera. Sed quid si dictus Seius dominus serui vẽdidit dicto Titio dictum seruum nõ ab hostibus captum eo pacto vt eũ manumitteret intra mensem dictus Titius: & postea idẽ Titius instituit ante mensem eundem seruum hæredem cum libertate: nunquid potest se seruus abstinere ab hreditate eius? & dicitur quòd sic prætẽrito mense, nõ autem ante mensem, sicut euenit in eo seruo testatoris cui ipse testator dedit libertatem fideicommissariam sub conditione aliqua. & hæres dictum seruum ante cõditionem instituit sibi hæredem cum libertate: qui quidem seruus est hæredi hæres necessarius ante dictam conditionem existentem, & post conditionem voluntarius. Item quid si seruus Titij dedit eidem Titio nummos, vt idem Titius eum manumitteret: & ipse Titius non manumisit eum, sed instituit eum cum libertate? nũquid erit eidem Titio hæres necessarius? & dicitur quòd non. immo succurritur ei vt sit voluntarius. [PRAETOR AIT.] Dictum est. ff. eo. l. necessariis. quòd prætor dat abstinendi facultatem hæredibus suis & necessariis qui de iure ciuili sunt etiam inuiti hæredes. nunc ponit idem prætor quoddam suum edictum ita dicẽs, si per eum eámve hæredem factum fuerit vt aliquid amoueretur ex ea hæreditate quæ ei delata est, abstinendi beneficium non habebit. dicit postea Vlpianus, Ex quo dixit prætor, si per eũ eámve hæredem factũ fuerit vt aliquid amoueretur ex ea hæreditate quę ei delata est, abstinendi beneficium non habebit, vt dictum est: ergo siue ipse hæres amouerit, siue amouendum per alios curauerit, habebit locum dictum edictum. siue ergo aliquid celauerit, interuenerit, vel consumpserit ex dicta hæreditate: amouisse videtur. Item habebit locum dictum edictum, siue vna res, siue plures amotæ fuerint: & siue res amotæ sint ex ea hæreditate, siue ad eam pertineant. non autem videtur. hæres amouisse si rem abstulit non putans eam esse hæreditariam. Item non habet locũ dictum edictum si se abstinuit, & postea amouit eam. nam non vt

A lebit propter hoc minus abstẽtio. tenebitur tamen hoc casu creditoribus actione furti. Viuianus.
h *Necessarium hæredem.* est enim eius factus seruus: vt. j. de cap. l. in bello. §. si quis seruum. Item hoc si nesciebat alienum: aliàs secus: vt in. d. l. in bello. §. manumittendo. in fi. §. Accursius.

quod libertatis fauore introductum est.

Potest quis pro parte temporis esse necessarius, & pro parte voluntarius. Bar.

℣ Si quis hac lege [m] emptus sit vt intra certũ diem manumittatur, & cũ libertate hæres institutus sit: an ei succurrendum sit vt se abstineat, videamus. Magisque est, vt donec dies nõ extiterit, possit ei necessarius B hæres effici, & non possit sese abstinere. sin autem dies prætereritus fuerit, tunc non necessarius, sed volũtarius hæres efficitur, & potest se abstinere secundum exemplum eius cui fideicõmissaria libertas sub conditiõe debebatur. [n] ℣ Si quis [o] dederit nũmos domino vt manumittatur, puto huic omnimodo esse succurrendum.

Qui amouet aliquid de hæreditate antequam abstineat mala fide, perdit beneficium abstinendi: secus si post abstentionem. hoc dicit vsque ad finem. Bartolus.

℣ Prætor ait: *Si per eum* [p] *eámve factum erit, quò* [q] *quid* [r] *ex ea hæreditate* [s] C *amoueretur.* [t] Si quis su[u] se dicit retinere hæreditatẽ nolle, aliquid autem ex hæreditate amouerit: abstinendi beneficium non habebit. Non dixit prætor, *Si quid amouerit:* [x] sed, *Si per eum eámve factum erit quò quid ex ea amoueretur.* Siue ergo ipse amouerit, siue amouẽdum

i *Resoluit.* quod vinculum qualicũque iudicio resoluitur: vt. C. de cap. l. liber. Accur.
k *In hoc solum.* iunge quod est. j. sed pristino domino &c. nõ vt fiat denuo seruus eius. aliter est si sine redẽptione redeat: quia domino redditur: vt. C. de capti. l. sicut. Accur.
l *Offerat.* sic supra de vulga. substi. l. si seruus communis. §. j. & insti. de noxa. §. si autem. & infra. si lib. ingen. esse di. l. ij. in princip. & C. de patrib. qui fi. distra. l. ij. in princip. & infra ad Silla. l. domino ãfamilia. Et nota. q̃ duobus videtur teneri, redimenti: vt infra de legat. j. l. senatus. §. fina, &, domino quondam: vt hic: quod falsum est simul. Sed dic, si redimo bona fide seruum, nec manumisi: oblato mihi pretio à domino intra triennium, soluitur ius pignoris. nec mirum si mihi tenetur: quia & liber redẽptus licet liber sit, tamẽ tenetur vel ad pretium, vel ad operas. v. an. vt hic. C. de cap. l. ab hostib. & l. fi. &. ff. de testamẽ. l. q̃ testamẽto. §. j. post triẽnium autem offerri mihi redimenti seruum nil potest, nisi mala fide redemerim: vt infra de cap. l. in bello. §. si quis seruum. si autem manumisi, ius meum videor remittere: & sic ad primum dominum redire videtur. sed hoc est impiũ, fauore libertatis: vt hic. & ff. j. de cap. l. in bello. §. manumittendo.
m *Si quis hac lege.* id est pacto: vt. ff. depos. l. j. §. si conuenit. Ac.
n *Debebatur.* vt. ff. de hęre. insti. l. iij. §. qui fideicom. & dic vt ibi. & facit. C. de ope. lib. l. mater. &. ff. de hære. insti. l. pater.
o *Si quis.* Quinque modis dic: primo domino futuro: & tunc succurritur vt manumittatur: vt. ff. de iudi. l. vix. §. sed & fi. Vel D dic dederit, id est, dare voluerit: cum hoc per pactum conuenerat: vt. ff. de iudi. l. vix. in fin. & hoc etiam casu succurritur, vt manumittatur. Sed quid ad titulum? Respon. quòd si postea manumittatur, erit voluntarius redimenti si ab eo instituatur. Vel dic tertio dederit domino pręsenti. Sed tunc in quo succurritur? Respon. vt sit voluntarius post manumissionem sponte factam: & sic consonat cum superiore. §. Vel dic quòd suadeatur ad manumittendum, non dico cogatur: vt. C. de lib. cau. l. cum affirmes. & C. de condic. ob cau. l. si liber. Vel dic quinto vt cogatur manumittere. sed hoc non placet: vt. C. de transac. l. interpositas. & C. de lib. cau. l. post certi. Accursius.
p *Si per eum.* scilicet hæredem.
q *Quo.* pro vt.
r *Quid.* id est, aliquid.
s *Ex ea hæreditate.* quæ ei defertur.
t *Amoueretur.* subaudi, abstinendi beneficium non habebit.
u *Si quis suus.* per hoc apparet quòd per id quod postea dicit, abstinendi, loquitur in suo hærede: secus in extraneo: vt. ff. eo. l. si quis ex. in prin. & est ratio, vt ibi no. Accursius.
x *Amouerit.* scilicet ante: vt. j. ea. l. §. fina.

BIU Cujas

curauerit: [a] edictum locum habebit. Amouisse eũ accipimus, qui quid celauerit, aut interuerterit, aut cõsumpserit. ¶ Ait prætor: *Quòd quid ex ea [hæreditate] amoueretur.* Siue autem vna [b] res, siue plures fuerint amotæ, edicto locus est: siue ex ea hæreditate sint, siue ad eam hæreditatem pertineãt. [c] ¶ Amouere non videtur, qui non callido animo † nec maligno rẽ reposuit: ne is quidem qui in re errauit, dum putat non esse hereditariam. Si [quis] igitur non animo amouendi, nec vt hæreditati damnum det, rem abstulit, sed dum putat non esse hæreditariam: dicendum est eum amouisse non videri. [d] ¶ Hæc verba [e] edicti ad eum pertinẽt, qui ante quid amouit, deinde [f] se abstinet. [g] Cæterùm si ante se abstinuit, deinde tunc amouit: hic videamus, an edicto locus sit. Magisque est vt putem hic Sabini sententiã admittendam, scilicet vt furti potius actione creditoribus [h] teneatur. Etenim qui semel se abstinuit, quemadmodum ex post delicto [i] obligatur? [k]

Finita causa dilationis, finitur dilatio. Bar.

LXXII. PAVLVS libro primo ad Plautium.

SI quis hęres ita scriptus fuerit, vt intra certum tempus adeat hęreditatem: & si non ita adierit, alius ei substituatur: prior autem hæres antequam adiret, decesserit: nemo dubitat quin [l] substitutus vltimũ diem aditionis expectare nõ soleat.

Quod quis facit vt filius, non vt hæres, non inducit immixtionem. Bartolus.

LXXIII. IDEM libro septimo ad Plautium.

SI quis non quasi hæres, sed quasi patroni filius [m] egẽs [n] à liberto paterno [o] ali velit: pculdubio hoc extra causam est immiscẽdi se bonis paternis. & ita rectè Labeo scribit.

Conditio dandi impletur si datur plus: secus si minus. Bartolus.

LXXIIII. IDEM libro duodecimo ad Plautium.

QVi putat se decẽ dare iussum, cum quinque iussus sit: si decem dederit, fiet hæres [p] adeundo. at si quinque putet se iussum dare, cùm decem dare iussus est, & dat quinque, nõ implet conditionem: [q] sed ad aliquid proficit, vt si adimpleuerit reliquum, aliorum quinque datione videatur conditio esse impleta.

Liber putans se seruum, iussu alterius adeundo non obligatur: secus si sua sponte. Bartolus.

a *Curauerit.* etiam si non amouerit: vel melius curauerit, scilicet ab alio: & secuta fuerit amotio: vt. ff. de eo per quem fac. est. l. j. §. j. & ff. vi bono. rap. l. iiij. §. ij. & de iniur. l. non solum. in princip. & in. §. si mandato. alioquin non puniretur: vt. j. de verb. sig. l. sæpe. §. fi. & de iniur. l. item apud. §. si curauerit. & ff. quod quisque iur. l. j. in fin. & C. de iur. del. lib. l. fi. §. illo.

b *Vna res.* habes q̃ sub appellatione singularis numeri & pluralis continetur, & ecõtra. sic supra de negest. l. iij. §. j. & infra vi bono. rap. l. ij. §. quod ait prætor. & infra de iniur. l. item apud. §. si quis bona. & supra, de testamen. tut. l. si quis ita. §. j. Accursius.

c *Pertineant.* id est, ad eius periculum, vt cõmodatæ, pignoratæ: vt supra, de peti. hæred. l. non tantum. §. j.

d *Non videri.* quod malo animo nõ fit, nulla pœnam meretur. sic. j. de fur. l. falsus. §. si iactum. & l. si quis vxori. §. si quis de naui. & l. qui vas. §. ij. & ff. de in rẽ verso. l. iij. §. non tantum. & j. de iure fisc. l. ij. §. fi. & l. senatus. in princ. & ff. de ser. cor. l. doli. & ff. eo. l. pro hęrede. §. seruos. Sed arg. contra. j. de iniur. l. eum qui. §. si iniuria. & supra, de legi. & senatusco. l. j. *ADDITIO.* Dic quòd est speciale hic in aditione hæreditatis, quæ consistit in solo animo: vt. d. l. pro hęrede. §. j. Vel dic quòd in. l. eum qui. animus erat delinquẽdi: & ideo punitur si aliũ ostẽdit quàm crediderit. Hic vero non erat animus delinquendi. Ad. l. j. ff. de leg. dic quòd posito quòd illa ignorantia debet puniri: hic tamen non debet puniri tanta pœna vt perdat beneficium abstinendi, secundum Barto. hic.

e *Hæc verba.* quæ sunt. ff. eo. §. prætor. Accursius.

f *Deinde.* id est, postea.

g *Abstinet.* id est, abstinere vult, & abstinet de facto. nam de iure nõ potest: vt. ff. eo. §. prætor. nisi esset minor, per in integ. resti. vt. ff. eo. l. necessariis. §. sed tamen. & l. si minor.

h *Creditoribus.* quibus fuerunt traditæ, vel speciali pactione obligatæ: vt infra, de fur. l. si is. in princip. & l. inter. §. hæc actio. vel erant missi in possessionem vacantium: aliàs non: vt. ff. de præscrip. verb. l. si rem. §. fin. non autem hæredi datur actio furti cum iacet hæreditas. vt. j. eo. tit. l. hæreditariæ. & j. si quis testa. lib. esse iussus. l. j. §. Scæuola.

i *Delicto.* scilicet amouendo. Accursius.

k *Obligetur.* scilicet hereditati. certe nullo modo: immo nec aditione: vt. C. de repu. hæred. l. sicut. nisi in casu: vt in eo. titu. l. fin. Item not. hic quòd non tollit indultum beneficium quod impedit indulgendum. sic. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. patre. id est, amotio non tollit beneficium abstinendi iam habitum. est enim beneficium prætoris contra ius ciuile datum sui & necessariis vt abstinere possint: vt. ff. eo. l. necessariis. Item hoc nisi veniat alia via: vt. j. de succ. edic. l. j. §. sed videndum.

Si quis hęres.] CASVS. Institui mihi hæredem Titium ita vt si intra diem Paschæ adeat hæreditatem: & si nó ita adiret, substituí ei Seium, & decessi. & postea Titius decessit per octo dies ante Pascha, & antequam adiret certe non debet Seius substitutus expectare Pascha vt adire possit: immo statim adire potest. Viuianus.

l *Quo.* id est, quòd. & facit institu. de bo. pos. §. penul. & C. qui ad. ad bo. pos. l. fi. & j. de verb. obli. l. hoc iure. & l. cũ stipulat⁹. & C. eo. l. creationum. Sed arg. cõtra. j. de verb. oblig. l. in illa stipulatione. & l. insulã. & ff. si quis cau. l. si eum. §. j. Item contra. j. de condit. & demon. l. iiij. in fin. Sed ibi est verbum, tunc: hic non. immo & si esset hic, non ideo suspenderet ex quo cessaret prim⁹: vt. ff. de hære. institu. l. hæreditas ex die. at ibi est legatũ quod ex die dari potest.

Si quis non.] CASVS. Titius habẽs filium & libertum decessit: postea filius non extitit ei hæres: sed pauper existens quasi filius patroni petebat alimẽta à dicto liberto. nunquid videtur propter hoc immiscere se bonis paternis? Et dicitur quòd non. Viuianus.

m *Filius.* scilicet patroni mortui. Accur.

n *Egens.* aliàs secus: vt. ff. de lib. agno. l. si quis à liberis. §. alimẽta. & §. de alimentis.

o *Paterno.* No. libertũ paternũ nostrũ libertũ dicimus, nõ ecõtra: vt. j. de verb. signi. l. licet. §. paternos. & facit ad. l. ff. eo. l. pro hærede §. seruos. & §. si quid. Item nota de quasi & tanquam: sic. j. ad Trebel. l. mulier. §. fina. & nota. ff. de adoptio. l. si pater. §. qui duos.

Qui putat.] CASVS. Instituí mihi hæredẽ Titium sub conditione si daret Seio quinque, & decessi. Titius putans se iussum dare decem, dedit decem Seio. & certe adeundo postea efficitur hæres. secus tamen esset econtra: puta si iussi eum dare decem, & ipse putans se iussum dare quinque dedit. v. nam hoc casu non implet conditionem. si tamen dederit dicto Seio alia quinque erit impleta conditio, & adire poterit. [*QVI BONA.*] Titius putans se non esse liberum, sed meum seruum, seruiebat mihi bona fide tanquam meus seruus: & ita seruiens fuit hæres institutus à Seio: & iussu meo adiuit: postea apparuit eum liberum esse. nunquid creditores dicti Seij poterunt eum conuenire? Et dicitur quòd non. non enim est obligatus propter dictam aditionem. Et idem est in hoc alio casu: Gaius dedit libertatem Sticho seruo suo sub conditione si nauis ex Asia venerit. & instituit sibi hæredem Sempronium, & decessit. postea pendente dicta conditione libertatis Seius restituit sibi hæredem dictum Stichum: & dictus Sempronius hæres Gaij iussit dictum Stichum adire dictam hæreditatem Seij. & postea extitit dicta conditio ignorante dicto Sticho. & sic ignorans dictus Stichus fuit factus liber, & postea adiuit ex dicto iussu hæredis. nam non obligatur hæreditati dictus Stichus. secus autem si dictus Stichus non errabat in libertate sua tempore quo adiuit: sed dubitabat: quia tunc adeundo bene esset hæres. Viuianus.

p *Fiet hæres.* quia pars est in toto: vt infra, de verb. oblig. l. j. §. si stipulanti. & ff. de pac. l. si vnus. §. si cum. & j. de excep. rei iudi. l. si quis cum. in princip. Hug.

q *Non implet conditionem.* etiam pro parte quantum ad hoc vt pro parte sit hęres: vt. j. de condit. & demon. l. cui fundus. in prin. & ff. de condic. inde. l. si non sortem. §. pen. & ff. de condi. institu. si quis hæreditatem. Sed contra. j. d. l. cui fundus. §. j. Sed aliud est cum est implenda conditio à pluribus. vt ibi dicit. Item contra. ff. eo. l. si quis extraneus. §. sciendum. Sed immo alius est omnino casus: quia qualitatem, hic quantitatem conditionis ignorat. Item

BIU Cujas

non obstat.ĩ. de condit. & demonst.l.ij.in fin. quia ibi non fato, sed implere volens.

a *Seruit.*liber homo.

b *Non obligabitur.*etiam si sui cõtemplatione est institutus:quia non libera voluntate adiit: vt supra, eod.l. qui in aliena.§. Celsus. Et adde quod nota.infra, de acquir. re. do.l. liber homo. &.l. homo liber.& facit supra,de hæred.institu.l. liber homo. Sed contra.ĩ.eo.§.de eo.

c *Ab aliquo.*nõ à domino.

d *Conditionẽ.*sub qua dominus ei reliquit libertatem.

e *Vel hæreditatem.*scilicet domini. & dic quòd etiam si pure sit relicta, ei non competit nisi ab adita hæreditate: vt.C. de cadu. tollen.l.j.§.in nouissimo. Item contra. supra, ead.l.§. qui bona fide.Sed supra bene putabat se non esse liberum: & sic errabat. hic dubitabat. Azo.sic supra, eod.l. si quis extraneus.§.sciendum.& l. si quis mihi bona.§. sed si mãdauit. vel dic vt not.supra,eod.l.qui in aliena.§.j.& infra.l. proxi. Item est ad istã infra,de condit. & demon. l. multum. & .s. eod.l. sed si de sua. in princip.Hug.

f *Hæredem.*si vult sibi acquirere:secus si iubenti &c.

¶ Qui bona fide seruit,[a] si quasi iussu domini adierit,nõ obligabitur.[b] Similis est huic statuliber,qui iussus ab hærede adire hæreditatem,post conditionem libertatis existẽtem (cùm hoc ignoraret) adiit. ¶ De eo qui hæres institut⁹ ab aliquo,[c] dubitat an libertas ei ex testamento domini obtigerit, cum nesciat conditionem[d] libertatis extitisse, vel hæreditatem[e] aditam:an adeundo hæres fiat, videndũ est. Iulianus hunc diceret fieri hæredem.[f]

Qui adiuit ex parte minori cum deferretur hæreditas: pro maiori obligabitur, si eius erat propositi. Bartolus.

LXXV. MARCELLVS libro nono Digestorum.

EX semisse Titi⁹ hęres scriptus est.quadrantis bonorũ possessionem[g] per errorem petit.quęro,an nihil actum sit?an verò perinde omnia seruanda sint, ac si quadrans nominatus nõ sit? [h] Respõdit,nihil magis actum esse, quẽadmodũ cũ ex semisse scriptus hæres, ex quadrante per errorem adiit[i] hæreditatem.

Quocunq; iure aditur portio alia quæ potest acquiri, sine noua aditione acquiritur. Itẽ qui ex institutione repudiat partẽ,potest in alia parte ex substitutione succedere,& repudiatam iure accrescẽdi habebit. Bar.

LXXVI. IAVOLENVS libro quarto Epistolarum.

SI tu ex parte[k] sexta sub cõditione[l] institutus fuisses hęres, & omittẽte[m] partem suam Titio cui substitutus eras, ex substitutione adiisses, deinde cõditio iure sextantis extitisset: quęro,an adire necesse[n] habueris, nè sextans tuus intereat?[o] Respõdit, nihil interest vtrum ex substitutione pri⁹ adierit,[p] an ex prima institutione: cùm ab vtraque[q] causa vna aditio sufficiat.[r] Sextans itaque qui sub conditionem datus mihi[s] est,ad me solum[t] pertinet. ¶ Itẽ si tu sextantis ex quo institutus[u] esses hæres, omiseris[x] aditionem: nunquid dubitas quin ex substitutione adeũdo,[y] Titianę partis habiturus partem[z] bere ex institutione dictam meam partem? certe non habeo eam tanquam ex aditione. & hoc dicit. credo tamen quòd accresceret mihi pars repudiata à me.Sed pone quòd dictus Titius meus cõsanguineus instituit me solum hæredem:cuius quidem hæreditatem haberem ab intestato, si me non instituisset: nunquid possum simul repudiare ex testamento & ab intestato? Et videtur quòd nõ: quia antequam repudiauerim ex testamẽto,non pertinet ad me ab intestato:& ita non possum repudiare ab intestato,cũ ad me adhuc non pertineat.Dicitur tamen hic quòd possum simul vtrãque repudiare. & eo casu intelligor prius repudiare ex testamento,& postea statim eodem momento intelligorre pudiare ab intestato: sicuti videor ante repudiare ex testamento, & postea ab intestato acquirere eo casu quando volo ab intestato adire hæreditatẽ dicti Titij mei consanguinei, & repudiare ex testamento. & hoc est verum si scio ex testamento mihi cõpetere: quia si ignorarem me institutum à dicto Titio, non possem repudiare ex testamento: vt.s.eod.l.nec is.§. hæres. & hoc dicunt istæ duæ leges. Viuianus.

EX semisse.] CASVS. Seius instituit sibi hæredem Titium in sex vnciis,& decesit. Titius autem credés se institutum tantum in tribus vnciis adiuit, vel bonorum possessionem petiit pro tribus vnciis tantum. nunquid valet quod egit? Et dicitur quod non.

g *Bonorum possessionem.*secundum tabu.

h *Non sit.*in petenda vel danda bonorum possessione.

i *Adiit hæreditatem.*de iure ciuili: vt differat à primo: sed videtur in totum: vt supra,eo.l.si ex asse.contra. Solu. ibi sciuit se insolidum institutum.Item contra.s.eo.l.si quis mihi bona.§.quòd si ex parte. Sed ibi in iubente fuit error, sed adiens erat certus, cuius scientia prævalet: vt.l.cum quidam.§.fi. Item contra.supra, eod.l.si quis extraneus.§. sciendum.&.s. si pars hæred. peta.l. illud.Solu.hic error,ibi dubitatio:[a] vt.s.l.proxi. in fin. Vel melius in omnibus distingue, an erat eius propositi, vt si sciret maiorem partem,adire,vel non erat eius propositi.arg.s.de mili.testa.l.qui iure.quod est verisimile vbi erat maior: non tamen certum: quia potest esse alia pars grauata. Alij ad omnes dicunt quòd hic insolidum est hæres.& quod dicit,nihil,scilicet vt sit pro parte.sed tunc non est differentia inter scientem & errantem. Respon.sic, si & de alia:quod sciens non poterit: vt.s.eo.l.si duo.&.l.cum hęreditate.quod non placet: quia & hic quæsierat an insolidum est hæres:& tamen dicit nihil. Alij distinguunt,[b] an vna est institutio:& adiens pro parte sciens vel ignorans erit insolidum: vt in contrariis casibus omnibus: an vero plures institutiones, & adiens ex vna distinguitur sit sciens vel ignorans:verum ad hoc, vt sit vel non sit hæres ex alia:vt hic.

a *Differũt & quo modo:vide per glos. in ru. s.de iur.& fac. igno.*

b *Ista distinctio nõ procedit per.l. quidã eulogio.C.eodẽ. secundum Bald.*

Si tu ex parte.] CASVS. Titius instituit me hæredem in duabus vnciis hæreditatis suæ sub conditione, & Seium in decem vnciis instituit. Item substituit me eidem Seio, & decesit. postea pendente conditione meæ partis Seius omisit suam partem, & ego adiui partem suam ex substitutione. & postea extitit conditio dictæ meæ institutionis. nunquid habeo necesse adire pro mea parte? Et dicitur quòd non: immo pertinet ad me dicta pars in qua fui institutus, etiam sine aditione. sufficit enim quòd adiui ex substitutione.Item quid si ego expresse dixi me nolle ha-

k *Si tu ex parte.*In primo casu fuerunt duo instituti: Seius sub conditione in duabus vnciis, & Titius purè in decem. Item Seius Titio substitutus. In secundo fuerunt tres instituti: Seius in duabus vnciis: Titius in quinque: & Gaius in quinque:& Seius Titio substitutus.

l *Sub conditione.*quæ adhuc pendet.

m *Omittente.*id est,repudiante.

n *An adire necesse.*iterum pro sextante.

o *Interest.*si eam non adeas.

p *Adierit.*de secunda persona transit ad tertiam:& infra de eodem loquitur in prima. & sic est variatio personarum. sic.C. de in ius voc.l.fina.

q *Cum ab vtraque.*id est,propter: vel subaudi,præcedens.Azo.

r *Sufficiat.*cõditione prius existente:ante vero ad eam quæ iam est delata. Nec dicas quòd propter aditionem primam habeat sequentem partem non aditam:sed accrescendi iure, cum non erat tunc delata.& facit infra,eodem.l.si solus.in fi.

s *Mihi.*id est,tibi.

l *Qui.* vt ecce si repudio hæreditatem Titij qui est viuus. nam post mortem potero effici hæres vel de iure ciuili, vel de iure prætorio.

m *Superstitis.* pro certo idem si dubitetur: vt supra, eo. l. is qui hęres. §. si quis. & C. de cap. l. nec nos. Sed contra. C. de bo. lib. l. fin.

A Solu. ibi tacite. nam expresse non posset: vt infra, de bon. liber. l. Paulus. §. patroni. Item contra infra, de do. l. quidam. §. fina. Solu. ibi delinquendo.

n *Repudiat.* idem si pactum faciat: vt. C. de inoffi. testa. l. si quãdo. C. de pact. l. pactum. & l. fina. & C. de colla. l. pactum. Idem si iuret: vt. C. de leg. & senatusconſ. l. non dubium. Et not. eundẽ ve nire cõtra vbi non tenet quod fit. sic infra, de op. leg. l. homine. & infra, ad Tertyl. l. filij. §. j. Item no. de pac. futuræ succesſionis. I. Item not. non posse repudiari quæ non possunt peti. sic infra, de pig. leg. ij. l. si ita scriptum. §. si sub conditione. & infra, de suc. edic. l. j. §. decretalis.

o *Recusari. Verbis.* solis, cum quibus præsumo talem voluntatem qualẽ verba declarant: vt infra, de supel. leg. l. Labeo. §. idem Tubero.

p *Re.* & verbis rem à se abdicãdo. sed etiam sine verbis talia potest ostendere per quæ apparet eum nolle: vt inſtit. de hære. quali. & dif. §. fina. nam nihil refert re vel verbis aliquid fiat. sic supra, de legi. & senatusconſul. de quibus. & infra, rem ra. ha. l. Paulus respon. Item facit. C. de condic. inde. l. indebitum. & infra, ad Trebel. l. restituta. Item facit supra, pro socio. l. iiij. j. respon.

q *Alio quouis.* aliàs, aliquouis: aliàs, alio quouis.

r *Qui se pupillum.* Nota qui putat se nihil agere, tamen tenet quod agit. facit supra, eo. l. sed & si de sua. Accursius.

Clodius.] CASVS. Quidã nomine Clodius fecit de iure testamentum: & instituit in eo sibi hæredẽ Titiũ: & postea fecit non de iure aliud testamentum: & instituit sibi eundem Titiũ: & decesſit Titius cũ putaret valere secundũ testamentũ: & ex eo adiuit. & postea nolebat ipse adire ex primo, cum nihil valeret aditio ex secundo. nunquid potest? Et pronũtiauit Papinianus decesſisse inteſtatũ Clodiũ, qui Titius adeũdo ex secũdo testamẽto videt repudiasse ex primo: & quia aditio nõ valuit ex secũdo. sed ipse malè dixit. nõ enĩ videt Titi repudiasse ex primo, cũ putaret secũdũ valere: & ideo poterit adhuc adire ex primo testamẽto. Vi.

s *Prius testamento.* solenni & vtili. Accursius.

t *Putabat.* sed male: vt. ſ. de inoffi. test. l. mater. sed pro eo erat supra, eo. l. filium emancipatum. sed ibi sciens testamentum valere accepit ab inteſtato: vt ibi no.

u *Dicebam.* & bene: vt. d. l. mater. & ſ. de peti. hęredi. l. legitimã. & j. de leg. iij. l. si iure testamento. & l. Lucius. §. Sępronię. & arg. ſ. titu. j. l. iij. arg. ſ. de dona. inter virum & vxo. l. quod autem. §. si vxor. & de leg. ij. qui fideicommiſſum. & l. Lucius. §. quisquis. & infra, de appel. l. Seio. Accursius.

x *Pronuntiauit.* iudex huius causæ. Accursius.

y *Inteſtatum.* ergo videtur iudicasse secundum Papi. vnde dico male pronuntiauit: quia per inutile non infirmatur vtile: vt inſti. quib. mo. testa. infir. §. ex eo. & C. de testa. l. hac consultiſsima. §. si quis. & d. l. qui fideicommiſſum. quæ sunt contra. Vel dic, quòd bene pronuntiauit: sed non quia non possit adiri: sed quòd scriptus hæres in priori testamento priusquam ex primo adiret, decesſerit secundum Ioan. & sic sunt. d. ll. contrariæ. & facit. j. de iis qui. vt

BIU Cujas

qui.vt indig.l.cum quidam.& de verb.oblig.l.si dari.

Quæ neptis.] CASVS. Titia habens filiam Seiam, & ex ea Seia neptem Sempronium: maritauit dictam neptem Sempronio:& centum nomine dotis eidem Sempronio spopondit:& quolibet mense dabat eidē Sempronio.x.nomine vsurarum dictorū centum promissorum pro dote pro satisfaciendo Sempronio de exhibitione siue alimentis quæ dabat de suo vxori suæ: quæ erat, vt dictū est, neptis dictæ Titiæ.decessit tēpore procedēte dicta Titia auia instituit sibi hæredibus filia sua Seia, & duob[a] aliis impuberib[a].post-ea Sempronius maritus neptis egit contra dictos tres hæredes auiæ ad centū prædicta sibi promissa per auiam: & quilibet eorum fuit ei condemnatus pro hæreditaria portione. & postea quilibet dictorū trium hæredū promisit eidem Sempronio soluere partē in qua erat ei condēnatus, cū eisdem vsuris quas Titia testatrix præstabat quolibet mense eidē Sempronio pro alimētis dictæ suæ neptis: postea dicti duo hæredes impuberes qui erant cohæredes dictæ Titiæ filiæ Titiæ testatricis, abstinuerunt se ab hæreditate Titiæ per beneficium in integrum restitutionis ab imperatore impetratum:& sic tota hæreditas cœpit pertinere ad dictam Seiam testatricis filiam.quæritur, vtrum dictus Sempronius maritus neptis dictæ Titiæ testatricis possit conuenire Seiam filiam testatricis pro partibus cohæredum qui abstinuerunt? Et respon. quòd sic.Item habebit Seia filia testatricis omnes hæreditarias actiones, & denegabuntur eis duobus cohæredibus qui se abstinuerunt. & hoc idem retulit Aristo in Decretis Frontianis in quodam alio casu simili supradicto.&.h.d.cum.l.seq.Viuianus.

Post abstentionem cohæredum, alius se implicans vniuersæ hæreditati vniuersis oneribus tenetur. Bartolus.

XCVIII. SCAEVOLA libro vicesimo sexto Digestorum.

QVæ neptis suæ nomine, quam ex Seia [a] habebat, Sempronio tot dotis nomine spoponderat[b], & pro vsuris in exhibitionem [c] certā summā præstabat: decessit relicta Seia filia, & aliis hæredib[a], cum quibus Sēpronius [d] iudicio [e] egit: condēnatiq; pro portionib[a] hereditariis singuli hęredes, inter quos & Seia [f], Sempronio cauerunt [g] summā qua quisq; condemnatus erat, eisdē vsuris [h] quæ ad exhibitionē à testatrice præstabātur. postea, excepta Seia filia, cæteri hæredes abstinuerunt [i] hæreditate beneficio principis:& tota hæreditas ad Seiam pertinere cœpit. Quæro, an in Seiam, quę sola hæres remansit, & omnia vt sola hæres egerat, pro eorum quoq; portionibus qui beneficio principali hæreditate abstinuerit, vtilis actio dari debeat? Respōdi, pro parte eorum qui

a *Seia.* filia. Accursius.

b *Spoponderat.* sed non soluerat.

c *In exhibitionem.* i. propter exhibitionē quā faciebat vir. sic. ff. de excep. do. l. fi. ff. respon. &. ff. de in rem ver. l. pe. & fi. Accur.

d *Sempronius.* maritus neptis.

e *Iudicio.* sub. in. & dic egit ex promissione dotis.

f *Seia.* scilicet condemnata.

g *Cauerunt.* id est, per cautionem promiserunt summam &c.

h *Vsuris.* id est, sub vsuris.

i *Abstinuerunt.* beneficio in integrū restitutionis: quia minores vel milites erāt: vt ff. de hær. qua. & dif. §. extraneis. &. §. sciēdū.

k *Maluisset.* nec enim compellebatur: vt. ff. eo. l. fi minor. & facit infra, de suc. edi. l. fi. &. ff. de mino. l. ait prætor. §. sed quod Papinianus. &. ff. l. proxi. &. ff. ad Trebel. l. j. Accursius.

l *Aristo. Abstinuerat.* per in integ. resti. cum iam adiisset, secundum Azo. certe idem & si non adierat, sed abstinuit: quod potest: vt. ff. eo. l. necessariis. Accursius.

m *Parata.* ad quod non cogebatur secundum primum casum: vt. ff. l. proxi. nota. vel ad quod cogebatur secundum alium: vt. ff. eo. l. qui ex duabus. §. qui semel.

QVEMADMODVM TESTAM. APERIAN. &c.

Gratia deliberationis & additionis hæreditatis de qua dictum est, opus est tabulas aperire: ideo de hoc dicit.

Mu. bus.] Primo ponit mentē edicti. Secundo rationem. Tertio incipit exponere. Secunda ibi, Ratio. Tertia ibi, Si quis. Bar. CASVS. Titius fecit testamētū: & instituit sibi hæredem Seium, & mihi legatū reliquit, & decessit. nunc volo petere ab hærede legatum. vnde peto ab eo coram iudice vt permittat mihi inspicere & legere, vel etiam describere tabulas testamenti: quia per testamentum volo probare mihi relictum legatum: & dixi iudici: Domine, quæratis ab hærede si habet vel habere potest tabulas testamenti. & cum iudex interrogaret hęredē, hæres respondit, bene habeo: sed nō teneor ei facere copiam inspiciendi vel describēdi: probet aliter de legato suo si vult. modo quæritur, vtrum hæres ad prædicta teneatur? Et dicitur quòd sic: & non solum mihi legatario tenetur ad prædicta, sed etiam procuratori meo. Et est ratio quare tenetur mihi, qa non bene possum probare coram iudice de legato meo, nisi inspectis & cognitis verbis testamenti: nec etiam possum transigere super legato nisi verbis testamenti lectis & cognitis. Sed quid si vnus de testibus qui signauerunt testamentū, neget sigillum suum agnoscere, cum ostēditur ei testamentū sigillatum coram iudice? pertinet enim ad officiū iudicis facere venire coram se omnes testes qui signauerunt, antequam aperiat testamentum:& ostendet legatario ad scindum vtrū ipsi agnoscant eorū sigilla. Certe non ideo minus aperientur tabulæ: habentur tamen aliàs suspectæ. Item non mirum si mihi legatario debet facere iudex prædictam copiam. nam instrumentū tabularum testamenti non est tantum hæredis, sed etiam est vniuersorum quibus aliquid est in eo relictum. Item illud quod dictum est, habet locum non tantum in testamento iure perfecto, sed etiam in falso vel iniusto vel irrito. quamuis enim illa non dicantur testamenta proprie: tamen abusiue testamenta appellantur. Item habent locum prædicta siue sit mihi relictum legatum in codicillis, siue in epistola, siue in principalibus tabulis, siue in secundis. Quid si liquet eum viuere ex cuius tabulis prædicta peto? certe non debet mihi fieri copia. Et quod dixi in vno testaméto, habet locum in pluribus. diem tamen & consulem tabularum non debeo describere vel inspicere: possem enim falsum committere. Quid si hæres petat à iudice tempus ad exhibitionem testamenti mihi faciendam? certe habere debet secundum angustias seu prolixitatem loci in quo dicit esse testamentum. Item quid si neget se posse habere testamentum? certe tunc non habeo beneficium huius edicti: sed debeo agere contra eum interdicto de tabulis exhibendis. hæres autem potest ad exhibendū agere pro tabulis testamenti ab alio possessis, & etiam vindicare. &. h.d. vsque ad. l. cum ab initio. Viuianus.

n *Tabulas testamenti.* videtur ergo quòd ad solum testamentum in scriptis pertineat hoc edictum, sicut & interdictum de tabulis exhibendis: vt infra, de tabul. exhi. l. j. Item ad omnem scripturam quæ pertinet ad testamentum: vt infra. eo. l. ij. §. ad causam. & C. eo. l. iij. Sed quid prodest hæc descriptio & inspectio? Respō. prodest: quia sic est clausum, quòd nullus scit etiam de testibus quid ibi sit scriptum: vt. C. de testa. l. hac consultissima. in principio. Item immutatur sola incisione. argu. C. de testa. l. nostram. Item nunquid in nuncupatiuo scripto? an potest agi vt huius fiat copia? [a] Videtur quòd sit vtile, sicut & interdictum de tabulis. nam & datur secundum nuncupationem: vt. C. de secund. tabu. l. ij. & edictum diui Hadriani vtile: vt. C. de edic. diui Hadri. tol. l. fina. Item & in aliis instrumentis hæreditariis hoc fit: vt infra, ad leg. Fal. l. penul. §. fina. & pe. Item supra, de eden. l. j. §. ij. & iij. Accursius.

o *Describere.* & legere: vt. ff. eo. l. ij. §. inspectio.

† *Hic titul⁹ videtur per tinuisse ad legem de vicesima, vt Paulus lib. 4. Sententiarū tit. 6. De qua in vita Marci per Capit.*

a *Quæ sit quandoque officio iudicis. in Spe. ti. de offic. omnium iu. di. §. 1. ver. sic. item im probatur quandoq;. & quādoq; vt hic per edictum de tabulis exhibendis. Barto. in. l. fi. ff. de tabulis exhiben.*

Quod.

BIU Cujas

a *Quod.* id est, quòd fiat copia describendi & inspiciendi.

b *Alieno nomine.* vt tamen de calumnia iuretur: vt. C. eo. l. iij. & procurator debet iurare de calumnia: vt & infra, de dam. infec. l. qui bona. §. qui in alieno. nec enim hoc omnimodam formam iudicij habet: vt dico in bo. poss. vel dicas quòd ipse dominus non procurator iurat: vt. C. de iura. calũ. l. ij. §. sin autem.

ciendi, describẽdíque potestatem facturum se prætor pollicetur. quod[a] vel suo, vel alieno nomine[b] desiderãti tribuere eum manifestũ est. Ratio autẽ huius edicti manifesta est. Neq; enim sine iudice transigi, neque apud iudicẽ exquiri veritas de his cõtrouersiis quę ex testamẽto proficiscerentur, aliter potest, quàm inspectis cognitísque verbis[c] testamenti.

Vnus ex testibus necessariis adscriptis in testamento contradicens, fidem testamenti facit vacillare. Bartolus.

¶ Si quis[d] neget[e] sigillũ suum agnoscere: non ideo quidẽ minus aperiũtur tabulæ, sed aliàs suspectæ fiunt[f].

II. VLPIANVS libro quinquagesimo ad Edictum.

TAbularum testamenti instrumentũ[g] non est vnius hominis[h] ſ, hoc est hęredis, sed vniuersorum quibus quid illic adscriptũ est[i]: quin potius publicum[k] est instrumentum.

Omnis scriptura quæ prima facie continet vltimam voluntatem, pertinet ad hoc edictum. Bartolus.

¶ Testamentũ autem proprie illud dicitur, quod iure perfectum est. sed abusiuè testamenta ea quoque appellamus, quæ falsa sunt, vel iniusta, vel irrita, vel rupta. Itémq; imperfecta[l] solemus testamẽta dicere. Ad causam[m] autẽ testamenti pertinere videtur id quodcumque quasi ad testamentum factum

Vnus ergo testis auditur. & est simile in. c. 3. cũ glo. super verbo clerici. extra de procura.

Vox vnius suspitionem inducit.

sit, in quacumque materia fuerit scriptum, quod contineat supremam volũtatem. Et tam principales quàm secundæ tabulæ edicto continentur. ¶ Si plura[n] sint testamẽta, quæ quis exhiberi desideret: vniuersorum ei facultas facienda est.

Si dubitatur de vita testatoris, testamentum non aperiatur, nisi causa cognita. Bartolus.

B ¶ Si dubitetur vtrùm viuat, an decesserit is, cuius quis quod ad causam testamenti pertinet, inspici, describíque postulat: dicendum est prætorem causa cognita statuere id debere, vt si liquuerit[o] * eum viuere[t], nõ permittat inspici tabulas[p], vel * etiã vt ipsam scripturam[q] quis inspiciat & sigillet[r], & quod aliud[s] ex tabulis velit spectare. Inspectio[t] tabularũ etiã lectionem earum indicat.

Inspectio & descriptio tabularum fit sine die & consule. Bartolus.

¶ Diem autem & consulem tabularum nõ patitur prętor de- C scribi vel inspici, idcirco, ne quid falsi fiat. Námque etiã inspectio[u] materiam falsò fabricando instruere potest.

Ex causa datur terminus ad exhibendum tabulas. Bartolus.

¶ Vtrùm autem incontinenti potestatem inspiciendi vel describendi prębebit: * an desideranti tempus dabit ad exhibitionem? Et magis est, vt dari debeat[x] secundũ locorum an-

A mo. test. infr. §. ex eo. sed quoad hoc, edictum obtinet quod hic, non vt rumpat primum.

m *Ad causam.* continebatur in edicto quod nõ habemus, quòd omnis scriptura pertinens ad causam testamenti posset peti: vt & C. e. l. pe. quod hic exponitur. in illo autẽ de tabu. exhi. cõstat hoc dici: vt. ĭ. de tabu. exhi. l. j. in prin. siue ergo sit testamẽtum, siue codicilli, pertinent: vt hic, & C. e. l. fi. sic ergo accipitur causa testamenti, id est, testatio mentis. sic ergo large omnis talis scriptura est testamẽtũ: vt insti. de testa. in prin. & facit. ĭ. de verb. signifi. l. verbum pertinere. & de tab. exhib. l. j. §. hoc interdictum. & ĭ. e. l. sicut.

n *Si plura.* id est, in pluribus chartis: puta in vna Titius, in alia Seius scripti sunt: & simul signata: & sic est vnum: vt. ĭ. de secun. tab. l. j. §. si quis in duobus. & ĭ. de tab. exhi. l. iij. §. j. Vel dic, plura integra & simul signata: vt. s̆. de test. l. vnum. & infra, eo. l. si in duob⁹. Vel tertio quòd etiam prius vnum, postea aliud: & sic primum ruptum: tamen pertinet ad hoc edictum: vt supra, proxi. §.

o *Liquerit.* id est, liquido apparuerit. quadrisyllabum. Sed non ne quilibet præsumitur viuere, etiam vsque ad c. annos, nisi probetur mortuus: vt. C. de sacrosan. eccle. l. fin. sed hic probatur viuere? Sed respon, quòd probatum erat eum mortuum: quod sufficit semiplene probari per vnum testem, vel aliam præsumptionem, vt habeat locũ hoc edictũ.

p *Tabulas.* in totum

q *Scripturam.* pro parte.

r *Et sigillet.* scilicet inspectam. Accursius.

s *Et quod aliud.* aliàs, & quod aliud: & aliàs, & quid. & expone pro quod. q. d. & sigillet, id est, sigillaturum se dicat id aliud quod vult inspicere: puta aliqua signa quæ consueuerunt apponi chartis: vt in auth. de fide instru. §. oportet. colla. vj. si ergo esset mortuus, hoc permitteretur licet ibi nihil sit relictum, vt hic innuit & no. supra, in principio huius. l. Accursius.

t *Inspectio.* & hoc verbũ erat in edicto quod hic exponit, id est, ex quo permittitur inspectio à remotis, & lectio de proximo permittitur: quia cum quid cõceditur, & id quod ex eo sequitur, arg. supra, de iurisdi. om. iu. l. ij. & ecõtra cum quid prohibetur. C. de leg. & senatusco. l. non dubium. Accursius.

u *Nam inspectio.* nedũ descriptio & lectio. nam viso eo die posset probari quòd testator eo die fuisset alibi: vt supra, de edẽ. j. §. editiones. &. §. diem. & ideo non fit: vt hic, &. C. eo. l. iij. in fi. Sed contra. s̆. de eden. l. prętor. vbi rationes cum die & consule edũtur, quæ sunt communes, vt & testamentum: & communium scripturarum fit editio cum die & consule. Sed ibi me mandante, hic nõ: vt. s̆. de edẽ. l. siquis ex. §. ex hoc. Item hic maior timor falsitatis: vt. C. de fideicom. l. fi. Item not. quòd tollitur via malitiis. C. de indic. vidu. tol. l. ij. Accursius.

x *Dari debeat.* sic. s̆. de eden. l. prætor. §. fin. &. l. seq. & ad exhi. l. sed si hæreditas. §. j. & instit. de offic. iudi. §. quòd si neget. &. ĭ. de tabu. exhi. l. j. §. j. & arg. s̆. de interrog. act. l. qui interrogatur.

a *Verbis testamenti.* & ideo æquum fuit vt desiderium volentis aperiri testamentum reciperetur. Azo. ad quod supra, de transac. l. de his. Item iuramentum hoc prætextu retractatur: vt. C. de reb. cre l. fi. & sententia de æquitate, licet non de rigore: vt infra, de except. rei iu. l. si mater in prin. Item facit supra, de interrog. act. l. de ætate. §. si ex causa.

d *Si quis.* ex testibus.

e *Neget.* cum aperitur testamentũ, & conuocantur testes vt sua sigilla recognoscãt: vt infra, eo. l. cum ab initio. &. l. seq. & vn⁹ negat, id est, dicit ibi nõ esse suum: vel, id est reprobat. aliàs aliter ponitur, negat: vt. C. de peti. hæredi. l. si putas. Quid autem si dubitat? dicam idem, & hoc si non est suum sigillum. aliàs præsumitur pro sigillo: vt. ĭ. rem ra. ha. l. nec satisdatio. & in auth. de fi. instr. col. vj. §. si vero moriantur.

f *Suspectæ fiunt.* ergo vox vni⁹ inducit suspitionẽ. sic. ĭ. de do. præle. l. Theopompus. Sed Io. dicit hoc speciale: quia maior solennitas exigitur hic quàm alibi. Item argu. contra. ĭ. de quæstio. l. maritus. plenam autẽ probationem nõ inducit: vt. C. de testi. l. iurisiurandi. Item quid si præter hoc sint alia sufficientia sigilla? Respon. sufficit, arg. C. si ex fal. instru. l. iij. Accursius.

g *Tabularum. Instrumentum.* No. testamentum vocari instrumentum, & publicum: vt statim dicam: & bene: quia generalis est appellatio instrumenti: vt. s̆. de fide instru. l. j. Accur.

h *Vnius hominis.* subaudi, tantum.

i *Adscriptum est.* vt & infra, de tab. exhi. l. iij. §. solent. & dic q⁹ est vniuersorum vtilitate, non proprietate: sed hæredis tantum proprietate: vt infra, l. proxi.

k *Publicum.* auctoritate, vt ei credatur, cum sint ibi septem sigilla: etiam si non viuant testes. quod non placet: nisi sit per manum publicam scriptum. Vel publicum, id est, ad publicam vtilitatem pertinens: vt. ĭ. eo. l. vel negare. & facit. s̆. de eden. l. prætor. §. huius. an autem ille cui est nihil legatum, possit agere, vt sic sciat an sit sibi relictum? videtur quòd non: vt in prin. huius. l. &. ĭ. de tab. exhi. l. iij. §. solent. Sed dicas cõtra: vt hic, &. s̆. l. j. in prin. &. §. ratio. &. ĭ. eo. §. si dubitetur. & no. C. da tabu. exhi. l. j.

l *Imperfecta.* hoc quoad hoc vt edictum habeat locum: vt hic, & interdictum de tabu. exhi. vt infra, de tab. exhi. l. iij. §. hoc interdictum. Sed contra. j. ad. l. Cor. de fal. l. si quis legatum. Sol. pro falso & non perfecto testamento nec hoc edictum nec illud interdictum de tabu. exhi. locum habet: vt ibi. sed pro falso perfecto, vel pro vero & imperfecto vtrũque datur: vt hic. vel dic vt ibi no. in. §. hoc interdictum. Item facit infra, de verbo. signifi. l. Paulus. & pro emptore. l. iij. §. separata. Sed ar. contra instit. quib.

BIU Cujas

Prolixitatẽ.

gustias seu prolixitates[a].

Hoc edictum competit confitenti contrà negantem interdictum, & hæredi vindicatio competit. hoc dicit cum. l. seq. Bart.

PSiquis non negans apud se tabulas esse, non patiatur inspici & describi: omnimodo ad hoc cõpelletur[b]. Si tamen neget[c] penes se tabulas esse: dicendum est ad interdictum remitti, quod est de tabulis exhibendis.

III. GAIVS libro septimodecimo ad Edictum Prouinciale.

IPsi tamen hæredi [&] vindicatio[d] tabularum, sicut cæterarum hæreditariarum rerum competit: & ob id[e] ad exhibẽdum quoque agere potest.

In his. ll. tractatur quale debet esse officium iudicis in aperiendo tabulas postquã liquet quòd aperiri debent. Barto.

IIII. VLPIANVS libro quinquagesimo ad Edictum.

CVm ab initio aperiendæ sint tabulæ: prętoris id officium est, vt cogat[f] signatores conuenire, & sigilla sua recognoscere[g]:

V. PAVLVS libro octauo ad Plautium.

VEl negare se signasse. publicè enĩ expedit suprema hominũ iudicia exitũ habere.

VI. VLPIANVS libro quinquagesimo ad Edictum.

SEd si maior[h] pars signatorum fuerit inuenta: poterit ipsis interuenientibus resignari testamentum, & recitari.

VII. GAIVS libro septimo ad Edictum Prouinciale.

SEd si quis ex signatoribus aberit[i], mitti debẽt tabulæ testamenti vbi ipse sit, vti adgnoscat. nam reuocati eum adgnoscẽdi causa, onerosum est: quippe sæpe cũ magna captione à rebus nostris reuocamur: & sit iniquũ, damnosum[k] †cuiquam* esse officium suum. Nec ad rem pertinet, vnus absit, an omnes. Et si fortè omnibus absentibus causa aliqua[l] aperire tabulas vrgeat, debet procõsul curare vt interueniẽtibus optimę opinionis viris aperiãtur[m]: & post descriptum & recognitum factum, ab hisdem quibus interuenientibus apertæ sunt, obsignentur[n]: tunc deinde eò mittantur, vbi ipsi signatores sint, ad inspiciẽda sigilla sua[o].

Tabulæ pupillares nõ aperiuntur viuo pupillo, nisi ex causa. h. d. cum. l. seq. Barto.

VIII. VLPIANVS libro quinquagesimo ad Edictum.

PVpillares tabulas, etiam si non fuerit suprascriptũ* ne aperirẽtur: attamen si seorsum eas signatas testator reliquerit, prętor eas aperiri, nisi causa cognita[p], non patietur.

IX. PAVLVS libro quadragesimoquinto ad Edictum.

SI mulier ventris nomine in possessione[q] sit: aperiendæ sunt secundæ tabulæ, vt sciatur cui demandata sit curatio[r].

a *Prolixitates.* ad hoc. C. de dila. l. j. &. ſ. de feriis. l. oratione.

b *Compelletur.* per hoc edictum.

c *Si tamen neget.* vel non tenet, sed causam quare nõ exhibeat, prætendat: vt infra, de tabu. exhi. l. j. §. j.

d *IPsi tamen hæredi & vindicatio.* hoc post aditam hæreditatem.

e *Et ob id.* ſ. quia datur vindicatio, datur ad exhibendum: quod est speciale in chartis: vt ita demum detur ad exhibendum, si & meæ sint chartæ: vt hic, &. ſ. ad exhib. l. iij. §. j. aliàs sufficit qualitercumq; interfit exhiberi: vt. ſ. ad exhiben. l. j. &. l. iij. §. est autẽ. cum sequentibus. §. §. & in ea. l. §. si quis extra hæredẽ. An autem hoc edictũ detur heredi? Respon. sic: vt. ſ. eo. l. ij. in princ. & C. eo. l. ij. &. iij. Ac.

Vm ab initio. CASVS. Dictum est à princ. tit. vsque huc, qualiter hæres tenetur mihi legatario facere copiam corã iudice inspiciendi & legendi & describendi tabulas testamẽti in quo mihi relictum est legatum. nũc vult dicere de vno qđ debet facere iudex antequam faciat mihi dictam copiam. nam ante debet cogere testes qui suis sigillis signauerunt testamentũ, venire coram se, & sigilla sua quæ apposuerũt testamento, recognoscere, aut negare se signasse. Sed quid si aliqui ex dictis testib. vel etiã omnes sunt absentes? Certe mittere debet iudex testamentum ad eos vt agnoscant sigilla eorum: & postea debet aperire testamentum, & recitare & facere mihi copiam prædictam. non autem debet iudex dictos testes absentes facere venire ad se: quia hoc sæpe euenit cum magna captione testiũ qui aberant causa expediendi negotia eorum. est enim iniquũ quòd dictum officium testium sit eis damnosum. Sed quid si aliqua iusta causa subsit propter quam non potest iudicari apertura tabularum donec tabulæ mittantur ad dictos testes absentes, & reportentur ad iudicem? Certe tunc iudex debet curare vt aperiantur tabulæ interuenientibus viris optimæ opinionis: & debet mihi vel legatario fieri copia describendi verba testamenti, & recognoscendi verba legati. & hoc facto debent obsignari tabulæ testamenti ab illis viris optimæ opinionis, quibus interuenientibus (vt dictum est) sunt apertæ. & postea debent mitti dictæ tabulæ ad illum locum vbi sunt dicti testes absentes, vt ipsi recognoscant sigilla eorum. & hoc vult dicere vsque ad legem, pupillares. Viuianus.

f *Cogat.* captis pignoribus: vt arg. insti. de satisda. tuto. §. pe. vel pœnali iudicio, vt. ſ. si quis ius di. non ob. l. j. Et no. testes cogi ad testificandum: vt infra, de tabu. exhi. l. locum. §. exhibere. &. C. de testib. l. si quãdo. Item dicas eos cogi si præsentes sint. aliàs non: vt infra, eo. l. sed si quis. Accursius.

g *Recognoscere.* iurando dicere verum sint sua vel non: & an sit testamentum illius: vt hic, &. j. l. proxi. nec enim aliter creditur testibus: vt. C. de testi. l. iurisiurandi.

h *Sed si maior.* non est attendendũ de maiori parte: quia idem esset & si nulli inuenirentur: vt. C. e. l. ij. &. j. l. proxi.

i *Sed si quis ex signatoribus aberit.* in alterius territorio. alioquin inuiti venirent: vt. ſ. eo. l. cum ab initio. &. C. de testi. l. si quando. in prin. & de fide instru. l. iudices. Vel refert inter hãc cognitionẽ & testimonia. Azo. quia etiã in eodẽ territorio cõstituti non coguntur venire: cum etiã suæ domi possit ostendi eis: sed testificatio fit corã iudice causę. in casu tamen vbicũque sint, coguntur venire. ſ. si cõsuetudo sit: vt. ſ. de testi. l. iij. §. fi. Accur.

k *Damnosum.* sic. j. de fur. l. si seruus communis. §. quod vero. &. j. de cura. bo. dari. l. ij. §. quęritur, &. C. de testi. l. si quando. §. sed cum. &. ſ. quibus ex cau. ma. l. videlicet. &. C. de excusa. tut. l. apparitores. Sed hęc iniquitas quãdoque toleratur & statuitur: vt. j. de iis qui. vt indi. l. post legatum. §. his vero.

†*Cõcor. ſi nè dilecto.*

l *Aliqua causa.* puta moriebatur hæres. vnde nisi adiret, nõ transmittebat ad hæredes: sed nec adire poterat ante aperturam tab. vt C. de cadu. tollen. l. j. §. cũ igitur. &. j. eo. l. si in duobus. ij. respon. vel dabis exemplum. j. eo. l. si mulier. Accursius.

cum glo. super verbo, sustinere. permittebat prin. extra de rennn.

**Flo. cuiq;*

m *Aperiantur.* scilicet tabulæ.

n *Obsignentur.* id est, resigillentur, id est, iterum sigillentur: vt. C. eo. l. ij. sic. ſ. depositi. l. j. §. si pecuniam. Item not. hac. l. testem habere officium, & quidem publicum: quod sane intellige.

Testis officium publicum habet.

**Flo. Super scriptum*

o *Sua.* & ibi etiã domi suę iurent: iudex tamen mittet aliquem de suis ministris ad recipiendum iuramentum: vt. C. de episc. & cle. auth. sed iudex. vel cõmittet iudici illius terræ: vt in auth. de testi. §. & quoniam. coll. vj. quo facto vna cum testamento sigillato remittentur dicta testium scripta ad iudicem illum ordinarium coram quo petebatur aperiri, & aperietur, & decreto iudicis authenticabitur: & extunc habet vim publicæ scripturæ: quod prius nõ erat: vt C. de testa. l. publicati. Accursius.

PVpillares.] CASVS. Titius fecit testamentum: & instituit sibi hæredem filium suum impuberem: & postea fecit pupillares tabulas, id est, pupillariter substituit eidem suo filio: & dictas tabulas pupillares signauit seorsum à testamento suo: ita quòd testamentum suum erat in vna charta, & pupillare in alia. certe siue testator subscripsit dictis pupillaribus tabulis quòd non aperiantur, siue non, non debet pati prætor eas aperiri nisi causa cognita: vt quia dico mihi relictum esse legatum in eis tabulis pupillaribus: vel quia mulier ventris nomine in pos. bo. testatoris sit, scilicet vt sciatur cui demandauit testator curationem ventris. & hoc dicit cum. l. seq. Viuianus.

p *Causa cognita.* puta pupillo mortuo. ad quod. C. eo. l. iij. & instit. de pupil. substit. §. sinautem. vel dic vt. j. l. proxi. in princ.

q *SI mulier ventris nomine in possessione.* missa per prętorem, quia prægnans inuenitur post mortem viri: vt infra, de ventre in pos. mit. l. j. in princ.

r *Curatio.* scilicet ventris. nam curator non tutor datur ventri à magistratu: vt. ſ. de tuto. & cu. da. ab his. l. ventri. nec tamen hic tenet datio à testatore: sed debet per iudicem confirmari: vt. ſ. de confir. tuto. l. j. at pupillo qui est in ventre, potest à testatore tutor dari: vt insti. de tu. §. pe.

SI in duobus.] CASVS. In duobus exẽplariis authenticis fecit testamentũ Titius. legatarius petit testamentum aperiri. certe sufficit

sufficit alterum esse apertum: & non est vis à quo apertum sit siue sui natura, siue alio modo: quia semper videtur apertũ. Sed quid si tabulæ testamenti sunt exustæ vel suppressę vel occultatæ, & ita non cóparent? Certe debent legata solui legatariis si alio modo probent sibi relicta. Item scias ꝙ non solum testamentũ aperiri potest legatari[9] petere, sed etiam codicillos & secũdas tabulas: quia pars sunt testaméti. quod autem dixi in duobus exéplariis authenticis, non habet locum si vnum exemplarium est authenticum, & aliud exéplum: quia aperto exemplo nó videtur apertum authenticum. &.h.d.vsque ad fin.tit. Viuianus.

a *Si in duobus exẽplariis.* hoc fieri potest, & vtrũq; est authenticũ: vt inst.de testa.§.pe. & infra, de secun. tab.l.j.§.si quis in duob[9].&.ſ. de testa.l. vnũ. secus si alterum est exemplum: vt.j.eo.l.fin.

b *Alterutro.* id est, altero. sic.j.de leg.j.l.si ex toto.§.j.in fi.

c *A quo aperiãtur.* vt &.j.de secun.tab.l.j.§. si rosæ.&.ſ.de iniusto testa.l.fi.&.ſ.de iis quę in testa. delen.l.j.§.sed consulto.&.C.eo.l.nostrã.&.j.de verb. obli. l.cũ seruus.&.C.de códit.& demon.l.ij.& de leg.iij. l.fideicómissa. §.si cui.& de aqua quoti. l.j.§.quæsitum.

d *Debeat.* vt agãt: licet ignoretur quid cótineatur in testaméto: in ꝓcessu tamẽ probabitur, vt sequatur condemnatio: vt ar.ſ.depoſi.l.j.§.si quis argento.

e *Occultæ.* & hic habentur ac si non sint, vel ac si apertæ sint, cum non appareant. Accursius.

f *Sicut codicilli.* vt possint peti aperiri: vt.C.e.l.fi. & facit.j.de codicil.l.quidam. Accursius.

g *Secundæ tabulæ.* vt scilicet possint peti aperiri: nisi fuerint seorsum positæ: vt supra, eo.l.pupillares. & facit institu. de pupil. substitu.§.liberis.

h *Si quis fecerit. Exemplo.* modo respondet.

i *Apertum est.* facit infra, de secun. tabu. l.j.§.sed si vnum. & infra, de fide instru. l.ij.& in auth. vt spon. lar.§.ij.&.C.de eden. l.procurator. &.ſ.familiæ erciſc. l.Papinianus. §.j. &.C.de verbo.sign.l.sancimus.

SI QVIS OMISSA CAVSA testamenti, ab intestato, &c.

Quia instituti omittunt adire ex institutione propter euitanda onera legatorum, & accipiũt ab intestato: ideo de hoc dicit. Et not. quòd propter tria introducitur hoc edictum. Primo propter eum qui omittit ex testamento: & ipse idem tenet ab intestato: vt infra.l.1.in princ. Secundo, vt legitimus habeat: & similiter in fraudem: vt infra.l.1.§.fi. Tertio vt vadat ad substitutum: vt infra, eo.l.3.

Prætor.] CASVS. Titius instituit sibi hæredem filium suum Seium: & multa legata reliquit quibusdam, & decessit. filius repudiauit hæreditatem ex testaméto patris, vt non teneretur aliquid dare legatariis: & cœpit eam possidere ab intestato. nũquid debet teneri nihilominus legatariis? Et dicitur quòd sic: & nõ solum habet locum hoc edictũ si ego qui possum succedere ab intestato, sim institutus, & omitto ex testamento, & possideo ab intestato: sed etiam si filius meus vel seruus sunt instituti: & ego cũ potui eos iubere adire, nolui id facere: & possideo ab intestato. Sed etiam si iussi eis vt adirent, & ipsi non obtemperauerunt mihi: non excusor propter hoc: quia potui eos cõpellere. Sed quid si seruus meus institutus ab aliquo, non certiorauit me de hoc, & ego possideo ab intestato hæreditatem illius qui dictum seruũ instituit? certe nõ incido in edictũ. secus autem si fingerem me ignorare dictum seruum esse institutũ: quia tunc bene incido. Item quid si testator cui poteram ab intestato succedere, instituit me hæredem sub cõditione si nauis ex Asia venerit vsque ad annum: & si nó venerit, substituit meipsum mihi pure: & postea venit nauis, & ego omisi ex institutione adire, vt adeam ex substitutione? nunquid incido in edictũ? Et dicitur quòd non. Item quid si sum institutus sub cõditione potestatiua, & eam nolui adimplere, & ab intestato possideo hæreditatem? certe in hoc edictum incido. sed & si ego qui omisi ex testamento, nõ possideo hęreditaté iure legitimo, sed alio modo puta qa si prędo fingens aliqué titu. mihi ab intestato possessionis, idem erit dicendũ, scilicet vt tenear legatariis soluere legata: ipsi tamen legatarij debent mihi in eo casu cauere ꝙ reddent mihi legata si mihi euicta fuerit hæreditas. secus autem si ego omittens ex testamento, ex alia iusta causa possideam hæreditaté: quia tũc nõ teneor hoc edicto, puta si eã possideo missus in poss. à iudice gratia seruãdorũ fideicõmissorũ mihi à testatore relictorũ, vel gratia crediti mei seruandi. [*ET SI NON POSSIDEAT.*] Institui mihi hæredem Seium, qui sine institutione poterat mihi succedere ab intestato, & ab eo multa legata & fideicómissa dedi quibusdã, & decessi. ipse autem Seius omisit ex testamento in fraudé prædictorũ: & dolo fecit quo minus possideat ab intestato: & trãstulit ad alium possessioné per fraudé. nunquid tenetur prędictis ac si adiuisset hęreditaté ab intestato? Et dicitur ꝙ sic. & idem est si nó habuit poss. ab intestato, & dolo eam dimisit, siue ab initio malitiosè fecit vt nó possideret. Sed pone ꝙ dictus Seius à me institutus omisit ex testaméto per fraudé, vt dictũ est, ad hoc vt ad alium legitimũ vel ad sibi substitutũ perueniat: nũquid tenetur legatariis? Et dicitur ꝙ sic. Item nũquid legatarij poterunt cóuenire dictũ legitimũ vel substitutũ ad quem peruenit hæreditas dolo instituti? Et dicitur ꝙ sic. Sed quos conueniét prius? vtrũ institutũ qui omisit? an legitimũ? vel substituti qui possidet hęreditaté? Et distinguitur vtrũ institut[9] accepit pretiũ à legitimo vel substituto vt omitteret, an gratis omisit. Primo casu debet prius cóueniri institut[9] & legitimus, vel substitutus in subsidiũ. Secũdo casu debet prius cõueniri institutus. Sed quid si etiã substitutus cui dimissa est hæreditas per institutũ, omittat ex substitutione, & possideat ab intestato, quia & legitimus erat defuncto dictus substitutus? Certe poterũt legatarij cóuenire institutum & substitutũ. & si sit inter legatarios aliquis cui legatum sit à dicto instituto & à substituto, idem ille habebit actioné contra vnum eorum tantũ quem voluerit eligere. & hoc dicit per prolixa verba vsque ad.l.si quis pecuniam.§.quamquam. Viuianus.

SI QVIS OMISSA CAVSA testamenti, ab intestato, vel alio modo possideat hæreditatem.

TITVLVS IIII.

Qui possidet ab intestato, tenetur legatariis ac si adiisset ex testamento si hoc poterat. Bartolus.

1. VLPIANVS libro quinquagesimo ad Edictum.

Prætor voluntates defunctorum tuetur[k]: & eorum calliditati[l] occurrit, qui omissa causa testamenti, ab intestato hæreditatem [totam] partémve eius possident[m], ad hoc vt eos circumueniant quibus quid ex iudicio defuncti deberi potuit, si nõ ab intestato possideretur hæreditas: & in eos actionem pollicetur[n].

Qui potest esse hæres per se vel per aliũ, si omittit ex testamento, & habet ab intestato, hoc edicto tenetur. Bar.

Et parui[o] refert, vtrũ quis per semetipsum, an per alium adquirere potuit hæreditatẽ. Nã quomodocũque potuit: si non adquisierit[p] hæreditatem, in ea causa est, vt incidat in edictũ[q] prætoris. Prætermittere autẽ causam testaméti videtur[r], qui

a Sicut testamenti, ab intestato, &c. D

k *Tuetur.* quas publice expedit habere exitum: vt supra, titu.j.l. vel negare. Accursius.

l *Calliditati.* demum. secus si sine fraude: vt.j.eo.l.qui autem.§. si patronus.in fi.§.Azo.& facit supra, tit.ij.l.fuit.

m *Possident.* omissa ad hoc &c. Azo.

n *Pollicetur.* vt ilem ex testamento.

o *Et parui.* quoad hoc edictum nihil: sed alibi parui: vt.§.tit.ij. si ego.&.l.si ex parte sua.& no.in.l.si solus.in fi.& facit infra, eo.l.cui.& supra, de inoffic.testa.l.nihil. Accursius.

p *Adquisierit.* ex testamento. Accursius.

q *In edictum.* hoc scilicet, vt videatur adisse ex testamento.

r *Videtur.* dominus seruo suo instituto. Azo.

Hæreditatem.

cum posset iubere, noluit id facere. Quid ergo, si seruus eius cum iuberetur adire hæreditatem[a], dicto audiens non fuit? Sed cõpellẽdus est[b] seruus hoc facere. ideoq; dominus ab intestato[c] veniens, incidit in edictum. Sin autẽ nec certioratus dominus est à seruo[d], & postea ipse ab intestato possedit[e] hæreditatem: non debet incidere in edictum, nisi si fingit ignorantiam.

Si idem est sibi substitutus, potest institutionem omittere ex præsumpta voluntate defuncti. Bartolus.

¶Si proponatur idem & institutus & substitutus[f], & prętermiserit institutionem: an incidat in edictum, quæritur? Et non puto incidere: quasi testator hanc ei dederit facultatem, qui eum substituit.

Est in extraneo repudiare, in suo abstinere, in instituto sub conditione potestatiua conditionem non implere. Barto.

¶Prætermittere causam testamenti est, si quis repudiauerit hæreditatem[g]. Qui sunt in potestate, statim[h] hęredes sunt [seu ab intestato, seu] ex testamento: nec quòd se abstinere possunt, quicquã facit[i]. Quòd si postea[k] [se] immiscuerũt, ex testamento videntur[l] hæredes, nisi si abstinuerint[m] quidem se testamẽto, verum[n] ab intestato petierint bonorũ possessionem. Hic[o] enim incidẽt in edictum. Qui sub cõditione institutus hęres potuit parere cõditioni, nec paruit, cũ conditio talis sit, vt in arbitrio sit hęredis instituti, deĩde ab intestato possideat hæreditatẽ: debebit edicto teneri: quia eiusmodi conditio pro pura debet[p] haberi.

Qui omittit ex testamento, tenetur hoc edicto, si possidet pro hærede ab intestato, vel pro possessore, vel dolo desiit possidere, vel possessionem acquirere. hoc dicit. vsque ad. §. fina. Bartolus.

¶Non quærimus, qui prætermissa causa testamenti ab intestato hæreditatem possideant, vtrùm iure legitimo possideãt, an nõ. Nam quoquo iure possideant hæreditatẽ, vel partem eius, cõueniri ex edicto poterunt: vtiq; si nõ ex alia causa[q] possideant: vtputa si quis omisit quidem hęreditatem, sed ex causa fideicommissi[r] possidet, missus in possessionẽ fideicommissorũ seruandorũ causa: vel si proponas eũ crediti seruandi causa veniſſe in possessionem.

A Nã nec ex hac causa legatariis respõdere cogetur. Totiẽs igitur edictũ prætoris locum habebit, quotiẽs aut quasi hæres legitimus possidet, aut quia bonorum possessionẽ accepit ab intestato, aut si fortè quasi prędo possideat hæreditatem, fingens sibi aliquẽ titulum ab intestato possessionis. Quocũq; enim modo hęreditatẽ lucrifacturus quis sit, legata prędabit.

¶Sanè interueniẽte cautione[f], *cuicta hęreditate legata reddi.* Et si non possideat quis hęreditatem, dolo autem malo fecerit B quo minus possideat: eueniet vt perinde teneatur, atq; si hæreditatẽ adiisset. Dolo autem malo feciſſe videtur quo minus possideat, qui ad aliũ transtulit possessionẽ per fraudem, vt legatarij cæteriq́ue qui quid in testamento acceperũt[t], careant his quæ sibi relicta sunt.

¶Sanè quæstionis fuit, vtrũ is demum dolo malo facere videatur quo min[u] possideat, qui per dolum eam possessionẽ dimittat, quam aliquãdo habuit: an vero is quoque qui hoc ipsum malitioſè fecit, ne ab initio possidere inciperet? Labeo sibi videri ait, non minus[u] delinquere eum qui non incipiat possidere, quàm eum qui desinat. quæ sententia obtinet. C

Qui omittit hæreditatem vt vadat ad legitimum: tenetur legatariis si pecuniam recepit, possessore prius excusso. hoc dicit cũ l. seq. Barto.

¶Si quis per fraudem omiserit hæreditatem, vt ad legitimum perueniat: legatorum petitione tenebitur[x].

II. IDEM libro septimo ad Sabinum.

LIcet pro hærede gerere nõ videatur[y] qui pretio accepto prætermisit[z] hæreditatem: tamen dandã in eum actionem exemplo eius qui omissa causa testamẽti ab intestato possidet hæreditatẽ[a], diuus Hadrianus rescripsit. Proinde legatariis & fideicõmissariis tenebitur. Sed vtrum ab eo erit incipiendũ, & sic ad hæredem[b] veniendũ? an conuertemus ordinẽ? Mihi videtur humanior esse hæc sententia, vt possessor hæreditatis prior excutiatur, maximè[c] si lucratiuam habet possessionem. D

Si institutus omisit propter pecuniam, & substitutus ab intestato adit, quilibet tenetur propriis legatariis: & à communibus quilibet poterit insolidum conueniri. Bart.

---

a *Hæreditatem.* ex testamento. Accursius.

b *Sed cõpellendus est.* hæc est respõsio, & est sic. C. de iure delibe. l. pe. Sed cõtra. C. de hęre. instit. l. cum proponas. in fi. Sed quod hic dicitur, ideo est quia semper posset fingi seruum nolle adire. sic. ff. de transac. l. cum hi. §. sed cũ lis. Item sec⁹ est q̃ hic dicitur, cũ seru⁹ adire non potuit: vt. j. eo. l. excusatus. Accur.

c *Ab intestato.* repudiando successionẽ ex testamẽto. aliter nõ esset locus ab intestato: vt. ff. ti. ij. l. quãdiu. Sed an solus domin⁹ potest repudiare? quidã dicũt quòd nõ, sicut nec adire. Sed dic contra: vt infra, de succes. edic. l. j. §. per seruum.

d *A seruo.* instituto: quia ipse seruus sit institutus. hic tamẽ cum scivit, debet ex testamento adire iubere.

e *Possedit.* dominus iã defecta conditione in testamẽto posita: vt ex testamẽto iam adire nõ possit.

f *Substitutus.* cohæredi: & tũc facit. ff. titu. ij. quæstũ. & l. Iulianus. circa prin. Vel aliter vt supra, de vulg. substi. l. fi. §. j. & facit. j. eo. l. qui autem. §. plane.

g *Hæreditatem.* testamentariam. Accursius.

h *Statim.* post mortẽ testatoris.

i *Quicquã facit.* quòminus ipso iure sint hęredes: facere tamen potest abstentio quo minus teneatur creditoribus: vt. ff. tit. ij. l. necessãrius. Item vt hoc edicto teneãtur: vt. j. pxi. Itẽ quod dicit, statim, verũ est: nisi sub cõditione potestatiua instituãtur: vt. ff. de hæred. instit. l. Iulianus. & l. iam dubitari. & de condi. instit. l. fi.

k *Si postea.* ex interuallo post mortem testatoris. Accursius.

l *Videtur.* extũc quoad effectũ, vt in edictũ nõ inciderint nisi &c.

m *Abstinuerint.* antequã se immiscẽat. nam postea abstinere se nõ possunt: vt. ff. titu. ij. l. necessariis.

n *Verum.* pro, etiam.

o *Hic.* i. hoc casu.

p *Haberi debet.* quoad hoc edictũ, non alter: vt. ff. de acquir. hære. l. iis qui hæres. & de cõdi. insti. l. hęc verba. & ad hoc. j. eo. l. mater. §. in sententiam. & l. si quis sub cõditiõe. & j. de re iudic. qui potest.

q *Ex alia causa.* nõ lucratiua, sed alia, vt subiicit statim, & j. eo. l. fi.

r *Fideicõmissi.* à defũcto debiti. Roge. fecerat enim quidã tertius primo testamentum in quo legauerat mihi. x. præstãda ab isto defuncto modo quẽ instituerat, qui postea me instituit: ego omitto ex testamẽto: mittor in pos. pro fideicõmisso mihi debito a defũcto ex testamẽto cuiusdã primo testãtis: vel eram creditor testatoris, & p debito mittor í pos. omittendo hęreditatẽ. nam non teneor creditoribus his duob⁹ casibus. & h. d. vt ar. C. de bo. auct. iudi. pos. l. j.

s *Cautione.* s. prędanda. ad quod. C. de peti. hæred. l. fi. §. j. Accur.

t *Acceperint.* s. destinatione. Accursius.

u *Nõ minus delinquere.* sic. j. de verb. oblig. l. in illa. §. j. & ff. de rei vindi. l. ij. & de peti. hę redi. l. sed & si lege. §. pinde. Sed arg. cõtra. ff. pro soc. l. nemo. §. j. & quæ in frau. cre. l. qui autem. in prin. & j. si quid in frau. pa. l. j. §. vtrum. Accursius.

x *Tenebitur.* s. omittẽs. Sed cõtra. j. e. l. si quis pecuniã. ibi, vbi vero gratis &c.

a *Videtur innuere q̃ nõ est dolus in eo quod sit gratis. quod intellige actiue & passiue. nã dolus est nõ tantũ in eo qui non sentit cõmodum, sed in eo qui malitioſe prorupit in alterius damnum. Bald. in. l. qui fortuitus. 3. col. C. de pign. act. & quo modo ꝓbetur dolus, vide Alex. post Bar. in l. meum. ff. quod met. cau.*

a *Videtur.* vbi possessorẽ tãtũ dicit cõueniri. Sol. ibi gratis omisit: hic accepta pecunia: & sic cõuenit, excusso tamẽ prius legitimo: vt j. l. pxi. sic & distingue in eo qui omittit vt vadat ad substitutũ: vt. j. eo. l. si nõ solus. pe. respõ. &. C. eo. l. j. Alij dicũt q̃ hic idẽ erat legitimus & omittẽs. quod non placet. Alij dicũt, q̃ tenebitur. s. qui possidet. nec hoc placet.

y *Licet. Nõ videatur.* vt. ff. tit. ij. l. fuit. & de peti. hęredi. l. etiã si. §. plane si acceptam.

z *Prætermisit hæreditatem.* secus si gratis. tunc enim tãtũ possessor tenet: vt. j. e. si quis pecuniã. §. vbi vero gratis.

a *Possidet hæreditatem.* in quem constat dari per rubricam. & ff. l. j. in princ. & j. vt le. no. ca. l. ei quoque.

b *Ad hæredem.* scilicet legitimum. Azo.

c *Maximè.* abundat. sic infra.

sic infra,eo.l.si quis pecuniã.ibi,& maxime &c.aliàs enim iste nõ tenetur : vt.j.eo.l.fi.quæ est contra. Sed cum pecuniam dat, quo modo habet gratis? Respõ.alius pro eo dedit.vel nihilominus dicitur habere gratis,nec enim dat bono modo . Alij dicunt quod hic ordo seruatur quando nihil accepit institutus: & sic abundat maxime . aliàs si accepit, quilibet à principio potest conueniri . pro quibus est.j.l.proxi.Alij dicũt quòd prior electiue ponit. & omittens nil accepit : & sic non cõuenitur. vt.j.e. si quis pecuniã.ibi, vbi vero gratis &c. Ité videtur vtrumque simul conueniri non seruato ordine: vt.j.eo.l.si non solus.cõtra. Sol.hic ab vtroq; idem legatum, ibi sec⁹. vnde quilibet suis tenetur. Item videtur quemlibet insolidũ teneri : vt infra, eo.l.si ab instituto. Solu.ibi, ambo possidebant, hic solus legitimus. & eodem modo respon. ad l.infra, eo.l.si non solus. in princ. &.§.ij. & l.fina.ibi,nunc &c.Solu.ibi.Item contra.j.e. l.si non solus.§.fin.ibi, & aliàs &c.Sol.ibi. Ité contra. j. l. proxi. Sed illã intellige secundũ istam: vt ibi dices.& facit ad hoc q̃ prius possessor cõuenitur, quod de debitore & fideiussore dicitur in auth.de fideiuss.§.j.col.j. & de tutore gerente & non geréte dicitur.C.de di. tu.l.ij.& arg.j.de lega. ij.l.cum ab vno.

*Flo.possidebit.

Si pecuniam. Prætermitteres. adire ex substitutione.&, quoq;,dicit:quasi dicat,non solum institutus omisit. Vel dic, non solum si adiuit vt dixit tenetur, sed & si omisit. Accur.

b *Quod.* id est,quia.

c *Lege.* id est,ab intestato. Accursius.

d *In vtrumque.* vt tamen prius possessor cõueniatur: vt.§.l.proxi.quæ videtur cõtra. Alij quod hic vterq; ab intestato apprehẽdit: vt.j.eo.l.si ab intestato.quod est cõtra hanc literã. Tertij quod in fi.l.nil accepit institutus:hic sic.primã pbo.

e *Ab vtroque.* idem ergo legauit ab vtroque.potuit enim & ab alterutro legasse: vt.j.de leg.j.l.licet.sed tunc si tantũ ab intestato,teneret propter hoc q̃ pecuniã acceperit : vt hac.l.&.§.l.pxi.

f *In alterutrum.* i.in vtrumque, secundum quòd distinguitur.j.e. l.si non solus.§.si duo.&.l.si ab instituto.

g *Actio.* vtilis ex testamento. Accursius.

III. POMPONIVS libro tertio ad Sabinum.

SI pecuniam à substituto acceperis vt prætermitteres,[a] isque adierit:an danda sit legatariis actio, dubitari potest.Et puto,si ipse quoque prætermiserit,& quod[b] lege[c] ad se rediret,possederit* hereditatem: in vtrumq;[d] vestrum dandã : vt ei tamen cui ab vtroq;[e] legatum sit,in alterutrũ[f] detur actio.[g]

Si institutus omittit in fraudem, vt vadat ad alium : pecunia non accepta,possidens solus tenetur:sed pecunia accepta, tenetur vterque. Bartolus.

IIII. VLPIANVS libro quinquagesimo ad Edictum.

SI quis pecuniam non accepit,simpliciter[h] autem omisit causam testamẽti, dum vult præstitũ[i] ei qui substitutus est, vel legitimo: numquid locus non sit edicto? Planè indignandum est circunuentam voluntatem defuncti: & ideo si liquido constiterit in necem legatariorum hoc factũ, quamuis nõ pecunia accepta,sed nimia gratia collata : dicendum erit locum esse vtili actioni aduersus eum qui possidet hæreditatem . & rectè dicetur, vbicumque quis dum vult præstitum ei qui se repudiante ventu rus est, non repudiaturus , nisi præstitum vellet : & maximè[k] si ob euertenda iudicia[l] id fecit, ibi dicendum est aduersus possessorem competere actionem: sic tamen, vt vbi quidem pecunia accepta repudiauit, ibi dicamus eum qui omisit, conueniendum: [m] vbi verò gratis, in fraudẽ tamẽ eorũ quibus quid relictũ est, possessorem [n] debere cõueniri vtili actione.

Quicumque procurat vt omittatur ex testamento,ista actione tenetur. Bartolus.

¶ Quamquã de hæredibus institutis videatur prætor loqui, attamen etiam ad alios hæc res serpet: [o] vt si sit legatarius à quo fideicommissum relictum est, & hic id egerit, * vt omittatur hæreditas,dolóque id fecerit,conueniri[p] debeat.

Venditor hæreditatis tenetur quasi possidens,nõ quasi dolo desinẽs possidere. Bar.

¶ Si quis vendiderit hæreditatem , vtique possidere[q] videtur, non dolo, feciisse quo minus possideat. [r]

Si aliquis est grauatus in legitima, habet causam iustam omittendi. Bartolus.

V. MARCELLVS libro duodecimo Digestorum.

EXcusatus videtur patronus qui institutionem prætermisit, cũ aliter esset à liberto scriptus hæres, quàm cum institui oporteret[s]. Nam & si seruus eius[t] ex asse institutus fuerit , & per quemcunque casum non potuerit[u] iussu domini adire hæreditatem : impune prætermittet ex testamẽto hæreditatem.

Non videtur permissũ instituto vt adeat ab intestato ex eo quod aliqua fideicommissa ab intestato subintelliguntur relicta : & si fecerit,in edictum incidit : vt tamẽ prius relicta in testamento soluantur.sed si testator hoc expresse permiserit, non incidit in edictum vt omnia legata tribuantur. Bar.

VI. VLPIANVS libro quinquagesimo ad Edictũ.

QVia autẽ is qui ab intestato possidet hæreditatem, ideo minus quòd vendidit,& legatariis omnibus tenetur actione ex testamento: vt. C.de hære.ven.l.ij.

h *Simpliciter.* i.sine pecunia,non sine fraude.

i *Præstitum.* i.hæreditatem præstari siue dari.

Si filius.] CASVS. Ego habens filium emãcipatum, & filium & filiam in potestate, institui mihi hæredes filium & filiam quos habebam in potestate,& legata ab eis reliqui,& emancipatum pręterij, & decessi. filius & filia instituti omiserunt ex testamento, & adierunt ab intestato. certe legata omnibus præstabunt à se relicta,nõ solum liberis & parentibus quibus ego legata ab eis reliqueram, sed etiã extraneis personis quibus legaueram. imputatur enim eis, quòd non petierunt contra tabulas cum emancipato. quo casu non præstitissent legata nisi liberis & parentibus. Sed nunquid in prædicto casu cum omiserunt ex testamento, & adierunt ab intestat. conferet dicta filia dotem quam ego ei dederam,fratri suo qui secum omisit? Et dicitur quòd non: quia secundum has leges non habet locum collatio ex testamen. ipsa autẽ quæ omisit ex testamento (vt dictum est) videtur habere hæredi. ex testamento, & non ab intestato,per istud edictum.& hoc dicit.Viuianus.

l *Acceperint.* filius & filia instituti. Azo. & etiam emancipatus vnà cum eis, secundum Ir.

m *Omnibus.* non obstat.ſ.eo.l.quia autem.§.penult. vt ibi nota. Et nota hic breuiter suum institutum præterito emancipato & petente contra tabu.habere tria remedia.nam adire potest ab intestato : & quia tunc facit in fraudem, omnibus præstat legata: vt hic : & hoc si cohæredem non habet : alioquin cohæredi accresceret. Item potest adire ex institutione, & tenebitur tunc in partem adscriptam : nisi maior sit virili : & præstat omnibus legata. Item bonorum possessionem contra tabu. potest petere: & tunc tenebitur in virilem, & certis tantum personis præstabit legata.

In specie præfertur ille cui ab instituto relicta est. Bartolus.

XX. VLPIANVS libro quarto Disputationum.

SI eadem res diuersis personis ab instituto & substituto fuerit relicta: non vterque, sed qui ab instituto accepit[a], solus vindicabit.

Actio ex hoc edicto competit contra patrem,qui ex persona filii omisit ex testamẽto, & adiuit ab intestato. Bart.

XXI. IVLIANVS libro vicesimoseptimo Digestorum.

SI filius meus à matre sua hęres scriptus fuerit,& ego testaméti causa omissa bonorum possessionẽ[b] eiusdẽ filij nomine petiero : actio legatorum in me dari debebit non secus ac si ipse[c] hęres scriptus omissa causa testaméti bonorũ possessionem ab intestato accepissem.

Per hoc edictũ non conseruantur ea quæ per se possunt subsistere : & de necessitate aliorum aditio non expectatur. Bart.

XXII. IDEM libro trigesimoprimo Digestorum.

SI in testaméto ita scriptum fuerit,*Titius hæres esto:& si Titius hæres erit,Mæuius hæres esto*:& Titius omissa causa testamenti hæreditatẽ legitimam possederit: Mæuio aduersus eum petitio hæreditatis dari nõ debet[d] pro parte quam habiturus esset si testaméti causa omissa nõ fuisset. Cùm enim omisso testamento hæreditas possideatur, legatorũ quidẽ & libertatũ ratio habẽda est,quia aliter qꝙ ab hærede dari nõ potuerunt.hæreditatis verò quæ ita data est, rationem habere prętor nõ debet. Sua enim culpa[e] testator sub hac conditione hæreditatis partem dedit, quam potuit purè dare. Quare & si ita scriptum fuisset, *Titius hæres esto, Quisquis mihi ex supraſcriptis hæres erit, Stichus liber hæréſque esto*: & Titius omisso testaméto hęreditatem possideat : libertatem[f] Stichi prętor tueri nõ debet[g], nec hæreditatis petitionem ei[h] dare.

Legatum substituto etiam in institutionis defectum conseruatur per hoc edictum. Bartolus.

¶Si quis hoc modo testamentum scripserit, *Titius hæres esto: si Titius hæres non erit,Mæuius hæres esto : quisquis mihi ex supraſcriptis hæres erit, Mæuio (si mihi hæres non erit) centum dato*. deinde Titius omisso testamento legitimam hæreditatem possideat: an Mæuio, cuius in potestate[i] fuit vt ex substitutione adeundo totam hæreditatem haberet, legatorum actio dari debeat,quęritur?Et placet dari[k]: quia nihil prohibet Mæuium iustam causam habuisse,propter quam nollet negotiis hęreditariis implicari.

Institutus omitteus contra tabulas sibi cõpetentem beneficio prætoriti : omnibus ad integra legata tenetur. Bartolus.

XXIII. VLPIANVS libro quadragesimosexto ad Edictum.

SI filius qui mansit in patris potestate, item filia, hæredes instituti, prætorito fratre emancipato, qui contra tabulas[bonorum]accipere possessionem potuit, vt intestati patris[bonorũ]possessionẽ acceperint:[l]legata omnibus[m] præstabũt: nec filia dotẽ suam fra-

BIU Cujas

legata. sed hoc forte de accrescenti portione. Sed nunquid de adscripta præstabit omnibus? Azo. dubitari potest. & facit. ff. de leg. præstan. l. is qui. §. vbi vero. Sed ille. §. sed si scriptus. ff. l. is quidē leg. præstan. est contra hæc quæ dicta sunt. Sed ibi soluit Hug.

a *Conferet.* quia quasi adiisset, præstat legata: ex testamento autem secundum hanc legem non fiebat collatio: vt. C. de collat. l. j. hodie secus: vt in auth. ibi posita.

Si dolo tutorū.] CASVS. Filium meum impuberem instituī mihi hæredem: & legata ab eo reliqui: & dedi ei tutorem Titium: & decessi. postea dictus tutor in fraudem legatariorum fecit pupillum omittere ex testamento, & ab intestato hæreditate possidere. certe danda est actio legatorum in pupillum eatenus quatenus hereditas ei acquisita est ab intestato. si enim possidet cum alio legitimo hæreditate ab intestato, non debet teneri legatarius nisi pro parte quā possidet. Et quod dixi in pupillo, habet locum etiam in impubere qui dolo curatoris omisit ex testamento, & adiuit ab intestato. Viuianus.

b *Adquisita est.* dic secundum Ir. aut delinquendo, & in nihil tenetur pupillus: vt. C. vnde vi. l. meminerint. & de regu. iur. l. neque.

tri cōferet[a]: cum vt scripta videatur hæreditatem habere.

Pupillus ex hoc edicto non tenetur, nisi in eo quod ad eum peruenit ex facto tutoris: idem in adulto. Barto.

XXIIII. PAVLVS libro sexagesimo ad Edictum.

SI dolo tutoris omiserit pupillus causam testamēti, & legitimam hæreditatem possideat: danda est legatorū actio in pupillū, sed eatenus, quatenus hereditas ei adquisita est[b]. Quid enim si cū alio possideat hæreditatem? Sed hoc & in eo qui pubes est, pleriq; putāt obseruandū, vt pro qua parte possideat, teneatur: quāuis prætor perinde in eum det actionem, atque si adiisset hæreditatem.

Qui omittit ex institutione sua, & adit ex substitutione serui: hoc edicto tenetur. Bar.

XXV. CELSVS libro sexto decimo Digestorum.

CVi[c] seruus ipsius[d] substitutus est, seruū suum adire iussit. Si idcirco fecit, ne legata[e] præstaret: vtraq; præstabit: & quà hæres est[f], & quà omissa causa testamenti[g] possidet ex substitutione hæreditatem, salua[h] Falcidia ei seruata.

Cui seruus.] CASVS. Instituī mihi hæredem Titium, & ab eo legata reliqui, & eidem Titio substituī Stichum seruum suum: & ab eodem Sticho legata reliqui similiter, & decessi. & postea Titius omisit institutionē suam, & iussit seruum suum adire ex substitutione: & hoc ideo fecit, quia nolebat præstare legata à se relicta. Certe dicitur hic quòd vtraque legata præstabit, scilicet & relicta à se, & relicta à seruo suo. detrahet tamen Falcidiam de legatis, si sunt vltra dodrantem. Viuianus.

c *Cui.* scilicet instituto.

d *Ipsius.* instituti.

e *Legata.* à se relicta.

f *Et quà hæres est.* s. ex substitutione, præstat à substituto data.

g *Causa testamenti.* in quo erat institutus: & ideo tenetur ad relicta à se ac si ex testamento adiisset.

h *Salua Falcidia.* ex legatis à seruo relictis. sic non obstat. ff. l. proxi. vel aliter. i. salua Falcidia quam detrahit nomine serui. Hu. & facit. ff. eo. l. duo. §. fina. & C. eo. l. fina.

Vlianus.] CASVS. Instituī mihi hæredem Titium, & substituī ei filiam suam: & ab eo solo legata reliqui: & ipse omisit suam institutionem, & filiam ex substitutione iussit adire. certe præstabit legata à se relicta. & est ratio: quia filiam videor patri substituisse in vno casu tantum. s. cum pater nollet adire vel non posset ex institutione vel ex substitutione. non autē videor dedisse arbitrium patri vtrum adeat ex institutione vel ex substitutione. vnde si noluit pater adire ex institutione, & hoc fecit ad hoc tantū vt fraudaret legatarios quibus ego ab eo legaui: merito tenetur ad præstanda ei legata: detrahet tamen de his Falcidiam, si sunt vltra dodrantē: vt dictum est in. l. præcedenti. Sed quid si in prædicto casu reliqui vltra dodrantē legata ab eo & à filia? Certe de vtrisque debet detrahi Falcidia: prius tamen debet haberi

A ratio eorum legatorum quæ à filia sua reliqui, scilicet vt si detracta de eis Falcidia remaneat quarta apud eum Titium hæredem, soluere debeat integra legata à se relicta: & est hoc propter dolum ipsius Titij. non enim videtur carere dolo ipse Titius pater, qui omisso proprio honore. i. institutione[o], maluit institutionem filię propter suum cōpendiū. Sed quid ecōtra si instituī filiam Titij, & substituī ei patrem: & cū posset Titus adire ex institutione filiæ, adiuit ex sua substitutiōe? Certe nihil videtur dolo facere: & ideo legata à filia relicta non præstabit. & est ratio, quia hoc casu videor reliquisse patri arbitrium vtrum adeat ex institutione filiæ: an ex sua substitutione. & est ratio huius[p] ratiōis, quia nemo substituens patrē filiæ, videtur substituere eundem patrē filiæ contra votū ipsius[q] patris: quod votum est vt filia ei suā peruiuat, & nō ipse pater filię. & intelligas in hoc casu vltimo talia legata me reliquisse à filia Titij quā instituī, quę non videantur repetita à Titio quē substituī filiæ suæ: de quibus dixi. ff. de leg. j. l. licet. si autem videretur repetita à patre, præstaret ea pater siue omisisset institutionē filię dolo, siue non. Viuianus.

Qui omittit ex institutione, & sibi quærit ex substitutione: tenetur hoc edicto: nisi sit substitutus filio suo: & relicta ex substitutione prius defalcantur. Barto.

XXVI. PAPINIANVS libro sextodecimo Quæstionum.

IVlianus scribit, patrem[i] qui filiam sibi substitutā iussit[k] adire hæreditatem: legata quæ ab ipso data sunt, ex sententia edicti præstaturū: quoniam filia patri substituitur in casu[l], non vt arbitrium eligendi relinquatur. Sed si varia legata supra dodrantē data[m] sunt: eorum prius[n] rationē habendam, quę à filia relicta sunt. Nō enim[o] caret dolo pater, qui honore[p] proprio omisso, propter cōpendium[q] alienā institutionem[r] maluit. Deniq;[s] si filię pater substitutus adiit[t] hæreditatem, nihil eum dolo facere Iulianus existimat: quia nemo filiæ patrem cōtra votū[u] parentum substituere videtur, sed vt arbitrium eligendi relinquat.

XXVII. IDEM libro sexto Responsorum.

MAter secundis tabulis impuberi filio substituta, lo

i *Patrem.* institutum.

k *Iussit.* in fraudē legatorum à se patre relictorum.

l *In casu.* aliàs, in testamento, & aliàs, in casu, scilicet proposito quasi substituta fuit: vt si pater nollet vel nō posset esse hęres, ipsa esset substituta: non autē vt pater habeat electionem, an velit esse hæres per se vel per filiam. i. per institutionē vel substitutionem.

m *Data.* id est, aliqua à patre, & alia à filia: & si omnia soluantur excedent dodrantem.

n *Prius.* quantū ad hoc vt ex eis Falcidia detrahatur: sed de relictis a patre nō detrahitur. sed quantū ad solutionem faciendam prius est habenda ratio relictorum à patre. i. prius ea debent solui. & hoc est quod dicitur. ff. ad legem Falci. l. Nesennius. §. penult. Item contra. ff. l. proxi. Solu. ibi. Hu.

o *Non enim.* merito pater ex edicto tenetur: nō enim caret &c.

p *Honore.* id est, institutione qua fuit honoratus pater.

q *Compendium.* scilicet non præstandorum legatorum à se patre relictorum. Accursius.

r *Institutionem.* id est, substitutionem.

s *Denique.* bene infert, denique &c. cum enim puniatur, vt dixi, tunc demū cum proprium omittat honorem: ergo vbi non omittit, non tenetur. vbi autē omisit institutionē filij, suum honorem nō dimisit, sed filio habitū. ff. de lega. præstan. l. iij. §. hoc autē solū.

t *Adiit.* ex substitutione. Azo.

u *Votum.* Natura enim ita ordinauit, q̄ liberi parentibus secundum suum votum succedant: & ideo testator videtur patrem substituisse, vt haberet arbitriū adeundi ex quo vellet. si autem testator intellexisset q̄ tunc demum pater admitteretur, si filia nō esset hæres: videretur sentire q̄ pater post filiam remaneret: quod est contra votum parentum: vt. ff. vnde liberi. l. scripto. in fine. & sic not. quòd propter naturam aliter hic statuitur quam superiori casu. sic. ff. de condi. & demon. l. cum tale. & no. hac. l. honorem lucro præferendum. idem de voto parentum.

Honor lucro præferendus est.

Mater.] CASVS. Filium meū impuberem instituī mihi hæredem: & matrē suam ei pupillariter substituī, & ab ea legata reliqui, & decessi: & postea impubes decessit in pupillari ætate: mater autē noluit ei succedere ex substitutione: sed ab intestato cœpit eius hæreditatē possideri. certe tenebitur legata præ-

BIU Cujas

stare. & idem esset si eam matrē dedissem cohæredē dicto filio: & eam ei substituissem pupillariter. [*IN SENTENTIAM.*] Titius frater meus instituit sibi hæredē filium suum impuberem nomine Seium: & ei pupillariter substituit filium meū sub conditione, si à me fuerit emācipatus intra decē dies post mortē suā testatoris: & à dicto meo filio legata reliquit in substitutione: & postea decessit dictus Titius: & postea ego non emācipaui dictū meum filium intra dictū terminum: & ita feci deficere cōditionē substitutiōis: & postea cœpi possidere bona fratris mei ab intestato propter dictū meum filium. nūquid teneor præstare dicta legata à filio meo in substitutiōe relicta? Et dicitur q̄ nō. potestas enī patria quā habebā in dictū meum filium substitutum filio fratris mei sub conditione si eum emāciparem, est inæstimabilis. [*IN EVM QVI TESTAMENTO.*] Institui mihi hęredes Titiū & Seium, & legata ab eis reliqui: venit Gaius, & iniuit fraudis cōsilium cū dictis meis hæredib[a], ita quòd ipsi omiserūt ex testamento: & ipse cœpit possidere totā hæreditatem ab intestato. certe dabitur contra eū actio legatorū non ex verbis, sed ex sententia prætoris. Viuianus.

*vulg. cohæres

*Flo. videbatur

*Hal. substitutum

a *Legitimā.* per Tertyllianum.

b *Frater.* testatoris.

c *Substitutū.* sub cōditiōe si esset emācipatus intra decē dies. Accur.

d *Impuberi.* filio fratris.

e *Sed ab intestato.* defecta iā cōditiōe, nō interim dū pēdet: vt. j. de reg. iur. l. quādiu. Acc.

f *Per eum.* filium. Sed nónne ipse pater præcedit filium in gradu, & sic in succedendo? sed dic & ipsum repudiasse. Item contra. ſ. eo. l. j. §. qui sub cōditione. Sol. patria potestas inęstimabilis est: vt. j. de lega. j. l. filiusfamilias. §. secundum vulgarem. & eodem modo soluitur. ſ. eo. l. ſi filius meus. Item contra. C. de inoffic. testa. l. filius. Sol. ibi nolebat accipere ex testamento, cum non impleta esset conditio: hic ab intestato defecta conditione. & facit infra, de conditioni. & demonstra. l. ſi qui.

Patria potestas inæstimabilis est.

g *Solus.* secus si cum hæredibus possideat: vt. ſ. eo. l. ſi non solus. in princ. an autem & omittens in subsidium teneatur? distingue, habeat pretium, vel non: vt. ſ. eo. l. licet.

SI seruum.] *CASVS.* Titius instituit sibi hæredem seruum meum, & à me domino reliquit fideicōmissum Seio: & postea decessit dictus Titius: & antequam ego iuberem adire dictum meum seruum, vendidi eum Sempronio. nunquid debeo præstare dictum fideicōmissum Seio? & dicitur quòd sic, cum sim persecutus hæreditatis æstimationem per pretium serui. [*INSTITVTVS.*] Institui mihi hæredem Titium, & rogaui eum quòd restitueret hæreditatem Seio: & decessi: ipse autem Titius omissa causa testamenti cœpit hæreditatē ab intestato possidere. nunquid tenetur restituere hæreditatem Seio? Et dicitur quòd sic. sic etiam teneretur præstare legata & fideicōmissa & libertates. Sed & si rogaui eum vt manumitteret seruos alienos: tenetur eos redimere, & manumittere: & non debet remanere aliquod cōmodū apud dictum hæredem ex dicta hęreditate: cum edicto facit, si omisso testamento legitimam[a] hæreditatem filij possideat. Idem iuris erit & si filio hæres* data sit, & substituta.

Qui non implet conditionem testatiuam directam, & adit ab intestato: non tenetur hoc edicto. Barto.

¶ In sententiam edicti propter legatorū causam frater[b] incidisse nō videbitur*, qui filium suum substitutum[c] impuberi[d] testamento fratris nō emancipauit, sed ab intestato[e] per eū[f] bona possidere cœpit.

Tertius possidēs ab intestato tenetur hoc edicto si cū instituto participauit fraudē. Bar.

¶ In eum qui testamento scriptus hæres non fuit, si fraudis consilio cum hæredibus scriptis participato legitimam hęreditatē solus[g] possideat: actio legatorum ex sententia prætoris dabitur.

Qui habet pretiū, videtur habere hæreditatē: ideo relicta à se præstare tenetur. Bar.

XXVIII. MAECIANVS libro quarto Fideicommissorum.

SI seruum hæredem institutum* dominus qui ipse rogatus[h] fuerat fideicommissum præstare, prius quam adire iuberet, vendiderit: præstare id debet, cum per pretium serui, hæreditatis quoque æstimationem consequatur.

Fideicōmissa vniuersalia conseruantur per hoc edictum salua Trebellianica. Bar.

¶ Institutus hæres, & rogatus restituere hæreditatem, si omissa causa testamenti legitimam hæreditatē possideat: non dubiè vt legata cæteraq; fideicōmissa, ita hæreditatē quoque[i] restituere cōpellendus est: libertates quoq; tam directas q̄ fideicōmissarias[k]. Sed si alienos seruos rogatus sit manumittere: vtiq; redimere eos debebit[l]. eam autē decessionē[m] patietur is, cui restituta fuerit hæreditas[n], quam is qui ei restituerit passurus fuit.

Per hoc edictum conseruantur libertates saluo iure patronatus. Barto.

XXIX. VLPIANVS libro quinto Fideicommissorum.

QVi omissa causa testamēti ab intestato possidet hæreditatē, seruos ad libertatem perducere debet: ne eis° factum noceat eius qui ex testamento adire noluit: sic tamen, vt habeat libertos.

Qui omisit ex testamento, & possidet aliquo iusto titulo inter viuos, non tenetur hoc edicto. Barto.

XXX. HERMOGENIANVS libro tertio Iuris Epitomarum.

QVi omissa causa testamenti, pro emptore, vel pro dote, vel pro donato[p], siue alio quolibet titulo (exceptis pro hærede, & pro possessore) possideat hęreditatem: à legatariis & fideicommissariis non conuenitur.

DE SENATVSCONSULTO Silaniano† & Claudiano: quorum testamenta ne aperiantur.

TITVLVS V.

i *Hæreditatē quoque.* videbatur enim q̄ hic cui hæreditas restituenda erat, agere ex hoc edicto nō posset: & quia alia via est ei consultum, scilicet per Trebel. vt cogat hæredem adire: vt. ſ. eo. l. ſi quis omissa. cū suis concor. & quia fideicommissarius loco hæredis est vt instit. de fideicōmiſ. & hæredit. §. restituta. & infra, de regu. iur. l. in pari. §. j. & ad Trebell. l. j. in princ. hæredi autem hoc edictum non proficit: vt. ſ. eo. l. ſi in testamento. sed tamen secus est: quia non per omnia vt hęres censetur: quia nec iura sepulchri habet: vt. j. ad Treb. l. quia perinde. §. j.

k *Fideicōmissarias.* vt ſ. eo. l. de libertatibus.

l *Redimere eos debebit.* & manumittere.

m *Decessionē.* i. demissionē propter prędicta vel propter alia hæreditaria onera. & facit ſ. j. ad legē Falc. l. filiuſ. & familiàs. & C. e. l. ij.

n *Hæreditas.* per Trebellianum.

o QVi omissa. *Ne eis.* scilicet seruis: vt. ſ. de alie. iudi. l. j. in prin. & ſi quis cau. l. ij. §. poſt. & j. de separa. l. j. §. ex contrario. & infra, de regu. iur. l. non debet.

p QVi omissa. *Pro donato.* quia est illi ab aliquo donata hæreditas. secus autem si ex se lucratur etiam ab intestato: vt. ſ. eo. l. licet. in fin. & facit. ſ. eo. l. j. §. nō quærimus.

DE SENATVSCONSVLTO Silaniano. &c.

Et hoc titu. punitur hæres si adeat ante quæstionē habitam à familia.

QVm aliter.] *CASVS.* Titius habens familiam seruorum fuit interfectus vel à domesticis, vel ab extraneis. certe serui debent torqueri ad inquirendam veritatem: & si non dederunt auxilium domino, debent puniri capite. nulla enim domus esset tuta nisi talis pœna imponeretur seruis interfecti domini. & continetur appellatione domini ille qui habet solā proprietatem in seruis: non autē ille qui possidet seruū alienum bona fide, nec ille qui vsumf. solum habet in seruo. Sed si dedit seruum pignori, habetur dominus ille qui obligauit. Sed & si ab eo qui instituit illum qui modo est interfectus hęredē, sit legatus seruus alicui sub cōdi. pendente cōditione loco domini est ille qui non est interfectus. & idem est si data sit seruo libertas sub condit. secus autem in eo seruo cui data est fideicommissaria libertas: nisi ipse seruus fuisset particeps sceleris: quia tunc bene torqueretur. Item continetur appellatione domini ille qui pro parte est dominus,

BIU Cujas

dominus,& filius & alij liberi illi[9] cuius est seruus:siue sint in po testate,siue non.idem est si essent adoptiui.secus autē si essent dati alij in adoptionem. Itē secus in alumno illius cuius est seruus: quia in eis non habet locum senatusconsultum.Item filio occiso non habetur quæstio de seruis matris.Sed pone quòd pater meus fecit testamentum, & instituit me hæredem: & seruos suos quosdā pure legauit vel manumisit: & postea fuit ab hostibus captus: & eo existēte apud hostes ego fui occisus.nūquid torquebūtur dicti serui? Et videtur q̄ non: quia pater meus videtur mortuus prima hora captiuitatis:& ita videtur quòd ego sim eius hæres:& ita videtur quòd dicti serui sint liberi, vel sint illius cui legati fuerūt.Et ita videtur q̄ tempore quo fui occisus,ipsi nō fuerunt mei. dicitur tamē hic quòd bene debent torqueri: quia ego nō sum adhuc hæres patris mei: cū ipse adhuc viuat apud hostes. sed & si dictus meus pater sit mortuus apud hostes, & ego filius ab eo emācipatus sum occisus antequam ei hæres existam, idē erit dicēdum, scilicet vt dicti serui torqueātur. quātis enim si nō esset occisus,dicti serui nō essent mei futuri ex eo quòd ego essem hæres patris mei,sicque recta via transiuissent ad eū cui pater meus eos pure legauerat, vel essent liberi cum pater meus dedit eis libertatem pure,sicque non deberēt torqueri propter mortem meā:tamen ex quo occisus fui ante aditā à me hæreditatem, remanserunt serui in hæreditate: & ita debent torqueri. Scias etiam quòd patre meo occiso serui mei castrensis peculij torqueri debent,siue erant in potestate dicti mei patris, siue nō. Item & si ego ipse sim occisus,serui vxoris meæ & soceri mei debent torqueri.& idem est econtra vxore mea occisa.h.d.vsque ad.§.occisorum.Viuianus.

a *Cum aliter nulla domus.*quæ debet esse tutissimum cuique refugium:vt.ff.de in ius vo.l.plerique.

b *Capitis.*vt.ff.eo.§.potuisse.

c *A domesticis.*id est,iis qui sunt de familia. Nā vt ait Boethius: Nulla pestis efficacior est ad nocendū quam familiaris inimicus.

d *Necatorum.*scilicet nomine. & dic torqueri[a] familiam nomine necati,scilicet à quocúque:vt.ff.proxi.Vel dic:fit quæstio, scilicet familiæ,id est, torméta ad eruendum veritatem nomine necati à familia.& subaudi,vel ab alio necati:vt patet.ff.proxime,& in sequentibus.non dicas vt alius qui non sit de familia torqueatur:vt.ff.ea.l.§.in eo.&.§.de matris.

e *Alienus sit.*ad hoc.ff.de lega.iij.l.si quis suos.&.ff.de acquiren. hæredi.l.si quis mihi bona.in prin.&.ff. de iniur.l.item apud.§. si

ff. Infort.

1. VLPIANVS libro quinquagesimo ad Edictum.

CVm aliter nulla domus[a] tuta esse possit,nisi periculo capitis[b] sui custodiā dominis tam ab domesticis[c] quàm ab extraneis præstare serui coguntur:ideo senatusconsulta introducta sunt de publica quęstione à familia necatorū[d] habēda. ¶ Domini appellatione continetur, qui habet proprietatem,etsi vsusfructus alienus sit. [e] Qui seruum bona fide possedit, domini appellatione non cōtinebitur: nec qui vsumfructū solū habuit. Seruus pignori datus,quod attinet ad debitoris necē, per omnia perinde habetur,atq; si pignori dat[9] nō esset. [f] ¶ Serui appellatione etiā hi continentur qui sub cōditione legati sunt. nam medio tempore hęredis sunt:[g] nec quod conditio existens efficit,vt desināt esse hæredis, facit ne videātur interim eius esse.Idemque erit dicendum[&] in statulibero. Sed in eo cui fideicōmissaria libertas purè debetur, exstat rescriptū diui Pij ad Iubentium Sabinū, quo ostenditur non esse festinādum ad tormenta eius cui fideicommissa libertas debetur. Et magis est ne puniatur[h] ob hoc quòd sub eodē tecto fuit: nisi particeps sceleris fuerit. Domini appellatione etiā pro parte dominum[i] contineri,dicendum est. Domini appellatione & filiusfamiliàs cæterique liberi qui in potestate sunt,continentur. [k] senatusconsultum enim Silanianum non solum ad patresfamiliàs verum ad libe-

A vsumfructum.&.ff. qui satisd.cog.l.sciendum,§.ij.&.iij. & .ff. de relig.l.ij.§.j.Sed arg.cōtra.ff. de rebus eorum.l.magis.§.j.&.j.de adul.l.si postulata.§.de eo.&.j.de leg.iij.si quis suos.&.ff. de noxa.l.quoties.§.j. *ADDITIO.* Dic quòd bonæ fidei possessor habetur loco domini, vt ipse vel hæres eius nō possint dicere se non dominū,nec alius cui[9] interest,donec cōtrarium probetur: vt.l. quidam in suo. in fi.de condi.insti.&.l. Titia. j.de solu. & ita loquūtur ista contraria: sed postquam detegeretur ab alio quòd nō sit domin[9],loco domini nō habetur. & ita loquitur hic, secundū Bart.

B

f *Datus non esset.*ff. qui satisda.cog.l.sciēdum.§.creditor.

g *Hæredis sunt.* vt.ff. famil.ercis. post litē.§. res quæ. Sed arg. contra.j. ad legem Falci.l. in ratione.§.j. *ADDITIO.* Dic secundum Bar. quòd ibi vere nulla est fictio: vt per eūdem in.l. si is qui pro emptore.j.de vsucap.

h *Ne puniatur.* scilicet capite.& facit.C.de quæstio.l.nec si mors. &.j.l.iij.§.de his quoque.&.ff.de hęredi.insti.l.si seruo fideicommissaria.

i *Pro parte dominum.* ff. de ritu nupt.l. illud.&.j.ad leg.Falcid. statuliber.

C

k *Continentur.* in his deest sola administratio: vt.ff.de lib.& posthu.l. in suis. & facit.j. ea.l.§. si pater. & .l. si exhæredatus.

l *In potestate.* nec enim repelli nō potest: vt instit.de hæred.ab intesta.§.eadem. & facit.j.tit.j.l.j.§.j.

m *In eo.*occiso.

n *Datus.*à me alij.

o *Senatusconsultum.* vt mei serui torqueantur tāquā sui, & puniātur.

p *In adoptato.* à me occiso scilicet.

q *Nō habetur.*quia filius est de patris & nō de mateis familia: [b] vt insti.de legi. agna. tutel.§.j. non autem est hic, quia filium in potestate esse oportet: vt supra, eod.§. quid deinde dicemus. & facit.C.de adult.l.verba.

D

b *Limitabis hāc glo. & suas cōcor. per ex. in.l. nati. C.de dec. li. 10.* *s. vt non proceda: si mater est ex nobili familia pater vero ex vili: de quo in l. filios.C.de munici. & orig. li. 10.*

r *Probat.*Scæuola. mouebat hic quæstionem secūdum R.illud. quòd patre capto filius pro certo nondum erat hæres.

s *Constantius.* ergo quod dixi, mouebat quæstioné secūdum R.

t *Instituto filio.*emācipato.suus enim statim esset hæres:vnde serui vtpote liberi non torquentur:vt.ff.ea.l.§.in eo.Azo.

u *Existente.*id est,adita hæreditate animo.

x *Futuri.*j.de fur.l.à Titio.

y *Licet non sit in potestate.*idem econtra:vt.ff.eo.§.domini appellatione etiam filius.

z *Vxoris.*scilicet serui.

a *Neque vxoris.*scilicet serui.

b *Viri.*scilicet serui dicantur.

c *Vna domus.*No.ergo vnam domū esse viri & vxoris,& vnam

Maritus an possit pro vxore testificari, & e contra.

familiam esse.& sic est arg.quòd vnus non possit esse testis pro alio:vt.C.de testib.l.etiam. & sic est.ſ.re.amo.l.j.&.C. de adult.l. verba.&.ſ.qui satisfda.cog.l.sciendum.§.si fundū.&.ſ.si quis.cau. sed & si quis.§.præterea.& de iudi.l.interdum.&.C. de cri.expil. hæred.l.aduersus.&.ſ. de ritu.nup.l.j. Sed arg.contra.j.de quæstio.l.j.§. seruū mariti.

ADDITIO. Dic secundum Bar.hic quòd seruus non torquetur contra vxorem, vt ibi, quia quodammodo est domina: sed pro morte vxoris sic:vt hic eadem ratione.& sic cōcordat.

Occisorū.]CASVS. Vsque huc dictum est quib⁹ casibus serui debeant torqueri pro domino occiso. nūc vult dicere qui contineantur appellatione occisorū. Et dicitur quòd illi qui sunt interfecti per vim aut cædem. & de his ponit exempla. si autem non per vim sunt occisi:non continentur occisorum appellatione quātum ad hoc vt serui torqueantur: puta si veneno fūt extincti.& est ratio plana in litera. in casu tamen bene torquerentur etiam tunc, puta si venenum fuit eis infusum per vim.Sed quid si quidam extranei dederunt venenū domino clā, & nō per vim: & serui aliqui fuerunt de hoc conscij vel fautores? nunquid illi debent supplicio affici? Et dicitur quòd sic.licet enim non debeant torqueri eo quòd clā datum fuit venenum, illi qui nō fuerunt cōscij vel fautures,vt dictum est: tamē factum cōsciorum & fautorū nō debet esse impunitum.& in hoc casu possunt aperiri tabulæ testamenti illius qui est occisus: & hæreditas ei⁹ adiri ante quæstionem habitam de dictis seruis conscīis vel fautoribus.& postmodum possunt torqueri, & supplicio affici: quamuis si dominus fuisset occisus palam à familia, vel ab alio, deberēt serui prius torqueri, quam hæres adeat hæreditatem. Sed si dominus occidit se tædio vitæ,vel impatientia doloris,& serui potuerunt prohibere:debēt certè pœna affici.si autem non potuerūt prohibere,liberati sunt. & eo casu dictus casus mortis non impedit testamentum eius aperiri & recitari: licet impediretur aperiri & recitari si metu criminis imminentis se occidisset dominus.Item scire debes non haberi de familia quæstionem,nisi cōstet dominum occisum,& appellatione quæstionis cōtinentur non tantū tormenta, sed etiam omnem inquisitionem & defensionem mortis accipimus cōtineri.h.d.vsque ad.§.hoc autem senatus.Viuianus.

Plo. more insidiātur?

Fl. factores

atque in propriis seruis,senatus censuit. Sed neque vxore occisa,neq; marito, de seruis socēri quæstionem habēdam senatus censuit.Marcellus autem libro duodecimo Digestorū, etiam in soceri seruis idē [esse] quod in mariti,rectè dixit.

Non tenentur serui de morte domini si ei opem ferre non potuerunt. Bartolus.

¶Occisorum appellatione eos cōtineri Labeo scribit, qui per vim aut cædem sunt interfecti: vtputa iugulatum, strāgulatū, præcipitatū, vel saxo vel fuste vel lapide percussum, vel quo alio telo necatū. [a] Quòdsi quis puta veneno,vel etiam quo alio quod clā necare soleat, interemptus sit: ad hoc senatuscōsultum vindicta mortis eius non pertinebit. hoc idcirco, quia totiēs puniendi [b] sunt serui quia auxiliū domino nō tulerunt, quotiens potuerunt [c] ei aduersus vim opē ferre, & non tulerūt. Cæterum quid potuerūt facere aduersus eos qui veneno,vel quo alio modo*insidiabātur? Planè si venenū per vim infusum sit:senatusconsultum locum habet.Vbicumque igitur vis adhibita est quæ interimere solet, ibi dicēdum est locū senatuscōsulto fore.Quid ergo, si dominus veneno, non per vim necatus [d] esse ꝓponatur?impunitū erit factum?Nullo⁹modo. Licet enim cessset senatusconsultum Silianū,nec quæstio suppliciūq; de his qui sub eodem tecto fuerūt,habeatur:tamē si qui cōscij [e] vel fautores*sceleris fuerunt,hi demū supplicio adficiuntur: & adiri hæreditas,apeririq́ue tabulæ etiam ante quæstionē habitam possunt. ¶Si sibi man⁹ quis intulit, senatusconsulto quidem Silaniano locus non est: [f] sed mors eius vindicatur: scilicet vt si in conspectu seruorū hoc fecit, potueruntque eum in sæuientem prohibere, pœna [g] adficiantur:si verò non potuerunt, liberentur. Si quis non metu criminis imminentis, sed tædio vitę, [h] vel impatiētia doloris sibi manus intulit:eius testamentum aperiri & recitari mortis casus non impedit.¶Itē illud sciendum est, nisi constet aliquem esse occisum, non haberi de familia quæstionē. Liquere igitur debet scelere interemptum,vt senatusconsulto locus sit. [i] Quæstionem [k] autē sic accipimus, nō tormenta tātum, sed omnē inquisitionem, & defensionem mortis. ¶Hoc autem senatuscōsultū eos quidem,qui sub eodem tecto fuerunt,omnimodo punit:eos verò qui non sub eodē tecto, sed in eadem regione[fuerunt:]nō aliter,nisi cōscij fuissent. Eodem autem tecto, qualiter accipiatur,videamus:vtrum intra eosdē parietes,an & vltra, [vel etiam] intra eandē diætam, vel cubiculum,vel eandē domum, vel eosdem hortos, vel totam villam.Et ait Sextus sic esse sæpe iudicatum, [l] vt quicumque eo loci fuerunt,vnde vocē exaudire potuerūt: hi puniantur, quasi sub eodem tecto fuerint: licet alij validioris vocis, alij exiguioris sint, nec omnes vndique exaudiri possint. Iuxta hoc tamē videtur & diuus Hadrianus rescripsisse in hæc verba: Serui quotiēs dominis suis auxiliū ferre possunt,† non demini audire poterant: licet quidam domini habeāt validiorē vocem,& quidā exiguiorem.& si serui possunt iuuare dominum alio modo,non debent eorum salutem præponere saluti domini. vnde nō excusatur seruus vel ancilla si dicat, & etiam verum sit, percussorē minatū ei si proclamaret ipse seru⁹ vel ancilla.& hoc casu debent pati serui vltimū supplicium.ei ergo seruo non parcitur qui fuit in eodē conclaui cū domino cum occideretur: nec ei qui timuit mori pro salute domini:nec ei qui non proclamauit cum occideretur dominus. ille tamē seruus nō punitur qui tēpore mortis domini erat ita longe ꝙ exaudiri non potuit.sed si dominus fuit in itinere occisus:sumendum est supplicīū de illis seruis qui erant cum eo,vel non erāt cum eo, quia aufugerunt: alij autem non puniuntur.hoc dicit vsque ad.§.impubes.Viuianus.

a *Necatum.* facit.ſ. ad leg. Aquil.l.si seruus seruum.§. huius legis.&.§.si is.&.§.si quis igitur.&.ſ.de libe.agno.l.necare.

b *Puniendi sunt.* capite:vt.j.ea.l.§.potuisse.

c *Potuerunt.* hoc expone: vt.j.§.potuisse. & facit.ſ. loca.l.item

d *Necatus.* non à familia: & sic potest adiri hæreditas ante vindictam:vt hic subiicit,&.j.eo.necessarios.§.fina.&.l.propter veneni.in prin.&.C.eo.l.cum fratrem.secus si à familia:vt.j.l.iij.§. quod ad causam.&.§.fin.&.l.seq.&.l.necessarios.in princip.quæ est contra.

e *Conscii.* not.ex sola scientia eos teneri.

f *Locus non est.* quoad tormenta.

g *Pœna.* capitali: vt j. eo.§. potuisse. Azo. & facit ad hoc.ſ.§.cæterum. Item facit.ſ. de pœcu.sed si damnum.§. si ipse.

h *Tædio vitæ.* facit.ſ. proxi.§.&.C.qui testa. face.pos.l.ij.

i *Locus sit.* sed ego quęro,ad quid fiat hęc quæstio?Respō.ad inquirēdam mortem defuncti:vt.j.proxi.§.sed hic quęstio non fit nisi cum liquet eum scelere interfectum: vt hic. Nunquid ergo sit quęstio semper quando liquet? Respon. liquere debet eum scelere defunctum, etsi persona ignoretur quæ fecerit. ad personam ergo declarandam fit quæstio: quę ignorare potest etiam si cōstet eum scelere occisum.Azo.sed & de communi seruo habetur quæstio si vnus ex dominis nō cōpareat: vt.j. eod.l.& si percussor.§.si vnus.Item nota. non iri ad quæstionem nisi præcedant indicia: vt infrà, de quæstio.l.j.in princip.

k *Quæstionē.* facit.j. de iniuriis.l.item apud Labeonem.§.quæstionem.Accursius.

Hoc autem senatus.]CASVS. Si dominus fuit occisus, & serui sub eodē tecto cū domino existentes nō dederunt ei auxilium,debent torqueri & puniri:alij autem serui nō, nisi fuerunt cōscij.Sed qualiter intelligis tu idem tectū? Respon.si serui erāt ita prope dominum quòd vocē dominum audire poterant.

Salutē eorum.

BIU Cujas

bent saluti eorum [a] suam anteponere. Potuisse autē ancillam quæ in eodem conclaui cū domina sua fuerat, auxiliū ei*ferre, si non corpore suo, at certè voce plorātem, vt hi qui in domo fuerant, aut vicini, audirēt: hocipso [b]*manifestū est, quòd dixit [c] percussorē sibi mortem minatum si proclamasset. vltimum itaque*suppliciū pati debet, vel [in]hoc, [d] ne cæteri seruicredāt in periculo dominorum sibi quēque consulere debere. ℣ Hoc rescriptum multa [e] continet. Nam ei nō parcit qui [in]eodem conclaui fuit: & ei qui timuit mori, nō ignoscit: & quòd vel voce [f] oporteat seruos dominis auxilium ferre, ostendit. Si quis in villa agens occisus sit: pluſquā iniquum [g] est (si fortè diffusa latè prædia habeat) de omnibus qui in ea regione fuerint, seruis & quæstionē haberi, & supplicium sumi. Sufficit ergo de his qui cū ipso qui occisus dicitur fuerūt, & qui suspitione cædis aut cōsciētia attingi videbūtur, quæstionem haberi. ℣ Cum dominus in itinere [h] est occisus: de his qui vnà cum eo fuerūt cum occideretur, vel cum vnà fuissent, profugerunt: supplicium sumendum est. Quòd si cū domino nemo fuit cum occideretur, cessant ista senatusconsulta. ℣ Impubes seruus, vel ancilla nondum viripotens, non in eadem causa erunt. Aetas enim [i] excusationem meretur. ℣ Impuberi autem vtrum in supplicio [k] tantum parcimus, an verò etiam in quæstione? [l] Et magis est vt de impubere nec quæstio habeatur. & aliàs [m] solet hoc in vsū obseruari, vt impuberes non torqueantur: terreri tātum solent, & habena vel ferula [n] cædi. ℣ Excusantur autē serui qui auxilium tulerunt sine dolo malo. Nam si finxit se quis auxilium ferre, vel dicis [o] gratia tulit: [p] nihil hoc cōmentum ei proderit. Tulisse autem auxilium nō tantum is videtur qui seruauit dominum, hoc est, qui potuit ita opē ferre, vt saluus esset dominus: verùm is quoq; qui quidquid potuit fecit, tametsi dominus interfectus est: veluti si quis clamauit, vt ad auxilium cōueniretur: aut terruit adgressores. atque [q] si quis turbam conuocauit: aut si corpus suum obiecit, vel aliàs corpore suo auxilium tulit. Non tamen semper qui clamore vsus est, auxilium tulisse videtur. Quid enim, si cū posset manu depellere à domino periculū, ille clamorem inanem elegit? Plectendus vtique erit. ℣ Quid si vulnerati sint serui cum protegerent dominum? Dicēdū est parci eis [r] debere: nisi si aut ipsi sibi vulnera ista fecerūt data opera, ne punirētur: aut talia vulnera isti acceperūt, vt possent nihilominus opē ferre si voluissent. ℣ Si dominus mortiferè vulneratus superuixerit, [f] nec de quoquā seruorum suorum conquestus sit: etiamsi sub eodē tecto fuerunt, tamen parcendū illis erit.

Dominus percussus potest purgare innocentiam seruorum suorum. Bartolus.

11. CALLISTRATVS libro quinto de Cognitionibus.

DIuus Marcus [&] Commodus Pisoni [t] rescripserunt*in hæc verba: Cum constiterit apud te Piso charissime, Iulium Donatum postea quàm cōterritus aduētu latronum profugerat [in] villā suā, vulneratū esse: mox testamēto facto purgasse officiū seruorū suorū: nec pietas ℔ seruis, [u] nec sollicitudo [x] hæredis obtinere debet, vt ad pœnam vocentur, quos absoluit dominus ipse.

a *Saluti eorum.* scilicet dominorū. sui enim iuris nō sunt serui: nec salus corū ab eis est: sed à dominis hoc iure: vt instit. de iis qui sunt sui vel alieni iuris. §. j. & no. argu. contra vassallos. Accur.

b *Hoc ipso.* id est, hoc argumento. Accursius.

c *Quòd dixit.* aliàs, quòd. & subaudi, nec prodest ancillæ quod dixit &c. Accursi? Flo.

d *Vel in hoc.* id est, in eum finē, ne &c. aliàs, vel hoc, scilicet mācipium: & vel, pro saltē: vel pro etiam. Et not. quòd quis patitur supplicium in exemplum. sic. C. ad leg. Iul. repetun. l. j. Accursius.

e *Multa.* quia tria: aliàs duo dicuntur multa. vt instit. de iure persona. §. finali. Accur.

f *Vel voce.* vel, pro saltem. Accursius.

g *Pui quàm iniquum.* vt infra, proxi. §. & C. de adul. l. in adulterij. Sed contra. j. qui & à qui. l. prospexit. Solu. ibi de strictō iure: hic de æquitate, quæ præualet: vt. C. de iudi. l. placuit. Vel dic vt in dicta. l. in adulterij. Accursius.

h *Cum dominus in itinere.* sic. ē. proxi. §. Ac.

Impubes seruus. CASVS. Si dominꝰ sit occisus ab aliquo extraneo, & serui non tulerunt ei auxilium: capite puniuntur, & etiam torquētur vt dictū est. Certe istud fallit in impuberibꝰ seruis & ancillis: & in his etiā puberibus seruis qui auxiliū domino tulerunt sine dolo malo. si autē finxerunt auxiliū ferre domino, & nō tulerūt: non excusantur. & ille sine dolo videtur auxilium tulisse domino, qui saluauit eū. sed & si nō saluauit, immo est mortuus dominus: seruus tamen iuuit eum quantum potuit: videtur ei auxilium tulisse, & sic non punitur: & de hoc ponit plana exempla vsq; ad. §. si dominus. Viuianus.

i *Aetas enim.* si sit minor: vt &. C. si aduer. delict. l. j. & etiam maior: vt. j. e. l. iij. §. ignoscitur. &. C. qui æta. li. x. l. j. & adde quod est j. eo. l. excipiuntur.

k *Supplicio.* id est, in pœna capitis. Accur.

l *Quæstione.* pro eruenda veritate.

m *Et aliàs.* cum de adulterio quæstio habetur, secundum quosdam. & facit infra, de quæstio. l. ex libero. §. de minore. & . l. de minore. Accursius.

n *Ferula.* sic. C. de cur. publ. l. j.

o *Dicis gratia.* hoc est perfunctoriè, aut defunctoriè. Antonius Augusti. Emendationum lib. ij. capite. ij.

p *Tulit.* id est, dixit se dolere. aliàs, iudicis gratia tulit: id est, distulit faciendam vindictam per iudicem.

q *Atque.* id est, sicut.

r *Parci eis.* scilicet si debilitati per vulnera non iuuerunt postea dominum. Accursius.

Si dominus. CASVS. Dominus quorundam seruorum fuit à quibusdam mortiferè vulneratus: vixit tamen postea aliquot diebus, & non fuit conquestus de aliquo seruorum quòd non dederunt auxilium ei. nūquid amodo torquebuntur, vel vltimo supplicio afficientur? Et dicitur quòd non: & multo magis non punientur si dominus in testamēto suo dixit expressè quòd serui exercuerunt bene officium suum in iuuando eum. &. h. d. cum. l. seq. Viuianus.

s *Superuixerit.* ita q̄ eo vulnere non decessit. [a] arg. supra, ad leg. Aquil. l. huic scripturæ. Vel secundum Irn. dic, etiam si decesserit, quasi dissimulatiōe remiserit: vt instit. de iniur. §. fina. & . C. de reuoc. dona. l. j. in fin. & . l. fina. in fin. & de inoffi. testa. l. omnino. & supra, de proba. l. Procula. & de cura. fur. l. si furioso. §. his consequens. Sed argu. contra ad hoc infra. l. iij. §. j. Item facit infra, l. proxi. Accursius Flo.

a *Not. ex hac glos. q̄ vulnus dicitur mortale: licet mors nō sequatur, secundū Bal.*

t *Diuus. Pisoni.* præfidi prouinciæ.

u *Pro seruis.* torquendis. Accursius.

x *Nec sollicitudo.* quæ cogit hæredem testatoris vindicare necē. [b] Azo. & facit. C. famierciscun. l. in ipsius. & supra. l. proxi. in fine. & quod ibi not. Sed an occisores potest dominus absoluere? Respon. non, cum ea actio competat vnicuique de populo: vt infra, de publi. iudi. l. j. quippe illi in faciēdo, at serui in omittendo delinquunt.

b *Vindictā pro iniuria suis illata, an & quā do permittatur. glos. in. c. i. §. hoc autem. qui seu. da. poss. in vsi. seu. B. in. l. is penes. C. depos.it.*

* *Flo. rescripsit.*

Si quis. CASVS. Cū dominus occideretur, seruus eius nō tulit ei opē, ideo quia valde graui valetudine erat affectꝰ. Certè subuenitur seruo vt nō puniatur: & idē est si dominꝰ dixit q̄ seruus eū occidit, & non probauit. & idē est si maritus occidit dominam serui, & nō exaudiuit hoc seruus. secus si exaudiuisset, & opē non tulisset: quia tunc bene puniretur: nisi in vno casu, puta si maritus occidit vxorē in adulterio deprehēsam: quia tunc non punitur seruus si non tulit ei opem. Item non punitur seruus si cum omnes domini sui aggressurā paterētur, & ipse omnibus simul non potuit auxilium ferre, tulit quibusdā. secus si potuisset omnibus ferre opem: & tulit tantū quibusdā. Item non punitur seruus si tempore cędis domini sui vel dominę ita erat clausus sine suo dolo malo, vt non potuerit erumpere causa succurrendi

rendi eis.secus si fuisset in dolo vt clauderetur.& idem est vt nó puniatur si erat ligatus taliter vt auxilium dare non posset. Item nó punitur si taliter erat senex,quòd nó potuit dare opem: & idē est si erat seruus surdus.& idem si cæcus, vel mutus, vel furiosus. h.d.vsque ad.§.si quisquam.Viuianus.

a *Si quis in graui.*i.valde graui.sic.ſ. pro socio.l.cū duobus.§.damna.&.l.Gallus.§.ille casus.ſ.de libe.& posthu. aliàs,graui.

b *Credendum domino.* contra seruos: sed pro seruis sic:vt.ſ.l. proxi. &.l.j.in fine.

c *Si.*i.quamuis. & facit.ï.de Carbo.edict.l. j.§.si quis. Non obstat ſ.ad Velle.l.Seia.j.respon.& de inoffic.testa. l.non est enim consentiendum.&.C.arb.tu.l. j.& de proba.l.rationes.&.l.exemplo,& de test.l.verba.& in auth. vt cū de appell.cogno. §.siue igit omnes. collatio.viij. Arg. contra infra, de bo.liber.l.qui cū maior.§.fi.&.l.Paulus.§.j.& supra de cura. fur.l. si furioso.§.j. &.C.de calumn.l.mater. *ADDITIO.* Dic secundū Dy. hic quòd propter verba defuncti pœna non imponitur, vt hic: sed hæres vt filius si accusat,à præsumpta calumnia excusatur vt in contrario,secundum Bartolum.

d *Si maritus.*sic supra. l.j.§.si vir.

e *Ignoscitur.* quantū ad pœnam legis Corn. de sica. sed non in totum: vt infra, de adulte.l.si adulterium.§.imperatores. &.l. nec in ea.§. ideo autem. &.l. marito.j. respon. & ad leg.Cornel.de sica.l.j. §.fina.

f *Non restiterunt.*No. non est culpa non resistere. sic supra, de noxa.l.iij. §. si extraneus. & de act.emp.& ven.l. emptorem.ibi, & si nó defendat &c.

g *Contraxisse.*est ergo gratificationi [a] tunc locus:vt & supra,de reli. l.fina.& supra, loca. & condu.l.in naue Saupheli.&.ï.ad leg.Fal.l.pater filium.

h *Ignosci ei debere.* quidam interrogatiue legunt, & dicunt non debere seruo vxoris ignosci qui prætulit virum: & ecōtra,si seruus viri prætulit vxorem. sed legato plane, & dico quod possit eligere, quasi sit eorum communis: vt & supra, eo.in.l.j.§.si vir. &.ſ.e.l.§.si maritus. Accursius.

i *Voluerint.* sic.ſ.quod me.causa.l.si mulier.in princ. &.ï.quod vi aut clam.l.j.§.sed & Aristo.

k *Aetate.* id est,senectute:vt no.ſ.eo.l.j.§.impubes.

l *Si quis.*]*CASVS.*Seruus vel serua Titij occidit eum:& Seius in domo sua recepit dictū seruū vel seruam. certe tenetur Seius l.Corne.de sica.Viuianus.

m *Si quisquam.* extraneus.q.d.non debet quis recipere aliquem noxium de seruis occisi.aliàs punitur.l.Corn. de sica.sic infra,de excep.l.j.Item facit.ſ.de ser.fug.l.j.§.j.

Ad impossibile nemo obligatur.hoc dicit.

III. VLPIANVS libro quinquagesimo ad Edictum.

SI quis in graui [a] valetudine adfectus opē ferre domino nō potuerit:subueniēdū est ei.

Assertio interfecti non probat: nisi probetur aliter mors illata.Barto.

¶Si quis moriens dixisset à seruo vim mortis illatam esse sibi: dicendum est non esse credendum domino [b] si [c] moriēs hoc dixit, nisi potuerit & probari.

¶Si maritus [d] vxorē noctu intra cubiculū secum cubantem necauerit,vel vxor maritū:serui pœna senatusconsulti liberabuntur. Sed si exaudissent, & opem non tulissent:plectendi erunt: non tantum si proprij essent mulieris, sed etiam si mariti.Si tamē maritus in adulterio deprehēsam occidat:quia ignoscitur [e] ei,dicendum est nō tantum mariti, sed etiā vxoris seruos liberandos, si iustum dolorem exsequēti domino nō restiterunt. [f]

Licet seruo vni ex dominis gratificari. Bartolus.

¶Si cùm omnes domini adgressuram paterentur,vni seruus opem tulit: an sit excusandus,an verò quia omnibus nō tulit,plectendus?Et magis est,vt si quidem omnib⁹ ferre potuit:quā-uis quibusdā [opem]tulit, supplicio adficiēdū. Si verò simul omnibus non potuit:excusandum, quia quibusdā opem tulerit.Nā illud durū est dicere,si cùm duobus auxiliū ferre non posset,elegit alteri esse auxilio: electione crimen eum contraxisse [g]. Quare & si seruus mulieris,marito dominæ magis auxilio fuit q̄ dominæ:vel cōtra: dicendū est ignosci [h] ei debere.

¶Subuenitur eis qui eo tēpore quo dominus dominā ve occisa est, clausi ita fuerūt sine dolo malo,vt erūpere succurrendi causa,aut comprehendendi eos,qui cædē fecerunt,non potuerint.Nec interest,à quo clausi cōtinebuntur: sic tamē, si nō data opera voluerint [i] se ita includi, ne opem ferre possent. Clausos accipere debem⁹ & si sunt vincti: si tamen ita vincti, vt omnino erumpere vincula, & auxilio esse non potuerint.

¶Ignoscitur etiam his qui ętate [k] defecti sunt. Surdus quoque inter imbecillos numerandus est, aut inter eos qui sub eodem tecto non sunt: quia vt illi per spatium,ita hic per morbum nihil audit. Cæcus quoque veniam mereri debet. Mutū simili modo excipimus: sed ibi,vbi vocis tantum auxilium superfuit. Furiosos excipi nequaquam dubium est.

Qui defendit vnū ex seruis malefactoribus:videtur esse obnoxius criminis.Bar.

¶Si quis [l] quem eorum seruum seruámve ex ea familia, qui [m] eius [p] facinoris noxius erit, receperit,vel celauerit sciens dolo malo:in ea causa est,ac si lege quæ de sicariis lata est, facinoris noxius fuerit.¶Si ex stipulatu seruus debeatur, & cædem domini arguerit [q], & pro præmio liber esse iussus sit: ex stipulatu actio stipulatori non datur.Nam [r] & si supplicio adfect⁹ fuisset,nō daretur. Quòd si sub eodē tecto non fuit [s]: ex stipulatu actio in æstimationē serui vtilis erit creditori [t].

Non videtur vindicasse qui non vltro vindicauit,& fauore publicæ vtilitatis generalis locutio non recipit restrictionem de habilitate personæ.Bartolus.

n *Qui.*seruus.& facit.ï.eo.l.lege.in prin.

p *Eius.*occisi.

Si ex stipulatu.] *CASVS.* Seius habens seruum Stichum promisit per stipulationem Titio eum ei dare: & postea cum existeret dictus seruus sub eodem tecto cum domino suo Seio,dictus Seius occisus fuit:postea dictus seruus arguto probauit & detexit mortem domini:& pro hoc præmio fact⁹ est liber. nunquid Titius prædictus poterit eum petere ab hęrede Seij ex stipulatione? Et dicitur quòd non.nam & non daretur dicta actio dicto Titio si dictus seruus fuisset vltimo supplicio affectus ex eo quòd nó arguisset mortē domini: vt & supra, eodem.l. j. §. potuisse. si autem non fuisset dictus seruus sub eodem tecto cum domino eo tempore quo dominus fuit occisus, & sic nō defendisset dominum, non fuisset passus vltimum supplicium . et stipulatu actio vtilis erit Titio creditori cōtra hęredem Seij ad æstimationē dicti serui, & ille seruus dign⁹ est dicto præmio libertatis qui vltro prosiliit ad accusandum interfectores domini: non autem ille seruus est dignus qui cum accusaretur ab interfectoribus domini, ipse retorsit in eos crimen: sed ille seruus qui arguit vltro necem domini, poterit ad libertatem peruenire, qui non poterat aliàs ad libertatem peruenire:puta si hac lege distractus erat, ne manumitteretur hoc dicit vsque ad §.de his quoque.Viuianus.

q *Arguerit.* probando: vt.C.pro qui.can. ser.pro præ.ac.lib.j. sed videtur infra, proxi.§.exponi.

r *Nam.* bona ratio.

s *Non fuit.* ergo non iure est affectus supplicio . hæc ergo iniuria creditori non obstat.Hug.

t *Creditori.* contra hæredem . sed videtur in primo dicto hærdem teneri, cum à fisco habeat pretium : vt. C. pro quibus caus. ser.l.ij.contra.Sed dic, quòd hic à fisco non habet : vt ibi not. & infra, ad legem Falcidiam.l.eris.Vel aliter lege hunc.§.quia in primo casu erat sub eodem tecto, & non præbuit auxilium : sed post conuicit occisores . vnde euitat pœnam, & consequitur præmium . in secundo secus : quia non conuicit . In tertio vero non erat sub eodem tecto : vnde consequitur libertatem dato pretio domino à fisco : quod in primo casu non datur : cum si non conuicisset , capitis pœnam esset passus : & sic nihil hic haberet hæres.& facit ad.§. infra,de suis & legiti.l.iij.§.quòd si necem.& infra, de verborum obligationibus.l.si seruum Stichum, &.l. qui seruum.&.ï. eo.l.si seruus.&.l. domino. & infra, de bo. lib.l.si necem.

Similis in c. venerabilem.cū glo. super verbo.fauere. extra de elect.

BIU Cujas

a *Verum.* exponit proxi. §. superiorem. vel exponit. l. infra, eo. l. lege. in prin. Et no. differre spontaneũ a à coacto. sic infra, de bo. lib. l. qui cum maior. §. si libertus. &. §. fi. & infra, de leg. ij. l. vnum ex familia. §. j. &. C. ne tu. vel cu. ve. con. l. j.

b *Vtile.* contra supra, pro socio. l. actione. §. Labeo. & in authẽ. de resti. & ea quæ pa. §. ea vero. colla. iiij. Sodin. hic speciale vt etiã cõtra pactum ad libertatem perueniat. & facit supra, proxi. §. si ex stipulatu.

c *Supplicium.* & quæstio: vt infra, eo. l. si exheredatus. §. fina. & intellige vt dicitur. ff. eo. in. l. j. §. in eo.

De his quoque.] CASVS. Quæritur, nunquid seruus occisi qui testaméto habuit libertatẽ, debeat puniri ante aditam hæreditatem occisi? Et dicitur quòd sic. sed & si ipsi serui profugerunt post mortem domini, & postea apertum fuit testamentum domini, & in eo inuenti sunt scripti liberi: & adita est etiam postea hæreditas: debet de eis haberi quæstio, & suppliciũ: quia æquissimum est indulgentiam dominorum qui dederunt seruis libertatem, non obstare vltioni mortis dominorum: quam indulgẽtiam dominorum prout quisque de seruis esset expertus, plenioré vel grauiorem pœnam mereri debet propter suum scelus: quia non iuuit dominum. h. d. vsque ad. §. quod ad causam. Viuianus.

d *Sumendũ est.* & hoc dic vt supra. l. j. §. i eo. vel hic aliud, quia profugerunt: vt arg. infra, eo. l. lege.

e *Indulgentiam.* id est, dationem libertatis.

f *Ipsorum.* scilicet dominorum.

g *Quam.* indulgẽtiã.

h *Quisque.* i. quicũq; seruorũ. l. habet plenioré: vt quia directã, vel sine cõditione vel die.

i *Eo.* i. ideo &c. ad quod. C. de epis. & cle. l. presbyteri. &. C. de reuo. do. l. fi. &. j. de re iudi. l. ne libertatis. &. C. de offic. præto. l. j. & facit supra, proxi. §. & infra, eo. l. si exhæredatus. §. fi.

Quod ad causam.] CASVS. Hic. §. loquitur de secunda parte rubricæ, & dicit quòd si aliquis est occisus hæres eius non debet aperire vel recitare vel describere aliquid quod pertineat ad causam testamenti eius: nec etiam testamentum antequam de familia sua habeatur quæstio, & sumatur supplicium si fuerunt illi de familia in culpa. & postea vadit iurisconsul. glossando plane verba huius. §. vsque ad. §. non tantum ex testamento. Viuianus.

k *Pertinens.* s. scriptum testamentum vel codicillus sit.

l *Edicto cauetur.* Tria vetat, & per consequens quartum. s. adi-tionem quæ ante aper. tab. fieri non poterat: vt. C. de cadu. tollen. l. j. §. cum igitur. ratio est, vt facinus proprio commodo præferatur. vt. j. §. non tantũ. & si fiat contra etiam in primis, in. c. aureis punitur: vt. j. c. l. lege. §. ex hoc edicto. sed si adiuit hære. confiscatur: vt. j. c. l. necessarios. §. j. & no. C. c. l. si ea. &. l. cum fratrem. Sed

Vtrùm a autem is solus videatur indicasse † vel arguisse, qui ad hoc prosiluit vltro: an etiam is, qui cum accusaretur ipse, detorsit in alium crimẽ? Et magis est vt ille hoc præmio dignus sit, qui vltrò ad accusationem prosiluit. Hi quoque qui nõ poterũt aliâs ad libertatẽ peruenire, (vtputa si hac lege distractus erat quis, ne manumitteretur:) poterũt propter hoc quod in cõmune vtile b est, ad libertatem peruenire. De his quoq; seruis qui testameto manumissi sunt, perinde atq; [de] seruis suppliciũ c sumẽdum est.

De his qui ante quã testamentũ occisi occisæve aperiretur, profugissent: postaque aperto testamẽto liberi scripti inuenirentur: perinde ac si de seruis quæstio habenda, suppliciumque sumendum d est. Nam est æquissimum, vltioni dominorum non obstare indulgentiã e ipsorum: f quam g [quo] quisque h pleniorem est expertus, eo i grauiorem sceleris sui pœnam merebitur.

Hic iurisconsul. intrat aliam materiã. Supra expeditum est de quæstione & vindicta seruorum qui dominum non iuuarũt: & de præmio eorum qui malefactores indicauerunt. hic ponitur vnum edictum in quo prohibetur testamẽta aperiri, recitari, vel describi: vel hæreditates adiri sub certa pœna ante quæstionem adhibitam de morte defuncti: & contra facientibus pœnam imponit. Bartolus.

Quod ad causam testamenti pertinẽs, k relictum erit ab eo, qui occisus esse dicetur: id ne quis sciens dolo malo aperiendum, recitandum, describendumq; curet, edicto cauetur, l prius quàm de ea familia quæstio ex senatusconsulto habita, suppliciumq; de noxiis m sumptum fuerit n. Aperire autem hic ille videtur, qui naturaliter aperit: siue sint signatæ, siue non sint ligatæ, sed tantum naturaliter clausæ. o Aperire accipere debemus prohibitos nos, vel palam, vel publicè, vel secretò. omnis enim apertura prohibita est. Si quis ignorãs occisum, aperuerit: nõ debet hoc edicto teneri. Et si sciens, non tamen dolo aperuit: æquè non tenebitur: si fortè per imperitiã vel per rusticitatẽ p ignarus edicti prætoris, vel senatusconsulti, aperuit. Si quis tabulas quidem nõ aperuerit naturaliter, linum autẽ inciderit, excusatus erit: quia dolo caret, qui ipsas tabulas non aperuerit. Si autem non totum testamentũ, sed pars eius aperta sit: dicendũ est in edictũ incidisse eum qui aperuit. Parui enim refert vtrũ totum, an pars q aperiatur. Si quis codicillos r aperuerit, testamentũ [verò] non aperuerit: in edictum incidit. Nam & codicilli ad causam testamenti pertinent. Item siue iure valeat id quod apertum est, siue non valeat: attamẽ edicto locus est. Eadẽ seruantur & de his quæ ad causam substitutionis pertinent, si pupillus pupilláve occisus occisáve esse dicetur. Si alius s aperuerit, alius recitauerit, † alius descripserit: t omnes in edictum incident, qui singula eorum fecerunt. Non tantùm ex testamẽto, sed etiam ab intestato hæreditas ad hoc edictum u pertinet: vt ne quis

A B C D

m *De noxiis.* id est, familiaribus occisorib⁹, & non succurrentibus.

n *Sumptũ fuerit.* id est pœnam capitis imponi postulauerit.

o *Naturaliter clausæ.* sine aliquo extrinseco adiuncto.

† *Concor. tex. in. c. si de testa. l. fin. in prin. & supra, de eden. l. j. §. fi. & §. de iurisdi. om. iud. & supra, de iur. & fac. igno. regula. Sed arg. contra infra, de fal. l. diuus. dic vt ibi not.*

p *Rusticitatem.* sic. C. *de testa. l. fin. in prin. & supra, de eden. l. j. §. fi. & §. de iurisdi. om. iud. & si quis. §. doli. & infra, de iur. & fac. igno. regula. Sed arg. contra infra, de fal. l. diuus. dic vt ibi not.*

Concor. tex. in. c. significauit. iuncta glos. in versi. sile. gillũ extra de appella. & c. 2. iuncta glossi. in no. in eo ver.

q *Vtrum totũ an pars. ff. de ff. inst.* Not. generale, q̃ qui delinquit in parte, in totum reus est. sic. C. de vete. iur. enucle. l. fi. §. pen. & infra, de leg. j. l. etiam.

Delinquẽs in parte, in totum reus est.

r *Si quis codicillos.* & ad hunc. §. facit supra, quemadmodum testa. aper. l. iij. §. j. & ij. & infra, de tabu. exhiben. l. j. §. ij. Sed argu. contra infra, de fal. l. si quis legatum. in prin.

s *Si alius.* sic supra, ad leg. Aquil. l. item Mela. §. si alius.

t *Descripserit.* id est, exemplauerit.

Non tantum.] CASVS. Non solum si occisus fecit testamẽtum, sed etiam si ab intestato decesserit, non debet hæres eius adire hæreditatem, vel bono. pos. petere antequam quæstio de familia occisi habeatur. & est ratio quare hoc statutum est, quia si hæres posset adire ante quæstionem habitam: ipse occultaret facinus familiæ propter suum compendiũ. cum enim serui culpabiles de morte domini deberent vltimo supplicio affici: vt supra, eodem. l. j. §. potuisse. hæres haberet damnum si facinus seruorum non esset occultum. Sed quid si interim antequam adeat propter dictam prohibitionem, decedat hæres occisi? Certe transmittit ad suos hæredes vtiles hæreditarias actiones. Item quid si occisus in testamento suo instituit hæredes Titium & Seium sub conditione si ad diem mortis suæ vsque ad mensem darent centum Gaio: & hæredes non paruerint conditioni ex eo, quia non debeant tabulæ aperiri ante quæstionem de familia habitam? succurretur eis certe vt adhuc adimplere possint. si autem aliud impedimentum concurrat cum prædicto impedimento vt tabulæ non aperiantur occisi, vel hæreditas non adeatur, puta si fuerit prægnans vxor occisi, vel esse putabatur (quo quidem etiam casu instituti adire non poterant) certe nihil prodest dictis hæredibus impedimentum quæstionis seruorum: & ita non transmittent ad suos hæredes hæreditatem occisi non aditam. Viuianus.

† *Concor. tex. in. ca. olim. extra de rescript. & in. c. cũ olim. cũ ibi no. per glo. de off. dele.*

u *Edictum.* quod est. ff. §. quod ad causam. & adde quod ibi not.

Sum-

a *Suum.* quemcunque etiam extraneum.
b *Actiones.* pro hæreditate vtiles, & pro hæreditariis viribus.
c *Ante aditionem.* non factam ideo quia per senatusconf. impediatur. hoc autem constare debet: vt statim subiicit. Azo. & sunt similia, vt hæreditas non adita trâsmittatur: vt no. ſ. de acquiren. hære. l. ventre. Sed regulariter contra: vt. C. de cadu. toll. §. in nouissimo.
d *Edictóque.* vt infra, proxi. §. probatur.
e *Si cõditioni intra diẽ.* puta centesimum.
f *Iussi.* hæredes.
g *Succurritur.* ad hoc Co. de anna. excep. l. j. §. fina. & infra, de condit. & demonst. l. in testamento.
h *Implendam.* etiam post diem.
i *Si & aliud.* senatusconf. quod est supra. §. quod ad causam.
k *Non potuerit.* vt supra, de acqui. hæred. le. cum quidã. §. quod dicitur. &. l. ventre. &. j. l. proxi. & concor. j. de dam. infect. l. fluminũ. §. idem ait si damni. & ſ. depoſi. l. j. §. merito. Item no. magis inspici quod obest, quã quod prodest: quia & sine hoc impedimento adire nõ potuisset: vt arg. ſ. mandat. l. antep. §. j. & infra, de lega. præst. l. iij. §. fi. Sed arg. cõtra. j. de iure fisc. le. iij. §. si quis palam. & ſ. de sona. l. emãcipatum. §. fina. Accursius. *ADDITIO.* Ad §. si quis palam. respondeſecundũ Bart. quod quandoque causa quæ prodest est potẽtior, & ita q̃ obfuscat & perimit illam quæ nocet: & tunc inspicimus quod prodest: vt in. d. §. ibi enim quis reliquit clã & palam: & eo ipso q̃ relinquitur palam, tollitur clãdestina: ideo illa inspicitur. hic vero causa quæ nocet, est potentior. nam potest dici quòd propter metum edicti omisit aditionem: qui si adire vellet, non posset alio impedimento subsistente: sicut tangitur in glo. in. l. si vir. infra, pro donat. ad. l. emancipatum. §. fina. dic quòd ibi erant duę causæ quarum nulla nocet, sed vna prodest, alia non: ideo inspicitur id quod prodest secundum eum. Barto.

adeat, bonorúmve possessionem petat antequàm quæstio de familia habeatur, ne hæres propter compendium suum familiæ facinus occultaret.

Si hæreditas metu pœnæ huius edicti nõ adeatur: si interim hæres decedat, transmittitur: secus si propter aliud impediretur adire. h. d. cum ver. seq. Bartolus.

¶ Elegãter Scæuola ait, vt quis ad hæredem suum [a] vtiles actiones [b] trãsmittat, si fortè ante aditionem [c] decesserit: explo ratum esse debere idcirco eum non adire, quòd senatusconsul to edictóque [d] terreatur. Si cõditioni intra diem [e] ex die mor tis præstitutum parere iussi, [f] ignorantia nõ paruerunt: si idcirco ignoratum est, quia metu senatusconsulti aperiri tabulæ non potuerũt: succurritur [g] eis ad implendam [h] conditionem. ¶ Si & aliud impedimentum sit de non adeunda hęreditate, vel aperiendarum tabularum sit, & senatuscõsulti: nihil prodesse impedimentum senatuscõsulti, si & aliud [i] [hic] fuit: veluti si pręgnãs vxor occisi fuit, vel etiam putabatur, & propterea adire hæreditatem institutus non potuerit. [k]

IIII. PAPINIANVS libro sexto Responsorum.

QVi posthumos hæredes instituerat: [l] nõ natis posthumis, vxorem [suam] secundo loco [m] scripsit hæredem. cum à familia diceretur [testator] necatus, vxor diem suum obierat. hæredes mulieris actiones [n] ex cõstitutione [o] sibi dari postulabãt. Eo sita demum audiendos esse respondi, si mulier quam in vtero nihil gestare cõstabat [p], propter senatusconsultum hæreditatem adire noluit. alioquin [q] prægnãte [r] ea defuncta, nulla miniurię querela interuenisse. [f]

Pœna quæ imponitur extraneo adeũti, imponitur necessario se immiscenti. Barto.

V. VLPIANVS libro quinquagesimo ad Edictum.

NEcessarios hæredes puto edicto comprehendi, [t] si se misceant hæreditati: nec bonorum possessionem peti prætor ꝑmittit. & ego puto ad omnes bonorũ possessiones [u] hoc edictum pertinere.

Non aliàs publicabuntur bona nisi aditio contra edictum sit secuta. Bartolus.

¶ Non aliàs bona publicantur, quàm si constabit esse occisum patremfamiliàs & hæredẽ ante quæstionem de familia habitam, suppliciumque sumptum, adiisse [x] hæreditatem.

In occiso clam, non habet locum hoc edictum. Bartolus.

¶ Vbi quis incuria [y] necat' est, vel medici insidiis: adiri quidem hæreditas potest, [z] sed hæredi [suo] defensio [a] mortis incumbit.

Qvi posthumos.] *CASVS.* Aliquis occisus instituerat sibi hęredes posthumos quos habere sperabat ex vxore sua: & ita dixerat postea: si posthumi mihi nõ nascentur, vxor mea sit mihi hæres. & postea vxor sua quæ nihil gestabat in vẽtre, decessit ante aditam hæreditatem à se ex substitutione viri occisi: & ideo adire noluerat, quia non erat adhuc habita quæstio de familia. nunquid vtiles actiones hæreditariæ dabuntur hæredibus vxoris? Et dicitur quòd sic. si autem ipsa vxor erat prægnans ex occiso tempore mortis suæ vxoris, & ita propter hoc etiam non poterat adire ex dicta substitutione, & sic habebat duo impedimenta ad adeundum, scilicet illud senatusc on. & quia prægnans erat: certe non poterunt dicere hæredes vxoris iniuriam mulieri factam per senatuscon. & sic hæreditas prædicti occisi ad eos hæredes vxoris non peruenit. Viuianus

l *Instituerat.* primo loco.
m *Secundo loco.* i. substituit si hæredes non essent.
n *Actiones.* hæreditarias.
o *Ex constitutione.* senatusconsulti huius.
p *Constabat.* in rerũ natura: non apud homines. vel dic apud homines quo ad opinionem communem: vt no. supra, de acqui. hære. l. cum quidam. §. quod dicitur.
q *Alioqui.* i. si aliud fuit impedimentum quàm senatuscon. puta quia prægnans erat: nihil habebit hæres eius.
r *Prægnante.* ideoque adire non potuit: vt. ſ. l. proxi. §. fi.
f *Interuenisse.* si hæreditas eius non præstetur hæredib⁹: vt supra. l. proxi. §. fina. hoc est dicere, nihil habebit hæres mulieris: quia hę reditatem non aditam ad hæredem mulier nõ transmittit: vt. C. de iure deli. l. quoniã. & fi. supra. l. proxi. §. quod ad causam.

Necessarios.] *CASVS.* Scias quòd non solum voluntarij hæredes occisi continentur in senatusc. scilicet vt non adeant ante quæstionem habitã, sed etiam necessarij: & non solum nõ possunt adire hæredi. ante quæstionem habitam, sed etiam non possunt petere aliquã bo. poss. Si autem faciant contra, debent publicari bona: sed non aliàs publicãtur nisi constet esse occisum patremfs. & hæredem eius adiisse hæredi. ante quæstionẽ de familia habitam, & ante sumptum suppliciũ. Sed quid si domin⁹ est occisus propter malam curam medici vel insidias medici, nũquid potest adiri hæreditas ante quæstionem habitã? Et dicitur quòd sic. defensio tamẽ dictæ mortis incumbit dicto hæredi. Viuianus.

t *Comprehendi.* vt asseratur eis hæreditas.
u *Omnes bonorum possessiones.* quæ sunt. vj. ordinariæ, & septima extraordinaria: vt insti. de bo. pos. Et no. suum non fieri hæredem ipso iure, nisi nomine: vt no. ſ. de acquir. hær. l. necessariis. & fa. ſ. l. proxi. in fi. &. j. §. j. &. l. in cognitione. &. C. eo. l. iij. Sed contra ſ. eo. l. j. §. quid ergo si dominus. Solu. ibi ab extraneo.
x *Adiisse.* vt &. C. eo. l. si ea. hoc autem fit primo in accusatis & conuictis occidentibus vel homicidis: vt. C. vbi causæ fis. l. j. non ergo punitur si putans mortuum adiit, cum sit viuus [a] infra, de fur. l. inter. §. penul.
y *Incuria.* alterius quàm hæredis: aliàs per hoc ipsum fieret indignus: vt. j. de his quibus vt indig. l. indignum.
z *Potest.* vt supra. l. j. §. quid ergo si dominus. & Cod. eod. l. cum fratrem.
a *Defensio mortis.* i. vindicatio. & fa. C. eo. l. j.

Et si certus.] *CASVS.* Mortuo domino certum est apud iudicem quòd Stichus seruus suus occidit eum. certe adhuc debet torqueri Stichus, vt inueniatur mãdator cędis: & ipse Stichus solus dabitur quæstioni: cæteri autem sui conserui tantum puniuntur ex eo quòd non tulerunt domino auxilium: non autem torquentur. Secũdo dicit quòd quamuis aliàs serui in caput domini non torqueantur, tamen bene torquentur in caput hęredis qui est eorũ dominus, siue sit hæres extraneus, siue ex suis: ad sciẽdum vtrum ipse hæres occidit dominum vel non. Tertio dicit: pone q̃ duo habebant seruos communes: vnus de dominis prædictis non comparet. certe serui communes debent torqueri ad sciendum de casu dicti domini non comparentis. Quarto dicit: Pone quòd serui appetierunt occidere dominum eorum: non tamen occiderũt. certe non

BIU Cujas

certe non habet locum Silanianum: sed ipse dominus potest eos castigare etiam post manumissionem à se de eis factam. & h. d. cũ l. seq. Viuianus.

a *Quæstio.* torquetur percussor vt indicet mandatorem: vt & infra. eo. l. prius. & arg. infra, de iure fisc. l. ij. §. diuus. Sed arg. contra C. de accu. l. fin. sed hic est principalis crimino sus. Item fa. C. de accu. l. nõ ideo minus. &. C. eo. l. minoribus.

b *Ipse.* percussor.

c *Cæteri.* scilicet mandatores.

d *In caput domini.* scilicet regulariter. sed hoc fallit hic & in aliis: vt C. de quæstio. l. j.

e *Hæredem accusset.* aliquis, quòd occiderit defunctum ille hæres. ad quod. C. eo. l. sororem. est enim ibi publica accusatio: vt infra, de pub. iud. l. j. Vel dic quòd aliquis accusat occisorem aliquem de familia: qui videtur accusare hæredem qui adiuit ante mortem vltam: nam finita accusatione ista coram præside auferetur bona hæredi per procuratorem Cæsaris: vt. C. vbi. cau. fisc. l. j. & in vtroque casu serui torquentur, & contra hęredem vel directo vel per obliquũ torqueri videntur. Vel dicas adiungi hunc casum cum præcedenti: quia percussor nominat hæredem mandatorem: per quod videtur eum accusare vel inculpare.

f *Magis.* sic supra, proxi. §.

g *Srappetitus sit.* i. inuasus à seruis. Accur.

h *Animaduertere.* occidendo de eis vt bellissimis, cũ causa sit iusta: vt infra, de leg. j. l. quid ergo. §. si hæres. & infra, de verbo. obliga. l. qui seruum. & no. supra, de iis qui sunt sui vel alie. iur. l. j.

i *Et in libertos.* qui patronum suum appetierunt: vt supra, proxi. §. Et quod sit hoc extraordinarium, dic vt. C. de liber. & eorum lib. l. ij.

Senatusconsulto.] *CASVS.* Cum dominus occideretur, seruus eius Stichus non tulit ei auxilium, cum posset: & sic debet vltimo supplicio affici. hæres occisi vendidit eum Titio pro. c. & postea de eo seruo supplicium est sumptum. certe tenetur hæres reddere emptori dicta. c. [*SI FILIVSFAMILIAS*] Titius filiusfami. fecit testamentum de castrensi pec. & instituit sibi hæredes Gaium & Seium: & postea fuit occisus: & hæredes prædicti adiuerunt hæreditatem eius antequam facerent haberi quæstionem & supplicium de familia occisi, vel antequam vlciscerentur mortem occisi. certe hæredi. debet pertinere ad fiscum: & fiscus tenetur præstare legata relicta ab occiso: & libertates eorum seruorum occisi qui excipiuntur senatusco. vt non puniantur: puta quia non potuerunt iuuare dominum. h. d. cum. l. sequen. Viuianus.

k *Pœnæ.* capitis.

l *Obnoxius.* quia sub eodem tecto constitutus, domino occiso opem nõ tulit: vt. ŝ. eo. l. j. in prin. &. §. hoc autem senatusco. si interim per hæredem vel per alium venditur, debet dici hoc: vt supra, de ædil. edict. l. cum autem. §. excipitur. &. l. quis sit. §. antepen. aliàs eo ablato emptori per pœnæ impositionem venditor reddit pretium: vt hic.

VI. PAVLVS libro quadragesimo sexto ad Edictum.

TT si certus sit percussor, tamen habẽda quæstio [a] est, vt cædis mandator inueniatur. vtiq; autẽ ipse [b] maxime quæstioni dabitur, quamuis & cæteri [c] puniantur. ℣ Quamuis aliàs in caput domini [d] serui nõ torqueantur, rectè tamen fiet quæstio etiam si hæredem accusset [e], siue extraneus hęres, siue ex suis sit.

Serui possunt torqueri pro non comparente sicut pro mortuo. Bartolus.

℣ Si vnus ex dominis non compareat, quærendum est de casu eius per seruos quos communes habuerũt. Magis [f] enim de salute aut vltione domini non comparẽtis quàm in caput præsentis torquebuntur. ℣ Si appetitus sit, [g] nec occisus domin[o]: nihil senatusconsulto cauetur. ipse enim in familiam suam potest animaduertere [h].

VII. IDEM libro singulari ad Senatusconsultum Silanianum.

ET in libertos [i] extraordinarium auxilium habebit.

VIII. IDEM libro quadragesimo sexto ad Edictum.

SEnatusconsulto Pisoniano cauetur, vt si pœnæ [k] obnoxius [l] seruus venisset: quandocunque * animaduersum in eũ esset, vt venditor pretium præstaret: [m] ne emptori iniuriam fecisse videretur * senatus. [n]

m *Præstaret.* id est, redderet.

n *Senatus.* aliàs, senatusconsultum, scilicet Sila. nec enim à lege debet nasci iniuria. sic. C. vnde vi. l. meminerint.

o *Patrisfami.* alicuius occisi à familia. quod est si hęres adiuit hę reditatem antequam habeatur quæstio familiæ: vt supra, eod. l. iij. §. quod ad causam. & l. necessarios. §. j.

Ex quibus causis extraneis auferetur hæreditas: ex eisdem causis castrense peculiũ confiscatur. Bartolus.

℣ Si filiusfamiliàs qui in castrẽsi peculio testatus est, occisus sit: omnimodo id defendendũ est, vt ex quibus casibus ad fiscum patrisfamiliàs [o] bona pertinent, his casibus & huius peculium, potius [p] quàm ad hæredes, qui deliquerunt in adeundo, [q] & similibus, vltiue non sunt. [r]

Ad fiscum transeũt bona cum onere legatorum. Bartolus.

IX. GAIVS libro septimodecimo ad Edictum Prouinciale.

CVm fisco caduca bona defuncti addicuntur propter inultam mortem, in eum legatorum actio datur: & libertates ratæ sunt, eorũ [s] scilicet qui senatusconsulto excipiuntur. [t]

X. PAVLVS libro singulari ad Senatusconsultum Silanianũ.

SI exhæredatus filius, anteq̃ adiretur patris hæreditas occisus sit, ex euẽtu inspicietur: [u] vt si adita fuerit hæreditas, quasi alieni [x] fuisse videantur. Si verò irritum testamentum factũ sit: quia ipsius essent si viueret, omnia perinde aguntur ac si domin[o] [y] esset. ℣ Sub diuo Traiano constitutum est de his libertis quos [z] quis viuus manumiserat, quæstionem haberi. [a]

XI. TRYPHONINVS libro secundo Disputationum.

IDemq; [b] erit & de his [liber-

p *Potius.* scilicet ad fiscum pertineat.

q *In adeundo.* ante habitã quęstionẽ familię, & suppliciũ sumptum.

r *Vltiue non sunt.* defuncti necem.

s *Cum fisco. Eorũ.* seruorum.

t *Excipiuntur.* vt qui non fuerũt sub eodem tecto, nec conscij: vt supra. l. j. §. hoc senatus. Item impuberes [a] & alij: vt infra, eod. l. excipiuntur. & facit infra, titu. j. l. ij. §. fina. & de lega. j. l. si seruus plurium. §. si quis. & infra, de his qui. vt indig. l. cum tabulis. in fi. & infra, ad Trebel. l. Marcellus. &. C. ad leg. Fal. l. iij. & de fideicomis. l. eam quam. & infra, de iure fisc. l. iij. §. cum ex causa. &. l. dicitur. & infra, de verbo. significatio. l. princeps bona.

Si exhæredatus.] *CASVS.* Titius exhæredauit filium suum Seium, & instituit hæredem Gaium, & decessit dict[o] Titi[o]: & postea Seius suus filius fuit occisus antequã Gaius adiret. nũquid serui dicti Titij debent torqueri pro mortẽ dicti Seij? Et distinguitur vtrum dictus Gaius adiuerit postea hæreditatem, an non. primo casu videntur serui prædicti fuisse alieni id est, hæredis Gaij: & sic nec quæstio de his habetur nec supplicium. secundo casu habetur de his quæstio & supplicium ac si dominus eorum fuisset filius tempore quo fuit occisus. nam ipsius essent si viuerent. [*SVB DIVO.*] Titius manumisit seruos suos, & postea fuit occisus eis præsentibus. certe poterunt torqueri. & idem si accepissent dicti liberi ius anulorum aureorum. Item in. l. si seruus. pone quòd dictus Titius legauit quosdam suos seruos Seio, & postea ipsi facti sunt liberi, ideo quia detexerunt mortem eiusdem Titij. nunquid propter legatum impeditur dicta libertas? Et dicitur quòd non. Item in. l. in cognitione. dicit, pone quòd hæredes dicti Titij aperuerunt testamentum eius antequam facerent haberi quæstionem & supplicium de familia: & sic possunt de hoc accusari vt soluant c. aureos: vt infra, eod. l. lege. §. fina. certe vltra quinquennium non poterunt accusari si sunt extranei hæredes. si autem sint de suis, poterunt perpetuo accusari. & h. d. cum tribus. ll. sequen. Viuianus.

u *Inspicietur.* torqueantur serui patris pro filio: an non.

x *Alieni.* serui. & sic non torquendi, nec supplicium sumendũ.

y *Si dominus.* ſ. filius. & dic seruorũ cum fuit occisus, & sic torquentur: vt &. ŝ. eo. l. j. §. domini appellatione etiam filij. & facit ad hoc quòd retrotrahatur. ŝ. de acquir. hære. l. hæres quandoque. &. j. de rebus dub. l. quædam. &. j. de stipu. ser. l. si exre. §. fina. & de reg. iur. l. omnes. &. l. omnia.

z *Quos.* simplex relatio. sic. j. de iniur. l. dominum.

a *Haberi.* maiori enim reuerentiã [b] &c. vt. ŝ. l. iij. §. de his.

b *Demq;.* quoad hoc & quędã alia non habetur ingenuus, licet regula-

a Quia fe rula tantũ torqueri de bent. con cor. gl. in. l. fin. in ver. seruos. C. de his qui. vt indi. cũ con cord.

b Concord. text. in cle. 1. & ibi Card. in. §. not. vt lite pen. & i. c. cũ quidam de iureiur.

BIU Cujas

regulariter sic: vt.C.de iur.aur.an.l.ij.

a *Anulorum.* scilicet aureorum.

b *Si seruus. Occiso.* oppositio in obiecto: vt homo mortuus.

c *Statuerit.* quia necé defuncti vindicauit: vt.C. ꝑ qui.cau.l.j.

d *Nō impediri libertatem.* propter legatū. sed an hæres dabit ęstimationem legatario? quod videtur: vt .ſ. l. iij.§. si ex stipulatu. & l.senatus. & infra, eodem.l.domino.

e *In cognitione.* Dixit H. quòd ob solam aperturā sine aditione non perditur hæreditas. & secūdū eum subaudi hic, aperti, & hæreditatis aditę. sic & subauditur.C.e.l. si ea. nō autē quòd actio in factū in.c.au.quinquénio tollatur: quæ pœna ob solā aperturam imponitur: vt.j.e.tit.l. lege.§.fi. Alij vt Io. & Azo dicunt quòd etiā hæreditas perditur ob solā aperturā, per.l.C. eo.l.si ea.&.j.e.l.fi. sed quocunq; modo intelligas, quæ accusatio fit de hærede? Quidā dicunt eum accusandum de his, & puniri in cōfiscatione bonorū. sed nō videtur. nā nō punitur nisi pecuniariter propter aperturam vel propter aditionem. ſ. amissione hæreditatis. sed dico quòd occisores debēt primo accusari: quo ipso & hæredes bona amissuri vidē tur accusari: quibus cōuictis hæc bona fisco deferuntur: vt .C. vbi causę fisca.l.j.& sic intelligitur.ſ.eo.l.necessarios.§.nō aliàs. intra quinquenniū ergo debet hoc expediri, vt hic: nō dico quòd accusatio de homicidio quinquennio tollatur cōtra homicidas: vt.l querela.C.de fal. sed effectus cōfiscādorum bonorum contra hęredem tollitur quinquennio. ad quod infra, de diuer. præscr.l. in omnibus. Dic ergo in cognitione, id est accusatione contra homicidas quinquennium est constitutum, scilicet quoad effectum confiscandorū bonorum. Vel dic, [a] in cognitione, id est in delatione quæ fit fisco de bonis iā punitis homicidis. & hoc si est extraneus hæres: sed proximus plus tenetur: scilicet quādocūque homicidæ cōueniantur vsque ad.xx.ann. argu. infra, de parri.l.fina. poterunt bona postea à fisco peti, vel intra quadriennium etiam à die denuntiationis, vel aliàs an.xx. à die quo cœpit fiscus petere posse: vt.j.de iure fisci.l.j.§.pe.&.C.de quadri.præscrip.l.j.

a Prima est verior, secūdū Bal. hic.

f *Extraneos.* hæredes.

g *Eos.* scilicet hæredes. Accursius.

h *Teneri possunt.* scilicet si committerent id delictum: non dico quòd hic commiserint aperiendo vel adeundo. & sunt istæ personæ infra, de parri.l.prima, secunda, tertia, & quarta.

i *Accusare.* per obliquum. vel dic, id est, deferre per directum. huic.l.est cōtra infra, eo.l.Gaius. sol.ibi. Item.C.de fal.l.querela. Sol. hic speciale. immò & hic durat. xx.an. accusatio de homicidio: sed non quoad effectum confiscandorum bonorum: vt dixi.

Excipiuntur.] CASVS. Dictum est.ſ. eo.l.j.§. potuisse. & in princi. quòd serui qui non tulerunt auxilium domino, torquentur: & supplicium de eis sumitur. certe istud fallit in seruis impuberibus qui fuerunt sub eodem tecto cum domino cum occideretur, vel etiam alibi, & non fuerūt ministri vel participes

tis] qui ius anulorū [a] petierant.

XII. PAVLVS libro singulari ad Senatusconsultum Silanianum.

SI seruus à testatore occiso [b] legat' sit, & prætor pro prę mio statuerit [c] liberum eum esse: dicendum est nō impediri [d] libertatem.

Accusatio facta contra occisores habet effectum confiscationis bonorum contra hæredes extraneos intra quinquennium: cōtra eos qui de morte defuncti possent de parricidio teneri, semper. Bartolus.

XIII. VENVLEIVS SATVRNINVS libro secundo de Publicis Iudiciis.

IN cognitione [e] aperti aduersus senatusconsultū testamēti eius qui à familia sua occisus dicatur, quinquennij tēpus cōstitutū est senatusconsulto, Tauro & Lepido consulibus: quod tamen ad extraneos [f] pertinet. nāque eos [g] qui parricidij pœna teneri possunt, [h] semper accusare [i] permittitur eodem senatusconsulto.

Impubes qui non iuuat dominum, nō tenetur senatusconsulto nisi in eo tria cōcurrant quæ exprimit hæc lex. Bartolus.

XIIII. MARCIANVS libro vndecimo de Publicis Iudiciis.

EXcipiuntur [k] senatusconsulto Silaniano impuberes serui. Trebius autem Germanus legatus etiam de impubere sumi iusit suppliciū, & tamen nō sine ratione. nā is puer nec multum à puberi ætate aberat, & ad pedes domini cubuerat cū occideretur, nec postea cædē eius prodiderat. vt enim

A cædis. si autem fuissent ministri vel participes, non parcitur eis in cæde domini. nam & in nullo alio delicto eis deberet parci. Item nō parcitur eis si erant proximi pubertati eo tempore quo dominus fuit occisus, & si erant ad pedes domini cum occideretur, & postea facti puberes non prodiderunt necem. Viuianus.

opē ferre eum nō potuisse cōstabat, ita silētium præstitisse etiam postea certū erat: [l] & his dūtaxat impuberibus senatusconsulto parci credebat, qui tātū sub eodem [m] tecto fuissent. Qui verò ministri vel participes [n] cædis fuissent, & eius ætatis (quanquam nondum puberis) vt rei intellectū capere possent, his non magis in cæde domini quàm in nulla alia causa [o] parci oportere.

B

Fiscus succedit in locum hæredis indigni, & præfertur substituto etiam necessario, & necem vindicanti. Bartolus.

XV. MARCIANVS libro singulari de Delatoribus.

SI sequēs gradus [p] vltus [q] fuerit necē testatoris, an prioris [r] hæreditas ad illum trāsferatur? Et ait Papinianus nō esse [s] hoc. Nam pœna illius, [t] huius præmium esse non debet.

Ab indigno auferetur hæreditas & legatum, & quicquid quocunque iure de bonis testatoris mortis causa caperetur. Bar.

C

VCùm ex parte hæredi instituto legatum [u] quoque erat, & in vlciscēda morte cessauerat: diui Seuerus & Antonin' rescripserunt tam hæreditatis portionem, quàm legatū ei auferēdū. Hæredibus autē qui in vlciscēda morte defuncti cessauerant, tam testamēto quàm ab intestato auferuntur bona: fortè & si quasi patronus venit, [x] quāuis hi suo iure admittantur. [y]

Etiam seruus communis pro præmio libertatem consequitur. Bartolus.

D

k *Excipiuntur.* vt.ſ. eo. titu.l.j.§. impubes. &.§. impuberi. &.l. cū filio. in fine.

l *Certum erat.* ad hoc de silentio facit. C. de incest.nup.l.ij. in fi. & l.iij. in fi. &.l.iiij. in fi. Et nota tria cōtra hūc quorū si quod deficit, non habet locū quod hic dicitur. illa tria sūt hæc, quòd prope pubertatē: quod ad pedes domini; & ꝙ tacuit.

m *Sub eodem.* q.d. nō autē interuenerūt prędicta.

n *Participes.* vt in nostro casu, vbi videtur fuisse particeps propter tria.

o *Alia causa.* nā aliàs tenentur impuberes ex delictis: [b] vt instit. de obli. quę ex delic.§. pe. nisi quaten' miserando ætatis &c. supra, de minor.l. auxilium.§. fi. & nisi in crimine adulterij: vt infra, de adul. l. fi. minor.

Si sequēs] CASVS. Titius instituit sibi Seium, & substituit ei Gaium: & postea fuit occisus: & postea Seius adiuit hereditatē ante quam necem defuncti vindicaret: & Gaius postea vindicauit necem. nūquid transfertur ad Gaium substitutum hæreditas instituto delata? Et dicitur ꝙ non. pœna enim instituti nō debet esse præmium substituti: immo dictam hæreditatē habebit fiscus. Sed quid si dicti Seius & Gaius fuerunt ambo instituti, & fuit datum Seio prælegatum? certe non solū pars hæreditatis aufertur Seio, & datur fisco, sed etiam prælegatum, eo quòd nō vindicauit mortem Titij testatoris ante aditam hæreditatem à se. sed & si veniret ab intestato ad hæreditatem, aufertur ei: idemq; & si quasi patronus occisi veniat ad hæreditatem, quāuis ille qui venit ab intestato, & ille qui venit quasi patronus, admittantur suo iure. Viuianus.

p *Si sequens gradus.* substitutus.

q *Vltus.* accusando occisores.

r *Prioris.* id est, primo delata instituto.

s *Non esse hoc.* scilicet dicendum. & est hoc expeditum cū institutus primo adiuit quàm vindicaret: quod potest aliquando: vt.ſ. eo.l.j.§. quid ergo si dominus. Quid ergo si nullo modo adiuit vel adierat cum nō debuerat? Respon. quidam non idem: sed Io. idem. Arg. contra in authen. de hære. & Falc.§. si vero institutio & substitutio. col.j.& infra, ad Trebel.l.ij.§. fina.

t *Illius.* instituti qui non vindicauit necem defuncti. & facit ad hoc.ſ. quod metus cau.l.si cum exceptione.§. Pedius. in fi.§. Item facit ad.l.C.eo.l.si sororem. Accursius.

u *Legatum.* infra, ad Trebel.l.ita.§. qui suspectam.

x *Venit.* id est, venire vult.

y *Admittantur.* aliàs non, vt hic, &.j. de iure pat.l.pen.j. respon. Sed arg. contra.ſ. de inoffic. testa.l. Papinianus.§. si quis impubes. &.l.penul.§. fi. & in auth. de hære. & Falc.§. si quis autem nō implens. col.j. item facit.ſ. proxi.§. ADDITIO. Dic quòd ibi est in culpa,

BIU Cujas

in culpa, hic in dolo: vt. l. propter veneni. §. neptis. j. eo. vel istud delictum est maius illo. Vel aliter ibi delictum cõmittitur solum contra testumentum: & ideo petitur solũ quicquid ex testamento capitur, non aliunde: hic delictum cõmittitur circa vindicandam mortẽ: ideo perditur quicquid causa mortis capitur, secũdũ Bar.

Domino.] CASVS. Domin⁹ fuit à familia occisus: & seruus quem habebat cõmunem cũ Titio, detexit necem. certe erit liber. hæres autem occisi debet dare Titio partem pretij Titio cõtingẽtem. Viuianus.

a *Socium consequi.* sed à quo? Respon. de bonis defuncti. quæ si nõ sufficiunt. de publico. ar. infra, eo. l. lege Cornelia. in princ. nõ autẽ à fisco prima facie: vt no. supra, eo. l. iij. §. si ex stipulatu. & p qui. cau. ser. lib. pro præ. ac. l. j. & ij. & de ser. cõmuni ma. l. j.

Prius.] CASVS. Dicitur hic quòd si domin⁹ est occisus, quòd familia prius debet torqueri: & si confiteantur quòd occiderunt dominũ, tunc debẽt interrogari quo mandante occiderunt. Viuianus.

b *Prius de se.* id est, an quis de familia fecerit: & sic videtur esse necesse vt præcedant indicia. regulariter secus. vt. j. de quæstio. l. jam princip.

c *Quo mandante.* non autem debet interrogari, mandauit Titius, aut Seius: vt. j. de quæstio. l. j. §. qui quæstionem. & facit. ſ. eo. l. & si certus sit percussor. &. C. de iure fisci. l. ij. §. diuus. Sed arg. contra. ſ. de eden. l. j. §. rationem. sed nil facit vt ibi patet. aliàs est in litera, quo in anno flagitium &c. & tunc est argu. quòd testis est interrogandus de die. a sic in authen. de testi. coll. vij. §. & licet. ibi, & causam testimonij &c. Accursius.

Ex inofficioso.] CASVS. Dicitur quòd quãuis hæres nõ possit adire hæreditatem occisi ante mortẽ occisi vindicatam: vt ſ. eo. senatus. §. j. tamen si filius occisi ab eo exhæredatus sit, bene potest idem filius quæri de inofficioso testamẽto, & postea mortem vindicare. Viuianus.

d *Idem.* filius exhæredatus.

e *Non prohibetur.* immo tenetur, vt successor ab intestato: vt supra, eo. l. si quis quem. §. fi.

f *Cum dominus.* facit. ſ. eo. l. j. §. eodemque. &. §. pe. &. j. de iur. l. sed si vnius. §. si iussu. in fi. Accursius.

Hæres qui.] CASVS. Dominus fuit clam ab extraneo veneno interemptus: hæres autem deliberabat vtrũ adiret hæreditatẽ eius, vel nõ: & prosequebatur accusationem quam fecerat de dicto extraneo. certe bene potest interim ordinare res hæreditarias vrgẽtes, & propter hoc nõ amittit ius probãdi veneno interemptum testatorem. & siue pendeat dicta quæstio veneni, siue nõdum incepta sit: potest hæres petere bonorum possessionem in bonis occisi. secus autẽ est cũ dominus dicitur necatus à familia: quia tũc nõ potest peti bonorum possessio. ab hærede ante quæstionem de familia habitam, & suppliciũ sumptum: & redditur ratio in litera, quamuis non bona, scilicet quia si posset peti bonorum possessio, vel adiri hæreditas ante quęstionem & supplicium seruorum: iam essent liberi serui quibus libertatem in testamẽto dedit occisus: & sic ambo torqueri nõ possent. bonum est ergo negligi libertatẽ eorum donec de eis quæstio habeatur. dicitur autem negligi dum nõ permittitur aditio hæreditatis ante quæstionem. Sed (sicut dixi) dicta ratio non est bona: quamuis principale dictum sit bonum. nam etiam manumissi torquẽtur: vt supra, eo. l. exhæredatus. §. j. [NEPTIS QVAE.] Seius instituit sibi

XVI. MARCELLVS libro duodecimo Digestorum.

DOmino à familia occiso seruus cõmunis necem eius detexit fauore libertatis. liber quidẽ fieri debet: pretij autem partem sibi contingentem socium consequi[a] oportet.

XVII. MODESTINVS libro octauo Digestorum.

PRius[b] de se familia torquẽda est: & si confiteatur, tunc interrogetur quo mandante[c] flagitium admissum sit.

XVIII. IDEM libro nono Regularum.

EX* inofficioso testamento queri idem,[d] & mortẽ vindicare defuncti non prohibetur.[e] Idque Paulus respondit.

In familia quæ non iuuit dominum, erit vindicta & supplicium. Bartolus.

XXIX. IDEM libro octauo Pandectarum.

CVm dominus[f] occiditur, auxiliũ ei familia ferre debet & armis, & manu, & clamorib⁹, & obiectu corporis. Quòd si cũ posset, non tulerit: meritò de ea supplicium sumitur.

XX. PAPINIANVS libro secundo Responsorum.

HAeres qui veneni causam persequitur, res hæreditarias vrgentes[g] ordinare saluis probationũ indiciis[h] non prohibetur.

Mors clãdestina ab extraneo facta aditionem non impedit: secus si à familia facta dicatur. Bartolus.

XXI. IDEM libro sexto Responsorum.

PRopter veneni[i] quæstionẽ tempus petendæ possessionis[k] nõ profertur:[l] cũ eo quoque suspenso crimine[m] rectè[n] petatur. Aliud senatui placuit cum à familia domin⁹ necatus dicitur, seruorũ videlicet causa:[o] quorum libertatẽ quęstionis habẽdæ gratia negligi[p] necesse est.

Ei cui aufertur hæreditas vt indigno propter dolum, nõ restituuntur actiones cõfusæ: secus si propter culpam. Bartolus.

PNeptis quę possessionem[q] auiæ petierat, mortẽ eius, interfectam [esse] sciens,[r] nõ defenderat.[s] Fideicommissum quod auia ex alio testamento nepti debuit, in restituendis fisco bonis non esse deducendum placuit. dolus[t] enim hęredis punitem hæres nõ appellaui à sententia præsidis, cum nõ possem. nũquid aufertur mihi hæreditas à fisco? Et dicitur quòd non. Viuia.

g *Vrgentes.* sed cur non omnes cum adiuit? potuit enim, cum non à familia dicitur venenatus: vt. ſ. eod. l. j. §. quid ergo. &. C. eo. l. cum fratrem? Respon. hic non adiuit, sed deliberabat: persequebatur tamen causam veneni: vnde vrgentes tantun distrahit: nec tamen per hoc adit. sic supra, de iure delibe. l. Aristo. §. j. Vel dic quòd à familia dicitur necatus: vt infra. l. proxi. & est sic supra, de peti. hære. l. diuus. &. l. si bonæ fidei possess. hære. & supra, de admi. tut. l. tutor qui repertorium. §. j.

h *Saluis indiciis.* quia torquendos non vendat seruos. argu. C. de adulteriis. l. iij.

i PRopter veneni. ab extraneo illati. & sic intellige. C. eod. l. cum fratrem.

k *Possessionis.* scilicet bonorum.

l *Profertur.* id est, prorogatur.

m *Crimine.* id est, accusatione.

n *Rectè petatur.* scilicet bonorum possessio.

o *Videlicet causa.* duri⁹ enim torquẽtur serui quàm liberi: ideoque non potest adiri hæreditas ante vindicatam necem. Azo. & facit. ſ. si ex noxa. cau. aga. l. pe. &. l. fi.

p *Negligi.* id est, differtur aditio. & sic libertas negligitur, id est, differtur, quæ adita hæreditate competeret: vt. C. de cadu. tol. l. j. §. in nouissimo. sed hæc non videtur bona ratio: & quia idem dici potest si ab alio sit occisus: & quia torquentur etiam si libertas diceretur competere: vt. ſ. eo. l. iij. §. de his. &. l. j. §. in eo. &. l. si exhæredato. §. fi. Item facit. ſ. eo. l. j. §. quid ergo si dominus. &. ſ. l. proxi. hæres. &. j. de leg. j. l. si seruus plurium. §. ij.

q *Possessionem.* sub. bonorum: scilicet vnde cognati.

r *Sciens.* per hoc dolus præsumitur.

s *Non defenderat.* id est, non vindicauerat.

t *Dolus.* dolus est cũ scit, & non vindicat: vt hic. sed si ignorauit per culpã, tũc est culpa: & perdit bona, non relictũ: vt subiicit: vt j. de iis qui. vt indig. l. hæredem. si vero nec dolus nec culpa, tunc nullo modo punitur: vt. C. eo. l. si vltio. & secundũ prædictã distinctionẽ accipe. ſ. de inoffic. testa. l. eum qui. §. fi. &. C. de inoffi. testa. l.

testa.l.si maritus.in fi.Item quod est supra, qui pe.tut.l.fina.§.pe. quæ est arg.contra.Item videtur quòd etiam si in dolo fuit, non perdat ius suũ:vt.ſ.tit.proxi.l.duo:in fi.contra.Sol.hic fuit in dolo adeundo:vnde habetur pro facto quod dolo fecit, id est, pro adita ex testamento:& sic remanet actio vt confusa: ibi non fuit dolus in adeundo, sed in omittendo ex testamento.& idem habetur pro facto, id est, p adita ex testamento: & sic retinet Falcidiam.

a *Emolumentum bonorum.* scilicet hæreditariorum.vel, id est, bono.possess.

Actio semel extincta resuscitatur. † *aliàs, perfunctorie.*

b *Integrato.* Not. actionem extinctam resuscitari.ad quod.ſ.de hære.ven.l.ij.§.pen.& d.l.hæredẽ.&.d.l.si maritus.argu.contra.ſ.eo.l.si sequens.§.fi.Ité facit.j.ad Trebel.l.pe.

c *Præsidis iniquitate.* hoc aliàs iniuria dicit: vt insti. de iiur. in prí.

d *Reis.*i.occisoribus.

e *Illatæ.*defuncto.

f *Defunctorie.* id est, non malitiosè[a].ad qđ ff. de lega.j.l. si seruus plurium.§.ij.in fine. §.

a De significatione huius vocis, defunctorie, pulchrè Bud.ſ. de act. empt.l. emptorem noxali.

g *Nõ prouocassent.*nó ergo appellare tenẽtur: vt hic,& sic est contra C. eo.l. minoribus. in fi.Sol.hic propter inopiam[b] necessitas remittitur: vt arg.ſ.man.l.si procuratorẽ.§.si ignorantes.secundum Ioã. & Azo.Vel ibi alterius appellationi respõdit, hic ipse non appellat. Vel non tenetur appellare, vt hic.si tamen appellat, prosequi tenetur:vt ibi,argu.ſ.de cuic.l.Heréni[o].§.Gaio. In procuratore dic vt supra, de neg. gest. liberto.§.fi.&.C.de procu.l.inuitus.In emptore dic vt in.d.§. Gaio.

b Adde inopiam etiã in foro conscientiæ excusare. glo. in.c.sicut de gnũ.de homi.& ſ. regula, pecca ũ.de regu. in.lib.6.

tus est.Si autẽ negligentia mulier emolumentum[a] bonorum amiserit: fideicommissum esse retinendũ integrato[b] iure debiti, rationis est.

In dubio non dicuntur hæredes indigni si non prouocauerunt. Bartolus.

¶ Præsidis[c] iniquitate reis[d] illatæ[e] cædis absolutis, hæredib[p] qui non defunctoriè[f] †debitũ officiũ impleuerant, quãuis nõ prouocassent[g], hæreditatẽ auferri non oportere visum est.

Causa ciuilis bonorũ contra hæredes occisoribus condemnatis non finitur decẽnio, nec morte hæredis. Bartolus.

XXII. PAVLVS libro sexto-decimo Responsorum.

GAius Seius cum langueſcere[t], quęstus est[h] se veneno occidi à.ſeruo suo,& sic expirauit.cui hæres exstitit Lucia Titia soror,& mortem eius exsequi neglexit,& ipsa post annũ decimum[i] decessit: exstitit qui bona nũtiaret Gaij Seij. Quæro, an morte Titiæ extinctum sit crimen[k]? Paulus respondit causam de qua quæritur, cum sit pecuniaria, morte ĩgratæ hæredis extinctam non videri.

Ex causa per fideicommissarium cogitur hæres adire ante vindicatam mortem defuncti. Bartolus.

XXIII. MAECIANVS libro tertiodecimo Fideicommissorũ.

SI ante, quam patefieret testatorem occisum[l], tabulæ testamenti apertæ essent, deinde ĩnotuisset id admissum esse:

Gaius Seius.] CASVS. Gaius Seius habens sororem Luciam Titiã iacẽs infirmus dixit quòd Stichus seruus suus infuderat ei venenũ,& postea decesset:& ei extitit hęres dicta sua soror: & ipsa adiuit hæreditatẽ antequam faceret torqueri familiam,& supplicium de ea sumi:& postea decesset dicta Lucia Titia transactis.x.ann.venit Sempronius, & nuntiauit fisco bona dicti Gaij Seij.nunquid debent auferri dicta bona hæredibus Luciæ Titię, & fisco applicari? Et dicitur quòd sic.non enim est extinctum crimen Titiæ propter mortem suam.Viuianus.

h *Quæstus est.* sed non creditur:vt.j.eo.l.iij.§.j.

i *Decimum.*sed non videtur licere vltra quinquenniũ:vt.ſ.eo.l. in cognitione.contra.Sol.ibi in alio casu loquitur, scilicet cum dicitur hæres amisisse qui tabulas aperuit, vel hæreditatem adiuit ante habitam quæstionem & supplicium sumptum à familia.hic autem quando eo quòd non vindicauit necẽ defuncti. Vel istud intellige secundũ finẽ illius.l.scilicet in eo hærede qui parricidij pœna teneri potest, vt hic.Vel hic dicit, post decem annos.id est, quia hæres compleuerat decem an. non dicit decennium lapsum à die aditæ hæreditatis.facit.C. ne de statu defunct.l.iij.& infra, de Carbo.edict.l.licet.&.j.de vsufru.leg.l.vxori maritus. in fi.& C.vbi causæ fis.l.ij.&.C.si penden.appel.l.iij.in fi.

k *Crimen.* non accusati occisoris.

Si antequam.] CASVS. Titius instituit me hæredem,& rogauit me quòd restituerem hæreditatem Seio: & postea fuit occisus idem Titius:& ego nesciés eum occisum aperui tabulas testamenti eius:& postea nolebã adire hæreditatem, quia erat damnosa:Seius autem petit me cõpelli vt adeam,& ei restituam.certe causa cognita cõpelli debeo.si enim Seius esset talis persona quæ ex testamento capere non posset, non debeo compelli: aliàs debeo compelli: & si sum compulsus adire antequam vindicem mortem dicti testatoris, & etiam Seio restituere, non habet locum edictũ quod dicit hæreditatem fisco restituendam, quod est.ſ.e. l.necessarios.§. non aliàs.& ita habebit hęreditatem dictus Seius fideicõmissarius, & non fiscus.&.h.d. cum.l.sequen.Viuianus.

causa cognita[m] puto compellendum institutum adire[n] hæreditatem quam suspectam diceret, & ex Trebelliano senatusconsulto restituere.

XXIIII. VLPIANVS libro quinquagesimo ad Edictũ.

SI quis quasi suspectam hæreditatẽ[o] coactus adit, non tenetur[p] edicto.

Pro quolibet seruo aufugiente conuicto, conuincenti quinque aurei de bonis conuicti, si habet: aliàs à fisco dantur. Bartolus.

XXV. GAIVS libro septimo-decimo ad Edictũ Prouinciale.

LEge Cornelia cauetur de prẽmio[q] accusatoris † qui requisiuit & renuntiauit eos seruos qui ex ea familia ante quæstionẽ fugerint: vt in singulos seruos quos conuicerit, quinq; aureos ex bonis occisi, aut si inde redigi ea quãtitas nõ possit, ex publico accipiat. Quod præmium nõ in omnes seruos, qui sub eodẽ tecto locóve fuerint, sed in eos solos qui cædẽ admisissent[r], accusatori tribuitur. ¶ Prẽterea cauetur vt de his qui ante quęstionẽ habitã fugerint, si aperto testamento liberi scripti inueniãt, lege de sicariis iudiciũ[s] fiat: ita vt ex vinculis[t] causam dicãt:& cõuicti, pinde ac serui[u] puniãtur:& ei qui cõuicerit, deni aurei prẽmij nomine dentur ex bonis damnati.[x]

Qui testamẽti tabu. aperuit cõtra edictũ, tenet ad.c.au. actiõe popularí: quorũ medietas est actoris, alia medietas est fisci. Bar.

vera sunt si dicti serui occiderunt dominum eorum: quo quidem casu dicti serui punientur.l. Cornelia de sicariis.& si receperunt libertatem in testamento occisi, nihilominus puniuntur tanquam serui. [EX HOC EDICTO.] Titius instituit sibi hæredem Seium, & postea fuit occisus: postea dictus Seius aperuit tabulas testamenti antequam de familia occisi quæstio & supplicium haberetur. certe popularis actio prodita est contra eum in quinquaginta aureis eis soluẽdis per eum ex bonis occisi,quorum aureorum medietas debet esse fisci, & alia illius cuius opera conuictus est. sed & si aliud fecit contra edictum prætoris, veluti quia adiuit hæreditatem ante mortem defuncti vindicatam,dicitur fisco actio contra eum: & intelligas hoc casu ad totam hæreditatem. nam vt ex supradictis apparet, plura sunt propter quæ pœna edicti constituta est: vt supra, eod. l.iij.ſ. quod ad causam. Viuianus.

q *Prærnio.* No.prærnio incitari.sic supra,de iusti.& iur.l.j.circa prin.&.ſ.eo.l.iij.§.vtrum.

r *Cædem admisissent.* quia maius delictum est in faciendo quàm in omittendo.

ſ *Iudicium.* id est, accusantur.l. Cornel. de sica. quia dominum dicuntur occidisse.

t *Ex vinculis.* quia fugerunt, etiam si satisdarent.secus si nõ fugissent: vt.j.de custo.reo.l.ij.in prin.

u *Ac serui.* hoc generale: vt.j.de pœ.l.j.in princi.

x *Damnati.* forte: & si non sufficiunt, ex publico: vt.ſ.&.C.de seruis qui pro prærnio acci.li.l.ij.& facit.ſ.eo.l.iij.C.de his.

Aduersus

BIU Cujas

a *Aduersus edictum.* quod est.ſ.eo.l.iij.§.quod ad causam.
b *Plura sunt.* aperire,recitare,describere: vt dicto.§.
c *Popularem.*ſic.j.de sepul.viola.l.iij.ij.respon.&.§.fi.
d *Damnati.* id est,hæredis hac actione cōuicti: etiā postea si hæres non adeat,secundum Ioan.quia ob hoc solum quòd aperuit, non publicantur bona secundum H. sed alij contra: vt not.C.eo.l. iij.&.ſ.eo.l.in cognitione.& secundum eos & bona publicātur, & caurei præstantur de bonis hæredis.

NOn amplius.]CAIVS. Legaui Titio decem, si daret hæredi meo quinque. volo postea grauare legatarium in dandis sex Sempronio. certe non possum. non enim debet quis in plus onerari quàm oneretur. oneratus est autẽ Titius in. x. & grauatus in. xj. [SI CERTVM.] Equum meum tibi legaui: & hæres meus non fuit in mora dandi tibi. postea periit equus dolo vel culpa hæredis non interueniente. certe super barbam legatarij perit. & ita fit eius legatarij deterior conditio. [CVM BONORVM PAR.] Legaui tibi quartam partem bonorum meorum, quæ bona mea erant forte in diuersis locis constituta. vnde forte malum esset legatario ire ad quatuor villas vel quinque, & in vnaquaque accipere quartam partem cuiuslibet meæ rei. vnde petit ab hærede æstimationem dicti legati. quæritur, quis habeat electionem? Et dicit hic quòd hæres: licet quidam dicant contrarium. & si velit dare partem rerum, non concedetur ei si res sunt quæ non recipiunt diuisionem per naturam, sicut sunt seruitutes: vel non recipiunt diuisionem sine graui damno, sicut est equus. Sed pone quòd hæres elegit dare legatario partem bonorum, & nõ æstimationem. certe illarum rerum partem potest dare legatario in certis rebus, vel etiam in vna re tantum, sed voluntate legatarij: vt si hæres dicat legatario, ego dabo tibi talem fundũ vel fundos pro parte tibi relicta. & legatarius dicat, libenter. si autem dicat, ego nolo dictos fundos pro dicta mea parte, immò volo tales alios: tunc iudex debet æstimare quos accipiat: & sic continuando consulit etiam legatario ne necesse habeat in omnibus rebus partẽ vindicare: quod quidem esset ei incommodum. h. d. cum. l. seq. Viuianus.

m *Non amplius.* alicui legata est domus, si. x. det hæredi. deductis. x. residuum domus videtur esse in legato, & non tota domus: & hoc si quæramus de eo onerando: vt. j. titu. j. l. imperator. &. j. eo. l. in ciuitatibus. §. j. & infra, ad. l. Falci. l. sed si non seruus. §. quòd si alienus. sed quoad alios legatarios tota domus intelligitur esse in legato: vt infra, ad legem Falci. l. ad veterani. §. j. quæ est contra. nam illud datum lucrifacit hæres: & si cæteris nõ prodest: vt in eod. titu. l. in quartam. in fi. & facit infra, de verb. sig. l. subsignatum. §. bona. & supra, solu. matri. l. fructus. Accursius.

n *Si certum corpus.* incertum enim perire non potest: vt infra, ad legem Falc. l. in ratione. ij. §. incertæ.

o *Legatarii.* hic autem præsumitur quòd cesset dolus vel culpa: vt infra, titu. j. l. cum ita. §. species. & facit. j. eo. l. cum res. §. item si res. &. l. cum seruus. Sed cõtra infra, eo. l. si seruus. §. qui quinque.

&.§.si seruus. sed in vtroque fuit hæres in culpa. Item not. dam-
a *Concor. tex.in.c. in nostra. extra de iure-iur.& i ca. sicut dignũ. extra de ho.& i ca. causam cũ ibi not. de testi.* num patitur qui perdit lucrum.[a] sic infra, ne quid in loco publ. l.ij.§. merito. Sed arg. contra infra, de dam. infect.l. Proculus. *ADDITIO.* Dic quòd ibi impropriè dicitur damnum: vt infra.l.iij. de dam. infect. Vel dic quòd legatarius patiatur damnum, cum in eum resta via dominiũ trãsit, & sic perdit quod est suum. Vel dic quòd textus non dicit quòd patiatur damnum, sed fit deterior conditio eius, quod est etiã perdẽdo lucrum: quod patet, quia ob hoc minor restituitur: vt.l.iij.§.si quid minori. cũ.l.seq. ff. de minori. secũdum Bart.hic.

a *Legata.* quod fieri potest: vt.ff.eo.l.si quis bonorum.

b *Rerum partes.* non ergo compellitur adire ex Trebel. vt infra, ad Trebel.l. mulier.§. fina.Ioan.

c *Æstimationem.* secus ergo si hic Trebel. locum haberet. nã tũc ipsarum rerũ fieret restitutio, secundum Io. vt instit.de fideicom. hæredi.§.si quis. & infra, ad legem Falci.l. linea. in fin. Sed nonne pro parte vterque sentit onera: vt instit. de fideicom. hæred.§. post quod senatusconsul? Respon. non, immò hæres tantum, & præstat legatario pars eorum quæ supersunt deducto ære alieno. & ita est intelligendum: licet aliter in quadam sui parte innuat, quod est infra, tit.j.l. si quis seruum.§.fin.&.l.seq.Azo. & pro hoc quòd fiat restitutio deducto ære alieno, est supra, de iur. do.l.mulier. Item quo modo datur æstimatio, & aliud pro alio soluitur inuito legatario? Respon.bonorum dicitur in genere, nó rerum singularium: quia tunc secus: vt infra, de verb.signi.l.bonorum. & supra, de vsufru. l.quoties.§.fi.& facit quòd æstimatio possit præstari: infra, de auro & argen.leg.l.j.in fi. &.l. cum certum.&.l. Titia.§.j. & infra, titu.j.l.cum filius.in princ.&.l.mortuo.§.j.&.C. communi diui.l. j.& infra, de vsufruct.lega.l.generali.§.penul.&.l. fundi. & continua.l.sequenti.

d *Potest.* id est, debet si vtrique expediat: vt infra, de alimen. leg.l.solent.

e *Partem.* scilicet legitimam: tertiam vel quartam.& hic est arg. quòd in vna re possit detrahi Falc.sic.j.ad.l.Fal.l. si ex pluribus. &.C.fami.ercisc.l.filium.&.C.quando & qui.quarta pars de.l.ij. circa prin.& supra, fami.ercisc.l.plane. Sed nos cõtra: vt.C.ad legem Falcidiam.l.ij.&.argu.j.de pecu.leg.l.si peculium.§.j.

f *Æstimauerit.* qui considerat quod vtrique expedit.sic infra, de solu.l.j.&.ij.& infra, de cap.l.postliminium.§.transfuge.Accur.

SI creditori.] *CASVS.* Hæc lex tota cum.l. sequenti loquitur quando debitor legat creditori illud quod ei debet. & super hoc ponuntur tres casus. Primus est, quando habeo exceptionem contra creditoré meum, qua me cõtra eum tueri possum: & postea lego illud quod ei debeo, & super qua habeo dictã exceptionem. certe valet legatum: quia ex eo habet legatarius idemq; creditor cõmodum: quia exceptio videtur ei à me remissa. Secundus est, tu debes mihi pone centũ actione redhibitoria, quæ non durat vltra sex menses. & est prætoria, siue honoraria. legasti mihi dicta.c. certe valet legatum: quia datur mihi postea actio ex testamento, quæ est ciuilis & perpetua, loco illius quæ erat temporalis. vnde commodum habeo. Tertius est, actione ex stipulatu debes mihi.c. vsque ad annum pone. illa.c. mihi legas in tuo testamento. certe vtile est legatum per commodum repræsentationis. si autem non sit plus vtilitatis in legato, quàm fuerat in debito: non valet legatum. Viuianus.

Cùm bonorũ parte legata[a] dubium sit vtrum rerum partes,[b] an æstimatio debeatur, Sabinus quidem & Cassius æstimationem, Proculus & Nerua rerum partes esse legatas existimauerunt: sed oportet hæredi succurri, vt ipse eligat, siue rerũ partes, siue æstimationẽ[c] dare maluerit: in his tamen rebus partem dare hæres conceditur, quæ sine dãno diuidi possunt. Sin autem vel naturaliter indiuisæ sint, vel sine dãno diuisio earum fieri non potest, æstimatio ab hærede omnimodo præstanda est.

XXVII. PAVLVS libro nono ad Plautium.

Potest[d] autem hæres vel[in] paucioribus, vel in vna re relictam partem[e] legatario dare, in quam vel legatarius consenserit, vel iudex æstimauerit:[f] nec necesse habet legatarius in omnibus rebus vindicare portionem.

Si creditori debitor legat debitum: ita demum valet, si creditoris interest. hoc dicit cum.l. seq.

g *Vtile.* vt.j.ti.j.l.Mæuius.§.debitor.& instit.eo.§.si quis.&.j. de libe.lega.l.si debitor.§.j.&.l.si creditor.&.l.seq.&.l.legaui.§.cõtra.&.l. Aurelius.§.eum.& infra, titu.ij.l.si deportati.§.fi.& infra, ea.l.§.fina.&.l.seq.& infra, titu.j.l.debitor. Accursius.

h *Id quod honoraria.* vt de peculio. vel redhibitoria: & est tunc ratio, quia ex testamẽto perpetua: vt argu. supra, proxi. respon. cum suis concor.& hoc dicit: quia ciuilis, scilicet perpetua: pro honoraria, scilicet temporali. Sed tunc est argu. contra supra, si quis cau. l. si eum.§.qui iniuriarũ. Sed dic quòd ibi proponebat testator facere perpetuum ius agẽtis. vel pone in prætoria perpetua: vt de cõsti.pecu. Et quod dicit, quia &c. dic secundum Azo. quòd melior est ratio, quia iure ciuili erat indebitũ quod legatur. cum ergo ius ciuile in testamẽtis & legatis versetur, dicitur tenere legatũ: quia prętorium per ciuile non distinguitur, sed ciuile per prætoriũ sic: quod est posterius: vt supra, de iusti.& iure.l. ius autẽ ciuile.§.j. Itẽ quod dicit, pro honoraria: nõ dicas quòd per testamentũ tollitur prætoria: sed adiicitur ciuilis. sic supra, de exer. l. si eũ.§.pe. sed respexit quòd legatarius omittet prætoriam, & ciuilem intentabit. sic & ex sententia datur actio: licet & alia primo competeret: vt infra, de re iudi.l.miles.§.decem.

XXVIII. VLPIANVS libro nonodecimo ad Sabinum.

SI creditori meo, tutus aduersus eum exceptione, id quod ei debeo, legẽ: vtile[g] legatum est, quia remissa ei exceptio videtur. sicut Aristo ait: id quod honoraria[h] actione mihi debetur, si legetur mihi, legatum valere: quia ciuilis mihi datur actio pro honoraria.

B Marcellus libro vicesimo octauo putat rem quam ex stipulatu mihi debes,[i] si[mihi] legaueris, vtile esse legatum: vt neque Falcidia hoc minuat.[k]

XXIX. PAVLVS libro sexto ad legem Iuliam & Papiam.

SIn autẽ neque modo,[l] neque tempore, neque conditione, neq; loco debitum differatur: inutile est legatum.

Scriptura per quam legata pecuniaria quibus dies non est adiecta, prorogantur, nõ pertinet ad corpora, nec ad legata quibus dies est gratia differendæ solutionis, vel multiplicandæ obligationis, vel inducendæ cõditionis adiecta: & porrigitur ad legata præcedentia & sequentia etiam post in codicillis relicta. Bartolus.

C XXX. VLPIANVS libro nonodecimo ad Sabinum.

i *Debes.* non pure. alioquin non teneret legatum: vt.j.l. proi. Azo. vel forte tenet propter dominium quod statim habebit, & propter sumptum: vt.j.titu.ij.l.iij.§.si rem quis.

k *Minuat.* immò minuit: vt infra, ad legem Falcid.l.j.§.si quis creditori. contra. Solu. minuit in commodo repræsentationis, vt ibi: non in plus, vt hic. Vel hic extitit dies vel conditio viuo testatore: nihilominus tamen tenet legatum: vt infra, ad legem Falci.l. verbis. cessat tamen Falcid. quòd nullum commodum habet: vt.j.titu.j.l.debitor. in princi. sed in contrario extitit post mortem. Accursius.

l *SIn autem neque modo.* dic, modo, vt.C. de his quæ sub mod. l.fin. Vel dic quòd erat alternatiua: vt infra, de act.& obli.l. obligationum fere.§. modus. & facit.ff.l. proxi. in princip. cum suis concor.

D *Alis scriptura.*] *CASVS.* Titius faciens testamentum, legata multa reliquit,& quædam pure, quædam in diem, quędam sub cõditione,& quædam in pecunia, quædam in specie, & quædam in rebus quæ constabant pondere, numero vel mẽsura. Item legauit Sempronio annua.x. Gaio legauit.x.cũ erit.xx. annorum. & Cornelio legauit vinũ quod habebat in apotheca sua, vel pecuniam quam in arca habebat. postea subiecit verba quæ hic ponuntur: quas pecunias legaui, quibus dies appositus nõ est, eas hęres meus annua bima trima die dato. & post istam clausulam positam quædam alia legata reliquit quibusdam. quæritur, nunquid dicta clausula, quas pecunias &c. referatur ad ea legata quæ sunt in specie, vt scilicet ea præstentur annua bima trima die? Et dicitur quòd non, sed bene pertinet ad ea quæ sunt data in his rebus quæ constant pondere, numero, vel mensura. Item & ad ea legata pertinet, quibus non est appositus dies: sed non pertinet ad illud legatum quod relictum est annuatim: nec ad illud quod relictum est sub conditione: nec ad illud quod relictum fuit Gaio cum habuerit viginti ann. quia omnia ista legata habent diem: & testator noluit prorogare per dictam clausulam, nisi ea quæ non habent diem. Item non pertinet dicta clausula ad illud legatum quod fuit relictum Cornelio, id est ad legatum pecuniæ quæ est in arca,

in arca, vel vini quod est in apotheca: quia speciei videtur legatum: & testator dixit, quas pecunias & cætera. Item pertinet dicta clausula ad ea legata pura, & in pecunia existentia, quæ data sunt in testamento vel codicillis post prolatã à testatore dictam clausulam, quas pecunias & cætera, hoc dicit eum. l. sequenti. Viuia.

TAlis scriptura, *Quas pecunias legaui, quibus dies adpositus non est: eas hæres meus annua bima trima die dato*: ad corpora[a] legata nõ pertinet, [b] sed ad ea quæ pondere, numero, mensura continẽtur: [c] & ad ea tantum legata pertinet, quibus dies nõ est adpositus. Proinde si fortè purè[d] legatum est, ex hac adiectione prorogabitur. [e] Quid si fortè centum mihi legata sint præsentia: [f] vtrùm annua[bima trima]die dabũtur, an verò præsentia? Et ait Seruius & Labeo præsentia * deberi. Quãuis igitur superuacua sit hæc adiectio, quantum ad vim & effectum legati pertinet: [g] tamẽ ad hoc proficiet, vt præsenti die[h] legatũ debeatur. Sed si in annos singulos, aut singulos mẽses sit legatum relictum, cessabit ea scriptura: quia hoc legatum & initium [i] & finẽ habet. Sed & si sub conditione sit legatũ relictum, potest dici cessare annuã adiectionem: quia dies incertus appellatur conditio. [k] Cui congruit, quod Trebatius existimat, si cui legetur quando annorum viginti erit, vulgarem hanc clausulam cessare. Item si legetur pecunia quæ in arca est, vel vinũ quod in apothecis est, dicendum est cessare clausulam: quoniã quotiens species [l] legetur, cessare diximus.

a *Corpora.* & pecunias testator legauit, & pure, & non pure. Accursius.

b *Non pertinet.* contra infra, titu. ij. l. quisquis. Solu. ibi in summas, hic in pecunias. Item ibi futuri temporis: hic præteriti verbum posuit.

c *Continentur.* sic accipitur. ſ. si cer. pet. l. ij. §. item mutuum. aliàs largius, aliàs strictius ponitur: vt ibi not. Sed quare nõ omnia quæ legauerat? Respon. quia facile erat ei dare quæ legauit, nisi restringere voluisset. sic. C. de cadu. tol. l. j. §. sin autem ad deficientis.

d *Pure.* exprimendo pure vel simpliciter.

e *Prorogabitur.* quia huic dies appositus nõ est. Sed econtra infra, de do. præle. l. cum vulgari. sed ibi erat dies appositus saltem à lege. Vel speciale in legato solius repræsentationis: vt ibi.

f *Præsentia.* hoc expresso: præsenti ergo die apposita.

g *Pertinet.* vt vtrumque statim possit exigi siue simpliciter, siue in præsenti sit relictũ. Accursius.

h *Præsenti die.* id est, non pure, considerato hoc extrinseco, scilicet prorogatione. sed videtur pure: vt infra, de verb. oblig. liber homo. §. j. contra. Sed ibi effectum considerauit, & nihil extrinsecus. Item contra infra, titu. j. l. Titio. Solu. ibi. & facit infra, de regu. iur. l. in omnibus. *ADDITIO.* Dic quòd ibi dixit, quas pecunias legaui, hæres meus dato annua bima trima die. nec ibi adiecit, quibus dies adiectus non est. vnde refertur ad omnia, secundum Barto. hic.

i *Initium.* id est, certitudinem temporis in se continet: & ideo non habet locum repetitio. & facit supra, de do. cau. mor. l. senatus. §. fina.

k *Conditio.* & econtra: vt. j. de condi. & demonst. l. dies.

l *Species.* accipitur ergo pecunia vt species quãdoque: vt infra, eodem. l. plane. §. sed hoc. Accursius.

m *Hanc autem scripturam.* quibus dies &c. vt in prin. huius. l.

n *Vniuersa.* etiam quæ sequuntur: dummodo sint in numero, pondere & mensura: vt in princip. l. & facit infra, de verbo. significa. l. Scæuola respon. & infra. l. proxi. & infra, de rebus dubiis. l. fin. Sed contra infra, titu. ij. l. vxori. §. vxori. Solu. secus in donationibus quæ fiunt inter viuos: quia variis temporibus earum dies cedit vt valeant vel non: sed legata omnia simul cedunt. Azo. argu. ad hoc supra, com. prædi. l. fi. in fin. & supra, de do. cau. mor. l. senatus. in fin. Sed hoc non placet, cum ibi loquatur de illis donationibus quæ morte confirmantur omnes. Nec ob. C. de dona. inter virum & vxo. l. donationes. quia verum est trahi retro non quantum ad dominium, sed quantum ad fructus. Hug. Dic ergo quòd ibi erant contra ius futuræ, ad quas lex ff. Infort. suam fictionem non extendit. argu. C. de conditio. inser. l. ij. Hu. Item ibi substantiam confirmauit: hic solam adiicit quantitatem. Item argu. contra hunc ff. supra, quib. ex cau. ma. l. sed & si per prætorem. §. deinde adiicit. & de posthu. l. j. §. eum qui. *ADDITIO.* Pro solu. huius contrarij vide Barto. hic istam materiam late discutientem.

Verbum, legaui, præteriti temporis, porrigitur ad præterita & futura. Bartolus.

FHanc autẽ scripturam[m] non solùm ad præcedentia sola legata, sed ad vniuersa[n] quę testa mẽto adscripta sũt, extẽdi Gallus Aquili[o], Ofilius, Trebatius, responderũt: idque verum est.

XXXI. PAVLVS libro tertio ad Sabinum.

SEd etiam ad ea quæ codicillis cõfirmatis postea [o] legata fuerint, hæc clausula pertinet.

Repetita à substituto, intelliguntur repetita pure, nisi aliud exprimatur. Bartolus.

XXXII. VLPIANVS libro vicesimo ad Sabinum.

SI quis à filio pupillo hæredem instituto, cum is in tutelam[p] suam venisset, pecuniam legauerit, & à substituto hæredem legatum repetierit: impubere filio mortuo secũdus hæres legatum nõ debebit. quod ita verum esse tam Sextus quàm Pomponius putãt, si repetitio legatorũ ad eum modum concepta sit. *Quæ à filio meo legaui, quæque eum dare iussi, si mihi hæres esset: id hæres meus iisdem diebus* [q] *dato*. Sed si ita repetita fuerint [legata,] *Quæ à filio meo legaui, hæres meus dato.* purè repetita videbũtur legata, & dũtaxat demõstratione[r] * eorũ facta. Igitur & hoc ipsum legatũ de quo quæritur, præsens debebitur.

Si testator sensit de certo, & dubium est de quo: electio est hæredis. Bartolus.

FSi quis plures[s] Stichos hauerit, legauit. x. vt facerent depingi feralium, vel vt emant vineam ex cuius fructibus soluant collectam. certe valet legatum. Viuianus.

o *Sed etiam ad. Postea.* per verbum, postea determinat vel, confirmati: vel, legata. q. d. facti sint postea, vel ante. Et nõ. hic & superiori. l. in fin. præteritum porrigi ad futurum. [a] & sic est infra, titu. j. l. cum pater. §. fidei. & supra. l. proxi. in fin. & supra, eo. l. si mihi & tibi. §. fi. Accursius.

a *Concor. text. in ca. de causis cũ gl. in verſi. certũ. extra de offic. de leg. ca. ſi eo tempore. de reſcrip. lib. 6. & c. ſtatuti. eo. tit.*

Si quis à filio.] CASVS. Instituit mihi hæredem filium meum impuberem: & ab eo legaui Titio decem, cum dictus impubes fuerit factus pubes. postea ita dixi: Si filius meus mihi hæres non erit: vel si hæres erit, & in pupillari ætate decesserit, substituo ei Cornelium: & à Cornelio substituto, si habuerit hæreditatem meam ex substitutione, lego eadem. x. dicto Titio, postea filius in pupillari ætate decessit, & sic substitutus habuit hæreditatẽ meam. nunquid debet legatũ Titio? Et certe dicitur quòd sic. secus si repetiisset legatũ ab impubere relictum cum fuerit factus pubes. eodem modo à substitutione, scilicet cum impubes fuerit factus pubes. nam non debebit legatũ substitutus. impossibile enim esset præstari legatum per substitutum, cum impubes factus pubes fuerit. nec enim potest amplius fieri pubes ille qui mortuus est. [*SI QVIS.*] Plures seruos habebam qui vocabantur Stichi. legaui Titio Stichum, & non apparet de quo Sticho ego senserim. certe hæres debet eligere quem præstet. [*SI PARTI.*] Quarterio sancti Proculi pone, legaui. x. vt facerent depingi feralium, vel vt emant vineam ex cuius fructibus soluant collectam. certe valet legatum. Viuianus.

* *Flo. de demõſtratio*

p *In tutelam suam.* id est, in pubertatem: vt infra, titu. ij. l. cum filio. & sic sub conditione, & in diem. si autem pure, ab vtroque distingueretur: adiret impubes, vel non: vt infra, eo. l. seruo alieno. §. si pater. & l. si fundus. §. si pater.

q *Iisdem diebus.* id est, sub eadem cõditione, si in suam tutel. &c. ita dato sicut filius tenebatur dare, non aliter: sed filius non tenebatur dare, quia decessit impubes: ergo nec hic. & est hic nugatio quædam. sic supra, quibus modis pignus vel hypo. solu. l. si debitor. §. primo. Azo.

r *Dumtaxat demonstratione.* quasi dicat, non conditio repetita. non enim debet videri conditio repetita, quæ vitiaret legatum. sic infra, de verb. oblig. l. Titia. §. j. in dubio non videtur repetita: vt infra, eod. l. seruo alieno. §. si ab impubere. & l. si cui. §. sed si à filio. & l. licet. & supra, de hæredi. instit. l. sub conditione. & facit infra, titu. j. l. cum pater. §. ab instituto. & supra, eod. l. legata inutiliter.

s *Si quis plures.* puta. x. & nõ. secundum R. quòd hæc lex & aliæ

BIU Cujas

quæ legatariis electionem dant, sic sunt intelligendæ: vt ex pluribus nec hæredi deteriorem, nec legatario meliorē eligere concedant: vt infra, eo.l.legato.R.

a *Hæres elegerit.* scilicet quandocūque, etiam post suam moram: licet secundum R. aliquid sit quando in genere, vel quando non sensit de certo: vt infra, eo.l. legato. & supra, eo.l.qui duos. quæ sunt contra. & reddebat rationem: quia nō sic verbū singulare vt generale transfert electionē. [a] Tu dic ad.l. qui duos. quòd hic sentit testator de aliquo certo. quod ex eo apparet, quia nomen Stichi apposuit: per quod nomē quisque dignoscitur: vnde voluntatē defuncti hæredi magis vt det quem velit, quam legatario interpretari conceditur, supra vero de nullo certo sensit: quia nec nomē proprium adiecit: vnde legatarij est electio: sicut & vbi in genere: vt infra, eo.l.legata. & l.si seruus legatus. §. cū homo & no. supra, fami.erciscun. l. hæredes. §. si incerto. Item contra supra, de testa.tute.l. duo. Sed ibi certo iudicio debet in tutela cauere: vt institu.eod. §. tutor. licet adhuc subest quæstio. Sed dic ibi periculosum esse pupillo, si esset ille de quo nō sensit. hic autem quicquid habeat legatarius, sibi cōmodum est. Itē facit infra, de vi.tri.lega.l.cum certum. Sed argu. cōtra supra, de iure delibe.l.j.in fine. [b] Itē quid si dixit vnū de Stichis? Respō. habet locū. l. qui duos. quia nō sensit de certo.

b *Debebitur.* vt infra, titu.j.l.cum pater. §. fina. & infra, eodem.l. si hæres. §. j. Accursius.

Si pluribus.] CASVS. Titio & Sempronio legaui fundū Cornelianum: & sic fuerunt re & verbis coniuncti. certè quilibet debet habere dimidiā, quacunq; actione quilibet eorum agat pro legato cōtra hæredem. Quid si ita dixi, Titio lego fundum Cornelianum: & Sempronio lego eundem fundum Cornelianum. & ita sunt separati verbis, non tamen re? Certe aut apparet voluisse testatorem adimere primo, & dare secundo: aut non. primo casu secundus habebit totum fundum, secūdo veniet ad legatum quilibet pro dimidia, nisi testator voluisset quēlibet habere solidū: quia tunc vnus debet habere fundum, & alter æstimationem. Sed quis habebit electionē vtrum habeat fundum, vel æstimationem? Et certe ille qui primo fuerit litem contestatus super vno de eis. postquā tamē fuerit litē cōtestatus super vno, puta super æstimatione: non poterit postea petere fundum. dixi ergo. §. quod quando testator vult adimere primo, & dare secundo, secundus debet habere, & primus amittere. Sed quid si cum secundo non erat testaméti factio, id est, nō poterat capere legatum? certe nihilominus habebit primus. Dixi ergo tibi, quando quibusdam coniunctim lego re & verbis, & quando lego aliquibus separatim verbis, & coniunctim re: modo videamus quādo legaui fundū Cornelianum quibusdam, & quosdam eorum posui cōiunctos re & verbis, & quosdam cōiunctos re, & separatos verbis: puta ita dixi, primo & secundo & tertio lego fundum Cornelianum: quarto lego fundum eundem: quinto lego fundum eundem. quo modo admittentur ad petitionem legati? & certe tres cōiuncti re & verbis loco vnius habentur, & habebūt dimidiam fundi: alij duo habebunt aliam dimidiam. & h.d. vsque ad. §. j. l. plane. Viuianus.

c *Agat.* vt &.ï.eo.l.duobus. & facit ad sequentia. j. de duo.re.l. reos. §. j. &. C. si plures vna sententia. l. j. &. ï. de verb.obli. l. eum qui. ij. respon. & insti. eo. §. si eadem. &. C. eo. l. si Fortidianum.

d *Conuolasse.* sic. ï. de his quæ pro non script. l. j. &. ï. tit. ij. l. vxorem. §. fœliciſsimo. Accursius.

e *Portione.* nisi sint quidam coniuncti re & verbis, alij re tantum coniuncti, sed verbis disiuncti: tunc coniuncti vtroque modo pro vno reputantur: vt. ï. l. proxi. ij. respon. & ita ipsi soli habēt vnam medietatem, alij disiuncti viriles habent partes alterius medietatis. Azo.

f *Pretium.* sic infra, titu. ij. l. si res mihi. &. ï. titu. j. l. qui duos. §. fi.

a Concor. tex. in ca. si tibi cum ibi no. extra de testa. & in c. nos quidē. eo. ti. & aliquid in ea. si cautio quā. de fide instru.

b Dic quòd ibi incertitudo erat in verbis prætoris, ideo declaratio est iudicis: hic in verbis testatoris, ideo declaratio est hæredis, secūdū Bar. hic.

bens, Stichum legauerit: si non apparet de quo Sticho sensit: quem [hæres] elegerit, [a] debet præstare.

Valet quod relinquitur parti ciuitatis. Bar.

¶ Si parti ciuitatis aliquid sit relictum, quod ad ornatum vel compendium reipublicæ spectet: sine dubio debebitur. [b]

Si pluribus eadem res legetur coniunctim, cuilibet debetur pars. si disiunctim, partes sibi faciunt per cōcursum: nisi testator voluerit à primo adimere, vel cuiq; insolidū concedere. h.d.cum prin.l.seq. Bar.

XXXIII. PAVLVS libro tertio Regularum.

SI pluribus eadem res legata fuerit: si quidē coniunctim, etiam si alter vindicet, alter ex testaméto agat, [c] nō plus quàm partem habebit is, qui ex testaméto aget. Quòd si separatim: si quidem euidentiſsimè apparuerit ademptione à priore legatario facta, ad secundum legatarium * testatorem conuolasse: [d] solum posteriorē ad legatū peruenire placet. Sin autem † hoc minimè apparere potest, pro virili portione [e] ad legatū omnes venire: scilicet nisi ipse testator ex scriptura manifestiſsimus est, vtrumque eorum solidū accipere voluisse. tūc enim vni pretium, [f] alij ipsa res adsignatur: electione rei vel pretij seruanda ei qui prior de legato siue fideicōmisso litem contestatus [g] est: ita tamen, vt non habeat licentiam altero electo ad alterum transire.

XXXIIII. VLPIANVS libro vicesimoprimo ad Sabinum.

c *Agat.* vt &.ï.eo.l.duobus. & facit ad sequentia. j. de duo.re.l. reos. §. j. &. C. si plures vna sententia. l. j. &. ï. de verb.obli. l. eum qui. ij. respon. & insti. eo. §. si eadem. &. C. eo. l. si Fortidianum.

d *Conuolasse.* sic. ï. de his quæ pro non script. l. j. &. ï. tit. ij. l. vxorem. §. fœliciſsimo. Accursius.

e *Portione.* nisi sint quidam coniuncti re & verbis, alij re tantum coniuncti, sed verbis disiuncti: tunc coniuncti vtroque modo pro vno reputantur: vt. ï. l. proxi. ij. respon. & ita ipsi soli habēt vnam medietatem, alij disiuncti viriles habent partes alterius medietatis. Azo.

f *Pretium.* sic infra, titu. ij. l. si res mihi. &. ï. titu. j. l. qui duos. §. fi. &. ï. de manu. testa. l. Iulianus.

g *Contestatus est.* sic. ŝ. de procu. l. pluribus. quandoque tamen expectatur sententia, vt sit melior conditio: vt. ŝ. de noxa. l. si quis à multis. & de pecu. l. si vero. Et not. quòd hic dicit Ioan. quòd ante litem contestatam nulli debetur: & tunc demum lite contestata incipit deberi. alioquin & duo haberent actionem insolidū, & dominium insolidum: quod est impossibile. sed & dici potest pro parte cuiq; quæsitum: * sed sub conditione insolidum, si prius litem contestetur: quo casu alio contestante alteri nil quæsitum videtur: secūdum Io. & facit. de iniur. l. iniuriarum. & actio. & de verb. obli. l. si Titius. &. C. de ed. tollen. §. vbi autem leg. & supra, de iudi. l. qui prior. & not. in fi. de variatione. similia not. supra, de procur. l. in causæ. in prin.

Lanè.] Casum in hoc princ. vide in fin. casus præced. [*SI EADEM.*] Titius in testamento suo legauit mihi bis equum suum, vel ter, vel quater. certe si extat equus, eum mihi debet dare hæres, aliàs æstimationem: sed equum & æstimationem habere non possum. secus si pluries legauit mihi eādem summam, volens quòd pluries eam mihi daret hæres: quia tunc bene potero habere pluries. & reddit rationem inter speciem & summam. sed quod dixi in specie, habebit locum in quātitate relicta tanquam esset species. ea autem quæ consistunt in pondere, numero vel mensura, non videntur species, sed quantitas: & pluries præstantur si pluries legata fuerint. Sed pone quòd Titius legauit mihi equum suum in suo testamento. postea Sempronius legauit mihi eundem equum. certe si habeo æstimationē ex testamento vnius, bene potero habere rem ex testamento alterius. Sed quid si Titius legauit mihi equum, & ego eum postea emi à Sempronio, & habeo ex causa emptionis? nunquid potero adhuc petere dictum equum ab hærede Titij? certe sic, & consequar ab eo illud quod mihi abest pro equo, id est, pretium quod dedi Sempronio. Item quid si Titius legauit mihi equum suum, & nullum onus mihi imposuit, & Sempronius mihi eundem equum in suo testamento legauit, & rogauit me quòd eum restituerem Gaio: vel rogauit me quòd darem. x. Gaio: vel legauit mihi dictum equum dictus Sempronius sub conditione si darem hæredi suo. x. & postea habui equum legatum ab hærede Sempronij prædicti: & sic teneor eum restituere Gaio, sicut Sempronius me grauauit cum mihi legauit. vel teneor dare. x. Gaio, sicut Sempronius me grauauit: vel teneor dare. x. hæredi Sempronij, sicut ipse me grauauit. postea peto equum ab hærede Titij primi testatoris qui mihi legauit. certe bene possum hoc facere: sed tamen ipse non dabit mihi equum, vel eius æstimationem: quia iam habui equum ex causa lucratiua: sed dabit mihi illud quod præstare teneor ex testamento Sempronij. videtur enim illud mihi abesse occasione rei quā habui ex causa lucratiua, ex quo teneor ad dandum aliis. literam autem ita prosequaris sicut posui in casu. Primo enim legas vsque ad. §. sed si duorum. & illum dimittas, & capias illum, sed si non corpus. & legas vsque ad. §. quòd si rem. & ibi dimittas, & reuertaris ad. §. sed si duorum. & legas vsque ad. §. sed si non corpus. & ibi dimittas & capias. §. quòd si rem. & legas vsque ad. §. si coniunctim. [*SI CONIVNCTIM.*] Titio & Sempronio legaui fundum Cornelianū. certe quilibet debet habere dimidiā si ambo capaces sunt. si autē vnus eorū non est capax, puta quia seruus est testatoris: nihilominus alter habebit alteram dimidiam. vnde pono tibi talem casum: Filium meum impuberē instituī: & in hoc testamento equum meū Titio legaui. postea prædicto meo filio substitutum dedi, si intra pupillarem ætatē decederet: & in casum eundē equum legaui Seio. certe quilibet de dictis legatariis debet habere dimidiam in dicto equo. Sed antequam perueniat hereditas ad substitutum: Seius cui legatum fuit à substituto, non potest habere partem equi. nunquid interim debet habere alius legatarius

BIU Cujas

rius totum equum? Et dicitur quòd non, immo suam partem tantum. & ita non solum in superiori casu, sed etiam in isto, ille qui nō potest capere, facit parte suo collegatario capaci. [*SI DVO. BVS.*] Institui mihi hæredem Titium solum, & eidem Titio & Gaio fundum legaui. certe totum istud legatum pertinebit ad Gaium collegatarium.

quia Titio à seipso legari non potuit. & superhoc quòd nō posset hæredi à seipso legari, ponit aliud exemplum: Ecce institui hæredes Titium & Gaium: scilicet Titiū in vna vncia, & Gaium in vndecim vnciis: & postea eis fundum legaui. certe quia nullus eorum potest accipere legatum pro ea parte qua institutus est, vt dictum est: capiet quilibet eorum legatū pro parte hæreditaria alterius. vnde Titiusqui fuit institutus in vncia, habebit legatum pro.j.partibus: & Gaius qui fuit institutus in.xj.vnciis, habebit legatum pro parte vna. & habeas in secundo responso huius.§. vnciarum hæredem &c. quibus autem dixerim quòd hæredi à seipso legari nō potest, tamē si institui mihi hæredem, & legaui duobus fundum, & vnus de illis legatariis extitit hæres hæredi, & sic deuenit pars sua legati ad eum casum à quo incipere non potest, nihilominus retinebit pro sua parte legatum. [*SITA.*] Legaui hoc modo Titio: Habeas tibi fundum Seianum, aut vsumfructū. est certe in arbitrio Titij vtrum habeat fundum, vel vsumfructum. Sed pone quòd ita legaui Titio: Lego fundū Seianum vt parte eius habeat. certe parte habebit Titius, & nō plus. Viuianus.

a *Non constitit.* vt infra, de adi. leg.l. & si transferam. Accursius.

b *Si coniuncti.* hic continua.ſ.l.proxi.ibi, pro virili &c. & vt ibi dixi, secundum Azo.& Hug.

c *Potestate.* vt id solū ambobus præstetur quod vni soli præstaretur. R.& facit infra, de dote pręle.l.ij.ij.respō.&.C.de impube. & ali.sub.l.fi.& infra, eo.l.huiusmodi.§.si Titio.& supra, de hæred.instit.l.Titius fundi.& supra, de vsufruct.accre.l.si quis.H.

d *In eodem testamento.* id est, eiusdem. nam siue eodem testamento, siue testamento & codicillis, idem est: vt hic, & infra, de lega.ij.l.Mæuius.§.duobus.&.§.eum. & .C. de leg.l.cum quæstio.§.fi. & supra, si quis omis.cau.testa.l.si ab instituto. secus si essent duorum istæ voluntates: vt infra subiicit. Accursius.

e *Duorum.* quorum alter alterius non sit hæres: vt.j.eo.l.huiusmodi.§.si Sempronius. quæ est contra.

f *Bis petere.* hæc vera sunt si prius habuit æstimationē ex altero. sec⁹ ecōtra: vt insti.de le.§.si res aliena.&.j.de act.&.ob.l.omnes. quæ sunt cōtra.& arg.ſ.de vsufr.l.si alij.§.rerum. Iteē hoc si directo: secus si per obliquū. quod dic vt.j.eo.l.si seruus legatus.§.j.

ff. Infort.

PLanè vbi transferre voluit legatū in nouissimū, priori nō debebitur: tametsi nouissimus talis sit, in cuius persona legatum non constitit. [a] At si cōiuncti [b] disiunctiue cōmixti sint, coniuncti vnius personæ potestate [c] funguntur.

Si circa idem corpus multiplicetur à testatore legatum, non debetur nisi semel. secus si à diuersis testatoribus. sed si circa quantitatem vel genus, pluries debetur si de voluntate testatoris processerit. Bar.

℣ Si eadem res sępius legetur in eodem testamento, [d] amplius quàm semel peti nō potest: sufficitque vel rem consequi, vel rei æstimationem. Sed si duorū [e] testamētis mihi eadem res legata sit, bis petere [f] potero: vt ex altero testamento rem consequar, ex altero æstimationē. ℣ Sed si nō corpus sit legatum, sed quantitas eadem in eodem testamento sæpius: Diuus Pius rescripsit tunc sæpius præstandam summam, si euidētissimis probationibus ostendatur [g] testatorem multiplicare legatum voluisse. idemque & in fideicōmisso constituit, eiusque rei ratio euidēs est, quòd eadem res sæpius præstari non potest, eadem summa volente testatore multiplicari potest. Sed hoc ita erit accipiendum, si nō certum corpus nummorum sæpius sit relictum: vtputa cētum quæ in arca habet, sæpius legauit. tunc enim fundo legato esse cōparandum [h] credo. ℣ Sed si pondus auri vel argenti sæpius sit relictum, [i] Papinianus respondit magis summæ legato cōparandum: merito: quoniam non species [k] certa relicta videatur.

Proinde & si quid aliud [l] est quod pondere, numero, mensura continetur sæpius relictū: idem [m] erit dicendum, id est, sæpius deberi, si hoc testator voluerit.

Si res legata efficitur mea: eatenus valet legatū, quatenus mihi abest pro ea. Bar.

℣ Quòd si rem emissem [n] mihi legatam: vsque ad pretiū quod mihi abest, competet mihi ex testamēto actio. Et multo magis hoc dicēdum est si duobus testamentis mihi eadem res legata sit, sed alter me restituere [o] rogauerit vel ipsam rē, vel aliud pro ea: aut si sub conditione legasset dandi quid pro ea. nam hactenus mihi abesse res videtur, quatenus sum præstaturus. [p]

Coniunctus in cuius persona quoquomodo legatum consistit, vel speratur consistere, facit partem coniuncto. Bartolus.

℣ Si cōiunctim res legetur, cōstat partes ab initio fieri. [q] Nec solùm hi † partem faciunt, [r] in quorum persona cōstitit legatum: verùm hi quoque in quorum persona non cōstitit legatū: vtputa si Titio & seruo proprio [s] sine libertate [legetur.] Sed si in pupillari testamento alij eādē legauerit [rem] quam mihi in suo testamēto legauit: Iulianus scribit concursu [t] partes nos habere. Interim igitur partem [u] habebit is cui in suo testamento legauit.

Hæres idemq; legatarius ab initio non facit partē collegatario. secus si legatarius per personam mediam hæres fuerit. Bar.

℣ Si duob⁹ [res] sit legata, quorum alter hæres institutus sit, à semetipso ei legatū inutiliter [x] videtur: ideoque quòd ei à se legatum est, ad collegatarium

g *Ostēdatur.* legatarius ergo probat, sed certe immō hæres: vt supra, de probat.l.quinquaginta. quæ est contra. Sol. hęc secundum illam, vt dicatur hic legatarius probare eoipso quòd non probatur contra: secundum Io. Tu dic secūdum R.& Azo. quòd ibi in diuersis scripturis: hic in vna.& secūdū hoc intellige.j.de adimē. lega.l.cū certum.& facit.ſ.de iure dot.l.cum pater. Iteē no. hic cuidā permitti variare. [a] & sic ponunt similia.j.de coll. bo.l. nōnunquā. sed hic magis addidit quàm variauerit. Item facit.j.tit.ij.l.nutu.§.j. h *Cōparandum.* Nota etiā quantitatem accipi quandoq; vt speciē: vt hic, &.j.eo.l. sed si certos.&.ſ.eo.l.talis.§. iteē si legetur. & infra, eo.l. si seru⁹ legatus.§. qui quinque.

i *Relictum.* puta marcha argenti. Accur.

k *Non species.* immo quātitas: qa cōsistit in pōdere: vt isti.qui.mo. re contra.ob.in prin.

l *Aliud.* vt decem pō do auri vel olei.

m *Idē.* quod supra, ea. l.§.sed si non corpus.

n *Quòd si rē emissem.* ab alio, non ab hærede. alioquin actione ex empto repeteret pretium: vt.j. eo.l.huiusmodi.§.qui seruū.&.ſ. de act.emp.l.cui res.& facit.j.ad le.Fal.l.iiij.

o *Restituere.* quo casu id non videtur mihi relictū, quod mihi nō remanet: vt infra, tit.j. l.cum ei qui. & infra, eo.l. non quocunque. Accursius.

p *Præstaturus.* vt &.ſ. eo.l. non amplius. in prin.& infra, de cōdit. & demon.l. sed si hoc. §.j. Sed contra, infra, ad leg.Fal.l.ad veterani.§. si cui. Iteē facit.ſ. de neg. gest. l. si quis mandato.

q *Ab initio fieri.* idem si disiunctiue: vt instit. de leg.§. si eadem. *ADDITIO.* Dic hoc verū ex postfacto per concursum, nō ex natura verborū legati:

† *Qui coniuncti faciant vel non faciant partes iure Digestorum pulchre explicat Vldaricus Zasius in intellectibus suis singularibus. qui & .§. hunc intelligit de his qui re & verbis coniuncti sunt.*

vt.C.de cadu.tol.§.si vero non omnes. secundum Bal.hic.

r *Partem faciunt.* id est, vt partem non totum legatum habeant: vt infra, de reb.dub.l.vtrum.

ſ *Proprio.* testatoris, nō Titij: vt infra, titu.j.ſi mihi pure. Et nota quod licet hoc legatum actione deficiat: vt.C. de leg.l. seruus. &.j.titu.j.l.statuliberū. in prin.& de adimen.leg.l.& si transferā. non tamen impij hæredes debēt esse &c.vt.C.de necess.ser.l.quidam.§.illud. vnde secundum R. non est omnino inutile. Iteē contra.j.eo.§.si duobus.& plene dic vt.j.e.l.huiusmodi.§.si Titio.

t *Concursu.* quia videtur repetitum à substituto: vt.j.eo.l.licet.

u *Partem.* scilicet suam pleno iure, secundum Io.& sic facit pro Io.in.q.proposita.ſ.si pars hære.pe.l.ij. Sed Azo & H. dicunt aliam quam forte alius est habiturus. & sic non facit pro Io. nam de sua non est dubium.& pro hoc.ſ.quibus mod. vsusfru.amit.l. si sub conditione.& facit.j.tit.j.l.si Titio.

x *Inutiliter.* vt &.j.eo.l.legato generaliter.§.j.& infra, ti.j.l. Titia.§.j.&.l.fi.§.Seio. Sed contra.ſ.de vsufru.accre.l.si quis Titio.

a Per hanc glo. limitabis & restringes iuncto text. isto. l. fi. C. de codi. & l. Papi. §. sed nec impuberi. ſ. de inoffic. testa. cui cō cor. text. in c. cū cessante. extra de appel. de quo vide text. in. l. quod iussit. ſ. de re iud.

BIU Cujas

Solu.ibi.Item à cohærede potest ei legari:quod dic ponendo casum.ï.eo.l.legato.§.j.Item à legatario potest ei legari hæredi: vt infra statim subiicit secundum vnam lecturam.& facit.ŝ.eo.l.qui filiabus.§.fi.&.l.seq.

a *Pertinebit.*ŝ.§.si coniuncti. contra. sed dic vt.ï.eo.l.huiusmodi.§.si Titio. Item cõtinua hic.ï.§.plane.

b *Inde dicitur*. quia inutiliter legatur hęredi à semetipso: ergo quod nõ à semetipso, debet valere.

c *Hæredes.*alicuius.& dic casum secundũ Io. quòd duo sunt instituti.alter ex.xj.vnciis:alter ex vna. & à quodã legatario cui legata fuerunt.c. legatus est fundus hæredibus. Certe habebunt fundum pro hæreditariis portionibus: scilicet vnus pro vndecim partib⁹: alius pro vna:quia & ꝑ eisdem partibus sensẽrãt onus de.c. & secũdum hoc habeas in litera xj. vnciarũ hæredem. Vel si habeas, vnciariũ hæredẽ secundum Py. literam: dic casum vt prius quòd duo sunt instituti:alter ex.xj.vnciis:alter ex vna.& adiecit testator, vobis lego fundum. nã tale est ac si dixisset, à te instituto in.xj. vnciis lego cohæredi fundũ. & ab alio instituto in vna legaui alij fundum. quibus casib⁹ videor grauare institutũ in.xj. vt det.xj. partes fundi alij: & aliũ vt det huic vnam.secus si vnũ tantũ oneraſſet alteri restituere: quia tunc ille suo cohæredi tenetur insolidum. sed hæc litera nõ placet R.& secundum neutram positionem legatur hæredi à seipso.& sic non obstat.ŝ. proxi.§. si duobus. Irem cõtra.ï.eo.l. seruus.§.si ex pluribus.Sol.vt ibi.Item facit.ï.de statulib.l.ita.§.j. contra. *ADDITIO.* Dic quòd ibi propria nomina fuerunt expressa:hic non,secundum Bar.hic.

d *Legatariis.*ſ.extraneis.nã adiungitur ad principiũ.§.si duobus.

e *Arbitrio.*sic infra,tit.j.l.Lucio.&.ï. de vsufruc.leg.l. si fundus Titio.Sed contra.ŝ.de iur.do.l.plerunque.in fin. Solu. in vltima

a *Per hãc* voluntate speciale.[a] Item contra.ï.titu.j.l.si ita relictum.§. fina.

glo. cũ suo Sol.ibi est,dato:hic,habeto.Vel sol.ibi.

tex.limita-

f *Pro parte.*quæ intelligitur dimidia : vt infra,de verbo. signi.l.

bis & restrĩ nomen filiarum.§.portionis.

ges tex.ŝ.l.

g *Rectè appellatur.*sic.ŝ.communi diuid.l. communi diuidundo.

si quis arbi §.j.&.ï.de verb.signi.l.locus.&.l.appellatione. &.ŝ.eo.l.quod in

*tratu.*ï.de rerum.§.fi. & de fun.do.l.dotale prædium.§.j. sic & in domibus

verb. oblig. pariete interposito:vt supra,communia præ.l. si quis duas.§.pla-

de qua ma ne.Sed contra hunc.§.infra,titu.j.l.Gaius.§.fi.Sol.ibi. Item facit

teria recur- infra,titu.j.l.si quis seruum.§.j.

res ad.l. fi. *Si alienum.*]*CASVS.* Legaui tibi seruum alienum.postea do-

§. *sed & si* minus serui prædicti eum manumisit antequã hæres meus es-

quis. C. cõ. set in mora dandi tibi dictum seruum vel æstimationẽ. Certe ad

de lega. nihil tenebitur hæres meus.Viuianus.

h *Hæres.*sec⁹ si suũ,vel testatoris:vt.ï.qui & à qui.l.hęres seruũ.

i *Nihil.*nisi culpa vel mora possit ei obiici:vt.ï.de verbo oblig. l.si seruum.§.ij.&.l.is qui.& instit.e.§.si res legata.cum.§.seq.

pertinebit.[a]

Si à legatario legatur hæredibus, hæredes admittuntur pro hæreditariis portionibus.h.d.Vel sic:Si hæredes grauantur inuicem præstare corpus hæreditarium:quilibet capiet pro hæreditaria portione alterius. Bartolus.

¶Inde dicitur,[b] si duo sint hæredes,[c] vnus ex vncia, alter ex vndecim vnciis, & eis fundus legatus sit:vnciarium hęredem vndecim partes in fundo habiturum, cohæredem vnciam. Planè si alter ex legatariis[d] hęres extiterit hæredi à quo legatum erat relictum, nõ ideo minus partẽ collegatario faciet. retinet enim pro parte legatũ.

In alternatiua si verba executiua referũtur ad legatarium,eius erit electio. Bar.

¶Si ita Titio legetur, *Fundum Seianum vel vsumfructum eius sibi habeto.* duo esse legata : & [in] arbitrio[e] eius esse, an velit vsumfructum vindicare.

Pars fundi dicitur fundus, si de mente testatoris appareat.Bartolus.

¶Sed & si quis ita leget, *Titio fundum do lego, vt eum pro parte*[f] *habeat.* mihi videtur posse dici partẽ habiturum. videri enim fundi appellatione non totum fundum, sed partẽ appellasse. Nam & pars [fundi,] fundus rectè appellatur.[g]

Interitu speciei sine culpa hæres liberatur.Bartolus.

XXXV. PAVLVS libro tertio ad Sabinum.

SI alienum hominẽ hæres[h] dare damnatus sit, & hic à domino manumissus sit: nihil[i] ex hoc legato debetur.

Si duobus diuersæ species seruorũ legantur: serui qui participãt de vtraque, debẽtur : siue fuerint excepti obscure, siue non excepti. Secus si clare fuerint excepti.Bar.

XXXVI. POMPONIVS libro sexto ad Sabinum.

TITIÆ[k] *textores meos omnes præterquam quos hoc testamento alij legaui, lego. Plotiæ vernas*† *meos omnes, præterquam quos alij legaui, lego.* Cum essent quidam & vernæ iidẽ & textores, Labeo ait, quoniam nec quos Titiæ textores non legauerit, aliter apparere possit, quàm si cognitũ fuerit quos eorũ Plotiæ legauerit : nec quos Plotiæ [vernas non] legauerit, [intelligi] possit:[l] neutrius legato exceptos esse eos de quibus quæritur, & ideo cõmunes ambobus esse. Hoc enim iuris est, & si neutrius legati nomine quidquam esset exceptũ. [m] Quòd si hoc modo esset legatum, *Textores omnes præter vernas.* & rursus, *Vernas omnes præter textores.* qui & vernæ & textores essent,neutri fuisse legatos.

Inter &, & cum, non est differentia, quando ponuntur inter personas. Bar.

¶Nihil distat[n] vtrùm ita legetur, *Titio & Mæuio*: an ita, *Titio cum Mæuio.* vtrubique enim cõiunctim legatum videtur.

Si quantitas debetur respectu speciei, perempta specie debitor liberatur.

¶Si alteri Stichum hęres dederit,quem duobus dare damnatus fuerat: & antequã interpellaretur ab altero,Stichus mor-

Titiæ textores.]*CASVS.* Quidam habebat multos seruos textores qui non erant vernæ, id est, non erant nati ex ancillis textoris. & habebat vernas qui nõ erant textores,& multos alios qui erãt vernę simul & textores. & dixit taliter in testamẽto suo: Titiæ lego omnes textores meos, præter illos textores quos in hoc testamento legaui alij. Plotiæ autem lego vernas meos omnes,præter illos vernas quos legaui alij in hoc testamento. quæritur, quid erit de illis qui erãt vernæ simul & textores? Et dicitur quòd Titia & Plotia habebunt eos. & reddit rationem quare, quoniã nec quos &c.est aliara tio,hoc enim iuris &c. secus autem esset si ita dixisset:Textores omnes præter vernas lego. Titię:& vernas omnes præter toxtores lego Plotiæ. nã illo casu illi qui sunt vernę simul & textores, non videtur legati alicui earũ. [*NIHIL.*] Dixi.ŝ.e. plane secundo respõ. quòd illi qui sunt cõiuncti re & verbis, loco vnius habẽtur. nũc dicit quòd cõiunctionem facit dictio, cum. [*SI ALTERI.*]Legaui Stichum duobus insolidum. vnde tenetur hęres vni legatario ad dandũ Stichum, alteri æstimationẽ: vt.ŝ. eo.l.si plurib⁹.in vers. scilicet nisi ipse &c. fuit hæres interpellatus ab vno de legatariis vt soluat ei Stichũ, & postea apud legatariũ decesit Stich⁹ ãte quã interpellaretur hæres ab alio legatario ꝑ æstimatione. certe nõ tenetur ámodo hæres: quia non est factũ per eum vt Stichus moriatur.Viuianus.

k *Titiæ.*cũ quis testator haberet plures seruos textores:quosdã emptitios,quosdã natos de ãcillis, q dicũtur vernæ,dixit sic in testamẽto: Omnes seruos textores lego Titiæ, præter illos quos alij legaui hoc testamẽto.& omnes vernas lego Plotię,præter illos quos alij legaui hoc testamẽto.certe cũ omnes sint textores , nihil videtur primo legatũ quod in exceptione nõ videatur secũdo datũ:vnde perinde est ac si diceret: Titiæ & Plotiæ omnes seruos meos textores lego. secus quãdo primo omnes legat,& excipiendo nulli legat: quia nulli aliquid debetur. Nota ergo ꝙ exceptio debet discerni ab eo à quo excipit,vt valeat.

l *Intelligi possit.* subaudi , aliter quàm si apparuerit quot vernarum Titię legauit si non habes in textu hoc quod subiicit,aliter quàm si cognitum &c.

m *Exceptum.*sed sic simpliciter dictum, Titiæ textores, Plotiæ vernas lego.sed quidam illud habent in text.sed tunc est cõtra.ï. de leg.iij.l.seruis vrbanis.§.fi.Sol.ibi.Item contra.ï.de pec.legi. seruo manumisso.Sol.ibi.Itẽ cõtra.ï. de leg.iij.l.legatis seruis.§. si vnus.sed disimilis casus est. Ité dic vernam natũ esse ex ancillis nostris:vt insti. de leg.§.huic proxima. Ité adhuc cõtra,infra, de leg.iij.vxorem.§.codicillis.Sol.ibi ideo,ne diuidatur agnatio.

n *Nihil distat.*sic supra,commo.l.si vt certo.§.si me. &.ï.eo.l.si quis inquilinus.§.si ita.&.ï.de reb.dub.l.si is.§.j.&.ŝ.de vsufruct. accre.l.si quis Titio.Sed argu.contra.ï.de fun.instru.l.si cui.&.ŝ. depo.l.j.§.quæ depositis.Sol.vt ibi.

BIU Cujas

a *Non tenetur.* sic infra, eo.l.filiusfa.§.fi.& infra, de acti.& oblig. lis qui.& supra, eo.l.si hæres.& dic vtriq; insolidum legatum: vt supra, eo.l.si ex pluribus.§.penul.

Legato.] *CASVS.* Legaui tibi hominem in genere.certe tu legatarius qui habes electionem, non potes capere meliorem seruum de hæreditate mea, puta actoré, id est, castaldũ.nec hæres poterit dare deteriorem. vnde accipias mediocrem.secus si non legatui in genere: sed cum habeaé plures fundos Titianos, legaui tibi fundum Titianum: nec apparet de quo. nam tunc tu hæres habes electionem: sed si appareat, ille dabitur. & quod dixi in fundo, idem est in lâce legata. Viuianus.

g *Si nesciat.* quod pręsumitur : vt.ſ.de proba. l.verius. Sed quo modo suum factum ignorat? Repon.cõcesserat seruo vel procuratori aliquam rem obligare : nec dixerat quam. si autem probet obligasse , satis videtur sufficere : vt.ſ. ad Velleia.l. quanquam. nec obstat.ſ.de condic. indeb. l.sed & si me putem. vbi etiam in facto suo toleratur ignorantia:quia illud in damno vitãdo,quod sustineret sine sua vel antecessoris voluntate.Accursius.

h *Si sciisset obligatam.* quia erat coniuncta persona : vt.C.de fideicommiss.l.prædia.Accursius.

i *Vel potest.* repete,si non,quod trahitur ex verbo,nisi. & sic diuisim ponitur in repetitione, secundum Io. & facit.j.eo.l.ciuitatibus.§.fina.&.j.titu.j.l.Mæuius.circa princ.ibi,debitor autẽ &c. & sic not.tribus casibus hæredem luere.Accursius.

k *Doli exceptionem.* & nũc habet necesse probare illũ animum.

l *Exhibeantur.* id est,cedantur.

m *Suo tempore.* id est, ante sententiam in hypothecaria latam. ad quod est infra, de fideiuss. l.si fideiussorem.§.idem respon. Vel dic antequam soluat , licet post restitutam hypothecam per sententiam. nam adhuc viuit personalis contra debitorem. aliàs autem si post solutionem,secus: vt infra,de sol.l.Stichum.§.si mandato.&.l.Modestinus. Vel dic etiam post solutionem quam fecit luendo hypothecam. magis enim suæ rei liberãdæ causa soluisse videtur, quàm causa hæredis : vt.ſ.manda. l.Papinianus.& ideo non tollitur actio:vt.d.ll.& infra,de fideiuss.l.cum is.Sed quo iure ? Respon. officio iudicis hoc consequitur legatarius, vt ei fiat cessio vt subiicit, per iurisdictionem.

BIU Cujas

Domus.] CASVS. Domos meas tibi legaui post mortem hæredis mei: & postea fuerunt combustæ, & hæres refecit, & multis vicibus suis expensis. postea mortuus est hæres, & sic cessit dies legati. Certe debétur legatario illæ domus ab hærede hęredis: deducet tamen illud quod hæres expendit. & hoc si non fuerint combustæ domus culpa hęredis. aliàs si fuisset in culpa, hæres eius nó detrahet expensas. Sed quid si hæres hæredis tradidit legatario domos non facta detractione dictarum expensarum? Certe potest códicere à legatario. Sed quid si dictus legatari[2] refecit dictas domos ita combustas vt dixi, & mortuo hærede, & sic códitione legati existente, hæredis hæres vult deducere has impensas cum soluit legatũ domuum, quasi legatarius videatur donare ei ea occasione quia fecerat pendente códitione? Certe nó potest. & hoc dicit cum tribus legibus sequentibus. Viuianus.

a *Hæreditarias.* scilicet legatas. Accursius.

b *Exustas.* scilicet casu: vt.j. colligitur.

c *Æstimatis.* aliàs, æstimatis: & aliàs, examinatis. sed cum sciens in rem alienam impendit, non videtur posse deducere: vt. C. de rei vin. l. si quis sciens. quę est contra. Solu. ibi in propria sua re impendit, & nomine suo, licet alienã sciret: hic eo animo impendit, vt eũ haberet obligatum ad quem sciebat rem peruentură. Item hic personaliter erat obligatus: ibi nó, licet rei vindica. ibi teneretur: vt instit. de act. §. j. Item contra. j. eod. l. si ita legatum. §. fina. Solu. ibi in vita testatoris.

d *Si modo. Culpa.* lata vel leui. de leuissima non tenetur: vt nota. ff. eo. l. cum res. §. pen. Item caute dicit, eius: scilicet hæredis. nam sine alicuius culpa nõ fit facile incendiũ: vt. ff. de peri. & cómo. rei ven. l. si vendita. & facit. ff. de neg. gest. l. siue hæreditaria. & ff. manda. l. inter. §. sed cum seruus. Accursius.

e *Quod si nulla. Incerti.* huius actionis naturã habes. ff. de condic. inde. l. sed & si me putem. §. cum inter. Sed contra. ff. de condic. inde. l. si in area. vbi non conceditur possessio domino restituta propter impensas. Sol. hic erat legata sub conditione: & ea pendente extruxit eam hæres: ibi pure debebat restitui secundum R. Vel dic vt not. ff. de condic. inde. l. qui exceptionem. §. si pars. Accursius.

f *Vmptus.* Legatarius cui legatum erat sub cõditione, ea pendente refecit. conditione existente hæres vult deducere has impensas, quasi legatarius voluisset donare ea occasione, quia fecerat pendente conditione. Accursius.

g *Necessarios.* puta ex custodia & diligẽtia rei legatæ debita. R. & secundum eum reficit particulatim: puta circa sartatecta: vel etiam in totum. si id culpæ ratio non induxit: vt. ff. eo. l. cum res. R. & secundum hoc facit. j. de vsufru. lega. l. vij. §. quoniam. &. l. seq. Vel dic necessarios quoad rem, non quo ad personam legatarij. & omnia sunt plana. Accursius.

Si ancilla.] CASVS. Legata est mihi ancilla cum liberis suis. Certe si habet liberos, nihilominus ipsa debetur. & si ipsa mortua sit, relictis liberis, liberi debentur. Seruius tamen dixit contrarium, & male: & hoc dicit cum. l. seq. Viuianus.

LVIII. PAPINIANVS libro nono Responsorum.

DOmus hæreditarias[a] exustas[b], & hæredis nummis extructas, ex causa fideicõmissi post mortẽ hæredis restituendas, viri boni arbitratu, sumptuum rationibus deductis, & ædificiorũ ætatibus examinatis[c], respondi.

LIX. VLPIANVS libro trigesimotertio ad Edictum.

SI modò nulla culpa[d] eius incendium contigisset.

LX. IVLIANVS libro trigesimonono Digestorum.

QVòd si nulla retẽtione facta domũ tradidisset, incerti[e] cõdictio ei cõpetet, quasi plus debito soluerit.

LXI. PAPINIANVS libro nono Responsorum.

SVmptus[f] autẽ in reficienda domo necessarios[g] à legatario factos, petenti ei legatum cuius postea cõditio extitit, nõ esse reputandos existimaui.

Dictio cum, & dictio &, posita inter personas seruorum legatorum, æquiualent. hoc dicit cum. l. seq. Barto.

LXII. PAVLVS libro quadragesimoprimo ad Edictum.

SI ancilla cum liberis legata sit: & ancilla sola, si nõ sint liberi: & liberi soli, si non sit ancilla, debentur[h].

LXIII. CELSVS libro septimodecimo Digestorum.

SI ancillas omnes, & quod ex his natũ erit, testator legauerit: vna mortua, Seruius partum eius negat deberi: quia accessiõis loco legat[a] sit. quod falsum[i] puto. & nec verbis nec voluntati defuncti accommodata hæc sententia est.

Legatum quod confertur in alterius voluntatem, non valet. Barto.

LXIIII. GAIVS libro quintodecimo ad Edictum Prouinciale.

CAptatoriæ[k] † scripturæ simili modo neq; in hęreditatibus, neq; in legatis valent.

Dictio, præter, habet excludere id ad quod refertur. Barto.

LXV. IDEM libro primo de Legatis ad Edictum Prætoris.

SI ita legatũ sit, *Seio seruos decem do præter eos decem quos Titio legaui*[l]. si quidẽ decem tantum inueniantur in hęreditate, inutile est legatum. si verò ampliores post eos quos Titi[a] elegit[m], in cæteris valet legatum: sed nõ in ampliores q̃ decẽ qui legati sunt. quòd si minus sunt, in tantos[t] quanti inueniãtur[n].

Expressio eorũ quæ tacitè insunt per aliũ modum quã insint, aliquid operatur. Bar.

Illi, si volet, Stichum do. conditionale est legatum: & non aliter ad hęredem transit, quam si legatari[a] voluerit: quãuis aliàs, quòd sine adiectione *si volet*, legatum sit, ad hæredem legatarij[o] trãsmittatur. aliud est enim iuris si quid tacitè continetur: aliud si verbis exprimatur[p].

Si domus legata particulatim reficiatur, legatum non extinguitur: secus si in totum destruatur, & à testatore reficiatur. Bar.

Captatoriæ.] CASVS. Si instituto hęredẽ si Titius voluerit, nihil valet institutio. idem si lego sub eadem conditione. Et dicuntur captatoriæ. i. adulatorię. volebam enim captare beneuolẽtiã Titij prædicti. h. d. Viuianus.

k *Captatoriæ.* i. adulatoriæ. R. & sunt exempla. ff. de hære. instit. l. illa. & l. captatorias. & C. de test. milit. l. captatorias. sed in libertate tenet: vt. j. de fideicom. lib. l. fideicõmissa. Iteꝝ contra. j. tit. j. l. j. Solu. ibi. ADDITIO. Dic quòd ibi fuit collatum in arbitrium alterius: quod intelligitur boni viri: hic in liberam voluntatem alterius, secundum Barto. hic.

Si ita legatum.] CASVS. Legaui Titio decẽ de seruis meis: postea ita dixi: Lego Seio decem seruos præter eos decem quos Titio legaui. certe si tantum decẽ serui in hæreditate inueniãtur, Seij legatũ inutile est: quia illos decẽ debet habere Titius primus legatarius. si autem plures quàm decẽ serui in hęreditate inueniãtur, Titius primus legatarius primo accipiet suos decem, postea Seius accipiet reliquos si sunt decem, vel infrà. si autem sunt vltra decem, non accipiet vltra decem: quia non fuerunt ei legati plures. [*ILLI SI VOLET.*] Ita dixi in testamento: Titio Stichum do si ipse Titius volet. antequã dicat se velle Stichum, legatarius decessit. Certe nó transmittit ad hæredem suum legatum: quia cõditionale est. secus autẽ si nõ dixisset, si volet: quia bene trãsmittet. expressa enim nocent. [*SI DOMVS.*] Legaui tibi domum Titianam. illa domus destructa est, & postea refecta. nũquid debetur legatario? Et distinguitur: aut particulariter est refecta, & tunc debetur. aut simul tota cecidit, & ibi alia domus posita est, & non debetur. Viuianus.

† *Limita nũ valere quãtum ad institutionem legata: sed quoad distribuendam hæreditatem sic. Bal. in. l. cũ captatorias. C. de testa. milit. Bar. in. l. præsenti. vers. dignus. induxit ad quæstionem.*

† *In tantos, pro in tot, dictum est, Græcorũ imitatione, qui τοσοῦτος, pro tot & tantus vsurpant.*

l *Titio legaui.* cui vere legauerat. aliàs per hæc verba non videtur legare: vt. j. titu. j. l. Titia. in princ. Accursius.

m *Elegit.* eligit legatarius. sic. ff. eo. l. qui duos. secus in contractibus: vt. ff. de contrahen. emp. l. comprehensum.

n *Quanti inueniantur.* ad hoc. ff. de act. empt. l. qui fundum. §. qui agrum. & l. si debitor. §. j.

o *Ad hæredem legatarii.* sed videtur nõ valere: vt. C. de cõtrahẽ. emp. l. in vendẽtis. cõtra. Sol. hic etiã si non dicatur, tamen erit in eius arbitrio. ibi secus: vt. C. de act. & obli. l. sicut. Iteꝝ videtur non cõditionale. vt. ff. eo. l. iij. quæ est contra. Sol. ibi hæredi, hic legatario fuit apposita. ADDITIO. Dic q̃ istud nihil est dicere secundum Bart ideo dic aliter secundũ eundem q̃ hic exprimitur per alium modum quàm tacite inest. nam legatum acquiritur mihi etiam ignoranti: vt. l. cum pater. §. surdo. j. titu. j. sed hic exprimitur cõditio si velit expresse, & sic aliter quàm insit. ita not. in. l. si quis ita. ff. de condi. insti. & l. aliquando. de condi. & demon.

p *Exprimatur.* vt &. j. de condi. & demon. l. si ita expressum. &

l.nonnunquam. &.l.si in diem.& de regu.iur. l.actus. &.j.titu.j. l.j.&.iij.& infra,de verb.obliga.l.eum qui.§.fina. Sed argu.contra.j.de condit.& demon.l.aliquando.

a *Interire.* sic infra,de fun.instru.l.tabernam. &.j.de verb. obli. l.inter stipulantem.§.sacram. & infra, de solu. l.qui res.§.aream. & infra, tit.ij.l.si chorus.§.aream.&.ſ.quib⁹ modis vsusfru. amit.l. qui tamen.§.j. &.ſ.eo. l.certa.§.fin. Sed argu. cõtra.ſ.eo.l.seruum filij.§.areæ. Sed ibi est econtra casus.Item est contra.ſ.de pigno.l.si fundus.§.si res. Sed ibi de damno vitando agitur,hic de lucro captãdo. Item arg.contra.ſ. eo.l.si grege. in fi. Sed ibi cõbusta, & non refecta. hic destructa, & refecta. & sic nihil fit ibi à testatore p quod videatur mutari volũtas.Accursius.

†De materia dilationis rei legatæ, vide ad longum per Bar. in.l.is cui.§.postquã.j.vt in posſ.le.Bal. in.l.1.ſ.ſi certum pe. Cy.& Bal. in.l.2.C.ad Trebell.

†Si domus fuerit legata: licet particulatim ita refecta sit, vt nihil ex pristina materia supersit, tamen dicemus vtile manere legatum. at si ea domo destructa aliam eodẽ loco testator ædificauerit, dicemus interire[a] legatũ:nisi aliud testatorẽ sensisse fuerit adprobatum.

Valet legatum de re emenda vel vendenda iusto pretio.Barto.

LXVI. IDEM libro octauodecimo ad Edictum Prouinciale.

ET si æquo pretio emere vel vendere iusserit hęredem suum testator, adhuc vtile legatum est. Quid enim si legatarius à quo emere fundũ hęres iussus est, cũ ex necessitate eum fundũ venderet[b], nullum inueniret emptorem? vel ex diuerso, quid si legatarij magni interesset eum fundũ emere[c], nec aliter hæres venditurus esset, quàm si testator iussisset?

Traditio rei legatæ differtur ex causa legitima.Bartolus.

LXVII. IDEM libro primo de Legatis ad Edictum Prætoris.

SEruus†vni ex hęredibus legatus[d] si quid in hęreditate malitiosè fecisse dicatur, fortè rationes[e] interleuisse: non aliter adiudicãdus[f] est,quam[vt] ex eo volentibus cohæredibus quæstio habeatur. Idem est,&

b *Venderet.*id est,vendere vellet.& dic, necessitate rei familiaris, quæ necessitas non facit rescindi venditionem: vt.C. de rescin. ven.l.non idcirco.

c *Emere.* quia confines fundos habet: vt.j. tit.j.l.si cui fundus.vel quia maiorũ eius fuit.ſ.de mino.l.si in emptione.& facit.j.tit.ij.l.qui concubinam.§.si fundus.Accursius.

Seruus.] CASVS. Institui mihi tres hæredes: & vni eorum prælegaui Stichum seruum. sunt modo hæredes coram iudice ad diuidendam hæreditatem: & ille cui prælegatus est seruus, petit eum sibi adiudicari.cohęredes volunt eum prius facere torqueri propter malitiam quam in hæreditate commisit. Certe audiuntur cohęredes.& idem est si legatus esset extraneo. [SI EX PLVRIBVS.] Institui mihi quatuor hæredes, & dixi, Titius meus hæres & Seius hæres meus dent Sempronio viginti, sicque tenentur dare pro virilibus partibus: vt.ſ.eo.l.turpia.in fin.postea dixi: volo quòd Sempronius prædictus det fundum eisdem hæredibus meis. certe sicut dicti hæredes dederunt illa viginti Sempronio pro virili: ita debent habere fundum pro virili. & sic non obstat.ſ.e.l.plane.§.si duobus. Viuianus.

d *Legatus.* id est,prælegatus.Accursius.

e *Rationes.* vel per se cõfectas:vt.j.e.l.seruo.§.seruus.vel aliàs, vt.ſ.famil.ercisc.l.his consequenter.in princ.

f *Adiudicãdus.*vt in iudicio famil.ercisc.vt.C.fami.ercisc.l.si qua.

g *Si ex pluribus.* tres sunt hæredes,vnus in sex,alter in quatuor vnciis, tertius in duabus vnciis institutus,& in sex institutus rem suam dare duobus iussus est, vel à legatario cui centum legauerat, præcepit dari fundum duobus. ab his enim potest legari: vt institu. de lega.§.non solum. si autem res erat testatoris, & tunc idem in parte qua valet legatum. nam pro parte duorum quibus legatur, non valet: vt.j.eo.titu.l.legatum.§.j.

h *Habere debent.* cum propriis expresis nominibus eis fuisset relicta: vt.j.ad Trebel.l.nonnunquam. & supra,eo.l.turpia.§.fi. & infra, de stipu. ser.l.si seruus communis. si autem appellatiuis, tunc pro hæreditaria: vt.ſ.eo.l.planè.§.si duobus.&.j.eo l.si hæredes. quæ sunt contra . Alij dicunt quòd hic plures erant instituti ex eisdem partibus, & legatũ eis simpliciter relictum, ideóque in virilem admittuntur.quod non placet. A

Si post mortem.] CASVS. Filio tuo post mortem tuam aliquid legaui.certe valet legatum.Sed pone quòd legaui seruo tuo post mortem tuam.certe & hic valet legatum.Sed cui acquiritur? & distinguitur: Aut tu dominus cum decederes instituisti alium seruũ tuum hęredem,aut alium hęredẽ. si non instituisti alium tuum seruũ:dictus seruus cui legaui,acquirit hæreditati tuæ, & per cõsequens hæredi tuo: & hoc si seruũ tuũ cui legaui,non manumisisti in testamento tuo. Idem tamen est, & si eum liberum esse instituisti, scilicet vt acquirat legatũ hæreditati tuæ, & per cõsequens hæredi: quia dies legati à me sibi relicti post mortem tuam domini cedit à morte tua domini,& ita antequã adeatur hæreditas tua per hęredẽ tuum,& ita antequam libertas cõpetat ex testamento tuo huic seruo cui legaui post mortem tuam.dies enim libertatis nõ cedit nisi adita hæreditate. Si autẽ tu dominus serui cui legaui, instituisti tibi hæredẽ alienum seruum tuum,& dicto seruo cui legaui, libertatem in testamento tuo dedisti: tunc legatum quod reliqui dicto seruo, post mortem tuã domini ei seruo libero facto acquiritur, & sic hæredi tuo necessario,id est seruo quem instituisti: quia dies dicti legati & dies libertatis ei à te demino relictæ, in vna hora cedit, id est statim te domino serui mortuo.vnde cum sit liber eo tempore quo cedit dies legati,non est mirum si ei acquiritur. quòd autem dies libertatis cedat statim mortuo te domino, apparet eo quòd hæres tuus prædictus scilicet seruus tuus alius est tuus hæres statim mortuo te, siue velit, siue nolit: vt instit.de hære.quali.& diffe.in princ. [SI PVRE.] Legaui Titio seruum pure: postea dixi, si nauis ex Asia venerit vsque ad mensem, do eidem seruo libertatem. certe aut venit nauis, & valebit libertas: aut non venit, & valebit legatum Titij. videtur enim legatus dictus seruus dicto Titio si non venerit nauis, ex quo est eidem seruo data libertas si venerit nauis, sicque legatum conditionale effectum est: & ideo si intra mensem Titius decedat,non transmittit ad hæredem suum legatum. Sed pone quòd dicto Titio legaui dictum seruum pure: vt supra, & à Paschate in antea iussi eum esse liberum, vel etiam post mortem eius legatarij. certe videtur relictum legatum Titio si Pascha non venerit, vel mortuus non fuerit legatarius, vt dictum est supra,quando sub cõditione fuit ei data libertas. quia autem certum est Pascha venire debere,& morituũ legatarium non valet legatum. Viuianus. B C D

i *Durabit.* seruus sub.& moriatur dominus.Accursius.

k *Iussus.* non tamen institutus: vt subiicit.

l *Existat.* ergo antequam libertas huic seruo cõpetat: quia cedit libertas à die aditæ hæreditatis,sed dies legati a die mortis:vt C.de cadu.tollen.l.prima.§.j.&.§.in nouissimo. & ita acquiritur huic seruo legatum, & per eum hæreditati non aditæ, & per hæreditatem futuro hęredi.& facit supra,si certum peta.l.eius qui in prouincia.ver.quòd si sibi.secundum H.

m *Existat.* domino aliquis. ergo libertas competit seruo relicta, quia cum cedit dies legati, liber est. Azo.necesse est ergo vt adita

Si extraneo fuerit legatus.

Nominati per nomina propria, vocantur in viriles.Barto.

†Si ex pluribus[g] hæredib⁹[&] ex disparibus partibus institutis, duobus eadẽ res legata sit: hæredes non pro hæreditaria portione, sed pro virili id legatum habere[h] debent.

Quo ad adquisitionem inspicitur dies legati cedentis: & si occurrit in puncto, fauemus ei cui legatum est.Barto.

LXVIII. IDEM libro octauodecimo ad Edictum Prouinciale.

SI post mortẽ patris filio legetur, dubium nõ est quin mortuo patre ad filium pertineat legatũ. Nec interest an patri hæres extiterit,nécne.Sed si seruo post mortẽ domini relictum legatum est:si quidem in ea causa durabit[i], ad hæredem domini pertinet: vsque adeò, vt idem iuris sit & si testamẽto domini liber esse iussus[k] fuerit. Ante enim cedit dies legati, q̃ aliquis hæres domino existat[l]: quo fit, vt hæreditati adquisitum legatũ, postea hærede aliquo existente, ad eum pertineat: præterquam si suus hæres aliquis aut necessarius domino ex eo testamento factus erit. tunc enim quia in vnũ concurrit vt & hæres existat[m],& dies

BIU Cujas

adita sit hæreditas, vt valeat legatum libertatis & pecuniarum. & sic est contra infra, titu. j. l. peculium. §. Titio. ij. respon. Solu. necesse est adiri hæreditatem eius qui libertatem reliquit, vt hic: nō eius post cuius mortem alij reliquit: vt ibi. Azo. & facit infra, de optio. lega. l. si optio. & infra, titu. j. l. statuliberum. &. l. quod seruus. Accursius.

a *Non pertinet.* videtur enim legatū ita esse, si cōditio aduenerit. Io. vt. j. de cōdit. & demon. l. aliquando. in fi. & ideo ea pendēte nō trāsmittit: vt hic, &. C. de cadu. tol. §. fin autē.

b *Certum est.* alioquin legatū serui est in suspenso: vt &. C. de necess. ser. l. pen. §. fina. & supra, proxi.

c *Inutile.* libertas tamen tenet: sed videtur etiam primum valere: vt j. titu. j. l. peculiū. §. fina. quę est cōtra. Sol. hic primo fuit legatus, & postea liber esse iussus: ibi vero econtra. quod non placet: argu. infra. titu. j. l. si idē. Dic ergo secundum H. hic directam fuisse libertatem relictam, vel fideicommissariam ab hærede præstandā: ibi de fideicommissaria, & ab hærede legatario præstanda. Accursius.

Seruo.] CASVS. Legaui tibi seruū: & eidem seruo legaui decem. valet vtrumque legatum. Secūdo dicit, legaui tibi seruum sub conditione, & interim hęres meus eum manumisit. venit postea conditio. certe non extinguitur legatum: & vindicat eum legatarius ab eo qui possidet. Tertio dicit: Institui quatuor hæredes, & iussi duos eorū soluere debitum quo Titio tenebar & Sempronio. certe creditores non agūt contra eos: immò alij hęredes quorū interest vt isti etiam soluant. & ita alius habet actionē ex testamento, & non ille cui iussit testator dari. & hoc etiam euenit in alio casu qui plane ponitur in litera. Quarto dicit: Legaui tibi fundū Titianum. reperitur postea quod debet seruitutē. certe talis debet legatario dari, qualis est: id est, seruiens. Secus autem si ita dixit: Lego tibi fundum Titianum vti optimus maximúsque est. quia liber præstari debet tunc. Quinto dicit: Legaui tibi Stichum seruum. tu petis ab hærede. hæres dicit, non dabo tibi nisi ipse seruus reddat mihi rationes quas administrauit. vnde fuerunt propter hoc coram iudice. certe audiri debet hæres. Sexto dicit: Legaui tibi seruū meum qui in fuga existebat. decessi, & dubium est nunc vtrum viuat dictus seruus vel non. certe hæres debet tibi legatario cauere quòd eum persequetur, & tibi restituet si eum habere poterit. Viuianus.

d *Adita.* veritate inspecta: vt & infra, eodem. l. si tibi homo. §. cum seruus.

e *Legatum.* id est, res legata sequitur seruum. & sic ab adita hæreditate cedit dies legati relicti à domino seruo legato: vt hic, & C. de cad. tollen. §. in nouissimo. si autem ab extraneo relinquatur tali seruo, tunc inspicitur tempus quo cedit dies legati: vt si ante aditam hæreditatē cederet, tunc hæreditati & per eam hæredi futuro. si autem post, tunc legatario: vt. j. tit. j. l. quod seruus. & supra. l. proxi. circa princ. & facit. j. de opti. leg. l. si hæres.

f *Alienauerit.* sed manumittere non potest: vt. j. qui & à quib. l. generaliter. §. j. & arg. C. si man. ita fue. al. l. ea quidem. sed hodie nec alienare: vt. C. communia de lega. auth. res quæ. Accursius.

g *Legatario.* id est, legatarius poterit vindicare: vt infra, de cōditio. & demon. l. fundū. in medio autem, an teneat alienatio, dic vt C. communia de lega. l. fin. §. sin autem.

h *Sed cohæredes.* vt &. s. fami. ercis. l. si filia. §. si pater. &. §. idem Papini. Accursius.

i *Non enim gener.* sic j. titu. ij. l. fideicōmissa. §. interdum. & infra, de libe. lega. l. non solum. §. j. in fi. &. l. Aurelius. §. pe. & de iure do. l. cū pater. Sed contra. C. de do. pro. l. si pro te. Sol. ibi stipulatio: hic legatum. Item contra. s. de iure dot. l. tali. & infra, de condit. & demon. l. Titio. §. fina. vbi etiam sponso competit actio ex testamento. Solu. vt in. l. Titio. notatur. Itē contra. j. de libe. lega. l. iij. in fin. Sol. alius est ibi casus. & adde quod not. supra, eo. l. si ita legatum. §. fina.

k *Maxime.* hoc ideo, quia viri interesset, propter fructus: vt. C. de iure do. l. pro oneribus. & reipublicę: vt supra, solu. mat. l. j.

l *Qualis est.* vt &. j. titu. j. l. Męuius. §. pen. & arg. s. eo. titu. l. si à substituto. §. fina.

m *Præstādus est.* sic. s. de contrahen. empt. l. cum venderes. & de euic. l. pen.

n *Seruus qui in negotio.* id est, qui domini negotium gesserat.

o *Tradi debet.* extra ius, vt differat à seq. resp̄. Ille agit ex legato cuius interest, licet ad eum verba non dirigantur. Bart.

¶ Si testator quosdam ex hęredibus iusserit æs alienum soluere: non creditores [eius] habebunt aduersus eos actionem, sed cohæredes [h], quorum interest hoc fieri. Nec solum hoc casu alius habet actionē, quàm cui testator dari iusit: sed alio quoque, veluti si filiæ nomine genero aut sponso dotem dari iusserit. non enim gener [i] aut sponsus, sed filia habet actionem, cuius maximè [k] interest [indotatam non esse.]

Species legata debet dari talis qualis est: nisi aliud sit expressum. Bart.

¶ Si fundus qui legatus est, seruitutem debeat impositā: qualis est [l], dari debet. Quòd si ita legatus sit, *vti optimus maximúsque*: liber præstandus [m] est.

Seruus qui in negotio [n] fuerit legatus, non ante tradi debet [o] quàm rationes explicet [p]. & si ad iudicium itum sit, iudicis eædem partes esse debent.

Si dubitatur, an res legata existat, hæres debet cauere de persequendo & restituendo si eam inuenerit. Bart.

¶ Si res quæ legata est, an in rerum natura sit dubitetur, fortè si dubiū sit, an homo legat [q] viuat: placuit agi quidē ex testamento posse: sed officio iudicis cōtineri, vt cautio interponeretur qua hęres caueret eā [se] rem persecuturum, & si nactus sit, legatario restituturum [q].

Si res in qua vel pro qua ius habeo, peruenit ad me sub spe restituendi, possum per retentionem conseruare ius meum. Bart.

LXIX. IDEM libro secundo de legatis ad Edictum Prætoris.

SEruo legato legari posse receptū est: quòd adita [d] hæreditate statim seruus adquiratur legatario, deinde sequatur legatum [e].

Alienatio rei sub conditione legatæ vires legati non perimit. Bart.

¶ Si seruum sub conditione legatum hæres alienauerit [f], deinde conditio extiterit: potest nihilominus à legatario [g] vindicari: nec extinguitur legatū.

LXX. IDEM libro octauodecimo ad Edictum Prouinciale.

SI seruus Titij furtū mihi fecerit, deinde Titius hærede

p *Explicet.* facit. C. de bonis proscript. l. j. &. s. e. l. seruus vni. & infra, famil. ercis. l. is cum. in princ.

q *Restituturum.* infra, eo. l. si seruus legatus. in princ. &. s. eod. l. cum seruus. &. l. cum res. §. sed si nulla. Accursius.

SI seruus Titii.] CASVS. Seruus Titij mihi furtum fecit. dictus Titius me instituit hæredem, & eundē seruum Sempronio legauit. certe non ante dabo legatario dictum seruum, quàm ipse me indemnem conseruet de dicto furto. Et idem est, si fecit mihi furtum postquam Titij domini sui hæreditatem adiui: vt in fin. l. Item ponit simile tale: Titij fundus meo fundo seruitutem debebat. dictus Titius me instituit hæredem, & dictū suum fundum seruientē legauit à me sub cōditione Sempronio, & ita dominium dicti fundi seruientis meum factum est: sicq; extincta est seruitus quam meo fundo debebat. petit Sempronius fundum sibi legatum à me hærede. certe nō debeo ei prius tradere dictū fundum seruientē sibique legatū, quàm ipse constituat mihi in eo de nouo seruitutē: sicut & prius quàm hæres essem institutus, habe-

BIU Cujas

bam. Sic euenit etiam alibi. mandato meo seruũ mihi emisti. ille seruus fecit tibi furtum, vel antequam eum nomine meo emeres, vel post. certe dictum seruum non teneris mihi restituere, nisi cõ seruem te indemnem de dicto furto. Et idem est in isto alio casu: Emisti à me seruũ, qui seruus fecit tibi furtum, vel antequam à me emeres, vel post. inueniſti postea eum vitiosum esse: ideoque egisti cõtra me redhibitoria, vt redderem tibi pretium serui, & tu mihi seruum. certe nõ solũ teneor tibi restituere pretiũ serui, sed etiã cõseruare indemnẽ te de furto quod tibi seruus fecit. & hoc si fui cõdemnatus in redhibitoria. Viuianus.

a *Legauerit.* sub cõditione vel in diẽ, vt aliqua sit dubitatio.

b *Is fecerit.* ſ. mihi. ad quod infra, de furt. l. à Titio. & l. si seruus cõmunis.

c *Recipiã.* vt &. j. e. l. legatũ. §. fi. &. ſ. de serui. l. Papinian⁹. aliud in seruitute personali vsusfructus: vt. j. titu. j. l. is cui. &. l. cum filius. §. dominus. quę sunt cõtra. & est ratio: vt ibi in. §. dominus.

*Flo. sufferatur

d *Seruũ emit.* vt. ſ. mãda. l. inter causas. §. sed cum seruus. Accursius.

e *Redhibet.* ſ. de ædil. edic. l. cũ autẽ fili⁹. §. Iulian⁹. & facit. j. ad Trebel. l. cũ hęreditas. Ac.

f *Quare.* & sic redit ad primum casum.

g *Legatario.* nã & si esset manumissus, actione in factũ teneretur ex illo edicto. j. si qs testali. esse iuſ. su. l. prima.

Si domus.]CASVS. Legaui tibi domũ in genere. aut habebã domũ vel domos: & valet legatũ, & habet hęres electionem. aut nõ habebam, & nihil valet. Secundo dicit: Legaui tibi domum in genere, vt dixi. nunquid tenetur hæres meus tibi de euictione cauere? & si quidẽ prẽstet eam tibi sine iudicio, & tibi euincatur: habes adhuc actionem ex testamento. si autem priusquã daret, permisit se ad iudicium vocari: iudex debet facere vt hæres promittat de euictione. Tertio dicit: Legaui tibi pecuniam, & hæres confitetur hoc coram iudice. certe iudex debet ei dare ad suum arbitrium spatium ad soluendum. Quarto dicit: Si lego tibi aliquid, & hæres illud habet, tenetur illud dare tibi legatario: nisi habeat iustam causam quare non det. & de hoc duo plana exempla ponit. hoc dicit cum sequen. l. Quinto dicit: Municipes fundum suum Titio in emphyteusin dederunt. Titius legauit eis dictum fundum. certe valet legatum ratione iuris quod in eo habet Titius. & idem si leget alij. nam semper videtur ius legare, & non proprietatem fundi, cum eam non habeat, immò municipes. Viuianus.

h *Simpliciter.* sensit tamen de certa, licet nesciamus de qua: vt infra, eo. l. legato. §. j.

i *Habebat.* sic & infra, de auro & argen. leg. l. si vxori. in fi.

k *Reliquerit.* id est, non habuerit. Accursius.

l *Deriſorium.* quoniam non natura, sed nostra destinatione domus & fundus cõstituuntur: vt supra. e. l. quod in rerum. §. si quis post. & facit supra, de iur. do. l. cum post. §. gener. Sed arg. cõtra. j. de tri. vi. & ole. lega. l. iij. &. C. de donat. l. si quis ar. §. sin autem. sed ille in quantitatibus vel generibus. & not. vt supra, eo. l. legato. in princ. Accursius.

m *Sine iudicio.* hæc verba, sine iudicio, determinant illud verbum, præstita, non illud, euincitur. Azo.

n *Ex testamento.* nec enim potest implorare iudicis officium, vt caueat de euictione quia non est actio cui seruiat. est enim solutione sublata: quod est vbi iudicio petitur.

o *Petita.* ab hærede.

p *Ex stipulatu.* & nihilominus ex testamento. alioquin contra: vt infra, de except. rei iudi. l. euidenter. &. j. de regu. iur. l. non solet. & l. nemo enim. H. vel sic: Alioquin si cautũ non sit: nõ ex stipulatu, sed ex testamento agetur licet dicat contra Azo. & no. secundum R. aut genus legatur, & hic debetur euictio magis ex qualitate quàm titulo siue obligationis specie: vt supra, eod. l. si à substituto. §. hæres. & infra, titu. ij. l. qui concubinam. §. si hæres. & supra, de euict. l. hæres seruũ. Aut legatur species aliena. de propria enim frustra quæreretur: nisi forte in pignerata: vt. C. de fideicommiſ. l. prædia. & instit. eo. §. sed si rem. legatur quidem res aliena aut à sciente, aut ab ignorante, seu tacente. primo casu debetur euictio: vt. C. eod. l. cum alienam. & instit. eo. §. non solum. &. j. titu. ij. qui concubinam. §. fin. secũdo & tertio aut cõiunctæ personæ: & hic debetur euictio, nisi aliàs non legatorũ prædecẽtis causę nullę vel etiã finitæ error adlegandum induxisse præsumitur quempiam: vt infra, eo. l. cum alienam. & infra, de auro & argen. lega. l. Quintus. & infra, tit. j. l. cum pater. §. euictis. & infra, de vsufru. le. l. Sticho. & supra, eo. l. quod in rerum. in princ. &. §. j. aut extraneè, & hoc casu cessat euictio: vt infra, titu. j. l. vnum. §. si rem. & instit. eo. §. non solum. &. C. eo. l. cum aliæ. & infra, de auro & argen. lega. l. qui vxori. Ro. de donatore dic vt nota. C. de euict. l. ij. Accursius.

q *Modicum tempus.* quod indulgetur condemnatis: vt supra, de iud. l. si debitori. Io. Alij dicunt ad arbitrium iudicis: vt infra, de iur. delib. l. j. & hic subiicit. & facit infra, de iure fis. l. in fraudem. §. fiscalibus. & infra, de solu. l. quod dicimus. in fin. titu. & infra, de re iudi. l. ij. & de suc. edi. l. j. §. licet. & infra, de col. bo. l. si quis filium. §. fina. &. ſ. de procu. l. si reus.

r *Adfirmet.* dabitur ergo iusta æstimatio: vt hic, & infra, tit. ij. l. qui concubinam. §. fina. &. l. nondum. §. fina.

s *Præstare.* habetur ergo ratio affectionis rei. & sic est contra supra, de ope. ser. l. fin. sed non habetur ibi ad vtilitatem actoris, sed rei sic: vt hic. Item not. aliud pro alio solui. sed regulariter contra. quæ dic vt no. supra, si cer. pe. l. ij. §. j. & facit infra, proxi. §. &. C. commu. vtriusque iu. l. possessorium.

t *Non impetrauit.* quia erat in specie, secus si in pondere: vt infra, de auro & argen. lega. l. ij. &. l. cum certum. & facit. C. de donatio. l. si quis argentum.

¶ De euictione, an cauere debeat is qui seruum præstat ex causa legati, videamus. Et regulariter dicendum est, quotiens sine iudicio [m] præstita res legata euincitur, posse eam ex testamento [n] peti. Cæterùm si iudicio petita [o] est: officio iudicis cautio necessaria est, vt sit ex stipulatu [p] actio.

Confitenti sit præceptum de soluendo à iudice, & datur terminus ad soluendum: & ex causa permittitur vt soluatur æstimatio pro specie, sine causa non. Barto.

¶ In pecunia legata confitenti hęredi modicum tempus [q] ad solutionẽ dandum est, nec vrgendus ad suscipiendum iudicium. quod quidem tempus ex bono & æquo prætorem obseruare oportebit. ¶ Qui confitetur se quidem debere, iustam autem causam adfert cur vtique prẽstare nõ possit, audiendus est: vtputa si aliena res legata sit, negetq; dominum eam vendere, vel immensum pretium eius rei petere adfirmet [r], aut si seruum hęreditarium neget se debere præstare, fortè patrem suum vel matrem, vel fratres naturales. æquissimum est enim concedi ei ex hac causa æstimationem officio iudicis præstare. ¶ Cum alicui poculum legatum esset, vellétque hæres æstimationem præstare [s], quia iniquum esse aiebat id separari à se, non impetrauit [t] id à prætore. Alia enim cõditio est hominum, alia cæterarũ rerum. in hominibus

Legatum incertum rei quæ habet fines facto hominis, valet si in patrimonio reperiatur: alias secus. Bartolus.

LXXI. VLPIANVS libro quinquagesimoprimo ad Edictum.

SI domus alicui simpliciter [h] sit legata, neque adiectum [sit] quæ domus, [cum de certa domo testator senserit, non tamen appareat de qua:] cogentur hęredes quam domũ vellet ex his quas testator habebat [i], legatario dare. Quòd si nullas ædes reliquerit [k], magis deriſorium [l] est quàm vtile legatum.

Re legata euicta non præstita cautione, agitur ex testamento: sed antequam euincatur, officio iudicis cautio postulatur. Bar.

a *Supra.* sic supra, proxi. §. Accursius.
b *Si fundus municipum.* qui municipes dederunt in emphyteusin.
c *Legatus.* ab emphyteuta. Accursius.
d *Possit.* à municipibus.
e *Municipum.* directo dominio.
f *Aliquod ius.* id est, vtile dominium.
g *Habuit.* aut ergo est plene legantis, aut hæredis, vel extranei prorsus: & tunc dic vt institu. de leg. §. nó solũ. & supra, ea. l. §. qui confitetur. aut in aliena, sed legat⁹ habet in ea aliquod ius: & tunc id solum videtur legare, scilicet ius quod habeti vt hic, & infra, eo. l. si cui. §. fin. &. l. non quocunque. §. j. & infra, de libe. leg. l. j. in fi. & supra, eo. l. senatus. §. fi. & argu. supra, de contrahen. emp. l. qui tabernas. &. ẽ. eo. l. seruũ. §. fi. Accursius.

Si quis.] CASVS. Habebam fundum nomine Cornelianũ: in angulo cuius fundi erat aliquantulum vineæ. feci testamentum, & eum talibus verbis interuenientibus legaui, lego Titio fundum Cornelianum exceptis vineis quæ ibi erunt tempore mortis meæ: post autem mortẽ meã incidi vineam quæ erat in dicto angulo tẽpore testamẽti mei. certe nihilominus angulus fundi vbi fuerat vinea, legatarij erit. Vi.

h *Cornelianum.* in cuius parte erant vineæ.
i *Erunt.* futurum facit conditionem scilicet hoc verbum, erũt. præsens, scilicet sunt, demõstrationem facit: vt. ẽ. eo. l. Stichum qui meus. & facit infra, de auro & ar. leg. l. si quis ita. &. l. fin. in prin.

Si hæres.] CASVS. Iussi hæredi meo vt ita faciat quòd Lucius habeat centũ. certe tenetur Lucio dare centũ. Secũdo dicit quòd nó solum ciuitatibus, sed etiam vicis legari potest. Vinianus.

k *Centum dare.* immò non: quia reũ locupletem offerendo liberabitur: vt supra, si cer. pe. l. fi. §. fin. &. j. de verbo. obliga. l. ista stipulatio. §. eum. Solu. secundum R. in testamentis verba ª plenius quàm in stipulationibus exponũtur. ibi siquidem magis rigori statur.

l *Vicis legata.* Villa castellum dicitur, vici qui nulla ciuitatis dignitate honorantur. sed quia vice ciuitatis reguntur, vici dicuntur. vel dic quia viis, non muris clauduntur, secundum H.

m *Ciuitatibus.* de quibus constat: vt infra, eo. l. ciuitatibus. &. ẽ. eo. l. si quis à filio. & infra, ad Trebel. l. omnibus. &. C. de hære. institu. l. hæreditatis. Accursius.

Licet.] CASVS. Institui hæredem filium meum, & ab eo legaui centum, posteà ei substitui Titium. mortuus fuit hæres, ff. Infort.

enim benigna ratione receptũ est quod supra ª probauimus.

Ei qui habet dominium directum, potest legari ab eo qui habet vtile: & in dubio videtur quis legare ius quod habet in re. Bartolus.

¶ Si fund⁹ municipum ᵇ vectigalis ipsis municipibus sit legatus, ᶜ an legatum consistat, petiúe possit, ᵈ videamus. Et Iulianus libro trigesimooctauo Digestorum scribit, quãuis fundus vectigalis municipum ᵉ sit, attamẽ quia aliquod ᶠ ius in eo is qui legauit habet, valere legatum. Sed & si non municipibus, sed alij fundũ vectigalem legauerit: nõ videri proprietatẽ rei legatã, sed id ius quod in vectigalibus fundis habuit. ᵍ*

Exceptio rei quæ non reperitur, nihil importat. Bartolus.

LXXII. PAVLVS libro quadragesimooctauo ad Edictum.

SI quis legauerit fundũ Cornelianum, ʰ exceptis vineis quæ mortis eius tẽpore erũt: ⁱ si nullæ vineæ erunt, legato nihil decedit.

Qui iussus est facere vt habeam, tenetur mihi dare. Bartolus.

LXXIII. GAIVS libro tertio de legatis ad Edictum Prætoris.

SI hæres iussus sit facere vt Lucius centum habeat, cogendus est hæres cẽtum dare: ᵏ quia nemo facere potest vt ego habeam centum, nisi mihi dederit.

Vicis potest legari, sicut ciuitatibus. Bar.

¶ Vicis legata ˡ perinde licere capere atque ciuitatibus, ᵐ rescripto Imperatoris nostri significatur.

Legata ab instituto relicta cẽsentur tãtum repetita à substituto vulgari: nisi ex aliqua cõiectura de contraria voluntate defuncti constet. Alexand.

LXXIIII. VLPIANVS libro quarto Disputationum.

LIcet Imperator noster cũ patre rescripserit videri voluntate testatoris repetita à substituto, quæ ab instituto fuerãt relicta: tamen hoc ita erit accipiendum, si nõ fuit euidens diuersa voluntas (quæ ex multis colliget) quòd quis ab hærede legatum vel fideicõmissum relictũ, noluerit à substituto deberi. Quid enim si aliam rẽ relinquit à substituto ei fideicõmissario vel legatario, quã ab instituto non reliquerat? Vel quid si certa causa fuerit, cur ab instituto reliquerat, ⁿ quæ in substituto cessaret? Vel quid si substituit ex parte fideicommissarium, cui ab instituto reliquerãt fideicõmissum? In obscura igitur voluntate locum habere rescriptũ dicendũ est.

Valet legatum si in arbitrium hæredis tanquam in bonum virũ collatum sit. Bar.

LXXV. IDEM libro quinto Disputationum.

SI sic legatum vel fideicommissum sit relictum, *si æstimauerit hæres, si comprobauerit, si iustum putauerit.* & legatum & fideicõmissum debebitur: º quoniã quasi bono viro ei potius commissum est, non in meram volũtatem hęredis collatum. ᵖ

Defectus debiti demonstrati quantitate non expressa facit deficere substantiam legati. idem si quantitas exprimatur, & ipsi debitori vel tertio relinquatur: secus si per debitorem creditori. Bartolus.

¶ Si mihi quod Titius debet, ᑫ fuerit legatum, neque Titius debeat: sciendũ est nullum esse legatum. Et quidem si quantitas non sit adiecta, euidenti ratione nihil debebitur: quia nõ apparet quantum fuerit legatum. ʳ Nam & si quod ego Titio debeo, ei legauero quantitate non adiecta: constat nullum esse legatum: cũ si decem quæ Titio debeo legauero, nec quicquàm Titio debeam, falsa demonstratio nõ perimit legatũ, ˢ vt in legato dotis Iu-

A & sic substitutus habuit hæreditatem. Certe bene tenetur præstare legatum ab instituto relictum, nisi appareat contraria voluntas mea testatoris expresse vel etiam tacitè: quod potest apparere in tribus exemplis, quæ hic plane ponuntur. & hoc dicit. Viuia.

n *Reliquerat.* fideicõmissum. tunc enim non videtur repetitum: vt infra, titu. j. l. Latinus. & facit. j. eo. titu. l. Titio. §. Iulianus. &. l. cum patronus. &. l. cũ pater. §. ab instituto. & C. ad Trebel. l. nõ iustam. &. ẽ. titu. j. l. quidam. &. j. eo. l. seruo alieno. §. penul. &. ẽ. eo. l. si quis à filio. in prin. & infra, de ali. & ciba. leg. l. Gaia. Accursius.

Si sic legatum.] CASVS. Quamuis in expressa voluntate hęredis non possit legatum committi, tamen tãquam bono viro bene potest cõmitti: veluti si dicat testator, Lego Titio si hęres ęstimauerit &c. Secundo ponit tres casus. Primus est talis: Lego Titio quod mihi debet Sempronius. & in veritate nihil mihi debet Sempronius. certe nihil valet legatum. & idem est si dixi, lego Titio decem quæ mihi debet Sempronius. & Sẽpronius nihil debeat. &. h. d. in versiculo, proinde &c. vsque ad fi. §. probat per similia quare non valet legatum. Secundus casus est in versiculo, nam & si. &c. & est talis: Lego Titio quod ei debeo. & in veritate nihil ei debeo. & nõ valet legatum: quia non fuit adiecta quantitas. si autem adiiceré quãtitatem certã, valeret: quia falsa demonstratio & cætera. Tertius casus est in versiculo, quòd si addiderit & cætera. & est talis: Lego Titio decem quæ ipse mihi debet. & in veritate ipse nihil mihi debet. & non valet legatum: quia ego testator posui in legãdo falsam causam siue cõditionẽ, quæ bene vitiat legatum. h. d. vsque ad. §. si quis ita. Viuia.

o *Debebitur.* vt & infra, tit. ij. l. fideicommissum. &. §. sic fideicommissum. &. §. hoc autem. &. §. quamquam.

p *Collatum.* hoc non valeret: vt supra, eodem. l. senatus. §. legatũ. quæ est contra. & facit infra, de verborum obliga. l. stipulatio nõ valet. & infra, titu. j. l. j. & supra, de contrahen. emptio. l. hæc vẽditio. Item facit hæc lex ad id quod no. supra, de arbi. l. pe.

q *Debet.* testatori.

r *Fuerit legatum.* idem si dixerit certam quãtitatem, vt decem tibi lego quę debet mihi Titius: vt ibi, quòd si addiderit & cętera. siue eidem, siue alij legem quod Titius debet: vt ibi, quòd si addiderit. & ibi, proinde &c.

ſ *Non perimit legatum.* refert ergo dicam in prima persona: &

tunc si non debeo, distinguitur, adiiciam certam quantitatem, vel non: vt in dote: vt hic, &.C. de fal. cau. adiec. leg. l. iij. & l. fina. & l. ij. aut in tertia: vt quod debet Titius mihi, ei lego. vel alij, & tunc non valet, certum vel incertum: vt supra, & infra, in hoc. §. & est ratio, quia si verum esset debitum, non teneretur hæres nisi ad cessionem actionis.

Idem ergo in secunda: vt quod debes, tibi lego. quia & ibi si verum esset debitum, nō teneretur hæres nisi ad liberationem. at cum in prima, imponitur necessitas hæredi dandi si vere debetur: ergo & vbi nō debetur. idem si certum adiiciat: vt in fin. huius legis. & infra, eodem. l. non quocunque. §. qui Gaium. & infra, de lib. leg. l. legaui.

a *Demonstrationē.* falsa demōstratio nō nocet legato: [a] vt institu. de leg. §. huic. Ité falsa causa non nocet: vt infra, de conditio. & demon. l. cum tale. §. falsam, sed conditio si- ue de futuro (quæ proprie dicitur conditio) nocet eiusdē defectus: vt infra, de condit. & demon. l. qui hęredi. §. fi. siue de præterito, vt impropriè, nocet defectus: vt instit. de leg. §. longe. in fine. §. quare ergo ponit hic causam cum conditione? Respon. pro eodē poni cōditionem & causam: vel aliàs non erat legaturus: vt. d. §. falsam. vel conditionaliter fuit causa expressa: vt dicto. §. longe. Sed quid ad prædicta? Respō. cū dicit in prima persona, certa est demonstratio. cū vero dicit in tertia vel secūda, quæ & quod faciūt cōditionem: vt. j. de an. leg. l. Quintus. &. C. de fal. cau. l. iij. & l. fi.

[a] *Adde melius text. in l. demōstratio. & ibi docto .j. de condit. & demō. glos. secundis. §. qui quinq;. j. e. & in l. 2. & .4. C. de fal. causa adiecta lega.*

lianus respōdit. Quòd si adiderit, *Decem quæ mihi Titius debet, lego*: sine dubio nihil erit in legato. Nam inter falsam demōstrationem, [a] & falsam conditionē siue causam multum interest. Proinde & si Titio decē quæ mihi Seius debet, legauero: nullum erit legatum. esse enim debitor debet. Nam & si viuus [b] exegissem, extingueretur [c] legatum: & si debitor maneret, actiones aduersus eū hæres meus dūtaxat præstare cogeretur.

In alternatiua obligatione si legatur quod debetur, cogitur hæres ad eedendum. si legatur vna de rebus, cogitur ad agendum. si legatur vtraquę res diuersis, cogitur hæres vtrique satisfacere insolidum. Bartolus.

¶ Si quis ita stipulatus, *Stichum, aut decem, vtrum ego velim,* [d] legauerit quod ei debebatur, tenebitur hæres eius vt præstet legatario actionem, electionem habituro [e] vtrum Stichum, an decem persequi malit. Proinde si Stichum [f] legauerit, cum ille ei Stichū, aut decem deberet: incerti actio [g] legatario aduersus hæredem cōpetit (vt scripsit Iulianus libro trigesimotertio Digestorū) per quam actionem compellat hæredem experiri. & si Stichum [h] consecutus fuerit, pręstabit ei. si decem, nihil cōsequetur. secūdū quod erit in arbitrio debitoris, an sit legatarius is cui Stichus legatus [i] est.

LXXVI. IVLIANVS libro trigesimoquarto Digestorum.

QVod si quis Stichum aut Pamphilum [k] stipulatus, Sempronio Stichū legasset, Mæuio Pāphilum: oneratus hæres intelligitur, vt necesse habeat alteri actionem suam, [l] alteri ęstimationem Stichi aut Pamphili dare.

Debitor potest grauari onere fideicommissi. Bartolus.

LXXVII. VLPIANVS libro quinto Disputationum.

SI pecunia fuit deposita apud aliquē, eiusque [m] fideicommissum, vt eam pecuniam præstet: fideicōmissum ex rescripto diui Pij debebitur, quasi videatur hæres rogatus remittere id debitori. [n] Nam si conueniatur debitor ab hærede, doli exceptione vti potest. [o] quæ res vtile fideicōmissum facit. Quòd cùm ita se habeat, ab omni debitore [p] fideicommissum relinqui potest.

b *Et si viuus.* postquam legaui, ante mortem tamen.

c *Extingueretur.* vt & infra, titu. ij. l. fideicommissa. §. si rem. Sed contra infra, titulo. j. l. cum filius. §. hæres. & facit infra, de fun. instru. & instru. leg. l. nepoti. & infra, de condi. & demon. l. nominatim. §. finali. &. l. quibus. §. dominus. &. §. qui dotalem. &. l. cum tale. §. finali. &. l. demonstratio. & infra, titu. primo. l. Lucius. §. quisquis. &. §. ciuibus. &. l. cum filius. §. hęres. & infra, eodem. l. legatū.

Si quis ita.] CASVS. Tria dicit hic. §. cum. l. sequen. Primum est tale: Titius promisit mihi Stichum, aut decem ad meam electionem: & ego testamentum faciēs legaui Sempronio quod mihi Titius debebat. quæritur, ad quid teneatur hæres meus legatarius Sempronio? Et certe tenetur ei vt præstet actionem contra dictum debitorem: & sicut habebam electionem ego testator vtrum à Titio peterem Stichum, aut decem, quæ electio transiuit ad hęredem meum: ita habebit legatarius cui cessæ sunt actiones. Secundum dictum tale est: Titius tenebatur mihi dare aut Stichum, aut decem, & erat electio promissoris. & econuerso legaui Sempronio Stichum. quæritur, ad quid hæres legatario teneatur? Et tenetur ei vt experiatur cōtra promissorem alternatiuum: qui promissor præstabit hæredi Stichum, aut. x. quodcunque promissor ipse voluerit. & si quidem præstiterit hæredi Stichum, hæres eum legatario dabit. si autem det ei decem, nihil ei debebit: quia decem non fuerunt ei legata, immò Stichus, vt dictum est. Tertium dictum est: Ego stipulatus fui à Titio Stichum aut Pamphilum, ad meam electionem: postea Sempronio Stichum legaui, & Mæuio legaui Pamphilum. quæritur, quando hæres legatarij teneatur? Et certe vni de legatariis cuicūque voluerit tenetur præstare actiones suas contra debitorem, & alteri legatario dare tenetur æstimationem Stichi: vel si vult, Pamphili. Viuianus.

d *Velim.* secus: si verbum subiunctiui modi posuisset: vt infra, de verborum oblig. l. si stipulatus fuerim. sed certè immò idem: sed non posset ibi mutare electionem: & est ratio vt ibi not.

e *Habituro.* scilicet legatario. Accursius.

f *Proinde si Stichum.* Supra loquitur vbi testator habebat electionem, hic quando promissor: vt in fi. huius legis apparet. & ideo aliud quàm supra statuit, illa præcipua ratione, quia supra quod sibi debetur legauit: ergo ceditur actio, & transit ad legatarium electio. hic vero Stichum qui sibi debetur legauit: vnde non ceditur actio, quia non est legata, sed ius quod habet in Sticho: vnde non Sticho, sed alio soluto apparet Stichū non debitum fuisse: & ita nihil videtur legatum, quia in arbitrio est debitoris quid debeat: vt argu. supra, de eo quod cer. loco. l. ij. §. Scæuola. dic ergo proinde, id est, ergo. q. d. vbi non legat ita vt ś. aliud est. Azo.

g *Incerti actio.* id est, ex testamēto: vel proprium actionis nomē, vbi factum est in obligatione citra stipulationem: vt not. supra, de condict. ind. l. sed si me. §. j. & facit supra, loca. l. cum plures. §. messem.

h *Si Stichum.* hoc adiecto, quod mihi debetur: vt ex superioribus patet. Sed quare non cogitur hęres Stichum redimere & prę- stare? sciebat enim testator Stichum suum non esse quando legabat: vt instit. de leg. §. non solum? Respon. illud quando ius nullum in eo vel pro eo habet: aliàs illud legare videtur: vt supra, eo. l. si domus. §. fina. & l. serui. §. j. euentus ergo dubiæ persecutionis Stichi legatus videtur: vt & aliàs. C. de litig. authent. nunc si hæres.

i *Legatus facit.* infra, titulo primo. l. si Titius.

k QVod si quis. *Aut Pamphilum.* vtrum ipse stipulator vellet. & ideo quia hæres habet electionem suo facto, scilicet eligendo vnum, videtur soluta fieri indebita, vnde tenetur: vt infra, titulo primo. l. qui duos. secus si non habet electionem. tunc enim res soluta præstatur ei cui legata est, & alteri nihil. idemque & si soluatur testatori: sicut & cum Stichum tantum legat vni: vt supra, proxi. & hoc est quòd ex euentu &c. vt infra, titu. j. l. si Titius. & argu. l. cum Titius. §. hæres.

l *Actionem suam.* id est, actionis commodum: ideoque melius dixisset, exactionem suam: vt supra. l. proxi. dixit. non ergo ceditur actio: quia non fuit legatum quod in stipulatione continetur. & facit infra, de lib. leg. l. si damnatus.

Possum. hic potest colligi vtrumq; esse in obligatione: aliàs non possent in eadẽ re duæ causæ lucratiuæ cõcurrere.ſic.ſ.de conſti pe. l.illud.& semper dicas quòd testator sciebat alienum quod legabat vel erat legatario coniunctus: vt.C.de legat. l.cum alienam. & facit infra, eo.l.huiuſmodi. §.ſi cui.&.§.Stichum.

Titius.] CASVS. Titius legauit tibi partem in Stichio,& nõ dixit ex quo latere Stichi,vtrũ ex dextro,vel ſiniſtro: & Seius legauit tibi eidem partem eiusdem Stichi:neq; apparet quam.certe ex vno testamento habebis dimidiam Stichi, & ex altero aliam dimidiam.& ita habebis totum Stichum.Viuianus.

Titius Stichi. alieni.vnde dic testatorem sciuisse alienum,vel coniunctum legatario fuisse.

Consequeris. dimidiam.nam appellatione partis dimidia intelligitur: vt.j.de verbo.ſignifi.l.nomen.§.portionis.& ita totũ Stichum:vt.j.tit.j.l.Mæuius.§.duobus.ibi,ſed ſi pars &c.

Vsusfructus vicem domini obtinet.

a *Aberit.* videbatur quòd nihil possem consequi, cum vsusfructus vicem domini obtineat : vt supra, de vsufruct.l.iiij.& cum sim consecutus ex causa lucratiua: vt supra,ea.l.in princi.ſed certe immo hoc casu vicem seruitutis obtinet : vt institu.eo.§.ſi cui fundus.ergo proprietas tantum præstabitur. & intellige quòd testator sciuit alienum : vel erat coniuncta persona : vt.C.eod. l.cum alienam.

b *Debebo.* ſic.ſ.de contrahen.emp.l.ſuæ rei.&.l.ſeq.

c *Mercatus ſum.* & plus propter partum.& ſic etiam eum videor emisse:igitur nihilo deducto petam vtrámque æstimationem.Sed contra.j.tit.j.l.ſi quod ex Pamphila.Solu.ibi.

HVIVSMODI.] CASVS. Testator dixit, lego Titio centum ſi ipſe cauerit hæredi meo ſe daturum Mæuio centũ,certe bene valet legatum sicut ſi dixisset, Titio lego centum,& rogo eum vt ea restituat Mæuio.valet ergo istud aliud legatum,lego Titio centum aureos ſi ipſe cauerit hęredi meo ſe facturum opus in municipio ex centum aureis. SI SEMPRONIVS.]Sempronius instituit ſibi Titium hæredem, & legauit Mæuio fundum post bienniũ:postea Titius prędictꝰ hæres Sępronij legauit prędicto Mæuio eũdẽ fundũ pure.egit Mæuiꝰ legatari cõtra hęredẽ hęredis dicti Sępronij,& habuit æstimationẽ fundi prędicti.certe nõ potest petere fundũ ex testamẽto Sępronij. [SICVI HOMO.] Legaui tibi hominẽ in genere tali modo,ꝙ erat hæredis electio. hæres elegit Stichũ dare tibi,tu noluisti accipere:& postea mortuꝰ fuit Stichus.ſi agas cõtra hæredẽ,repellet te exceptiõe.[AEDES QVIBVS.] Aedes meæ seruiebãt tuis.tu institutus me hæredẽ,& legasti Titio ædes tuas dominas ſub conditione,& ita me hęrede habente dictas ędes dominas confusæ sunt seruitutes: ego hæres tradidi dictas ædes legatario non impoſita seruitute quæ prius extincta fuerat.certe adhuc potest agere legatarius actione ex testamento contra me,vt reponam seruitutem:& adducit simile planum. [QVI SERVVM.]Legasti mihi Stichum ignorans eum mihi legatum.emi ab hærede tuo.postea cognoui quòd mihi legaueras.vnde egi contra hæredem tuum actione ex testamento,& seruum habui.postea egit hęres tuus actione ex vẽdito

BIU Cujas

dito contra me ad pretium. certe absolui ab eo debeo. Sed pone quòd hæredi iam solui pretium dicti hominis ex causa emptionis: & postea ago ex testamento non ex empto ad hominem. certe per eam consequar dictum hominem: sed actione ex empto pretium potero recuperare: sicut si mihi homo euictus fuisset ab alio. nam ego in hoc casu videor eum mihi euicisse cum habeo hominem ex testamento: & nó ex causa emptionis qua tenebatur mihi hæres. Sed pone quòd solui hæredi pretium dicti hominis ex emptione: & postea intétaui contra eum actionẽ ex empto vt hominem mihi tradat. & postea pendẽte actione ex empto cóperiens mihi hominem eundem legatũ fuisse egi contra hæredem actione ex testamento: & seruum consecutus fui. actione ex empto pendẽte nó absoluetur hæres idemq; venditor: nisi pretium quod ei solui, restituat mihi: & nisi faciat meũ hominem quem ab eo habui agens actione ex testamẽto. hoc dicit vsque ad. §. cum pater.

Legatum sub conditione. si cauerit de aliquo dando vel faciendo: assimilatur legato cui in vim modi vel cõditionis fideicommissi onus imponitur. Bartolus.

LXXXIIII. IVLIANVS libro trigesimotertio Digestorum.

HVIusmodi legatum [a], *Si Titius hæredi meo cauerit centum Mæuio se daturum, & hæres meus Titio centum dato*. vtile legatum est: quemadmodum quod alicui legatur, vt* ex causa fideicommissi restituatur. Eadẽ ratione [b] hoc quoq; legatum vtile sit, *Si Titius hæredi meo cauerit se in municipio ex centum aureis opus facturum, tum ei centum aureos hæres meus dare damnas esto.*

Duæ causæ lucrativæ ex persona duorũ qui habentur loco vnius, iudicatur ac si ex testamento vnius procederent. Bartolus.

¶ Si Sempronius Titium hęredem instituerit, & ab eo post biennium fundum dari iusserit Mæuio: Titius deinde ab hærede suo eundem fundũ Mæuio præsente die [c] legauerit, & Męuius pretium fundi ab hærede Titij acceperit: si ex testamento Sempronij fundũ petere velit, exceptione repelli [d] poterit si pretio fundi cõtẽtus nõ erit.

Debitor generis re oblata perempta liberatur. Bartolus.

¶ Si cui homo [e] legatus fuisset, & per legatarium stetisset quo minus Stichum [f] cùm hæres tradere volebat [g], acciperet: mortuus Sticho †, exceptio doli mali hæredi proderit.

Actio ex testamento durat ad rem si res est tradita legatario: non tamẽ pfecte. Bar.

¶ Aedes [k] quibus hæredis ædes seruiebant, legatę sunt, [&] traditæ legatario, non imposita [i] seruitute. Dixi posse legatariũ ex testamento agere, quia non plenum [k] legatũ accepisset. nã & eum qui debilitatum ab hærede seruum acceperit, rectè ex testamento agere.

Qui rem legatam sibi emit, debet habere rem, & pretium non soluere: quod si soluerit, potest repetere mediis competentibus hic expręssis. Bartolus.

¶ Qui seruum testamento sibi legatum [l], ignorãs eum sibi legatum, ab hærede emit [m]: si cognito legato ex testamẽto egerit, & seruum acceperit, actione ex vendito [n] absolui debet: quia hoc iudicium [o] fidei bonę est, & continet in se doli mali exceptionẽ. Quòd si pretio soluto, ex testamento agere instituerit: hominẽ consequi debebit [p], [&] actione ex empto pretium recuperabit, quẽadmodũ recuperaret si homo euict[9] fuisset [q]. Quòd si iudicio ex empto actũ fuerit [r], & tũc actor cõ pererit legatũ sibi hominẽ esse, & agat ex testamẽto [s]: nõ aliter absolui hæredem oportebit, q̃ si pretiũ restituerit, & hominẽ quòd incipiat rem habere ex causa legati: vt. j. ad legẽ Fal. l. fundo. quæ sunt cõtra. Sol. hic emit ab extraneo, ibi ab hærede. in. l. cui res. & ideo cũ possit ibi agere cõtra hęredẽ actione ex empto, non agit actione ex testamẽto. at hic secus est. Sed obstare videt, quia dicit in prin. §. quòd si ab hærede emit: nisi punctes ibi post verbum, ab hærede. Itẽ videtur obstare quod in fi. dicit, quia hominem actoris facere cogitur: quia id conuenit tantũ hæredi. Sed dic, quòd non aliter absolui &c. s. ab actione ex testamento, nisi reddat pretium. s. extraneo solutũ. q. d. æstimationẽ rei legatæ, & hominem faciat actoris. i. legatarij. quod non erat factum per extraneum vendentẽ: vt. s. de act. emp. l. ex empto. §. j. Sed in hoc est contra. s. eo. l. si à substituto. §. j. vbi hæres non cogitur facere accipientis: sed hic hæredis erat, licet ab alio esset emptus. Vel secũdo dic, q̃ emit ab hęrede. & quod dicit, actione ex testamẽto, improprie pone. i. actione ex empto occasione testamenti. siue etiam proprie ponas, dic quòd non dicit quod de iure potuerit agi. & quod dicit, absolui, scilicet ab actione ex empto. Et quod dicit. s. actum fuerit ex empto: dic, sed non peractum, & ita etiam aliud venit in condemnatione quàm petitum est. Vel dic planius agi ex testamento, & petere legatarium quod habet: quia nõ videtur habere ex causa legati nisi rehabeat pretium. arg. j. de sol. l. etiam. & s. de euic. l. si seruus venditus. & emit ab hærede. & quod dicit, fecit actoris, id est, factum reliquit. Nam quando tradidit ex venditione, transtulit dominium ex quo erat suum, scilicet hæredis: vt. j. de acquiren. rerum domi. l. traditio. Accursius.

Cum pater.]CASVS. Pro filia mea promisi in dotem. c. genero meo: & postea eidem filiæ eadem. c. legaui. certe si agat contra hæredem meũ filia ex legato, & gener ex promissione: exceptionem doli

---

A uitus aditione hæreditatis. Accursius.

k *Non plenum.* inspecta vniuersitate, nõ ipsa re. & facit. j. de sol. l. etiam. &. j. eo. l. si legatum. §. fi. &. s. de serui. l. Papinianus.

l *Legatum.* sub cõditione, vel in diẽ. alioquin cũ sua esset res [a], nulla etiã esset emptio. vel dic, seruus erat hæredis, non defuncti.

m *Emit.* sed non accepit adhuc, nec pretiũ fuit solutum.

n *Ex vendito.* ppriè. & dic, absolui debet legatarius si hæres petat pretium. alij, ex vendito, id est, ex empto: & debet absolui hæres, cum pretium non habeat, & rem tradiderit ex causa legati.

o *Hoc iudicium.* scilicet ex vẽdito: vt instit. de act. §. actionũ. & ideo omnia veniunt quę rationabile est venire: licet nõ sit actum tam ex parte actoris, quàm rei, vt insti. de ob. quæ ex cõ. in fi. & hic subiicit, & continet &c. & supra, sol. mat. l. sed si ideo. in fi.

p *Consequi debebit.* actione ex testamento. & sub. act. &c. & dic recuperabit: quasi re sibi euicta, cum ex alia causa habet: vt supra, de euic. l. si vendideris.

q *Fuisset.* ab extraneo.

r *Actum fuerit.* ad rẽ: & sic res tradita, & pretium solutum. aliàs autem non admittitur ad agendum: vt. s. de act. emp. & ven. l. Iulianus. §. offerri. vel dic actũ, sed non peractum.

s *Ex testamento.* alio iudicio, & alia actióe, scilicet ex testamento. sed certe immo videt quòd actione ex empto debeat agere: vt. s. de actio. emp. l. cui res. &

a Debitum enim extingueretur cõ fusione per reg. illam, quod meum est, amplius meum fieri non potest. Vide spe. in tit. de loca. §. nunc alia qua. vers. 65. & notã. l. Stichũ. §. aditio. j. de sol.

† *Limitabis hũc tex. dũ videtur sentire debitorem generis liberari re oblata perempta, per text. in. l. fi. & quod ibi no. Bald. C. de nauti. fœ. no. vt proce dat quando creditor integre oblatas recipere recusauit.*

Præsente die. scilicet cuius solius ratione valet hoc sequẽs legatum: scilicet propter repræsentationem. alioquin non valet, eo quòd eidẽ Mæuio Titius tenetur: vt insti. de leg. §. econtrario.

Repelli potest. quoniam testator duplicare legatum nec potuit, nec voluit, sed solutionem dumtaxat accelerare. R. non potuit dico quia debitum eidem: & quia ius quod habet, scilicet retentionem biennij, legare videtur: vt. s. eo. l. si domus. §. fi. Sed contra instit. eo. §. hac ratione. &. s. eo. l. plane. §. sed si. duorũ. vbi distinguitur, primo res vel æstimatio habita fuerit: sed ibi ex testamentis prorsus diuersorum, hic hæredis, qui est vnus cum testatore: vt in auth. de iureiuran. à mo. præsti. colla. v. in prin. & facit. j. eo. l. si mihi Sempronius. &. j. titu. j. l. vnum ex familia. in princi. &. l. stanuliber. &. l. Mæuius. &. l. Lucius. §. pe. &. s. eo. l. si fundum sub conditione. in prin. & arg. j. de verb. oblig. l. si stipulatio.

Si cui homo. in genere: sed si in specie, ipso iure interitu speciei liberaretur: vt. j. de solu. l. qui decem. in prin.

Stichum. mediocrem.

Volebat. hæres ergo eligit: quia non erat in familia: vt not. s. eo. l. si quis à filio. §. penul.

Aedes. dominantes.

Imposita. nam oportet quòd imponatur. nam cõfusa fuerat ser

nem doli idem hæres habebit. [*SI ITA.*] Titius erat debitor Sempronij in.xij.pone,& habebat inde chartã Sempronius.forte Titius prædictus fecit testamentum,& legauit dicto Sépronio.x. hoc modo: Hæres meus det decem Sépronio si idem Sépronius reddiderit ei instrumentum in quo teneor ei ad.xij.certe perinde est ac si dixisset: hæres meus det.x.Sépronio si Sempronius eum liberauerit à debito.xij.aut ergo prędictum instrumentum extat, aut nó. si extet:nõ sufficit creditori eidemq; legatario, scilicet Sépronio instrumẽtum reddere, vt testator dixit:immò necesse est quòd etiam hæredẽ liberet per acceptilationẽ si vult habere legatum. si autem nó extat:nó curo quãdo interciderit:sufficit si hęredem liberet:nec exigitur quòd instrumentum reddat:& impleſſe conditioné videtur,vt sic legatũ habeat. [*SI TITIO.*] Stichum Titij seruum legaui eidem Titio & Mæuio.nõ valet legatum quãtum ad Titiũ: quia res sua sibi legari non potest.nũquid ergo Mæuius totum habebit ex testamẽto? Et certe non, immò medietatem tantũ.[*STICHVM AVT.*]Ita dixit testator: Stichum aut Pãphilum lego Titio:& sit electio hæredis quẽ det. certe si vnum hęres eligat,& ille decedat: liberat[a] est hæres.ex quo autẽ vnũ elegit hæres:nõ potest mutare volũtatẽ.[*LEGATVM.*] Ita dixit testator: Lego Titio fundũ Cornelianũ, & mancipia mea quæ in meo fundo erũt tẽpore mortis meę.postea ancilla aufugit ante mortem testatoris de dicto fundo,& alibi peperit. certe nihilominus habebit eam Titius & etiam partum eius. [*SI TITIO.*] Legaui Titio ad suam electionem Stichum aut Pamphilum:postea vnum de dictis seruis alij donaui. certe alter remanet in obligatione.[*QVIBVS ITA.*]Siue ita dicat testator: Titio & Mæuio singulos seruos lego. siue ita: Titio seruum lego.Mæuio alterum seruum lego. semper habebit quilibet eorũ vnum seruum insolidum. non autem erunt eis communes pro indiuiso ambo serui. [*SI IS CVI.*] Quamuis legatarius possit eligere vtrum agat pro legato actione ex testamẽto,an rei vindicatione: tamen quilibet hæredum suorum nõ potest ita eligere.vnde si vnus eligat actionem ex testamento, & alter rei vindicationem:non admittuntur. si autem consentiant in vnam actionem vel sua sponte, vel etiam iudice ad hoc eos constringente: bene admittuntur ambo.Viuianus.

a *Promisisset.*genero.

b *Eadem.*quod semper præsumitur,nisi aliud liquet.Ro.vt infra.titu.j.l.Titia.§.quæ in vita.&.l.cum pater.§. pater filiæ.& de do.præleg.l.ij.in prin.& supra,solu.ma.l.si cum dotẽ.§.si pater.

c *Contenti sint.* vt se non impediant:vt & infra,eo.l.j.in fi.Si autem separatim veniant,dic vt supra,de iure do.l.cum pater.& facit.C.eo.l.filia.Item nota ex prædictis patrem legare filiæ profectitiã dotem:& debet esse contenta alterutro.secus in viro:vt.C. de rei vxo.act.l.j.§.j.Accursius.

d *Cui.*id est,alicui.& facit infra,tit.ij.l. qui chirographum. &j. de lib.leg.l.iij.&.ſ.de pac.l.Labeo. Sed contra.j. eo.l. ab omnibus.§.in testamento.Sol.ibi.Item facit.ſ.eo.legatũ.Et no.vsilẽ.§. pro instrumentis quæ nó possunt reddi.sic.C. de solu.l.pecuniæ.

e *Liberauerit.*scilicet si tabulæ non sunt. aliàs secus,vt subiicit.

f *Si Titio.*scilicet domino Stichi.

g *Pars.* quasi dicat, non totus:quia Titius facit partem, vt subiicit,id est, facit aliũ admitti ad partem tantũ. Et nota quibus casibus fit pars, & quibus non fit: vt ecce legatur mihi & ei qui non est in rerum natura tempore testamenti. Iteꝝ legatur mihi & ei qui est tunc, sed decedit ante testatorem, & non fit mihi pars:vt.C.de cadu.tol. l.j.§.in primo.&.§.pro secundo. &.ſ. eod.l.si duobus.in princ. Item ecce legatur mihi & posthumo qui nascitur abortiuus: & tunc idẽ vt.ſ.e.l.plane.§.si duobus. in fi. Item legatur mihi & hæredi: & tũc idem quod.ſ.eo.l.plane.§.si duobus. Iteꝝ legatur mihi & tibi,& tu repudias:& idẽ vt instit. de leg.§. si eadem, quæ omnes sunt huic contrariæ. Iteꝝ legatur mihi & non capaci: & tunc fit mihi pars.vt.j. titu.j.l.si Titio. Iteꝝ legatur mihi & tibi res tua:& tunc idẽ vt hic. Item legatur mihi & seruo tuo:& tũc idem vt supra, eo.l.plane.§. si cõiunctim. Iteꝝ legatur mihi & seruo meo, & tũc idem: vt.j.titi.j.l. si mihi pure. Item sunt ar.cõtra.ſ.de auct.tut. l.si seruus cõmunis.& j.de stip.ser.l. iteꝝ.&.l. proinde. &.j. titu.j.l. cum pater. §. liberti. concor.j. de leg. præstan.l.ij.§.ij.

h *Non poterit.*immò videtur quòd sic: quia verbũ,volet,tractũ habet &c.vt.j.de verb. oblig.l.si quis stipulatus. quæ est contra. Sol.hic erat electio debentis,ibi stipulatoris.vnde ne sit hic in eius potestate an debeatur, non potest mutare: vt.C. de eo quod cert.loc.l.ij. Sed certe idem si legatarij esset electio : vt infra, de op.leg.l.apud Ausidium. Dic ergo a aliud in stipulatione quãm in legato : quia hic facta electione statim fit res legatarij:& ideo mutare non potest:vt.d.l. apud Ausidium. &.j.titu.j.l statuliberum.§. Stichum.in stipulatione secus. Item sunt arg. contra.j.de sepul.viola.l.iij.§.penul.&.ſ.depoſi.l.j.§.penul.& infra,de verb. oblig.l.eum qui certarum.§.j. item facit.j. de solu.l. Stichum. in princi.& infra,tit.j.l.si is cui. *ADDITIO.* Dic quòd istud est fauore vltimæ voluntatis,secundum Bart.hic.

i *Dũ moriar.*sic.j.de fundo instru.& instr.lega.l.Scię.§.Pãphile. &.ſ.de hæredi.instit.l.ex facto.§.fi.&.j.de auro & argẽ.leg.l.qui vxori.& infra,tit.ij.l.quæsitum.in prin.&.l.seruus.&.l. si ita.Ac.

k *Sequatur.*accessorium sequitur principale. sic.j.de pec.le.ij.

l *Malit.* Ex hoc notant quidã quòd aliàs legatarius nõ eligeret nisi à testatore ei data esset electio:sed est falsum, & hic sub.maxime.si enim hoc casu hæredi daret electionẽ, posito q testator nõ dederit legatario,iã eligeret Pãphilũ: & sic legatũ esset inutile:quod esse non debet:immo sic interpretari debet vt valeat: vt infra,tit.j.l.Titia.§. Lucius. & argu.j.eo.l.plane.§. si cui. & facit supra,eo.l.si tibi.§.fi.&.l.sequen.&.l.non quocunque.§.fi.

m *Quibus.*sic supra,de vsufruct.acc.l.fina.

admittatur,partem faciet.

Ei qui habet electionem ex vltima voluntate,variare non licet. Bartolus.

¶ *Stichum aut Pamphilum, vtrum hæres meus volet,† Titio dato.* si dixerit hæres Stichum se velle dare, Sticho mortuo liberabitur. cum autem semel dixerit,hęres vtrum dare velit: mutare sententiam non poterit.[h]

Qui est in fuga, videtur esse in loco à quo recesſit. Bartolus.

¶ Legatum est ita, *Fundum Cornelianum, & mancipia quæ in eo fundo cum moriar*[i] *mea erunt,hæres meus Titio dato.* ancilla quæ in eo fundo esse cõsueuerat,mortis tempore (cum in fuga esset) enixa est. Quæro, an vel ipsa, vel partus eius legato cedat? Respondi, Ancilla quamuis in fuga sit, legata videtur. & licet fugitiua erat, perinde habetur ac si in eo fundo fuisset moriẽte patrefamiliàs. Huic consequẽs est,vt partus quoq; matrẽ sequatur,[k] & perinde legato cedat, ac si in fundo edit[e] fuisset.

Si vna ex rebus alternatiue legatis à testatore donatur : alia in legato remanet. Bartolus.

¶ Si Titio Stichus aut Pãphilus,vtrum eorum malit,[l] legatus est, deinde Pamphilum testator Titio donauit, Stichus in obligatione remanet.

Coniunctio verbalis non inducit ius accrescendi in rebus prorsus diuersis. Bar.

¶ Quibus[m] ita legatum fuerit, *Titio & Mæuio singulos seruos do*

BIU Cujas

a *Vti vellet.* cū plures ei cōpetant: vt.j.tit.j.l.cum filius.§.variis.

b *Simul.* secus si separatim: vt infra.l.proxima.

c *In personam.* scilicet ex testamento. & facit supra, de vsufru.l. quoties.in princ.contra. Solu.ibi.& de serui. rusti. prædiorum.l. itinere.contra. Solu.ibi. Item facit.ē. quibus modis vsusfru.amit. l.ij.in prin.&.§.fi.

Duobus.] CASVS. Legaui coniunctim fundum duobus: alter egit actione ex testamento, & fuit cōsecutus æstimationem medietatis fundi. alter vult fundum totū vindicare. certe non potest. Viuianus.

d *Duobus coniunctim.* re & verbis, vel re tantum: vt.C.de cadu.tol. §. vbi autem. & .§. sin autem.

e *Personalem.* ex testamento.

f *Vindicare.* per rei vindicationem.

g *Voluit.* pro virilibꝰ portionibus: vt supra, eo.l.si mihi. in prin. & l.si plurib⁹.in prin.

Si tibi homo.] CASVS. Stichum seruum meū obligaui Titio, & Sempronius eū mihi legauit. certe tenetur mihi hęres Sempronij vt luat pignus meum prædictum. [*SI TESTAMENTO.*] In testamento meo legaui Stichū Titio ab vno de hæredibꝰ meis. postea feci codicillos, & eūdem Stichum ab omnibꝰ heredibꝰ meis legaui eidē Titio. antequam aperirētur codicilli, egit Titius cōtra heredem grauatum in testamēto, & habuit æstimationem Stichi. certe apertis postea codicillis non potest ex eis agere contra hæredes ad eundem Stichū cuius æstimationē habuit. [*CVM SERVVS.*] Titius legauit mihi seruum, & decessit: & adita est hæreditas eius, vnde dominiū prædicti serui habeo ego legatari? etiā ignorans mihi legatum. certe adhuc est in suspenso status serui, scilicet vtrum debeat remanere apud me, vel non. nam bene possum repudiare. & si repudio, nunquam fuisse meus fingetur: quamuis in veritate fuerit. vnde si aliquid seruus prædictus interim acquisiuit, id est, postquam legatus fuit mihi vsque ad tempus quo repudiaui eum, hæredi videtur acquisisse. si autem velim ad me pertinere seruum: intelligitur fuisse meus à tempore aditæ hæreditatis, sicut in veritate fuit. & ea quæ interim acquisiuit, mihi acquisiuit. [*SI FVNDVS.*] Institui mihi tres hæredes: & ab eis reliqui fundum vnius hæredis Titio. certe pro hæreditariis partibus tenetur Titio: nō autem solus ille hæres cuius est fundus. [*VALET.*] Habeo superficiem in solo Titij. feci testamentum: & ei legaui superficiem in solo Titij. valet legatum, & lucrificiet dominus soli ipsam superficiem. Viuianus.

h *Si tibi homo.* scilicet Titius.

i *Dederas.* alij non leganti. alioquin aliud esset: vt infra, de lib. leg.l.j.§.j.

k *Luatur.* pignoris enim luitionem potius legasse quàm dominium eius voluisse testatorem est verisimile. R. Sed arg.contra.j. titu.j.l.Mæuius.§.penul. Et nota hic quòd valet legatum rei meæ in qua alius habet ius.[a]

Lego: constat eos non concursuros in eundē seruum: sicuti nō concurrūt cum ita legatur, *Titio seruum do lego: Mæuio alterum seruum do lego.*

Plures simul venientes ad legatum, concordare coguntur qua actione agant: secus si veniant separatim. h.d.cum.l.seq.

¶ Si is cui legatum fuerat, antequam constitueret qua actione vti vellet, [a] decessit duobus hæredibus relictis: legatū accipere simul [b] venientes, nisi cōsenserint, non possunt. quare quādiu alter rē vindicare vult, alter in personam [c] agere nō potest. sed si cōsenserint, rem cōmuniter habebunt. consentire autē vel sua sponte debent, vel iudice imminente.

LXXXV. PAVLVS libro vndecimo ad Plautium.

DVobus coniunctim [d] fundus erat legatus. alter ex his partis æstimationem per actionem personalem [e] abstulit. alter, si fundum totū vindicare [f] velit, exceptione doli [mali] pro parte dimidia repellitur: quia defunctꝰ semel ad eos legatum peruenire voluit. [g]

Si res mea pignerata mihi legatur ab extraneo: tenetur hæres mihi soluendo pignus liberare. Bartolus.

LXXXVI. IVLIANVS libro trigesimoquarto Digestorum.

SI tibi homo [h] quem pignori dederas, [i] legatus ab alio fuerit: actionem ex testamento habebis aduersus hæredem vt pignus luatur. [k]

Qui consecutus est æstimationem totius à grauato singulariter: nil debet consequi à grauato vltra. Bartolus.

¶ Si testamēto Stichus ab vno hærede legatus fuerit Mæuio, & eidem codicillis idē Stichus ab omnibus hæredibus, [l] & antequam codicilli aperirentur, Mæuius litis æstimationem cōsecutus [m] fuerit: ipso iure vindicari ex codicillis nō potest: [n] quia testator semel legatum ad eum peruenire voluit.

Rei legatæ verè dominiū transit ab adita hæreditate: & eodem modo debētur quæ rei legatæ accedunt. Bartolus.

¶ Cùm seruus legatur: & ipsius serui status, & omniū quæ personam eius attingunt, in suspēso [o] est. Nam si legatarius repulerit à se legatum: nunquā eius fuisse videbitur. si non repulerit: ex die aditæ hæreditatis [p] eius intelligetur secundum hāc regulam. & de iure eorum quæ per traditionē seruus acceperit, aut stipulatus fuerit, deque his quæ legata ei vel donata fuerunt, statuetur, vt vel hæredi* vel legatario seruus singula gessisse existimetur.

Actione personali ex testamento nō potest cōueniri hæres nisi pro hæreditaria portione, etiam si insolidum rem possideat.

¶ Si fundus [q] ab omnibus hæredibꝰ legatus sit, qui vnius hæredis esset: is quidem cuius fundus esset, nō amplius quàm partem suā præstabit: cæteri in reliquas partes tenebūtur. ¶ Valet [r] legatum si superficies legata sit ei, cuius in solo fuerit: licet is dominus soli sit. nā cōsequetur vt hac seruitute liberetur, & superficiē lucrifaciat. [s]

Suus vel emancipatus si se abstinet, prælegatum in totum consequitur, nisi testator aliud voluerit, vel prælegata loco hæreditatis posuerit. h.d. vsq; ad.l.quæsitū. Bar.

LXXXVII. PAPINIANVS libro octauodecimo Quæstionum.

FIlio pater quem in potestate retinuit, hæredi pro parte

a *Pone exemplum vt in.l.1.C. de vsufru. leg.*

Consecutus. petēdo Stichum non æstimatum. sed quia nō præstitit eum inæstimatū, & ediu damnatur ille hæres à quo fuit relictus.

Scilicet ī re testatoris alteri locata.

& ediu-

so, an possit legari res

n *Nō potest.* quia nullum cōmodum esse potest. Aliàs contra, infra, tit.j.l. Mæuius. circa princi. Item contra ea.l.§.eum. Solu. ibi, & dic plene vt ibi notatur. Accursius.

in qua quis habet ius: not.in.l. cū alienā.C. de lega.

o *In suspenso.* Nec ob.j.eo.l.legatum.§.fi. quia refert, an suspendatur legatum expressim, vt per cōdi. vt ibi: aut tacite, vt quia legatarius deliberat: vt hic. ibi ergo non suspenditur, sed statim extingui tur seruitus.

Dominium rei legatæ quādo trāseat in legatarium.

p *Aditæ hæreditatis.* Not. quando dominium rei legatæ transit in legatarium. sic infra, titu.j.l.mortuo. in princip. Sed alij dicūt à morte testatoris: vt infra, de fur.l. à Titio. & supra, de noxa.l. si seruus leg. & supra, de pecu.l. sed si damnum. §.j. & infra, titu.j.l. legatum. Sed primo inspecta veritate, istæ aliæ de fictione. & facit infra, de rebus du.l. quædam. &.j. de fur.l. si is qui. &.l. si dominium. &.ē. de re.eo.l. magis.§. fundum autē. & supra, eod.l. legatarius.§.j.&.l. apud.&.l. seruum.§.j. & supra, si certum peta.l. proinde. & infra, si quid in frau.pa.l.j.§.vtrum.

**Flo. hæredis vel legatarij*

q *Si fundus.* plana est litera. & facit.j. tit.j.l. vnū ex familia.§. si rē.

r *Valet.* quia ei vindicanti de cætero non obstabit exceptio quæ cōpetebat superficiario: vt.j. de superfi.l.j.§.quod ait.

s *Lucrifaciat.* sed nonne superficies sequebatur solū: vt insti. de rerū diui.§.cū in suo? Respō. sic: sed per hoc dicitur lucrari, quia petet rem exceptione nō obstāte. & facit supra, eo.l.si domus.§.fi.

Filio pater.] CASVS. Filium meum quem in potestate habebam, hæredem instituī cum quibusdam aliis, & ei prælegatum dedi. filius vult abstinere ab hæreditate, & legatum consequi. dicebant cohæredes sui: tu impugnas iudicium patris tui abstinendo ab hæreditate sua, vnde nō debes aliquid ex eo cōsequi. quæritur, quid iuris sit? & dicitur quod bene habebit legatum, quamuis ab hæreditate abstineat: nisi ego pater nolui eum aliàs habere prælegatum prædictum quàm si adiuerit hæreditatem meā: quia tunc non habebit nisi adeat. & bene dixi filium in potestate constitutum debere habere legatum etiam si abstineat ab hæreditate patris quando non apparet contraria voluntas patris: quia idem dicitur in emancipato. & in potestate constitutus non habet minus ius abstinendi per prætorem, quam habeat emancipatus per ius ciuile. hoc dicit vsque ad.l.quid ergo. Viuianus.

BIU Cujas

a *Petitionem.* quia non denegatur: vt.C.eo.l.cum responso.&.ĭ. de except. doli.l.apud.§.si quis.&.s̆.eo.l.qui filiabus.§.fi.&.l.seq. & infra,eo.l.quæsitum.§.duobus.Sed contra.j.tit.j.l.miles.§. fin. nam ibi decedens & sic repudians non habet, nec transmittit legatum pro sua parte,& ita non valet. Solu.hic repudiauit,ibi decessit:quæ non sunt paria:quia cum repudiat, extat cõditio tacita sub qua valet pro sua parte.at cum moritur ante aditam hęreditatem,vt ibi, non extitit conditio eo viuo, & sic non transmittit pro sua parte, vt ibi.pro alia enim semper valet: & ideo transmittit:vt ibi.Item contra infra, de excep. do.l.fi.§.fi.Sol.vt.C.e. l.cum responso. *ADDITIO.* Vel dic secundum Bart.hic quod ibi legatum habebat in se aliam conditionem quàm istam, si hæres non erit: quia conditio apposita in institutione videbatur repetita in legato.

b *Iustis.* vel nõ iustis. nam est pro ratione voluntas:vt infra, ad Trebel.l.quia poterat.& facit supra, si quis omis. cau.test.l.in testamento.in fi.& infra,titu.j.l. Sextiliam. Accursius.

c *Nam nec. Abstinere.* permittit enĩ quod ius ciuile nõ facit: vt supra de acquiren.hære.l.necessariis.& instit.de hæred. quali.& diffe.§.sed his. Accursius.

Quid ergo.] C ASVS. Pater ita prælegauit filio quem habet in potestate: hoc amplius quã habet in hæreditate mea, prælego ei centum.nunquid erit idem quod dictum est quando pater non dixit, hoc amplius:scilicet vt patris hæreditatem volens adire in potestate constitutus, nihilominus habeat prælegatum? & certe sic, nisi probetur per cohæredes patrem noluisse eum habere prælegatum nisi adeat hæreditatem suam. Sed quid si plures filios puta tres sibi instituit pater,& inter eos diuisit totam hęreditatem verbis legatorum,hoc modo:vni hęredi lego tertiam hæreditatis,secundo aliam tertiam,& tertio aliam tertiam : & vnus eorum vult repudiare suam tertiam iure hæreditario, & eandem habere iure legati?nũquid potest? Certe non.verisimile est enim in hoc casu quod nõ aliter vellet eos habere ea quæ assignauit, nisi hæredes existant.& hoc dicit litera, voluntatis ratione.s. præsente. Viuia.

d *Plane.* Fecit quidam testamentum suum : filios suos hæredes instituit:& diuisit inter eos bona : vt vnus haberet vltra Rhenum,& alter citra Rhenum.nunc iste qui habebat citra Rhenũ, habet in quolibet cespite medietatem iure suo : alteram medietatem iure prælegationis.si autem velit habere id quod habet iure prælegationis : aliud repudiare non potest. Sed contra.s̆.eo.l.qui filiabus.§.fina.Sed ibi prelegatum est à testatore,hic autem habet illud prælegatum à lege.

a Quia voluntas testatoris ea præsumitur, quæ de iure esse debet. Bal. in.l.1. C. de impuber.& aliis substit. Ioã. de Imo.in. l.fi.ĭ.de cõdit.& demon.

e *Si pluribus.* hic intendit quod quando plures sunt instituti, vnusquisque suam partem partim habet iure cohæredis, & sic iure prælegati: partim suo iure habet.sed si id quod suo iure habet,noluit,non potest habere aliquid iure cohæredis, & sic iure prælegati:quia habet à lege.& sic non ob.s̆.eod.l.qui filiabus.§.fin.vbi habet à testatore prælegatum.

f *Bona diuiserit.* sed non omnia, sed maiorem partem : alia bona indiuisa reliquit.H.

g *Voluntatis.* præsumptæ. a cum enim pater inter eos diuiserit omnia,vel partem maiorem: verisimile est non aliter velle eos habere assignata,nisi essent hæredes.

h *Ei qui.* cui per diuisionem maiorem partem assignauerat,quã ab intestato habiturus erat.& facit.s̆.fami.erc.l.si cum pater.

Quæsitum.] CASVS. Filium,& ex eo nepotem habebã in potestate.dictus filius hæres fuit institutꝰ à quodam extraneo, & ab eo fuit legatũ dicto nepoti meo. certe valet legatũ.& etiam si legatũ fuisset fratri præ dicti instituti, vel etiã seruo suo, vel patris sui,valet legatum: quia etiam à filio meo instituto potest mihi legari. [*PRÆSENTE.*] quando in testamento meo dedi pure libertatem seruo meo, bene possum ei legare. vel volo pure, vel volo sub conditione. si autem dem ei libertatem sub conditione, & do ei legatum pure: quandoque valet legatum, quandoque non.nam si cõditio libertati apposita potest adimpleri ante aditam hęreditatem, & sic tempore quo cedit dies legati sibi seruo pure relicti,inuenitur liber: vnde potest sibi acquirere.dies autem dicti legati cedit ab adita hæreditate: vt C.de cad. tollen.l.ĭs. in nouissimo. si autem cõditio libertati apposita non possit adimpleri ante aditam hæreditatem : si alius esset institutus, de quo ponit duo exempla, non valet dictum legatũ: quia cum dies eius cedit,licet ab adita hæreditate, inuenitur seruus heredis. vnde sibi non potest acquirere legatum dictus seruus : nec hæredi : quia iam esset hæres & legatarius : quod esse non debet. quod autem diuisit relere legatum purè relictum seruo cui data est libertas sub conditione, si conditio possit adimpleri ante aditam hæreditatem, & adimpleta sit: fallit in vno casu, veluti quando Stichum seruum meum instituo mihi hæredem necessarium, & Pamphilo seruo meo dedi libertatem sub tali conditione, quæ posset adimpleri ante aditam hæreditatem si alius esset institutus, & eidem Pamphilo aliquid pure legaui : quia hoc casu statim mortuo testatore Stichus hæres est : siue velit, siue nolit.vnde non potest inueniri aliqua conditio quæ in hoc casu possit adimpleri ante aditam hæreditatem.tempore ergo quo cedit dies legati scilicet aditæ hæreditatis, si inuenitur seruus,vt dictum est, sibi legatum acquiri non potest: nec hæredi.vnde iudicatur non valere. Hoc dicit vsque.§.duobus.Viuianus.

i *Institutus fuisset.* à patre secundũ quosdam: immo ab extraneo vt statim innuit cum dicit,aliena.

k *Patri legari.* etiam pure : quod dic vt.s̆.eod.l.à filio.& facit, quando dies leg.ce.l.cum legato.

l *Seruo.* immo videtur quod filio vel seruo hæredis non iure legetur : vt instit. le leg.§. an seruo. quæ est contra. Solu. hic sub conditione vt & ibi permittit. Vel dic secundum Ioan. quod hic non erat filius vel seruus hæredis, sed patris hæredis. Vel dic secundum quosdam quod valeret secundum noua iura, secundũ quæ quæritur proprietas legatario filio, sed secundum vetera iura valebat, siue ipse hæres, siue legatarius fuit ante aditam hæreditatem emancipatus.

m *Data.* i. directe relicta à testatore.

n *Legari.* eidem seruo.

o *Poterit.* & vtriusque legati dies cedit ab adita hæreditate: vt C.de cadu.tollen.§.in nouissimo.

LXXXVIII. MARCIANVS libro sexto Institutionum.

SEd si non aliàs voluit eum pater habere legatum, nisi hæreditatẽ retineat : tunc neq; aduersus cohæredem dandã ei legati petitionem secundũ Aristonis sententiã cõstat: cum ipsi filio non videretur esse soluendo hæreditas.& hoc ita est, licet non conditionaliter expressisset,intellexisse tamẽ manifestissimè adprobetur.

LXXXIX. IVLIANVS libro trigesimosexto Digestorum.

NAm nec emancipatus hæreditate omissa legatũ ab hærede petere prohibetur. Prętor enim permittendo his qui in potestate fuerint,abstinere[c] se hæreditate paterna: manifestum facit,[id]ius se in persona eorum tribuere, quod futurum esset si liberum arbitrium adeundæ hæreditatis habuissent.

XC. PAPINIANVS libro octauodecimo Quæstionum.

QVid ergo si ita legauerit, *Hoc amplius filio meo*? Non dubiæ voluntatis quidem quæstio erit,sed non absimilis est prioris casus circa filij prouidentiam,nisi euidens voluntas contraria patris probetur.Planè[d] si pluribus[e] filiis institutis, [inter eos verbis legatorum bona diuiserit:[f] voluntatis[g]] ratione, legatorũ actio denegabitur ei qui[h] non agnouerit hæreditatem.

A filio instituto potest legari patri vel alteri cuicunque in eadem potestate constituto. Bartolus.

XCI. IVLIANVS libro trigesimosexto Digestorum.

QVæsitum est, si filiusfamiliàs,qui filiũ habebat,hæres institutus fuisset[i] cum esset vterque in potestate aliena, an ab eo filio eius legari possit? Respondi: cum possit à filio patri legari,[k] consequens est vt vel fratri ipsius, vel filio,vel etiam seruo[l] patris sui legetur.

C *Si libertatis dies & legati cedit simul, vel libertatis prius,valet legatum : secus si prius cedit dies legati. Bartolus.*

[Præsente quidem die data[m] libertate, seruo legari[n] vel purè vel sub cõditione poterit.[o] cum verò libertas sub condi-

BIU Cujas

a *Pure legabitur.* scilicet à domino. ab extraneo vero indistincte etiam pure legaretur.
b *Vtile.* scilicet de decé. nam de libertate legatum semper valet.
c *Legatum est.* immo quandoq; non: vt.j.de condit.& demon.l. cum seruus.in princi.Sol.ibi mixta conditione.& dic vt ibi no.
d *Efficient.* quia dies huius legati ab adita hę reditate cedit: vt.in.d. §.in nouissimo. quod hic esse nó potest. Sed contra.j.tit.ij.l.qui có cubinam.§.cum testamento. Solu.ibi. & facit.ś.de hære.institu.l. qui filio.§.ij. &.ś.co.l. si post mortem. &.j.de opti.leg.l.si optio.&.j. tit.j.l.si quis seruo.
e *Scripto.* & relicta libertate seruo,& legato vt supra.
f *Aditam.* aliàs cum institut⁹ est extraneus, secundú Ro. nam suus vel necessarius non dicitur adire. Vel dic ante aditam hæreditaté.i. ante immixtionem: prętor enim permittit abstinere: vt.ś.e.l.ná nec.
g *Efficient.* si non impletæ fuerint statim testatore mortuo, vel adhuc eo viuo. & est ratio secundum Ro. quia in hoc casu inter mortem & hæreditatis acquisitionem nullú est medium.

Duobus. [CASVS.] Duos mihi hęredes instituí, & alteri eorú legaui Stichum, & eidé Sticho legaui.x. Stich⁹ peruenit ad libertatem me testatore viuo, certe legatum prędictú habebit insolidú. nam & si non peruenisset Stichus ad libertatem me testatore viuo, certe legatum prędictú habebit insolidú. nam & si nó peruenisset Stichus ad libertaté, sed remanisset apud hæredé cui prælegatus fuit, & ipse hæres hæreditatem nó adiisset: totum legatum prædictum dicto hæredi acquireretur per seruú prædictú sibi legatú. [SERVO.] Titio seruú legaui: & seruo legaui.x. & postea seruú alienaui in Mętium. certe Męuius habebit legatú seruo relictú. [CVM SERVVS.] Legaui Titio Stichum, & eidé Sticho legaui.x. certe possum grauare Titium de fideicommisso alicui dando, vel ipsi seruo cum erit liber. [SI QVIS.] Legaui Titio Stichum: & postea eundem alienaui in Sempronium, postea eidem seruo dedi in codicillis legatum. certe illud legatum Sempronio acquiritur. & idem est si eum manumisi postquam eum legaueram, & eidé postea legatum dedi in codicillis. nam ei manumisso acquiritur legatum. [SI MIHI.] Titius instituit te hæredé, & mihi Stichum legauit. Sempronius quidé alius fecit testamentú, & dicto Sticho legauit.x. decesit Sempro. secúdus testator, & viuo Titio primo testatore, sicque cesit dies legati Sticho relicti: quare acquiritur hæreditati Titij primi testatoris. i. ipsi Titio qui adhuc viuebat, vt dictum est. certe licet postea moriatur Titius cui acquisitum est legatum relictum seruo qui adhuc erat suus, quamuis mihi legauerat eum, vt dictum est tamen ad me cui Titius Stichum legauit, non pertinebit legatum relictum dicto Sticho per Sępronium: immo pertinebit ad hæredé Titij prædicti. [CVM HOMO.] ff. Infort.

tione data fuerit: aliàs vtiliter, aliàs iutiliter purè legabitur. [2] nam si ea cõditio libertatis fuerit, vt patrefamiliàs statim mortuo posit ante aditam hæreditatem existere conditio, veluti, *Stichus si decem Titio dederit*, vel *Capitoliũ ascenderit, liber esto.* vtile[b] legatũ est. [c] Huiusmodi autem conditiones, *si hæredi decem dederit: si post aditam hæreditatem Capitolium ascenderit:* inutile legatum efficient. [d] Necessariò autem ex asse hærede scripto, [e] etiam hę cõditiones quę ante aditam [f] hæreditatem impleri possunt, inutile legatum efficient. [g]

Si seruo legato viuo testatore obuenit libertas: relictum eidem debebitur. Bartolus.

¶ Duobus hęredibus institutis, alteri Stichum legauerat, & eidem Sticho decem. cum Stichus viuo testatore ad libertatem peruenerit, *totum legatũ ei[h] debebitur. Nam insolidum cõstitisse causam legati in eius persona, hoc quoque argumẽto est, quod si hæres cui legatus fuerat, hęreditatẽ non adisset, solidum ab altero hærede consequi potuisset. [i] *¶ Seruo legato legatum datum est. Si alienatus à testatore fuerit, * legatum ad emptorem pertinebit. [k] ¶ Cùm seru⁹ Titio, & eidem seruo aliquid legatur: fidei [Titij] committi potest, vt aut seruum alicui restituat, vel ea quæ seruo legata sunt. Hoc amplius, etiã ipsi seruo cum liber erit, fideicõmissum à Titio dari potest. ¶ Si quis Stichum legauerit, & eundẽ alienauerit, vel manumiserit, deinde codicillis eidem legatum dederit: legatũ vel manumisso vel emptori debebitur. [l]

Ea quæ adquiruntur per seruũ viuo testatore, nõ debẽtur legatario: secus in quæsitis post mortẽ & aditã hæreditatẽ. Bart.

¶ Si mihi seruus à te hærede legatus [m] fuerit, & eidé seruo aliquis [n] legauerit, & viuo eo qui mihi seruũ legauerat, dies legati seruo dati cesserit: [o] confestim [q] id legatum hęreditati [p] adquiritur. & ideo quãuis post ea moriatur is qui seruum mihi legauerat, ad me id quod seruo legatum est, nõ pertinebit.

Si legatur homo alienus, fructus & accessiones veniũt à tępore litis cõtestatę. Bar.

¶ Cum homo ex testamẽto petitus [r] est, causa eius temporis quo lis contestabatur, [s] repræsẽtari debet actori. & sicut partus ancillarũ, sicut fructus fundorũ interim percepti in hoc iudicium deducuntur: ita quod seruo legatorum vel hæreditatis nomine interim obuenerit, præstandum est petitori.

Qui cõsentit alienationi rei à testatore pure sibi relictæ, potest adhuc petere pretium, licet hæres soluendo rem liberare se posit. Bartolus.

XCII. IVLIANVS libro trigesimonono Digestorum.

SI fundum per fideicommissum relictum vnus ex hęredibus excusso pretio secũdum reditum [t] eius fundi mercatus sit [u] propter ęs alienũ [x] hęreditarium, præsente & adsignante eo cui fideicommissum debebatur: placet non fundum, sed pretium eius restitui debere. [y]

Si fundũ. [CASVS.] Pluribus mihi hæredibus institutis fundũ Titio per fideicõmissum reliqui. vnus ex hęredibus dixit cohæredibus: quia hæreditas est multum onerata debitis, vendamus fundum prædictum, & expediamus nos à creditoribus, & si vultis, ego inquiram reditus fundi, & ita quid potest valere fundus, & emam eum. dixerunt cohæredes, vocemus Titium cui relictus est dictus fundus: & si placebit ei, faciemus. vnde vocauerunt eum, & dixerunt ei prædicta: & ipse respon. non consentiam aliter nisi detis mihi quantum postea valet fundus: sed ita bene consentio. & ita factum est. postea vult fideicommissarius fundum. non potest, sed pretium eius sic. si tamen hæredes velint ei dare fundum, bene possunt. Viuianus.

a *Limita istud dictũ quando cõmittatur mora: & à quo tępore incipe.* l. cũ fundus. &.j. de *piat*: vide *per Angel.* & *Imol.* l. *viuum.* 2. & *Bart.* ff. eo. l. apud Iulianũ & *Alex.* ff. *si cer. pet.*

a Legaui mihi Stichum. ego fui litem contestatus contra hæredem tuum super hoc. certe quicquid à lite contestata vsque ad sententiam habiturus fuissem si mihi datus esset tempore litis cõtestatę, totum debet mihi dare hæres. & ponit simile de ancilla legata, & de fundo legato. Viuianus.

h *Totum legatũ ei.* Sticho: vt &.j. quãdo dies leg. ce. l. cum legato.
i *Potuisset.* j. ti. j. l. milites. §. fi. contra. Sol. ibi.
k *Pertinebit.* j. §. ij. &.j. quando di. le. ce. l. cũ legato.
l *Debebitur.* ś. §. ij. &.j. quando dies leg. ce. l. cum legato.
m *Legatus.* à testatore.
n *Aliquis.* extraneus.
o *Cesserit.* quia decessit qui legauit.
p *Confestim.* eo legante mortuo.
q *Hæreditati.* id est, bonis quæ nunc sunt, spe futuræ hæreditatis. & sic nomen destinatum post mortẽ, imponitur ante mortẽ: vt & posthumus dicitur post testamentum natus etiam in vita. & facit.j. tit. j. l. quod seruus.
r *Petitus est.* per legatarium.
s *Contestabatur.* ex hoc dicunt quidam moram fieri à tempore litis cõtestatę. [a] Io. vero prius etiam à die interpellationis: vt.j. ti. j. l. si quis seruo. quod plene dic vt. C. de vsur. & fru. lega. l. j. & facit. ś. si cert. pe. l. cũ fundus. &.j. de *piat*: vide *per Ange.* & *Imol.* l. *viuum.* 2. & ś. eo. l. apud Iulianũ & *Alex.* ff. *si cer. pet.*
t *Secundum reditũ.* Nota pretiũ rei secundú reditũ: vt in auth. de non alie. §. quod autem. in fi. col. ij. &. C. de rescin. ven. l. si quos.
u *Mercatus sit.* à cohæredibus suis. quo casu etiam partem suam potest emere: vt. ś. de in di. addic. l. quod si vno. §. fi.
x *Propter ęs alienum.* quod forte minuebat legatum. R. sed hoc non allegabatur hic.
y *Restitui debere.* immo nihil videtur deberi: vt.j. tit. j. l. codicillis. §. j. contra. Sol. hæc secundum illam: quia eo animo hic consensit, vt non perderet fideicommissum. Et eodé modo respõ. ad l. j. eo. l. nihil. §. j. quæ est contra. vel dic vt ibi. Item eodem modo respon. j. tit. j. l. cum pater. §. libertis. Item no. hic præsentiam no-

BIU Cujas

cere quoad fundum.sic.ff.de pigno.l.fideiussor.§.j. Sed arg.cõtra ff.de pig.act.l.Gaius.&.j.tit.ij.l.Titia.§.Lucia.Sed dic vt in quibet earũ nota. Item no.quod pretium succedit loco rei. [a] sic.ff. de peti.hære.l.si & rem.

[a] *Limitabis hãc glo. & l.in ea alleg. per tex.sing. in l.1.j. de distrac. pign. secundum Barto. in.l. is qui à debitore. in prin.versi. sed quæro. j.de his quæ in frau. credi. Bald. in l.fina.§. & si præfatã. 3.nota.C.de iure delib. & Ang. & Alexã. plene in.l. si rẽ. de peti. hære. vt non procedat actione hypothecaria parti culari.*

a *Marcellus notat.* corrigendo, vt tantum fundus debeatur secundum quosdã.quod non placet, sed est in solutione fundus.& facit.ff. fol.matrimo.l.si vero. §.fi.item facit.j.titu.j.l. fi.§.quatuor.cõtra.Sed ibi alij ignorauerunt.

Si Titio.] CASVS. Titio legaui.x.& fidei eius commisi vt seruũ Mæuij manumitteret. si dominus serui non vult eum vendere, nihilominus Titius legatum habebit. nam non remanet per eum, ac si mortuus esset dictus seruus.[SICVT.] Filium meum impuberem mihi hæredem institui, & ita dixi: quicunque erit hæres filio meo ab intestato, volo quod det Titio.x.certe valet hoc fideicõmissum.nã & valet cum relinquo ab hærede meo legitimo.& est verum quod dixi,si dictus filius meus decedat impubes, non aliàs.h.d.cum.l. sequẽ. Viuianus.

b *Si Titio.* aliàs.§.Iulianus.aliàs.l.si Titio.

c *Velit.* idem si velit, sed immenso pretio: vt infra,tit.j.l.non dubium.§.fina.

d *Non summoueretur.* vt & arg.ff.eo.l.turpia. §.j.&.j.de op.le.l.filiũ. &.C.de instit.& substit. l.j.&.j.de ali.leg.l.pecuniæ. &.ff. de condi. insti.l.quæ sub condi. §.quoties. &.j.tit.j.l. si quis Titio.&.j.tit.ij.l. pater.§.Tusculanus.

e *Dare.* vt &.ff.tit.j.l. iij.&.C. de fideicommiss.lib.l.ex testamẽto.

f *Filii.* instituti, non exhæredati: vt.C.de le. l.cum quidam.&.j.eo. l.plane.in princip.cum enim posset pro eo testari: vt instit.de pupil.substi.in princi.ergo si non facit ipse pater, videtur relinquere legitimis filiis: vt supra,titu.j.l.conficiuntur.circa princip.Vel dic quod pater intestatus obiit:sed codicillos fecit pro filio: secus in testamento quod hic pater tantum filio faceret: quia non valeret nisi & pater sibi faciat: vt.ff.de vulgari sub.l.ij.§.prius.

g *Quod fideicommissum. Quatenus.* id est, quando.

h *Euanescit.* sic substitutio pupillaris euanescit adueniente pubertate: vt instit.de pupil.substit.§.j.

Plane.] CASVS. Ego exhæredaui filium, & ab eius legitimo reliqui fideicommissum. non valet nisi legitimus filius fuerit meus hæres, & tunc præstabit fideicommiss. non quasi hæres filij, sed quasi meus. [QVI ROGATVS.] Seruum tuum hæredem instituì, & hæreditatem meam rogaui te dominum vt alij restitueres.tu vendidisti seruum, & habuisti pretium serui & hæreditatis. certe teneris ad fideicõmissum præstandum,& emptor

Marcellus notat: [a] Si fundum restituere malit hæres, audiendum existimo.

Licet modus per casum deficiat, debetur legatum. Bartolus.

¶ Iulianus. Si Titio [b] pecunia legata fuerit, & eius fideicõmissum, vt alienũ seruũ manumitteret, nec dominus eũ vendere velit: [c] nihilominus legatum capiet:quia per eũ non stat quomin[9] fideicõmissum præstet.nã & si mortuus fuisset seruus, à legato non summoueretur. [d]

Potest relinqui fideicommissum à succedentibus ab intestato pupillo, quod expirat pubertate adueniente.h.d. vsque ad.§.qui rogatus.in.l. plane. Bartolus.

¶ Sicuti conceditur vnicuique ab eo ad quẽ legitima eius hæreditas vel bonorum possessio peruentura est, fideicõmissum dare: [e] ita & ab eo ad quem impuberis filij [f] legitima hæreditas vel bonorũ possessio peruentura est, fideicommissa rectè dabuntur.

XCIII. VLPIANVS libro primo Fideicommissorum.

QVod fideicõmissum hactenus quaten[9] [g] impubes decedat, valebit.cæterùm si pubes factus decesserit, euanescit [h] fideicommissum.

XCIIII. IVLIANVS libro trigesimonono Digestorum.

PLanè si filium impuberem exhæredauerit, fideicõmissum legitimus hæres præstare cogendus [i] non erit, nisi idem & patri hæres fuerit. [k]

Venditor serui hæredis de restituendo rogati tenetur fideicõmissario si est soluẽdo: aliàs cõtra emptorẽ habetur regressus. Bar.

¶ Qui rogatus erat hæreditatẽ ex qua seruus eius hæres instititutus erat, restituere, [cùm] alij seruum vendidisset: [l] quæsitum est, an hæreditatem restituere cogendus est is ad quem hęreditas ex emptione serui hęredis scripti peruenerit? Dixi compellendũ esse ad fideicommissum restituendum eum qui seruum suum hæredem scriptũ vendidit:cum pretium hęreditatis quam restituere rogatus est,habeat. [m] Is autem ad quẽ hęreditas ex emptione serui hęredis scripti puenerit: [n] ex causa cogendus erit fideicommissum præstare,id est,si dominus serui hæredis scripti soluendo non erit. [o]

Grauatus dare vnam de rebus alternatiue relictis,tenetur ad illam etiam si aliam elegerit. Bartolus.

¶ Si cui Stichus aut Dama legatus esset electione legatario data,& fidei eius commissum esset vt Stichum alteri præstaret: si Damam vindicare maluerit, nihilominus Stichum ex causa fideicommissi præstare debebit. Siue enim pluris est Dama, compellendus est Stichum redimere:siue minoris,æquè Stichum iustè dare cogetur, cum per eum steterit [p] quo min[9] ex testamento haberet quod fidei [eius]commissum fuerit.

Cui est prouisum non pecuniariter, grauari non potest. Bartolus.

¶ Qui testamento manumittitur, [q] & neque legatum neq; hęreditatem capit:fideicõmissum præstare cogendus non est.ac ne is quidem qui seruum legatum rogatus fuerit manumittere. [r] Is enim demum pecuniã ex causa fideicommissi præstare cogendus est, qui aliquid eiusdẽ generis vel similis ex testamento consequitur.

XCV. VLPIANVS libro primo Fideicommissorum.

VIdendum tamen est numquid si vice operarum rogauerit eum aliquid [f], debeat ita demum si tu soluendo non es. [SI CVI.] Legaui tibi Stichum aut Damam, ad tuam electionem, & rogaui te quod Stichum Titio dares ex testamento. tu petisti Damam, & habuisti. certe quamuis Dama sit vilior quàm Stichus, nihilominus Stichum Titio dabis: quia per te stetit quo minus habeat Stichum ex testamẽto meo quo rogoui te Titio dare. [QVI TESTAMENTO.] Si do seruo meo libertatem, & nihil aliud: non possum grauare eum in aliquo: nec illum similiter possũ grauare cui lego seruum, vt eum manumittat: quia illi duo non recipiunt in testamento meo pecuniariũ cõmodũ, quidã tamẽ dicebãt recipere pecuniariũ commodũ illum qui rogatus est de manumittẽdo: quia potest eidem manumittendo operas imponere. vnde sic potest grauari fideicommisso, quod vetat lex sequens. Viuianus.

i *Cogendus.* vt & infra, titu.ij.l.fina.&.C. de lega. cum quidam. & infra,ad leg. Falcid. l.qui fundum.§. qui filios.

k *Hæres fuerit.* sic infra, ad leg. Falcid.l.in ratione.§.fina.

l *Vendidisset.* antequam vellet adire hæreditatem. & sic iussu emptoris adibit: vt instit. de hære. institu. §. alienus. aliàs si iam adisset, apud venditorem remaneret: sicuti aliud eius peculium: vt ff.de contrahen. empt. l.quoties.Accursius.

m *Habeat.* per medii. fiducia enim hæreditatis quærendæ carius emit. Et no.pretium succedere loco rei: vt.ff.de peti.hære.l.si & rem.

n *Peruenerit.* quia emptor serui iussit adire.

o *Non erit.* sic.ff.de eo per quem fact.erit.l.fina.in princip.Sed quid in nostro casu si eum manumisit antequã adeat iussu domini? Respon. manumissum teneri: vt infra,titu.j.l.si alienus seruus.

p *Steterit.* est & alia ratio,quia is videtur melior quẽ elegerit: vt instit. de actio.§.huic autem.aliàs nisi essent istæ rationes, esset contra.j.titu.j.l.imperator.

q *Qui testamento manumittitur.* directò,idem si per fideicommissum, vt statim innuit.Sed arg.contra.j.de manumiss.testa.l.libertas.§.hæc scriptura.&.l.Mæuia.sed reddere rationes non est soluere de suo: & accendere candelas nõ est pecuniarium:& sic nec per hoc potest grauari: vt.ff.proxi.

r *Manumittere.* nam non est locupletior qui libertum habet: vt j.de reg.iur.l.nemo.§.fi.&.j.de assigna.lib.l.assignare.

r *Manumittere.* non enim perseuerauit commodum: vt & infra, eo.l.quidam.§.si tibi.

s *Videndum. Aliquid.* scilicet dare. vel dic ad dationem pertinens.

Exigunter

a *Exiguntur.* vt.C.de ope.lib.l.mater.etiam si hoc dixit testator:vt.j.de ope.li.l.cerdoné.&.l.Campanus.nisi esset filius testatoris,& pater hoc præceperit:vt.j.de bo.lib.l.qui ex causa.& de fideicommiss.li.l.si filius.in princip.

Quidam.] CASVS. Titius ita legauit:Pamphilæ volo dari aureos quadringentos: & volo quod hæredes mei accipiant partem tertiã de dictis quadringentis à Iulio castaldo meo:& superfluum accipant de talibus aliis locis.postea testator accepit denarios castaldo, & in alios vsus conuertit,& decessit non mutato testamẽto.certe nihilominus valet fideicommissum Pamphilæ datum,quãuis sint summę in alios vsus translatæ:quia nõ apposuit conditionem, immo demõstrationé, cum dixit, à Iulio &c. [QVOTIES.] Instituit mihi hæredem, & ab eo legata reliqui.ipse non vult hæreditatem, & vacat hæreditas.vnde fiscus debet eam habere.certe fiscus præstabit dicta legata. [SI TIBI.] Legauit tibi Stichum valentem x.& rogauit te quod Titio.x. dares. postea antequam legatum agnosceres,est mortuus Stichus.certe non præstabis fideicõmissum à te relictum.[SI SCRIPTVS.] Plures instituit mihi hęredes,& legata ab eis reliqui: & dixi,volo quod Titius hæres percipiat omnia legata,& ea inter legatarios distribuat.certe legatum alicui sub conditione relictũ nõ percipiet Titius hæres ante conditionem.pendente tamen conditione legati cauebunt coheredes aut Titio commissario, aut legatario conditionali quod prę stabunt legatum conditione adueniente.

[CVI STATVLIBER.] Libertatẽ dedi seruo meo sub conditione si daret tibi.x. & te grauaui in præstãdis Titio.x.certe bene valet fideicommissum à te relictum Titio. & est ratio quare possum te grauare vt dicit litera, nam cum posit. &c. Viuianus.

b *Aßore.* id est,castaldo.

c *Quos.* aureos.Accursius.

d *Inieciße.* sic.j.tit.j.l.Lucius.in prin.&.j.titu.ij.l. Paulo Callimacho.§.fi.&.j.de adi.leg.l.Lucius.&.j.titu.ij.l.prædiis. in prin. &.l.fideicommissa.§.si rem.

e *Præstantur.* à fisco: vt.ſ.ad Sil.l.cum fisco.&.j.de iure fisci.l. quod dicitur.&.j.ad Trebel.l.Marcellus.§.fi.&.ſ.si quis ali.test. pro.l.si quis.&.C.ad.l.Falci.l.etiam.

f *Decesserit.* non præcedente mora hæredis antequam legatum agnosceres.Vel dic etiã postea:& ideo liberatur interitu serui:qa

ff. Infort.

hoc fideicommissum valere. Quod nequaquam dicendum est:quia nec operæ imponi huiusmodi liberto possunt, nec impositæ exiguntur, a quamuis testator ita cauerit.

Designatio vnde legatum soluatur,post legatum relictum apposita:ipsum conditionale non facit. Bartolus.

XCVI. IVLIANVS libro trigesimonono Digestorum.

QVidã testamento vel codicillis ita legauit, *Aureos quadringentos Pamphilæ dari volo,ita vt infra scriptũ est: ab Iulio actore* b *aureos tot,& in castris quos* c *habeo,tot:& ĩ numerato quos habeo,tot:* post multos annos eadem voluntate manente decessit,cũ omnes summę in alios vsus translatæ essent. quæro, an debeatur fideicõmissum? Respõdi,vero similius est,patrẽfamiliàs demõstrare potius hæredib' voluisse vnde aureos quadringentos sine incõmodo rei familiaris contrahere possent, quam conditionem fideicommisso iniecisse d quod initio purè datũ esset: & ideo quadringenti Pamphilæ debebuntur.

Bona vadunt ad fiscum cum onere legatorum. Bartolus.

℣ Quotiẽs lege Iulia bona vacantia ad fiscũ pertinẽt:& legata & fideicõmissa præstantur, e quæ præstare cogeretur hæres à quo relicta erant.

Qui tenetur ad pretium rei,re peremptæ liberatur.h.d.Vel sic:Qui tenetur ad quantitatem respectu speciei,peremptæ specie liberatur.Bartolus.

℣ Si tibi seruus legatus fuerit,& petitum à te vt Titio aliquid præstares vsque ad pretium serui,deinde seruus decesserit: f nihil fideicommissi nomine præstare cogendus eris.

Executor non debet ante pecuniam petere quam conditio legati extiterit. Bar.

℣ Si scriptus ex parte hæres,rogatus sit percipere g * pecuniã, & eis quibus testamento legatum erat, distribuere: id quod sub conditione legatum est, h tunc præcipere debebit, cum conditio extiterit: interim i aut ei,aut his quibus legatum est, satisdari oportet.

Ille cui datur aliquid causa conditionis implendæ, potest onere fideicommissi grauari. Bartolus.

℣ Cui statuliber pecuniã dare iussus est, k is rogari potest vt eandem pecuniam alicui restituat. Nam cum posit testator codicillis purè libertatẽ dare, & hoc modo conditionem extinguere: l cur non etiã per fideicommissum eandẽ pecuniã adimendi potestatem habeat?

Fideicommissum iniunctum de re legatum præstatur vt accipitur: si de alia præstatur in integrum. Bartolus.

XCVII. IDEM libro quadragesimosecundo Digestorum.

SI mihi Stichus legatus esset, fideique meæ commissum, vt aut Stichum m aut pamphilum meum seruum redderem, & in Sticho aliquid ex legato propter legem Falcidiam perdidissem: necesse habebo, aut Pamphilum seruum meum totum Titio dare, aut eam partem n Stichi quam legatorum nomine accepero.

Is in quo ius est postliminii, potest legari. Bartolus.

XCVIII. IDEM libro quinquagesimosecundo Digestorum.

SEruus o ab hostibus captus rectè legatur.hoc enim iure postliminij fit.vt quẽadmodũ hæredẽ instituere possumus seruũ q in hostiũ potestate est, ita legare quoq; eũ possumus.

Cui optio est legata,potest optare seruum specialiter alteri legatum. Bartolus.

XCIX. IDEM libro septuagesimo Digestorum.

SI domino p Stichus legatus esset, & seruo eius q optio

A cum dixit testator vsq; ad pretiũ serui:videtur ei electionẽ dedisse velit dare seruũ, vel eius pretiũ.& sic cũ alterũ tantũ sit in obligatione,& electio sit debitoris,seruo mortuo debet liberari:quia eum eligere potuit:arg.ad hoc.j.co.l.filiusfami.§.apud Marcellũ. &.j.de re iud.l.miles.§.j.& dixi.ſ.eo.l.cum res. H.sed in vera alternatiua altero mortuo,qui supersest dãdus est: vt.ſ.de eo qđ cer. *Flo.prac.* lo.l.ij.§. qui Stichum. *pere* & facit. C. communia de leg.l.j.&.j.titu.ij.l. si legatarius.

g *Percipere.* vt minister, & vt momẽtaneã curã habeat.aliàs cõtra .j.ti.j.l.si quis Titio.& de adi.leg.l.pecuniæ.

h *Legatum est.* facit.ſ. fami.ercisc.l.& post.§.j.

i *Interim.* id est, pendente conditione.

k *Iussus est.* ĩ testamẽto.

l *Extinguere.*& sic directo aufert pecuniam ei cui statuliber iussus erat dare.quandoq; tamẽ per obliquum, siue per fideicommissum: vt hæreditas in codicillis: vt.C.de codicill.l.hæreditatem. & facit supra, de do.cau. mor.l. quod statuliber.

Si mihi Stichus.] CASVS. Mæuius legauit mihi Stichũ, & rogauit me quod darẽ Titio dictum Stichũ aut Pamphilũ seruũ meũ, hæres Mæuij detraxit mihi Falcidiam de Sticho.certe adhuc est mea electio vtrũ dẽ Titio partẽ Stichi quã habeo, an Pamphilũ seruum meum.Viuianus.

m *Aut Stichum.* mihi legatum.

n *Eam partem.* nõ deducto aliquo. sic.ſ. de annu. leg.l. liberto.§.à liberto.&.j.ti.j.l.cũ pater.§.j.&.l. imperator. Sed contra.j.ad.l. Falcid.l.pœnales.§.fi. vbi legatarius deducit si ei deductũ est. Sol.ibi in relicto quantitatis, hic in specie indiuisibili. sic & aliàs.ſ.eo.l.si fundus sub cõditione.§.si libertus.&.j.e.l.ab omnibus.j.respõ.& no.de hoc C. cõmu.de le.l.j.

Seruus.] CASVS. Dicitur hic quod sicut seruũ ab hostib' captum possum hæredem instituere:ita eum alij legare possum.Viuianus.

o *Seruus.* facit.ſ.de hære.instit.l.illa.§.j.&.j.e.l.si seruo.§.j.&.l. ab omnibus.§.etiam.&.ſ.eo.l.id quod.Sed arg.contra.j.de verb. oblig.l.liber homo.

Si domino.] CASVS. Pãphilo Titij seruo legaui optionẽ seruorum meorũ, inter quos erat Stichus.postea ipsi Titio domino legaui dictũ Stichũ.certè viuo Pãphilo cui legaui optionẽ, nõ habet dominus Titius Pãphili nisi dimidiã in Sticho:qa poterit esse quod Pãphilus pueniet ad libertatẽ,& optabit Stichũ qui legat' est domino suo.vnde i eo cõcurreret quilibet in dimidia.Vi.

p *Si domino.* puta Pamphili.Viuianus.

q *Seruo eius.* domini,scilicet Pamphilo.

a Quæ debet fieri ab hærede etiã si agatur de iudicio tertii in lucris captandis: non si de damnis inferendis. Bart.in.l.si quis à filio. §.1.ff.eod. Quãdo autem agitur de interpretatione totius testamẽti: ptinet ad iudicẽ p.l. voluntatis. & ibi Bal. C. de fideicommiss.

a *Data.* scilicet vt optet vnum ex illis, cum duo tantum essent: alioquin generale legatum optionis in vno seruo de familia non derogaret speciali: vt.j.de pec.le.l.seruo manumisso. & de opt.le. l.cum ita.§.j.&.l.si hæres.quæ sunt contra. Sed R. intelligit quod hic dicit, esse verum ex significatione verborum defuncti: sed secus ex interpretatione voluntatis[a] eius: vt in contrariis. Et hoc not. hic per plura verba, & secundum hoc fuit legata optio serui de tota familia. Sed pone me instituũ, & seruo meo relictam optionẽ seruii. videtur non valere: vt insti. de le.§.an seruo. Séd dico cõtra: qa legatũ optionis est cõditionale .s. si optauerit: vt insti. de le.§.optionis. sed regula Cato. non pertinet ad cõditionalia relicta: vt.j. de regu.Cato.l.j.&.d. §.an seruo.ĩ fi. Accur.

b *Quod.* id est, quia.

c *Optare.* de rigore verborũ. vel dic q̃ erant duo tantũ, vt dixi. & secundũ vtrumq; fiunt partes cõcursu. ná potest eligere in Sticho, cũ & ipse cõtinebatur in optione hominis cui legatur &c. vt j.ti.j.l.Mæuius.§.j. Sed huic.l.secundum quod R. ponit, sunt cõtraria iura quę dicunt generi per speciem derogari, non speciei per genus: vt.j.tit.ij.l.seruis vrbanis.&.j.de reg. iur.l.in toto. sed ex prædictis appãret sol.

SI mihi.] *CASVS.* Sempronio legauit mihi equum suum sub conditione ab hærede suo Titio. Titius hæres postea mihi eundem equum sub eadem conditione legauit. certe adueniente conditione consequar equũ ex primo testamento Sempronij, & non ex secundo Titij. Viuianus.

d *Si mihi.* facit.j.de le.ij.l.Mæuius.j.respon.&.j.ad.l. Fal.l.fundo. Sed contra.ĩ.eo.l.plane.§.j.solu. vt dixi.ĩ.eo.l.huiusmodi.§.j.

SI seruo.] *CASVS.* Titius in testamẽto suo legauit seruo meo Stichũ, & postea fecit codicillos, & mihi legauit eũdẽ Stichũ. ego nesciens mihi legatum esse Stichum in codicillis, repudiaui ex testamento. certe nihilominus postea potero petere ex codicillis. [*SI EI.*] Capto apud hostes aliquid legaui, & ipse ibi mortuus est. certe nihil valet legatum, quamuis si rediisset ab hostib⁹, per postliminium confirmaretur legatum, & valeret. Viuianus.

e *Possum.* vt.j.tit.j.l.si duobus.&.l.si mihi pure.&.ĩ.de transac. l.cum Aquiliana.&.l.qui cum tu. in princip.& instit.de inoffi.testa.§.mater.&.§.cæterum.

f *Momenti.* habetur enim hoc legatum pro non scripto: vt.C.de cadu.tollen.§.in primo.& facit.ĩ.eo.l.seruus.

SI minor.] *CASVS.* Quidam minor.xx.annis manumisit seruum suũ non probata causa apud conciliũ, sicut debet facere per.l.Aeliam Sentiam, & ita non valuit manumissio. & postea eidem seruo legatum reliquit in testamento suo, & postea eundem seruum alienauit in Titium, & Titius dedit ei libertatẽ, quæ valuit. nunquid capiet dictus seruus nũc liber legatũ sibi à dicto minore relictũ? Et dicitur quod non. sicut enim nõ valeret legatum si ei legasset sine libertate, ita non valet quando legat ei data ei libertate inutiliter: vt fuit in nostro casu. Viuianus.

g *Alienatus.* ab illo testatore viuente postea.

h *Sine libertate.* nam non potest minor sine causa probata corã iudice dare libertatem etiam in vltima voluntate: vt hic, & instit. qui ma.non pos.§.eadem. licet ibi ad.xvij.an. reducatur, & hodie per authen.ad.xiiij.an.vt.C.qui ma.non pos.authen.sed hodie.& data: a partem dimidiã Stichi dico ad dominum pertinere, quod b possit seruus manumissus eundem Stichum optare. c

Dispositio hæredis non tollit dispositionẽ defuncti. Bartolus.

C. IDEM libro septuagesimo-septimo Digestorum.

SI mihi d Sempronius à Titio hærede legauerit, Titiúsque mihi sub eadẽ conditione eandẽ rem legauerit: existente conditione capiam legatum ex testamento Sempronij.

Qui repudiat ex persona serui, potest agnoscere ex sua. Bartolus.

CI. IDEM libro septuagesimo octauo Digestorum.

SI seruo meo Stichus legatus fuerit testamento, ídque legatũ repudiauero, deinde prolatis codicillis apparuerit mihi quoque eundem Stichum legatum esse: nihilominus eundẽ vindicare possum. e

Qui decedit apud hostes, videtur mortuus tempore captiuitatis. qui reuertitur videtur semper fuisse in ciuitate. Bartolus.

¶ Si ei qui in hostium potestate est, legatũ fuerit, & is apud hostes decesserit: nullius momenti f legatum erit, quamuis postliminio confirmari potuit.

Legatum pure relictum seruo non iuste manumisso non valet, nec confirmatur si postea manumittatur. Bartolus.

CII. IDEM libro octagesimoprimo Digestorum.

SI minor quàm vigíti annis dominus seruum causa non probata manumiserit, & postea legatum ei dederit, ísq; alienatus g ad libertatẽ perductus fuisset, legatũ nõ capit. nã perinde nullius est momenti legatum, ac si sine libertate h datum fuisset.

Tunc in fraudem videtur quis fideicommissum assumere, quando non publicè sed secretè de restituendo promittit. Bartolus.

CIII. IDEM libro octagesimotertio Digestorum.

IN tacitis fideicõmissis fraus legi fieri videtur, quotiens quis neque testamento neq; codicillis rogatur, i sed domestica cautione vel chirographo obligat se ad præstandum fideicõmissum ei qui capere nõ potest. k

Si testator vnum ex hæredibus exemit ab onere, cæteri ad onus integrum tenebuntur. Bartolus.

CIIII. IDEM libro primo ad Vrseium Ferocem.

ABomnibus hæredibus legatum ita erat, *Quisquis mihi hæres erit, damnas esto Titio dare centum.* deinde infra comprehensum erat, ne vnus ex

A sic non ob.C.e.l.seruis. sed cum tẽpore mortis minoris sit libertas, videtur valere. sed certe ideo non valet, quia sub conditione videtur lagatum. s. ac si ex manumissione peruenerit ad libertatẽ vt ĩ.de condic.indebi.l.seruo.

IN tacitis.] *CASVS.* Si testator non in testamento vel codicillis domestica cautione obligat hæredẽ suũ de prestando fideicommisso illi qui capere nõ potest, videt fieri fraus legi quę dicit quod nõ capientibus non relinquatur. & habebit fisc⁹ illud fideicommissum. Viuianus.

i *Rogatur.* expresse & euidẽter, licet dicat, fac cias quod scis, vel da ei cui scis me velle.

k *Non potest.* ad hoc j.de iu.fis.l.iij.in princi. &.l. in fraudẽ. &.ĩ. de vsur.l.cum quidã.§. in tacita. Accursius.

B

ABomnibus.] *CASVS.* Ita dixit testator, Quisquis mihi hæres erit, det Titio cẽtum, id est, inter omnes hæredes dent Titio cẽtum. postea dixit, volo quod Titius hæres meus aliquid præster debonis centum. certe reliqui hæredes dabunt tota centum Titio. [*INTESTAMENTO.*] Ita dixit testator, Hæres meus det centũ Lucio Titio si ipse Lucius Titius reddiderit dicto meo hæredi tabulas siue chartam in qua sum ei Lucio obligat⁹ in.lx.pone. Lucius decessit antequam daret chartam hæredi. nunquid hæres Lucij poterit petere legatum de centum? & certe si tempore testamenti tabulæ siue charta erant in rerum natura, non habebit hæres Lucij legatum: quia non adimpleuit Lucius conditionem dandis tabulis hæredi testatoris, quare non transmisit ad hæredem suum legati petitionem. si autem non erant in rerum natura, videtur apposita legato Lucij impossibilis conditio, vnde pro non scripta habetur, sicque legatum purum transmisit ad hæredem suum Lucius Titius prædictus. [*ETIAM.*] Quędam res hostium possunt emi, & quædam non. illa res ergo hostium quæ potest emi, potest legari, & non alia. *SI ATTIO.*] Instituit mihi hæredes Attium & duos alios, & postea ita dixi, Quisquis mihi hæres erit, det.x. Attio. certe pro parte cohæredum habebit legatum Attius, & non pro sua: quia hæredi à semetipso sibi legari non potest. Quid si ita dixi, volo quòd Attius habeat fundum Cornelianum, & det hæredibus meis.x? certe pro parte cohæredum habebit fundum. & non pro sua. & sicut pro tertia non habet fundum, ita pro tertia non soluit.x. Quid si ita dixi, Quisquis mihi hæres erit, det hæredibus meis.x? & sic grauati omnes hæredes dare omnibus hæredibus decem. certe omnes hæredes habebunt æquales partes de.x. & sic nullus dabit aliquid de legato alteri. [*CVM QVIDAM.*] Instituit mihi hæredem Titium quandocunque mater eius decederet: quod perinde est ac si sub conditione eum instituissem: quia sub die incerto eum instituí; & si hæres non esset Titius, substituit ei Mæuium, & à substituto prædicto reliqui legata instituto. me postea mortuo, & sic cedente die legati à me testatore instituto relicti præstandi ei per substitutum, ipse institutus decesit viua matre sua, & ita antequam existeret dies sub quo eum instituí, vnde hæreditatem meam non transmisit ad hæredem suum, immo habet eam dictus substitutus qui de legato præstãdo instituto erat oneratus, venit hæres instituti, & petit legatum à substituto dicens, quamuis institutus ad me suum hæredem non transmiserit hæreditatẽ,

tamen

tamen legatum bene transmisit: quia tempore quo decessit institutus, cesserat dies legati, vt dictum est. certe optime petit, & habere debet legatū, non solū quando ego testator ei instituto taliter reliqui legatum vt dictum est, id est, pure: sed etiam si reliquissem sub conditione si hæres non esset institutus prædictus. illa enim conditio impletur eo moriente: vnde debet hæres eius habere legatum sub dicta conditione relictum. & ita intelligitur illa conditio etiam si nō esset apposita. non tamen posset habere legatū si hęres esset: vt dixi in casu §. proxi. §. si intelligitur etiam si non sit apposita, ergo legatū non facit cōditionale: vt supra, eo. l. iij. non est ergo mirum si hæres institutus habet legatum in prædicto casu. [*SI SOCERO.*] Dedi dotem pro filia mea Titio genero meo. ipse gener me socerum instituit hæredem, & partem hęreditatis suæ legauit Mæuio. certe ego socer & hæres possum ante partem accipere dotem quam dedi genero, & postea legatum soluere. & idem est si alio modo erat me[2] debitor gener qui me instituit. Viuianus.

hæredibus ei daret. Quæritur, reliqui hæredes vtrùm tota [a] centum dare deberent: an deducta vnius illius hæreditaria portione? Respondit verius esse reliquos hæredes tota centū dare debere: cum & significatio verborum non repugnet huic sententiæ, & voluntas testatoris congruat.

Legatario mortuo ante conditionis possibilis existentiam, legatum extinguitur: secus in conditione impossibili. Bartolus.

B ¶ In testamento sic erat scriptum, *Lucio Titio, si is hæredi meo tabellas quibus ei pecuniam expromiseram, dederit, centum dato.* Titius deinde antequam tabellas hæredi redderet, decesserat. Quæsitum est, an hæredi eius legatū deberetur? Cassius respondit, si tabulæ fuissent, non deberi: quia non redditis his, dies legati nō cessit. Iulianus notat: Si testamēti faciendi tempore tabulæ nullæ [b] fuerunt, vera * ratione dici potest legatū Titio deberi: quòd ἀδύνατος † conditio [c] pro non scripta habeatur.

C ¶ Etiam rem hostium posse legari Sabinus ait, si aliquo [d] casu emi possit. Si Attio [e] ita legatū fuerit. *Quisquis mihi hæres erit, damnas esto hæredi Attio decem dare.* deducta [f] sua parte Attius decem petet. Item si iussus fuisset [g] hæres decem dare, & fundum sibi habere: deducta sua parte decem dabit. [h] Denique cōstitit cum ita legatū fuisset, *Quisquis mihi hæres erit, damnas esto hæredi meo [i] decē dare.* exæquari omniū hæredum partes, eo quòd vnusquisque & sibi & cohæredi suo dare damnatus videtur. [k]

Conditio adiecta in institutione, non videtur repetita in legato eidem ab alio gradu relicto. h. d. Vel sic: Conditio tacita vel expressa quæ tacitè inerat, transmissionem non impedit. Bartolus.

¶ Cum quidam hæredem instituisset [l], quandocunq; * mater eius [m] decessisset, deinde secūdus hæres [n] scriptus fuisset, & ab eo legata ei qui sub conditione [o] hæres institutus fuisset, relicta essent, ísque [p] viua matre decessisset [q] postquam dies legati cesserat [r]: quæsitum est, an hæredi [s] eius legata deberentur? Verius est legatum hæredi deberi, siue purè à substituto [t] legatum datum est primo hæredi, siue sub hac conditione, *Si hæres non fuerit:* quia moriente eo conditio impletur. [u]

Hæres instituit fideicommissum deducto eo quod sibi debetur. Bartolus.

¶ Si socero à genero suo hærede instituto, pars hæreditatis alij legata fuisset: deducta dote, eum debiturum esse partem hęreditatis legatam Sabinus respondit: quemadmodum si pecunia ex crediti causa socero debita fuisset, ea deducta [x] partem hęreditatis daturus fuisset.

Qui legat quod alius sibi debet, videtur legare actiones. Bartolus.

CV. IDEM libro primo ex Minicio.

LEgatū ita erat, *Quæ Lucius Titius mihi debet, ea hæres meus Cornelio dare damnas esto.* Nihil ampli[3] ex hoc legato quàm actiones [y] suas hæres præstare debet.

Oratio imperfecta perficitur ex præsumpta voluntate defuncti. Bartolus.

CVI. ALFENVS VARVS lib. secūdo Digest. à Paulo Epitomatorū.

D SI in testamento [z] scriptum esset, *Hæres meus aureos centū Licinio damnas esto:* neq; adscripsisset *dare*: deberi [ei] legatum constat. ſ

a *Tota centum.* supra, eo. l. si fundum sub conditione. §. si libert[9]. cōtra. Solu. ibi. Item arg. contra supra, de admini. tut. l. si pupillus. [a] & infra, de lega. ij. l. cum ab vno. [b] sed pro hoc infra, de duo. reis. l. penul. & infra, de fideiuss. l. si stipulatus. §. fi.

b *Nulla fuerunt.* & sic fuit conditio impossibilis legatario impositā: & sic vitiatur, & nō vitiat: vt institu. de hære. institu. §. impossibilis. & hic subiicit: & infra, de condit. & demon. l. obtinuit.

c *Cōditio.* hic est Græcū quod significat impossibilis. Sed videtur non haberi pro nō adiecta: quia debet acepto ferri: vt supra, eo. l. huiusmodi. §. si ita. quæ est contra. Sol. quoad ipsas tabulas reddēdas dicitur impossibilis.

d *Si aliquo.* si id est, quia, secundū quosdā. & facit. §. de act. emp. l. fi. Sed contra infra, de verb. oblig. l. liber homo. & dic vt ibi. Ité facit. §. eo. l. id quod. & l. seruus. Accursius.

e *Si Titio.* alias Titio, aliàs, Attio: vt hic, &. j. & dic, testator instituit quinque hæredes: & Attio qui erat vnus ex his, legauit. i. prælegauit decem, quinta deducta: & petit octo à cohæredibus. in sua enim parte non tenet legatum: vt. §. eo. l. & quidem. & facit j. de condi. & demon. l. qui hæredi. §. fi.

f *Deducta.* scilicet de decem. sibi enim ipsemet Titius & sui cohæredes decem dare damnati videntur. secus si in specie consistat legatum: quia nihil deduceretur: vt supra, eo. l. plane. §. si duobus. contra. & infra, titu. j. l. cum pater. in princip. &. j. ad Trebel. l. deducta. §. nummis. & infra, ad leg. Falci. in quarta. Alij dicunt deducta sua parte, scilicet hæreditatis.

g *Iussus fuisset hæres.* scilicet Titius. & dic decē pure hæredibus, scilicet omnibus. & sic sibiipsi & aliis: vt in fine huius. §.

h *Dabit.* scilicet cohæredibus, & percipiet fundum.

i *Hæredi meo.* impersonaliter, non adiecto proprio nomine. vel dic personaliter, puta Titio decem det Sempronius, & Sempronio decem det Titius. & sic admittitur compensatio ab vtraq; parte. H. & facit supra, familiæ ercisc. l. hæredes. §. fina. & l. seq. Sic ergo patet ex prędictis quòd aut relinquitur vni hæredum ab hæredibus: aut econtra ab vno hæredum hæreditibus, aut hæredibus ab hæredibus. **Flo. quandoque*

k *Videtur.* quare, vtpote illusorium, nullū est legatum.

l *Hæredem instituisset.* puta Titium.

m *Eius.* Titij.

n *Secundus hæres.* i. secūdo in testaméto scriptis, & sic pure: & improprie. j. vocat institutum. Vel dic, quòd fuit substitutus sub cōditione si primus hęres non esset.

o *Sub cōditione.* id est, sub die ícerta, scilicet quando mater eius morietur: quæ pro conditione habetur: vt. j. de cōdi. & demōst. l. dies.

p *Ique.* scilicet Titius.

q *Decessisset.* sic ergo institutionis conditio deficit.

r *Cesserat.* quod est à morte testatoris.

s *Hæredi eius.* scilicet Titij, qui primo fuit institutus.

t *A substituto.* i. qui est secundo institutus. vel dic propriè. vt. §.

u *Conditio ipletur.* hęc scilicet, Si hæres non erit: vtpote cum decedat anteq̄ conditio extet sub qua erat hæres institutus: id est, antequam mater moriatur. Ité tunc videtur diem legati viua matre non debere cedere, cum pēdeat ex institutione facta sub conditione, cū mater decesserit. Sed ob hoc non cedit tardius: vt. j. quando di. leg. ce. l. hæredis. & facit. j. ti. j. l. si pecuniam. §. j. contra. *ADDITIO.* Dic quòd hic non erat relictū legatum post mortem alicuius: sed institutio fuit collata post morte: quod non videtur repetitum in legato, secundum Bartolum. † *Ampliabis hanc. l. inquantum dicit quòd oratio imperfecta ex præsumpta mente testatoris perfici debet, p tex. in l. cū pater. §. cū imperfecta. j. de lega. 2. vt p cedat etiam ex præcedētibus si commode fieri potest.*

x *Ea deducta.* vt & arg. j. ad leg. Fal. l. pater filiam. &. C. de iure deli. l. fi. §. in computatione. &. j. de vsufru. le. l. fi.

Legatum.] *CASVS.* Ita dixit testator: illud quod debet mihi Lucius, volo quòd hæres meus det Cornelio. certe ad nihil aliud tenebitur hæres Cornelio, nisi vt cedat ei actiones contra Lucium. Viuianus.

y *Actiones.* sic. §. eo. l. si sic. §. j.

SI in testamento.] *CASVS.* Hæc. l. dicit quòd licet quædā verba deficiant in legato, nihilominus valet. Viuianus.

z *Si in testamento.* C. de testa. l. errore. & de fideicommiss. l. verbum. &. §. de hære. institu. l. qui neque. & infra, tit. j. l. cum pater.

BIU Cujas

§.cum imperfecta.

Si à pluribus.] *CASVS.* A pluribus mihi hæredibus institutis legata multa quibusdam reliqui: & iussi vni ex hæredibus vt legata acciperet,& legatariis præstaret. certe habebunt legatarij electionem vtrum conueniant hæredem iussum,an omnes hæredes.& si iussus accipiat legata prædicta à cohæredibus, debet eis cauere de præstãdo eos indemnes.[*SI QVIS SERVVM.*] Seruũ meum legaui Titio, & eidẽ seruo legaui decẽ sine libertate,cũ morietur ipse seruus.bene valet legatum:& illud habebit ille Titius cum morietur seruus. Viuianus.

Legatarii possunt conuenire omnes hæredes pro hæreditaria portione, vel eum hæredẽ qui factus est executor insolidũ.Bar.

CVII. AFRICANVS libro secundo Quæstionum.

SI à pluribus hęredibus legata sint ea, quæ vnus ex his præcipere iubeatur, & præstare: [a] in potestate eorum quibus sit legatum,debere esse ait, vtrúmne à singulis hæredibus petere velint,an ab eo qui prę-
B cipere sit iussus. Itaq; eum qui præcipere iussus est, cauere debere cohæredibus,indẽnes eos præstari. ℣Si quis seruum [b] cui aliquid sine libertate legauerit, cũ morietur ipse seruus, leget: minimè dubitandum, quin vtile legatum futurũ sit, propterea scilicet, quòd moriente seruo id quod ipsi legatum erit, ad eum cui ipse legatus fuerit, peruenturum sit.

Seruus qui fugit post testamẽtũ ante mortẽ,debet ꝑsequi sumptibus legatarii.Bar.

CVIII. IDEM libro quinto Quæstionum.

SI seruus legatus viuo testatore fugisse [c] dicatur: & impensa & periculo eius cui legatus sit,reddi debet: quoniã rem legatam eo loco præstare hæres debeat, [d] in quo [e] à testatore sit relicta.

Duæ causæ lucrativæ quæ habuerunt ori

ginem in personis diuersorũ, possunt in eadem re concurrere.Bartolus.

℣Si id quod ex testamento mihi debes, quilibet alius seruo meo donauerit, manebit adhuc mihi ex testamẽto actio. [f] & maximè si ignorem meã factam esse. alioquin consequẽs erit, vt etiã si tuipse seruo meo eam donaueris inuito me, libereris: quod nullo modo recipiendum est, [g] quando ne solutione quidem inuito me facta libereris.

In legato generali legatarii est electio. Bartolus.

℣Cùm homo [h] Titio legatus esset:quæsitum est,vtrùm arbitrium hæredis est quẽ velit dãdi,an potius legatarij?Respondi verius dici electionem eius esse cui potestas sit qua actione vti velit,id est,legatarij. [i]

Potest legari vni ex duobus qui prius cõditionem impleuerit.Bartolus.

℣Huiusmodi legatum, *Illi aut illi, vter eorum prior Capitolium a-*
C *scenderit.* vtile esse, [k] euidenti argumẽto probari ait, quòd constet vsumfructũ libertis legatũ, & [ei] qui eorum superuixerit, proprietatem vtiliter legari [l]. Idque & de hærede instituẽdo dicendum existimauit. [m]

---

a *Et præstare.* sic ergo bis legauit.i. semel ab omnib⁹,& semel ab vno: nec per hoc multiplicauit: vt.ſ.eo.l.plane.§.ij.&.iij.& facit.ſ. fami.erci.l.ſi filia.§.Póponius.&.§. idem Papinianus.&.j.ti.j.l.cũ ab vno.&.C.de episcopis & cler.l.nulli. &.ſ. eo. l.quidam.§.ſi scriptus.

b *Si quis seruum.* scilicet leget, quod est.j.& dic q̃ pure legauit seruum Titio,& eidẽ seruo decem cum morietur ipse seruus.valet enim: vt & arg.j.de condit.& demonst.l.hęres meus.sec⁹ ecõtra si seruũ legat Titio cũ morietur seruus,& ipsi seruo decẽ, quia sic inuenitur legare suo seruo sine libertate, quod nõ valet: vt.C.eo.l.seruus. nec enim potest tũc cedere dies legati: vt.ſ.e. ti.l.quęsitũ.§.pręsenti. & facit.j.de opti.lega.l.ſi optio. in prin.&.j.ti.j.l.ſi legatarius.

Si seruus.] *CASVS.* Legaui tibi Stichum, & ipse Stichus me viuo iuit Mutinam.certe impensam debes tu legatarius præstare in eo recuperando. [*SI ID QVOD.*] Debebas mihi equum ex testamento.quidam alius donauit dictum equum seruo meo, & ita acquisitus est mihi per obliquum ex causa lucrativa, scilicet donationis seruo meo factæ.certe nihilominus petam eũ à te ex testamento.nam & tu ipse qui tenebaris mihi ex testamento ad equum, si donasses eum seruo meo, nõ libereris ab actione ex testamento.nam & si solueris seruo meo illud quod debebas mihi ex testamento,inuito me:non liberaris. [*CVM HOMO.*] Legaui tibi hominem in genere.certe tu habes electionem,& nõ D hæres.nam ex pluribus actionibus tibi pro legato competentibus tu habes electionem quam intentes. [*HVIVSMODI.*] Ita dixit testator: Titio aut Mæuio lego.x quicunque eorum prius Capitolium ascenderit.vel ita dixit:Instituo mihi hæredem Titium aut Mæuium quicunque eorum prius Capitolium ascenderit.certe valet legatum, & valet institutio. & hoc probat tali argumento:quidam legauit libertis suis vsumfructum fundi Corneliani, & legauit proprietatem eiusdem fundi illi ex dictis libertis qui vixerit post alios.certe valet legatum.h.d.vsq; ad.§.Stichũ.Viuia.

c *Fugisse.* postquam legauit,& ita hæredem non commisisse culpam certum est. secus si cum legabat erat in fuga: vt supra, eod.l. cum seruus.&.l.ſe.quæ sunt contra.&.j.tit.j.ſi quis seruum.&.ſ. eo.l.seruo legato.§.fina.

d *Debet.* vbi relictum est,quoniam.&c.vt & no.ſ.eo.l.cum res.

e *In quo.* vt hæredis quidem sit inquisitionis labor,legatarij vero periculũ sit & dispẽdiũ.R.& facit.ſ.ad exhib.l.ſed si hęreditas.

f *Ex testamento actio.* nam per seruum meum deterior mea conditio fieri non potest.Item hoc nisi in rem meam sit versum, vel nisi habui ratum: vt instit.eo.§.ſi res aliena.&.ſ.e.l.cũ seruus.

g *Recipiendum est.* vt &.C.de pac.l.seruus.

h *Cum homo.* in genere.

i *Legatarii.* legatarius eligit actionem: vt hic, & infra, titu.j.l. cum filius.§.variis.Item rem legatam.sed hoc dicit R.si hæres differat eligere. Sed tu dic, secundum Ioan. etiam à princip.vt no. supra, famil. erciscun. l. hæredes. §. si incerto. vt tamen mediocrem eligat supra,eod. titu.l.legato.& arg.infra,de au. & argẽ.l.qui lancem.& facit supra, eo.l.qui duos.& instit. eo.§.ſi generaliter.Sed argu. contra supra,eo. l.quis à filio.§.ij.

k *Vtile esse.* vt instit.e. §.sub certa. & infra,de re.dub.l.ſi fuerit.

l *Vtiliter legari.* vt infra, de re dub. l. quoties.

m *Existimauit.* vt & supra, de hæredi.institu.l. quoties. §. ſi quis ita. in prædictis autem erat causa dubitandi, obscuritas: vt infra,de iniu.l. prætor. §. quod autem prætor.

Stichum.] *CASVS.* Promisisti mihi Stichum.postea Titi⁹ instituit te hæredem,& eundem Stichum mihi à te legauit. nunquid valet legatũ?& distinguitur, vtrum promisisti mihi ex causa non lucrativa, & valet legatum prædictum.an debes mihi dictum Stichum ex duabus lucrativis, puta quia dicta stipulatio fuit interposita ex causa lucrativa, & ex testamento mihi debes, quæ est causa lucrativa:& tunc non valet legatum,scilicet si iam sum consecutus dictum Stichum ex stipulatione ex causa lucrativa mihi à te facta: quia mihi legatario de Sticho mihi legato nihil abest: quia habeo eum ex stipulatione, vt dixi: nec potest mihi legatario præstari eadem res bis.Item pone quòd Titius te instituit, & à te mihi legauit Stichum,& postea Sempronius instituit te hæredem,& eundem Stichum à te mihi legauit, & rogauit me dictus Sempronius secundus testator per fideicommissum vt eundem Stichum restituam Gaio. certe teneris mihi ad dictum Stichum præstandum ex testamento primi testatoris, quia non videor capere ex testamento secundi testatoris, cum aliis restituere debeam. & idem est si dictus Sempronius secundus testator à me cui legauit Stichum, legauit pecuniam Gaio tantam quantum valet Stichus prædictus: quia bene potero agere contra te ad Stichum ex testamento primi testatoris. & idem est si primus testator qui mihi à te hæredem Stichum legauit, rogauit me per fideicommissum vt Gaio restituam dictum Stichum, aut tantam pecuniam quantum valet Stichus. nam agere potero contra te ad Stichum ex testamento Sempronij secundi testatoris qui mihi à te eundem Stichum legauit. non enim videor habere ex testamento primi, cum alij debeam restituere, vel tantum quantum valet. Item quid si in testamento Titij primi testatoris tu hæres eius abscidisti mihi Falcidiam de Sticho prædicto mihi à te hæredi legato? certe illud quod mihi abscidisti, consequar à te ex testamento Sempronij secundi testatoris qui mihi à te suo hærede dictum Stichum legauit. Item pone quòd Sempronius legauit mihi fundum Titij à te suo hærede: Titius prædicti fundi dominus instituit me hæredem, & hæreditas sua Titij non est soluendo creditoribus suis: vnde creditores abstulerunt mihi dictum fundum, & omnia alia bona. certe tu prædictus hæres Sempronij teneris mihi ad dictum fundum:quia non videor

non videor habere fundum ex testamento Titij qui me instituit, cum eum mihi auferre creditores possint ex eo quòd hæreditas Titij non est soluendo. & idem est in isto casu ac si fundum mihi ab aliquo legatum emissem ab alio. nam possum ex testamento petere, cum habeã eum ex causa nõ lucratiua: vt in princ.§.dictũ est. hoc dicit vsq; ad.§. sita scriptũ. Viuianus.

a *Ex duabus.* ſ. causis lucratiuis: quia & ſtipulatio erat ex causa lucratiua, non ſolum legatum. & eſt ad hoc. j. de verbo.oblig.l.inter ſtipulantem.§.ſi rem.& de actio.& oblig.l.ſi is qui. &.j.titu.ij. l.nutu. §.j.Sed argu.contra.ſ. eo.l.plane.j.§.ij.

b *Nec abſit quicquam.* mihi legatario. tunc enim eatenus valet: vt.j. proxi.reſpon.

c *Item ſi domino.* Titius non ſoluendo ſuis creditoribꝰ fecit me hæredem. fundum eiuſdẽ Titij legauit mihi Sẽpronius. petam legatũ. nam nõ habeo ex causa lucratiua, ſicut ſi emiſſem: vt inſtitu.eod.§.ſi res aliena.

Si ita ſcriptum.]CASVS. Ita dixit teſtator, Titio lego ſex: & amplius quã Titio legaui, lego Seio decem. certe quilibet habebit ſuum legatum integrum, & nõ plus. ſed ſi ita legauit teſtator: Lucio Titio lego ſex, & hoc amplius lego decem, vxori eius & liberis. certe vxor & liberi Lucij Titij debent cõcurrere in legato de ſex cum ipſo Lucio Titio, propter illud pronomen, hoc. & ſic non obſtat contrarium. Sed pone q Titio cui nihil legauerã, legaui hoc modo, hoc amplius Titio lego decẽ, certe bene valet legatũ. nã & ita eſt in ſtipulatiõe. [*SI SERVVS.*] Seruo alieno directò libertatẽ reliqui: & poſtea eũ alij legaui. certe valet legatũ, & non libertas. [*QVI QVINQVE.*] Quinque libras in arca mea habebã. ita dixi in teſtamento, decem quę in arca habeo, Titio lego. certe valet legatum quantũ ad quinque, quæ ibi ſunt, & non quantũ ad alia quinque quæ ibi nõ ſunt. quantũ enim ad alia quinq; quæ deſunt, videtur certum corpus legatũ quod in rerum natura nõ ſit: quo caſu non valeret legatum. ſi autẽ tempore mortis meæ teſtatoris erant integra decem in arca, & aliquid de eis poſtea periit culpa hæredis: ipſe hæres legatario tenetur ad integra decem. & quod dixi in legato, idẽ eſt in ſtipulatione. [*SI SERVVS.*] Legaui tibi Stichum. hæres meus fuit in mora dandi eum tibi. certe ammodo eſt in periculo hæredis. [*CVM QVID.*] Titius teſtator legauit tibi equum, & rogauit te q eum mihi dares. ſi equus moriatur antequam exigam ab hærede Titij, nunquid teneris mihi? & diſtinguitur, an accepiſti aliquid aliud in teſtamento Titij, & tunc teneris mihi ſi non exegiſti eum ſine dolo tuo & lata culpa ſiue leui. ſi autem nihil aliud habuiſti in teſtamento Titij, non teneris mihi niſi de dolo & lata culpa. & ita eſt etiam in contractibus bonæ fidei. h.d. vſque ad.§. qui margarita. Viuianus.

d *Nihil vltra.* contra, infra, titu.ij.l.ſi ſic. &.l.ſi tibi pure. & infra, de do.præleg.l.qui ita legat. in quibus dicit admitti cum Titio in primo legato. Solu. verbum hoc tollit cõtra. nec ob. infra, proxi. nam & vſitatum &c. quia ibi non dicit, quòd nihil vltra ſuum legatum habeat. Item nec.j.proxi.§. quia nec ibi dicit quòd nihil vltra. vnde etiam in primo legato ibi admittitur. Sed alij, vt R. dicunt quòd hoc eſt verũ regulariter & in dubio, niſi ex verbis vel dignitate vel charitate vel cõiectura ſimili aliter appareat: vt in.ll. contrariis. & infra, titu.ij.l.pater.§.fin. Tertij dicũt, aut ex hac tacita repetitione præiudicatur alij legatario: & tunc obtinet quod hic. aut ſoli hæredi, vt in cõtrariis: & pro hoc facit illa. l.ſi tibi pure. ſed non placet: vt prædicta. l.ſi ſic.

e *Debeatur.* participat enim cũ primo: vt no. ſupra, proxi.§.

f *Multòque minus.* arg. quod valet ĩ vltima voluntate, magis valet inter viuos. ſic ſupra, de pac.l.pactum. ſic econtra inſtitut. de lege Fu. Ca. tol.§.fin. & facit. j. de verbo.ſignifi.l.verbum amplius.

g *Ait.* quia rem alienam poteſt quis legare[a]: vt inſtit.eo.§.non ſolum.

h *Memẽti.* quia alienꝰ: vt.C. de manumiſ.teſt. l.ſeruo. & not. vt ibi.

i *Infirmari.* ſic.ſ.e.l.ſi fundũ ſub conditione. §. cum ſtatuliberũ. &.j. titu.j. l.ſi quis ſeruum. Sed contra.j.titu.j. l.ſi quis quos. Solu. ibi. Itẽ contra.j. de fun.inſtru. l.iij.§.fin. Solu. hic expreſſe fuit legatus: ibi tacite: quod nõ placet: vt.ſ.e.l.ſeruũ filij. §. ſi idem. Solu. ergo vt ibi. Item no. non vitiatur vtile per inutile. ſic.ſ. de vſur.l.placuit. Sed arg. cõtra inſti.qui.mo.teſt.infr.§.j.in fi. & inſt.qui.mo.tol.obli. §. prẽterea. *ADDITIO.* Dic q ibi nõ erat omnino inutile: vt ibi patet. & p Dy. in.c. vtile p inutile. de re.iur.li.vj. ſecũdũ Bar. hic.

k *Valebit.* vt & infra, de do.præleg. l.j.§.pen.&.ſ.e.l.ſi certos. & infra, de verbo.oblig.l.ſi ita.

l *Vix.* id eſt, nullo modo. ſed cõtra.ſ. de act.empt.l.ſi quis eum. ſed ibi affirmauit tot dolia: vel ibi emptor, qui habet titulũ oneroſum: hic legatarius, qui habet titulum lucratiuum. Item contra ſupra, famil. erciſ. l.hæredes.§.fina. Solu. ibi. *ADDITIO.* Dic quòd ibi fuit relicta vt quantitas, hic vt ſpecies ſecundum Barto.

m *Deperierit.* culpa hæredis, non aliàs: vt.j. ad leg. Falc. l. in ratione. in princ.&.ſ.eo.l. cum res.&.j. ad Trebel. l. mulier.§.ſi hæres.&.j. proxi.§.

n *Teneatur.* vt ſupra, eo.l. cum res.§.fin. &.l. huiuſmodi.§. ædes. & ſupra, proxi.§.

Duæ cauſæ lucratiuæ non poſſunt concurrere circa idem, niſi ex altera aliquid abſit ex ipſa re, vel eius occaſione. Barto.

¶ Stichum quẽ de te ſtipulatus eram, Titius à te hærede mihi legauit. Siquidẽ non ex lucratiua cauſa ſtipulatio interceſſit, vtile legatum eſſe placebat. ſin è duabus[a], tunc magis placet inutile legatũ eſſe: quia nec abſit[h] quicquam, nec bis eadẽ res præſtari poſsit. Sed ſi cùm mihi ex teſtamento Titij Stichum deberes, eundẽ à te hærede Sẽpronius mihi legauerit, fideique meę cõmiſerit vt eum alicui reſtituam, legatum vtile erit, quia non ſum habiturus. Idem iuris erit & ſi pecuniam à me legauerit. Multò magis ſi in priore teſtamento fideicommiſſum ſit. Item ſi in priore teſtamẽto Falcidię locꝰ ſit: quod inde abſcinditur* ratione Falcidiæ, ex ſequente teſtamento conſequar. Item ſi domino[c] hæres extitero, qui non eſſet ſoluendo, cuius fundum tu mihi dare iuſſus eſſes: manebit tua obligatio, ſicut maneret ſi eum fundum emiſſem.

Dictio, amplius, quando facit comparationem actus ad actum, non inducit repetitionem. ſed ſi rei ad rem, tunc repetitionẽ inducit ſi repetitur quod repetatur. Barto.

¶ Si ita ſcriptum erit, *Amplius quàm Titio legaui, hæres meus Seio decem dato.* dubitandum nõ erit quin & Titio ſuum legatũ maneat, & Seio nihil vltra[d] decem debeatur. Nam & vſitatũ fere eſt ſic legare, *Lucio Titio tot, & hoc amplius vxori & liberis eius tot.* ¶ Si ei cui nihil legatum eſt, cũ hac adiectione, *hoc amplius*, aliquid legetur: minimè dubitandum eſt, quin id quod ita legatum erit*, debeatur[e]. Multòque minus[f] dubitandum, ſi ab eo qui nihil mihi debet, ita ſtipulatus fuero, *Amplius quàm mihi debes, decẽ dare ſpondes?* quin decem debeantur.

Vtile legatũ per inutilem libertatis dationem non vitiatur. Barto.

¶ Si ſeruus alienus liber eſſe iuſſus, & legatus ſit: peti eum ex legato poſſe ait[g]. Nã cùm libertas nullius momenti[h] ſit: abſurdum eſſe per eam legatum infirmari[i], quod alioquin valeret & ſi [id] ſolum datum fuiſſet.

Defectus demõſtrationis per quam deficit ſubſtantia legati, legatum perimit. hoc dicit. Vel ſic: Demonſtratio falſa adiecta rei quæ non reperitur, vitiat legatum. Bar.

¶ Qui quinque in arca habebat, ita legauit, vel ſtipulanti promiſit, *Decem quæ in arca habeo.* Et legatũ & ſtipulatio valebit[k]: ita tamen, vt ſola quinque vel ex ſtipulatione, vel ex teſtamento debeantur. Vt verò quinque quæ deerunt, ex teſtamento peti poſsint, vix[l] ratio patietur. nam quodãmodo certum corpus quod in rerum natura non ſit, legatũ videtur. Quòd ſi mortis tempore plena ſumma fuerit, & poſtea aliquid ex ea deperierit[m]: ſine dubio ſoli hæredi deperit.

Poſt moram hæredis res legata eſt in periculo eius. Bartolus.

¶ Si ſeruus legatus ſit, & moram hæres fecerit: periculo eius & viuit & deterior fit: vt ſi debilem fortè tradat, nihilominus teneatur[n].

In legatis & fideicõmiſſis dolus & culpa venit ad ſimilitudinem contractuum bonæ fidei. Bartolus.

¶ Cùm quid tibi legatũ, fideíve tuæ cõmiſſum ſit vt mihi reſtituas: ſiquidẽ nihil præterea ex teſtamento capias, dolum malum dumtaxat in exigendo

[a] *Facit ad hoc. ſ. e. l. ſi domus. §. de euictione. & glo. in verbo ex ſtipulatu.*

a *Alioquin.* id est,si aliquid habuisti.

b *Tantummodo præstetur.* vt.j.de reg.iur.l.contractus.&.ſ.commo.l.ſi vt certo.§.videndum. & de præſcript.ver.l.ſi tibi rem. in princip. quid autem ſi non vult agere? Reſpon. non cogitur niſi cedere actiones: vt infra, titu.j. l.imperator in princ.

Qui margarita.] CASVS. Titio margaritam meã pignori obligaui pro centum.poſtea feci teſtamentum,& inſtitui mihi hæredem filium meum, & filiam meam exhæredaui: & poſtmodum ita dixi in teſtaméto:creditor rogo vt vendas margaritam, & accipias quod debes recipere, & ſuperfluum des filiæ meę quam exhæredaui. núquid aget filia contra creditoré vt védat margaritã, & ſuperfluũ eius quod debet recipere,ei filiæ præſtet? & certe non, immo aget cótra fratrem ſuum hęredem patris, vt ipſe cedat filiæ actionem ex teſtamento quã habet idem filius cótra creditoré, vt prædicta faciat. & ita creditor eſt rogat[a], & hęres tenet, & iſtud nõ ſolum in hoc caſu euenit, ſed etiã in hoc alio ſi teſtator ita dixit: rogo Titium vt acceptis centum manumittat Stichũ ſeruũ ſuum: & non expreſsit à quo acciperet centum prædicta: & tamen hæres tenetur dicta centũ Titio præſtare. Titius ergo qui rogatus eſt ſcilicet ſeruum ſuum manumittere, aget cũ hærede.ſ.ad centum:& libertatem ſeruo prædicto præſtare cogetur. & idẽ eſt ſi teſtator ita diciſſet, rogo Titium vt acceptis centum ſeruum ſuũ Stichum Sempronio præſtet.nam & hic Titius ipſe qui rogatus eſt præſtare Sempronio ſeruũ, acturus eſt cum hęrede ad centum, & Sẽpronio præſtare cogẽdus dictũ ſeruum. [AVIDIVS.] Quidam teſtator rogauit filium ſuum quem hæredem inſtituit, vt quatuor libertis daret centum mutuo ſub certis vſuris.certe valet fideicõmiſſum,& poterunt agere liberti prædicti contra filium.Viuianus.

eo legato, alioquin [a] etiam culpam te mihi præſtare debere exiſtimauit: ſicut in contractibus fidei bonæ ſeruatur, vt ſi quidem vtriuſque cõtrahentis cõmodum verſetur, etiam culpa: ſin vnius ſolius, dolus malus tantummodo præſtetur [b].

Licet verba legati referantur ad debitorem: actio competit contra hæredem cui in dubio videtur onus impoſitum. Bart.

¶ Qui margarita Titio pignori dederat, filium hæredem inſtituit, & filiã exhæredauit: deinde ita cauit, *Te Titi rogo, fideique tuæ cõmitto vti margarita quæ tibi pignori dedi vendas, & deducto omni debito tuo, quod amplius erit, id omne filiæ meæ reſtituas.* Ex ea ſcriptura filiam à fratre fideicõmiſſum petere poſſe, vt is actiones ſuas aduerſus debitorem [c] ei præſtaret. hoc enim caſu eum qui creditor fuiſſet, debitorem intelligendum, eius ſcilicet quod pretium pignoris ſummã debiti excedat. Non autem mirandum, ſi cùm alius rogatus ſit, alius fideicommiſſo obſtringatur [d]. Nam & cum in teſtamento ita ſcribatur, *Te Titi rogo, vt acceptis centum, illum ſeruum manumittas, vel Sempronio quid præſtes.* parum quidẽ aptè ſcribi: verùm æquè intelligendum hæredis fideicõmiſſum vt pecuniam Titio præſtet: ideóque & ipſum Titium cum hærede acturum, & libertatẽ ſeruo, vel Sempronio quod rogatus ſit, præſtare cogendum.

Onus de mutuando alicui iniunctum valet. Bartolus.

¶ Auidius filij ſui fideicommiſit, vt certam pecuniam quatuor libertis ſuis mutuã daret: & vſuras leuiores taxauerat. Placuit hoc fideicõmiſſum vtile [e] totum eſſe.

Verba debent intelligi vt aliquid operentur. Bartolus.

CIX. IDEM libro ſexto Quæſtionum.

SI quando quis vxori ſuæ ea quæ viuus donauerat, vulgari [f] modo leget: non de aliis donationibus videri eum ſentire ait [g], quàm de his quæ iure valituræ non [h] ſint: alioquin & fruſtra [i] [ei] legaturus ſit, atq; ſi ita exprimat, *Quæ vxori [meæ] iure donauero* [k], [*ea ei lego.*] vel ita, *Quæ vxori manumiſſionis* [l] *cauſa donauero, ea ei lego.* nam inutile legatum futurum [m] eſt.

Facultas ſoluendi aliud pro alio tranſit ad ſingularem ſucceſſorem. Barto.

¶ Hęres cuius fidei commiſſum erat vt mihi fundum aut centum daret, fundum Titio vendidit. Cum electio ei relinquatur [n], vtrùm malit, dandi, vt tamen alterum ſolidũ præſtet [o], prætoris officio cõuenire exiſtimo, vt ſi pecuniam Titius [p] offerat, inhibeat fundi perſecutionem. ita etenim eadẽ cauſa cõſtituetur*, quæ futura eſſet ſi alienatus fundus non fuiſſet: quando etiam aduerſus ipſum hæredem officium prætoris ſiue arbitri tale eſſe deberet, vt ſi fundus nõ præſtaretur [q], neque pluris neq; minoris quàm centum, æſtimaretur.

Qui ſoluit ſeruum malum, actione de dolo tenetur ad damnum, & actione perſonali tenetur ad rem legatam. Barto.

CX. IDEM libro octauo Quæſtionum.

SI hęres generaliter ſeruum, quẽ ipſe voluerit, dare iuſſus, ſciens furem dederit, ĩſque furtũ legatario fecerit: de dolo malo [r] agi poſſe ait. Sed quoniam non eſt neceſſe: ſed ad illas quæ nõ valuerunt, & idem eſt in hoc caſu quantum ad donationes quę valuerunt, quod eſſet ſi expreſſiſſem hoc modo: ea quæ iure ei donaui, ei lego. quo caſu ſine dubio non valet legatum. [HAERES CVIVS.] Ita dixit teſtator, lego Seio fundum: & ſi hæres non dederit ei fundũ, volo quòd det ei centum. poſtea hæres vendidit dictũ fundum Titio. petit Seius fundum ab hęrede. venit Titius cui hæres eũ vendidit, & offert Seio cẽtũ. certe inhiberi debet Seio fundi perſecutio aduerſus hæredem. nã & ipſe hæres ſi fundum nõ alienaſſet, & ſi nollet præſtare fundũ, nõ tenetur niſi ad centũ. habet ergo hęres electionem vtrũ det fundum, vel centum: vel alius pro eo. Viuianus.

a *Aliquin.* id eſt, ſi aliquid habuiſti.

b *Tantummodo præſtetur.* vt.j.de reg.iur.l.contractus.&.ſ.commo.l.ſi vt certo.§.videndum. & de præſcript.ver.l.ſi tibi rem. in princip. quid autem ſi non vult agere? Reſpon. non cogitur niſi cedere actiones: vt infra, titu.j. l.imperator in princ.

c *Debitorem.* id eſt creditorem, qui & debitor eſt quoad quid, vt ſubiicit. ſed & Titius poteſt conueniri ſi vtatur exceptione contra hæredem: vt &.ſ.eo.l.ſi pecunia.

d *obſtringatur.* ſic.j.tit.ij.l.fideicõmiſſa.§.interdum.&.ſ.e.l.ſeruo legato.§.ſi teſtator. &.j.tit.ij.l.iiij.&.l.Paulo Callimacho.§.j. &.l.cum quis decedens.§.pater.& de adi.le.l.alio. Sed argu.contra.C.de fideicom.l.eam quam. ADDITIO. Die quòd ibi hæreditas non fuit addita per hæredem, ſecundum Barto.

e *Vtile.* ſic.ſ.eo.l.& ſi æquo.&.j.titu.ij.l.xj.§.hæres.

SI quando.] CASVS. Vxori meæ donaui plura, & in quibuſdam valebat donatio de iure, in quibuſdã non. poſtea feci teſtamentum, & ita dixi: ea quæ viuus vxori meæ donaui, ei lego. certe ad illas donationes quæ valuerunt, non pertinet legatum; alterius: vt.ſ.e.l.ſi ex toto.§.fin.&.j.titu.j.l.ſi quis duobus.&.j.de ſol.l.qui hominem.in prin.& de verbo.obliga.l.fin.§.penul.

f *Vulgari.* vt lego et quæ ei donaui.

g *Ait.* Africanus de ſe loquens.ſic.ſ.de nego.geſt.l.ſi ex duobus.

f *Seruo hæreditario.* id est, qui est in aliqua iacente hæreditate.

g *Fungitur.* vt supra, de hæredi. instit. l. non minus. §. fina. & infra, de acquir. rerum do. l. hæreditas &. j. de noua. l. nouatio. in fin.

h *Fundus legatus.* sub conditione: alioquin recta via transit in legatarium: & sic nõ extinguitur: vt infra, de fur. à Titio. cõtra. j. tit. j. l. legatum. & no. ſ. de serui. l. Papinianus.

i *Opponetur.* aliud in seruitute vsusfruct. vt infra, titu. j. l. is cui. quæ est contra. & est ratio: vt infra, titu. j. l. cum filium. §. dominus. &. l. Mæuius. §. penult.

k *Ex testamento.* supra, eo. l. huiusmodi. §. ædes.

Si quid.] *CASVS.* Si lego aliquid ciuitati, valet legatum in quamcũque rem ei legem. Secundo dicit quosdam modos per quos potest legatum relinqui: & sunt planissimi. Viuianus.

l *Omne.* id est, totum valet. Io. vt. C. de hære. instit. l. hæreditatis. &. j. ad Trebellianum. l. omnibus. &. j. eo. l. ciuitatibus.

m *Siue in quid aliud.* nam hoc totum est honor ciuitatis. cæterum si non sit iusta causa, non valet: vt infra, de donatio. l. hoc iure. in princip. nisi in casibus tribus: quia cœpit facere: vel ab alio ea contemplatione est cœptum: vel cœpit soluere: vt infra, de pol. l. j. §. j. &. l. toties. §. primo. secundum quosdam, vel illud quando inter viuos.

n *Et eo modo. Valet.* contra. j. titu. ij. l. pater. §. pen. Solu. vt. ſ. eo. l. etiam hoc modo.

Si seruus.] *CASVS.* Seruo meo libertatem dedi in testamento, & vetaui eum reddere rationem de rebus meis dominicis rò semissario[a], duobus extraneis concurrentibus, non amplius tertia parte[b]: extranei autem & ab ipso hęrede cui legatum est, semissem[c], & ab alio hærede trientem[d] vindicabũt. ℣ Alienus seruus hæres institutus legari ipse à se[e] nec totus nec pro parte potest. Seruo hæreditario[f] rectè legatur, licet* hæreditas adita nõ sit: quia hęreditas, personę defũcti qui eam reliquit, vice fungitur[g].

Seruitutes prædii legati aditione hæreditatis confusæ sunt restaurandæ. Bart.

℣ Fundus legatus[h] talis dari debet, qualis relictus est. Itaque siue ipse fundo hæredis seruitutem debuit, siue ei fundus hę redis: licet confusione dominij seruitus extincta sit, pristinum ius [ei] restituendum est: & nisi legatarius imponi seruitutẽ patiatur, petenti ei legatum exceptio doli mali opponetur[i]. Si verò fundo legato seruitus non restituatur: actio ex testamento[k] supereſt.

Quod relinquitur in honorem ciuitatis, valet. Bartolus.

CXVII. MARCIANVS libro tertiodecimo Institutionum.

Si quid relictum sit ciuitatibus†, omne[l] valet, siue in distributionem relinquatur, siue in opus, siue in alimenta, vel in eruditionem puerorum, siue [in] quid aliud[m].

CXVIII. NERATIVS libro decimo Regularum.

Et eo modo relictum, *Exigo, desidero vti des*: fideicommissum valet[n]. sed & ita, *Volo hæreditatẽ meam Tityi esse, Scio hæreditatem meam restituturũ te Titio.*

Remissio reddendarum rationum non se extendit ad reliqua: nec ad dolum, nec ad peculium. Barto.

CXIX. MARCIANVS libro primo Regularum.

Si seruus vetitus est à testatore rationes reddere: non hoc consequitur, vt nec quod apud eum sit, reddat, & lucrifaciat: sed ne scrupulosa inquisitio fiat[o]: hoc est, vt negligentiæ ratio nõ habeatur, sed tantum fraudium: ideo & manumisso non videtur peculium legari per hoc quòd vetitus est rationes reddere.

Onus præstandorum reditiuum alienationem proprietatis non impedit. Barto.

CXX. VLPIANVS libro secundo Responsorum.

Nihil proponi[p] cur prohibeatur hæres ædificia distrahere, è quorũ* reditu sportulæ† sunt relictæ: salua tamen causa legati[q].

Quoties est prohibitum aliquid: cõsensu eorum in quorum fauorem prohibitum est, efficitur licitum. Barto.

℣ Omnibus quibus fideicommissum relictum est, ad distractionem consentientibus, nullam fideicommissi petitionem superfuturã[r]. ℣ Fructus ex fundo purè legato, post aditam[s] hæreditatem à legatario perceptos, ad ipsum pertinere: colonum[t] autem cum hærede ex conducto habere actionem.

Dictio, cum, siue proferatur a testatore, siue à lege: coniunctionem inducit. Barto.

CXXI. MARCIANVS libro tertio Regularum.

Si quis† legauerit Titio cum Mæuio[u]: & sine altero alquas administrauit. certe non videor propter hoc peculium suum sibi legare: nec remittere fraudes si quas commisit in administratione rerum mearum dominicarum: sed videor remittere vt de negligentia nullatenus teneatur quam habuit in dicta administratione. Viuianus.

o *Fiat.* facit supra, de admini. tu. l. qui plures. &. l. quidam decedens. & infra, de li. leg. nõ solum. ij. §. si hæres. &. l. si quis rationes. &. l. Aurelio. §. Gaius. &. l. Aurelius. §. Mæuia. &. §. filias. &. l. creditor.

Nihil.] *CASVS.* Ita dixit testator: lego Titio residuũ talium meorum ędificiorum, vt posit soluere sportulas quas oportet eũ soluere in curia domini papæ. certe hæres bene potest vendere dicta ædificia: dummodo tamẽ præstet tantũ omni anno legatario quãtum erat reditus ædificiorũ. sed si venditioni consentiat legatarius, nõ habebit amplius rationẽ fideicõ. [*FRVCTVS*] Locaui fundum meum Titio vt coleret, & certam fructũ partem haberet. postea feci testamentũ: & eum fundum legaui Męuio: & mortuus fui: & hæres quẽ institui, adiit hæreditatem meam, & dedit fundũ legatario. certe legatarius debet omnes fructus habere: & colonus potest agere cõtra hæredem. Viuianus.

p *Proponi.* Præcepit testator reditus cuiusdã domus dari ad sportulas, vel alimenta decurionũ vel officialiũ. vt. j. eo. l. si quid. &. l. ciuitatibus. in princ. nihilominus hæres potest vendere domum: vt supra, de cõtrahẽ. emp. l. fin. §. fina.

q *Causa legati.* præstandi ab hærede. aliàs pos. fundi: vt infra, de vſufruct. leg. l. fundi. & supra, de vſufruct. l. hactenus. & infra, de an. le. l. liberto. j. respon.

r *Superfuturam.* vt &. C. eo. l. quoties. & infra, titu. j. l. cum pater. §. libertis. Sed contra supra, eo. l. si fundum per fideicommissi in princi. Solu. ibi tacuit: hic expressè consensit. Vel hic in fundo: ibi in pretio. vel distinguitur quo animo sit concessum: vt infra, titu. j. l. codicillis. §. j.

s *Aditam.* ante secus: vt infra, titu. j. l. quod seruus. & facit supra, de vſur. l. Herennius.

t *Colonum.* qui fuit expulsus à legatario: quod potuit fieri: vt supra, loca. l. qui fundum. &. C. eod. l. emptori. & supra, de vſufruct. le. l. arbores. §. j. Sed videtur quòd talis sit dandus qualis est: vt supra, eo. l. si domus. §. fina. &. l. si à substituto. §. fina. &. l. legatum. §. fina. quæ sunt contra. Solu. ibi alius ius in re habebat. hic non in re, sed in persona locatoris habet ius colonus, scilicet personale.

Si quis.] *CASVS.* Titio cum Mæuio fundum legauit Titius non est in rerum natura: & ita deficit pars sua legata. certe Mæuius totum habebit. & adducit simile quod est leuissimum. Viuianus.

u *Cum Mæuio.* ergo coniunctim: vt. ſ. eo. l. Titiæ. §. penul. R.

†*Quid si legatum fuerit imaginibus in ciuitate depictis? tenet Ang. quòd valet, & debetur legatum loco vel domino loci in quo depictæ sunt per eundem in auth. de sanctiss. epis. §. œconomos. col. 9. Flo. in. l. statuæ. ſ. de vſufruct.*

BIU Cujas

a *Admittitur.* dubitatio erat ex eo quod est infra, de cõdi. & demonst. l. pen. in princ. & facit. ſ. ad leg. Aquil. l. Titio. & infra, de manumiſſ. teſta. l. ſi ita.

Ciuitatibus.] CASVS. Non ſolum quod ad cõpendium pertinet, poteſt legari ciuitatibus: ſed etiam illud quod pertinet ad honorem ciuitatis & ad ornatum. & de vtroq; leuiter exemplũ ponit. [LVCIVS.] Quidam inſtituit ſibi hæredes Lucium Titium & Gaiũ & Seiũ: & poſtea dixit, Lucius Titius & cætera. poſtea Gaius Seius hęres ei non extitit, quia repudiauit. certe ſolus Lucius Titius dabit totũ legatũ, cum hęres ſit in totũ. [EVM CVI] Legaui tibi fundũ centum valenté tantum ſi dares hæredi meo centũm. poſtea rogaui te vt dares Titio decem nihil valet fideicõmiſſum de decem. Viuia.

b *Ciuitatib⁹ legari.* No. hãc legem quæ ad honorem vel ornatum ciuitatis pertinet.

c *Ad munus.* de frumento vel vino in die natalis. argu. j. de verborum ſignifi. l. inter.

d *Venationémve.* vt ſi legat venatoribus vel decurionibus.

e *Ludos ſcenicos.* vt cũ relinquitur recitantibus verſus vel comœdias in ſcena. aliter autem ponitur ſupra, de iis qui notan. infa. l. ij. §. ait prætor. & facit. ſ. eo. l. ſi hæres. §. vicis. & l. ſi quid. &. j. de ope. pub. l. pecuniam. & infra, de auro & arg. leg. l. Luci⁹. & infra, de annu. leg. l. v. &. vj. & infra, de vſufru. le. l. legatum. &. l. quidam.

f *Hæres.* accreſcit ergo cohæredi cum ſuo onere etiam inuito: vt C. de cadu. tollé. l. vnica. §. his ita. & facit ſupra, eo. tit. l. ſi duobus. §. hæres. & infra, titu. j. l. ſi Titio. &. l. mortuo. §. fina. & ſupra, titu. j. l. quidam. Sed contra. j. titu. j. l. Celſus. §. finali. Solu. ibi.

g *Tantum ſit in pretio.* & non plus.

h *Præſtare.* vt omnia contraria tollas, dic quòd centum nõ ſunt in legato: vt hic, &. ſ. ſi quis omiſſ. cau. teſta. l. ſi quis ſub conditione. ſed fundi legatum valet: quia poteſt intereſſe legatarij eum habere, licet non valet plus: vt infra, titu. j. l. ſi cui. & infra, ad legem Falcidiam. l. ſi fundus. in princip. quæ ſunt contra. & argu. ſupra, eod. l. & ſi equo. quæ ſunt contra. ſi autem non intereſſet, non valet: vt quia centum ſunt legata ſi centum det hæredi: vt infra. l. ſi fundus. in fine. Item contra infra, titulo primo. l. imperator. §. j. Sed ibi vtrumque eſt legatum, & quod alicui relinquitur, & quod ab eo: & valet vtrumque, vt ibi dicit: ſed non dicit quòd prius cogatur accipere, cum nullum commodum habeat. tantum ergo cogitur cedere actiones: vt infra, titulo ſecundo. l. ſi legatarius. ſed ſi accepit, tenetur alteri dare: vt in contrario dicit.

ter ad legatũ admittitur[a]. Nam & cum dicit prætor, *Ventrẽ cum liberis in poſſeſſionem eſſe iubeo.* etſi non ſint liberi, venter in poſſeſſionem mittetur.

Ciuitas poteſt petere quod relinquitur in honorem vel ornatum ciuitatis. Bartol.

CXXII. PAVLVS libro tertio Regularum.

CIuitatibus legari[b] poteſt, etiam quod ad honorem ornatumque ciuitatis pertinet. Ad ornatum puta, quod ad inſtruendũ forum, theatrum, ſtadium, legatum fuerit. Ad honorem puta, quod ad munus[c] edendum, venationémve[d], ludos ſcenicos[e], ludos Circenſes relictum fuerit: aut quod ad diuiſionem ſingulorũ ciuium, vel epulum, relictum fuerit. Hoc amplius, quod in alimenta infirmæ ætatis (puta ſenioribus, vel pueris puellíſque) relictum fuerit, ad honorem ciuitatis pertinere reſpondetur.

Portio hæreditatis pro non ſcripta accreſcit cum onere cohæredi ſimul cum deficiente grauato. Bartolus.

¶ *Lucius Titius & Gaius Seius Publio Mæuio decem dare dãnas ſunto.* Gaius Seius hæres[f] non extitit. Sabinus ait Titium ſolum legatum debiturum. nam Seium pro non ſcripto habendum eſſe. Hæc ſententia vera eſt: hoc eſt, Titius tota decem dare debebit.

Non poteſt quis in plus grauari quàm apud eum remaneat deductio onere conditionu. Bartolus.

¶ Eum cui ſub hac conditione fundus legatus eſt, ſi centum hæredi dediſſet: ſi tantum[g] ſit in pretio fundi quantum hæredi dare iuſſus eſt, non eſt legatarius cogendus fideicommiſſum à ſe relictũ præſtare[h]: quoniam nihil ex teſtamento videtur capere qui tantum erogat, quantum accipit.

Si creditor debitori ſuccedit, creditum extinguitur parte hæreditaria: niſi probetur teſtatorem compenſare voluiſſe. Bar.

CXXIII. MARCELLVS libro ſingulari Reſponſorum.

LVcius Titius cum duos filios hæredes relinqueret, teſtamento ita cauit: *Quiſquis mihi liberorum meorum hæres erit, eius fideicommitto, vt ſi quis ex his ſine liberis decedat, hæreditatis*[i] *meæ beſſem, cum morietur, fratribus*[k] *ſuis reſtituat.* frater decedens fratrem ſuum ex dodrante fecit hæredem[l]. quæro, an fideicõmiſſo ſatisfecerit? Marcellus reſpondit, id quod ex teſtamẽto Lucij Titij fratri teſtator[m] debuiſſet, pro ea parte[n] qua alius hæres[o] extitiſſet, peti poſſe: niſi diuerſum ſenſiſſe eum probaretur. nam parum* inter hanc ſpeciem intereſt, & cum aliàs creditor debitori ſuo extitit hæres. Sed planè audiendus[p] erit cohæres ſi probare poſsit ea mente teſtatorem hæredem inſtituiſſe fratrem ſuum, vt contentus inſtitutione, fideicommiſſo abſtinere deberet.

Si ex verbis teſtatoris non apparet perſona cui debet fieri reſtitutio: qualiſqualis præſumptio aſſumitur tacitæ fidei in fraudem legis aſſumptæ. Bartolus.

¶ In teſtamento ita ſcriptũ eſt, *Gaio Seio illud & illud hæres meus dato: & te rogo Sei, fideique tuæ mando, vti ea omnia quæ ſupra ſcripta ſunt, reddas ſine vlla mora, &* q* *reddas ipſe.* Quæro, an tacitum fideicommiſſum ſit, cum perſonam teſtator cui reſtitui

A *Lvcius Titius.*] CASVS. Duos habebat filios Lucius Titius, Seium & Gaium: eos ſibi inſtituit hæredes, & præcepit eis vt ſi aliquis eorum decederet ſine liberis, quòd beſſem hæreditatis fratri ſuo reſtitueret, id eſt octo vncias. Seius ſine liberis deceſſit, & fratrem ſuum Gaium hæredé inſtituit in nouem vncijs: & quédam extraneũ in tribus. nũc vult Gaius agere contra illum hęredem extraneum, dicens: frater meus debebat mihi beſſem partis ſuæ hæreditatis paternæ: & te inſtituit in tribus vncijs ſuæ hęreditatis. volo q; pro his tribꝰ vncijs ſatisfacias mihi de beſſe fratri meo relicto in teſtamẽto patris noſtri: & ita cũ ſis in quarta inſtitutꝰ, ſóluas mihi quartam beſſis. quæritur, nunquid hoc dicere poſsit? Et reſpõ. quòd ſic, niſi probetur Seiũ dicenté animo cõpenſandi Gaio fratri ſuo dodranté reliquiſſe. & quòd Gaius poſsit agere, vt dictum eſt, addũcit ſimile. nam ſi creditor ſuccedat debitori ſuo cũ aliis, pro ea parte qua hæres eſt, agere non poteſt: pro aliis autẽ partibus agit contra hęredes ſuos. & hoc vſque ad verſicu. ſed plane & cętera. vbi repetit idem quod dixerat in verſi. niſi euidenter & cætera. [IN TESTAMENTO.] Dictum eſt ſupra, eod. l. in tacitis. quòd tunc videtur fieri fraus legi quæ vetat relinqui nõ capacibus, & relictũ dicit fiſco applicari, quãdo aliquis hæredé ſuũ, vel etiam illum cui legauit aliquid, obligat domeſtica cautione ad dandum fideicommiſſum nõ capaci. non autem tunc ſit fraus cum obligat in teſtamento illum. hic autem. §. dicit quòd arrogando in teſtamẽto illum cui legauit, & eum obligando ad fideicommiſſum præſtandum non capaci, videtur fraus dictæ legi fieri, veluti ſi illũ non capacem non nominat, ſed dicit: des ei, impersonaliter: & inter ſe intelligunt de non capace: & ideo fiſco applicatur fideicommiſſum. Viuianus.

Flo. partem

Flo. ei red de res ipſe

i *Hæreditatis.* totum pro parte, id eſt hæreditatem pro ſemiſſe, & beſſem pro triente accipe. Ro. id eſt dicere, beſſem ſuæ dimidiæ: quod eſt quatuor vnciæ totius hæreditatis.

k *Fratribus.* id eſt fratri. duos enim tantum reliquerat.

l *Hæredem.* ſub. etiam extraneum in quadrante.

m *Teſtator.* ſcilicet vnus de filiis ſine liberis decedens.

n *Pro ea parte.* ſcilicet quadrante. Accurſius.

o *Hæres.* quia pro rata tantũ inſtitutionis extinguitur debitum: vt. C. ad leg. Falc. l. irritum. & de bo. auct. iu. poſſ. l. ſi vxor. & de neg. geſt. l. ſi ab eo. Accurſius.

p *Audiendus.* vt &. C. de hære. inſtit. l. ſi compenſandi. & infra, tit. j. l. creditorem. & facit. j. tit. j. l. fin. §. pen. & de ali. le. l. penul.

q *Et.* non dicit cui. ſed addit, reddas ipſe ſcilicet tu. & ita ex his verbis

his verbis præsumitur in Seij fide aliquid secretũ esse collatum, quod palam dicere erubesceret testator, secundum R.

a *Prodesse.* ad euitandum pœnam.

b *Existimandus est.* dũmodo personæ cui verbis talibus prospicere voluit testator, ex testamento illius capere sit legibus vetitũ.

c *Voluerit.* scilicet ac si omnia tacuisset testator. aut ergo palam relinquitur capaci, vel non capaci: & non patitur hæres pœnam: vt infra, de iure fisc. l. non intelligitur. in prin. aut tacite, vt quia nihil testator dixit: sed aliàs in secreto: vel etiam dixit, sed non clare: & tunc si non est capax, patitur pœnam: quia perdit nisi se deferat: quo casu retinet partẽ: vt. C. ad legem Falc. l. etiam. & ibi not. si autem est capax, nulla est pœna. in dubio videtur præsumere hæc lex non capacem. sed magis videtur cõtra: quia non potest hæres facere quin testator talia dicat: est tamen qualisqualis præsumptio: vt hic dicit. & facit infra, tit. ij. l. cum quis. §. Titia. &. j. de iure fisci. l. ita fideicommissum.

vellet testamento non significauerit? Marcellus respondit, si in fraudem legum tacitam fidem Seius accommodasset, nihil ei prodesse potest, [a] si his verbis paterfamiliàs cũ eo locutus esset. non enim ideo circumueniisse minus leges existimandus est, [b] cum perinde incertum sit cui prospectum voluerit. [c]

Nominati nomine proprio, tenentur in viriles: si appellatiuo, tenentur in hæreditarias portiones. Bartolus. B

CXXIIII. NERATIVS libro quinto Membranarum.

SI hæredes nominatim enumerati, dare quid damnati sunt, propius est vt viriles [d] partes debeant: quia personarum enumeratio hũc effectum habet, vt exequentur in legato præstãdo: qui si nominati non essent, hæreditarias partes debituri essent.

Sicut legata per contra tabulas patroni minuuntur: ita præceptiones hæredũ. Bar.

CXXV. Rutilius Maximus libro singulari ad legem Falcidiam.

SI hæres [e] centum præcipere iussus sit, & restituere [f] hæreditatem, & patronus bonorum possessionem contra tabulas [g] petierit: sicut legata, [h] ita & præceptio pro parte quam patronus abstulit, minuetur. C

Si hæredem.] CASVS. Instituit mihi hæredes Titiũ & Sempronium & Gaium, & ex disparibus partibus. & postea dixi Titio & Sẽpronio & Gaio hæredibus meis, lego Mæuio centũ. certe tenentur ad fideicommissum præstandũ, & non pro hæreditariis, secus autem si eos non nominassem: quia tunc tenerentur pro hæreditariis. Viuianus.

d *Viriles.* contra. j. de duo. re. l. siue. vbi dicit hæreditarias. Solu. ibi. Item facit. §. eo. l. turpia. §. fi. &. j. tit. j. l. si pluribus. & infra, ad Trebel. l. nonnunquam. &. §. eod. l. iiij. in fi. & infra, de stip. ser. l. si communis seruus.

Si hæres centum.] CASVS. Libertus meus instituit sibi hæredem Titium, & rogauit eum vt restitueret hæreditatem Gaio deductis sibi hæredi centum de dicta hęreditate. & quibusdam aliis legata reliquit, & me patronum præteriit: vnde ego patronus petij bonorum possessionem contra tabulas liberti, & partem tertiam bonorum liberti consequi debeo. quæritur, vnde debet extrahi dicta tertia? nunquid de vniuersa hæreditate solummodo, quam debet habere fideicommissarius ab hærede liberti? an vero & de illis centum quæ debet retinere hæres liberti, & etiam de aliis legatis? Et certe dicitur quòd debet extrahi de omnibus prædictis, & omnia prædicta debet minuere dicta portio mei patroni. Viuianus.

e *Si hæres.* quidam extraneus à liberto cuiusdam instituto, & hoc præterito patrono.

f *Restituere.* puta Mæuio.

g *Contra tabulas.* & sic tertiam habet.

h *Legata.* pro tertia parte vitiantur legata, & pro eadẽ parte minuantur centum: vt hic, &. j. de condi. & demon. l. Plautius. & est hoc in contra tabu. patroni. sed in contra tabu. libertorum in totum cassantur: vt no. C. de bono. poss. contra tab. lib. l. j. & facit. §. eo. l. si mihi Stichus.

A. B exhæredati.] CASVS. Filium meum impuberem exhæredaui, & ei Titium substituui: quod bene possum facere: & à dicto substituto reliqui fideicommissum Mæuio. nũquid poterit Mæuius? & certe nó, & idem est si ab illo qui debet ab intestato succedere filio meo impuberi quẽ exhæredaui, relinquam fideicõmissum alicui per eum præstandum: quia non tenetur præstare. illi enim legitimi eo iure præstare coguntur fideicommissa à se relicta, quasi si scripti fuissent hæredes. quamuis enim scripti non fuissent, ex eo quòd ab eis fideicommissum relinquitur, tacite ad hæreditatem relinquentis fideicommissum vocãtur: & ideo hoc casu grauari non possunt instituti ab intestato venientes. in nostro autẽ casu nó possent grauari etiã si essent instituti à me patre impuberes prædicti. ecce enim si instituo mihi Titiũ & Sẽpronium hæredes qui tantum attinebãt filio meo impuberi q̃ possent eius esse hæredes ab intestato, & dictum impuberem exhæredo, & ei substituo Titium & Sẽpronium quos mihi instituerã, & ab eis tãquam à substitutis filij mei impuberis fideicommissum relinquo, nõ præstabũt illud. In nostro casu ergo quãdo nó fuerunt instituti, nõ præstabunt. quãuis autẽ substitutus exhæredati grauari non possit fideicõmisso nisi in primo respon. tamẽ substitutus instituti præstat quandoque legata ampliora quàm deberet præstare ex testamento grauantis. & de hoc ponit exemplũ tale: Filium meũ instituui hæredem in tribus vnciis: & ab eo multa legata reliqui, quę erubescãt taliter dictas tres vncias, quòd habet locum Falcidia, si nó peteretur contra tab. bo. poss. & quędam extraneum in nouem: & alium filium meũ præterij: & filio instituto in tribus vnciis substituui Titium. certe filius iste præteritus dicitur committere in edictum prætoris taliter quòd nó solum ipse, sed filius institutus potest petere bonorum possessionem cõtra tabulas si vult. petita ergo bonorum possessione contra tabulas quilibet filiorum habet sex vncias de hæreditate, excluso extraneo instituto, & nihilominus valet ista substitutio filio facta. substituus ergo filij instituti prẽstat legata pro toto illo quod à filio instituto ad eum peruenit ex substitutione, id est, pro sex vnciis, nó pro tribus tantum in quibus fuit filius institutus. [CVM POSTHVMO.] Filiũ quem in ventre vxor tua portabat, instituimihi hæredẽ: & si nõ esset hæres, substitui ei Titiũ & Mæuiũ, & ab eo posthumo reliqui legata sub hac cõditione si hæres erit. certe illa cõditio superuacua est, & nõ facit legata cõditionalia: quia intelligitur etiam si non apponatur: vt supra, eo. l. iij. vnde perinde est ac si pure legatũ esset à posthumo. posthumo ergo nó nato, & sic substitutis hæreditatẽ habẽtibus, legata prędicta ipsi prẽstabunt. legata enim ab instituto relicta, repetita videtur à substituto. Vi.

A substituto vel legitimo exhæredati nõ potest legatũ reliqui. Secus in instituto qui beneficio prætoris succedit per contra tabulas. Bartolus.

CXXVI. PAVLVS libro singulari de Secundis Tabulis.

AB exhęredati substituto inutiliter legatum datur. [i] ergo nec à legitimo exhæredati fideicommissum dari poterit, quod [k] & legitimi eo iure præstare coguntur, quo si scripti fuissent. Sed si committente [l] aliquo ex liberis [in] edictũ prætoris quo cõtra tabulas bonorum possessionẽ pollicetur, [m] scriptus quoque filius cõtra tabulas bonorum possessionẽ petierit: substitut⁹ eius legata pro modo patrimonij [n] quod ad filium peruenit, præstabit, perinde ac si id quod per bonorum possessionẽ filius habuit, à patre accepisset.

Relicta à posthumo instituto debentur à substituto non nato posthumo. Bartolus.

Cum à posthumo [o] ita legetur, *Si hæres erit.* & nõ nato posthumo substituti adeant: legata eos debere [p] existimandum est, quæ ille, si viueret, debiturus erat.

Posthumo alieno potest legari: & potest hæres institui. Bartolus.

CXXVII. IDEM libro singulari de Iure Codicillorum.

i *Datur.* vt. C. e. l. cũ quidã. nec ab ipso exhęredato: vt ibidẽ not.

k *Quòd.* id est, quia: vt infra, tit. ij. l. j. §. fi. ergo à contrario à cuius substituto non possum, nec ab eius legitimo: vt hic dicitur.

l *Sed si committente.* pone casum vt. j. tit. ij. l. fi. §. fi.

m *Pollicetur.* libertis, scilicet præteritis.

n *Patrimonii.* scilicet pro bessẽ personis exceptatis. sed si ab ipso sunt repetita, insolidum: vt supra, de vulga. substi. l. & si contra.

o *Cum à posthumo.* hæc conditio superflue ponitur. nam & non dicta intelligitur. sic. C. de fideiusso. l. iij. in fi.

p *Eos debere.* quasi ab instituto pure relicta. conditio enim si hæres erit, quasi nulla, conditionale legatum non facit: vt quando di. le. ce. l. si dies. §. si sub conditione. &. l. si Titio. §. quædam. &. j. de condi. & demon. l. aliquando.

BIU Cujas

Haeredi.]*CASVS.* Posthumum alienum instituimihi hæredem in testamento legitime confecto, & quosdã alios cum eo: quod bene possum facere, vt dixit Gallus Aquilius: & ei posthumo aliquid prælegaui. nunquid valet? & certe sic. hic tamen posthumus nó poterit habere legatum quantum est pro parte sua hæreditaria, sed p parte cohæredum sic: vt dixi supra, eo. l. legatũ. §. j. & sic ponitur principium legis plane sic. cut iacet. Alij dicunt hæredi, id est, ab hærede: sed mea positio satis est plana, & eorum similiter. Viuianus.

a *Haeredi.* aliàs, hæredi & aliàs, fratri. & dic reliqui à cohærede vel ab aliquo legatario à quo potest legari vni hæredum: vt instit. de sing. re. per fideicommissa. re. in princip.

b *Volũtas.* siue ex verborum proprietate, siue ex eorũ cõsueta interpretatione liqueret. & facit infra, ad Trebell. hæredes. §. j. & C. de fideicõmiss. l. cum virum. & infra, titu. j. l. cum proponeretur. & infra, tit. j. l. fideicommissa. §. item si quis.

c *Legimus.* ergo iure veteri poterat instituiposthumus alienus. nã ius Galli dicitur vetus. sed l. Vell. nouũ: vt. ſ. de libe. & posthu. l. Gallus. sed iure vetustissimo secus: vt insti. eo. §. posthumo. qui est contra.

HAeredi[a]** posthumo fideicõmissum dari potest. Sola enim volũtas[b] seruatur in fideicommissis: & obtinuit Galli sentẽtia, ꝛ alienos quoq; posthumos legitimos[c] nobis hæredes fieri.

Qui accipit vxorem illegitime scienter, ab ea non capit: sed ipsi relinquere potest. Bartolus.

CXXVIII. MARCIAVVS libro secundo Institutionum.

SI tutor pupillã suam[d] contra senatusconsultũ vxorem duxit, illa quidem ex testamẽto eius capere potest: ipse autẽ non potest:[e] & meritò. delinquunt enim hi, qui prohibitas nuptias contrahunt: & merito puniendi sunt. quod imputari non potest mulieri, quę à tutore decepta[f] est.

Digestorũ
seu Pandectarum Liber trigesimusprimus.
DE LEGATIS ET FIdeicommissis Liber Secundus.
TITVLVS I.
Si legatum in arbitrium alterius conditionaliter conferatur, suspenditur sicut per quemlibet aliam cõditionem. sed si nõ conditionaliter, non suspenditur. Bartolus.

I. VLPIANVS libro nono ad Sabinum.

IN arbitriũ[g] alterius conferri legatũ, veluti conditio,[h] potest. Quid enĩ interest, *Si Titius in Capitolium ascenderit*, mihi legetur: an, *Si voluerit*?[i] Sed cùm[k] ita legatum sit pupillo siue pupillæ, *Arbitrio tutorum.* neq; cõditio inest legato, neque mora:[l] cum placeat, in testamentis legatum in alterius arbitrium collatum: pro viri boni arbitrio accipi. Quæ enim mora est in boni viri arbitrio, quod iniectũ legato, velut certam quãtitatẽ exprimit, pro viribus[m] videlicet patrimonij?

Si plures res nominentur, plura sunt legata: secus si vno vniuersali nomine comprehendantur. Bartolus.

II. PAVLVS libro septuagesimoquinto ad Edictum.

QVotiens nominatim plures res in legato exprimũde contrahen. emp. l. hæc venditio. debet ergo hoc arbitrari, si arbitretur, pro viribus patrimonij testatoris: vt arg. ĵ. in fi. huius. l. & secundum merita legatarij vel charitatẽ. nam secundum hæc dicuntur deberi legata: vt supra, pro soc. l. nec adiecit. Vltimo not. quòd legatum arbitrio legatarij relictũ valet, siue dicatur ad arbitrium, siue si voluerit: vt. ĵ. de condi. & demon. l. si ita. Si autem hæredis, refert dicat ad arbitrium, an si voluerit: vt primo valeat, secundo non: vt. ſ. tit. j. l. senatus. §. pen. & ĵ. tit. j. l. fideicõmissa. §. quanquã. sic enim esset in eius arbitrio an deberet: quod esse non debet: vt. ĵ. de actio. & oblig. l. si sub hac. & ſ. de cõtrahen. emp. l. si in emptione. §. pen. si autẽ extranei: aut si voluerit, & nó valet: vt. ĵ. de códi. & demon. l. nonnunquam. Aut si arbitretur,[a] & sic in vim conditionis: & obtinet quod hic dicit. aut non in vim cõditionis, vt lego arbitrio Titij: & tunc obtinet quod hic subiicit.

Legatũ arbitrio legatarii rectè relinquitur.

a Legatum arbitrio Titi, aut si Titius arbitrabitur, differunt: quod require per not. Bal. in l. 2. §. sed & si quis. colla. 11. C. communia de lega.

A hoc, veluti, ponitur similitudinarie pro, sicut.

h *Conditio.* scilicet quelibet alia: vel dic, veluti, id est, in vim cõditionis per si. & quod subiicit, quid enim &c. interrogatiue lege, quasi dicat, nõ est differentia si dicitur, si Capitolium ascenderit: an si voluerit, scilicet arbitrari. secundũ Ioan. Sed R. sic, lego illi si Titius arbitratꝰ fuerit, valet quidem sicut quodlibet cõditionale: & hoc, qa tacita est volũtas: secꝰ si expressa, scilicet si Titiꝰ voluerit: quia non valet: quid enim &c. id est, aliquid interest inter hanc, si Titius ascẽderit Capitoliũ: & hanc, si voluerit: quia prima valet, secunda nó: vt. ĵ. de condi. & demon. l. nonnunquã. & de reg. iur. l. expressa. &. ſ. de hæredi. instit. l. si quis Sẽpronio. & secundũ hoc, quid enim &c. nó legitur interrogatiue. In arbitrium ergo extranei potest conferri. Sed an cogatur arbitrari? Respon. nó memini me legisse. nihilominus tamẽ valet. sed si nó arbitretur deberi, vel arbitretur, & malè: an recurratur ad aliũ? Respon. sic: vt. ĵ. de regu. iur. l. in persona. §. generaliter. sed in cõtractibus non sic semper, quia nó arbitrante eo nó decurritur ad alium. sed si malè, sic: vt C. de cõtrahen. emp. l. si. & de verbo. oblig. l. si quis arbitratu. &. ſ.

B

C

D

i *Si voluerit.* arbitrari, sub. id est, si voluntarie fuerit arbitratus: vt supra, si certum peta. l. quod si ab. & de rerum diui. l. fi. non enim voluntas, sed arbitrium facit videri paritum conditioni. & facit supra, titu. j. l. si ita. §. j.

k *Sed cum.* supra inest cõditio per, si. hic nó. & hoc dicit, si &c. Item fuit expressa quantitas si arbitretur tertius: hic non. Alij cõtinuant ad casus subauditos: quasi dicat, valet in arbitrio hęredis: sed certe & in arbitrio tertij: quod sic non placet.

l *Neque mora.* vt differatur obligatio vel diei cessio quãtum ad transmissionem: inest tamen quantum ad solutionem quæ differtur propter incertas vires patrimonij: & est hoc tempus in iudicis arbitrio: vt. ĵ. eo. l. cum quidam fideicõmis. & infra, de solu. l. ratum. & supra, de hæredi. institu. l. si quis institutus.

m *Pro viribus.* ergo hoc legatum tenet pro viribus patrimonij. sed an recurratur ad alium? Respon. vt. ſ. ea. l. Sed videtur nó valere hoc casu: vt. ſ. de iure do. l. cum post. §. gener. ibi, nec videri simile &c. Sol. hic incertitudo committitur alicuius arbitrio, ibi non: quod in dote non requiritur: vt ibi dicit. Item contra, infra, de rebus dubiis. l. vtrum. §. j. Sed ibi hæredis arbitrio, id est, volũtate: hic tertij. & facit. C. de do. promis. l. iij.

QVotiens.]*CASVS.* Ita dixit testator: lego Titio equum, bouem, & asinum. certe plura legata sunt. vnde legatarius Ti-

BIU Cujas

ff. Infort.

tius vnam de illis rebus poterit petere,& alteram repudiare.si autem relinquat testator plures sub vno nomine Titio, puta lego Titio supellectilem meam. & his similia, de quibus dicit litera, vnum est legatum: vnde legatarius debet aut petere totum, aut repudiare totum. Viuianus.

a *Plura legata.* & ita vnum sperni, alterum peti potest: vt infra,eo. l.sed si duobus.

b *Vnum legatum.* idē in stipulationibus: vt infra, de verbo. obli.l. scire debemus.in prin. &.§. stipulationū. &.l. quod dicitur.&.l. pluribus. & facit infra,eo. l.si illud.& infra, eo.l. grege.

Si ita legetur.] CASVS. Testator ita dixit: hæres meus det Titio decem si Seius Capitolium non ascēderit. certe valet legatum: quia in tacita voluntate Seij legatū est Titio: vt dictū est in.l. j.subaudi,& poterit petere legatarius tunc legatum quando certum erit Seiū ascēdere Capitolium nō posse.Vi.

†*Nemo pro parte velle, & pro parte nolle potest. limitabis quod hic dicitur, p.l. si mihi pure. & quod ibi posui.ĭ. eo. de quo vide tex.in l.legatari⁹. & quod ibi not. ŝ. titu. proxi.*

c *Non ascenderit.* scilicet hęres.& ita est tacite eius voluntati cōmissum an debeat. vel dic extraneo, vel dic de legatario: & ita habet locum cautio Mutiana: vt infra,de cōdi. & demon.l. Mutianæ. & secundum hoc non est contra,supra,titu.j.l.senatus.§.penult. & facit supra,eod.l.j.& quod ibi not.

tur, plura legata[a] sunt. Si autē supellex, aut argentum, aut peculium, aut instrumentū legatum sit: vnum legatum[b] est.

Valet legatū etiā si cōferatur in cōditionem quæ in alterius potestate cōsistit. Bar.

III. IDEM libro quarto ad Plautium.

SI ita legetur, *Hæres dare damnas esto, si in Capitolium non ascenderit.*[c] vtile legatum est: quāuis in potestate eius sit ascēdere vel non ascendere.

Si vna res vel plures legantur sub nomine collectiuo, non potest vna acceptari, alia non: secus si plures nominatim: nisi illa quæ repudiatur, habeat onus annexum. h.d.cum duabus.ll.seq.Bartolus.

IIII. IDEM libro octauo ad Plautium.

NEminem seiusdem rei legatæ[d] sibi partem velle, [&]partem nolle, verius est.

V. IDEM libro septimo Quæstionum.

SEd duobus[e] legatis relictis, vnum quidē repudiare, alterum verò amplecti posse, respondetur. Sed si vnum ex legatis onus habet, & hoc repel-

NEminem.] CASVS. Aut lego tibi vnam rem, aut plures. primo casu non potes habere partem, & partem repudiare. secundo potes vnam habere,& aliam repudiare. Istud tamen fallit in duobus casibus. Vnus est quando legaui tibi decem, & Stichum,& tot alia legata aliis reliqui, quòd Falcidia locum habet. vnde & pro seruo & pro decem quæ tibi legaui, debet detrahi Falcidia de dictis.x. quia de seruo non potest detrahi Falcidia. si ergo tu legatarius repudies Stichum,& velis decem habere, non poteris euitare quin hæres meus detrahat tibi duas quartas de legato de decem quæ non repudias: scilicet vnam pro legato de decem quod non repudiasti, & aliam pro legato Stichi quod repudiasti. non ergo in hoc casu ita potes repudiare vnum legatum, quin onus eius apud te remaneat. Secundus casus est in quo fallit principium huius.l.sed duobus.quando sub vno nomine lego plures res: veluti lego Titio gregem meum,vel prædium, vel vestem, vel argentum: quia vnum est legatum. vnde idem debet iudicari quod dictum est in.l.neminem. & hoc dicit cum duabus legibus seq.Viuianus.

d *Legatæ.*insolidum. secus si sibi & alij.nam partem accrescentem potest repudiare,licet suam agnouerit: vt.C. de cadu.tollen. §.vbi.& facit supra, titu.j.l.legatarius.&.ĭ.eo.l.si cui res.&.ĭ.pro dereli.l.iij.&.ĭ.co.l.grege.

e *Sed duobus.*id est,duabus rebus.

f *Non idem.*vt.ĭ.de fideicom.liber.l.si legatario.

g *Seruum.*scilicet Stichum prædictum.

h *Deducetur.*sic infra,ad.l.Falc.l.plane.in prin.&.§.j.

i *Seruo.*quod fieri potest: vt in princ.legis.

k *Sed legatarius.*scilicet prædictus.

l *Ex pecunia.*id est,ex decem.

m *Duas quartas.*vnam pro decem,aliam pro Sticho.

n *Rege.*facit supra,eo.l.quoties.& supra, commo.l.in commodato.§.fi.&.C.de iure delibe.l.quidam.& supra,de acqui.hære.l.j.&.ij.

Si Titio.] CASVS. Titio capaci & Seio non capaci legaui decem.certe Titius capax habebit quinque,& Seius nihil,& tamen facit quòd Titius non capit nisi medietatē, vt dictū est. Vi.

latur, non idem[f] dicendum est. pone[enim]eum cui decem, & Stichus legatus est, rogatū seruum[g] manumittere. si Falcidia locum habet, ex decem vtriusque legati quarta deducetur.[h] Igitur repudiato seruo,[i] non euitabitur on⁹ deductionis: sed legatarius[k] ex pecunia[l] duas quartas[m] relinquet.

VI. IDEM libro singulari ad legem Falcidiam.

GRege[n] autem legato non potest quædā [res] sperni, quædā vindicari: quia nō plura,sed vnū legatū est. Idemque dicem⁹ peculio legato, aut veste,aut argento,& similibus.

Qui non capit partē quia indignus, facit partem.Bartolus.

VII. IDEM libro octauo ad Plautium.

SI Titio, ° & ei qui capere non potest, decē legata sint: quia duobus hæres dare dānatur,& vnus capere non potest, quinque[p] sola Titio dantur.[q]

VIII. IDEM libro nono ad Plautium.

o *Si Titio.*cōtra.C.de caducis tollēdis.l.vnica.§. in primo.&.§. pro secundo.& infra,de contra tabulas.l.si post mortem,§. liberi. Sed speciale est hic: vt supra,de legatis.j.l.plane.§.si coniunctim. &.l.huiusmodi.§.si Titio.&.l.si duobus.in princ.Sed illud hodie corrigitur: vt.C.de caducis tollēdis.l.vnica.§. in pro nō scripto.

Item & aliàs assignatur speciale: vt infra, de cōditionibus & demonstrationibus.l.mulieri.Sed ibi illa est ratio, quia ridiculum est vt admittatur tāquam virgo, & tanquam vidua: vt infra,de conditionibus & demōstrationibus.l.Titię si nupserit. Item illius.l.plane.potest assignari ratio: vt.C.de necessariis & seruis hæredib. instituendis.l. penul. Idē illius.l. hæc est ratio, quia in re ipsa est impedimentum, non in persona legatarij: sicut infra,de lib.leg.l.antepenul. ergo illud solū est speciale.sed secundum R.hic loquitur in casu qui est supra, titu. j.l.si duobus.in princi. &.§.fi. scilicet quando alter non potest capere nunc, sed spes est quòd poterit, quia sub conditione institutus, vel cum sit posthumus nascturus. Alij assignāt aliud speciale: vt infra,eo.l.fi.§.Seio.H. Item aliud supra, de inoffi. testa.l. Papinianus.§.quoniam autē quarta.Item contra, supra,titu.j.l.qui quartam.§.fi.[a] &.l.plane.§.si duobus.sed vt dixi,hic speciale est.& facit infra,de verb.oblig.l.si mihi & Titio.

p *Quinque.*nunc respondet. Accursius.

q *Dantur.*id est,dari debent.

SI quis seruum.] CASVS. Seruum hæredis mei tibi legaui, vel etiam alienum. & hic seruus aufugit viuo testatore, scilicet me, & cūlpa hæredis prædicti. certe debet hic cauere tibi legatario de reducendo eo tuis expensis. si autem aufugit me testatore mortuo, debet cauere de reducendo eo tuis expensis.[SI ITA.] Ita dixit testator,Sempronio decem do lego.& si noluerit decem,lego ei Stichum. hoc casu duæ res sunt legatæ: sed legatarius non potest petere nisi vnam,quam vult. [SI QVIS ITA LEGAVERIT.] Legaui Titio decem amphoras vini ex certo dolio. modo non inueniuntur in dolio nisi quinque amphoræ. certe illæ quinque debentur ei solæ.[SI INTER.] Titio legaui equum meum: & plures habeo Titios amicos, & non apparet de quo sensi. & hæres bene vult vni soluere qui promittet ei quòd conseruet eum indemnem ab aliis Titiis. omnes autem Titij petunt legatum: & quilibet vult promittere.certe hęres debet habere electionem cui det.[CERTAM.] Viginti Titio legaui, & rogaui eum quòd dicta viginti daret Seio & Sempronio: & sic sunt substituti Titio in legato per fideicommissum. Titius petit legatum ab hærede, & vult ei cauere quòd extrahet eum indemnem à substitutis prædictis.& substituti ex alia parte petunt legatum prædictum ab hærede, & ei eodem modo volunt cauere. certe hæres potest eligere cui det, & ab eo cautionem prædictam recipere: & si nullus petitorum est in calumnia, bene faciet hæres si præferat Titium cui primo legauit dicta. xx. [SI CVI.] Tertiam partem hæreditatis meæ legaui Titio: nunquid æs alienum deducetur de parte legata, scilicet ad hoc vt solus hæres onera sustineat, & non legatarius: & maxime pretia manumissorum, & impensas funeris? Et dicitur quòd non, immo pro ea parte quæ legata est,onera legatarius sustinebit.secus autem si dixi: lego Titio tertiam partem bonorum meorum. quia tunc nullum de dictis oneribus legatarius sustinebit. & hoc dicit cum.l.seq. Viuianus.

Alienum.

BIU Cujas

SI quis seruum heredis vel alienū [a] legauerit, & is fugisset, [b] cautiones [c] interponendæ sūt de reducēdo eo. Sed si quidē viuo testatore fugerit, expēsis legatarij reducitur: [d] si post mortem, sumptibus hæredis.

Legatū alternatiue censetur plura quoad rerum nominationem: vnū quoad præstationem. Bartolus.

¶ Si ita legetur, *Sempronio decem: aut si noluerit, hominem Stichum lego.* hoc casu duo legata [e] sunt, sed vno*contentus esse debet.

Si legatur certum corpus: illud debetur quod ex illo corpore reperitur.

¶ Si quis [ita] legauerit, ex illo dolio amphoras decem: etsi nō decem sed pauciores inueniri possint, non extinguitur legatum: sed hoc tantummodo [f] accipit quod inuenitur.

Si testator sensit de certo legatario, nec apparet de quo: potest hæres eligere quem vult. Bartolus.

¶ Si inter duos † dubitetur de eodem legato, cui potius dari oporteat: vt puta si Titio relictum est, & duo eiusdē nominis amici testatoris veniant, & legatum petant, & hęres soluere paratus sit, deinde ambo defendere hæredem parati sint: eligere debere [g] hæredē cui soluat, vt ab eo defendatur.

Si in petendo legatarius & substitutus sibi concurrant: in dubio est primus legatarius præferendus. Bartolus.

¶ Certam pecuniam legatam si & legatarius [h] & substituti [i] legatarij [k] peterent, & hæres soluere paratus sit: si ambo defendere hæredem parati sint, eligere debet hæres cui soluat, vt ab eo defendatur. & si neutrius [l] manifesta calumnia videatur: ei potius soluēdum, cui primum legatum est.

Si legatur pars hæreditatis, intelligitur cum honoribus & oneribus: si pars bonorum, intelligitur deductis oneribus. Bar.

¶ Si cui certam partem [m] hęreditatis legauero: diuus Hadrianus rescripsit, vt neque pretia manumissorum, neque funeris impensa deduceretur. [n]

IX. MODESTINVS libro nono Regularum.

CVm autem pars bonorum ita legatur, *Bonorum meorum quæ sunt cum moriar, ° do.* *manumissorum [p] pretia de medio [q] deducenda sunt.

Quod rei legatæ accedit, ad legatarium pertinet. Bartolus.

X. IAVOLENVS libro primo ex Plautio.

CVm fūdus [r] nominatim legatus est, si quid ei post testamentum factum adiectū est, id quoque legato cedit, etiam si illa verba adiecta non sint, *Qui meus erit.* si modo testator eam partem non separatim possēdit: sed vniuersitati prioris fundi adiunxit.

---

a *Alienum.* multo magis si suum: vt infra, tit. j. l. cum seruus. & l. cum res legata. §. j. & ij. secundum H.

b *Fugisset.* culpa hæredis. nam in alieno culpa potest esse: vt. ff. tit. j. l. cum res. §. sed si alienus. & l. apud. & l. cū seruus. vnde vel æstimationem dat, vel cauet de reducendo: vt. ff. solu. mat. l. si filiofamil. & ff. titu. j. l. cum res. §. itaque. alioquin nō tenetur reducere sed cauet de restituendo si recipiat: vt. ff. titu. j. l. cum res. §. si vero non fuit. &. §. sed si culpa. &. ff. de rei vin. l. si à bo. fid. & l. si vero. Accursius.

c *Cautiones.* si hoc maluerit legatarius. nam & æstimationem consequi potest si hæredis culpa interuenerit: vt ff. tit. j. l. cū seruus. &. l. cū res. & supra, de rei vin. l. si à bonę fidei. & l. seq. H.

d *Reducitur.* cauet enim de restituēdo si recuperauerit: nō de persequēdo: quia eo tempore nō tenetur de culpa: sed post morte sic: & hoc ideo, quia sic post mortem quasi in re aliena præstat culpam. ante enim nec hæres in culpa, nec legatarius videtur fuisse dominus. Item quòd dicit post morte, & supple & ante aditam hæreditatem. aliàs cōtra, arg. supra, ad le. Aquil. inde Neratius. §. ij. *ADDITIO.* Dic quòd ibi aufugit post mortem & aditam hæreditatem. vnde cū legatarius sit dominus, potest sibi per actionē legis Aquil. cōsuli, secundum Bart.

e *Duo legata.* quātum ad nominationem plurium rerum: vt supra, eo. l. ij. vnum autē quantum ad vnam solutionem: vt. ff. eo. l. si illud. ij. respon. quod non placet: vt infra, quādo di. le. ce. l. cum illud. dic ergo ideo, quia in vnum tempus non possunt concurrere. nam necesse est primo repudiari. x. quàm petat Stichum: sicut vsusfructus diuersi separati videtur propter diuisionem temporis: vt. ff. qui. mo. vsusfru. amit. l. si duobus. sic supra, titu. j. l. plane. §. fi.

f *Tantummodo.* quia quodammodo certum corpus quod in rerum natura non sit, legari videtur, scilicet in quinq; quæ desunt: vt. ff. tit. j. l. si seruus legatus. §. qui quinque. &. l. sed si certos. secus autem si vt quantitas. nam si. x. quæ tibi debeo, valet, licet nihil tibi debeam. si. x. quæ Titius debet: nō valet, cum nihil debeat: vt. ff. titu. j. l. si sic. §. j. &. l. legatum. & infra, de lib. leg. l. legauit. & facit. ff. de contrahen. emp. l. si debitor. §. j. & infra, ad legem Falcid. l. in ratione. §. diligenter. Accursius.

g *Debere.* id est, posse. sic. ff. de offic. procō. l. obseruare. in fi. non enim necesse habet: immo dicitur impedire legatum: vt. ff. de reb. dub. l. si fuerit. licet sit contra. ff. de adimen. lega. l. iij. §. si duobus. prout est ibi in litera, vterque. sed sol. ibi. Et not. quòd quidā dicunt omnino nullum esse legatum: tu dic aliquod esse, sed impediri: & ei præstandum qui probauerit de se testatoré sensisse: vt. ff. de condi. & demon. l. falsa. alioquin non. nec enim deficit ius sed probatio: vt. ff. de ma. test. l. cū ex pluribus. &. ff. de testa. tute. l. duo. secus autem si est incertum legatū propter rerū incertitudinē. tūc enim res minoris pretij est præstāda, nisi ꝓbetur cōtra: vt. ff. ti. j. l. apud Iulianū. §. Scio. Ité habebit locū tunc quod dicitur. ff. tit. j. l. qui duos. &. l. si qs à filio. §. si quis. Et nota hic gratificationi [z] esse locū: vt. ff. ad Silla. l. iij. §. sicut. &. ff. loca. in naue. in fi. &. ff. proxi. §.

ff. Infort.

A & supra, depositi. l. j. §. si apud. argu. contra. ff. eo. l. si Titio. Acc.

h *Legatarius.* primus scilicet.

i *Substituti.* per obliquum: quia rogatus erat eis restituere.

k *Legatarii.* nominatiui vel genitiui casus.

l *Neutrius.* vel substituti tantum. aliud si legatarij tātum: vt quia alij daturus, vel statim cōsumpturus. nec fidē de facto seruaturus petit: vt. ff. sol. mat. l. si cū dotem. §. eo. tempore. Argu. infra, pro emp. l. si quis cum. & facit. C. de edi. diui Hadria. tol. l. j. & infra, de secun. tab. l. ij. §. defertur. Ité supra, proxi. §.

m *Partem.* puta tertiam. Accursius.

n *Deduceretur.* loquitur secundum primam naturam legatorū: quia legatarius olim etiā in tali legato non sentiebat onera. vnde stipulationes interponebātur: sed hodie stipulationes captiosæ vidētur. ideoque vt in vniuersali fideicom. ita & in tali legato vniuersali pro parte diuidūtur onera: quia vna eorū est natura: vt instit. de fideicō. hære. §. post quod. &. §. sed quia. & j. eod. l. cū filius. §. j. & C. cōmunia de lega. l. j. &. ij. secundum Ro. & quod. ff. l. proxi. dicitur, est in speciali casu secūdum eum. Vel dic certam partem, id est, rem quæ faciat tertiā. sic. ff. si pars hære. pet. l. j. §. j. &. j. de vsufru. lega. l. fi. Aliud si quotā partē: vt. ff. l. proxi. quæ est contra, secundum Azo. arg. instī. de fideicom. hære. §. nihil. Vel secūdū Azo. dic quòd si legé quotam portionem hæreditatis, diuiduntur onera: quod denotat nomen hęreditatis: vt hic, &. d. l. cum filius. Aliud si dico parté bonorum: vt. ff. l. proxi. quia bona non intelliguntur nisi deducto ære alieno: vt. ff. de verb. signi. l. nihil aliud. &. l. bonorū. &. l. subsignatum. §. j. &. l. hæreditas. & not. ff. titu. j. l. non amplius. §. penul. Accursius.

*Fl. dos & manumiss.

o *Cvm autē. Cū moriar.* id est, mortuus ero. sic. ff. de neg. gest. l. iij. §. hæc verba. & hæc primo deducta intelligūtur: quia protinus mortuo testatore est facienda impensa. & idem in pretio seruorum fauore libertatis. R. Est ergo secūdum eum speciale in his duobus casibus: regulariter contra. hoc iure antiquo: vt supra. l. proxi. vel aliter vt ibi not. Accursius.

p *Manumissorum.* non tantum funeris impensa. R. vt colligitur ex ista dictione, autem, quæ est in princi. l. & dic manumissorum; id est, eorum quos præcepit redimi & manumitti. & facit instit. ad. l. Falcid. §. cum ratio.

q *De medio.* id est, ex medio. Accursius.

Cvm fundus.] CASVS. Legaui tibi fundum Sempronianum: & postea aliquid de dicto fundo adieci: & adiectionem prædictam cum dicto fundo vniuersaliter simul possedi. Certe tu legatarius & fundum & adiectionem vindicabis. Viuianus.

r *Cum fundus.* facit. ff. titu. j. l. si ex toto. in princi. &. l. quod in rerum. §. si quis post. &. j. titu. j. l. prædiis. &. j. de verb. signi. l. locus. &. ff. de vsufruc. l. item si fundi. §. huic. & de peri. & commo. rei vendi. l. id quod. Accursius.

Statuliberum.] CASVS. Instituī mihi hæredē Titium: & dedi libertatem Sticho seruo meo si nauis ex Asia venerit. & sic dictus Stichus est statuliber: & dubiū est vtrum sit liber, vel non. dictus Titius quem instituit, legauit eidem statulibero decem in

suo testamento:& non dedit ei libertatem.certe nihil valet legatum:quia nemo potest seruo suo sine libertate legare. sed si prædictus Titius meus hæres legauit eidem statulibero sub ea cõditione sub qua ego ei libertatẽ dederam,valebit legatum:quia inuenitur tunc liber eo tempore quo cedit dies legati sibi ab hærede relicti.& idem est si dicto meo seruo reliqui libertatem cũ moreretur hæres meus: & dictus hæres eidẽ seruo leget: quia valet legatum etiam si nõ det ei hæres libertatẽ:quia & si daret, superfluum esset. nõ enim caperet ex hæredis testamento libertatẽ, sed ex meo: & inuenitur liber eo tẽpore quo cedit dies legati sibi ab hærede relicti, id est tempore mortis dicti hæredis.

Statulibero non potest hæres legare nisi sub conditione libertatis: vel si moriẽte hærede seruus futurus sit liber. Bartolus.

XI. POMPONIVS libro septimo ex Plautio.

STatuliberum ab hærede ne tunc quidem cùm dubia sit eius ex testamento libertas, legatum sine libertate accipere posse Labeo ait, quia seruus eius esset. [a] sed si hæres eandem conditionẽ legato inserat, quæ libertati à testatore datæ proposita*fuerit,valet legatum.nã & si cùm moreretur hæres, seruus liber esse iussus esset: rectè sine libertate ei ab hærede legari posse constitit,quòd [b] superuacuum [c] sit ei libertatẽ dare, quàm ex testamento hæredis capturus non sit, sed ex testatoris [d] habet.

Permissum ad tempus, post tempus videtur prohibitũ esse: & post electionem sola res electa, videtur esse in legato: & variare non licet. Bartolus.

℣ *Stichum, aut Pamphilum, vtrum* [e] *hæres meus volet, Titio dato: dum vtrum velit dare, eo die quo testamẽtum meum recitatum erit, dicat.* Si nõ dixerit [f] hęres, Pamphilum, an Stichum dare malit: perinde obligatum eum esse puto, ac si Stichum aut Pamphilum dare damnatus esset, vtrùm legatarius elegerit. si dixerit se Stichum dare velle, Sticho mortuo liberari eum. si ante diẽ legati cedẽtẽ alter mortuus fuerit: alter qui supererit, in obligatione manebit. [g] Cum autẽ semel dixerit hæres vtrum dare velit, mutare sententiã non potest. [h] & ita & Iuliano placuit.

Pecunia legata etiam si in bonis nõ esse reperitur, ex hæreditate soluenda est. Bar.

XII. PAVLVS libro secundo ad Vitellium.

SI pecunia legata in bonis legantis non sit, soluẽdo tamen hæreditas [i] sit: hæres pecuniam legatam dare compellitur siue de suo, siue ex venditione rerũ hæreditariarum, siue vnde voluerit.

distincte legata prestent legatarijs.& istos codicillos misit omnibus hæredibus,cum essent absentes.queritur,vtrum legata in codicillis data ab hæredibus indistincte debeant præstari ab omnibus hæredibus: an vero ab illis duobus solum qui onerati fuerũt in testamento? Et dicit quod illi soli debent præstare legata omnia.& sic per precedentia determinatur sequẽtia.Viuianus.

a *Legatorũ.* aliàs.l.legatorum. aliàs.§.idem respondit.

b *Cõpetit.* nisi nominauit hæredes omnes, vel quosdã propriis nominibus: & tũc tenentur ad viriles: vt.ſ.tit.j.l.turpia,§.fi. &.j.tit.j.l. si plures. &.j.ad Treb. l.nõnunquã. &.l.quoties.Accursius.

c *Hæredes scripsit.* scilicet præcipiens hæredes suos indistincte legata præstare.R.

d *Munere.i.* onere.& facit.C. famil. ercis. l. quoties.&.j.de alie.leg. l.Gaio.in prin.&.j.eo. l.Mæuius. §.eum. Arg. cõtra.j.de verb. significa. l.si cum fundum. *ADDITIO.* Dic secundũ Dy.q̃ hic præcedentia declarãt & limitant sequẽtia: ibi sequentia declarant & limitant præcedentia, & sic nõ est cõtra.Itẽ hic non dicit quod omnes dãnauerit in codicillis, sed quod scripserit codicillos ad omnes, secundũ Bar.post Dy.

* *Flo. debeant.*

XXXIII. IDEM libro nono Responsorum respondit.

LEgatorum[a] petitio aduersus hæredes pro partibus hæreditarijs cõpetit[b]: nec pro his qui soluendo nõ sunt,onerari cohæredes oportet.

Clausula generalis restringitur ad specificata tantum, si plura fuerunt. Bart.

QUi plures hæredes instituit, testamento à quibusdã nominatim reliquit legata: postea codicillos ad omnes hæredes scripsit[c]. Quæro, quæ legata debeãtur? *Modestinus respondit, Cum manifestè testator testamento expresserit à quibus hæredibus legata præstari vellet: licet codicillos ad omnes [hæredes] scripserit,apparet tamen ea quę codicillis dedit,ab his præstanda esse quos munere[d] fungi debere, testamento suo ostendit testator.

Verba enũtiatiua de futuro emissa propter aliud, vel enuntiatiua de præterito, sine expressione rei dispositionem non inducunt. Bartolus.

XXXIIII. IDEM libro decimo Responsorum.

TItia cùm testamento facto decederet, hæredibus institutis Mæuia, & Sẽpronio filiis suis exæquis partib⁹ petiit[e] à Męuia vt Stichũ seruũ suum[f] manumitteret, in hæc verba: *Ate autem Mæuia filia [mea] charissima peto vt Stichum seruũ tuum manumittas, quum in ministerium tuum tot capita[g] seruorum tibi his codicillis legauero*, nec legauit. Quæro,quid his verbis relictũ videatur: cum (vt suprà cautũ est) duobus hęredibus institutis defuncta testatrice*, & mancipia[h] hæreditaria duarũ[i] personarum fuissent*, & codicillis nihil[k] relictum sit de præstandis mancipiis, nec possit vtile fideicõmissum putari quod datum non sit,cum legasse[l] se dixerit,nec adiecerit[m] legati speciem[n], nec ab hærede vti præstarentur mãcipia,petierit? Modestinus respõdit ex verbis cõsultationi insertis,Mæuiam neque legati[o] neque fideicõmissi petitionẽ habere, neq; libertatem seruo suo dare compelli.

TItia.] *CASVS.* Titia instituit sibi hæredes Mæuiã & Sempronium filios suos ex æquis partibus. postea fecit codicillos, & in eis dixit:peto à te filia mea Męuia vt Stichũ seruũ tuum manumittas cum legauero tibi.x.seruos. & postea decesit hæc Titia,& non legauit ei dictos.x.seruos.quæro,nunquid Męuia possit petere dictos seruos propter verba testatricis, & nunquid teneatur seruum Stichum manumittere? Et dicitur q̃ non tenetur, nec potest. [*LVCIVS.*] Lucius Titius instituit sibi hæredes Octauianam & Octauianũ filios suos:& postea ita dixit: volo te Octauianam a te ipsa accipere talẽ meum fundũ,& volo te Octauianum à teipso accipere talem alium meum fundũ.nunquid quilibet eorum poterit habere totum fundũ sibi prælegatũ,vt partem habeat iure hæreditario, & aliam partẽ iure prælegationis à cohęrede?an vero oportet q̃ filia soluat cohęredi suo pro parte sua pretium fundi, vt sic habeat totum:& idem sit in filio? Et respon. quod quilibet habebit integrũ suum prælegatum, vt dictum est. [*LVCIA TITIA.*] Lucia ab intestato decedens reliquit seruo Titij quandam domum. ea mortua filij qui sunt ei hæredes, diuiserunt hæreditatem & etiam domum prædictam inter se: & Titius prædictus dominus serui prædicti fuit testis illi diuisioni, & non contradixit diuisioni prædictæ domus. certe non amittit propter hoc legatũ domus per seruum sibi acquisitũ.[*GAIVS.*] Gaius iuit ad standũ in domo vxoris suæ,& portauit secum quasdam suas res, & ibi decesit facto testamẽto in quo instituit vxorem suam hęredẽ cum quibusdam aliis:& ita dixit:sciant hæredes mei nullam pecuniam penes vxorem meam esse, nec aliud quicquam: ideoq; hoc nomine eam inquietari nolo. certe nisi mulier probet maritum dixisse dicta verba in testamento, quia volebat eam habere pręcipua & ante partem omnia quæ portauit maritus in domum suę vxoris,non habebit mulier ea pręcipua:immo cõmunicabit cohæredibus suis. [*SIEA.*] Liberto meo legaui.x. si à filiis meis non recederet. me mortuo tutor filiorum meorum non permittit libertũ stare cum dictis filiis meis.habebit certe libertus legatum:quia per eum nõ remanet. [*QVI INVITA.*] Solũ. matrimonio inter filiam meam & maritum suum egi inuita dicta filia mea actione de dote cõtra generum meum quondam, & exegi dotem:postea exhęredaui filiam prędictã,& filium meum mihi hæredem institui, & legaui dictæ filiæ.c.vt ea in dotem habeat. certe propter hoc legatum nõ amittit act.de dote filia contra maritum suum quondam: sed non debet cõsequi totum legatum à fratre suo, & totã dotem à marito: sed si dos est maior quã legatum, & illam vult petere à marito suo quondam: non petet à fratre legatum.si autem plus sit in legato quàm in dote, & vult legatũ petere, non admittetur nisi in eo quod excedet dotis quantitatem: & postea rationẽ reddit. [*LVCIVS.*] Lucius Titius instituit sibi hæredes Titianũ & Paulianã filios suos:& Titianum in octo vncias pone, & Paulianam in quatuor: & inter alia verba quæ dixit,ita dixit: Volo quod Titianus pręster omnia legata quæ reliqui.& post ea dixit: peto à te Pauliana vt nõ irascaris ei eo quod plus dedi Titiano quàm tibi: quia tu scis eum magna onera sustentaturum,& legata quę supra reliqui, præstaturũ.certe propter ista verba, quia tu scis &c.non debet Titianus soluere creditoribus solus: sed legata debet bene præstare solus. [*TITIA.*] Titia Gaio Seio nupsit: & ei in dotem dedit prędia, & partem Castelli Nucleorum,& multa alia & ex eo postea filia habuit:& ab intestato cedens hęc Titia ita dixit filiæ,Gaium Seium cõmendo tibi ô filia, & volo quod des ei omnia quæ ei in dotem dedi: vt inde habeat vitã suam:& rogo te quod nõ molestes eũ in prædictis:quia erunt prædia tua & filiorum tuorum post mortem dicti mei viri. & postea multa alia eidem viro legauit, vt habeat ea quamdiu vixerit. mortua hac Titia maritus suus prædictus habuit omnia prædicta, & donec vixit tenuit: & postea mortuus est.petit filia prædicta ab hæredibus dicti viri omnes illas res quas reliquit ei Titia: tanquam ex fideicom.propter illa verba quæ dixit Titia.erit enim post mortem eius tua ô filia, & filiorum tuorum &c.certe bene potest hoc facere.& h.d.tota hæc lex.Viuianus.

a *Legatorum.* Quid si dixerit? Respon. quod quilibet habebit integrum suum prælegatum, vt dictum est. Sed

conditionem inducit: vt.ſ.titu.j.l.vj. Item contra.j.eo.l.cum pater.§.fina. Sō.ibi non inducit conditionem, licet futuri temporis ſit: & hoc ideo, quia hic in repræſentatione oneris, ibi ſecus. & facit.j.de vſufru.lega.l.qui plures.

a *Villam.* id eſt, vniuerſitatem quandam prędiorū & hominum. vel id eſt, domum. nam infra, vocat prædium.

b *Synthesin.* nomē villæ legatæ.

c *Videatur.* hoc erat verum.

d *Contineat.* hoc non erat verum.

e *Non sic interpretandam.* innuit hanc ſcripturam, lego vni hęreditū talem rem à ſeipſo: multas habere ſignificationes ſeu interpretationes, duas malas, & tres bonas. Prima, vt capiat portionē hęreditariam tantum, & nō vltra: quia ei à ſe legari nō poteſt. Secunda, vt capiat totā, ſed nō gratis: quia debet pretium ſoluere pro parte cohęredis: quaſi à ſe.i.à ſua burſa capiat alterā partem: & has reprehendit Modeſtī. Sunt aliæ benigniores quę non vitiant, vt à ſeipſo dicatur accipere.i. non per filium vel ſeruū: quod poſſet quāloq; ſibi p̄ceſſe: vt.j.de lega.prælā.l.iij.§.liberis. &.§. hoc ſolum. q.d. non lego filio vel ſeruo inſtitutis: quia tunc non vitiatur legari à ſe, vel non ab alio accepit per fideicomiſ. quod eſſet ſi teſtator extraneo legaſſet, & eum rogaſſet reſtituere vni hęredum: ſed à ſe.i. per ſe habet directō: quod eſt expeditius. Vel tertio à ſe, id eſt vt nō petat ab alio, ſed ſua auctoritate ingrediatur, quaſi ex permiſſione defūcti. ſic & aliis. C. de pigno. l. creditores. iſtæ expoſitiones ſic quidem ſunt eligendæ, nō vt pereat: vt.j.de reb.dub. l.quoties. & ſecundū hoc cōtra.ſ.titu.j.l.plane. §.ſi duobus. &.l.legatū. §. hæredi. quę dicunt hęredi à ſeipſo nō legari. Solu. ſi vnus hęres tantum eſt, ei à ſe nunquā legatur. Si autē plures ſunt hæredes, vni ab altero legatur, & tenet vt præcipiat: vt.ſ.titu.j.l. qui filiabus. §. fina. &.j. eo.l.ſi. §. quatuor. &.l. miles. §. pro parte. &.ſ. de hæredi. inſti. l. ex facto. & ſic hic intelligitur. ſi autem legatur vni hæredum, & alij vel aliis extraneis, puta duobus: dic vt ſupra, titu.j.l.legatum. §. hæredi. & not. in.l.plane. §. ſi duobus.

f *Reliquit.* in codicillis.

Verba teſtatoris extra propriam ſignificationem verborum intelliguntur vt legatum non reddatur inutile. Barto.

¶ Lucius Titius in teſtamento ſuo ita cauit: Ὀκταβιάνῃ Ἀλεξάνδρῳ τῷ γλυκυτάτῳ μου υἱῷ. ἐξαίρετον βούλομαι αὐτῷ παρ' ἐμαυτοῦ λαβεῖν χωρίον Γάζαν σὺν τοῖς ἐπιθήκαις αὐτοῦ πάσαις. Ὀκταβιάνῳ Ἀλεξάνδρῳ τῷ γλυκυτάτῳ μου υἱῷ, ἐξαίρετον βούλομαι αὐτὸν παρ' ἐμαυτοῦ λαβεῖν σύνθησιν ἀμνοφόρον* κωμάνην, σὺν αὐλαῖς ἔχει, ἐπιθήκαις πάσαις. [id eſt, Octauianæ Stratonicæ dulciſſimæ filiæ meæ ſalutem: Volo eam à ſeipſa accipere villam [a] Gazan cum impoſitionibus ſuis omnibus. Octauiano Alexandro dulciſſimo filio meo ſalutem: Præcipuam volo eam à ſeipſo accipere ſynthesin [b] ſterilium villarum cum impoſitionibus ſuis.] Quæro, an huiuſmodi ſcriptura integrum prædium ſingulis [hæredibus] datum eſſe videatur [c]: an verò partem hęreditariā dumtaxat contineat [d], cum inutiliter à ſemetipſo quēque eorum quam habebat partem accipere voluerit? Modeſtinus reſpōdit, non ſic interpretandam [e] ſcripturam de qua quæritur, vt fideicōmiſſum inutile fiat. Itē quæro, ſi integrū prædium relictum eſſe videtur, an pretium portionis fratri & cohęredi ſoluendum ſit: vt hoc ipſo quòd à ſemetipſo accipere præcepit, pretio illato integrum eum habere voluerit? Itē reſpondit, ad ſolutionē pretij fideicōmiſſarium minimè compellendum.

Qui eſt adhibitus actui vt teſtis: nō præiudicat turi ſuo. Barto.

¶ Lucia Titia inteſtata moriēs, à filiis ſuis per fideicommiſſum alieno ſeruo domū reliquit [f]. poſt mortē filij eius, iidem qui hæredes, cum diuiderent hęreditatem matris, diuiſerūt etiam domum. in qua diuiſione domin' ſerui fideicōmiſſarij quaſi teſtis adfuit [g]. Quæro, an fideicommiſſi perſecutionē adquiſitā ſibi per ſeruū, eo quòd interfuit diuiſioni, amiſiſſe videatur? Modeſtinus reſpondit, fideicommiſſum ipſo iure amiſſum non eſſe [h], quod ne* repudiatum quidem videri poteſt. ſed nec dominum per doli exceptionem ſummoueri, niſi euidenter apparuerit omittendi fideicommiſſi cauſa hoc eum feciſſe.

Verba enunciatiua non inducunt diſpoſitionem vltra verborum ſignificationem. Bartolus.

¶ Gaius Seius cùm domū ſuam haberet, & in prætorio vxoris ſuæ [ſe] tranſtuliſſet, quaſdā res de domo ſua in eodem prætorio tranſtulit: ibíque poſt multos dies decedens teſtamento vxorem ſuam hæredē & alios complures reliquit: quo teſtamento ſignificauit verba quæ infra ſcripta ſunt: *In primis ſciant hæredes mei nullam pecuniam eſſe penes vxorem [i] meam, ſed nec aliud quicquam: ideóque hoc nomine eam inquietari nolo.* Quæro, an ea quæ viuo eo in prætorio vxoris eius tranſlata ſunt, communi hęreditati vindicari poſſint: & an ſecundum verba teſtamenti præſcribi cohæredibus poſſit à parte vxoris defuncti? Modeſtinus reſpōdit, ſi ea quæ in domum ſeu prętorium vxoris defunctus tranſtulit, præcipua ad eam pertinere voluit: nihil proponi cur voluntati ipſius teſtatoris ſtandum non ſit. neceſſe igitur habet mulier talem voluntatem fuiſſe teſtatoris oſtendere [k]. quod niſi fecerit: in hæreditate mariti & hæc remanere oportet.

Si non ſtat per legatarium, videtur impleta conditio. Bartolus.

¶ Si ea conditione liberto fideicommiſſum relictum eſt, ne à filiis eius recederet: & per tutores factum eſt quo minus cōditionem impleret: iniquū eſt, eum, cum ſit inculpatus, emolumento fideicōmiſſi carere [l].

Si pater legat filiæ qua inuita dotē exegerit: filia debet eſſe contenta alterutro, niſi plus ſit in dote. Bartolus.

g *Adfuit.* ſolummodo, & forte ſui iuris ignarus.

h *Non eſſe.* Tria no. ad primum, ſcilicet quòd non præiudicat præſentia, eſt contra.ſ.de pign.l.fideiuſſor.§.j.& quib.mo.pign. vel hypo.ſol.l. Titius.§.fina. Solu. ſuper huiuſmodi quęſtionibus inter ſcientiā domini & cauſam quare interfuit diuiſioni, diſtinguitur ſecundum Ro. tu die ſecundum Ioan. an eo cōtradicente poterat fieri: & tunc præſentia vel ſcientia non nocet, vt hic: an non: & tunc nocet, vt in cōtrariis: vt not.ſ.de pig. ac.l. Gaius. Item contra ad idem.j.in eo.tit. l.codicillis.§.j. Sol. ibi conſenſerunt. Item cōtra ad idem ſupra, tit.j. l.ſi fundum. in prin. Solu. ibi plus fecit, quia aſſignauit. & ſic nō in fundū, ſed in pretium remanet fideicommiſ. Item ad id quod ſubiicit nō poſſe dominum repudiare: eſt contra.ſ. titu.j. l.legatū. in prin. Solu. non poteſt: ſcilicet taliter exiſtendo teſtis: alio modo ſic. Vel ſubaudi, videri: quod in idem recidit. vel hic agnouerat iam: vt.j.de ſucceſſ.edic.l.j.§.decretalis. & facit.j.de condi. & demon.l.qui hæredi. & de ſolu. Stichū. §. vſumfructum. &.l.ſi ſtipulanté. & de do.excep.l.apud.§.quæſitū.

**Flo. quod ne repudiari quidē poteſt. ſed nec per doli exceptionem ſummouetur.*

i *Penes vxorem.* quod verum erat: quia teſtator penes ſe dicebatur habere tranſlata, non vxor: vt.j.de verb.ſig. l.penes. niſi vxor teſtamenti tempore amouerat res, & teſtator ſciebat [a]. nam tunc liberationē legaſſe videtur: niſi hæredes probēt cōtrariū: vt.C.de fal.cau. adiec. leg.l.j.quod poſſunt: niſi teſtator iuraverit: vt in authē.de iureiu.à mo.§.j.col.v.

k *Oſtendere.* non ergo debentur tranſlata in prætorium. ſed contra infra, de condit. & demon. l.legatum. ſed ibi certa quantitas vel ſpecies fuit nominata in legando: hic non. Et eodem modo ſolu. aliud contra, infra, de auro & argen.leg.l.qui vxori. nam & ibi res eſt in teſtamento nominata, & iuſſi ſunt hęredes reddere quaſi p̄priam vxoris: hic neutrum fuit. & facit. C. cōmunia vtriuſq; iur. l.ſcriptura. & infra, de condi. & demonſt. l.ſi ita. &.C.arbitr. tut.l.j.

a Collige ex iſta glo. quòd ſcientia & patientia habetur p̄ expreſſo conſenſu de fiſiofami. & quēadmodū pater. C.li. 10. vide omnino Bald. in.l.ſi ſine. in fin.1.col. C.ad Vel-leia.

l *Carere.* & facit infra, de an.le.l.Mæuia.&.l.annua. & infra, de adi.lega.l.iij.§.ſi quis Titio.&.C.de leg.l.j.& infra, de condit.& demonſt.l.ſi quis ita.&.C.de condi.inſer.l.ſi ea conditione.

Qui inuita.

BIU Cujas

¶ Qui inuita[a] filia de dote egerat, decesit eadem illa exhęredata, filio hærede instituto: & ab eo fideicōmissum filiæ dotis nomine reliquit. Quæro, quantum à fratre mulier cōsequi debeat? Modestinus respondit, Quod in primis[b] est, non esse cōsumptam de dote actionem mulieri, cum patri suo non cōsenserit[c], vtiq; nō ignorās[d].* Sic enim[e] res explicatur, vt si quidē maior quātitas[f] in priore dote fuit, illius[g] portione[h]* sit tantūmodo mulier contenta. quòd si in summa dotis nomine legata amplius sit quam in dote principali, compensatio[i] fiat vsque ad eandem summam quæ concurrit: & id tantummodo quod excedit in sequenti summa[k], ex testamēto consequatur. non est enim verisimile[l] patrem duplici prestatione dotis filium eundémque hęredem onerare voluisse. prēterea cùm[f] putauerit se efficaciter (licet non consentiente filia) instituisse aduersus generū de dote actionem[m].

Dispositio specialis derogat generali. Item verba generalia obscura declarantur per præcedentia clara. Bartolus.

¶ Lucius Titius relictis duob[a] filiis suis hæredibus diuersi sexus institutis, addidit caput[n] generale, vti legata & libertates ab his hæredibus suis præstarentur. quadā tamen parte[o] testamēti à filio petiit vt omne onus legatorū in se sustineret, in hunc modum: *Ea quæcunque in legatis reliqui vel dari præcepi, ab Attiano filio meo & hærede dari præstarique iubeo.* deinde subiecit in præceptione relinquenda filiæ suæ, hæc verba: *Paulinæ filiæmeæ dulcissimæ si quid me viuo dedi[p], comparaui[q], sibi habere iubeo: cuius rei quæstionem fieri veto: & peto à te filia charissima ne velis irasci quòd ampliorem substantiam fratri tuo reliquerim, quem scis magna onera[r] sustenturum, & legata quæ supra feci, præstaturum.* Quæro, an ex his extremis verbis, quibus cū filia sua in testamēto pater locutus est, effectū videatur vt hæreditariis actionibus, id est omnibus [oneribus] filiū suum [solū] onerauerit: an verò iam solùm propter onus legatorum locutus esse videatur, petitiones autem hæreditariæ, in vtrumque hæredem creditoribus dari debeant? Modestinus respondit, vt actiones creditorum filius solus excipiat, iusisse testatorem non proponi.

Verba dispositiua ad quemcūque directa, fideicommissi petitionem inducūt. Item qui voluit res ad aliquem pertinere ad tempus, post illud videtur velle ad suum hæredem redire. Bartolus.

¶ Titia cū nuberet Gaio Seio, dedit in dotem prædia, & quasdam alias res. postea decedens codicillis ita cauit[s]: Γάϊε Σέϊε ἐμὲ ἄνθρωπε παρακαταθήκαί σοι, ὦ θύγατερ, ᾧ βέλομαι δοθῆναι εἰς βίον χρῆσιν καὶ ἐπικαρπίαν, μετὰ γὰμης Ναιλήνας, ἣν ἔφθασε διαθέσθαι εἰς πεῖσμα σοὶ σύμασι τοῖς ἐμοῖς τῇ πειθοῖ: καὶ μηδὲν εἰσελθεῖν αὐτὴν πρὸ τῶν πειθῶς. ἔσται γὰρ μετὰ τοῦ πάλαι τοῦ αὐτῆς (ἀνδρὸς) τέκνα σου. [id est, Gaium Seium virū meū cōmendo tibi ô filia, cui[c] volo dari ad vitę vsumfructū & participationem[t] castelli Nacleorum, quam[u] præueni dedisse in dotē, cum corporibus quæ inferūtur[x] doti: & in nihilū molestari eum de dote. erunt enim post mortē eius tua, & filiorū tuorum.] Præterea alia multa huic eidem marito legauit[y], vt quādiu viueret, haberet. quæro, an propter hęc quę codicillis ei extra dotē relicta sunt[z], posit post mortē Gaij Seij ex causa fideicōmissi petitio filiæ & hæredi Titiæ competere, & earum[a] rerum nomine quas in dotē Gaius Seius accepit? Modestinus respondit, Licet non ea verba proponantur ex quibus filia testatricis fideicōmissum à Gaio Seio postquā præstiterit quæ testamento legata sunt, petere posit[b], tamen nihil prohibet propter voluntatem[c] testatricis post mortem Gaij Seij fideicommissum peti.

a *Qui inuita.* i. cōtradicente, & causam cōtradicendi habente: vt.ſ.sol.matri.l.ſi cum dotem.§.eo tempore. aliàs patre recipiente liberatur maritus: vt.ſ.sol.ma.l.doté. quod hic inferi[s] negat. Ac.

b *In primis est.* scilicet respondendum.

c *Non consenserit.* i. contradixerit. poterit ergo filia ista legatum spernere: sed an maritus aget ad legatum qui adhuc est debitor filiæ: & ei soluit? Respō. nō: quia eius cōtēplatione non reliquit hic pater: vt in ſi.hui[s].§.&.j.ti.j.l.fideicōmiſſa. §.interdum. secundum Azo.

d *Non ignorās.* Quid autem si ignorauerit? Respon. idem: quia videtur cōtradicere: vt.ſ. sol.matri.l.ij.in ſi.ſub. ergo hic, maxime.

e *Sic enim.* mutat casum. nā supra nō agnouit legatum, hic sic.

f *Maior quantitas.* puta dos fuit decem, legatum quinque.

g *Illius.* scilicet dotis quæ excedit legatum.

h *Portione.* ſ. quinq;. & dic, contenta à fratre residuā dotis quantitatē scilicet alia quinque à marito cōsequitur actione ex stipu. de dote. nam cum agnoscit legatum, scilicet pro dote: & onus ei iniunctum agnoscere cogitur, vt scilicet à viro id non petat: vt.j.eod.l.imperator.§.ſi centū. &.j.ad leg.Falci. l.ſed si nō seruus. immo verius die econtra, sit cōtenta à viro scilicet de quinque agendo contra eum virū. nec enim plus potest onerari quā fuerit honorata: vt dictis.ll. Prima non placet: quia male diceret, contenta: cum in plus nullū ius habet vel habuit cōtra fratrem. Sed quid si nolit legatum admittere, sed tantum dotem à viro recipere? Respon. potest. hoc enim innuit Modestin[s] cum dicit, actionem de dote supereſſe.

i *Compensatio[z].* dotis & legati: & dic ꝙ improprie dicit: cum non sit hinc inde debiti cōtributio vbi proprie dicitur cōpensatio: vt.ſ. de cōpen.l.j.sed est tale, id est, reputatio.ſ.de rei vin. l.emptor.& de neg.gest.l.Nesennius.

k *In sequēti summa.* legati nomine debita.

l *Nō est verisimile.* immo certū est quòd non voluit ex verbis. sic enim dixit, nomine dotis: eo autem nō dicto præsumptiones istæ maximè in filio suoq; hærede ꝓdessent: vt.j. de do.pręle.l.ij.& ar.C.de impo.lu.de.l.j.sed ab extraneo vtrum.

m *Actionem.* per hoc apparet ꝙ non voluit filiam vtrūque habere, sicut opinabatur testator. nam sine filia se posse exigere credebat. & est ad legē istam.j.de ali. lega. Gaio.§.j.& l.Stichū.§.ſi. &.ſ.solu. matri.ſi cum dotem.§.ſi pater.&.j. de do.prælel.pe.& de solu.l.qui hominem.§. ſi gener. Accurſius.

n *Caput.* i. capitulum vt in.l.Aquil. quæ habet tria capita. i. capitula.

o *Parte.* inferiori: ex qua apparet immutatā priorem volūtatem: vt supra, de vulga.ſub.l.ſi quis eum. Azo.

p *Dedi.* tibi.

q *Comparaui.* pro te.

r *Magna onera.* Ecce quod quæstionē inducebat: sed dicas quòd ex abūdanti hęc verba ponūtur, & sic nihil ꝓficiunt: vt & aliàs, ſ.de auro & argen.leg.l.pediculis. §. Labeo. &.j. de fūdo instruc.l.quæſitum.§.ſi. Sed argu. cō tra.ſ.de vſur.l.ſi ſtipulatus. ADDITIO. Dic secundum Dy. ꝙ ibi sunt verba quorum significatio potest aliquid certum inducere: hic non: quia ſimpliciter dixit, onera. sicut enim incertitudo reddit legatū inutile: vt.l.ſi post. §.gener.ſ.de iure dotiū. ita reddit inutile onus. argu.l.cum pater.§. fina.j. eo. secundum Bartolum.

s *Cui.* scilicet viro vel marito.

t *Participationē* aliàs, perceptionē: aliàs, portionem: aliàs, participationem, & dic castel li Nacleorum. ſcilicet dam castri nomen.

u *Quam.* scilicet participationem præueni &c. id est, olim dederā in dotem eandem perceptionem.

x *Quę inferuntur.* id est, cum aliis quę dederam in dotem.

y *Legauit.* quæ non erant in dote.

z *Relicta sunt.* vt supra, ibi, præterea &c.

a *Et earū.* q.d. de iis quæ in dotē erant data, & dicto modo legata, similiter quæro.

b *Posit.* nō enim rogauit virum vt filiæ restitueret, quia tūc esset expeditū: vt.j. de auro & arg.lega.l.species.

c *Voluntatē.* qui enim reliquit donec viueret, videtur nolle vt post mortem haberet: & sic filiæ restituatur. Itē quia dixit, erūt tua: vt.C.de dona.ante nup.l. ſi cum ante. sed an in medio habuit vir proprietatē vel vſumfru-

BIU Cujas

ctum? & videtur q̃ vsumfru. quia sic dixit, ad vitę vsumfru. & arg. side serui. rusti. prædio. l qui duo. sed dic proprietatem: quia dixit dari. accipientis fieri: vt. j. de verb. obli. vbi autem. §. fi. Item quia dixit, erũt tua post mortem. arg. j. de auro & argen. lega. l. species.

L *Legatu.*] CASVS. Vxori meæ legaui omnia quæ parauerat

Ea videntur ad alicuius vsum parata, quæ ad eius tantum, non quæ ad communem vsum cum alio sunt parata. Barto.

XXXV. IDEM libro sextodecimo Responsorum respondit.

LEgatis[a] vxori[iis]q̃ vsus eius causa parata sunt: eos seruos ad eam non pertinere, qui nõ proprij ipsius sed communis vsus causa parati* sunt[†].

XXXVI. IDEM libro tertio Pandectarum.

LEgatum est[quædã[b]] donatio testamento relicta[c].

Vtile per inutile non vitiatur. Barto.

XXXVII. IAVOLENVS libro primo ex Cassio.

QVi testamento inutiliter[d] manumissus est, legari eodem testamento potest[e]: quia totiens efficacior est libertas legato, quotiens vtiliter data est.

XXXVIII. IDEM libro secundo ex Cassio.

QVod seruus legat'ante adi tam hæreditatẽ adquisiit, hæreditati adquirit[f].

Quod ædificatur in area legata, cedit legato. Bartolus.

XXXIX. IDEM libro tertio ex Cassio.

SI areæ legatæ post testamẽtum factum ædificium im-

A vnde duo serui duorum dominorum sunt coniuncti in legato, & sic habet locum hic ius accrescendi, & sic non obstat cõtrarium. supra, eo. l. & Proculo. Viuianus.

h *Nolo.* quod possum scilicet repudiare: vt. ſ. titu. j. l. legatum.

i *Pertinebit.* scilicet per alterum per quẽ ad me pertinere volo.

k *Serui.* scilicet repudiatam.

l *Per alterũ seruum.* cuius nomine candẽ rem volo meã fieri. Accur.

m *Legatum.* si tũc dominus alterius legatum repudiet. nam mihi accrescit. Sed cõtra. ſ. eo. l. & Proculo. Solu. ibi vni seruo cõmuni duorum. vnde nõ sunt cõiuncti re, cum non faciant partes per cõcursum, sed dominicas. hic duob⁹ seruis dominorum diuersorum: & sic sunt cõiuncti re & verbis. Itẽ facit. j. e. l. si mihi pure. & j. de except. rei iudi. l. si mater. §. j. & §. eandem. & l. & an eadem. §. actiones. & j. de regu. iur. l. quoties duplici. & ſ. de vsufru. ac. l. fin. Accursius.

M *Aemio.*] CASVS. Ita dixit testator: lego Mæuio partẽ dimidiã fundi Seiani: Seio lego eãdem partẽ dicti fundi, eundem fundum lego Titio. & ita omnes eos coniunxit re, & verbis disiunxit, & Titius debet habere in fundo dimidiam, & Mæuius & Seius aliam dimidiam. Sei⁹ postea decessit ante diem legati cedentem, & sic pars sua debet accrescere collegatariis, & non transire ad hæredes suos Seij. sicut ergo Titius habuit plus in legato quàm Mæuius, ita nunc habeat plus quàm Mæuius in parte Seij quæ eis accrescit. [AME.] Gaius instituit me suum hæredem, & à me legauit vxori meæ Titiæ quicquid propter eam ad me peruenit. ipsa nunc agit cõtra me pro legato, & ego volo ei tantum minus dare de legato, quantum expendi ob necessaria in dote quæ ab ea ad me peruenit. quæ expensa solet minuere dotem ipso iure. certe non possum: quia dicta verba, quicquid propter &c. ponuntur loco taxationis à testatore, vt non possit minus dari. secus si legasset à me hærede vxori meæ dotem: quia tunc videtur legare ei illud quod actione potest mulier consequi. vnde dictas expensas bene possum detrahere. & quod distinxi in extraneo, idem distinguo in marito vxori legante. Viuianus.

n *Mæuio.* Tribus modis potest loqui. Primo vt sint verbis coniuncti, sed re disiuncti: hoc modo, Mæuio & Seio lego fundum pro æquis portionibus, & Titio eundem fundum. & secundũ hoc dic. i. cum separatim &c. ſ. quoad rem, & non quoad verba. aliàs si quoad verba nullo modo essent coniuncti, nec esset locus iuri accrescendi: vt. ſ. eo. l. & Proculo. sed cũ verbis tantum, sic: vt. j. titu. j. l. re cõiuncti. Alij dicunt primos duos coniunctos re, quia eandem dimidiam: sed tertius sit coniunctus verbis: & secundum hoc coniunctus re tantum admittitur cum coniuncto verbis tantum: licet videatur quòd coniunctus re tantum præferatur: vt. j. titu. j. l. re coniuncti. quod non est verum, vt hic. tu dic quòd omnes sunt coniuncti re tantum.

o *Eundem fundum.* videlicet totum.

p *Et partes.* id est, pars: plurale pro singulari, secundum duos vltimos modos: vel dic partes per concursum secundum eosdem, sed secundum primum proprie.

q *Adcrescat.* Titio in duas, alij in tertiam secundum duos vltimos modos, vel cuilibet in virilem secundum primum. ar. C. de leg. l. cum quæstio. & facit supra, de vsufru. acc. l. j. in princ. & C. de cadu. tol. §. his ita. & supra de hæred. instit. l. si ita quis.

positum est: vtrũque debebitur, & solum, & superficies[g].

Si relinquitur duobus seruis: ita habet locum ius accrescendi, sicut si duobus liberis legetur. Bartolus.

XL. IDEM libro primo Epistolarum.

SI duobus seruis meis eadẽ res legata est, & alterius serui nomine ad me eam pertinere* nolo[h], totum ad me pertinebit[i]: quia partẽ alterius serui[k] per alterũ seruum[l] adquiro, perinde ac si meo & alterius seruo esset legatum[m].

Portio deficiens adcrescit coniuncto verbis domini, & coniuncto re tantum pro rata. Bartolus.

XLI. IDEM libro septimo Epistolarum.

M*Æuio*[n] *fundi partem dimidiam, Seio partem dimidiam lego: eundem*[o] *fundum Titio lego.* Si Seius decesserit, pars eius vtriq; adcrescit[p]: quia cum separatim & partes[p] fundi, & totus legatus sit, necesse est vt ea pars quę cessat, pro portione legati cuíque eorũ quibus fundus separatim legatus est, adcrescat[q].

Si maritus vel alius legat mulieri dotem, aut dicit, quicquid in dotem dedero: & non deducuntur impensæ. aut dicit dotem simpliciter: & impensæ deducuntur. Bar.

† *In hũc locum nonnihil Alciat. li. 7. Parer. cap. 8.*

Quæ vidimus.] CASVS. Dedi seruo meo libertatem in testamento inutiliter, & eum postea legaui alicui. prę̃ualet legatum. Viuianus.

d *Inutiliter.* puta sit liber post mortem suam: vt infra, de ma. testa. l. libertas.

e *Eodem testamento potest.* Si enim primo legetur seruus, obstat doli exceptio. licet non valeat libertas: vt. ſ. titu. j. l. plane. in prin. & supra, de iis quibus vt indig. l. cum quidã. Azo. & infra, de fun. instru. l. iij. §. minor. Item nota vtile per inutile non vitiari. sic insti. quibus mo. testa. infir. §. posteriori. & ſ. de rescin. ven. l. si id quod. & ſ. de in di. addic. l. si venditor. §. fi. & facit. ſ. tit. j. l. seruum filij. §. si idẽ. & l. si post mortẽ. §. fi. & j. de ma. testa. l. si peculiũ. §. j.

Quod seruus.] CASVS. Legaui tibi seruum: ipse seruus acquisiuit aliquid ante aditam hæreditatem meam. certe hereditati acquirit. Viuianus.

f *Adquirit.* sed postea omnia debent restitui legatario si pure erat legatus seruus: vt. ſ. tit. j. l. si tibi homo. §. cũ seruus. & l. apud Iulianũ. in prin. & l. nihil. §. fi. si autem sub cõditione, non restituetur: vt. C. de fideicõ. li. l. iij. Azo. Item no. acquisiuit. nam quædam non quærit, vt hæreditatem & vsumfructum: quia in primo iussus debet præcedere hæredis ĩstituti: in secũdo requiritur persona quæ possit vti frui: vt. j. de acquiren. rerum domi. l. hæreditas. in multis. & instĩtu. de hæredi. insti. §. seruus. Accursius.

Si area.] CASVS. Lego tibi aream: & postea superpono ei ædificium. legatarius vtrumque habebit. Viuianus.

g *Et superficies.* facit ad istam. l. j. de solu. l. qui res. §. aream. & ſ. titu. j. l. seruum filij. §. si areæ. & l. si ex toto. in princ. & l. quod in rerum. & j. de auro & argen. lega. l. si statuam. Sed est argu. cõtra. infra, titu. j. l. si chorus. §. aream. Solu. vt ibi. Accursius.

Si duobus.] CASVS. Titius legauit duobus meis seruis fundum: ego repudiaui legatum ex persona vnius seruorum. certe ex alterius serui persona possum totum habere legatum: quia accrescit vna pars alteri. & idem est in hoc alio casu: Legauit Titius fundum seruo meo proprio, & alij seruo qui erat Sempronij.

Ame

a *A me hærede.* qui vocor Seius.
b *Vxori.* quæ vocatur Titia. Accursius.
c *Ad Seium.* testator in tertia persona loquitur de hærede & legatario.
d *Fierent.* secundum tenorem l. C. de rei vxo. act. l. vnica. §. sed nec ob impensas.
e *Vxori suæ.* adiunge, tota dos &c. quæ est. j.
f *Quòd.* i. quia ita leg. &c. secus ergo si aliter, vt in viro dicit statim.
g *Dotem vxori legauit.* simpliciter, nõ ita: q. d. quidquid ad me peruenit. tunc enim idẽ quod in extraneo dico. & hoc dicit. s. quòd. i. quia ita le. &c. q. d. secus si aliter leget puta dotẽ siue extraneus siue vir: vt. j. de dote præ. l. j. in prĩ. & ita inter legata tantum, non personas fit differentia: valet autem semper legatum dotis saltem propter repræsentationem dotis: vt j. de dot. præl. l. j. §. verum est.
h *Hic enim.* id est, super dicto primo casu scilicet in testamento extranei.
i *Quicquid ad te.* & ita prin. donationis. sed cũ dico dotẽ &c. tunc quod hodie est, videor legare, & sic fit deductio. Sed contra. j. de do. præ. l. dote prælegata. sed hanc secundum illam intellige. Itẽ cõtra. j. eo. l. cum filius. §. hæres. Sol. hic legatum dotis valet ctiã facta relatione ad præsens: quæ ibi non esset: & ideo ad principium sit ibi relatio, vt non pereat.
k *Cum ei.* pone exemplum. C. de natu. li. l. ij. vbi naturali filio vnà cum matre relinquitur vncia cum extant legitimi.
l *Partem.* tantum.
m *Legatum esset.* videlicet vltra partem.
n *Capere posse.* impropric dicitur capere. nam cum effectu dicitur: vt. j. de verb. signi. l. aliud est capere. & facit. s. de inoffi. testa. l. Papinianus. §. meminisse. ibi, eo autem so. &c. de vsucap. l. nunquam. §. ij. &. s. si quis ali. test. prohi. l. j. §. sed si. &. l. ij. §. si fidei ei⁹. & j. ad Trebel. l. cogi. §. hi qui solidũ. &. j. tit. j. l. si fidei meæ cõmittatur. &. j. ad. l. Falci. l. cum dotem.
o *Quantum quis.* aliis, quantũ quis hæres: & aliàs, quintus. &c. & aliàs deest vtrumque: & est, quantũ hæres &c.
p *Omnes hæredes.* & est ratio si habeas, quintus: quia hoc nomen, quintus, habet significare de pluribus tantum: & respectu plurium tãtum dicitur: ideoque omnium hæredũ vt vnius, quia quilibet potest dici quintus, portio videtur legata: nomẽ vero vnius de quo subiicit, vt ipsum nomen indicat, vni tantum, non respectu plurium potest attribui. ideoque vnius tantem, & minima propter incertitudinem videtur portio legata: vt infra, titu. j. l. nummis. & supra, ti. j. l. si ita sit adscriptum. j fi. licet qlibet hæredũ vnus posset dici. Ato. Si vero habes, quis, nomẽ est infinitum: & sic omnes cõprehendit secundum Hu. & facit. j. eo. l. si pluribus. in principio. & quod ibi not. & j. titu. j. l. si plures. & de reg. iu. l. semper in obscuris. &. j. eo. l. Sępronius. &. j. de ole. vi. mi. le. l. quidam. &. j. tit. j. l. qui concubinam. §. j.
q *Intelligenda.* s. quæ dicta sunt in primo casu. & facit ad hoc. s. de vsur. l. in fideicom. §. cum Pollidius. &. j. ti. j. l. quod his verbis. & de op. leg. l. filiũ. & j. ad Treb. l. mulier. §. si hęres. &. l. in fideicõ. §. j. &. l. si ante. &. C. eo. l. post mortem. &. j. de an. lega. l. eum. &. l. liberto. §. filium.
r *Pro eo est.* non omnino, quia quindecim non sunt indebita cũ eligi possunt: vt in fine huius legis. nõ tamen est verisimile quòd eligantur: vt hic, &. j. de verbo. oblig. l. si ita stipulatus fuero decẽ aut quinque. &. l. inter stipulantem. §. ij. &. s. titu. j. l. si quis à fi. §. si quis. &. l. apud Iulianum. §. Seio. Sed contra. s. eo. l. Lucio. vbi legatario datur electio. Solu. ibi, & eodem modo sol. s. tit. j. l. plane. §. fina. &. s. eo. l. si is qui. & facit infra, titu. j. l. qui concubinam. §. cum ita. &. j. de re iudi. l. inter pares.
s *Sed omnes.* coniunctim & generaliter. nam si quilibet esset cõdemnatus, quilibet in solidum teneretur: vt in sententia: vt. C. si plures vna sen. l. j. &. ij. Et not. ex hac lege differentiam inter has propo-

* *Flo. hæc* * *Flo. habẽda*

† *Hic indefinita æquipollet vniuersali. sed an in statutis æquipolleat? Videtur velle.*

Bald. quòd non in. l. si. §. in compu tatione. C. de iure delib. vide ple ner Bar. in. l. omnes populi. s. de iusti. & iu. ibid. 9. col. circa me. tu adde meli⁹ Dy. in rub. de reg. iur. lib. 6. glo. & Card. in cle. 1. q. 2. extra vt lite non contest. Panor. in. c. fi. in fi. extra de cõiug. leproso. & Philip. Franc. post glo. in. c. cũ in multis. extra de rescrip. lib. 6.

¶ A me hærede [a] vxori [b] meæ ita legatũ est: Quidquid propter Titiã ad Seium [c] dotis nomine peruenit, tantã pecuniam Seius hæres meus Titiæ det. quæro, an deductiones impensarum fieri possint quę fierẽt, [d] si de dote ageretur? Respondit, Non dubito quin vxori [e] suæ quod [f] ita legatum est, *A te hæres peto, quidquid ad te peruenit, vt tantum ei des*: tota dos sine ratione deductionis impensarum mulieri debeatur. Nõ autem idẽ ius seruari debet ex testamẽto extranei, quod seruatur in testamento viri qui dotẽ vxori relegauit. [g] hic * enim [h] taxationis loco habendũ * est, *Quidquid* [i] *ad te peruenit*: illic autẽ vbi vir vxori relegat, id videtur legare quod in iudicio dotis mulier consecutura fuerit.

Qui partẽ tantũ capit propter se, potest solidum capere propter alium. Bartolus.

XLII. IDEM lib. vndecimo Epistolarum.

CVm ei [k] qui partẽ [l] capiebat, legatũ esset [m] vt alij restitueret: placuit solidum capere posse. [n]

Indefinita æquipollet vniuersali, secus in oratione particulari: quæ si dubia sit, interpretatur in minorem partem. Bartolus.

XLIII. POMPONIVS libro tertio ad Quintum Mucium.

SI ita relictũ fuerit, *Quantũ* [o] *hæres meus habebit, tantum Tithaso dari volo*. pro eo est quasi ita sit scriptũ, *Quantũ omnes hæredes* [p] *habebũt*. Quòd si ita fuerit scriptũ, *Quantum vnus hæres habebit, tantum Tithaso hæredes meos dare volo*. minor pars erit accipiẽda quæ venit in legato.

Relictũ in diẽ debetur sine fructib⁹ medii temporis si gratia hæredis fuit appositus dies: secus si gratia legatarii. Bartolus.

¶ Pegasus solitus fuerat distinguere, si in diẽ fideicõmissum relictũ sit, veluti post annos decẽ: interesse cuius causa tempus dilatũ sit: vtrũne hæredis: quo casu hęredẽ fructũ retinere debere. an legatarij: veluti si in tẽpus pubertatis ei qui impubes sit, fideicommissum relictũ sit: tunc enim fructus præstandos antecedentis temporis. Et hæc ita intelligenda [q] sunt, si nõ nominatim adiectum est, vt cum incremẽto hęres fideicommissum præstet.

In alternativa summarũ vel temporum inspicitur illud quod minus est in obligatione. Bartolus.

¶ Si ita scriptũ sit, *Decem aut quindecim hæres* [meus] *dato*. pro eo est, [r] ac si decẽ sola legata sint. aut si ita sit [scriptũ,] *Post annum aut post biennĩũ quàm ego decessero, hæres dato*. post bienniũ videtur legatum: quia hæredis esset potestas in eligendo.

Indefinita æquipollet vniuersali. Bar.

XLIIII. IDEM libro quarto ad Quintum Mucium.

SI plurib⁹ hæredibus institutis ita scriptũ sit, *Hæres meus damnas esto dare aureos quinq;*. nõ quilibet hæres, sed omnes [s] vi-

A beat? Et distinguitur, aut tempus dilatum est in fideicõmisso præstando gratia hæredis, & tunc non tenebitur hæres ad fructus, nisi ego testator nominatim dixissem vt hęres præstet. aut gratia legatarij & fideicommissarij, & tũc tenebitur ad fructus. & de hoc vltimo ponit exemplum. [*SIC A.*] Instituti mihi hæredem, & ita dixi, decẽ aut viginti hæres meus dato Titio. hæres vult soluere decẽ, & nõ viginti. certe bene auditur: quia eius est electio. & quod dixi in quantitate, idẽ est in tẽpore. Viuianus.

B

C

D

BIU Cujas

propositiones: omnes isti ferunt lapidem. & quilibet istorum fert lapidem. nam, quilibet, distributionem notat: sed, omnes, non sic, sed magis collectionē. nam secundū Azo. verbum, quilibet, rem de qua agitur, in solidum cuilibet appropriare solet. secus in verbo, omnes. nec enim semper attribuit insolidū: vt hic. nec est contra. ff. de hære. instit. l. hoc articulo. quia ibi quilibet instituisse oportet vel insolidū, vel pro parte, vt impleatur conditio. Itē not. quòd indefinita equipollet vniuersali. lic. ff. de pign. act. l. si necessarias. §. si annua. & j. de verb. signi. l. in vsu. & facit. j. titu. j. l. si plures. & de duob. re. l. reos. §. fin. & ff. ti. j. l. turpia. §. fina. & l. si hæredes nominati.

a *Quinos.* i. quíq; sic ergo duplicatur legatū quātitatis. & sic est cōtra. ff. titu. j. l. plane. §. j. Sol. secundum Ro. ibi legata fuit binis vicib⁹ eidem quantitas ab vno eodēq; hærede instituto: quo casu non nisi semel debetur: nisi contrarium probet legatarius: vt ibi. hic autem à diuersis: & sic debetur bis, nisi pars hæredum probet contra: vt hic. quæ distinctio in corpore legato non habet locum: quia ibi etiā si à diuersis, nō debetur nisi semel: vt j. c. l. Lucius. §. impuberē. ff. si. §. nisi testator dicat ab vno quoq; rem præstari insolidum: vt supra, tit. j. l. quid ergo. §. si quis duos. Itē hoc quādo in vno testamēto. si autem in diuersis, die vt infra, eo. l. Sempronius. alij indifferenter dixerunt specié vel quantitatem deberi insolidum. si à singulis legauit testator illā rem vel summā. secus si ab vno nominatim, & postea ab aliis legat generaliter: vt supra, titu. j. l. si tibi. §. j. & facit. ff. ti. j. l. si seruo alieno §. si quis à primo. & C. de leg. l. cum quæstio. Accursius.

Si ita.] CASVS. Ita dixit testator: Do filiabus meis centū aureos. nunquid esse videtur legatū etiam masculis? Et dicitur q̄ non: quia sub fœminino non continetur masculinū: sed econtrario sic. [SI SVB CONDITIONE.] Aliq̄d fuit mihi legatū sub conditione, vel ex die. certe interim repudiare non possum. [SI PATER.] Ita dixit testator: Tibi lego decē aureos cum nupseris. ipsa autē erat nupta tēpore testaméti, & petit legatū: nūquid potest? Et certe sic, si testator ignorabat eā esse nuptam. si autem sciebat, non habebit nisi secundo nubat. & h. d. Viuianus.

b *Datos esse.* vt. ff. de testa. tute. l. si quis ita. in prin.

c *Contineantur.* arg. contra. j. de iure patr. l. adigere. in prin.

d *Vocabulo.* quia quod minus dignum est, dignius nō continet: vt j. de verbo. signi. l. j. & l. pronuntiatio. in prin. & ff. de senat. l. j. & de consti. pecu. l. j. §. j. & ff. de neg. gest. l. iij. & j. tit. j. l. qui duos. sed in duobus casibus non continet: vt j. de vent. in pos. mit. l. j. §. sed si incertum. vbi exhæredato filio non videtur exhæredari filia: quia est odiosa exhæredatio: vt ff. de libe. & posthu. l. cū quidam. alius. j. de iure immu. l. j. §. fi. vbi data immunitas ex masculis descendentibus non videtur dari descendentibus ex fœminis: & illud, ne infringatur publica vtilitas. Item arg. cōtra. j. de ope. lib. l. licut. in princip. & §. fi.

e *Non possumus.* sic. ff. de acqui. hære. l. is qui. & l. is potest. & j. de iure. edic. l. j. §. decretalis. Sed contra habetur. C. de pac. l. j. Solu. a-

debūt dānati vt vnà quíq; dēt.

Si vni à diuersis hæredibus quantitas relinquatur in dubio ab vtroque debebitur tota. Bartolus.

¶ Si ita legatū fuerit, *Lucius Titi⁹ hæres meus quinque aureos Tithaso dare damnas esto.* deinde alio loco ita, *Publius Mæuius hæres meus Tithaso quinq; aureos damnas esto dare.* nisi Titius ostenderit adimēdi causa [id] à Publio [Mæuio] legatum esse relictū, quinos[a] aureos ab vtroq; accipiet.

Masculinum concipit fœmininum: non econtra. Bartolus.

XLV. IDEM libro octauo ad Quintum Mucium.

SI ita scriptum sit, *Filiabus meis centum aureos do.* an & masculini generis & fœminini liberis legatū videatur? Nam si ita scriptū esset, *Filiis meis hosce tutores do.* responsum esset etiam filiabus tutores datos esse: [b] qđ non est ex contrario accipiendum, vt filiarum nomine etiam masculi contineantur. [c] Exemplo enim pessimum est, fœminino vocabulo [d] etiam masculos contineri. †

Ante aduentum diei vel conditionis legatum non potest repudiari. Bartolus.

¶ Si sub conditione vel ex die certa nobis legatū sit, ante conditionē vel diē certū repudiare nō possumus. [e] nam nec pertinet [f] ad nos antequam dies veniat, vel conditio existat.

Conditio nuptiarum intelligitur de futuris nuptiis: nisi testator ignorauerit præsentes. Bartolus.

¶ Si pater filiæ suæ testamento aureos tot hæredem dare iusserit vbi ea nupsisset: [g] si filia nupta sit cum testamētum fit, sed absente patre & ignorante, [h] nihilominus legatum debetur. si enim hoc pater non ignorabat, videtur de aliis nuptiis sensisse.

Verba præsentis temporis non porriguntur ad debita in diem vel cōditionalia, nisi aliud exprimatur. Bartolus.

XLVI. PROCVLVS libro quinto Epistolarum.

SI [ita] scripsisset qui legabat, *Quidquid mihi Lucium Titium dare facere oportet, Sempronio lego.* nec adiecisset, *præsens in diémve:* non dubitarem, (quantum ad verborum significationē [i] attinet) quin [k] ea pecunia cōprehensa non esset, cuius dies moriente eo qui testamentū fecisset, nondum venisset. adiiciendo autem hæc verba, *præsens in diémve:* apertè mihi videtur ostendisse eam quoque [se] pecuniam legare voluisse.

Si in duabus scripturis principalibus eiusdem testamenti apparent diuersæ quantitates legatæ: minor debetur. Bartolus.

XLVII. IDEM libro sexto Epistolarum.

SEmpronius Proculus nepoti suo salutē: [l] Binæ tabulæ testamenti eodē tempore exēplarij [m] causa scriptæ (vt vulgo fieri solet [n]) eiusdē patrisfamiliàs proferūtur. in alteris centū, liud est repudiare vt hic, quàm pacto remittere: vt ibi. &. ff. de pac. l. & hæredi. §. filia. Accursius.

f *Pertinet.* proprie quoad conditionale: quia nō cessit vt debeatur, nec vt trāsmittatur: & improprie quoad diē, quia cessit quōd vtrumque: vt. j. quando di. leg. ce. l. si dies &c. &. C. de cadu. tol. §. cum igitur. &. §. finautem. non tamen transit in me dominiū statim: vt not. j. eo. l. antepē. §. fi. & est sic in verbo, potero: vt. ff. si cer. pe. l. certi condictio. alij vt. R. dicunt diē conditionū certam quoad nominationē, non quoad euentū. & sic dicit de incerta die, quę est pro conditione: vt. j. de condi. & demon. l. dies. diuersis ergo respectib⁹ dies dicitur certa, & incerta. sic & trāsactio dicitur fieri de re certa, & incerta diuersis respectibus: vt. C. de transac. l. si de certa. & supra, de transac. l. j. & facit infra, de condit. & demon. l. j. & infra, de op. leg. l. homine. Accursius.

g *Vbi ea nupsisset.* i. postquā: vel, cū: vel, si.

h *Ignorante.* quo modo hoc, cùm matrimonium nō valuit sine voluntate patris: vt instit. de nup. in princip. &. ff. de sta. ho. l. Paulus? Rñ. erat emancipata. & facit. j. de condit. & demon. l. si iam. &. l. solemus. &. l. si ita legatum. &. C. de institu. & substit. l. si quis. Accursius.

Si ita scripsisset.] CASVS. Lucius Titi⁹ debebat mihi quædam facere & dare pure, q̄dam sub cōditione, & quædam in diē. ego in testamento meo ita dixi: quicquid oportet Lucium Titium mihi dare facere, lego Sēpronio. certe non continetur in legato ea pecunia cuius dies nondū venerat me testatore moriente, & hoc euenit propter dictum verbum, oportet. sed bene contineretur in legato dicta pecunia, si ita dixisset: lego Sempronio quicquid præsens in diémve Luciū Titium mihi dare facere oportet. Viuianus.

i *Significationem.* cui statur, nisi contrarium ostēdatur: vt infra, titu. j. l. non aliter.

k *Quin.* id est, quòd. q. d. non debetur. Sed quid si euenisset tempore mortis: non autem venerat tempore testamenti? Respon. nō debebitur: vt. j. tit. j. l. Iulianus respon. §. fin. & de auro & arg. leg. l. si ita. Azo. Sed arg. contra. j. eo. l. si ita quis test. Sed ibi propter largam significationem verbi, potest. Item arg contra. j. eo. l. cum filius. §. hæres. Solu. ibi ne pereat legatum. Item habet ibi principium veritatis: hic non. Item facit. j. de verbo. oblig. l. si stipulatus fuero. §. j. &. l. si à colono.

Sempronius.] CASVS. Titius fecit testamētum: & exemplatus fuit tenor testamenti in duabus chartis: & in vna charta inuenitur legatum Titio centum, in alia quinquaginta. certe non debet habere Titius nisi vnum de illis legatis, & quidē minimū. Vi.

l *Salutem.* & hanc quæstionem.

m *Exemplarii.* quia cum vellet ire vltra mare, vel ad bellum, fecit scribi duo testamenta: quorum vnum portauit secum, aliud dimisit in domo sua: in quorum vno legata sunt centum Titio, in alio eidē Titio quinquaginta: debebuntur tantum quinquaginta.

n *Solet.* vt. j. de secun. tabu. l. j. §. si quis. vnum tamen est testamētum: vt instit. de testa. §. pe.

Aurei.

BIU Cujas

a *Aurei.* immo videtur vtrumque: vt.ſ.de proba. l.quingenta. Solu.ibi duarum voluntatum duæ ſcripturæ erant:quæ ſimul poſſunt eſſe veræ,at hic vnius tantum volũtatis duæ ſcripturæ: quarum vna alteram nõ patitur,ſed ſeorſum cenſentur.aut enim centum,aut quinquaginta tantũ legata ſunt. Ro.Sed contra huic ſolutioni.ĩ.de ali.leg. l.libertis. in princ.ſed dic vt.d.l.quingenta.& facit.ſ.tit.j.l.plane.§.j.& ſupra, eod.l.ſi ita relictum.in prin.

L*icinni*⁹.] *CASVS.* Titia dedit mihi in dotem mãcipia eſtimata centũ.ego poſtea feci teſtamentum: & ita dixi:do electionẽ vxori meæ vt accipiat ab hærede meo. ipſa vel vult mãcipia, quia extant: vel vult centum, quibus æſtimata fuerũt mãcipia.ipſa vult poſtea mãcipia,& eorũ partus.certe nõ poteſt habere niſi mãcipia. [*BONORVM.*] Quendã furioſum vel demẽtem mihi hęredem inſtitui, & legata ab eo reliqui. curator eius accepit nomine eius bonorũ poſſeſſionẽ. certe legatarij poſſunt petere à curatore legata.debẽt tamen ei cauere cp̃ ſi hæreditas fuerit ei curatori euicta, reſtituẽtur ei legata ei ſoluta per eũ curatorem.Viuianus.

b *Licinnius Lucuſta,* aliàs,Lucius.Accur.

c *Faciat.*marit⁹,idẽmque teſtator. dixit enĩ, lego tibi mancipia quę in dotẽ æſtimata mihi dediſti,ſi magis volueris quàm æſtimationẽ. eſt enim conditionale: vt ſupra,tit.j.l.ſi ita legatum.§.illi. Accurſi⁹.

d *Conditionẽ.* ſi eligeret mãcipia:quæ ſi noluerit,eligat pecuniã.

e *Releganda.* aliàs, leganda: aliàs,præleganda. & nihil ibi operatur,præ: vt infra,de do.præleg.per totum.

f *Numeratam.* id eſt,æſtimationem factam.

g *Quàm dotem.* id eſt, dotis æſtimationem.

h *Non etiam partus.* ſic.ſ.de iure do.l.ſi mancipia.&.ſ.ſolu.matrimo.l.in his.§.ſi mancipia.&.ĩ.tit.j.l.vxorem.§.ſorori. &.C.de rei vxo.act.§.cumq́ue.ibi,æſtimatorum enim &c.& hęc eſt ratio, quia cum mancipia debeantur ex cauſa legati, non debetur partus niſi à tempore quæſiti dominij ex cauſa legati. quod dic vt.ſ. de vſur. l.Herennius. Sed quid ſi pure huiuſmodi mancipia vir legaſſet? Reſpon. idem: ſed hoc plus eſt in puro legato: quia & æſtimationem dotis & mancipia haberet.Item & in puro ea quæ poſt aditam hæreditatem naſcerentur, legatarij eſſent. in conditionali, vt hic erat, ea tantum quæ naſcuntur poſt exiſtentẽ conditionem id eſt,declarationem voluntatis.ſ.iſtius vxoris: vt.ſ.titu.j.l.ſi ita legatum.§.illi.&.C.de fideicommiſſ.lib.l.cum libertatem. Item contra.ĩ.de pecul.leg.l.fin. *ADDITIO.* Dic ſecundum Barto. quòd in exercendo vſuras noluerit augere legatum: quia filij nomine fœnus exercuit.

i *Bonorum poſſeſſione.* ſecundum tabu.vel aliqua ab inteſtato.

k *Data.*accipit ergo bo.poſ.quę ius tribuit.alioquin quo modo peterentur legata,cũ nec eſſet pro eis actio?Reſpon.vere non eſt adquiſita niſi reſpuerit,& tũc velit: vt.C.de cur.fur.l.fi.§.tali.ſed pro quæſita interim habetur antequã furioſus factus ſanæ mentis agnoſcat: vt &.C.de cur.fu.l.fin.§.j.vnde interim petuntur legata: ſed quia vere & incommutabiliter non eſt quæſita, præſtatur cautio: licet nulla quæſtio moueatur: quãuis R.dicat contra,ſcilicet caueri mota demum quæſtione. Azo. & eſt hæc cautio neceſſaria: vt ſupra, qui ſatiſd.cog.l.de die.§.item legatarius.

l *Defendit.* nam ſi non defenderet,non peteretur ab eo: cum ab adminiſtratione remoueatur: vt.C.de procu.l.eum.

M*ortuo.*] *CASVS.* Legaui tibi bouem: & ante diem legati cedentem mortuus eſt bos. non habebis tu legatarius niſi

in alteris quinquaginta aurei[a] legati ſunt Titio. Quæris,vtrũ [centum] & quinquaginta aureos, an centum dumtaxat habiturus ſit? Proculus reſpõdit: In hoc caſu magis hæredi parcendũ eſt:ideoq; vtrũque legatũ nullo modo debetur,ſed tãtũmodo quinquaginta aurei.

Fructus & partus percepti conditione pendente,ad legatarium nõ pertinẽt.Bar.

XLVIII. IDEM libro octauo Epiſtolarum.

L*icinnius Lucuſta*[b] *Proculo ſuo ſalutẽ:* Cum faciat[c] cõditionem[d] in relegãda[e] dote, vt ſi mallet vxor mancipia quę in dotem dederit,quàm pecuniam numeratam[f] recipere: ſi ea mancipia vxor malit,nunquid etiã ea mãcipia quę poſtea ex his mancipiis nata ſunt, vxori debeantur,quæro? Proculus Lucuſtæ ſuo ſalutem: Si vxor mallet mãcipia quàm dotem[g] accipere: ipſa mancipia quæ æſtimata in dotem dedit, non etiam partus[h] mancipiorum ei debebuntur.

Curator qui bonorum poſſeſſionem pro demente accepit, & agnouit: tenetur ad legata cautione recepta.Barto.

¶Bonorũ poſſeſſione[i] dementis curatori data[k], legata à curatore qui furioſum defendit[l], peti poterunt: ſed qui petent, cauere debebunt, ſi hæreditas euicta fuerit, quod legatorum nomine datum ſit,redditũ iri*.

Quod ſupereſt ex re mihi debita,ante moram perempta non debetur.Bartolus.

XLIX. PAVLVS libro quinto ad legem Iuliam & Papiam.

M*ortuo boue*[m] *qui legatus eſt,neque corium neque caro debetur.*

Legatum cuius æſtimatio debetur,ita ad hæredem tranſmittitur,ſicut quando res legata debetur.Bartolus.

¶Si Titio frumentaria teſſera[n] †[vel militia]legata ſit,& is deceſſerit, quidam putant extingui legatum: ſed hoc non eſt verum. nam cui teſſera vel militia legatur,æſtimatio videtur legata.

Res cuius commercium legatarius propter eius delictum nõ habet,non debetur,nec eius æſtimatio: ſecus ſi legatarius habet eius commercium, hæres non.Barto.

¶Labeo[o] refert, agrum cuius commercium non habes,legari tibi poſſe, Trebatiũ reſpondiſſe:quod meritò Priſcus Fulcinius falſum eſſe aiebat. Sed Proculus ait, ſi quis hæredem ſuum eum fundum cuius commercium is hæres non habeat, dare iuſſerit ei qui eius cõmerciũ habeat: putat hæredẽ obligatũ eſſe (quod verius eſt) vel in ipſam rem, ſi hæc in bonis teſtatoris fuerit: vel,ſi non eſt, in eius æſtimationem.

Mortuo boue. antequam ſit factus legatarij, vt quia ſub conditione legatus deceſſit ante conditionẽ:vel non erat legantis.aliquin contra.ſ.de rei vindi. l.non ſolum.§.j.vt enim in domo teſtatoris legata & poſtea diruta diſtinguitur an poſt cedentẽ diem legati, & maxime poſt aditam hæreditatem ruat, vt tunc debeatur area quaſi pars rei: vt.ſ.eo.l.ſi areæ.& infra,titu.j.l.ſi chorus.§.area.aliàs,ſi ante. ſecus.ĩ.titu.j.l.ſi ita legatum.§.ſi domus.ſic & in boue diſtinguitur. vt & arg.ĩ.eo.l.peculium.§.quadrigæ.&.ſ. quibus modis vſufru. amit. l.quid tamen.§.fina. &.l.ſeq.&.ſ.de pecul.leg. l.tunc inutile. Alij vt R.dicunt idem quod hic dicit, etiam ſi poſt aditam hæreditatem hæres non ſit in culpa vel mora: quod admitto in perſonali, in qua interitu ſpeciei liberatur vt infra, de verbo. obliga.l.ſi ex legato. & infra,eo.l.antepenult. §.fina. at in rei vindicatione ſecus: vt in.d.l.non ſolum.§.j.& in condic. fur. quæ & ipſa datur domino: vt ſupra, de condic. fur. l.ſi ſeruus.§.boue.& facit.ſ.quibus mo.vſufru.amit.l.pen.&.ſ.titu.j. l.quid ergo.§.ſi hæres.

Frumentaria teſſera. erat forte vas quo ſoli ciues Romani & eo ſolo menſurabãt.arg.ſ.de iudi. l.ſed & ſi ſuſceperit.§.ſi libertis.iſte autẽ legauit prouinciali cuidam teſſeram frumentariam:& ſic cum ea menſura metiri nõ poſſit, videtur legatum nullum:ſed tamẽ valet,& debetur æſtimatio.Sed nũquid diſtingues vt in militia de qua ſubiicit? in qua diſtinguitur, ſi legatur ei qui capere non poteſt:aut propter delictũ ſuum,& tunc nec æſtimatio debetur:aut propter aliam cauſam,& tunc ſi teſtator ſcit,debetur æſtimatio: aliàs non: vt.ĩ.tit.j.l.fideicom.§.ſi ſeruo. &.ſ.tit.j.l.filiusfamiliàs.§.ſi quid.& certè videtur idem: vt.ĩ.eo.l.Titia.in princ. & facit.ſ.de iure dot.l.ſi mulier.§.ex aſſe.& ad legem Aquil.l.ares.& infra,proxi.§.& ſupra,titu.j.non amplius.§.fina.

Labeo. hic diſtingue vt not.ſupra,titu.j.l.ſed ſi res.

BIU Cujas

a *Munus.* cum causa, sed donum sine causa: vt infra, de verbo. significa. l. inter donum. & est hęc distinctio legis, non testatoris: sed & testatoris dici posset.

b *Pro portione.* scilicet accrescente quę est hæreditaria: vt. C. de cadu. toll. l. j. §. his ita. accrescit & onus. & sic loquitur in caducis, & in causa caduci, non pro non scriptis: vt. C. de cadu. toll. l. vnica. §. ne autem. in fin. &. §. in pro non scripto. Item referas ad cætera legata, non operis: quia illud insolidum quęque obligat: vt infra, de verbo. obliga. l. stipulationes nó diuidũtur: &. j. tit. j. l. fideicom. §. pen. vel fit opus pro parte, sed non cõtingit liberatio nisi facta alia parte. & facit. ſ. titu. j. l. si duobus. §. hæres. &. l. ciuitatibus. §. penul. &. ſ. titu. ij. l. sed cum ea.

Portio hæreditatis deficiẽs adcrescit cum onere pro rata. Bartolus.

¶ Si testator dari quid iussisset, aut opus fieri, aut munus [a] dari: pro portione [b] sua eos præstare quibus pars hæreditatis adcresceret, æquè atque cætera legata, placet.

Hæredibus legatariis & donatariis causa mortis potest substitui. Barto.

L. MARCELLVS libro vicesimooctauo Digestorum.

VT hęredibus substitui potest [c], ita etiã legatariis. Videamus an idẽ fieri possit, & cũ mortis causa donabitur: vt id promittat ille alteri, si ipse capere nõ poterit [d]. Quod magis est: quia in posterioris quoque personam donatio cõfertur [e].

Si legatur vna ex rebus alternatiuè debitis: euentus solutionis declarabit an legatum valeat. Bartolus.

¶ Si Titius mihi Stichũ aut decem debeat [f], & legauero tibi Stichum quẽ mihi [g] debet: placet extingui legatũ, decem solutis. Et si diuersis, alij decem, alij Stichus legatus fuerit [h]: ex euẽtu [i] solutionis legatũ valet.

Relatiuum quantitatis cõiunctum verbo futuri temporis, in dubio conditionẽ non facit. Bartolus.

¶ Cùm ita legatum est, *Quantã pecuniam hæres meus à Titio exegerit, tantam Mæuio dato*, si sub cõditione legatum est ante, quàm exacta pecunia sit, legatarius agere non potest [k]. quod si statim dies legati cedit [l] (vt Publicius rectè putat) legatarius agere potest vt actiones præstentur.

Verbum, potest, est extensiuum: & ideo licet sit præsentis temporis, porrigitur ad futura. Bartolus.

LI. VLPIANVS libro octauo ad legem Iuliam & Papiam.

SI ita quis testamento suo cauisset, *Illi, quantum plurimum per legem accipere potest, dari volo.* vtique tunc cum quãdoque [m] capere poterit*, videtur ei relictum. Sed & si dixerit, *Quam maximam partem dare possum* [n], *dãnas esto hæres meus ei dare.* idem erit dicendum.

Ciuiles filii cõditionem non implent. Vel aliter: Ad implementum conditionis non sufficit ciuiliter factum. Bartolus.

¶ Is cui in tempus liberorũ tertia pars relicta est, vtique non poterit adoptãdo tertiam partem consequi [o].

Non debet de habilitate personæ disputari separatim ab alia lite. Barto.

LII. TERENTIVS CLEMENS libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.

NOn oportet [p] prius de cõditione cuiusquam quæri, quàm hæreditas legatúmve ad eum pertineat [q].

Si legatum ab vno hærede relictum animo compensandi cum debito, deficiat: ille hæres illius debiti onus sustinet: & debitum quod quis insolidum sustinet, in totum computat in imponenda ratione Falcidia. Bartolus.

LIII. IDEM libro quarto ad legem Iuliam & Papiam.

SI ita quis testamento suo cauisset, *Illi, quantum plurimum per legem accipere potest, dari volo.* vtique tunc cum quãdoque [m] capere poterit*, videtur ei relictum. Sed & si dixerit, *Quam maximam partem dare possum* [n], *dãnas esto hæres meus ei dare.* idem erit dicendum.

Ciuiles filii cõditionem non implent. Vel aliter: Ad implementum conditionis non sufficit ciuiliter factum. Bartolus.

¶ Is cui in tempus liberorũ tertia pars relicta est, vtique non poterit adoptãdo tertiam partem consequi [o].

Non debet de habilitate personæ disputari separatim ab alia lite. Barto.

LII. TERENTIVS CLEMENS libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.

NOn oportet [p] prius de cõditione cuiusquam quæri, quàm hæreditas legatúmve ad eum pertineat [q].

Si legatum ab vno hærede relictum animo compensandi cum debito, deficiat: ille hæres illius debiti onus sustinet: & debitum quod quis insolidum sustinet, in totum computat in imponenda ratione Falcidia. Bartolus.

LIII. IDEM libro quarto ad legem Iuliam & Papiam.

Tertij dicunt ex euentu: quia si mihi soluatur, non debetur, sed hæredi meo sic. prima placet: & si soluatur mihi, non distinguitur quis habeat electionem. Si vero soluatur hæredi meo: distingue vt dixi. ſ. titu. j. l. quòd si quis. Item est contra. j. titu. j. l. fideicommissa. §. si rem. Solu. hic sponte obtulit debitor, vt ibi distinguitur, & patet ex prædictis. vel ibi nomen fuit legatum: vnde exactum debetur quasi olim debitum, si conseruetur. hic vero res alternatiuè debita fuit legata, vnde alia soluta nec ista videtur fuisse debita. ius ergo quod in ea habuit, legasse videtur: vt. ſ. tit. j. l. si domus. §. fin. & facit. j. de lib. leg. l. nõ solum. §. j.

Floquãdo capere potuerit

k *Non potest.* vt infra, de condit. & demonst. l. qui hæredi. §. fina. l *Cedit.* & ita dicas pu rũ. Sed quid in dubio? Respõ. præsumo purũ, vt hic dicit, & supra, eo. l. omnia. & infra, de condi. & demon. l. j. in princ. & de reg. iur. l. in omnibus.

SI ita quis.] CASVS. SIta dixit testator, lego Titio tantũ quantum potest capere secundum leges. Vel ita, lego Titio tantũ quantum ei dare possum secundũ leges. certè etiã si tunc nõ potest capere, si tamen poterit capere tempore procedẽte, illud quod poterit capere, videtur ei relictũ. [IS CVI.] Tertiam partẽ hæreditatis meæ legaui Titio cum liberos habuerit. ipse Titius adoptauit sibi filios quosdam, vt consequi posset legatũ. certe nihil valet ei vt legatũ habere possit. Vim *Quando.* i. quãdocumque. Et not. quòd hæc benignitas cõtingit propter duo. Primo propter verbum, potest, quod est extensiuum [a] ad futura, licet sit præsentis temporis: vt hic, & supra, de condic. cau. da. l. quod seruus. in fi. & insti. qui bus mo. testa. infir. §. j. Secundo vt res non pereat: vt argu. supra, eo. l. Titia. §. j. aliàs præsens tempus testamenti inspiceretur: vt. ſ. de iniusto testa. l. cum in secundo. §. quod si ad præsens. & infra, de auro & argen. lega. l. si ita scripsisset. & infra, de verbo. obliga. l. continuus. §. cum quis. & supra, de hæredi. instit. l. si alienum. §. j. & facit infra, de condit. & demonstra. l. eum qui.

a *Concord. gl. in cle. 2. vbi etiã bo. tex. de cele. mis. & in ca. cõsuluit. extra de of fic. lega. & in cle. auditor. de re scrip.*

n *Possum.* inspecta sua capacitate legatarij.

o *Consequi.* non sufficit ciuiliter fieri. sic. j. de condi. & demon. l. fideicom. & j. de verbo. oblig. l. ex causa. §. insulam. &. C. de iis qui ve. æta. l. fina. Sed argu. contra. C. de insti. & substi. l. si mater.

NOn oportet.] CASVS. Legaui Titio decem, vel institui eum hæredem. certe vtrum capere possit hæreditatem vel legatum, vel non possit: debemus inspicere illud tempus quo possit ad eum pertinere hæreditas vel legatum: & si tunc est capax, habebit, etiam si prius non fuit capax. si autem tunc non sit capax, illud non habebit etiam si prius fuit capax. illud autem tempus est quando morior ego testator. Viuianus.

p *Non oportet.* id est. non expedit.

q *Pertineat.* i. pertinere possit, vel sit possibile: vt quia testator decessit, non ante: vt. ſ. ad legẽ Aquiliam. l. inde Neratius. §. idem Iulianus scrib. & tunc ergo, id est tempore mortis quæretur de eo tempore, & de præcedenti, id est institutionis. sed & tempore aditionis debet esse capax. quod dic vt not. instit. de hæredum

qualita.& diff.§.in extraneis. & supra,de hære.instit.l.si alienum. §.j.& infra,de reb.dub.l.si cognatis. & facit ad hoc infra,de iure fisci.l.non intelligitur.§.quando. & infra, titu.j.l.j.§.j.&.l.si deportati.& infra,de condit.& demon.l.hæres.& supra,tit.ij.l.quidam. vbi dicit, esse enim debet cui detur, deinde quæri an datum consistat.

Cvm ab vno.] CASVS. Tres hæredes mihi institui, & vxori meę à qua.c.in dotem habueram, legaui fundum in recõpensationẽ dotis ab vno solo de hæredibus: vnde ipsa habet electionem vtrum petat dotem, vel legatum. vult ipsa nũc dotem. quæro, vtrum solus hęres legato grauatus debeat præstare ei dotem, an vero omnes hæredes? Et dicitur quòd ille solus: & si dos est plus quàm legatum, ad illud plus cum aliis cõmuniter tenebitur:& idem est si eam hæredẽ institui animo cõpensandi ei dotem, & ei substitutum dedi. nam si repudiet hæreditatem,& dotem suam potius habere velit,dabitur ei actio de dote cõtra substitutũ suum. Sed pone in primo casu huius.l.quòd ab illo hærede qui fuit grauatus de legato vxori dãdo, fuerunt etiam aliis legata relicta, & tot ꝙ soluta per eũ vxori dote, & aliis legatis solutis, remanet ei quarta pars suæ partis hæreditatis.nunquid poterit detrahere de aliis legatis Falcidiam? Et videtur quòd non: quia nomine duorũ suorum cohæredum ipse soluit vxori duas partes dotis. ergo ipsi videntur soluere. si ipsi soluere videntur,ergo videtur soluere tantum tertiam. vnde non habet locum lex Fal. sed verius est vt detrahere possit Fal. & totam dotem in suo ære alieno computare, cum ipse solus eam soluat:vt dictum est.Viuianus.

CVm ab vno hęrede mulieri pro dote compensandi animo[a] legatũ esset, eaque dotem suam ferre quàm legatum maluerit: vtrùm in omnes hæredes, an in eum solum à quo legatum est, actio de dote[b] ei dari debeat,quæritur? [Et] Iulianus in eum primũ à quo legatum sit,actionẽ dandam putat[c]. Nam cum aut suo iure[d], aut iudicio mariti[e] cõtenta esse debeat: æquum esse, eum à quo ei maritus aliquid pro dote legauerat, vsque ad quantitatem legati onus huius æris[f] alieni sustinere, reliqua parte dotis ab hęredibus[g] ei pręstanda. Eadem erunt dicenda[h] si hæres instituta[i] pro dote omiserit hæreditatem, vt in substitutum[k] actio detur.& hoc verum est. Sed de legatis,& legis Falcidiæ ratione bellè dubitatur, vtrùm is in quẽ solum dotis[l] actio datur, legata integra ex persona sua[m] debeat perinde,ac si omnes hæredes dotem [totam] præstarent: an dotem totam in ære alieno cõputare, A partem suam de dote, Titius præstaret integra legata, & dimidiã dotis:quæ dimidia sunt.iiij.lib.Boñ.cum Fal.habeat:& plus,cum habeat.iiij.lib.Boñ. sic ergo habet plus Fal.xx.soli.Boñ. cum tres lib.sint quarta de.xij.libris.hic ergo vbi Titius soluit totũ, idem videbatur: quia nomine Mæuij facit: ergo Mæuius videtur soluere.sed non est ita.cõputat enim totã dotem in ære alieno, habito respectu ad mulierem: non ad cohæredẽ, cui videtur legatum. & ita de legatis.ſ. de.iiij.lib. Boñ.detrahit Fal. tantum, non de aliis octo quæ sunt dos,& debetur vt æs alienum, secundum Azo.

quia in eum solum actio eius detur. Quòd sanè magis rationem habere videtur[n].

Valet legatum rei vendendæ pro iusta æstimatione.Bartolus.

LIIII. IDEM libro tertiodecimo ad legem Iuliam & Papiam.

SI cui fundus centum dignus legatus fuerit:si centũ hęredi vel cuilibet alij dederit,vberrimum[o] videtur esse legatum: B nam aliàs interest legatarij fundum potius habere ꝙ centum. Sæpe enim confines[p] fundos etiã supra iustam æstimationẽ interest nostra adquirere.

LV. GAIVS libro duodecimo ad legem Iuliam & Papiam.

SI mihi & Titio eadẽ res legata fuerit, & is die cedente[q] legati decesserit me hærede relicto, & vel ex mea propria causa vel ex hęreditaria legatũ repudiauero: magis[r] placere[s] video partem[t] defecisse.

Hæreditas repræsentat personam defuncti, non hæredis.Bartolus.

SI eo hęrede instituto qui vel nihil vel non totum capere potest[u], C seruo hæreditario legatum fuerit: tractantibus nobis

Videtur. vt cum Titius esset instituꝰ in dimidia hæreditatis,quæ dimidia valebat.xij.lib. Boñ. & grauatꝰ ad dotem,quę est octo:& ad legata quę valebãt.iiij. libr.Boñ. vni.xl.alteri alia.xl.& sic ad totã dimidiam: deducit.viij. lib.Boñ.pro dote dandis à Titio, remanent iiij.lib.Boñ.penes Titium: & de his.iiij.habet soluere legata.& si soluerit legata quæ sũt iiij.nihil penes eum de sua parte. i. xij. remanet. ergo deducet Fal. de his.iiij.legatis, non de octo: quæ octo vt æs alienum deducũtur. Accursius.

Si cui.] CASVS. Fundum valentem centum legaui Titio si Titius daret alicui centum: nunquid valet legatum? Et certe sic. si legatarij interest aliquo modo dictum fundũ habere: puta quia erat vicinus aliis eius fundus, vel aliis modis interest eius.aliàs non valeret.Viuianus.

Si mihi.] CASVS. Mihi & Titio legauit Seius fundũ: & Titius die legati cedente moriens instituit me hæredem.ego autem meam vel hęreditariam partem repudiaui.certè illam partem quam repudiaui,non habebo tanquam meæ personæ debitam:licet habeam eam quia accrescit alteri parti quam non repudiauit. [*SI EO HAEREDE.*] Titius instituit sibi hæredẽ Seium D non capacem:postea Gaius fecit testamentũ,& seruo hęreditario Titij legauit.c.certè propter dictum seruũ acquiritur legatũ hæreditati Titij quę iacet,& per cõsequens illi qui postea hęres extiterit si totum potest capere: aliàs pertinet ad eum pro ea parte quam capere potest:& superfluum ad hæredes Titij venientes ab intestato:& si nil capere potest,totum habebũt legatarij.Viuia.

a *Compensandi animo.* alioquin vtrũque consequi posset sublato interdicto de alterutro:vt.C.de rei vxo.act.§.sciendum.

b *De dote.* quæ vocatur ex stipulatu:vt instit.de actio.§.fuerat.

c *Putat.* ex stipulatu: vt supra,& infra,hac.l.si mulier vult: non aliàs. sed hoc quo modo, cum omnes hæredes pro portionibus hæreditariis teneantur: vt.ſ.titu.j. l.seruo legato.§.si testator. & infra,titu.j.l.nomen.§.vni.& supra,fami.erciscũ.l.si filia.&.C.de pact.l.pacto? Responsio. speciale in dote causa vitandi circuitus: vt argu.ſ.de condic. indebi. l.dominus. Alij dicunt dari in eum actionem non directò,sed per obliquum: quia conuenientur hæredes omnes actione de dote, & cæteri conuenient istum actione fami. ercis.vt supra, fami. erciscun.l. si filia.§.j.&.§. Papinianus.&.§.fina.&.l.his consequenter.§.sed si monumentum.vel dicas actione ex testamento.

d *Suo iure.* scilicet dotis: quo tenentur omnes hæredes.

e *Mariti.* quia tenetur vnus solus.

f *Onus æris.* Not.vnum hæredem solum grauari. sic ecõtra exoneratur vnus tantum:vt.ſ.titu.j.l.ab omnibus.

g *Ab hæredibus.* isto & aliis:ad quod est.ĵ.titu.j.l.nomen.§.vni.

h *Eadem erunt dicenda.* scilicet vt sit cõtenta iudicio defuncti, vel suo iure: vt.C.de hære.instit.l.si compensandi.

i *Instituta.* vel sola,vel cum alia.

k *In substitutum.* scilicet ei mulieri.

l *Dotis actio.* scilicet ex stipulatu: vel dic ex testamento nomine dotis: vt supra dixi.

m *Ex persona sua.* puta duo sunt hæredes Titius & Mæuius: vnusquisque habet.xij.lib.Boñ. pro sua dimidia. à Titio legati sunt.xl.solidi Boñ.vni,&.xl.solidi Boñ alij.octo sunt in dote:in quibus Titius tantum est grauatus. si Mæuius præstaret tantum

n *Valet legatum rei vendendæ pro iusta æstimatione.* Bartolus.

o *Vberrimum.* vt & infra, ad legem Falcidiam. l.si fundum.in princip. Sed contra,ibi in.l.j. & supra, titu.j. l.ciuitatibus.§.fin. vbi plene solui.

p *Confines.* & ratione consanguinitatis: vt supra,de mino.l.si in emptione. & de tut.& ratio.detra.l.j.§.sed nonnullos.& supra,titu.j.l.& si æquo.& infra,de bo.lib.l.libertus qui soluendo.& arg. supra, man.l.cum seruus.

q *Die cedente.* idem & non cedente die: quia tunc & deficit & accrescit: vt habetur.C.de cadu.tollen.l.j.§.pro secundo.sed de die ideo dicit, quia tunc demum repudio quod delatum est: ante non: vt infra sequitur.& supra,eo.l.si ita.§.si sub conditione.

r *Magis.* electiuè ponitur.

s *Placere.* sapientibus.

t *Partem.* repudiatam, quæcũque sit illa, aut cuicumque detur: sed tamen accrescit alteri parti non repudianti: vt.ſ.titu.j.l.si mihi & tibi.quę est contra.&.ſ.eo.l.si duobus seruis. Alij dicunt ꝙ erat ibi legatũ vt vterque haberet insolidum, hic viriliter: quod esse posset:vt.ſ.tit.j.l.si pluribus.sed nõ placet:quia tunc non accresceret,quod lex illa contraria dicit: sed ex se haberet: vt dicta l.si pluribus.&.C.de cadu.toll.§.si vero nemo. Accursius.

u *Capere potest.* qui multi sunt: vt not.instit.eo.§.legati.

BIU Cujas

de capacitate[a], videndum est vtrùm hæredis[b], an defuncti[c] persona, an neutrius spectari debeat. Et post multas varietates placet, vt (quia null' est dominus in cuius persona de capacitate quæri possit) sine vllo impedimento adquiratur legatum hæreditati[d]: atque ob id omnino ad eum pertineat, quicũque postea hæres exstiterit, secũdũ quod accipere potest[e]: reliqua autem pars[f] ad eos qui iure vocantur[g], venit.

Relictum sub nomine dignitatis transit ad successorem in dignitate si dignitatem quis habebat per se: secus si per consequentiam alterius. h. d. cum. l. seq. Bartolus.

LVI. IDEM libro quartodecimo ad legẽ Iuliam & Papiam.

QVod principi relictũ est, qui antè quàm dies legati cedat[h], ab hominibus[i] ereptus est: ex cõstitutione diui Antonini successori eius debet.

LVII. IVNIVS MAVRICIANVS libro secundo ad legem Iuliam & Papiam.

SI Augustę legaueris, & ea inter homines esse desierit[k], deficit quod ei relictũ est: sicuti diuus Hadrianus in Plotinæ, & proximè imperator Antonin' in Faustinæ Augustæ persona constituit, cùm eà ante inter homines esse desiisset, quàm testator decederet.

Qui agnoscit partem, videtur agnoscere totum legatum. Bartolus.

LVIII. GAIVS libro quartodecimo ad legẽ Iuliam & Papiam.

SI cui[l] res legata fuerit, & omnino aliqua ex parte voluerit suam esse: totã adquirit.

Potest quis ex persona sua repudiare, & ex persona serui agnoscere. Barto.

LIX. TERENTIVS CLEMENS libro quintodecimo ad legem Iuliam & Papiam.

SI mihi purè[t], [&] seruo meo vel purè vel sub cõditione eadem res legata[m] est, egóque legatũ quod mihi datũ est, repudiem: deinde cõditione existente id quod seruo meo legatum est, velim ad me pertinere: partem legati deficere responsum[n] est: nisi si quis dubitet an existẽte cõditione si seruus viuat[o], omnimodo legatũ meũ[p] fiat quod semel ad me pertinere voluerim[q]. quod æquius esse videtur. Idem est & si duobus[r] seruis meis eadem res legetur.

Si fideicommissum deficit, legatum remanet penes legatarium, & ad hæredem non redit. Bartolus.

LX. VLPIANVS libro sextodecimo ad legẽ Iuliam & Papiam.

IVlianus ait: Si à filio hærede legatũ sit Seio, fideíq; eius[s] cõmissum fuerit sub conditione[t] vt Titio daret, & Titius pendente cõditione decesserit: fideicõmissum deficiens[u] apud Seium[x] remanet*, nõ ad filium hæredẽ pertinet: quia in fideicommissis potiorẽ causam habere eũ cuius fides[y] electa sit, senatus voluit.

Si portio non grauata accedit grauatæ, fit contributio, & legata solida præstantur. Bartolus.

LXI. IDEM libro octauodecimo ad legem Iuliam & Papiam.

SI Titio & Męuio hęredib' institutis, qui quadringenta

---

a *Capacitate.* esse enim debet persona cui detur: deinde quæri an datum constat: vt supra, titu. ij. l. quidam.

b *Hæredu.* qui non est capax.

c *Defuncti.* qui est capax.

d *Hæreditati.* velut dominæ: vt. ſ. titu. j. l. legatũ. §. seruo legato. hic secus in hæreditate ei relicta & vsufru. vt infra, de acqui. re. do. l. hæreditas. licet institui possit: vt. ſ. de hære. instit. l. si seruus. Item cõtra. j. de noua. l. nouatio. vbi hæredis personam obtinet hæreditas. So. ibi.

ADDITIO. Dic secundũ Barto. quòd iacente hæreditate personam defuncti repręsentat: vt hic, & l. mortuo. de fideiusso. & ea adita retro fingitur repręsentasse personã hęredis: vt. l. hæres quandoque. de acqui. hæredi. & l. si ex rebus. in fi. de stipu. ser. cum concor. quæ fictio non habet locũ nisi p ea parte pro qua quis potest succedere: vt hic patet.

e *Accipere potest.* de hæreditate in qua est seruus legatarius.

f *Pars.* illius legati. Azo.

g *Vocantur.* ſ. ad hęreditatis partẽ quã hic institutus capere vetat: & sunt isti coheredes vel substituti, vel vxor, vel fiscus. & facit. ſ. de hære. instit. l. nõ minus. §. j.

QVod principi.] CASVS. Legaui imperatori. c. & ipse decesit ante diem legati cedentem. i. ante mortẽ meam: certe ad sequentẽ imperatorem transmittitur. secus autẽ esset. in Augusta cui legatum esset. & h. d. l. seq. Viuianus.

h *Cedat.* Loquitur de iure veteri, secundum quod cedebat dies legatorũ ab apertura tabularum, nisi in parentibus & liberis: vt. C. de cadu. tollen. §. j. & nisi in principe: vt hic. & secundũ hoc dic, cedat. ſ. ante apertas tab. hodie vero communiter à die mortis: vt. d. l. C. de cadu. tollen. §. cum igitur. Vel die hic loqui etiam secundum noua iura. & secundum hoc dic, cedat scilicet antequam decedat testator: sed post testamentum: quo casu priuatus non transmittit: princeps sic: vt. C. de cadu. toll. §. pro secundo. & hic. & secundum vtramque positionem est contra. C. qui testa. facere poss. l. cum hæredes. vbi dicit communi iure eos viuere. Sol. ibi quoad testamenti solẽnitatem: hic quoad transmissionem. Item contra. j. l. proxi. Solu. ibi.

i *Ab hominibus.* aliàs, ab omnibus: & aliàs, ab hominibus.

k *SI Augustæ. Desierit.* aliàs, deficit. contra. ſ. l. proxi. nam cum eadem deberet habere priuilegia Augusta: quę princeps: vt supra, de legi. & senatusc. l. princeps. &. j. de iure fisci. l. si fiscus. §. hic nõ habet. Sol. hic est pro nõ scriptum. superior. l. in causa caduci. & secundũ hoc dic hic, antequam testator decederet subrogari, & antequam faceret testamentum. vel tu dic eadem priuilegia. sed non omnia. nam nec legis condendæ.

l *Cui.*] CASVS. Legaui tibi fundum. tu vis habere medietatem tantum. certè non potes. Viuianus.

l *Si cui.* facit. ſ. ti. j. l. legatarius. &. ſ. e. l. ij. &. iiij. &. v. &. vj. &. ſ. de

ff. Infort.

A acqui. hæ. l. si ex asse. &. C. de iure delibe. l. quidã. vbi plene notaui.

SI mihi.] CASVS. Titius legauit mihi pure fundum Sempronianum: & eundem sub conditione seruo meo legauit: & ita nisi repudiarem, acquisitus est mihi totus. ſ. propter me medietas, & propter seruũ meum alia medietas. ego repudiaui meã medietatẽ: & adueniente conditione sub qua legatũ fuit seruo meo, volo habere partem quã habeo propter seruũ. certe inspecta mea persona deficit pars mea: sed inspecta pars quã repudiaui, debet adcrescere pars quã repudiauit, & totũ debet esse legatum meũ: & hoc est *quòd legauerius & æquius.* & idẽ *tarius non* est in re legata duobus *poterat pro* meis seruis, cũ partem *parte acce*per vnũ adquisitã repu*ptare &* diaui, & aliã non. Viu. *parte repu*m *Legata sit.* in eius*diare lega*dẽ testamento. Io. aliàs *tum. de quo* non diceret infra par*vide ſ. l. ne*tem deficere, cum to*minẽ. ſ. eo.* tũ deficeret ex vno testamento, & totum peteret ex alio.

B

n *Responsum est.* & bene vt nec ad me pertineat nisi per ius adcrescendi: & hoc est, nisi &c. Azo. & no. ſ. eo. l. si Titio & mihi.

o *Viuat.* scilicet apud me non alenatus existente cõditione: vt. j. quando di. le. ce. l. si vsusfructus. §. fina.

p *Mem.* partim iure meo: partim iure adcrescendi: quia pars deficientis alteri adcrescit. *Flo. mã.*

q *Voluerim.* aliàs, vo*net,* luerit scilicet testator.

r *Duobus.* facit. ſ. eod. l. si duobus.

C

IVlianus.] CASVS. Institui mihi hæredem filium meum, & legaui Seio decem, & rogaui Seium vt dicta. x. daret Titio sub conditione si nauis ex Asia venerit. pendente conditione Titius decessit: & ita antequã dies fideicommissi cederet: quare defecit in eius perso. fideicommiss. certe non redibit ad hæredem: sed Seius retinebit. Viuianus.

D

s *Eius.* scilicet Seij.

t *Conditione.* scilicet aliqua.

u *Deficiens.* deficit enim: vt. ſ. eo. l. si pecunia. §. quod ita. Accur.

x *Seium.* qui non vt minister tantum fuit electus: vt. ſ. eod. l. si quis Titio. & infra, titu. j. l. pater. §. Tusculanus. & supra, eod. l. si quis quos. & dic vt ibi nota. in. l. si quis Titio.

y *Fides.* non vt minister tantum, vt dixi. & facit. j. de ali. lega. l. pecuniæ. Argu. contra. j. de adi. leg. l. filio. §. j.

SI Titio.] CASVS. Seius habens in bonis. cccc. instituit sibi hęredes Titiũ & Męuium, & à Titio ducenta legauit: & postea dixit: quisquis mihi hæres erit, det Gaio. c. Mæuius postea hæreditatem repudiauit: & ita Titius habet eam totam. certe omnia trecenta soluet Titius legatariis. [IVLIANVS.] Cum duos ab intestato hæredes habere sperarem, ab vno eorum fideicommissum Titio reliqui in codicillis. me mortuo grauatus fideicommisso repudiauit suam partem hæreditatis, & sic accreuit cohæredi suo. nunquid cohæres tenetur præstare Titio dictum fideicommissum? Et Iulianus dixit quòd non, & male. verisimile est enim quòd teneatur, sicut substitutus tenetur præstare legata relicta ab instituto. Viuianus.

BIU Cujas

relinquebat[a], à Titio ducenta legauerit: & quisquis hæres esset, centum[b]: neque Mæuius hæreditatem adierit, trecenta Titius debebit.

Portio deficiens adcrescit cum onere, etiã succedentibus ab intestato. Bartolus.

¶Iulianus quidem ait, si alter ex legitimis[c] hæredibus repudiasset portionem[d], cum essent ab eo fideicõmissa relicta[e] cohæredem eius nõ esse cogendũ fideicõmissa præstare. portionem enim[eius]ad cohęredem sine onere pertinere. sed post rescriptum[f] Seueri quo fideicommissa ab instituto relicta, à substitutis debentur, & hic quasi substitutus cum suo onere[g] consequetur adcrescentem portionem.

Si per seruum non quæritur hæreditas domino, sed sibi: manumissor tenetur ad onera domino imposita. Barto.

LXII. LICINNIVS RVFINVS libro quarto Regularum.

SI alienus seruus hęres institutus fuerit, à domino eius fideicommissum relinqui potest:[h] sed ita hoc fideicommissum dominus prestare debet, si per seruũ factus sit hæres. quòd si ante, quàm iussu eius adiretur hæreditas, seruus manumissus fuerit, & suo arbitrio adierit hęreditatẽ[i]: dominus id debiturus non est, quia hæres factus non est[k]: nec seruus, quia rogatus[nõ]est[l]. Itaque[m] vtilis actio[n] hoc casu competit, vt is ad quem emolumentũ hæreditatis peruenerit, & fideicõmissum præstare compellatur.

Si per hæredem res legata sine dolo consumatur: legatario per actionẽ in factum succurritur. Bartolus.

LXIII. CALLISTRATVS libro quarto Edicti Monitorij.

SI hæres rem legatam ignorans in funus cõsumpsit, ad exhibendũ actione nõ tenebitur: quia nec possidet, nec dolo[o] malo fecit quò minus possideret: sed per in factũ actionẽ legatario cõsulitur[p], vt indemnitas ei ab hærede præstetur.

Verba enũtiatiua inducũt probationem eorum quæ in testamento sunt gesta. Bar.

LXIIII. PAPINIANVS libro quintodecimo Quæstionum.

CVm proponebatur[q], ſin scriptura[r] fideicommissi, quod pluribus sub conditione fuerat relictũ, per errorẽ omissam mutuam substitutionẽ quã testator in secũdis tabulis cum eosdem substitueret[s], expressit: diui Marcus & Cõmodus imperatores rescripserunt, voluntatem manifestã videri mutuæ factę substitutionis. etenim[t] in causa fideicommissi, vtcũque[u] precaria volũtas[x] quęreretur[y], meum impuberem instituimihi hæredem, & ei pupillariter substitui Titium & Sempronii, & eosdem adinuicẽ substitui. postea dixi: si non eritis hæredes filij mei, eius fidei committo vt vobis det fundum Sempronianũ: & in eo fundo vos adinuicẽ substituo. & omnia hæc scripsit tabellio præter substitutionẽ in fundo factam: & illam dimisit, quia non fuit recordatus. postea dictus pupillus excesit pupillarem ætatem, sicque euanuit substitutio, & solum fundum pubes factus dicto Titio & Sempronio restituit. Titius postea decesit sine filiis: venit Sempronius, & quærit, vtrum possit petere partem fundi ex substitutione que fuit dicta, non tamen scripta? Et dicitur ei quòd sic, dummodo probet eam esse dictam. Vel dic vt in gloss. seq. Viuianus.

---

a *Relinquebat.* in hæreditate.

b *Centum.* scilicet præstet, dixit testator. in his ergo centũ Mæuius si adiret, pro medietate teneretur: quæ medietas imponitur Titio propter accrescentẽ partem: qui Titius suo iure in.ccl. teneretur. Sed quid ecõtra si Titius nõ adiuit, sed Mæuius? Respõ. idem: quia Mæuius in ccc. teneret: sed in.l.iure suo: in residuo propter partem Titij: vt.j. proxi.§.&.C.ad Trebell.l.non iustam.& vt dixi supra, eo.l.Celsus. §.penul.&.§.fina.& facit supra, titu.ij. l.quidam.& supra, titu.j.l.si duobus.§.j.&.l.ciuitatibus. §. Lucius. &.C. de cadu.toll.§.his ita.

c *Ex legitimis.* ab intestato venientibus.

d *Portionẽ.* obuenientem sibi ab intestato: puta dimidiam cum sunt duo in eodem gradu.

e *Relicta.* i codicillis.

f *Sed post rescriptum.* cuius habetur mentio supra, titu.j.l.licet imperator.

g *Cum suo onere.* Hic est argu. contra.j.tit.j. l.j.§.fina. vbi sine onere venit ad alium. Sol. hic ambos grauauit in codicillis, dicens: rogo venientes ab intestato. ibi vnum tantum nominando eum, secundũ R. sed certe nec hic nec ibi grauauit, ni si vnũ. Dic ergo quòd hic erant ambo eodem gradu: vnde ambo succedunt ex tacita voluntate defuncti: vt supra, titu.ij. cõficiuntur.§.j. & ex tacita voluntate defuncti accrescit: cum testator sciebat eos esse pares. at in cõtrario erant in diuerso gradu: nec habet sequens ex tacita voluntate qui cœpit esse proximus post mortem: sed suo iure: vnde non cum onere secundum Azo. Sed huic solu. secundum Hug. videtur obstare. ſ. titu.ij.l.qui grauí.&.l.pen. vnde prima placet. Item facit quod not. ſ. eo.l. Celsus. §.penul.& fin.& infra, eo.l.cum pater.§.cum pater.

SI alienus.] CASVS. Seruum Titij hæredem instituí,& à Titio domino reliqui fideicõmissum Sempronio. certe bene tenetur dominus si per seruum est factus hæres. aliàs non, puta quia dictum seruum ante aditam hæreditatẽ manumisit, & liber factus adierit hæred. Sed nunquid hoc casu ille liber factus tenetur? secundum rigorem non: quia non fuit rogatus de fideicommisso præstando. sed de æquitate bene tenetur: quia emolumentũ hæreditatis habet. & hoc dicit. Viuianus.

h *Potest.* vt. ſ. titu.j.l.cum filio. in principio.

i *Adierit hæreditatem.* quod facere potest: vt insti. de hæred. instituen.§.seruus autem.

k *Non est.* id est non potest lucrari. aliàs, id est non habet lucrum: ergo non potest onerari. & est bona ratio: vt infra, titu.j. l.sed & si sic. in fin. Accursius.

l *Rogatus nõ est.* sub. nec rogato substitutus vel cõiunctus: alioquin nulla esset ratio: vt probatur supra. l.proxi.j.respon.&.§.Iulianus. nec successor rogati: tunc enim teneretur: vt infra, titu.j. l.sed & si sic.j.respon. Item videtur quòd directò teneatur seruus. si enim seruus vel filius iussu domini vel patris rogati adierit, dominus tenetur ex persona serui: & pater ex filij persona: vt supra, titu.j. l.cum filio.§.denique. vnde patet seruum adeuntem naturaliter teneri pro eo quòd rogatus est dominus. si ergo liber factus adeat, tenetur ciuiliter & naturaliter, quasi liber adeundo contrahere videatur: vt infra, quibus ex cau. in posses. ea.l.apud Iulianum.§.fina.&.l.seq. Respon. si rogatus esset & adiret in seruitute, naturaliter teneretur: sed cum dominus sit rogatus, seruus adiens vtili obligatione naturali (vt ita dixerim) tenetur, & ciuili vtili tenetur adiens liber. Azo.

m *Itaque.* quia æquũ est aliquam actionẽ dari: cum seruus gaudeat testantis voluntate, licet nõ sit rogatus. & ita soluitur contrarium quod est.j.titu.j. in.l.j.§.fina. & not. ſ. eo. proxi.§.fina.

n *Vtilis actio.* quia de rigore alia actio deficit. Accursius.

SI hæres.] CASVS. Instituí mihi hæredem, & tibi legaui fundũ: hæres ignorans fundum tibi legatum, eum vendidit, & pecuniam consumpsit in meũ finus. certe tenetur legatario act. in fac. vt de hoc conseruet cum indemnem: non autẽ tenetur act. ad exhibendum. Viuianus.

o *Nec dolo.* nec culpa, alioquin contra: vt C. ad exhi. l. exhibitionis. Accursius.

p *Cõsulitur.* de æquitate. sic ergo non distinguitur fuerit sciẽs, vel ignorãs: vt insti. eo.§. hæredis. & est ratio, quia cõmodũ habet defuncto. aliàs secus. vt in argu. cõtra. ſ. de cõdic. inde. l. ſi in summa. §.pe. Itẽ cõtra. ſ. de re. li. l. ſi plura.§.fin. Sole. ibi. & facit in eo. tit. quis. &. l. fin.§. ſi hæres. &.§. fi.&. ſ. tit. j. l. ſi hæredis. &. l. cætera.§. fin. &. l. ſi quis. &. l. quid er go.§.pe. &. j. eo. l. Mæuius.§. in fundo.

CVm proponebatur.] CASVS. Filium meum impuberem instituí mihi hæredem, & ei pupillariter substitui Titium & Sempronii, & eosdem adinuicẽ substituí. postea dixi: si non eritis hæredes filij mei, eius fidei committo vt vobis det fundum Sempronianũ: & in eo fundo vos adinuicẽ substituo. & omnia hæc scripsit tabellio præter substitutionẽ in fundo factam: & illam dimisit, quia non fuit recordatus. postea dictus pupillus excesit pupillarem ætatem, sicque euanuit substitutio, & solum fundum pubes factus dicto Titio & Sempronio restituit. Titius postea decesit sine filiis: venit Sempronius, & quærit, vtrum possit petere partem fundi ex substitutione que fuit dicta, non tamen scripta? Et dicitur ei quòd sic, dummodo probet eam esse dictam. Vel dic vt in gloss. seq. Viuianus.

q *Cum proponebatur.*] CASVS. Titius instituit duos filios pupillos hæredes, & fundum per fideicõmis. reliquit duobus extraneis sub conditione, si nauis venerit ex Asia: & cum pupillariter substitueret prædictos duos fideicommissarios, fecit mentionem quòd eos duos adinuicem grauauerat vt qui eorum decederet sine liberis, alteri suam partem fundi redderet: quod tamen scriptum non fuerat. Accursius.

r *Scriptura.* Not. in scriptura. q.d. non est omissum in voce, vel in verborum prolatione: sed in scriptura, errore librarij: vt infra, de regu. iur. l. ſi librarius. vel testantis: vt supra, de hære. instituí. l. quoties.§. finali.

s *Substitueret.* pupillo. Accursius.

t *Etenim.* ſ. est verum: enim. i. quia in causa fideicom.& cætera.

u *Vtcumque.* aliàs, vbicũque id est, in cuiuscumque testamento. aliàs, vtcumque, id est qualitercumque.

x *Voluntas.* scilicet rogatiua.

y *Quæreretur.* id est inueniretur. per argumẽta potest cõiectura admitti

admitti. & sic est contra. C. de fideicom. l. fin. ibi, cum enim &c. vbi per solennitatem testium, non coniecturis probatur. Sol. per secundas tabulas, & per septem testes in testamento nuncupatio, vel quinque in codicillis probatur coniectura, & non alio modo etiam per scripturam nuncupatiui testamenti. sed si erat in scriptis, sola scriptura probat substitutionē, secundum R. & Azo. Alij vt Io. & H. generaliter intelligunt prædictis. s. aliis modis vel aliis: vt in princ. huius l. no. & l. contraria intelligatur cū vult probare per testes, & non per cōiecturas alias. & pro hoc. ff. titu. j. l. pen. & infra, tit. j. l. nutu. & ff. de sup. leg. l. Labeo. Item cōtra. C. de testa. l. iubemus. Solu. ibi.

a *Cōiectura.* id est, probatio per legitimū numerum septem testium in testamēto, vel quinque in codicillis: sicut in fine huius legis dicitur: & probatur de substitutione facta de fundo legato, vt ad superstitē veniat si vnus decedat sine liberis: licet secundū testamentum id est tabulæ, non proferretur, quod tamen hic proferebatur secundum R. & Azo. vel secūdum Io. & H. potest esse & alia coniectura, si testator coram testibus septem dixit se ita velle disponere vt substituat, & postea vocauit tabellionem, & omisit substitutionem: & postmodum facto testamento dixit, coram eisdem testibus per errorem se omisisse vel oblitionem. tali enim cōiecturæ ex hac lege in fin. videtur standum: vt infra, de do. præleg. l. Theopompus.

P*Eculium.*] *CASVS.* Legaui tibi peculium quoddam. certe si minuam aliquas res, tantum de eo minus habebis: si adiungam, tantum plus habebis. & idem est si lego tibi familiam seruorum vel pedissequas meas quę lectos facere sciunt. Quid si legem tibi quadrigam, & vnus de equis postea mortuus est? certe extinguitur legatum. Sed quid si eo mortuo alium equum adiungam? debetur quadriga. [*TITIO.*] Titio legaui Stichum seruū meū, & rogaui eum Titium vt post mortem suam Titij eidem det libertatem. certè si hæres meus adeat hæreditatem, valet legatum Stichi Titio à me relictum, & etiam libertas post mortem Titij. & idem est si iussi eum esse liberum moriente Titio: & hoc casu statim cum Titius erit in articulo mortis, erit liber Stichus, & idem est si instituī Titium ex parte, & dictum Stichum dicto Titio legaui: & libertatem post mortem Titij Sticho reliqui. nam & hoc casu valet legatum & libertas, siue adierit Titius hæreditatem, siue non, dum tamen cohæres eius adeat. &. h. d. Viuianus.

b *Minui.* etiam viuente testatore. Accursius.

c *Desinant.* distinguitur vt instit. eō. §. si peculium. &. j. de pecu. lega. l. denique. §. fina. & facit supra, de pecu. l. peculium.

d *Vrbanam.* quod dic vt infra, de verbo. significa. l. vrbana. & infra, titu. j. l. seruis vrbanis.

e *Officia.* differentiam inter hæc duo vide. ff. quibus mod. vsusfru. amit. l. si cui. & facit. j. de adi. leg. l. si filio. j. respon. Accursius.

f *Mutauerit.* in perpetuum, non ad tempus: vt infra, tit. j. l. si fundum. &. l. si ita.

g *Mortuo.* testatore viuo: secus si postea: vt. ff. titu. j. l. si ita. §. si domus. &. l. grege. &. l. si ex toto. &. l. si grege. &. l. quod in rerum. & si quis. Accursius.

h *Demonstrabat.* quia erat magister quadrigæ. immo demōstrabat, quia erat de substantia quadrigæ factæ à testatore. secus si legaret quadrigam cōficiendam ex equis testatoris nō nominatis: quia genus non potest perire: vt. j. ad. l. Falc. in ratione. §. si vero

ff. Infort.

coniectura[a] potuit admitti.

Si legatur vniuersitas, augmentum & deminutio contingens etiam viuo testatore, ad legatarium pertinet. Bartolus.

LXV. IDEM libro sextodecimo Quæstionum.

PEculium legatum augeri & minui[b] potest, si res peculij postea esse incipiant, aut desinant[c]. Idem in familia erit, siue vniuersam familiam suam, siue certam, veluti vrbanam[d] aut rusticam legauerit, ac postea seruorum officia[e] vel ministeria mutauerit[f]. Eadem sunt [in] lecticariis aut pedissequis legatis.

Si legatur res ex pluribus corporibus cōsistens: si extinguitur quod ibi est principale, perit legatum. Bartolus.

FQuadrigæ legatū, equo postea mortuo[g] perire quidam ita credunt, si equus ille decesit qui demōstrabat[h] quadrigam. sed si medio tempore deminuta suppleatur, ad legatarium pertinebit.

Si legatum relinquitur ab vno sub conditione quæ ex eius persona dependet: si legatum transferatur ad alium, non transfertur conditio. Bartolus.

FTitio Stich' legat' post mortem Titij libertatem[i] accepit. Et legatum[k] adita hereditate[l], & libertas post mortem Titij competit. Idémque est[m] etsi moriente Titio liber esse iussus est. si tamen Titio ex parte hærede instituto seruus legatus sit[n], & post mortem eius liber esse iussus sit: siue adierit hæreditatem Titius, siue non adierit[o], post cuius[p] mortem libertas ei data est, defuncto eo libertas competit.

Debitor partis fundi si creditori sub eadem conditione qua debebat legauit: intelligitur aliam partem non illam quam debebat legare.

LXVI. IDEM libro septimodecimo Quæstionum.

MAeuius fundum mihi ac Titio[q] sub cōditione legauit: hæres autē eius eundem sub eadem cōditione mihi legauit. Verendum esse Iulianus ait, ne[r] existente* conditione pars eadem[s] ex vtroque testamento mihi debeatur. volūtatis[t] tamen quæstio erit. Nam incredibile[u] videtur, id egisse hæredem, vt eadem portio bis argenti. Sed cur aliud in peculio: vt supra, in princip. huius l. & area postea ædificata: vt supra, eod. l. si areæ. Respond. quia quadriga desinit vno mortuo: vt supra, quibus modis vsusfruc. amit. l. qui tamen. §. fina. &. l. nisi. & facit infra, de conditio. & demon. l. filiæ. §. fina. & supra, pro. soc. l. si id quod. Accursius.

i *Libertatem.* hęc sunt verba testatoris. & dic accepit à testatore. Ac.

h *Et legatū.* hic incipit respōdere sic, & le. &c. & quod dicit, & legatum: sub. Stichi relicti Titio: & ita nō est contra quod legitur. ff. titu. j. l. si post mortem. §. sed si seruo. &. §. vsque adeo. Si autē diceres & libertatem & pecuniariū legatū relictū seruo post mortem Titij, nō valet pecuniarium. Vel aliter ibi ab alio legatū, ab alio libertas fuit relicta, hic ab eodē: si intelligas secundo modo. Ir. tamen dedit multas solutiones quæ nil valent. s. quòd iste Titius fuit necessarius, vt ibi, postquā &c. vel hic res aliena fuit legata seruo, ibi testatoris. Item contra ad hoc prin. & fin. huius. §. ff. titu. j. l. si post mortē. in fi. Solu. vt ibi. *ADDITIO.* Dic q̄ ibi fuit relicta *stante* libertas per fideicōmissum. & hoc tenet Dy. secundum Barto.

*Flo. exā

l *Hæreditate.* eius qui Stichum legauit. Ro.

m *Idemq; est.* quod dixi post mortem Titij. hoc tamen hic plus quàm. ff. quòd hic etiam viuo Titio moriendo tamen competit libertas: vt. j. de ma. test. l. qui duos. §. j.

n *Legatus.* id est, prælegatus. Accursius.

o *Non adierit.* alius tamen adiuit: vt. ff. de testa. tu. l. si nemo.

p *Cuius.* scilicet Titij. & facit supra, eo. l. si idem seruus.

M*Aeuius.*] *CASVS.* Mæuius instituit hæredē Sempronium: & mihi & Titio legauit fundum sub condi. & ita debemus habere quilibet dimidiam. Sempronius hæres instituit sibi hæredem Gaium: & ab eo legauit mihi eundem fundum, & sub eadem conditione: modo est quæstio, an partem tantum legatam mihi in primo testamento posim habere: an aliam: & æstimationem illius quę iam mihi relicta erat? Et respon. quòd hæres Mæuij videtur sensisse tantum de alia. & ita hæres hæredis Mæuij, scilicet Gaius, tenetur mihi ad aliam, & Titio cui ipsa erat legata, dabit æstimationem. nam non erat solutum adhuc à Sempro. legatum mihi & Titio ex testaméto Mæuij. Item debebit mihi illam partem quæ mihi erat legata in testamento Mæuij, quæ non erat adhuc soluta, vt dictum est: & eius æstimationem non debebit iterum ex testamento sui testatoris, scilicet Sempronij hęredis Mæuij: & hoc ideo, quia incredibile videtur vt eadem portio bis eidem debeatur. h. d. vsque ad. §. duobus. Viuianus.

q *Ac Titio.* ac, pro etiam. non autem habeas, à Titio.

r *Ne.* id est, an.

s *Pars eadem.* id est, ex vtroque pars eidem: vt confuse ponatur & coniunctiuè. i. vna dimidia ex vno, & alia dimidia ex altero.

t *Voluntatis.* licet eam pro iuris quæstione posuerit, in facto tamen quod ignotum est, consistit. verius tamen est vt attendam quid magis præsumatur. præsumā enim alterum magis. nam &c. Vel sic, bene dixi voluntatis esse quæstionem: cum vtrumque testator posit velle, & quòd eadem ex vtroque, vel ex vno vna, ex alio altera. & magis videtur vltimum. nam &c. & secundum H. ponitur. nam, continuatiuè. sed R. ponit. pro, certe.

u *Nam incredibile.* posibile tamen est: vt. j. de fideiuss. l. hæres à debitore. §. non est. Azo. licet sit argu. contra. j. de verb. obli. l. qui bis. sed expone vt ibi. *ADDITIO.* Dic quòd alia res est in secundo legato quàm in primo, secundum Barto. hic.

a *Parte.* cuius æstimatio præstabitur.

b *Sane.* pater denuo grauari hæredem circa eandem rem. & sic obstat constitutio: vt supra, de lega.j.l.plane.§.j.sed hic respon. Item & non circa idem hic dicit, sed circa aliam partem non prius legatam eidem. Accursius.

c *Corpus.* ab vno quod ipse qui legat facere potest: non autem hæres eius qui est debitor legati. & hoc est, debitor autem &c. ne ergo sit inutile facta relatione ad partem debitam, referatur legatum ad alteram non debitam. sic supra, titu.j. l.si quando. in prin. & supra, eo. tit.l. Titia.§.j. Vel dic, non obstat huic. l. constitutio, sed nec quòd debitũ aliàs legauerit. ad hoc debitor autem &c. facit. ff. de insti. act. l. in eum.§. tabernæ.

d *Vnum testamentum.* id est, vni[9] hominis testamẽtum. nam si idem plura fecerit, & in eis sępe idem corpus legauerit, idem erit: vt infra, ea.l.§.eum.

e *Debitor autẽ.* vt hæres Mæuij erat.

f *Plus sit.* quod quatuor modis attenditur: vt instit. de act.§. plus. Item & quinto modo: vt supra, titu.j.l.si creditori.§.idem. & facit supra, tit.j.l.huiusmodi.§.j.&.j. de do. præle.l.j.& de lib. leg.l.si idem.&.j.titu.j.l.nutu.& instit.eo.§.econtrario.

g *Legati futurum est.* q.d.nullum.

Hæreditatem filius cum moreretur, filiis suis, b vel cui ex his voluisset, restituere fuerat rogatus, quo interea in insulā deportato c, eligendi facultatē non esse pœna d peremptā placuit: nec fideicommissi conditionem e ante mortem f filij hęredis existere: g viriles h autem inter eos fieri, qui eo tempore

b *Filiis suis.* sic. C. ad. Trebel. l. iubemus.

c *Deportato.* & sic ciuitatem tantum amisit. secus in damnato in metallum: vt. j. ad Trebel. l. ex facto. §. si quis rogatus. &. C. de donation. inter virum & vxo. l. res vxoris. &. s. de donation. inter virum & vxorem. l. sed si mors. & infra, de verb. obligat. l. ex ea. §. in insulam.

d *Pœna.* deportationis.

e *Conditionem.* quòd bona restituantur filiis.

f *Mortem.* naturalem.

g *Existere.* incommutabiliter, scilicet, vt dixi infra, eo. l. penul. §. à filia. id est, vt inuitus alicui restituere teneatur. volens enim & ante restituere potest: vt. C. de fideicommiss. l. post mortē. dum tamen duret voluntas: vt. s. eo. l. vnum. Hug.

h *Viriles.* puta si neminem elegerit. alioquin contra: vt. s. eo. l. cū quidam. &. l. cum filius. §. pater. &. l. vnum. §. rogo.

i *Non fuerit.* vt quia sit mortuus qui eligere debuerat: vt supra, eo. l. vnum. §. rogo. cum enim conditionale fuerit fideicom. pendente conditione non potuerunt transmittere: vt. C. de cadu. tol. l. sinautem. licet quidam contra, per. l. C. de iis qui ante aper. tabu. & facit infra, tit. j. l. vxorem. §. Seia. & infra, ea. l. §. penul. & infra, de reb. l. vtrum. §. cum quidam.

Qui dotale.] C A S V S. Prædium inæstimatum ab vxore mea in dotem accepi: & cum non liceret mihi alienare istud prædium propter legem Iuliam quæ inhibet alienationem, & dat mulieri licentiam faciendi irritam venditionem, illud vendidi Titio pro decem, cum valeret duodecim, postea feci testamentum, & legaui dictæ vxori meæ viginti, & dicti emptoris qui totum pretium mihi soluit, scilicet decem, fidei commisi vt restitueret dictæ meę vxori superfluum eius quod valebat fund[o], scilicet duodixi enim quòd fundus valebat. xij. & ego dedi pro. x. certe emptor non tenetur fideicommiss. de illis duobus. rogatus est enim illud restituere ad quod non tenebatur. potuit enim bene me maritum in pretio circumuenire. Sed nunquid mulier potest reuocare ab emptore dictum suum fundum? Certe sic, si non accepit legatum de viginti quod ei reliqui, & si non offertur ei per hæredes mariti, vel per emptorem prædij verū pretium prædij: id est,

A duodecim. si autem hæc duo concurrunt, & ipsa velit venditionem rumpere: remouetur exceptione. Viuianus.

k *Legem Iuliam.* vt instit. qui. ali. licet. in princip.

l *Dedit.* in quo erat etiam minus quàm in fundi pretio: vt. s. eo. l. imperator. §. si centum. Accursius.

vixerint, cum de aliis eligendi potestas non fuerit. l

Qui legat pretium rei, videtur legare animo compensandi cum re. Bartolus.

Qui dotale prędiū contra legem Iuliā k vendidit, vxori legatum dedit: l & emptoris m fidei cōmisit, vt amplius n ei pretium o restituat. Emptorem fideicommisso * non teneri constabat p. si tamen accepto legato q mulier venditionem irritam facere vellet: *eam, r oblato pretio, f doli placuit exceptione summoueri.

B

Mandatum simplex cuius effectus confertur post mortē, reuocatur morte, si mādatarius sciuerit: secus si ignorauerit. Bar.

Mæuio debitori suo reus stipulandi mādauit, vt Titio cui mortis causa donabat, t pecuniā debitam solueret. Cū sciēs dominum vita decessisse u Mę-

m *Emptoris.* istud fuit fideicommissum.

n *Amplius.* quàm legatum relictum ab hæredibus.

o *Pretium.* iustum.

p *Constabat.* immo potest ab omni debitore fideicommis. relinquit vt. s. titu. j. l. si pecuniā. in fi. & l. si seruus. §. qui margaritam. quæ sunt contra. Solu. non valet ab emptore siue à debitore: vt hic, nisi debitor vtatur exceptione doli contra hæredem, sicque agnoscat tacitum sibi legatum: vt dicta. l. si pecuniam. ij. respon. sed hęres tenetur cedere actiones: vt d. §. qui margaritam. Alij dicunt quòd hic constabat quibusdā imperitis, & male. Tertij dicunt quod totum pretium fuerat solutū defuncto, sed aliquid plus valuerat fundus quàm venditus fuerat: & illud plus præcepit testator solui vxori: quod non potuit, cum non erat vltra dimidiam iusti pretij. & secundum hoc quòd dicit postea, pretio, scilicet iusto. & facit supra, de fun. do. l. dotale. §. fina. &. s. solu. matrimo. l. si cum dotē. §. si pater. &. s. man. l. diligentes. §. j.

C

q *Legato.* relicto ab hæredibus.

r *Eam.* vxorem.

f *Pretio.* ab emptore.

Mæuio debitori.] C A S V S. Seius fuit stipulatus à Mæuio decem. hic Seius reus stipulandi cum vellet Titio donare causa mortis illa decem, mandauit prædicto Mæuio reo promittendi vt solueret dicto Titio dictam pecuniam. postea decessit Seius reus stipulandi, institutis sibi aliquibus hæredibus. Mæuius debitor sciens creditorem suum decessisse, & ita mandatum esse finitum, dedit dictam pecuniam Titio. Certe non est liberatus ab hæredibus rei stipulandi: immo poterunt eum nihilominus conuenire ad dicta decem. Sed quid si reus promittendi non habet vnde soluat dictis hæredibus rei stipulandi? nunquid ipsi hæredes poterunt conuenire Titium cui donatum fuit causa mortis, cuique soluit Mæuius debitor, vt dictum est? Certe quòd non possint cum conuenire ad integra decem, non est dubium. sed & pro eo quod quærunt hæredes habere ab eo ratione Falcidiæ, non poterit similiter conueniri: quia ipse Titius non videtur accepisse dicta decem causa mortis. nam ipsa euanuit annihilato mandato per mortem Sej creditoris, vt dictum est. quasi dicat, si

D

esset donatio causa mortis, bene posset habere Falcidiam. Si autem dictus reus promittēdi ignoraret mortuum esse Seium reum stipulandi, & soluisset dictam pecuniam Titio cui reus stipulandi causa mortis donare volebat: liberatus est debitor ab hæredibus creditoris. & ipsi hęredes reuocabunt à Titio portionem tantum eis iure Falcidiæ competentem: scilicet si habet locum Falcidia in hæreditate creditoris. Viuianus.

t *Donabat.* promittendo per stipulationem reus stipulandi Titio olim, vel hodie sine stipulatione, secundum Azo. alioquin non video quare in sequenti casu totum reuocaretur, cum mandatum mortuo mandante sit finitum, & per consequens donatio. Hug. Item non audeo dicere, quòd solutio per mandatum debet fieri post mortem: quia tunc non finiretur morte: vt supra, man. l. si vero non remunerandi. §. fina. hic ergo inter viuos fuit conceptum, sed quantum ad effectum post mortem concipitur: quia tunc demum confirmatur donatio: vnde quædam media via in finiendo mandato eligitur, scientia ab ignorantia separata: vt hic subiicit.

u *Decessisse.* ergo sciebat vel scire debebat mādatū reuocatū: vt C. mā. l. mādatū. & insti. mā. §. recte. &. s. mā. l. inter causas. in pri.

BIU Cujas

uius, pecuniam dedisset, nõ esse liberationem secutam cõstitit: nec si Mæuius soluendo nõ esset, in Titium actionem solidi, vel iure Falcidiæ dandã esse: [a] quia mortis causa cœpisse non videretur. Diuersum probandum foret, si Mæuius ignorans dominum vita decessisse, pecuniam errore lapsus dedisset. tũc enim portio iure Falcidiæ reuocaretur. [b]

Portio deficiens defertur à substitutis & cohæredibus cum onere suo. Bartolus.

¶ Cum pater [c] fideicommissum prædiorum ex testamento matris filiæ deberet, eandem [d] pro parte ita hæredem instituit, vt hæreditatẽ fideicommisso cõpensaret [e]: eademque prædia filio exhæredato dari voluit. Quamquam filia patris hæreditatem suscipere noluisset, fideicommissum tamen ab hæredibus esse filio præstandum, ad quos hæreditatis portio quam accepit [f] filia, redierat [g], placuit. quòd si alium filiæ substituisset, eum [h] oportere filio fideicommissum reddere.

In prælegato vni non debetur euictio: secus si pluribus prælegetur. Bartolus.

¶ Euictis [i] prædiis quæ pater qui se dominũ esse crediderat, verbis fideicommissi filio reliquit: nulla cum fratribus & cohæredibus actio erit. Si tamen inter filios diuisionem fecit [k]: arbiter coniectura voluntatis non patietur eum [l] partes cohæredibus prælegatas restituere, nisi parati fuerint & ipsi patris iudicium fratri conseruare.

Si testator iubet hæredem dotem filiæ stipulari, intelligitur ea moriente in matrimonio, non ea superuiuente. Item sermo simpliciter prolatus intelligitur pro prima vice. Bartolus.

¶ Pater certam pecuniam exhęredatæ filiæ verbis fideicommissi reliquit, eámque nupturæ dotis nomine dari voluit. Filio dotem stipulante [m], cùm filius minorem dotẽ dedisset [n], superfluum esse filiæ reddendum constabat. Diuortio quoque secuto, fideicommissum filiam rectè petituram, vt actio stipulationis sibi præstaretur: quoniã verisimile nõ erat, patrẽ interponi stipulationẽ voluisse [o], quo filia post primas nuptias indotata cõstitueretur. Cæterùm si postea nuberet, ad secundas nuptias cautionẽ extendi non oportere. [p]

Euictis prædiis.] CASVS. Titius instituit sibi tres suos filios, & vni prædium prælegauit: quod prædium suum credebat esse dictus Titius: & aliis nihil prælegauit. habuit prędium à cohæredibus ille cui prælegatum est, & est ei euictum. nunquid aget de euictione contra fratres? Certe non. iam enim crescet inuidia inter eos. si autem & aliis fratribus prælegauit, & isti euictum est dictum prædium: si alij petant ab eo partes rerum eis prælegatarum, non restituet eis nisi & ipsi patris iudicium ei conseruent satisfaciẽdo ei de prædio quod sibi euictum est. Viuianus.

Pater certam.] CASVS. Titius instituit sibi hæredem filium suum, & filiam exhæredauit, & eidem filiæ centum per fideicom. reliquit: & iussit dicto filio vt daret in dotem prædicta centũ marito filiæ, & sibi filio stipularetur. filius autem non dedit marito filiæ nisi quinquaginta. Certe alia quinquaginta debet dare filię. nã centum continebantur in fideicom. filiæ, vt dictum est. Quid autem si diuortium fiat inter dictam filiam & maritum suum? Certe petet filia actione ex testamento à fratre suo fideicommissum. i. tanquam quoddam fideicõmissum petet filia à fratre, quòd actio ex stipulatione fratris proueniens contra maritum, sibi filiæ cedatur per fratrem contra maritum. & reddit in litera ratione planã quare hoc debet fieri ibi, quoniã verisimile &c. Quid si facto dicto diuortio filia nubat secundo, & filius testatoris velit stipulari dotem à secundo marito, quia testator voluit quòd stipularetur à primo, vt dictum est? Certe non potest. Viuianus.

A filia pater.] CASVS. Titius instituit sibi hæredem filiam suam Seiam, & rogauit eam vt duo prædia restitueret post mor-

a *Dandam esse.* hæredibus institutis: scilicet condictione sine causa, quæ consueuit dari pro reuocandis huiusmodi donationibus infirmatis, insolidum: vel si sint confirmatæ, quoad Falci. vt hic, & supra, de donatio. causa mortis. l. senatus. §. j. &. C. ad leg. Falci. l. si mortis. & redditur hic bona ratio. Sed an si quis soluit, possit repetere? Respõ. non videtur quòd possit quia sciẽs soluit indebitum: nisi ponas q̃ errore iuris soluerit id indebitum. Et sic not. quòd stultitia soluentis lucratur donatarius: vt infra, ad legem Falci. l. iij. in princip.

b *Reuocaretur.* per hæredes domini. Et nota mirabile quòd ignorãtia alterius, scilicet Męuij, facit non finiri donationẽ à creditore in Titium collatam. & sic est cõtra supra, de iur. & fac. ignoran. l. iniquissimum. Vel dic q̃ Mæuius promisit centum mortuo Titio iussu creditoris: & eidem iussit soluere. si ergo ignorabat Mæuius cũ ille percepit debitum, repeti non potest, secundum Azo. Item nota quòd hic finis corrigitur per. C. de dona. l. si quis argentum. §. fina. quasi in nihilum hodie reuocetur, secundum Rog. & quod hic scripsit, respicit antiqua tẽpora &c. quod Hug. non placet, quia dixit mandatum finiri morte: & per consequentiam videtur reuocata donatio: nisi quando soluit Mæuius. & facit ſ. de iudici. l. de qua re. §. fina. &. j. de solu. l. fi. &. C. de actio. & obliga. l. si quidem. &. j. de dona. l. hoc iure. §. si quis.

Cum pater.] CASVS. Titia instituit sibi hæredem Seium maritum suum, & rogauit eum per fideicommiss. vt filiæ eorum communi quædam prædia præstaret. prædictus Seius instituit prædictam filiam cum quibusdam aliis ea conditione vt partem in qua eam instituerat, compensaret cum fideicommisso prædiorũ quod ei filiæ debebat ex testamento dictæ Titiæ suæ vxoris. & iussit prædictus Seius pater dictæ filiæ & suis cohæredibus vt dicta prædia darent Gaio filio dicti Seij, quem exhæredauit. filia autem prædicta noluit accipere partem hæreditatis patris in qua eam instituit, vt dictum est: & sic illa pars deuenit ad cohæredes filiæ. nunquid ipsi cohæredes tenentur dare dicto filio exhæredato dicta prædia? Certe sic, quamuis non ipsi sed filia habet prędia. Sed quid si dictus pater instituit filiam pro parte, & substituit Sempronium filiæ in dicta parte hæreditatis, & filia noluit hæres esse, & sic habet partem filiæ substitutus eius? Certe debet tantum de fideicõmisso præstare dicto filio exhæredato, inquantum filia teneretur si non repudiasset hæreditatem. Viuianus.

c *Cum pater.* ab vxore institutus, & rogatus vt quædam prædia filiæ daret per fideicommissum.

d *Eandem.* scilicet filiam.

e *Compensaret.* quod potuit: vt ſ. tit. j. l. cum ab vno. sed hoc non dicto fideicommissum deduceret, & hæreditatem haberet: vt. C. ad leg. Falci. l. in imponenda.

f *Accepit.* destinatione.

g *Redierat.* vel iure accrescendi, & sic cũ onere: vt. C. de cadu. toll. j. §. his ita. vel quia erant substituti, vt statim subiicit.

h *Eum.* substitutum: vt. j. ea. l. §. ab instituto. &. ſ. ea. l. si Titio. §. j. &. C. ad Treb. l. non iustam. &. ſ. tit. j. l. si duobus. §. j. &. ſ. ti. ij. l. quidam. Item not. secundum Hu. quòd hoc videtur hodie correctum: vt. C. communia de leg. auth. res quæ.

ſi. Infert.

i *Euictis.* refert an vni tantum filiorum rem certam prælegauit: quo casu non agitur nomine euictionis. an omnibus: quo casu agitur. Sed oppo. immo videtur posse agi, cum sit coniuncta persona: vt C. eo. l. cum aliæ. Solu. hic speciale, ne crescat inuidia inter fratres: vt C. de bo. quę lib. l. cum oportet. §. j. Vel vt ibi. Item ad idem contra C. de inoffic. testamen. l. scimus. §. j. Solu. ibi. Item contra ad idem. ſ. titu. j. l. non quocunq; §. j. Solu. ibi. Item contra infra, tit. j. l. qui concubinam. §. si hæres. Solu. hic in genere, ibi in specie fuit legatum. Itẽ facit. C. de euictio. l. ij. & supra, de donat. l. Aristo. & infra, de vsufruct. leg. l. si à Sticho. §. fina.

k *Fecit.* scilicet pater.

l *Eum.* cui prælegata sunt euicta, & sic ope exceptionis. sed & potest dici quòd habeat actionem quasi fuerit diuisio inter eos facta ab eis: vt. C. communia vtriusque iudi. l. si fratres. Vel refert diuidat testator, vt hic: an partes, vel iudex, vt ibi: quod est verius. & facit. ſ. tit. j. l. si domus. §. j. & quod ibi notatur.

m *Stipulante.* hoc totum voluit pater, scilicet filium etiam stipulari dotem.

n *Dedisset.* per quod videbatur satisfactum voluntati patris.

o *Voluisse.* subaudi, propterea: quo, pro vt &c. sed & si voluisset, non valeret, tum fauore dotis: vt supra, de pac. do. l. ij. tum quia Falcidiam iure naturæ debet habere: vt. C. de inoffic. testa. l. quoniam. in princip.

p *Non oportere.* sic. j. de verbo. signifi. l. boues. §. hoc sermone. & ſ. de iure dot. l. dotis. & facit in eo. tit. l. stipulatio quæ. &. C. de rei vxo. actio. authen. sed & quamuis. Accursius.

BIU Cujas

tem suam filiæ, vni ex liberis suis filiæ, cui ipsa filia vellet. ipsa autem donauit inter viuos vni ex filiis suis. Certe videbatur sapientibus non tenere dictam donationé inter viuos incómutabiliter: & hoc ideo, quia fideicómissum datum erat filiis post mortẽ filię, vt dictũ est, qui dicitur dies incertus, & nõ venerat adhuc tépore quo ipsa donauit inter viuos: vnde poterit mater mutare voluntatem donec viuet. secus autẽ si certæ personæ ex filiis suis rogata fuit restituere post mortẽ suá filiæ: quia tunc bene valet dicta donatio inter viuos: quia illa certa psona habitura esset fideicommiss. etiam non interueniente matris electione. Viuianus.

Cui committitur electio personæ cum moreretur: non potest ante tempus cum effectu eligere. Bartolus.

¶ A filia pater petierat, vt cui vellet ex liberis suis [a], p̃dia, cũ moreretur, restitueret. vni ex liberis prędia fideicommissi viua donauit. Non esse electionem [b] propter incertum diem fideicómissi certæ donationis videbatur. Nam in eũ [c] destinatio dirigi potest, qui fideicómissum inter cæteros habitur[o] est, remota matris [d] electione.

Manumissi ex causa fideicommissi continentur appellatione libertorum testatoris. Bartolus.

¶ *Fidei hæredum meorum committo ne fundum Tusculanum alienent, & ne de familia nominis mei exeat.* Secundum voluntatem [e] eos quoque inuitatos [f] intelligendum est quibus hæredes [g] extranei fideicommissam libertatem reddiderunt.

Fideicommissum factum in testamento, censetur repetitum in codicillis de bonis in illis relictis.

¶ *Fidei tuæ committo vxor, vt des vt restituas filiæ meæ cum morieris, quidquid ad te quoquo nomine de bonis meis peruenerit.* Etiam ea quæ postea codicillis [l] vxori dedit, fideicommisso continebuntur [h]: (nam ordo [i] scripturę non impedit causam iuris ac voluntatis) sed dos prælegata retinebitur [k]: quoniam reddi [l] potius videtur quam dari. [m]

Filius naturalis in seruitute conceptus excludit substitutum. Bartolus.

¶ *Volo prædia dari libertis meis. quòd si quis eorum sine liberis vita decesserit, partem* eius ad reliquos pertinere volo.* Collibertum patris eundémque filium ex voluntate substitutionem excludere placuit. [n]

Frustra legatur debitum creditori à debitore. Item dilatio in tempus non perfectæ ætatis creditoris fauore præsumitur. Bartolus.

¶ Curatoris sui frustra fidei cõmisisse videbatur vt hæredi fratri negotiorum gestorum ratione [o] redderet. Quamquam igitur [p] testamento cautum esset, vt cum ad statum [q] suũ frater peruenisset, ei demũ solue-

---

a *Suis.* scilicet filiæ. Accursius.

b *Non esse electionem.* accipe, videbat, quod est. j. Sed contra. ſ. eo. l. vnum. in prin. vbi est electio nisi reuocet. Solu. dic non esse electionem, scilicet incommutabiliter factã: quia adhuc potest mutare, & alium eligere: vt. ſ. ea. l. §. hæreditatem. sed propter commodũ medij temporis valet, vt ibi. Alij vt R. dicunt nullo modo eligi propter incognoscibilem personam fideicommissarij. & secundum hoc etiam commodum medij temporis reperitur: vt supra, de condic. inde. l. sufficit. Item contra. C. de fideicommiss. l. post mortem. vbi etiam ante restituit. Solu. aliud esset si certæ personæ post mortẽ suam quis hæreditatem restituere fuerat iussus. tunc enim quandocunq; vellet restituere, voluntas defuncti non aduersatur. at hic secus propter incognoscibilem fideicommissarij personam: vt. j. tit. j. l. vxorem. §. Scæuola. Vel solue vt ibi.

c *Nam in eum.* bene dico electionẽ non tenere, quia adhuc potest eligere vnum alium de filiis: quia nulla facta electione admittebatur ad fideicommissum vna cum aliis filiis. demum ergo morte insecuta firma est electio vltima.

d *Matris.* eiusdemque filiæ. & facit. j. de manu. testa. l. libertas. in prin. & l. qui duos. §. fi. & ſ. tit. j. l. filiusfami. §. diui.

Fidei hæredum.] CASVS. Titius instituit sibi duos filios hæredes, & ita dixit postea: Rogo dictos meos hæredes ne alienẽt fundum meum qui vocatur Tusculanus, & ne exire permittant de mea familia, id est, ne alienent fundum meum in aliquem qui non fuit de mea familia. Certe si hæredes alienent dictum fundum in extraneos, illi de familia possunt admitti ad reuocandum fideicommiss. & certe non solum illi qui sunt proximiores in familia, admittuntur ad reuocandum, sed etiam eis deficiẽtibus admittuntur illi liberti quibus etiam extranei hæredes dederunt fideicommissariam libertatem, id est, à Titio defuncto per fideicómissum relictam. Viuianus.

e *Secundum voluntatem.* istius testatoris.

f *Inuitatos.* ad reuocandum si alienent.

g *Hæredes.* istius testatoris iudicio, non hæredis. nec enim sunt liberti hæredis, sed defuncti: vt. j. tit. j. l. pater. §. j. & j. de alimẽ. le. l. ij. quæ sunt contra. & facit. C. de verb. sign. l. fi. & ſ. tit. j. l. filiusfamiliàs. §. diui. ADDITIO. Dic quòd ibi fuerunt manumissi iudicio hæredis, hic iudicio testatoris. secundum Barto. hic.

Fidei tuæ.] CASVS. Titius sibi instituit hæredem Seiam vxorem suam cum quibusdam aliis, & dotem quam habuerat ab ea, ei prælegauit: & postea ita dixit: Rogo te Seia per fideicom. vt quicquid ad te peruenerit aliquo nomine de bonis meis, restituas filiæ meæ cum tu morieris. postea idem Titius fecit codicillos, & in eis quædam alia eidem vxori legauit. mortua est dicta vxor. petit filia testatoris ab hæredibus vxoris non solum ea quæ legata sunt vxori in testamento, sed etiã ea quæ in codicillis. quæritur, vtrum possit. Et respon. quòd sic præter dotem vxori prælegatã & ad vtrumque reddit plenam rationem. Viuianus.

h *Continebuntur.* quid miri, cum verbum, peruenerint, sit futuri téporis? sed forte hic in præterito posuit. sic & aliàs. ſ. tit. j. l. talis scriptura. §. fi. & l. seq. Azo. Item contra. j. titu. j. l. vxori. §. vxori. Solu. ibi in donatione inter viuos, quæ statim cum fit, cedit: hic autẽ tam relicta codicillis quàm testamento, eodem tempore cedunt, scilicet post mortẽ: vt supra, titu. ij. l. ab inte. §. fato. in fine.

i *Ordo scripturæ.* sic. j. de sol. l. nec enim. Sed arg. contra. j. e. §. pen.

k *Retinebitur.* ab ipsa vxore: quia vxor retinebit in dotem.

l *Reddi.* isti priori. Accursius.

m *Quam dari.* sic. j. depo. l. j. §. eleganter. & facit ad. §. j. de auro & argen. leg. l. vxori. §. j. & j. de dote prælegat. l. iij. in princip. & §. fini. & j. ad Treb. l. cum hæres. & l. Lucius. §. marius. & j. ad l. Falci. l. fed vsumfr. §. dos. & C. ad leg. Falci. l. in imponẽda. & l. irritum.

Volo.] CASVS. Titius instituit sibi hæredibus ita dixit: Talia prædia volo dari talibus libertis meis: & si quis eorum libertorũ decesserit sine liberis, parte eius volo ad reliquos libertos pertinere: quasi dicat, si aliquis eorũ libertorũ decesserit, & reliquerit liberos suos, liberi eius habeant. & sic colliberti hæredes dederunt prædia dictis libertis. vnus eorũ libertorum qui conceperat filium in seruitute, & cum eo postea manumissus fuerat, & sic habebat filium naturalem, & non legitimum, decessit eo relicto. nunquid ille filius naturalis habebit partem prædiorum quam habebat pater suus, ita quòd alij colliberti ab ea excludantur? Et dicitur quòd sic. Viuianus.

n *Placuit.* est filius, & de libertis: quia hic filius simul cum patre fuerat manumissus. q. pater decedit nõ relicto alio filio. hic ergo naturalis pro legitimo succedit hodie: vt instit. de gradi. §. illud. Azo. & est sic. j. eod. l. Lucius. §. fin. & j. ad Trebel. l. ex facto. §. si quis rogatus. Sed contra. C. de insti. & substit. l. generaliter. §. & dic vt ibi. Item facit. j. de alimen. lega. l. ij. Accursius.

Curatoris sui.] CASVS. Titius adultus curatorem habens fecit testamentum, & instituit sibi hæredem fratrẽ suum qui erat adultus similiter, & curatorem habens: & rogauit hic Titius curatorem suum proprium vt dicto suo fratri redderet rationem eorum quæ administrauit: quod quidem necesse habebat dictus curator facere: & ita postea subiunxit dictus Titius: Tu curator meus tunc demum soluas dicto meo fratri illud quod apparebit te debere ex administratione curæ meæ, cum ipse frater meus erit maior vigintiquinque annis. quæritur, an frater hæres possit agere contra cura. fratris mortui antequam habeat vigintiquinq; annos? Et certe dicitur quòd sic. & reddit rationem, cum illis verbis &c. Viuianus.

o *Rationem.* & quia non est oneratus in aliquo: vt. C. de fideicó. l. ab eo. & quia sine hoc tenebatur curator. & ita nec recte grauari, nec onerari valet.

p *Quamquam igitur.* infert fideicómissum nullum: ergo dilatio data ad idem soluendum nulla est. sic & aliàs. j. de verb. obli. l. eũ qui ita. §. te & Titium. est & alia, quia fauore fratris erat data dilatio: vt. ſ. eo. l. si ita. §. Pegasus. Azo. & j. de an. leg. l. eũ. & secundum hoc non ob. C. quando di. leg. ced. l. ex his.

q *Ad statum.* id est, maiorem ætatem. quod dic vt infra, tit. proxi. l. cum filiofamiliàs.

Ab instituto extraneo.] CASVS. Institui mihi hæredem quẽdam qui erat mihi extraneus. & reliqui per fideicommissum quẽ-

dam

BIU Cujas

dam prædia libertis meis quibusdã cũ moreretur dictus hæres: & petij ab eodẽ hærede ne alienaret prædicta prædia extra familiã meam. & postea dedi substitutũ dicto hæredi. hæres institutus repudiauit hæreditatem, & ita habet eã substitutus. nunquid substitutus tenetur libertis prædictis dare dicta prædia, sicut hæres tenebatur, & sub eadem conditione. s. cum moreretur substitutus? Nã sub illa erant relicta ab instituto, vt dictũ est. Et certe respõdetur q̃ sic. Viuianus.

a *Substitutum.* scilicet vulgariter.

b *Debere.* facit. ff. ea. l. §. cũ pater. & ff. eo. l. si Titio. §. Iulianus.

c *Instituti. i.* substituti. nam omnis substitutus est institutus vt. j. ad. l. Falci. l. in ratione. & l. j. §. si filio. H. Vel dic proprie. arg. C. quando dies lega. ced. l. ex his. sed quicquid dicat, est contra. ff. de hære. instit. l. sub conditione. Solu. siue repetũ legatũ, siue substituã, & nihil dicam de conditione: pure videor repetere & substituere: vt ff. ti. j. l. licet. & l. l. si quis à filio. & l. si cui. §. j. quę sunt contra similiter. sed hic non repetit testator: sed lex repetiit sub eadẽ conditione, arg. C. de cadu. tol. §. si vero nõ omnis. in fi. Itẽ facit. j. de adimen. leg. l. legatum sub conditione. & ff. titu. j. l. seruo alieno. §. penul. Accursius.

Relicta ab instituto videntur repetita à substituto per legem sub eadem conditione. Bartolus.

¶ Ab instituto extraneo prędia libertis, cùm moreretur, verbis fidecommissi reliquerat: & petierat ne ex nomine familiæ alienarentur. Subst itutum [a] ea prædia debere [b] ex defuncti voluntate respondi. Sed vtrũ confestim, an sub eadem conditione, voluntatis esse quęstionem. sed coniectura ex volũtate testatoris capienda, mors instituti [c] expectanda est.

Legatum vniuersitatis iure valet etiam si incommodum contineat. Bartolus.

¶ Mensæ [d] negotiũ ex causa fideicõmissi cum indẽnitate hæredũ per cautionẽ susceptum, emptioni simile videtur: & ideo nõ erit quęrendũ, an plus in ære alieno sit, q̃ in quæstu. [e]

Mensæ negotium.] CASVS. Titius conduxit à fisco vel ab alio negotium, id est, commodum & incommodum mensæ nummulariæ vel argentariæ. postea decedens instituit sibi hæredes, & per fideicõmissum reliquit Sẽpronio dictam negotiationem. Sempronius fideicommiss. suscepit ab hæredibus dictã negotiationem, & cauit eis se conseruaturum eos indemnes ab omni eo quod mensæ creditoribus debeatur. Certe ista talis susceptio videtur similis emptioni, in qua licitum est contrahentibus se decipere. & ideo etiam si plus sit in ære alieno, tamen ex cautione tenebitur fideicommissarius ad præstandum indemnitatem hæredibus. & sic inuenitur fideicommissarius deceptus in cautione quam fecit hæredibus: sicut & in emptione dixi. Viuianus.

d *Mensæ.* inde mensularius qui præest mensæ, in qua sunt debita & credita. & ponit mensam pro vniuersitate debitorum & creditorum in eadem statione: vt infra, de priuil. cre. l. si venti. §. in bonis. & supra, de pigno. l. cum tabernam. Reliquit ergo hic testator mensam per fideicommissum. hæredes autem timentes ne creditores mensæ conuenirent eos, petierunt & habuerunt cautionem indemnitatis à fideicommissario. tenet quidem cautio, licet fideicommiss. decipiatur: quia plus est in ære alieno quàm in quæstu: quia hoc videtur simile venditioni: in qua si alter decipitur [a] re ipsa, nihilominus statur venditioni: vt supra, de minorib. l. in causæ. §. penulti. & facit supra, titu. j. l. imperator. §. si centum. Sed an hic fideicommissarius teneatur creditoribus? dic vt not. supra, eo. l. si quis seruis. §. fina. Item proprietas loci vbi sita est mensa, non curo cuius sit, legantis, vel ab alio conducta: quia ipsa non fuit legata.

e *Quæstu.* ff. pro socio. l. coiri. & l. quæstus. & ff. quan. act. de peculio. est an. l. j. §. penul. ibi, Pegasus autem. & c.

Pater filiæ.] CASVS. Maritaui filiam meam Titio, & ei filiæ nubenti donaui quædam mancipia simpliciter: & sic donatio non valuit. postea feci testamentum, & institutis mihi hæredibus dicta mancipia per fideicommiss. reliqui eidem filiæ, & ita expresse confirmaui donationem prædictam, trahitur ergo retro tantum donatio: vt etiam si mancipia sint mortua ante dictum testamentum, nihilominus partus pertineat ad filiam ex causa fideicommissi. & idem est in donatione quam

ff. Infort.

A fecit maritus vxori matrimonio constante, & postea confirmat. Viuianus.

f *Mancipia.* vel æstimata vel inæstimata: & ita debetur vtroque casu filiæ æstimatio: quia rem alienam filiæ potuit legare, debeatur filiæ à marito an non: quia non concurrunt duæ causæ lucratiuæ. maritus enim non donauit vxori: vt infra, de act. & oblig. l. si is qui. &. j. de libe. leg. l. ij. §. fina. secus si pater primo legasset, & postea in dotẽ dedisset. Azo. quod dic vt. C. eod. l. filia. & supra, tit. j. l. huiusmodi. §. cum pater.

Si pater legat filiæ res quas dedit in dotem filiæ, debetur æstimatio ipsarum, & earum quæ ex eis natæ sunt, si sunt dotales. Idem si res donatæ legentur vxori. Bartolus.

¶ Pater filiæ mancipia [f] quæ nubenti dedit, verbis fideicõmissi præstari voluit. Partus susceptos, (etsi matres ante testamẽtum mortuæ fuissent) ex causa fideicommissi præstandos [g] respondi: nec aliud [h] in vxore cõfirmatis donationibus [i] pridem obseruatum est.

Per simplicem diuisionem non tollitur ius fideicommissi: & ideo non tenetur quis de periculo rerũ vltra quàm teneretur primo. Bartolus.

¶ Hæreditatem [k] post mortem suam rogati restituere, nominũ periculo quæ per diuisionem obtigerũt, inter cohæredes interpositis delegationibus, non adstringuntur: nõ magis quàm prædiorum [l], cum [m] permutatio rerum discernens communionem [n] interueniet.

Qui legat hæreditatem sibi quæsitam, non videtur legare fructus quos ipse consumpsit. Bartolus.

Præstandos. contra infra, titu. j. l. vxorem. §. sorori. Solu. hoc ideo contingit, q̃ hi partus dotales sunt: ideoque si appellatione datorum in dotem contineantur, non est mirum: vt. C. de rei vxor. act. l. j. §. itaque. & supra, de iure dot. l. cum post. §. fina. Ro. & eodem modo non obstat supra, de vsu. l. Paulus respondit mora. in principio. §. j. nam ibi non processerant à legante matres: vt hic fuit. licet ergo non sint in dotem dati, sed potius nati, quasi per medium in dotem dati & ipsi videntur occasione matrum, siue inæstimati, secundum Ro. siue etiam æstimati, secundum Azo.

h *Nec aliud.* immo idem multo magis: quia trahitur retro: vt. C. de dona. inter virum & vxo. l. antepenul.

i *Donationibus.* à viro viuente collatis. Rog. & dic tacite vel expresse. Azo.

Hæreditatem.] CASVS. Institui mihi sex hæredes: & rogaui tres eorum vt partes eorum de dicta hæreditate mea restituerent Titio post mortem suam hæredum. dicti hæredes diuiserunt inter se nomina hæreditaria, ita quòd cuilibet ex hæredibus adsignati fuerunt certi debitores, & delegationes inter eos factæ fuerunt. illi autem debitores qui fuerant delegati illis tribus hæredibus qui fuerunt rogati de restituendis partibus eorum Titio, fuerunt facti nõ soluendo viuẽtibus tribus dictis hęredibus. mortuis tribus hæredibus prędictis vult Titi⁹ cui ipsi debebãt restituere, vt dictum est, partes eorum: nunquid erit hæredum mortuorum periculum nominum prædictorum? Certe non, sicut nec periculum prædiorum debet ad eos pertinere quando ipsi hęredes diuiserunt communionem prædiorum permutando res & prædia hęreditaria inter se, id est, quia vnus cohæres dat alteri partem quã habet in vno prædio, vt in alio prædio recipiat ab eo partem quam non habet. Viuianus.

k *Hæreditatem.* duo instituti, & de restituendo post mortem rogati nõ tenentur de periculo nominum vel corporalium rerum: licet diuiserunt hæc inter se. & hoc nisi lata culpa intercedat: vt j. ad Trebel. l. mulier. §. si enim. & l. deducta. §. cum autem. & ff. ti. j. l. si seruus legatus. §. cum quid.

l *Prædiorum.* periculo. Azo.

m *Cum.* id est, quando.

n *Communionem.* per diuisiõnem. Azo.

Filia mea.] CASVS. Institui mihi hæredem filiam meam cũ quibusdam aliis, & ita dixi: Volo quòd filia mea habeat ante partem domum meam Titianam quæ fuit matris suæ. Certe de domo non est dubium quin debeat habere filia. Sed nunquid debet habere fructus quos percepit pater ex dicta domo post factum testamentum & ante mortem sui patris? Et certe sic si pater cum eos colligebat, ponebat separatim & per se, nec eos consumebat vel in patrimonium suum vertebat. alias autem non videntur filiæ relicti. Viuianus.

BIU Cujas

¶ *Filia*[a] *mea præcipiat, sibique habeat volo rem*[b] *matris suæ*. Fructus quos medio[c] tempore pater percepit,* nec in separato[d] habuit, sed absumpsit, vel in suum patrimonium cõuertit:[e] non videntur filiæ relicti.

Dictum restringitur per rationẽ. Barto.

¶ *Dulcissimis*[f] *fratribus meis, auũculis autem tuis, quæcumque*[g] *mihi supersunt in Pãphilia, Lycia, vel vbicumque, de maternis bonis, concedi volo, ne quam*[h] *cum his cõtrouersiam habeas*. Omnia corpora maternę hęreditatis quæ in eadem[i] causa dominij manserũt, ad voluntatem fideicommissi pertinent. Ex iisdem igitur facultatibus percepta pecunia[k], & in corp' proprij[l] patrimonij versa[m], itẽ iure diuisionis res propriæ factæ, non pręstabuntur: cũ discordiis[n] propinquorum sedãdis prospexerit, quas materia cõmunionis † solet excitare.[o]

Traditio clauium & assignatio rerum in dubio præsumitur causa custodiæ si titulus habilis non præcedit ad dominii translationem. Bartolus.

¶ Pater pluribus filiis hæredibus institutis, moriens claues & anulum custodiæ causa[p] maiori natu filiæ tradidit: & libertũ eidem filiæ, qui[q] præsens erat, res quas sub cura sua habuit, adsignare iussit. Commune filiorum negotium gestum intelligebatur[r], nec ob eam rem apud arbitrum[s] diuisionis præcipuam causam filiæ fore.[t]

Oratio imperfecta perficitur ex præcedenti & sequẽti, si cõgruè fieri potest. Bar.

¶ Cùm imperfecta[u] scriptura inuenitur, ita demum verbum legati vel fideicommissi quod præcedit vel sequitur, ad communionem adsumitur, si dicto scriptum[x] congruat.

Iuramentũ testatoris vel hæredis habet vim repetitionis ab intestato. Bartolus.

¶ Filius matrem hæredem scripserat, & fideicommissa tabulis data cum iurisiurandi[y] religione præstari rogauerat. Cũ testamentũ nullo iure[z] factũ esset, nihilominus matrem legitimã hæredem cogendam præstare fideicommissa respondi. nam obnixæ[a] volũtatis preces ad omnem successionis[b] speciem porrectæ videbantur.

Verba quæ proferuntur modo consilii, non important necessitatem. Bartolus.

a *Filia.* pater loquitur.
b *Rem.* quæ olim in totum, hodie quoad vsumfructum patri quæritur.
c *Medio.* ante mortem, & post testamentum.
d *Nec in separato.* tunc enim esset contra. j. tit. j. l. xj. §. si rem. & infra, de adimen. leg. l. penul. §. fi. Item contra infra, de pecu. leg. l. fin. Solu. ibi.
e *Conuertit.* supra, eo. *Fl. ycipiet* l. Lucius.

Dulcissimis fratribus.] CASVS. Titia habés duos fratres, & vnum filium: instituit sibi hæredem filium: & ita locuta est filio in testamẽto: Volo concedi per te filium omnia quæcunque mihi supersunt in Pãphilia, Lycia, vel vbicunque de aliis meis bonis, fratribus meis, q̃ sunt tui auunculi: & hæc omnia ideo relinquo eis, quia nolo q̃ cũ eis habeas aliquã cõtrouersiam. Certe hæc ratio posita in fine verborũ testatricis facit vt mulier videatur reliquisse fratribus omnia quę sunt ei communia cũ fratribus: cũ per illã rationem videatur ipsa prospexisse vt sedaret † discordiam filij & fratrũ: quas discordias sota præclare let excitare cõmunio. *Aristot. lib. 2. Polit. c. 3.* non autem videtur eis fratribus suis reliquisse alia quæ non remanserunt ei mulieri communia cum fratribus: de quibus exemplum ponit ibi, ex eisdem igitur &c. Viuianus.

f *Dulcissimis.* mater est quæ filio loquitur, fratribus relinquens bona quæ communia cum eis habebat ex successione matris eorum communis.
g *Quæcunque.* hoc facit pro auunculis.
h *Ne quam.* hoc obiiciebat auunculus. Et sic not. quòd hoc restringit primo generalia verba. nam cum. ſ. dixerit generaliter de omnibus bonis communibus, & non communibus cum fratribus matris, restringitur ad communia: & hoc ne quã cum his &c. sic infra, de acquiren. pos. l. si is qui.
i *In eadem causa. i.* sicut per maternam successionem pro indiuiso ad hunc testatorem peruenerunt, & sic communia cum fratribus. & facit. j. tit. j. l. prædiis. in princi.
k *Pecunia.* ab ista matre.
l *Proprii. non communis.*
m *Versa.* maxime. nam idem dicam & si habuit eam separatam, vt statim subiicit de rebus diuisis: & tunc ratio sequẽs idem probat. Sed arg. contra. ſ. eo. l. idem seruandum.
n *Discordiis.* Nota inspici causam legandi. sic. j. de condit. & demonst. l. illis libertis.
o *Excitare.* sic. C. quando & qui. quar. pars. l. ij. & supra, de ser. vrb. prædi. l. in re communi. &. C. de donatio. l. sancimus. §. sin autem. Item ad hoc infra, eo. l. Lucius. in prin. &. l. Gaius. & supra, eo. l. j. §. curatoris.

Pater pluribus.] CASVS. Titius habés duos filios, & vnam filiam, instituit eos sibi hæredes, & filiæ tradidit claues & anulum causa custodiæ, & Pãphilũ libertũ suũ qui erat sibi præsens: & res quas sub cura habuit dictus libertus, iussit eidem filiæ assignari. Certe nõ poterit filia ꝓpter hoc dictas res habere præcipuas. Vi.
p *Custodiæ causa.* quod semper præsumitur.
q *Qui.* libertus. Accursius.
r *Intelligebatur.* aliàs, intelligitur.
s *Arbitrum. i.* iudicẽ familiæ erciscũdæ, ordinariũ vel delegatũ.
t *Fore.* refert ergo quid dator clauium agat. Ro.

Cum imperfecta.] CASVS. Titius inter alia verba quę dixit in testamento suo, ita dixit: Sempronio. x. in superioribus autẽ direrat, vel dixit in sequentibus, Titio fundum lego. vel dixerat, Titio fundum talem per fideicõ. relinquo. Certe verbũ, lego vel relinquo, licet non sit ibi appositũ in verbis semiplenis vel imperfectis quæ dicta sũt de Sępronio: tamen quia in præcedentibus vel in sequentibus appositum est verbum, lego vel relinquo, iungitur etiam cũ illis semiplenis verbis: qa cõgruit eis, & iunctum cũ illis perfectam reddit orationem, & est bona Latinitas. secus autẽ esset si verbũ non congruret: vtputa dixit testator, Sempronius. x. Titio fundũ lego vel relinquo. quia verbũ, lego vel relinquo, nõ cõuenit verbis prædictis semiplenis: nec eis potest coniungi salua ratione recti sermonis: & ideo non coniungitur. Viuianus.

u *Cũ imperfecta.* duobus modis dicitur imperfecta. Primo. i. semiplena: puta dixit, Sempronio decẽ. superioti autẽ parte vel inferiori dixit, Titio nominato fundum lego, & sic verbum, lego, est cõmune. sic. ſ. de eden. l. si quis ex. §. si initium. secus si non congruit, puta, Titio. x. lego, Sempronio Romæ. Secundo imperfecta, quia non proprie significat quid testator sensit. quia dixit, Trifero in illum decẽ, vel muto. nam quia aliquo modo adaptari potest significatio positorum iis quæ debuerunt poni, tenet. secus si esset omnino extranea: vt. j. titu. j. l. librorum. §. quod tamen Cassius. &. ſ. tit. j. l. iiij. & facit. ſ. tit. j. l. si in testamento.
x *Scriptum.* id est, id quod non fuit scriptũ, si fuisset scriptum, ita ne conueniret cum dictis secundum primum. vel scriptum scilicet improprie congruit dicto, id est, ei quod dicere voluit secundum alium.

Filius matrem.] CASVS. Instituit hæredem matrẽ meam: & ab ea fideicõmissa reliqui: & feci eam iurare quòd ea præstaret, apparuit postea testamentũ meũ nullum ipso iure, & ita mater hereditatem meã habuit ab intestato. nũquid cogetur præstare dicta fideicõmissa? Et dicitur quòd sic. & rationẽ reddit in litera. Viuia.
y *Iurisiurandi.* à se testatore præstiti. Arg. j. ti. j. l. cum quis de. §. codicillis. & in auth. de iureiur. à morié. præ. §. j. coll. v. vel ab hærede præstandi. voluit enim matrem iurare de his præstandis: vt C. communia de lega. l. ij. in princip. & fortè ideo sic fortiter rogabat, quia testamento suo solennitatem deesse credebat.
z *Nullo iure.* quoad fideicommissi solennitatem.
a *Obnixæ.* aliàs, enixæ. id est, porrectæ, & sic adiectiuum substiti, preces: vel substantiui, voluntatis. aliàs obnixæ, id est, vinculo iuramenti firmatæ, & cætera.
b *Successionis.* etiam ab intestato. & sic est contra. C. de fideicõmiss. l. si veritas. &. l. ex testamẽto. &. l. eam. Solu. hic speciale propter dictum iuramentum.

Mando filiæ.] CASVS. Instituit mihi hæredes duas meas filias, scilicet Titiam & Seiam: & postea dixi in eodem testamento, Mando filiæ meæ Titiæ, solicitus pro ipsius salute, vt donec habeat filios, non faciat testamentum: & ita poterit viuere sine periculo. nunquid propter dicta verba rogasse videor Titiam filiam meam vt partem suam hæreditatis restituat sorori suę Seiæ? Et certè non: quia verba prædicta fuerunt consilium, & non præceptum. & hoc dicunt illa verba, quòd, id est, quia non prohibuit eam testari de pecunia sua, id est, de eo quod sibi reliquit

pater,

BIU Cujas

pter, sed obtentu consilij voluit derogare iuri communi, quod concedit vnicuique testandi facultatem: & hoc dico prohibendo fieri testamentum. Viuianus.

a *Ipsius.* scilicet filiæ.

b *Apparuit.* licet antequã liberos habeat testetur. Azo. Sed contra infra, eod.l.penult. Solu. ibi. Item contra infra, ad Trebell. l.qui filium. Sol. ibi alia euidenter voluntas testatoris apparet.

c *Tyssari.* scilicet prohibuit. sequens enĩ verbum prohibẽdo hic cõcipitur. Azo.

d *Consilii.* Nota vtuba præceptiua esse cõsilium: vt hic, & .ŝ. ead. l.ŝ.curatoris. & econtra suasoria inducunt necessitatem: vt dicimus supra, eod.l.peto. ad præpõ. & l.vnum. §.fi.

e *Iuri.* scilicet cõmuni ad tempus cõsulendo ne faciat testamentum: & quia est filiæ fauor, potest ei renuntiare: vt C. de pact. l.pen. & hic dicitur.

Rogo filia.]CASVS. Titius instituit sibi filiam suam hæredem: & ita dixit ei in codẽ testamento: O filia rogo te vt bona tua scilicet quæ tibi relinquo, quandocumque decesseris distribuas inter liberos tuos, sicut vnusquisque eorum meruit cõmunicare. Certè videtur relictum fideicõmissum filiis filiæ, quãuis non æqualiter meruerũt, dum tamen nõ offenderint: quia illi qui offenderunt eam, non admittuntur. & hæc omnia cum mater non eligit aliquos. &.h.d.à princip.§.vsque ad versi. eos autem. cum cauda versi. qui incipit, quòd si neminem. si autem mater elegit quosdam ex filiis fratris qui ei seruierant, & erant alij qui non seruierant: tunc omnes qui seruierunt, soli admittuntur & electi & non electi: non autem alij qui non seruierunt. & idem est si omnes qui seruierunt elegit. & hoc dicit ille versiculus, eos autem & cætera. vsque illuc, quòd si neminem &c. Viuianus.

f *Tua.* quæ es habitura à me, vel habes à te, cum & mihi sis hæres: vt.j.ead.l.§. Titio.

g *Vt.* id est, sicut.

h *Cessante.* Not. cessante id est, matre neminem eligente. si enim nullum eligat, vel eligat indignum, omnes admittuntur. tam illi qui seruierunt, quàm illi qui non offenderunt: vt hic, & in fi. huius.§. & supra, eo.l.cum quidam. si vero eligat eos qui seruierant: alij qui non seruierunt, licet non offenderint, repelluntur. si vero sunt qui seruierunt, quos tamen cum aliis non elegit, ipsi admittuntur. & hoc indicat verbum, soli, infra positum.

i *Non offenderint.* nam & aliàs præsumitur quid legitimè factum: vt institu. de fideiuss. §.fina. & infra, de iniur. l.iniuriarum. §.j. & facit infra, de manu. testa. l.seruos. & infra, de statulib. l.Labeo. in fi. & supra, ea.l.§. hæreditatẽ. & l.cum quidam. & l.vnum. §.rogo. & infra, titu. j. l.xj. §. quanquam. & infra, de fideicom. lib. l.si cum. §. ex iusta.

k *Promeruissent.* quo casu non sufficit liberis aliis nõ offendisse.

l *Non admitti.* id est, repelli.

Donationis prædiorum.]CASVS. Titia fecit quandam epistolam in qua ita scripsit: Filio meo Titio dono duo prædia quę habeo in tali loco. & deposuit illam epistolam in quadam ecclesia ignorante dicto filio, & misit tales literas ad sacristam dictæ ecclesiæ: Instrumentum voluntatis meæ vltimæ, id est dictam epistolam quam deposui in tua ecclesia, volo tradi filio meo prædicto post mortem meam, & non ante. postea decessit dicta Titia, & plures ab intestato habuit hæredes. Certè videtur mater prædicta reliquisse per fideicom. dicta prædia filio suo per verba dicta: nec obstat, quòd Titia direxit verba ad sacristam, & nõ ad filium: non enim &c. vt dicit litera in fine. Viuianus.

m *Non subnixam.* ita scilicet, dono centum filio meo. hæc enim verba nõ fideicom. sed donationem innuunt.

n *Deposuit.* apud ædituum.

o *Ad ædituum.* id est, ad eum qui ædes tuetur: vt institu. de tu. §.j. Azo. id est, aliquẽ magistratuum.

p *Post mortẽ.* ex hoc videtur fideicõmissum.

q *Nõ enim quæri.* No. bonum verbũ. sic. ŝ.e. l.miles. in princip. &.l. vnum. in fi. &.l.peto. in princ. & supra, titu. ij. l.quidam. & infra, tit. j. l.cum quis. §. Scia. Ac.

Libertis prædiũ.]CASVS. Titius habet quinque libertos pone, scilicet Primũ nomine, &.ij. &.iij. &.iiij. &.v. eis omnib⁹ reliquit fundum in alios non alienandum. Certè si primus & secũdus & tertius & quartus partes suas simul extraneo vẽdiderunt: solus quintus qui suam partem non alienauit, ad reuocandas aliorum partes admittetur. at si primo primus, postea secundus, deinde tertius partẽ suã alienauit, ad partẽ primi reuocandam omnes admittuntur ipso excepto. ad partem secundi reuocandam non primus neque secundus, sed alij admittuntur. ad partem tertij non primus neque secundus, neque ipse, sed alij qui non alienauerunt, admittuntur. & sic licet ad partem tertij non admittatur secundus, tertius tamen ad ipsius partem primo alienatam admittitur. sed si primus secũdus tertius & quartus nõ alienatis suis partibus decedant, sicque eorum partes ad quintum perueniant: ipse dum sine liberis moritur, relinquere potest partem suam cui vult: nec erit qui possit reuocare. Viuianus.

r *Reliquit.* scilicet patronus.

s *Ne id alienarent.* fortè aliud est cum pater duobus filiis institutis vicissim eos per fideicommiss. substituit, nec expressim prohibuit alienationem. nam ibi licet vnus alienet, nihilominus alterius partem reuocabit: quia non fecit expressè contra voluntatem. Item hic nullo modo tenet alienatio: quia testãtor prohibuit eam. sed ibi tenet statim, licet reuocetur ex postfacto: secundum Azo.

t *Vendiderint.* vnus post alium.

u *Voluntatem.* sed si consensit, nunquid statim pretium petet? Videtur quòd sic: vt supra, titu. j. l.si fundum per fideicom. in princ. Sed contra infra, eod.l.codicillis. §. insulam. Azo. ADDITIO. Pro solutione huius contrarij vide Barto. in l.fundum per fideicommissum. in princ. supra, titu. j.

x *Paruerunt.* i. non alienauerũt, vel non cõsenserunt. Accursius.

y *Alioquin.* i. si non alienauerunt, vel non cõsenserunt, secundum R. & male: quia & is qui alienauit, inuitatur in partibus alienatis priusquam ipse alienauerit: vt.j. sequitur. Item si consenserit quibusdam, tamen in aliis non paratur ei præiudicium, vt hic innuit. Intelligas ergo hic in partibus alienatis postquam alienauit is qui vult reuocare alienatum ab altero. secus si consentiat alienanti: quia fauori suo videtur renuntiare. vnde partes alienatas postea sine se reuocat: quia in nullo peccauit, secundum Azo.

z *Perdiderit.* s. ius petendi in alienatis post. secus si ante. Azo.

a *Procedere potest.* scilicet vt iure alienetur, vel vt nemo repetat alienatum: quia absurdum sit, vt dictum est, vice mutua in-

¶ *Mãdo filiæ meæ, pro salute ipsius solicitus, vt quoad liberos tollat, testamentum non faciat. ita enim poterit sine periculo viuere.* Fideicõmissariam hæreditatem cohæredi sorori non videri relictam apparuit [b]: quòd non de pecunia sua testari [c]: sed obtentu consilij [d] derogare iuri [e], testamentum fieri prohibendo, voluit.

Si non eligitur vnus ex certis, omnes admittuntur qui non sunt indigni. Barto.

¶ *Rogo filia,* [vt] *bona tua [f] quãdoque distribuas liberis tuis, vt [g] quisque de te meruerit.* Videtur omnibus liberis, etsi non æqualiter promeruerint, fideicommissum relictum: quibus, matris electione cessante [h], sufficiet si non offenderint [i]. Eos autem quos mater elegerit, fore potiores, si soli promeruissent [k], existimaui. Quòd si neminem elegerit, eos solos nõ admitti [l], qui offenderunt.

Quando verba sunt dispositiua, non refert cum quo quis loquatur, sed in quem voluntatis intentio dirigatur. Barto.

¶ Donationis prædiorum epistolam, ignorante filio, mater in æde sacra verbis fideicommissi non subnixam [m] deposuit [n], & literas tales ad ædituum [o] misit: *Instrumentum voluntatis meæ post mortem [p] meam filio meo tradi volo.* Cum pluribus hæredibus intestatò diem suum obiisset, intelligi fideicõmissum filio suo relictũ respondi. Non enim quæri [q] oportet, cum quo de supremis quis loquatur, sed in quem voluntatis intentio dirigatur.

Qui venit contra voluntatem defuncti in eo quod est causa fideicommissi, ab eius petitione repellitur. Barto.

¶ Libertis prædium reliquit [r], ac petiit ne id alienarent [s], vtq; in familia libertorũ retinerent. si excepto vno cæteri partes suas vendiderint [t]: qui nõ vendidit, cæterorum partes, quibus nõ dedit alienandi voluntatem [u], integras petet: eos enim ad fideicommissum videtur inuitasse, qui iudicio paruerunt [x]. alioquin [y] perabsurdum erit, vice mutua petitionem induci: scilicet vt ab altero partem alienatam quis petat, cum partem suam alienando perdiderit [z]. Sed hoc ita procedere potest [a], si pariter alienaue-

BIU Cujas

duci petitionem. Azo.

a *Prior.* Pone Titius & Mæuius & Seius & Gaius sunt liberti. alienauit Titius primo, Mæuius secúdo, Seius tertio, Gaius quarto. in alienatis primo omnes tres sequentes admittũtur. in alienatis à secundo admittitur tertius & quartus. in alienatis à tertio solus admittit quartus. in alienatis à quarto nullus. & ita regula est vt de alienato postquam alienaui nihil petam: in alienatis prius petã pro parte. Azo.

b *Non faciet.* id est, nõ faciet vt alij qui fortè nondum alienauerunt, scilicet tertius & quartus, vindicent tantum pro parte partẽ secundi alienatam. immo totam petent: non obstãte primo qui suam ante alienauit. at licet huic secundo alienãti ammodo actio non nascatur, nata tamẽ primo in parte primi perseuerat.

c *Tardius vendidit.* puta tertius.

d *Non vendidit.* puta quartus.

e *Partibus.* primi & secundi qui ante alienauerunt.

f *Vendiderit.* etiã. nam & ei qui vendidit posterius, faciet partem. Azo. & facit supra, titu.j. l.nihil.§.j. &.j.de annuis leg. l.Quintus. &.C.de fideicõ.l.quoties.&.ſ.tit.j. l.filiusfamiliàs.§.diui. &.j.tit.j. l.pater.§.quindecim.& supra, de mino. l.auxilium.in fine.

Nomẽ familiæ, persona & hæreditatẽ cõplectitur. l.fi.C.de verbo.sign. sed quomodo cognoscatur vide ibi docto. maxime Barto.

Flo.ab ea

aliàs deest æquitatis

rint. Cæterum prout quisque prior[a] alienauerit, partem posterioribus non faciet[b]. Qui verò tardius[c] vendidit: ei qui non vendidit[d], in superiorum partibus[e] feciſſe partem intelligitur. At ſi nemo vendiderit[f], & nouiſsimus ſine liberis vita deceſſerit: fideicommiſsi petitio non ſupererit.

Filius libertæ connumeratur in familia libertorum. Bartolus.

℣ Cùm inter libertos ad prædij legatum liberta quoque fuiſſet admiſſa[g]: quod[h] patronus petiit, vt de nomine familiæ[i] ſuæ nõ exiret, hæredẽ libertæ filium[k] partem prædij quam mater accepit, retinere viſum eſt.

Si ille quem defunctus putabat ab intestato successurum insolidum, succedit pro parte: legata ab eo nominatim relicta præstabũtur pro parte libertatis insolidũ. Bar.

℣ Cùm exiſtimaret[l] ad ſolam conſobrinam ſuam bona peruentura: codicillis ad eam*factis, pluribus fideicommiſſa reliquerat. Iure ſucceſsionis ad duos[m] eiuſdem gradus poſſeſſione[n] deuoluta, rationibus[o] æquitatis*, & perpetui[p] edicti exẽplo, pro parte dimidia mulierem releuãdam reſpõdi: ſed libertates ab ea præſtandas[q], quas intercidere damni cauſa[r] durum videbatur.

Si fideicom. inuicem datum continet tantumdem in quotitate & quantitate, non valet. Item æstimatio testatoris nullam necessitatem inducit. Barto.

℣ Pater qui filio ſemiſſem dederat, & ſororibus eius impuberibus quadrantes, quibus fratrem tutorem dedit, ita fuerat locutus: *Fili, contentus eris pro tuo ſemiſſe aureis ducentis[ſ]: & vos filiæ, pro veſtris quadrantibus centenis aureis.* Vice mutua liberis fideicommiſſum hæreditatis[t] reliquiſſe non videbatur, ſed æſtimationem (vt à parentibus frugi[u] fieri ſolet) patrimonij ſui feciſſe: nec idcirco fratrem iudicio tutelę bonæ fidei rationes quandoque præſcriptione demonſtratæ quantitatis excluſurum[x].

Si testator grauat hæredem in eo quod sibi hæredi debebat, & debitum cum fructibus compensat, fraudem facere non videtur. secus si debitum cum Falcidia compensaret. Barto.

Cum inter libertos.] CASVS. Titius habebat tres libertos, & vnam libertam: eis omnibus fundum legauit non alienandum in alios. dicta liberta habebat vnum filium ſuum collibertum: & ea mortua fuit eius hæres. Certè illam partem prædicti fundi quam liberta accepit, retinebit filius eius. nam erat ita bene libertus teſtatoris ſicut ipſa. Viuianus.

g *Admiſſa.* vt infra, de verbo.ſigni.l.liberti.

h *Quod.* ſubaudi, de eo quod &c. vel quod.ſ.legatum prædium.

i *Familiæ.* libertorum.

k *Filium.* fortè collibertum. cæterum familiæ maternæ (aliàs, paternæ) quid pertineret? Reſpon. certe nihil: vt infra, de obſe. l.hæres. & infra, de iniu. l.non ſolum. §.quamquam. & infra, titu.j.l.pater.§.j.quæ ſunt contra. Sed certe ſecundum Azo. immo videtur eſſe de familia, licet ſit ingenuus: quia viuente matre vt liberta poteſt reuocari in ſeruitutem: vt.C.de libe.& eorum libe. l.fina. & hoc innuit lex iſta, cum inter & cætera. quaſi diceret, quia mater. nam ſi filius eſſet libertus, admitteretur ſiue admittatur mater, ſiue non. Sed argu. contra.ſ.eod.l.peto.§.fratre. Sed poteſt dici quòd ibi non loquitur de familia libertorum. Accurſius.

Cum exiſtimaret.] CASVS. Titius habens vnam cõſobrinam, & vnum conſobrinum, & neſciens ſe habere conſobrinum, & ſic credens ad ſolam conſobrinam prædicta omnia ſua bona debere peruenire ab inteſtato, fecit codicillos, & ab ea reliquit plura fideicommiſſa, & libertates. mortuo Titio peruenit hæreditas eius ad conſobrinum & ad conſobrinam. Certè conſobrina tenetur tantum pro parte ad ſoluenda fideicommiſſa pecuniaria ab eo relicta. ſed libertates ab eo relictas inſolidum præſtare debebit: quia durum videtur releuare conſobrinam in medio damno libertatis præſtandæ, & ſic facere intercidere libertates prædictas, id eſt interire. interirent enim in totum ſi pro parte interirent. nam nemo poteſt eſſe pro parte liber, & pro parte ſeruus. Viuianus.

l *Cum exiſtimaret.* ſcilicet aliquis.

m *Ad duos.* ſcilicet dictam conſobrinam & alium.

n *Poſſeſſione.* vnde cognati.

o *Rationibus.* æquitatis.

p *Perpetui.* id eſt, generalis, quo continebatur, vbi emolumentum minuitur, & onus. ſic & in inſtituto: vt infra, titu.j. l.ſi.ſed certè immò adhuc inſolidum tenetur conſobrina: vt infra, titu.j. l.poſt emancipatum.§.item quæſiit.&c. Solu. hic de æquitate vt hic prædixit. vel dic vt ibi. ADDITIO. Vel dic aliter ſecundũ Bar. quòd ibi ſuccedit pro parte, ſicut teſtator putabat, licet non eodem modo quo putabat. hic vero ſucceſsit pro parte, & teſtator putabat inſolidum.

q *Præſtandas.* ſcilicet reſpondit.

r *Damni cauſa.* id eſt, ea ratione quòd habeat damnũ conſobrina. nã hic non attenditur. Sed cur non præſtatur ab vtroque, ſicut fideicommiſſũ? Reſpon. quia fideicõ. pro parte præſtari poteſt, libertas non. vnde ab eo ſolo præſtatur qui rogatus eſt. Azo. redemptis partibus à cohærede, ſcilicet iſtius ſerui qui debuit manumitti: vt.ſ.titu.ij. l.qui graui. &.l. ſeq. Sed videtur quòd à nullo: vt ſupra, titij. l.pen. in fine. Solu. hic æquitas: vt & ſupra, eo. l.cum filius. in prin. ubi rigor. & facit infra, de excep. rei iudi. l.iudicatæ. in princ. & de libe. cau. l.duobus. &.C.de inoffi. teſta. l.cum duobus. & ſupra, de pact. l. tale. §.fina. & infra, de verbo. oblig. l.eum qui ita. §.te & Titium. & infra, titu.j.l.j.§.fina. & infra, eod. l.ſi quis teſtamento. & infra, ad Trebel. l.epiſtolam.

Pater qui filio.] CASVS. Titius habens filium maiorem xxv. an. & duas filias impuberes, reliquit filio ſex vncias bonorũ ſuorum, & duabus filiabus alias ſex vncias: & dictum filium ſororibus ſuis tutorem dedit: & ita dixit poſtea: Fili contentus eris pro tuo ſemiſſe ducentis aureis. & vos filiæ ſitis cõtentæ centenis aureis pro veſtris quadrantibus, id eſt, pro veſtro ſemiſſe quem vobis reliqui. Certè non videtur pater rogaſſe eos per fideicommiſſum vt vnus alteri reſtitueret id quod plus habet de hæreditate quàm ſit quantitas à patre deſignata: immo videtur pater eſtimaſſe patrimonium ſuum, ſicut boni patres ſolent facere: & ideo fratrem eundémque tutorem ſororum ſuarum non excluſurum aliquo tempore rationẽ reddendæ tutelæ ſororum, ſcilicet quin teneatur reddere rationem etiam de eo quod ſorores habent plus in earum ſemiſſe quem pater poſtea æſtimauit dicendo, Et vos filiæ pro veſtris quadrantibus &c. quod eſt. ſ. in litera. Viuianus.

ſ *Aureis ducentis.* per hæc verba videbatur legaſſe. cc. filio: & eum rogaſſe reſtituere quicquid habet de hæreditate: ſic econtra dic filiabus. quod remouet hæc lex. Accurſius.

t *Hæreditatis.* nec etiam aureorum. nam quantũ dat filiis in aureis, tantum recipit: & ſic filiæ dat. & eodẽ modo in partibus hæreditatis. vnde videtur ridiculum: vt.j.ad legem Falc. l.ſi fundus. in fi. ſecus ſi appareat vtilitas eius cui relinquitur: vt ſupra, eo. l.poto. in princ. quæ eſt contra. ADDITIO. Dic quòd hoc ideo, quia eſſet ridiculum. tantum enim daret vnus quantum acciperet. ſimile. ſ.tit.j.l.ab omnibus.§.quòd ſi Titio. ſecundum Bartolum.

u *Frugi.* fruges ſuas æſtimantibus. q.d. bene ſufficit quòd dimitto vobis, quia valet tantum.

x *Excluſurum.* id eſt frater, idémque tutor nõ excludet rationes quin in ſolidam ſubſtantiam teneatur, licet teſtator videatur eam taxaſſe. & hoc dicit præſcriptione taxatæ quantitatis, ſcilicet à teſtatore: vt hic, &.C.arbi.tut.l.j. niſi iuraſſet: vt in auth. de iure iuran. à mo. præ. col. v. §.j. & facit ſupra, tit.j.l.ſi fundum ſub conditione. §.ſi libertus.

Titia,

BIU Cujas

Titio. Seius instituit Mæuium, & rogauit restituere Titio fratri Mæuij post mortem ipsius Mæuij. hic Mæuius postea fratrem Titium instituit tam in suis, quàm in Seianis bonis, & rogauit vtrúque restituere Sempronio post mortem Titij. hic Titius rogatus vult retinere hæreditatem Seianam vt æs alienum, & non restituere Sempronio.

Item de Męuianis vult retinere quartam: quod videtur posse: vt. C. ad leg. Fal. l. irritũ. sed tamen distinguitur, percepit tot fructus de hęreditate Mæuiana qui valeant Seianã, & non potest: aliàs sic. non dico de fructibus Seianæ: quia suo iure eos percepit Titius, & vt à se. Secũdo pone quòd Mæuius prędictus Titium instituit ea lege, ne accipiat fideicom. Seianæ hæreditatis. certè non adibit Mæuianam, nisi renunciet fideicommiss. quo facto adeat, & computet sibi in damnũ amissi fideicommiss. Falci. hære. Mæuianæ. quod est grauis: maxime quãdo non æquiualet illa Falcidia fideicómisso, & ideo cótra iniquitatem dat consiliũ, quod habet locũ re integra.

b *Fratri suo.* s. Męuij.

c *A quo.* Seio.

d *Erat.* Mæuius.

e *Rogatus.* à Seio.

f *Scripto.* in hæreditate Mæuiana.

g *Tam suam.* scilicet Mæuianam. Quid si de Titiana rogasset? Respon. vt supra, titu. j. l. filius. §. vt quis. Accursius.

h *Ex fructibus.* scilicet Mæuianæ hæreditatis.

i *Debitam quantitatem.* id est fructus: quorum æstimatio continet tantam quantitatem quantam continet dodrans Seianæ hęreditatis, vel etiã totam si Mæuius ex fructibus habuit quartam: arg. contra videtur. ſ. e. tit. l. imperator. §. j. ibi, enimuero &c. *ADDITIO.* Dic quòd ibi quantitas legatur, & in propria specie quis grauatur. hic autẽ grauatur in hæreditate quę loco quantitatis habetur, in. d. l. imperator. §. cum quidam. secundum Barto.

k *Compensationis.* id est cóputationis. sic impropriè ponitur. ſ. e. l. Titia. §. qui in vita. quæ sit ad concurrentem æstimationem fructuum, & hære. Seianæ: vt. ſ. e. l. imperator. §. cum quidam. immò & si non concurrat, idem videtur: vt. j. ad leg. Falci. l. si debitor. Sed respon. hoc non dixerat ne computaret: sed si dixisset, idem tamen esset: vt. ſ. eo. l. imperator. §. cum ita. Azo.

l *Retineat.* quo casu ex testamento hæreditatem non aliter adire conceditur, quàm si illi cuius interest, vt cohæredi sui Titij, vel etiam seruo publico propter legatarios caueat se non defuturum fideicommiss. vt æs alienum: vt. j. de condit. & demonst. l. Mutianæ. quo facto Seianam hæreditatem non iure proprio fideicomiss. sed Mæuianæ hæredi. nomine velut cætera bona Titij accipiet cum cohærede, vel solus: vt. ſ. e. l. si mihi pure. R. Sed quod dixit de cautione Mutiana, non habet locum: quia loquitur quando sub conditione non faciendi aliquid relinquitur: vt. d. l. Mutianæ. Dic ergo quòd aut sub conditione, scilicet dandi vel faciendi aliquid relinquitur: & tunc prius debet impleri quàm accipiatur relictum a: vt infra, de condit. & demonst. l. qui hæredem. in fi. Aut non faciendi, & tunc etiam habet locum cautio Mutiana. Aut sub modo, & tunc cauetur de implendo modum, & postea percipitur: vt hic, & infra, titu. j. l. si tibi. & infra, de fideicommiss. liber. cum in testamento. est enim hic modus, ne retineat, id est, vt non retineat. Accursius.

m *Falcidiam.* quæ ex bonis Męuij detrahitur. licet enim ex Męuianis & Seianis possit detrahi Falcidia, quia omnia debent dici de Mæuiana: tamen compensationi obiicitur illa tantum Falcidia quæ ex Mæuianis detrahitur, quæ valuerunt pone. l. non illa quæ ex Seianis, quæ fortè valuerunt centum tantum. sic ergo Mæuiana possunt esse adeo ampla, vt eorũ Falcidia sufficiat & æquipolleat fideicommisso. alia enim scilicet Seianã quoad hoc nõ videtur capere à Mæuio. R. tamen hic scripsit Falcidiam Męuianorum semper esse minorem fideicommiss. quòd apertè quilibet potest perpendere esse falsum. Azo.

n *Compensationi.* id est, computationi, vt prædixi. Item quòd dicit sufficere. s. posse. potest enim esse sic ampla hæreditas Mæuiana, cp eius Falcidia tanta est quanta fideicommiss. & potest esse quod non. vtroq; enĩ casu iniquitas, sed altero maior.

o *Iniquitatem.* quia & Fal. Męuianę sine onere & fideicom. Seianæ debet habere secundũ R. argu. C. de iure dot. l. cum patrẽ. Sed contra. j. ad Trebell. l. Lucius. §. maritus. vbi sufficit si habet tantũ in hęreditate testantis, quantũ erat dos debita. Dic ergo iniquitatem esse, quia iure communi sic solet cótingere vt Fal. habeat, & debitum deducat: vt. C. ad legem Falci. l. in imponenda. & l. irritum. sed hic nõ facit: sic ergo iniquũ. sed tamẽ quia ipse sciẽs voluntatẽ defuncti adeundo & cauendo consensit, cogitur pareret vt. j. ad legem Falci. l. si debitor. Azo. si modo tantum est in Falcidia Męuianæ, quantum est Seianæ: vt. d. §. maritus.

Disiuncta posita inter personas inter quas cadit affectio ordinata, non resoluitur in coniunctam. Barto.

Vt te peto marite, si quid liberorum habueris, illis prædia relinquas: vel si non habueris, tuis siue meis propinquis, aut etiam libertis nostris. Non esse datam electionem, sed ordine q *scripturæ factam substitutionem respondi.

Valet legatum licet qualitas non fuerit adiecta, quam testator adiecturum se dixerit. Bartolus.

Vicos r ciuitati relictos, qui proprios fines habebant, ex causa fideicommissi s non ideo minus deberi placuit quòd testator fines eorum significaturum, & certaminis formam t quam celebrari singulis annis voluit, alia scriptura se declaraturũ promisit: ac postea mortẽ prævenius u non fecit.

Iusta causa in parte non tollit moram in alia parte. hoc dicit.

LXXVIII. IDEM libro nono Responsorum.

Flo. ordinem scripturæ factum substituto.

p *Excluserit.* no. sic. j. ad Trebel. l. recusare. §. penul. & supra, de inoffi. test. l. Papinianus. §. cum igitur. &. l. nihil. §. si cum filius. & de neg. gest. l. acquiri. §. cum me. & de aqua plu. arcen. l. j. §. denique. &. ſ. si quis omiss. cau. te. l. qui autem. §. quid deinde dicemus. & institu. ad legem Aquil. §. iniuria. & infra, de except. do. l. j. §. j. Item facit ad. §. C. de bo. auctо. iu. pos. l. j. & infra, de do. præleg. l. iij. & de auro & argen. leg. l. si vxori. Accursius.

A te peto.] CASVS. Titia vxor Mæuij fecit testamentum: & dicto Mæuio reliquit duo prædia: & postea ita locuta est marito: peto à te &c. vsque illuc, non esse datam. & dicit quòd per dicta verba Titiæ non est data electio marito vt det dicta prędia liberis vel propinquis aut etiam libertis cui vult, sed videtur substituisse propinquos liberis secundũ ordinem verborum dictæ mulieris, scilicet vt si habet maritus liberos, illis relinquat. alioquin sui mariti propinquis, illis non existentibus relinquat propinquis mulieris, & sic postea libertis ordo seruetur. Viuianus.

q *Ordine.* No. de ordine, sic supra, de vsufru. l. quotiens. in prin. argu. contra. ſ. ea. l. §. fidei tuæ. Item videtur quòd simul admittantur, & ita vel, pro &, accipiatur: vt. C. de verbo. signifi. cum quidam. & supra, de institu. & substitu. l. generaliter. in princip. Solu. secundum R. ex sermonis conceptione & personarum affectione hæc & illa verba aliter intelligenda proculdubio patet.

Vicos ciuitati.] CASVS. Titius fecit testamentum, & reliquit vicos. id est quasdam contratas ciuitati Bononiæ: qui vici habebant certos fines. & ita dixit postea dictus testator: Ego designabo infra fines vicorum. Item, scribam quod certamen volo quòd dicta ciuitas faciat omni anno in meam memoriam propter vicos quos ei relinquo. postea morte prævenius Titius non fecit prædicta duo. Certè nihilominus valet legatum vicorum. Viuianus.

r *Vicos.* expone vt supra, titu. j. si hæres. §. j.

s *Fideicommissi.* in testamento perfecto relicti.

t *Formam.* quam formam voluit seruari in illo prædio, puta volebat forte vt ibi fieret ludus gratitiorum (aliàs, pugnę) & hanc formam dixit se dicturum in alia voluntate.

u *Prævenius.* prima scriptura per omnes suas partes iam est perfecta, & sic non obstat infra, de vsufruct. lega. l. qui cum plures. Item contra supra, eo. l. Titia. in princ. Solu. ibi. Item contra supra, de hære. institu. l. quotiens. §. tantumdem. Solu. ibi. &. C. de institu. & substitu. l. penultima.

Qui solidum.

BIU Cujas

Vi solidum.] CASVS. Titius fecit testamentum, & reliquit per fideicom. ab hærede suo Titio. xx. & tot alia legata reliquit aliis quòd debebat Falcidia locum habere. postea Titius petiit ab hærede dicta. xx. integra: & frustra petebat, quia de eis debebat detrahi Falc. sicut de aliis relictis: & hoc ei hæres obiiciebat in iudicio. dixit fideicommissari[9] hæredi, ego peto à te xx. & vis detrahere quartam propter Falc. soluas modo mihi in nomine domini. xv. & procedam[9] in causa su*Flo.eam* per. v. dixit hæres ei, Ego nolo tibi aliquid dare nisi prius causa finiatur. quæritur, quid iuris sit? Et certè quàtum ad dicta. xv. hæres videtur fuisse in mora, & ideo ad vsuras tenetur. [*CVM POST MORTEM.*] Respubli. vēdidit Titio quandā vniuersitatem prædiorū in certa contrata positorum, puta in Coralcola. Titius emptor diuisit dictā vniuersitatem prædiorum in plura prædia. postea fecit testamētū dictus emptor, & vnum de dictis prędiis puta Cornelianū legauit Sępronio, & sic decesit emptor relictis plurib[9] hæredib[9]. Venit postea administrator dictæ reipublicę coram imperatore Seuero, & petiit restitui in integrū nomine dictæ reipublicæ venditricis, & probans eam lęsam in dicta venditione vniuersitatis prędiorum, habuit restitutionem eius nomine, & sic dictus Imperator iussit dictam vēditionem rescindi, & prædia reipubli. per hæredes emptoris restitui: & iusit ei quòd respu. restitueret hæredibus emptoris pretium quod receperat ab emptore. quæritur, quo modo consuli debeat Sempronio legatario cui emptor legauit prædium Cornelianum ex dicta vniuersitate. quod prædium Sępronius habere non potest: quia reipubli. debet restitui ex iussu dicti imperatoris. & certe de pretio quod restituit respubli. hæredibus emptoris, ea pars æstimationis quæ dictum prædium legatum contingit, soluetur legatario: & hoc ideo, quia ita videtur voluisse emptor qui ei legauit. & hoc dicit, coniectura voluntatis. & cætera. [*ETIAM.*] Titius instituit sibi hæredē rempublicam, & ab ea reliquit fideicommissa. fuit in mora soluēdi fideicommissa. certè tenetur ad vsuras sicut teneretur aliquis priuatus: sed totum illud damnum quod contingit reipub. propter vsuras prædictas fideicommissario, debent resarcire reipub. administratores eius. Item debent resarcire sumptus quos fecerunt de bonis reipu. litigando contra fideicommissarium. & quod dixi in administratoribus reipu. idē est in tutoribus pupillorum. [*PRAEDIVM.*] Titius instituit sibi hęredes tres suos filios pone, & ita postea dixit: Rogo vos per fideicōmissum quòd prædia mea quæ sunt in tali loco, non alienetis extra familiā nostram. Vnus de dictis filiis decesit, & non reliquit suam partem dictorum prædiorum in familia. secundus decesit, & fecit idem. Vnde Titius superstes potest reuocare partes mortuorum in extraneos alienatas. Decedens ergo iste Titius sine liberis, instituit sibi hæredem quendam extraneum. quæritur, nunquid iste extraneus hæres Titij posit ita reuocare partes præcedentium in extraneos alienatas, sicut poterat Titius? Et videtur quòd nō: quia dictus Titius ita bene fecit cōtra præceptum testatoris, sicut alij duo. sed certe bene potest. nam in persona tertij vltimo decedētis finitū fuit testatoris præceptum. [*SI CREDITOR.*] Ego obligaui domum meam Titio. post feci testamentum, & dictā domum legaui Seio, vel per fideicommissum reliqui. postea dictus creditor Titius vēdidit dictā domū Gaio scienti etiā quòd ego debitor legaueram dictam domū Seio. nūquid Seius fideicōmissarius poterit petere domū ab emptore? Et dicitur quòd nō. Vi.

a *Frustra.* propter Falci. quæ resecat, & dic quòd commode poterat diuidi.

QVi solidum fideicommissum frustra[a] petebat, hærede Falcidiā obiiciēte, si partē[b] interī solui sibi desiderauerit, neq; acceperit:[c] in ea[d] *morā passus[e] intelligitur.

Legatario debetur æstimatio ipsius rei vel partis, quæ ad hæredem loco rei peruenit. Bartolus.

¶ Cùm post mortem emptoris venditiones prædiorum reipublicæ[f] optimus maximusq́ princeps noster Seuerus Augustus rescindi, hæredibus pretio restituto, iussisset:[g] de pecunia legatario, cui prædium emptor ex ea possesione[h] legauerat, cōiectura voluntatis,[i] pro modo æstimationis[k] partem soluendam[l] esse respondi.

Respublica propter moram tenetur ad vsuras, propter temeritatem ad impensas litis, licet habeat regressum contra administratorem. idē in pupillo & tutoribus. Bar.

¶ Etiā respublica[m] fideicommissi post moram vsuras[n] prę stare cogitur: sed damnum si quod ex ea re[o] fuerit secutum, ab his[p] sarciendum[q] erit, qui post dictam sentētiam iudicatū soluere supersederūt.[r] Nec aliud seruabitur in litis sumptibus,[s] si ratio litigandi nō fuit.[s] Ignauiam[t] etenim prætendentes audiri non oportere. quod in tutoribus[u] quoq; probatur.

Vltimus de familia prædium alienare prohibitus, eius petitionem ad extraneū hæredem transmittit. Bartolus.

¶ Prædium pater de familia liberorum alienari verbis fideicōmisi prohibuit. Supremus ex liberis qui fideicommissum petere potuit,[x] non idcirco minus actionem[y] in bonis suis reliquisse visus est, quòd hæredē extrarium[z] sine liberis decedens habuit.

Qui vocantur ad fideicommissum, prædio alienato non reuocant ab eo qui emit à creditore testatoris. Bartolus.

¶ Si creditor ab eo qui testamētum fecit,[a] domum acceptam iure pignoris[b] vēdidit: cō-

b *Partem.* quæ scilicet deberi poterat ad minus, puta tres partes. & dic quòd nō offerebat satisfa. aliàs totum petere potest: vt. C. de vsufruct. leg. l. ij.

c *Acceperit.* quia hæres non dat.

d *In ea.* scilicet parte.

e *Passus.* & sic ad vsuras accesserit, & tenetur hæres: vt. C. de vsufru. leg. l. j. & j. §. etiā. & l. si quis seruo. Item hoc si hæres credebat se teneri: vt supra, si cer. peta. l. quod te. & de vsur. l. sciendum. & facit supra, de rei vindi. l. quæ de tota. Ac.

f *Reipublicæ.* respub. vēdidit poss. Titio in qua erāt plura prædia quorum vnum Titius legauit alij legauit. tādem respu. restituta in integrū recuperauit prædia, & pretium restituit hæredib[9] Titij. de hoc pretio dic satisfieri legatario, secūdum valētiam prædij legati.

g *Iussisset.* per in integ. restit. vt. C. eo. qui cau. maio. l. respublica.

h *Possessione.* per prædia diuisa, vel à republ. vel à Titio, quod potest fieri: vt supra, tit. j. l. quod in rerum. §. si quis. Accursius.

i *Voluntatis.* scilicet Titij. nam qua ratione voluit habere prædium, eadem & eius pretium.

k *Æstimationis.* quæ subtiliter perpenditur quantū pro eo pretio datum fuit: vt. ff. de ædili. edic. l. pen. & ff. de euict. l. j. & ff. eo. l. si quid. Item videtur huic. l. cōtra. ff. eo. l. cum pater. §. euictis. Sed ibi rem alienam legauit, hic suam, & quoddam speciali iure euictam. & ideo ei, id est, legatario quodam speciali iure fuit prouidendum. sic supra, de euict. l. minor.

l *Soluendam.* ab hæredibus quibus respublica restituit, vtili forte actione ex testamento, vel officio iudicis.

m *Etiam respublica.* instituta & grauata.

n *Vsuras.* vt infra, eodem. l. si quis seruo. & infra, ad legem Falcidiam. l. diuus. §. j. & ad Trebellianū. l. deducta. in principio. & infra, eodem. l. Titia. §. j. & ff. eadem. l. in principio.

o *Ex ea re.* id est mora: vt in vsuris, vel aliis accessionibus. Ac.

p *Ab iis.* scilicet rempublicam administrantibus.

q *Sarciendum.* id est, restituendum reipub. sic supra, si cer. pet. l. ciuitas. &. C. vt in possess. lega. l. fina.

r *Supersederunt.* Vel etiam ante si prius mora fuit: vt. C. de vsufruct. leg. l. j. no.

s *In litis sumptibus.* quos dederunt administrantes tunc rempublicam victori de pecunia reipublicæ: quia redderet reipublicæ. & not. si ratio & cætera. quia iusta ignorantia excusat à litis sumptibus, etiam olim. quod dic vt. C. de iudi. l. properandum. §. sin autem alterutra.

t *Ignauiam.* id est, stultitiam. sic. ff. de iur. & fac. ignoran. l. regula. §. quod imperitia. Accursius.

u *In tutoribus.* vt damnum ex eorum mora, vel malitia in litigando resundant pupillis. sic. C. de iudi. l. properandum. §. fina. & arg. ff. de administra. tuto. l. quoties. §. sicut. &. C. de administra. tuto. l. non est.

x *Potuit* aliis alienantibus.

y *Actionem.* per quam reuocat alienationem factam ab eis. sic ergo extraneus hic hæres habebit actionem pro partibus alienorum alienatis, & reuocabit. Accursius.

z *Hæredem extraneum.* nā quia nullus est qui petere posit, etiam extraneum instituit: vt supra, eodem. l. cum pater. §. libertis. in fi. nec ob. ff. eo. l. peto. §. fratre. in fin. vt ibi dixi. Azo. & facit. C. quādo dies leg. ce. l. ij. & infra, titu. j. l. pater filium. §. fundus. & l. Iulianus. & l. Lucius. & supra, titu. j. l. filius. §. diui.

a *Testamentum fecit.* & eam domum per fideicōmissum reliquit.

b *Iure pignoris.* ex pacto, vel ex lege. si autem vendita non esset, quis de-

BIU Cujas

quis debeat luere, dic vt supra, titu. j. l. si res obligata.

a *Contra emptorem.* & est ratio, quia debitor non potuit impedire venditionem: vt. C. debito. vendi. pigno. impe. non possl. l. j. a. liàs est in text. contra hæredem: & tunc est eadem ratio vt hæres nó teneatur, hoc tamen casu imputatur hæredi, si soluere potuit, & non fecit.

Quæ fideicõmissa.] CASVS. Titi[9] instituit sibi hæredem vxorẽ suam, & eam per fideicommissam rogauit, vt prædia quædam viri restitueret quibusdam libertis viri. hęc vxor decessit, postea reliquit vsumfructum dictorũ prædiorum libertis prædicti viri, & quibusdam aliis libertis ppriis vxoris. liberti autem viri cum libertis vxoris longo tempore postea perceperunt vsumfructum dictorũ prædiorum. nunquid præiudicant sibi liberti viri taliter percipiendo, vt dictũ est, quin possint petere proprietatẽ dictorum prædiorum ab hæredibus vxoris? Et dicitur quòd nó Bart.

b *Debuit.* ex testamẽto mariti sui illa moriẽs eorũdẽ & cætera.

c *Suis quoque.* q.d. nõ solum libertis mariti.

d *Iuris ignoratione.* quia putabant quòd vxor testamentum mariti sui posset immutare. Accursius.

e *Peremptã.* & sic nocet hic iuris error. Sed contra. j. si in frau. pa. l. si patronus hæres. Sol. quarta quæ debetur patrono, dicitur quasi debita vt arrogato: vt. s. de inoffic. test. l. Papinianus. §. si quis impubes. hic autẽ per testamentum videtur debitum. sic & filij hæreditas dicitur quasi debita matri: vt. C. de codi. l. finali. §. j. & ideo error iuris perdet: vt. C. qui pe. tu. l. finali. Item cõtra supra, de acquiren. hære. l. Clodius. in prin. & in fin. vbi per factũ erroneum iure perdit debitam hæreditatem. Solu. vt ibi. & not. non vitiari vtile per inutile.

a sic supra, de dona. inter virũ & vxo. l. quod autẽ. §. fi vxor. & s. de inoffi. test. l. mater. & C. de iuris & fact. igno. l. si post dies. & supra, fami. erciscun. l. cum putarem. Accursius.

Legatum.] CASVS. Sicut hæreditas alicui delata facit hæredis res singulas quæ sunt in hæreditate, scilicet si hæres adit hæreditatem: ita legatum facit dominium rei legatæ legatarij recta via si legatarius legatum non repudiauit. &. h. d. Viuianus.

f *Legatum.* id est, legatio seu ipsum legare.

g *Legatarii.* vt & infra, de fur. l. à Titio. &. s. de pecu. l. sed si dãm. num. §. j. & infra, si in frau. pa. l. j. §. aduersus. & supra, titu. j. l. seruum filij. §. j. & l. seruus Titij. & supra, eo. l. cum pater. §. surdo. Sed contra supra, tit. j. l. legatum est delibatio &c. §. finali. Solu. ibi. Item contra supra, de ser. l. Papinianus. Solu. ibi. Item contra supra, de condi. instit. l. si quis ita. Solu. ibi. Item contra supra, tit. j. l. si tibi homo. §. cum seruum. Solu. ibi. Accursius.

h *Vt hæreditas hæredis.* ibi tamen est necessaria aditio: vt infra, de acquiren. poss. l. cum hæredes. sed legatum etiam ignoranti: vt supra, eodem. l. cum pater. §. surdo. & facit supra, de rebus eorum. l. magis. §. fundum. & de dolo. l. & eleganter. §. item si. Accursius.

i *Purè.* nec tacitè insit conditio. Accursius.

Si quis testamẽto.] CASVS. Titius instituit sibi hæredes filios suos, & ab eis reliquit fideicommissa, & dixit: Volo quòd ea præstetis si eritis hæredes mihi ex testamento, & non aliàs. postea testamentum eius fuit irritum & annihilatum, & ita filij eius habẽt hæreditatem ab intestato. nunquid præstabunt dicta fideicommissa? & dicitur quòd non. Viuianus.

tra emptorem, a fideicommissi causa (tametsi voluntatem defuncti non ignorauit) nihil decernetur.

Qui per ignorantiam iuris patitur aliũ vti re sibi debita: non cadit à credito. Bar.

LXXIX. IDEM libro vndecimo Responsorum.

QVæ fideicommissa moriẽs libertis viri debuit, b eorundẽ prædiorum suis quoque c libertis fructum reliquit. iuris ignoratione d lapsi qui petere prædia ex mariti testamento debuerunt, secũdum fideicommissum inter cæteros longo tempore perceperunt. Non ideo peremptam e videri petitionem prioris fideicommissi constitit.

Dominium transit in legatarium recta via, sicut in hæredem adeunte. hoc dicit. vel aliter: Quod operatur aditio quoad hæredem: illud operatur agnitio legati quoad legatarium. Bartolus.

LXXX. IDEM libro primo Definitionum.

LEgatum f ita dominium rei legatarij g facit, vt hæreditas h hęredis res singulas. Quod eò pertinet, vt si purè i res relicta sit, & legatarius non repudiauerit defuncti voluntatem: recta via dominium quod hæreditatis fuit, ad legatariũ trãseat, nunquam factum hæredis.

Legata relicta à scriptis venientibus ab intestato, non debentur. Bartolus.

LXXXI. PAVLVS libro nono Quæstionum.

SI quis testamento facto à filiis suis quos hæredes instituisset, fideicõmissũ reliquerit, non vt à legitimis k hæredibus, sed vt à scriptis [filiis,] & testamentum aliquo casu l irritum factum sit: filij ab intestato venientes fideicommissa ex testamento præstare compelli non possunt.

Quando superuenit causa tendens ad eundem effectum: licet ea existente dispositio ab initio non valuisset, dispositio nõ vitiatur. Bartolus.

LXXXII. IDEM libro decimo Quæstionum.

DEbitor decem legauit creditori, quæ ei post annum sub pignore debebat. Non (vt quidam putant) medij temporis tantum commodum ex testamento debetur, sed tota decẽ peti possunt: nec tollitur petitio si interim m annus superuenerit. nam sufficit quòd vtiliter n dies cessit. Quòd si viuo testatore annº superueniat: dicẽdum erit inutile o effici legatum, quanquam constiterit ab initio. Sic & in dote prælegata respõsum est, totam eam ex testamento peti posse: alioqui secundum illam sentẽtiam, si interusurium tantum est in legato, quid dicemus si fundus legatus sit ex die debitus? nã nec pecunia p peti potest, quæ non est legata: nec pars fundi facilè inuenietur quæ posit pro cõmodo peti.

Si plures sunt substituti, quilibet tenetur ad legata relicta ab institutis in quorũ locum succedunt. Bartolus.

k *Vt à legitimis.* id est, nó repetiit ab intestato, quod posset nisi in casu: vt. s. de inoffic. testa. l. Titia. Accursius.

l *Aliquo casu.* vno excepto secundũ hæc iura: vt supra, de iniust. test. l. posthumus. quæ est contra. hodie rupto præteritione vel exhęredatione relicta valent: vt. C. de libe. præteri. authen. ex causa. Vel in. l. posthumº. iure ciuili non prætorio fuit ruptum: hic vtroque, vt maxima vel media capitis deminutione testatoris. & facit C. de fideicõmiss. l. eã quam. &. l. ex testamẽto. &. s. eo. l. cũ pater. §. filius. &. j. eo. l. Lucius. §. filiam. &. l. codicillis. §. fina. Accur.

DEbitor.] CASVS. sub pignore debebã tibi decem. post annum feci testamentum, & dicta. x. tibi legaui. nunquid valet legatum? & dicitur quòd sic. Sed quid cõtinetur in isto legato? & dixerũt quidã quòd continetur commodũ medij temporis tantũ, id est vsuræ quæ possent redigi ab illis. x. vsq; ad annũ: sed hoc est falsum, immo ipsa. x. poterit petere ab hærede meo. Quid autem si mortuo me testatore finitº sit dictus annº? Nó tollitur certè propter hoc petitio de. x. sufficit enim q; semel valuit legatum. si autem me viuo testatore finitus sit annus, efficitur inutile legatum: quia tempore quo fuit finitus annus, non cesserat dies legati: quia ego testator viuebam. vnde cum postea tempore mortis mei testatoris non inueniatur aliqua cõmoditas in legato vltra quàm esset in debito, nihil valet legatum. sicut autẽ possunt peti tota. x. legata quæ debebantur legatario post annum, vt dictum est: ita est in dote in pecunia consistente quæ debetur quidẽ vxori post annum à morte viri. nam si maritus eam purè leget vxori, poterit petere vxor. x. & non solummodo commodum quod inde euenire posset. Illos autem qui dicunt quòd in dicto legato de decem continetur commodum medij temporis tantum, & non. x. deduco ad inconueniens. pone enim quòd debebam tibi fundum post diem, & eum tibi legaui. certè ex fundo non potest vsura peti: & sic pro certo apparet, & quòd. x. sunt in legato, & non cõmodum tantum. h. d. vsque ad. §. si primo. Viuianus.

m *Interim.* id est, lite pendente post testatoris mortem.

n *Quòd vtiliter.* quia post mortem testatoris.

o *Inutile.* id est, sine commodo, valet tamen legatum, vt actione ex testamento peti possit: vt insti. eo. §. econtrario. quæ est cõtra. ad quod est. j. de verb. oblig. l. qui bis. & de fideiuss. l. hæres. §. non est. vel illud nouum, hoc vetus ius.

p *Nec pecunia.* id est, vsura. sic ergo in primo casu huius. l. sunt decem in legato, & non vsura, vel commodum medij temporis: sed tamen quoad. l. Fal. vt detrahi possit commodum, videtur legatum esse: vt. j. ad leg. Fal. l. j. §. si creditori. & facit. s. tit. j. l. si creditori.

BIU Cujas

ditori.&.l.sequen. & infra, de lib.leg.l.si creditor.&.ĵ.ad legem Falc.l.verbis.&.s̃.titulo.j.l.Mæuius.§.debitor autem.

Si primo & Secundo.] CASVS. Institui mihi hæredem Primum, Secundum,& Tertium:& si hæres nó esset Primus, substitui ei Quartum:& si secundus hæres non esset, substitui ei Quintũ. & postea legata reliqui primo & Secundo hæredibus hoc modo:si Primus hæres mihi non erit, volo quòd Secundus det Titio:& si Secundus hæres non erit, volo quòd det Primus Seio fundũ Tusculanũ. postea Primus & Secundus omiserũt hæreditatem. quęritur, nunquid Quartus & Quintus substituti Primi & Secundi debeant soluere relicta ab illis quibus fuerunt substituti? & dicitur quòd sic. Quartus ergo substitutus, Primo debet soluere fundũ Tusculanum Seio, & Quintus substitutus Secundo debet soluere Titio.x.&.h.d. Viuianus.

† *Iste.§.facit quòd in dex talẽ potestatẽ habet in recõnẽtiõe, qualẽ habet in cõuentione: vt in.c.2. extra de mu.peti.*

¶ Si primo† & Secundo & Tertio hæredibus institutis sic legata dentur, *Si mihi Primus hæres non erit, Secundus Titio decem dato: si Secundus mihi hæres non erit, Primus Seio fundum Tusculanum dato.* vtrisque omittentibus hæreditatem, Primo & Secundo: quęrebatur, substituti quos eis dederat, an & cui legata præstare debeant. Ab vtroque [a] substituto legata debentur.

Seruo eius qui est capax, potest relinqui quod eidem seruo facto libero relinqui posset, licet non eo modo. Bartolus.

¶ Seruo alieno posse rem [b] domini legari, Valens scribit. [c] Itẽ id quod domino [d] ei[e] purè debetur. [e] Cùm enĩ seruo alieno aliquid in testamẽto damus, domini persona ad hoc tãtùm inspicitur, vt sit cum eo testamẽti [f] factio. cæterùm [g] ex persona serui constitit [h] legatũ. & ideo [i] rectissimè Iulianus definiuit, id demũ [k] seruo alieno legari posse, quod ipse liber factus capere posset. Calũniosa [l] est enim illa adnotatio [m] posse legari seruo & quamdiu seruiat. nam & hoc [n] legatum ex persona serui vires accipit. [o] alioquin [p] & illud adnotaremus, [q] esse quosdã seruos, qui licet libertatem consequi non possint, [r] attamẽ legatum & hæreditatẽ possunt adquirere domino. [s] Ex illo igitur præcepto, quòd dicimus serui inspici personã in testamentis: dictum est seruo hæreditario legari posse. [t] itaque [u] * non mirum, si res domini, & quod ei debetur, seruo eius purè legari possit, [x] quamuis domino eius nõ possent hæc vtiliter legari.

Cõditio adiecta fideicommisso intelligitur repetita in substitutione facta circa idẽ de eadem persona. Bartolus.

LXXXIII. IDEM libro vndecimo Quæstionum.

Seruo alieno.] CASVS. Sempronius fecit testamentum,& seruo Titij legauit propriam rem ipsius Titij,& id quod Sempronius purè Titio debebat. quærebatur, vtrum teneret legatum? Et dicitur hic quòd sic. Diceret aliquis, immo videtur quòd nó teneat: quia cum legatur seruo alieno, capit legatum vires ex persona domini. & domino, scilicet Titio non posset legari res sua, vel quod sibi debetur. ergo nec seruo suo, cũ ex persona domini, scilicet Titij, capiat vires legatum. Ad istud autẽ respõdet iurisc̃onsultus,& dicit: Quòd dicimus personam domini inspici, hoc ad id solum pertinet, vt sciamus sit capax ex testamento, vel non: vt si sit capax,& seruo eius legari possit, aliàs non. sed nó inspicimus personam domini, vt sciamus possit capere rem relictam, vel nó: vt sic dicamus interdum posse legari rem illã seruo, interdũ non. sed in casu proposito ex persona serui cõsistit legatum: hoc est dicere, quia si tẽpore quo cesserit dies legati, inuentus fuerit liber, habebit legatũ. aliàs non habebit. & quia sic ex persona serui consistit legatum, dixit Iulianus,& recte, quòd id demũ seruo alieno legari potest, quod ipse liber factus capere posset. Et si aliquis vellet insultare & argumentari hoc modo, nõ posset, vt sic diceret, dicis quòd ea demũ res potest legari seruo alieno quam ipse liber factus capere posset. ergo sibi, scilicet seruo, quamdiu seruiat, legari non potest. certe legari posse seruo, quamdiu seruiat, istud reprehendere calumniosum est. non est enim vera reprehensio legari posse seruo quamdiu seruiat. nam posset legari: & si aliquis hoc reprehenderet, calumniosè, id est, non vere reprehenderet. nam & hoc legatum ex persona serui capit vires, id est, quia res talis est quã caperet liber factus. alioquin, id est, si reciperetur illa reprehensio, iam eueniret istud absurdũ, quòd si seruus esset talis qui nó posset ad libertatem peruenire, iam si legaretur sibi, non valet legatum. seruum enim, quia non potest ad libertatem peruenire, posse domino acquirere, istud reprehendere malũ esset, immo bene potest acquirere. ex quo ergo apparet quòd serui persona inspicitur, apparet quòd seruo hæreditario legari potest. & ex his apparet quòd in proposita specie res domini, vel quod pure sibi debetur, legari potest seruo suo. Viuianus.

b *Rem.* hoc est, quòd extraneus seruo meo rẽ meã legare potuit.
c *Scribit.* à non domino, scilicet potuit legari: vt instit. eo.§.sed si rem.&.s̃.titu.j.l.cætera.§.j. Accursius.
d *Domino.* nec hoc domino: vt instit. eo.§. ex contrario.
e *Debetur.* à testatore, sub. legari potest.
f *Testamenti factio.* non vt sciam dominus capere possit, vel non rem seruo legatam: quia potest esse quòd potest capere, aliàs non habere rem.& est ad hoc s̃.titu.j.l.si mihi & tibi.§.regula.&.ĵ.de hære.instit.l.non minus.&.C.de hære.instit.l.neque per se.Ac.
g *Cæterum.* pro, certe.
h *Constitit.* vt liber factus eo tẽpore quo cedit dies legati capiat, nullum autem sit legatum seruo in eadem causa manente: vt.ĵ. quando dies leg.ce.l.si vsusfructus.§.fi. Azo. sed videtur obstare regula Cato. vt infra, de reg.Cato.l.j. Solu.ibi.
ADDITIO. Aduerte hic secundum Bart. quòd regula Catoniana nó habet locũ quãdo legatum non valeret ab initio propter personã legatarij. Ac.
i *Et ideo.* quia ex persona serui, nó domini valet, ideo &c.
k *Id demum.* sed non ne omne, & non semper: vt.ĵ.tit.j.l.fideicõmissa.§. sed si seruo alieno.&.d.l.si vsusfructus.in fi. Christianum [1] ergo mancipium seruo hæretico legari nó potest, quia etiã liber nó caperet: nec illa quorũ commercium non est: vt.C.de epi. & cle.l.i. §.fi.&.s̃.tit.j.l. apud Iulianũ.§.fi. &.l. cætera. Item est bonum exemplum.ĵ.de ser.legal.& si maxime. & hoc dicit R. rei aut personæ ratione non obstante.
l *Calumniosa.* id est, mala. q.d. dixisti posse legari seruo, quod libero facto,& ecótra: sed seruo possum legare quãdiu seruiat, puta.x.annua,& valet quasi domino relictum: vt hic, &.ĵ.de cõdit. & demon.l.filiæ.& infra, de annu.lega.l.fina. ergo & libero quãdiu seruiat. Respon. nó valet: quia infert de quid ad quale, vel ad qualitatem relinquendi. sic.ĵ.de regu.iur.l.ea est natura. Accur.
m *Adnotatio.* id est, reprehensio.
n *Nam & hoc.* scilicet quamdiu seruiat.
o *Accipit.* quia res talis est legata quam caperet liber. non dico quòd possit sic libero relinqui: vt dixi. Item nó valet hoc ad vtilitatem serui, sed domini: vt.d.l.filiæ. Accursius.
p *Alioquin.* s̃.si prædicta annotatio siue reprehẽsio reciperetur.
q *Adnotaremus.* id est, reprehenderemus, sub. quod dicitur ecótra secundum quosdam &c. quod facere non debemus.
r *Non possint.* pacto forte domini vendentis.
s *Domino.* nam & hic videtur vitiari regula prędicta: quia seruo relinquitur quod libero non potest, cum liber esse non possit. sed tamen hic valet ex persona serui, licet ad vtilitatem domini: vt superiori casu dixi.
t *Posse.* & quæritur hæreditati statim non inspecto sit capax hęres, vel defunctus, vel nó: licet postea inspiciatur: vt.s̃.eo.l.si mihi & Titio.§.fi. Accursius.
u *Itaque.* q.d. patet ex prædictis esse verum rem domini &c.
x *Possit.* vt in prin.§.no. hoc verum, nisi ratione iuris quod habet aliquis alius: vt supra, eo.l.Mæuius.§.penul. dixi. Item contra supra, titu.j.l.si mihi.§.regula. Solu.ibi. Accursius.

Latinus.] CASVS. Titius libertus Sempronij fecit testamẽtum,& Sempronium patronum suum instituit in vnũ semissem, id est, dimidiam hæreditatis sui liberti. quandam suam libertæ filiam in alium semissem: & rogauit dictam filiam per fideicõmissum quòd suum semissem restitueret quibusdam ancillis dicti sui patroni cum liberæ factæ essent. Itẽ fecit postea substitutionem, dicens quòd si filia sua non esset hæres, illæ ancillæ hęredes essent quibus fideicommissum reliquerat. Accidit autem quòd filia non adiuit,& patronus iussit adire dictas ancillas: ancillæ autem petebant fideicommissum illud cum peruenissent ad libertatem: quia ille patronus postea manumisit eas. & hoc ideo petebãt, quia illud fideicommissum relictum fuit à filia liberti hæredem instituta quæ habuit substitutas ipsas ancillas à quibus dicebant fideicõmissum relictum repetitum videri. quæritur, quid iuris sit? Et respon. quòd non videtur repetitum fideicommissum in hunc casum

BIU Cujas

casum vbi filia liberti non adiuit: sed alterutrum, scilicet vel hæreditas, vel fideicomiss. videtur dictis ancillis datum, scilicet hæreditas cum filia liberti non adiuit fideicom. aut cum filia adiuit. melius est ergo quòd dicatur quòd in eum casum videantur esse substitutæ, in quem fideicommissum habituræ erant, hoc est cum essent liberæ. Viuia.

a *Latinus.* attulit talē quæstionem.

b *Semisse.* sub condi-
tione quæ sequitur.

c *Restitueret.* Sed an posit cogere institutū adire, & restituere? Dic vt j. ad Treb. l. cogi. §. sed si seruo. & l. mulier. §. non est. Accur.

d *Filia.* ecce substitutio.

e *Patroni.* scilicet testatoris, id est, adierunt ancillæ iussu domini qui est patronus testatoris. Accursius.

f *Fideicommissum.* scilicet ancillis restituēdum. sed videtur repetitum: vt. ſ. eo. l. cū pater. §. ab instituto. & ſ. tit. j. l. licet imperator. Solu. hic eædem sunt substitutæ & fideicōmiss. vt. d. l. licet. in fin. vel hic repetitio esset inutilis, quia legaretur ancillis à domino: vt instit. eo. §. an seruo. & j. de verb. oblig. l. Titia. §. antepen. aliàs sec⁹ vt ibi dicitur. sed licet fideicommiss. non sit repetitum, conditio tamen libertatis sic: vt infra. proxi. §. Accur.

g *Melius.* quàm contrariū. vel meli⁹ quàm alterū dictum: licet & illud bene sit, & non reprobat prædicta, secundum Roge.

h *Casum.* scilicet si erunt liberæ. Accur.

i *Substitutionem.* si sunt liberę tępore quo cedit dies substitutionis, & domino quæritur. vt. j. proxi.

k *Pure.* quoad verba: licet non repetita conditione libertatis.

l *Videtur.* vt. ſ. de condic. inde. l. cum seruus. & j. de condit. & demon. l. aua. sic ergo hæreditas domino quæritur, quia non erat delata: vt infra, de regu. iur. l. quæ legata. Accursius.

LAtinus[a] Largus. Proxime ex facto incidit species talis: Libertus* patronum ex semisse hæredem instituit, & filiam suam ex alio semisse. [b] fidei commisit filiæ, vt quibusdā ancillis patroni restitueret[c] [suum semissem] cū hæ manumissæ essent: & si eadē filia[d] hæres non esset, substituit ei easdē ancillas. Quoniam filia nō voluit hæres existere, ancillę iussu domini, id est, patroni, [e] adierunt defuncti hæreditatē. post aliquantū temporis ab eo manumissæ quęrebant, an fideicōmissum[f] petere ab eodē patrono possent? Rogo ergo quid de hoc existimes, rescribas. Respondi, nec repetitum videri in hunc casum fideicōmissum: sed alterutrum datum, vel fideicōmissum, vel ipsam hæreditatē. melius[g] autem dici in eundem casum [h] substitutas videri, in quem casum fideicommissum meruerunt: & ideo ad substitutionem[i] eas vocari. Cùm enim seruo alieno fideicōmissum ab vno ex hæredibus sub cōditione libertatis fuerit datum, idēq; seruus ei hæredi substituatur: licet purè[k] substitutio facta sit, tamen sub eadem conditione substitui videtur, [l] sub qua fideicommissum meruit.

Si libertas per fideicōmissum debita retardetur: nihilominus ipsa & fideicommissum pecuniarium debebitur. Bartolus.

LXXXIIII. IDEM libro vicesimo primo Quæstionum.

Si quis seruo.] CASVS. Instituit mihi hęredē Titium, & rogaui eum per fideicō. qp daret libertatē Sticho seruo meo, & eidem Sticho legaui. x. postea Titius hæres adiuit hęreditatem meam, & manumisit dictum Stichū. vult nunc Stichus petere ab hærede dicta. x. quæritur, vtrum posit? Et quidā dixerunt qp non. & dicunt quòd dies dicti legati Sticho relicti cesit à morte testatoris, & Stichus tunc nō erat liber, immo fuit libertas ei data tantum post aditā hæreditatē ab hęrede. si cesit dies eo existente in seruitute, ergo videtur acquiri legatū hæredi: vnde nō valet. sed certe ipsi male dicunt: immo bene potest petere: quia dies libertatis suæ & legati sibi relicti cesit ab adita hæreditate tātū, & simul cesit libertati & legato. vnde si hęres nō manumittat eū incōtinēti adita hæreditate, facit morā libertati, & etiā fideicōmisso, & tenetur ad vsurā fideicōmissi. & non solum fideicōmissum debet habere facta sibi mora in libertate præstanda, sed etiā omnia quæ acquisiuit domino interim dum fit sibi mora in libertate præstāda. Vi.

m *Fideicōmissariā.* in directa nō erat dubiū: quia simul cedit dies legati & libertatis. sed hic suspēditur dies legati propter libertatem: vt supra, tit. j. l. quæsitum. §. j. & de cadu. tol. §. in nouissimo.

n *Manumitti.* ergo domino. i. ab isto hærede q est domin⁹ modo.

o *Cesśit.* scilicet de æquitate: licet de rigore aliud innuat.

p *Acquisiuit.* ex hoc patet quòd seruus est adhuc, licet mora sit ei facta: quia vt domino quærit: vt hic, nec potest hic dici bonæ fidei possess. vt ex ea causa quærat: cū interpellatus scit se debere: vt infra, de acqui. rerum do. l. quæsitum. Ité lex vocat ancillā eam quæ est passa moram: vt. j. ad Trebel. l. non est cogendus. & j. de suis & legi. hære. l. j. §. quæri. Sed tamē ex seruā, vt ibi dicitur, nascitur ingenuus. competit ergo libertas morā passo cū iudicatum est libertatē deberi: vt. j. de fideicōmiss. lib. l. cū vero. §. subuentum. & C. de fideicōmiss. lib. l. ancillam. Azo. & facit. ſ. eo. l. q insolidū. in prī. &. §. etiā. &. j. eo. l. Titia. §. vsuras. &. ſ. ti. j. l. apud. §. ipsius. & j. de fideicō. lib. l. cū vero. §. j. &. C. ad Sill. l. pe. & j. tit. j. l. si legatarius. §. seruo. &. l. patronus. in prin. &. l. qui concubi. §. cum testamento. &. j. ad. l. Falci. l. impuberē. §. j. & de ali. leg. l. cum vnus. §. j.

SI quis seruo suo fideicōmissam[m] libertatem reliquit, & aliud quid adscripsit: quidā dicunt: quia placeat ab hærede eum manumitti[n] debere, futurum esse, vt non admittatur ad fideicommissum. Sed hoc iniquum est. in huiusmodi enim persona vtriusque quodāmodo dies cessit,[o] & libertatis, & pecuniæ petendæ: adeo vt putem, si mora fiat præstandæ libertati, etiam fideicōmisso moram videri factam, & vsurarum onus accedere. nam & cætera quæ medio tēpore adquisiuit[p] domino, dum moratur præstare libertatem, eidem restitui oportere rectissimè respōnsum est.

Si debitor legat creditori: in dubio non intelligitur animo compensandi. Bartolus.

LXXXV. IDEM libro quarto Respōnsorum.

CReditorem cui res pignoris iure obligata, à debitore legata esset: non prohiberi[q] pecuniam creditam petere, si voluntas testatoris compensare volentis euidenter non ostēderetur.

In legato generali non continentur nomina debitorum. Bartolus.

LXXXVI. IDEM libro tertiodecimo Respōnsorum.

Gaius Seius pronepos meus hæres mihi esto ex semisse bonorū meorum, excepta domu mea & paterna in quibus habito, cum omnibus quæ ibi sunt: quæ omnia scias ad portionē hæreditatis quam tibi[r]

Creditorem.] CASVS. Titio obligaui codicē meū p. x. postea feci testamētū, & dictum codicē legaui eidē Titio. nunquid poterit Titius petere ab hærede meo. x. prædicta? Et dicitur quòd sic, nisi euidēter probēt hęredes mei quòd ego legaui Titio creditori codicē vt amplius non peteret debitum, id est, decem. Viuianus.

q *Prohiberi.* licet agnouerit legatū. si autem nō agnouerit, certe petit pecuniā, licet testator cōpensare voluerit. de rei vero æstimatione non est quærendum: vt. ſ. eo. l. imperator. §. si cētū. Azo. & facit. C. eo. l. creditor. &. ſ. tit. j. l. Lucius. &. j. eo. l. fi. §. pe.

Scæuola. IC. AS VS. In testamento meo institui mihi hęredem Seium, & postea feci codicillos in quibus legaui Gaio Seio. c. & rogaui dictum Gaium Seium per fideicõmissum vt Sẽproniæ ancillæ meæ restitueret dicta. c. nũquid valet secundum fideicõmissum? & dicitur quòd non, & ita Gaius Seius non tenetur dare ancillæ meæ dicta. c. sed nunquid tenetur ea dare hæredi meo? & dicitur quòd nõ. sed si Seius meus hęres prædictus nondũ soluerat dicta. c. dicto Gaio Seio, nũquid ea poterit ab eo petere Gaius Seius? & dicitur quod non. Viuianus.

q *Non esse.* hic. s. eo. l. seruus. Accursius.

r *Copellatur.* iã ei solutũ. & sic nota potiorẽ cõditionẽ possidẽtis.

s *Petere posse.* hãc regulã serua, cp potior sit hæredis vel legatarij possidẽtis cõditio vbicũq; fideicõ. est ab initio nullũ mixta cõsiderationẽ testãtis, & eius cui dãdũ est habita. Idem si & legatũ sit nullum propter rẽ quę legatur. nã & ibi neutrũ tenet. idẽ dico & si qualitercũq; deficiat à principio fideicõ. & ita expone quod est. s. eo. l. si quis quos. &. j. de cõdit. & demõ. l. si quis eũ. s. vt non teneat legatũ, vt possit peti: tenet tamẽ vt habeat exceptionẽ, nisi e-

ff. Infort.

A ligatur vt ministeꝛ. si vero solũmodo fideicõ. deficiat ex postfacto, secus est: quia valet legatũ: vt. s. eo. l. si quis Titio. & ibi not. &. j. tit. j. l. pater. §. Tusculanus. &. s. tit. j. l. si fundũ per fideicõ. §. Iulianus. quæ sunt cõtra. nisi eligatur vt ministeꝛ: vt dictum est. si autem solum legatũ sit nullum aut à principio, vt pro nõ scriptũ: & tũc nec fideicõmissum tenet. si autem ex postfacto, & sic in causa caduci, & tũc sic: vt C. de cad. tol. §. in primo. &. §. pro secundo. Ex prædictis no. quòd autẽ vtrũq; nullũ propter rẽ vel aliã causam: aut alterum: & tunc si fideicõ. solũ: refert vel ab initio, vel ex postfacto. idẽ si legatũ solũ. nã & ibi distinguitur à principio, vel ex postfacto. Iteꝝ ex prędictis patet nõ esse contra. C. de cadu. tol. §. in primo. vbi legatũ inutile non remanet apud legatariũ: hic sic. quia hic est inutile fideicõ. nõ propter se: ibi propter seipsum. Iteꝝ ex prędictis videtur cp malę scripsit H. respon. sic, si tibi legetur vt tertio restituas, vt valeat vel deficiat fideicom. illius tantum inspicitur persona cui fideicom. relinquitur: vt .s. de inoffic. testa. l. Papinianus. §. meminisse. ibi, eo autẽ solo &c. &. s. si quis ali. test. pro. l. j. §. j. & de excu. tut. l. legatarius. & .j. de leg. præ. bono. possess. contra. tabu. petita. l. iij. & infra, de bono. liber. l. in seruitute? Respon. quinimmo & hic legatarij tantum inspicitur psona quoad aliquid, scilicet vt habeat re-

singularis lex, secundum Bartolum.

B ¶ Scęuola. codicillis Gaio Seio centum legauit, eiusque fideicommisit, vt ancillæ testatoris ea daret. Quæro, an vtile fideicommissum sit quod legatarius ancillę testatoris dare iussus est? Respondi, non esse. q Item si vtile non est, an legatarius hæredi cuius ancilla est, restituere compellatur? r Respondi, non cõpelli: sed nec ipsum legatarium legatum petere posse. s

Si liberti consentiunt hæredi patroni alienanti rem eis relictam, præsumitur animo donandi, nisi aliud appareat. Bar.

C ¶ Insulam t libertis vtriusque sexus legauit, ita vt ex reditu eius masculi duplum, fœminæ simplũ percipiant: eãque alienari vetuit. ex consensu omniũ ab hærede venumdata est. u Quæro, an ex pretio insulæ duplum mares, simplum caperẽt fœminæ? Respõdi, ob pretium nullam fideicommissi persecutionem esse, nisi ea mente x vẽditioni consenserunt, vt similiter ex pretio mares quidẽ duplum, fœminæ autem simplum consequantur. y

Prohibitus vendere vel obligare nõ videtur prohibitus locare. h. d. Vel sic: Qui obligat nomen conductoris domus alienare prohibitæ, non videtur alienare domũ vel obligare. Bartolus.

tentionem, vt hic dicit.

Insulam. IC. AS VS. Titius habebat vnã insulam forte in quodam flumine ex qua magnum reditum consequebatur. habebat enim forte ibi cuniculos, vt habent Perusini in lacu eorum. Iteꝝ habebat duos libertos & duas libertas. hic Titius fecit testamẽtum, & instituto sibi hærede, dictis libertis vtriusque sexus dictam insulã legauit ita vt ex reditibus eius insulę masculi liberti duplum percipiant, & fœminæ simplum. Iteꝝ vetuit dictam insulã alienari. Mortuo dicto Titio testatore, hæres eius vendidit dictam insulam Seio pro. c. pone, & voluntate omniũ prædictorum libertorũ. volebant nunc liberti masculi habẽre duplum pretij dictæ insulæ, & fœminæ volebant simplum, sicut habere debebant, de reditibus insulæ. Quæritur, vtrum hoc consequi possint? & dicitur quod non, nisi hoc pacto venditioni consenserint. Viuianus.

t *Insulam.* quoad proprietatem. &. j. vetat alienari: sed reditus eius posset legare: vt. j. de adimen. leg. l. libertõ. j. respon.

u *Venumdata est.* quod esse potest: vt. C. de fideicommiss. l. quoties. &. s. tit. j. l. nihil. §. j. Accursius.

x *Ea mente.* id est, eo pacto. eorum enim mens tantummodo nõ sufficeret: vt argu. s. de condic. indebi. l. quod quis. Accursius.

y *Consequantur.* tunc ergo vt aliqua sit exceptio, persecutio erit fideicommissi ad pretium. Sed hoc quo modo, cum nõ sit legatũ, sed insula: vt. d. l. liberto. quæ in hoc est contra? Respon. sub. hic nullam fideicom. persecutionem vel ex alia causa nisi &c. & secundũ hoc agetur ex pacto, vel mandato, vel ex stipulatione. Io. Vel dic secundum Azo. agi actione ex testamento ad pretiũ, cum loco rei succedat: vt. s. tit. j. l. imperator. §. fi. & secundum hoc intellige. s. tit. j. l. si fundum per fideicom. in prin. quæ est contra. & in. d. l. liberto. non consensit legatarius venditioni.

BIU Cujas

Instituto.]CASVS. Titius habens filios, & ex eo nepotes emancipatos, instituit eos omnes sibi hæredes: & ita dixit postea in testamento: Volo quod hæredes mei non vendant domos meas, neque obligent alicui pro denariis ad vsuram: sed volo manere dictas domos firmas & simplices meis filiis & nepotibus per vniuersum tempus. & si aliquis dictorũ hæredũ meorum voluerit vendere partem suam, vel obligare ad vsuras, faciat hoc cũ vno de cocũ hunc ex hæredibus suis. & si cũ alio faceret, volo q̃ sit inutile. Mortuo testatore filius prędictus accepit mutuam pecuniam sub vsuris à quadam vsuraria quæ vocabatur Flauia Dionyder vero sic sia: & obligauit per fidem ei parte suam dotarum domorũ datarum ad pensionem. quid dicti filij obligãtis poterunt ex mente testatoris & ex fideicõmisso petere dictã partem quasi nunc obligatam contra testatorris præceptum? Et dicitur quòd non: quia non obligauit filius tenus, imo pẽsioné. Vium inuiolabiliter q̃ maneãt. Si quis vero eorũ partem suã vel vẽdere, vel in causam mutui obligare voluerit: sal dicit. tẽ. coheredi suo eius vẽdendi vel obligãdi potestatẽ habeto. Quod si aduersus ea quis fecerit, quicquid eius rei gestũ esse dicetur, id infirmũ atque irritum esto.

† Instituto filio hærede, & ex eo [a] nepotibus emancipatis, [b] testator ita cauit: † βούλομαι δὲ τὰς ἐμὰς οἰκίας μὴ πωλεῖσθαι ὑπὸ τῶν κληρονόμων μου, μηδὲ δανείσασθαι κατ' αὐτῶν, ἀλλὰ μένειν αὐτὰς ἀκεραίας αὐτοῖς καὶ υἱοῖς καὶ ἐκγόνοις εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον. ἐὰν δέ τις βουληθῇ αὐτῶν πωλῆσαι τὸ μέρος αὐτοῦ, ἢ δανείσασθαι κατ' αὐτοῦ: ἐξουσίαν ἐχέτω πωλῆσαι τῷ συγκληρονόμῳ αὐτοῦ, καὶ δανείζεσθαι παρ' αὐτοῦ. Ἐὰν δέ τις παρὰ ταῦτα ποιήσῃ, ἔσται τὸ χρηματιζόμενον ἄκυρον καὶ ἄκυρον. [id est, volo meas ædes non vendi ab hæredibus meis, neq; fœnerari [c] super eas, sed manere eas firmas [d] simplices [e] meis filiis & nepotibus per vniuersum tempus. si autem aliquis eorum voluerit vendere partem suam, vel fœnerari super eam, potestatẽ habeat vendere cohæredi suo, & fœnerari ab eo. si autem aliquis præter hæc fecerit, erit quod obligatur, inutile atque irritũ.] Quæritur, cùm filij defuncti mutuã pecuniã à Flauia Dionysia acceperit, & locatis ædibus pro parte sua pẽsiones sibi debitas creditrici delegauerit: an conditio testamẽti extitisse videatur, vt filiis suis [f] fideicommissi nomine teneatur? Respõdi, secundum ea quæ proponerentur, non extitisse. [g]

Prohibitus alienare in personas certas, prohibetur in eas ab intestato legitimo iure transferre. Bartolus.

¶ Matre & vxore hæredib' institutis, ita cauit: *A te vxor charissima peto, ne quid post mortẽ tuam fratribus tuis relinquas. habes filios sororum tuarum, quibus relinquas.* [h] *scis vnum fratrem tuum filium nostrum occidisse,* [i] *dum ei rapinam facit: sed & alius mihi deteriora* † *fecit.* Quæro, cùm vxor intestata decesserit, & legitima eius hæreditas ad fratrem pertineat: an sororis filij fideicommissum ab eo petere possunt? Respondi, posse defendi fideicommissum deberi.

Hæc verba, quod valeat omnimodo quo melius de iure potest, intelliguntur etiam ab intestato. Bartolus.

¶ *Lucius Titius hoc meum testamentum scripsi sine vllo iurisperito, rationẽ animi mei potius secutus, quam miseram & nimiam diligentiam:* [k] *& si minus aliquid legitimè, minúsve peritè fecero, pro iure legitimo haberi* [l] *debet hominis sani voluntas.* deinde hæredes instituit. Quæsitum est, intestati eius bonorum possessione petita, an portiones adscriptæ ex causa fideicõmissi peti possunt? Respondi, secundum ea quæ proponerentur, posse.

Volũtas testatoris tacita à cõtrario sensu sumpta, per tacitam voluntatem reuocatur. Bartolus.

LXXXIX. IDEM libro quarto Responsorum.

TEstator* filium & vxorem suã hæredes instituit: postea epistolam scripsisse dicitur, † qua & quidquid in peculio habuit filius, ei donauit, & adiecit, [se] præcipua hæc eum, suíque iuris, & post mortem suam habere velle. Quæro, cùm testamento significauerit si quid obsignatum [m] reperisset, [n] id

TEstator.]CASVS. Titius instituit sibi hæredem filiũ suum & vxorem, & ita dixit in testamento, quod si quid obsignatum reperisset à patre dictus filius, id valeret iure codicillorum. postea scripsit epistolã dicto filio absenti, in qua donauit eidem filio quicquid in peculio habuit filius idem: & ibi erat in eadem epistola quod volebat dictũ filium habere præcipua omnia prædicta quæ habebat in peculio. quæ quidẽ epistola nõ fuit signata. quæritur, nunquid ea quæ in epistola cõtinentur, ad filium pertineant? Et videtur quod nõ: quia eo tẽpore quo dixit in testamento, si quid obsignatũ &c. non erat facta epistola: & si facta fuisset, non erat signata. Et tamen dicitur quod pertinent, dum tamen filius possit probare dictam epistolam factam esse per patrẽ suum & relictam. h. d. vsque ad. §. qui indiuisam. Viuianus.

Matre & vxore.]CASVS. Titius instituit sibi hæredes matrẽ suam & vxorem: & ita dixit vxori in testamẽto, Peto à te ne quid post mortem tuã fratribus tuis relinquas. habes filias sororũ tuarum, quibus relinquas. nam scis vnũ fratrem tuum filium nostrum occidisse dum ei filio rapinã faceret: & alia mihi deteriora fecit. Mortuo dicto Titio testatore vxor sua prædicta decessit postea ab intestato, & sic legitima eius hæreditas. s. vxoris pertinuit ad fratrẽ prædictũ. de quo taliter vt dictum est, locutus fuit testator, & etiã ad alios fratres dictæ vxoris. veniũt filiæ sororũ dictę vxoris, & petunt à dicto fratre vxoris partem ipsius fratris quã habet in hæreditate dictæ vxoris tanquam ex fideicõmisso eis relicto per dictum testatorẽ. dixit enim vxori. Habes filias sororũ tuarũ, quibus relinquas &c. Quæritur, vtrum possint? Et dicitur q̃ sic. Vi.

[a] *Ex eo.* filio.
[b] *Emancipatis.* instimanẽat. *Si*
[c] *Fœnerari.* i. obligari fœneratitio creditori: sed necnon fœnerare, *vel in*
[d] *Firmas.* id est, non alienatas.
[e] *Simplices.* id est, nõ obligatas.
[f] *Filiis suis.* scilicet defuncti nepotibus. nã *aduersus ea*
[g] *Non extitisse.* non ob. C. de re. alie. non alie. l. fi. quia pensionẽ vel ius pensionis obligauit hic, ibi vero rẽ. Et est ar. hic q̃ si quis alienare prohibitus locet in centum annos, vel mille, quòd non alienet, sic. s. locati. l. non solet.
[h] *Quibus relinquas.* Hic potest subaudiri, præcipio: &, si vis. sed Scæuola, præcipio, subaudit, ne res pereat. sic. s. eo. l. Titia. §. Lucius. tum amore filiorum prædictorum: tum odio fratrum. & sic non est contra. s. eo. l. cum pater. §. mando. vbi est consilium.
[i] *Occidisse.* hoc odium etiam ante legatum reuocat: vt. j. de adi. leg. l. iij. in fi.
[k] *Diligentiam.* id est, *solennitatem.* & audi
[l] *Haberi debet.* in plurali. aliàs impersonaliter loquitur de seipso. & dic *sani mentis, licet non corpore:* vt. C. qui testa. face. pos. l. senio. & est tale ac si diceret: si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum. & sic nota ob. C. de fideicõ. l. ei. & l. ex testamẽto. quæ sunt contra. & facit. s. eo. l. proxi. in. §. filia. & l. cũ pater. §. filius. & l. si quis ex testamẽto. & j. ad Treb. l. Scæuola.

[m] *Obsignatũ.* id est, sigillatũ. sic. C. quéadmo. testa. aper. l. j. Azo.
[n] *Reperisset.* aliàs, reperisti, scilicet tu filius in hoc testamẽto signato. quasi diceret, quod hoc testamento tibi reliqui, volo valere etiã iure codicillorum. quæ scriptura nõ porrigitur ad epistolam quæ tũc facta nõ erat, propter verbũ præteriti tẽporis, reperisti. aliàs, recepisset. s. filius ex dicto testamẽto signato. Vel dic secundum

BIU Cujas

cundum hanc literam loqui etiam de futuro. quasi diceret, si quid mihi legauero in scriptura obsignata, valeat iure codicillorũ. nam per hoc voluit valere non signatum. & secundum hoc nõ est cõtra. ff. tit. j. l. si quis. in prin. immo & si hoc expresse dixisset, pœnitere posset: vt. ff. titu. j. l. diuus. §. licet. & ff. eo. l. cum pater. §. fi. Ac.

Qui indiuisam.]CASVS. Titius habebat hæreditatẽ suã indiuisam cũ Lucretio Pacato fratre suo. hic Titius in testamẽto suo instituit sibi hæredes filias suas proprias, & in eodẽ testamẽto ita postea dixit, ò filiæ meæ fidei vestræ cõmitto vt pro portione vestra illarũ rerũ quas habeo cõmunes cũ dicto fratre meo: quas vniuersas. l. partẽ meã & fratris mei cõstiterit esse æstimationis duorũ milium aureorũ, accipiatis ab eo mille aureos. facto hoc testamento vixit idẽ Titius per. v. annos, & multa fuit lucratus in illis. v. annis vltra quàm haberet tẽpore quo fecit testamẽtum, & sic maior hereditas remansit filiabus suis quàm remãsisset si decessisset testator tẽpore testamenti. postea decessit dict⁹ frater testatoris. s. Lucretius Pacat⁹. & habuit hæredes Titium & Mæuiũ pone. veniũt hæredes Lucretij Pacati, & offerũt filiabus testatoris Titij mille aureos, & volũt quod ipsæ dẽt eis vniuersa quæ habuit Titius tẽpore mortis. filię autẽ volunt eis dare illud tantũ quod Titius habebat tẽpore testamẽti. quęritur, quid iuris sit? Et videtur quod dictũ hæredũ Lucretij Pacati pręualeat ꝓpter verba quæ sunt in hoc. §. ibi, ꝓpter res vniuersas &c. vsq; illuc, huic testamẽto quĩquenio &c. & tamẽ iudicatur hic qđ dictũ filiarũ prævaleat. Vi.

vice codicillorum valere: *epistola autem non sit obsignata: an quæ epistola cõtinentur, ad filium pertineant? Respondi, si fides epistolæ relictæ cõstaret, deberi quæ in ea* dare se velle significauit.

Verba generalia debẽt ad tempus testamenti referri. Bartolus.

¶ Qui indiuisam [a] cum fratre suo rem habebat, filias suas hęredes instituit, & ita cauit: *Propter res vniuersas quæ mihi cum illo fratre meo patruo vestro communes* [b] *sunt, quas æstimationis constiterit esse vniuersas* [c] *duorum milium aureorum, fidei vestræ committo, vti pro portione vestra mille aureos à Lucretio Pacato patruo vestro accipiatis.* huic testamento quinquennio superuixit, & abunde patrimonium [d] reliquit. Quæsitum est, an hęredes Lucretij [e] Pacati secũdum verba suprascripta offerentes mille aureos, fideicõmissum consequantur? Respõdi, secundum ea quæ proponerentur, nõ facere [f] voluntatẽ vt vniuersa [g] datis millenis aureis restituerentur: sed æstimationis quę mortis tẽpore in reb⁹ fuerat, oblationem [h] debere fieri.

Conditio apposita in personam vnius, in personam alterius sibi coniunctã non videtur repetita. Bartolus.

¶ Seio quem hæredi substituerat, ita legauit: *Seio si mihi hæres non erit, & vxori eius Marcellæ argenti libras quindecim dari volo.* quæro, cum Seius hæres extiterit, an Marcellę [i] legati dimidia portio debeatur? Respondi, secundum ea quæ proponerentur, deberi.

Valet fideicommissum iniunctum de bonis communicandis. Bartolus.

¶ Lucius Titius intestatò moriturus, cum haberet vxorẽ, & ex ea filiam emãcipatam, [k] codicillis hęc verba inseruit, *Pertinent* [l] *autẽ hi codicilli ad vxorem & filiam. Primum autẽ rogo, sic inter vos agatis, vt me viuo egistis. Itaque rogo, quidquid aut ego reliquero, aut quod vos ipsæ habetis, cõmune vobis sit.* filia intestati patris bonorũ possessionem accepit. quæritur, an aliqua pars hæreditatis Lucij Titij ex causa fideicõmissi à filia matri deberetur, & quota? Respõdi, secundum ea quæ proponerentur, dimidiam [m] partẽ deberi, si modò vxor parata sit in commune bona sua conferre.

Qui ratione coniunctionis non admittitur vt ipse: admitti tanquam alius prohibetur. Bartolus.

¶ Quatuor filios [suos] æquis partibus instituit, & fundum [n] libertus. & C. com. vtriusque iudi. l. scriptura. & in authen. de iureiur. §. j. sed in casu huius. §. videtur secus.

Seio quem.]CASVS. Instituit mihi hęredẽ Titium, & substituit ei Seium, & postea ita dixit: Si Seius prædictus nõ erit mihi hæres ex substitutione, lego ei & vxori suæ Marcellæ quindecim libras argenti. postea Titius voluit habere hæreditatem, & ita Seius mihi successit ex substitutione: & ita quantũ ad eũ defecit conditio legati prædicti. nunquid ergo deficiet dictũ legatum quantũ ad Marcellã? Et dicitur quòd non, immo habebit dimidiã iure legati: subaudi, & aliam dimidiã iure accrescendi, & sic totum. Viuianus.

Lucius Titius.]CASVS. Lucius Titius ab intestato moriẽs fecit codicillos: & cum filiam haberet emancipatam, & vxorem, ita fuit locutus eis in dictis codicillis: Isti mei codicili pertinent ad te filiam & vxorem meã matrem tuam. & in primis rogo vos vt sic inter vos agatis, vt me viuo egistis. Item rogo vt quicquid aut ego relinquo, aut quod vos ipsæ habetis, sit vobis cõmune. Mortuo dicto Lucio Titio dicta filia accepit bo. pos. ab intestato, & ita habuit omnia bona patris. vxor prædicta Lucij Titij petiit nunc à filia propter fideicõ. dimidiam bonorum mariti sui, & sua vxoris bona vult in commune conferre sicut dixit maritus in codicillis. nunquid debet audiri? Et dicitur quod sic. Viuianus.

a *Qui indiuisã rẽ.* i. res plures: vt subiicit. j. vel. i. hæreditatẽ. Ac.

b *Communes sunt.* ex hoc verbo, sunt, quod est præsentis temporis, patet quod hic voluntas nõ porrigitur ad ea quæ postea cœperunt esse cõmunia: vt in fi. huius. §. dicitur. & arg. ff. ea. l. in prin. & j. de aur. & arg. leg. l. si ita. & ita spectatur tempus testamenti. at verbum, constiterit, quod statim sequitur. quoad æstimationẽ rerum est futuri tẽporis. & sic ad tempus mortis refertur prout tunc valent res quondam communes tempore testamenti.

c *Vniuersas.* q. d. eas æstimo, quia poterant valere tempore mortis tantum: & nõ plus. subaudi ergo, dumtaxat. iusto enim pretio volebat dari res tales patruo: vt hæc verba denotant: quas æstimationis &c. Vnde quidam non concedunt hanc propositionem: tu habes vnum oculum. quia subaudiunt, tantum. sed tamẽ licet iusto pretio debuit dari, valet legatum propter vicinitatẽ. vt. ff. eo. l. si cui. sic ergo si plures res incipiunt esse, non debebitur augmentum nisi augmenti præstetur pretium.

d *Patrimonium.* scilicet auctũ. Itẽ videtur cõtra. j. tit. j. l. xj. §. iij.

e *Lucretii.* mortui post mortem fratris. aliàs esset pro non scripto, vel caducum, vel in causa caduci, secundum R.

f *Non facere.* id est, non operari.

g *Vt vniuersa.* quia nũquã cœperũt post testamẽtũ esse cõmunia.

g *Vniuersa.* quæsita post testamentum, vel quæ sunt vltra quantitatem duum milium aureorum. Azo. siue ex transcursu temporis, siue ex augmento patrimonij.

h *Oblationem.* aliàs obligationem. aliàs, oblationem. Sed quid si statim decessisset? nunquid stabitur illi æstimationi? Videtur arg. quod non, nisi iurasset: vt. ff. titu. j. l. si fundum sub conditione. §. si ff. Infort.

i *Marcellæ.* putabatur cõditio adiecta legato mariti esse repetita in legato vxoris, sed cõtra est, vt subiicit: quia sic redderetur legatum inutile, vt. ff. tit. j. l. seruo alieno. §. si ab impubere. Sed contra. j. de condit. & demõ. l. mulieri. vbi apposita mulieri repetita intelligitur in Titio, & tamen per hoc fit legatũ Titij inutile. Solu. ibi testator voluit repetere, vt ibi in text. patet, & sic non tacite, sed expresse. vel hic & ibi trahitur conditio ad vnam personã, ad aliam non. Sed an pars collegatarij ei accrescit? Respon. sic, vt. ff. titu. j. l. plane. j. §. si duobus. x. & l. legatum. §. hæredi. quæ sunt contra. habet ergo dimidiã, scilicet iure suo, vt hic: & aliã iure collegatarij. & de hoc dic vt not. ff. eo. l. si Titio. & facit. j. de condit. & demon. l. Iulius Paulus.

k *Emancipatam.* idem si esset in potestate.

l *Pertinent.* hæc sunt verba testatoris, vel iurisconsulti.

m *Dimidiam.* Not. sic. ff. de hære. instit. l. quoties. §. si hæredes. & pro soc. l. si non fuerit. in prin. & est sic. j. ad Trebel. l. Lucius.

Quatuor.]CASVS. Instituit mihi æqualiter hæredes quatuor meos filios, & cuilibet eorũ prælegaui vnũ fundũ, & decessit: nũc inueniũt dicti mei filij quod ego pro. c. mutuo acceptis à Titio, obligauerã ei omnia bona mea. vnde ipsi nõ habẽtes pecuniã, acceperunt mutuo dictam pecuniã à Sempronio, & obligauerũt ei omnia bona dicta, & soluerunt eam Titio qui erat primus creditor. procedente tẽpore cum nõ restituerẽt pecuniã Sẽpronio, ipse Sẽpronius vẽdidit vni ex dictis meis filiis. nã licebat ꝓ pactũ factũ in obligatione ei vẽdere. s. Sẽpronio secũdo creditori. veniũt modo alij tres, & petit quilibet à fratre qui emit prædiũ sibi prælegatum. quæritur, vtrum possint? & dicitur quod sic. non tamen tenetur frater eis dare: nisi quilibet eorum soluat ei partem sibi contingentem de debito quod acceperunt à Sempronio. Viuia.

n *Fundum.* vel singulis singulos fundos, vel vnum inter omnes.

BIU Cujas

tamen valet legatum:& si repudiet hæreditatem,habebit:vt.ſ.tit. j.l.qui filiabus.§.fi.&.l.& quidam.

a *Competentem.*sed quæ est hæc actio? Respon.fa.ercisc. vt.ſ.fa. ercisc.un.l.si ita legatum.&.C.fami.ercis.l.si qua. & datur vt percipiat partem cohæredis in qua sola consistit perceptio,id est,legatū. aliam enim partē debet habere vt hæres, sed vt liberatā tradat:vt.ſ.fami. ercisc.l. rem.Azo.Itē no.propter vinculum fraternitatis & communionis non debere vnū emere, sed luere sicut fideiussor: vt.ſ. mandа.l.si mādato.§. Paul⁹.&.C. de dolo.l.j.& sic est ar. de tāquam. vt no.ſ. de adop.l. si pater. §. qui duos. Item non ob.ſ. fami.ercis.l. hęredes.§. quod pro emptore. & communi diui.qui cohæredes. vt ibi not.Itē arg. contra.ſ. titu.j.l.si fundus per fideicōmiſ. in prin.Solu.ibi.

b *Nisi prius.* sic.ſ. de rei vindi.l. emptor. & C. si antiqui.credito.l. j. in fi. facit ad.§.ſ. de in diem addic.l. quod si vno.in fi.&.C.de repu.hęre.l.ij.&.ſ.de distra.pig.l.cū secundus.

Filiæ.]CASVS.Seius instituit sibi hæredes Titium & Sépro. suos filios,& Titiā suā filiam quam iam maritauerat, & pro ea dotē dederat marito,& eam sibi Titio reddi stipulatus fuerat. postea in testamento fidei dictæ suæ filię cōmisit vt dictam cautionē de dote reddenda taliter cū marito suo renouaret, vt dicti fratres Titiæ stipulentur sibi reddi dotem prędictam à marito si ipsa filia in matrimonio moreretur sine liberis vno vel pluribus. postea post mortē dicti Seij patris decessit marit⁹ dictæ Titiæ antequam renouaretur dicta cautio dotalis, postea dicta Titia nupsit alij.postea decessit Sépronius prędictus vnus de fratribus:remānsit Titius alter frater.postea decessit dicta Titia sine liberis vno vel pluribus, per quam steterat quo minus Titius frater superstes stipularetur dotem à marito secundo Titiæ.modo quæritur, nūquid dictus Titius possit petere ab hæredibus Titiæ suæ sororis res quæ fuerunt in dote apud secundum maritum, quas quidem secundus maritus restituit dictis hæredibus Titiæ post mortem ipsius Titiæ quæ sine liberis decessit, vt dictum est?& respondetur quod sic.Viuianus.

*Flo.dotē

c *Stetit.*quia interpellata non fecit: vt.ſ.si certum pe.l.quod te. Sed quid si non stetit per eam ? Respon. cum ipsa vel rem dotalem vel actionem habeat,sola oblatione non potuit liberari: nisi sequeretur interitus: vt infra, de sol.l.qui decem. &.ſ. de arbi.l. Celsus.§.idem ait.Accursius.

Filium & filiam.]CASVS. Titia testatrix instituit sibi hæredes filium suum Seium,& filiam suam Mæuiam: & duobus pone suis libertis legata reliquit,& fidei dictorum libertorum commisit vt legatis eis relictis contenti essent vsque ad mortem eorum, & post mortem restituerent dictis filiis testatricis. mortua dicta testatrice decessit dicta Mæuia eius filia, & remansit frater suus per præceptionem singulis legauit. filij, cum vniuersa bona patris obligata essent, mutua accepta pecunia, hæreditario creditori soluerūt,& posteriori obligauerūt. qui, cum ei debitum non solueretur, prædia vniuersa lege pignoris vni ex hęredibus vendidit.Quæritur, an cum iste filius ex causa emptionis ea possideat,fratribus & cohæredibus fideicommissi petitio esset:an verò ea perempta esset,cum communiter vniuersa sequenti creditori obligauerint? Respondi, actionē quidē fideicōmissi in personā competētem [g] omnibus inuicē manere,non autē[id] fideicōmissum restituendum esse, nisi prius [b] debitū ab eis emptori eidēque cohęredi persolueretur.

Filia potest grauari in dotem quatenus dos est vltra legitimam.Bartolus.

℣ Filiæ fidei commisit in hæc verba: *Peto à te filia mea, vt dotalem cautionem post mortem meā mutes, & ita renoues, vt fratres tui dotem stipulentur hoc casu, vt si sine liberis vno pluribúsve in matrimonio morieris,dos ad eos perueniat.* post mortem patris decessit maritus antequam renouaretur cautio dotalis,& postea alij nupta decessit,nullo liberorum relicto, viuo adhuc Titio vno ex fratribus. quæsitum est,an Titius petitionem haberet rerum quę in dote*fuerant? Respōdi posse fideicommissum ab hæredibus sororis peti,si per eam stetit [c] quo minus dotem frater stipularetur.

A dictus, scilicet Seius. vnde post mortem libertorum debebat habere legata libertis relicta hæres Mæuię,& ipse Seius frater suus. postea vnus de dictis libertis decessit instituto hęrede dicto Seio filio testatricis ex debita parte,id est, ex tertia hodie quæ debetur patronis in bonis libertorum: & instituto extraneo quodā in superfluo hæreditatis fuit liberti, postea dictus Seius & extraneus adierūt hæreditatē dicti liberti. nūc dictus Seius vult petere à cohærede suo extraneo dimidiam eius quod debebat habere idē Seius in legato liberto dicto relicto à Titia testatrice,id est,quartam partē dicti legati. dicebat enim Seius, testatrix dixit quod quilibet libertorū relinqueret mihi & sorori meæ legatum sibi relictum post suā mortē suā liberti.vnde de legato relicto liberto mortuo nunc ego debeo habere dimidiā, dimidiam ergo dictæ meæ dimidiæ debeo habere à te cohærede meo, & aliā dimidiam dimidiæ à me. quæritur, nunquid bene petat? Et dicitur quod sic.Viuianus.

Pluribus post eorum mortem simul rogatis,vno mortuo aliis superstitibus statim cōpetit fideicommissi petitio.Bartolus.

℣ Filium & filiam hæredes instituit, [d] & libertis legata dedit: eorumque fidei cōmisit in hæc verba: *A vobis peto, vt quidquid vobis legaui,*[eo]*contenti sitis viuētes: vt post vos filiis meis restituatis.* defuncta testatricis filia Mæuia,libertus decessit hęrede in- B stituto * patronæ filio ex parte debita, [e] ex altera [f] extraneo. Quæsitum est,an adita hæreditate, [g] patronæ filius à cohærede suo partem eorū quæ ex testamēto matris ad Mæuium libertū peruenerant, petere posset? Respōdi, eius quod ei [h] deberetur [i] si hęreditatē non adisset, partem [k] à cohærede petere posse.

Iusta hæredis ignorantia alienationem rei per fideicommiſ.relictæ quæ subiacet restitutioni,confirmat.Bartolus.

℣ Maritus vxorē ex asse hæredē instituit,cuius post mortem codicillos aperiri testator præ- C cepit. prædium hæreditarium vxor infructuosum rationi suę existimans, vendidit. emptor quærit, an retractari hæc vēditio possit post mortem mulieris ab his quibus codicillis per fideicommissum hæreditas data deprehēderetur: an verò solum quantitas pretij ab hęrede vxoris fideicōmissariis debeatur? Respondi propter iustam ignorātiam [l] tā mulieris quàm emptoris,hæredem mulieris,vt fundus apud emptorem remaneat, fideicōmissario pretium dare debere.

Maritus.]CASVS. Vxorē meā in omnibus meis bonis mihi hæ- D dē instituī.postea feci codicillos,in quibus eā rogaui per fideicō. vt Titio pone illā hæreditatē restitueret.postea iusi vt dicti codicilli aperirētur solūmodo post mortē dictæ meæ vxoris me testatore & codicillatore mortuo.vxor mea prædicta vēdidit prædiū hæreditarium existimās esse dictum fundū infructuosum rationi suę.postea decessit dicta vxor,& habuit hęredē Gaiū pone. veniunt nunc Titius & Seius fideicōmissarij prædicti, & petunt hæreditatē meā ab hærede dictæ meæ vxoris,id est,à Gaio.Itē pe- tūt ab emptore prædiū quod vēdidit ei vxor,vt dictū est, dicēs quod ipsa non potuit alienare prædiū quod eis restitui debebat. quæritur , nunquid possint dictum prædium taliter reuocare ab emptore?Et dicitur quod nō, propter iustā ignorantiā vēditricis & emptoris.nam tempore quo ipsa vēdidit dictum fundum, non erant adhuc aperti codicilli in quibus de restitutione hæreditatis continebatur.pretium autē fundi poterunt petere dicti fideicommissarij ab hærede dictæ vxoris.Viuianus.

DE LE-

BIU Cujas

DE LEGATIS ET FIDEI-commissis III.

Hic quæritur, quare in tres libros posuit de lega. Respon. in titu. de lega. dixit quid, & quantum. Item in titu. de lega. 2. dixit quis, & à quo, & quibus verbis. In isto de significatione verborum tam circa res quam circa personas positorum: vt in summa. C. de verbo. signifi. verum quia frequenter quod vni esset attribuendum, in alio ponitur: alii dixerunt propter prolixitatem euitandam: quod non placet. cùm enim sint libri, ergo distinctos debet habere tractatus: licet liber quandoq; ponatur pro toto volumine: vt. j. eo. l. librorum.

Digestorũ

seu Pandectarum Liber trigesimus secundus.

DE LEGATIS ET FIdeicommissis Liber tertius.

TITVLVS I.

Dubius de statu suo per errorẽ facti vel iuris, non potest testari. Bartolus.

1. VLPIANVS libro primo Fideicommissorum.

Incert⁹.] CASVS. Ad euidentiam huius legis not. quòd hostes sunt quib⁹ populus Romanus bellum indixit, aut ipsi eis. latrúculi autem sunt quibus priuatis ciuitas priuata bellũ indixit, vel ipsi ei, & capti à primis efficiuntur serui: capti à secundis non: vt. j. de captiuis. l. hostes. & ſ. de testa. l. q à latronib⁹. ſ prædictis ergo aut captus errat in facto, aut iure, & in vtroq; casu statuitur idẽ: scilicet vt nõ possit dictus captus facere testamentũ, nec fideicõmissa relinquere. de errore autẽ facti ponit exẽplũ in primo responso huius. l. de errore iuris in secundo. Viuianus.

a *Si incertus.* vel errãs: vt. ſ. de testa. l. de statu. Accursius.

b *Captiuus.* ſ. ab hostib⁹. quod dic vt. j. de capti. & postlim. reuer. l. hostes. primus testari non potest, secundus sic: vt. ſ. de testa. l. qui à latronibus. & l. eius.

c *Obsessus.* id est, detentus.

d *Facere non potest.* nisi sit miles: vt. ſ. de mili. test. l. ex militari. ſ. j. vel veteranus: vt. ſ. de codicil. l. Aristo.

e *Sui iuris.* ſ. facti, hic iuris errorem ponit.

f *Vel relegatus.* aliquis, repete, forte in insulam, vel apud Sarracenos vel hostes. Accursius.

g *Potest.* magna iuris ignorantia, quia relegatus retinet ciuitatẽ & libertatem: vt instit. quib. mo. ius pa. po. solu. ſ. relegati. & ideo testari possunt: vt. j. de interdi. l. relegatorum. ſ. hæc est differẽtia. In captis secus: vt instit. de iure personarum. ſ. j.

h *Qui nec testari.* à simili. & est bonũ arg. ſ. de lega. ij. l. ij. secus in aditione hæreditatis, vbi non nocet error conditionis hæreditis: vt. ſ. de acqui. hære. l. sed & si de sua. ſ. cur autem. Azo. & facit infra, de vsucap. l. si fur. ſ. j. Accursius.

Sed si filiusfamilias.] CASVS. Filiusfamiliàs vel seruus fecit codicillos. & in eis reliquit legata & fideicommissa. & existens adhuc filiusfamiliàs, vel seruus decesit. nõ valet certe legatum vel fideicommissum. Sed quid si post codicillos prædictos factos fuit filius prædictus à patre emancipatus, vel seruus à domino manumissus, & postea decesserunt non mutata voluntate? Certe valebunt legata & fideicommissa prædicta quasi facti sint codicilli tẽpore mortis eorum. secus autem si dicta legata reliquissent in testamento ab eis facto: quia tunc etiam si inueniantur sui iuris tempore mortis, non tamen valent dicta legata & fideicommiss.

i *Reliquerit.* in testamento vel codicillis: vt instit. qui non possunt fa. testa. in princip.

k *Fideicommissum relictum.* in alia voluntate quàm testamento: vt infra dicit.

l *Quasi nunc datum.* ergo retro facta trahuntur ad præsens: vt. ſ. ff. Infort.

A de serui. rusti. prædio. l. per fundum.

m *Durauerit voluntas.* quod debet, apparet per aliquod indiciũ: vt. j. de secun. tabu. l. qui ex libe. ſ. testamẽto. & insti. qui. mo. test. infir. ſ. non tamen. & est sic. j. ea. l. ſ. si quis plane.

n *Manumissionem.* hoc proprie in seruo: improprie in filio: vt supra, quando ac. de pec. est. an. l. j. ſ. annus. sic verbum semel positum &c. supra, titu. j. si ita scriptũ. ſ. si sub conditione.

o *In testamentis.* factis à filiisfamiliàs.

p *Nos.* ſ. filiosfamiliàs.

q *Quotiẽs ipsum.* quandoque tamen quod in medio tempore deficit, conualescit iure prætorio ex postfacto si in iitio valuit: vt. ſ. de iniusto testamento. l. posthumus. & insti. qui mo. test. infir. ſ. non tamen.

B Item fallit hæc regula in pluribus casibus: vt nota. C. de fideicõmiss. l. eam quam.

r *Si aliàs.* puta in codicillis, vel epistola corã quinque testibus facta: vt. C. de codicil. l. fina. ſ. in omni. Sed videtur quòd quinõ potest testari, nec codicillari: vt supra, de iur. codi. l. diuus. ſ. codicillos. Solu. facilius codicilli cõfirmantur quàm testamentum: vt. j. de regu. iur. l. omnia quę. in fin. & ſ. de testa. l. si filius. & infra, de secun. tabu. l. j. ſ. exigitur. Item cõtra ad id quod de codicillis hoc dicit. ſ. de testa. l. Paulus. sed ibi non prohibet confirmari matrimonium.

Hi quib⁹.] CASVS. Deportati non possunt facere testamentum, & ideo non possunt legata vel fideicõmissa relinquere. deportatos intelligo illos tantum qui sunt deportati per præsidẽ in insulã per principem designatam, vel qui sunt à præside etiam solo deportati in insulam à præside designatam: cui tamen præsidi princeps scripserat quòd eos deportaret. siue ergo ante sententiam præsidis super deportatione latam reliquerunt etiam in testamento legata vel fideicommissa, & decesserunt: siue post sententiam, ante tamen quàm imperator comprobet sententiam: semper valebunt fideicommissa & legata. Item deportatos intelligo illos etiam qui sunt deportati à præfecto prætorio, vel ab eo qui vice præfecti cognoscit iussu

D imperatoris: vel à præfecto vrbis. Sed pone quòd Titius fuit deportatus in insulam ab eo qui ius deportandi habet. existẽs in insula fecit codicillos in quibus reliquit legata vel fideicommissa. postea restitutus & extractus est de insula iussu imperatoris, & decesit durante eadem voluntate? Certe valent legata & fideicommiss. hoc dicit vsque ad. ſ. sciendum. Viuianus.

videri, quasi nunc datũ, l† cùm mors ei contigerit: videlicet si duraverit voluntas m post manumissionẽ. n Hæc vtiq; nemo credet in testamẽtis o nos p esse probaturos: quia nihil in testamento valet, quotiens q ipsum testamentũ non valet: sed [valet] si aliàs r fideicommissum quis reliquerit.

Deportatus à præside potest testari antequam eius sententia per principem confirmetur: sec⁹ in deportato à præfecto prætorio vel eo qui eius vice cognoscit. Bartolus.

Hi quibus aqua & igni interdictũ est, itẽ deportati s, fideicõmissum relinquere non possunt, quia nec testamenti faciẽdi ius habẽt, cũ sint ἀπόλιδες. t† Deportatos autẽ eos accipere debemus, quibus princeps insulas adnotauit, u vel de quib⁹ deportãdis scripsit. x Cæterùm prius quàm factũ præsidis [princeps] cõprobet, y nondũ amisit se quis ciuitatẽ videtur. Proinde si ante decesisset, ciuis decesisse videtur: & fideicõmissum quod ãte reliquerat, quàm sententiã pateretur, valebit. Sed & si post sententiã, antequam Imperator cõprobet, valebit quod factũ z est: quia certũ statum vsq; adhuc habuit. A præfecto verò prętorio, vel eo qui

† *Concor. c. licet ex suita scripto. cum glo. super verb. terminetis. extra de foro com peten. vbi literæ prius impetratæ incipiũt valere ex nũc quoad effectum.*

† *id est, exules. Cæterũ in hũc locũ vide Alex. ab Alex. li. 3. ca. 5. Cal. Rhod. lect. Antiq. lib. 7. ca. vlt. & li. 25. ca. 20 Codicilli facili⁹ cõfirmãtur quã testamentũ.*

s *Id est, deportati.* bene exponit, vt. j. ad. l. Iul. pecu. l. iij. immo & ante factum rumpitur: vt. ſ. de testa. l. eius. ſ. j. secus autẽ est in relegatis: vt. j. de interdi. & releg. l. relegatorum. in prin.

t *Apolides.* id est, sine ciuitate. ab à, quod est sine, & polis, ciuitas: vt. j. de pœnis. l. quidam.

u *Adnotauit.* i. designauit. & hoc lata sententia à præside, vel ab alio, vt præfecto prætorio vel vrbis, vel qui cognoscit vice principis, vt. j. subiicit, &. j. de interdic. & relega. l. relegatorũ. in prin.

x *Scripsit.* approbando sententiam præsidis, & assignando insulam: vt. d. l. relegatorum. in prin. &. l. inter pœnas. &. j. quando appel. sit. l. j. in prin. &. ſ. de iniusto testa. l. si quis ex. ſ. eius.

y *Comprobet.* princeps, si non habes in text.

z *Quod factum.* id est, si decedat ante comprobationem principis. aliàs secus: vt. ſ. de testa. l. eius.

BIU Cujas

a *Vice præfecti.* vt si in locũ præfecti defuncti donec ali[a] eligat, substituat: vt.ſ.de offi.eius cui mã.eſt.l.ij.&.C.de offi.eius qui vi. al.l.ij.& adde quod no.ſ.de offi.præſi.l.illicitas.§.qui vniuerſas. & facit ſupra,de interdic.& releg.l.antepe.& ſupra, de offi. præfec.vrb.l.j.§. relegandi.

b *Ei.* ſcilicet præfecto vrbis.

c *Codicillos.* ſecus ſi teſtamẽtum: vt ſupra, ea. l.§.j.in fine.

d *Durauerit.* aliquo voluntatis indicio: vt no. ſ.ea.l.§.fina.

Sciendum eſt.] C A S V S. A principio.l.vſque huc dictũ eſt qui poſſunt relinquere legata & fideicõmiſſa, & qui nõ:nũc vult dicere à quibus poſſunt relinqui. Et certe ab his omnibus poſſunt relinqui legata & fideicõmiſſa ad quos aliquid puenturum eſt de meo per mortẽ meã, vel quia eis

Fl.cõmitti do, vel quia eis nõ adimo.& nõ ſolũ poſſum fideicõmittere illius q eſt mihi proximior,ſed etiã illius qui venit ad ſucceſsionẽ meã poſt eum,& etiam illius qui nondum natus eſt,dum tamẽ natus ſit mihi ſucceſſurus.ſed ſi fidei cõmiſero eius qui eſt mihi proximior,& ipſe repudiet poſtea hæreditatem meã,& ad ſequentem gradũ ſit deuoluta: ſequens dictus gradus non tenetur præſtare fideicommiſſum relictum ab eo qui repudiauit hæreditatẽ. Idémq; eſt in hoc alio caſu.Stichus libertus Titij ab inteſtato decedẽs fecit codicillos,& fideicommiſſa reliquit à patrono qui totã hæreditatẽ eius habere debebat,eo quòd libert[o] nõ habebat filios. ante autẽ q̃ patronus adiret hæreditatem liberti,deceſsit patronus.vnde filius patroni habuit ab inteſtato hæreditatem liberti per bo.poſ. quæ vocatur vnde liberti patroni.tamẽ non tenetur hic filius patroni præſtare legata relicta à patrono per libertum.h.d.vſq; ad fi.Viuianus.

e *Peruenturum.* ſcilicet demum.non tamen ſemper.nam nõ niſi pupillus vel alius qui non poteſt teſtari.

f *Non adimitur.* datur hæredi inſtituto legatario, vel fideicommiſſario, vel donatario cauſa mortis à quibus poteſt relinqui: vt hic,&.C.de fideicom.l.ab eo.Item & illi qui capit cauſa mortis: vt.ſ.tit.ij.l.qui teſtamẽto.§.fi.Itẽ nõ adimit vt veniẽtibus ab inteſtato,à quib[o] ſimiliter poteſt reliqui: vt hic,&.ſ.de codic.l.cõficiũtur.in fi. &.§.j.Item facit.j.e.l.ſed ſi ſic.in fi.&.l.ſi fuerit.in fi.

g *Inferioris.* adgnati.

h *Non debere.* Immo videtur quòd ſic: vt.ſ.de codicil.l.ſi quis cum.j.reſpon.Sol.hic nominatim & ſpecialiter ab eo qui erat in primo gradu,& ita à certa perſona: vt.j.eo.l.qui graui.&.l.is qui. in prin.&.l.cum pater,§.cum exiſtimaret.&.l.Celſus.§.pe.&.§.fi. ibi,ab omni qui ab inteſtato ſuccederet,relinquitur. Et eodẽ modo ſoluitur.ſ.ti.j.ſi Titio.§.Iulianus.quę eſt cõtra. vel dic vt ibi.

i *A patrono.* libertus in teſtamento decedens reliquit legata à patrono ſucceſſuro ab inteſtato,quod poteſt,vltra legitimam: vt ſupra,titu.ij.l.filius.§.j.

k *Eo.* ſcilicet patrono ante aditam hæreditatem.

l *Admiſſus.* ex ſua perſona.ſecus ſi ex perſona patroni quando aliquod fit: vt.j.de contra tabu.l.illud.§.fi.&.l.ſeq.

m *Ad bonorum poſſeſſionem.* ſcilicet olim vnde liberi patroni,hodie vero vnde legitimi: vt inſtit.de bon.poſ.§.ſexta.&.§. cúmq;. &.j.vnde legiti.l.ij.§.j.& facit.ſ.de leg.j.l.ſi fundum per.§.fina.

Ex filio.] C A S V S. Titium inſtitui,& filium meum preterij: & ab eo filio per fideicommiſſum reliqui Sempronio.teſtamento autem meo non valente,ipſo iure habuit dictus meus filius hæreditatem meam ab inteſtato. certe non tenetur præſtare dictum fideicommiſſum. Viuianus.

n *Ex filio.* aliàs,ex filio:& aliàs,à filio.& pone in matre vel auo

vice præfecti[a] ex mãdatis principis cognoſcet, itẽ à præfecto vrbis deportatos,(qa ei[b] quoque epiſtola diui Seueri & imperatoris noſtri ius deportandi datũ eſt) ſtatim amittere ciuitatem, & ideo nec teſtamenti faciendi ius,nec fideicõmittendi conſtat habere. ℣ Si quis planẽ in inſulã deportat[a] codicillos[c] ibi fecerit,& indulgentia imperatoris reſtitutus, iiſdẽ codicillis durantibus deceſſerit:poteſt defendi fideicõmiſſum valere, ſi modò in eadẽ voluntate durauit.[d] ℣ Sciendum eſt autẽ eorum fidei cõmittere* [quẽ] poſſe, ad quos aliquid peruenturum[e] eſt morte eius: vel dũ eis datur, vel dum eis non adimitur.[f] Nec tantũ proximi bonorum poſſeſſoris, verùm inferioris[g] quoq; fidei cõmittere poſſumus. Sed & ei[a] qui nondũ natus eſt,fideicõmitti poſſe:ſi modò natus nobis ſucceſſurus ſit.

Relictum nominatim ab eo qui eſt in primo gradu,non debetur ab eo qui eſt in ſecundo,ſi ad eũ hæreditas pertinet. Barto.

℣ Illud certè ĩdubitatè dicitur, ſi quis inteſtatus decedens ab eo,qui primo gradu ei ſuccedere potuit, fideicõmiſſum reliquerit:ſi illo repudiante ad ſequentem gradum deuoluta ſit ſucceſsio, eũ fideicõmiſſum nõ debere.[h] & ita Imperator noſter reſcripſit. Sed & ſi à patrono[i] ſit relictũ,& aliquis ex liberis ei[a] mortuo [eo[k]] admiſſus[l] ſit ad bonorũ[m] poſſeſsionem: idem erit dicendum.

Non valet fideicommiſſum quod relinquitur à præterito. Bartolus.

II. GAIVS libro primo Fideicommiſſorum.

EX filio[n] præterito:licet ſu[a] hæres erit, fideicõmiſſum relinqui non poteſt.

Ab eo cui mortis cauſa donatur vel relinquitur, poteſt fideicommiſſum relinqui. Bartolus.

III. VLPIANVS libro primo Fideicommiſſorum.

SI mulier dotem ſtipulata fuerit,& accepto tulerit ma

A materno:quorũ prẽteritio pro exhæredatione habetur:vt inſtitu.de exhære.lib.§.fin.dic ergo,mater extraneum inſtituit, filium prẽteriit,à quo reliquit legatum. ſi filius agit querela, & rumpit teſtamentum, & habeat bona: non tamen valet fideicommiſſum:vt.ſ.de inoffi.teſt.l.Titia.Vel pone in emancipato prẽterito à patre, qui grauari non poteſt:vt.C.de fideicommiſſ.l.pe.& hoc etiam ſi generaliter ab inteſtato repetiſſet, nõ valet:vt.d.l.Titia.& j. eo.l.patronus.in fi.Vel tertio pone: quia pater inſtituit nepotem, filium prẽteriit, & legatum reliquit à nepote. non valet, cum nec valet teſtamẽtum propter prẽteritionem filij. & ſecundum hoc conſtrue: licet ſuus hæres erit, ſubaudi, natus ex filio &c.& ſecundũ hos tres caſus non ponitur verbum, ſuus, vt ponitur inſtit.de hære. quali. & diffe. §.j. Vel quarto pater filium in poteſtate prẽteriit, aliũ inſtituit,à filio prẽterito reliquit legatũ. filius dixit nullum teſtamentum, vel per contra tabu.rumpit: quod poteſt: vt.C.de libe prẽte.l.fina.§.fina. & hæc bona.certenõ tenet fideicommiſſ.ſed nonne eſt ſuus hoc caſu ab inteſtato filius?& hic reliquit à ſuccedẽte ab inteſtato . vel etiam quid ſi dixit vt etiam ab inteſtato generaliter debeantur? videtur quòd valet hic, & ſuperiori caſu proximo: vt ſupra.l.proxi.§.ſciendum.& hoc quidam dicunt, & ſubaudiũt hic, non poteſt:ſcilicet vt valeat ex teſtamento.ſed ab inteſtato ſic ſi hoc voluit teſtator.Sed contra videtur: quia contra voluntatem patris filius habet bona.tunc autẽ ab inteſtato valent,quando teſtator nõ ademit bona ſucceſſori ab inteſtato.per quod videtur eis relinquere : vt dicto.§.ſciendum.& ſupra, de codicil.l. conficiuntur.

B

C

Si mulier.] C A S V S. Vxor mea Titia dedit mihi in dotem centum.& fuit à me ſtipulata quòd redderem ei ſoluto matrimonio inter me & eã.dicta Titia infirma exiſtens,cauſa mortis liberauit me per acceptilationem à dictis centum ad hoc vt fideicommiſſum daré Sempronio,puta equum meum: & ego ita liberationem recepi.certe teneor dare equum meum Sempronio ex fideicom.& eſt ſatisfactum in noſtro caſu legi quæ dicit,quòd ille poteſt fideicommiſſ. onerari qui aliquid percepit ab onerante.nam ego maritus videor percepiſſe dicta centũ ab vxore mea,cum ipſa me liberat ab eis ſibi præſtandis.& non ſolum in dicto caſu vlet fideicom.ſed etiam in his aliis duobus,puta ſi cauſa mortis fecit mihi pactũ dicta mea vxor de dote tota lucranda, vel ſi in matrimonium meum rediit mortis cauſa, in eo caſu cùm mea culpa inter me & eam factũ erat diuortiũ,& ita quod potuit lucrari ex rebus meis propter dictum diuortiũ,mihi remiſerit ad me redeũdo,id eſt,in meum matrimonium:cum inquam mihi remittat,bene videtur mihi dare:vt dictũ eſt.vnde non eſt mirum ſi à me poteſt fideicõmiſſum relinquere. [IVLIANVS SCRIBIT.] Titius legauit mihi Stichũ ſeruum,& rogauit me quòd eum pure manumitterem.Item à me reliquit Seio decem.certe non teneor ad præſtandum decem Seio.ſi autem rogaſſet me vt dictum ſeruũ manumittam ſub conditione,vel in diem : bene eſſem obligatus Seio prædicto ad præſtanda ei dicta decem ſi medio tẽpore poſſem percipere tantũ nomine fructuũ ex dicto ſeruo quod valeat dicta decem. [SI REM QVIS.] Titio debebam equum ex ſtipulatione.dictum equum in meo teſtamento legaui dicto Titio,& ab eodem Titio reliqui decem dãda Sempronio.nunquid tenetur dare Sẽpronio dicta decẽ? Et videtur quòd ſic: quia ipſe Titius videtur ſentire commodũ ex dicto legato equi: quia nõ habet neceſſe agere actione ex ſtipulatu contra hæredes meos: ſed

D

BIU Cujas

sed statim adita hæreditate mea nanciscitur dominiũ equi. Item à me videtur testator lucrari sumptus quos faceret agendo contra me actione ex stipulatu ad equum. Sed non obstantibus prædictis dicitur hic quòd non tenetur Titius ad præstanda dicta decem Sempronio, secus autem esset si Titio habenti nudam proprietatẽ equi vel alterius rei, donasset causa mortis vsumfructum: quia tũc bene possem ab eo fideicõmissum relinquere: qa licet morte mea fructuarij interiret vsusfructus, & ad Titiũ proprietarium rediret, tamen commodum cõsequitur Titius propter donationem vsusfructus, scilicet medij temporis quo ego viuam. Quid si dictus Titius debebat mihi .x. & ego habebam in pignore equum suum, & liberaui equum à vinculo pignoris mortis causa, & non liberaui Titiũ à debito: nũquid id possum à Titio fideicommissario relinquere? Et dicitur quòd non. Viuianus.

rito in hoc dotem, vt fideicommissum det: [a] dicendũ est fideicõmissum deberi. percepisse [b] enĩ aliquid à muliere videtur. hęc ita, si mortis causa [c] donatũra mulier marito fecit acceptũ. Sed & si mortis causa auxerit [d] marito dotem, vel in matrimonium eius mortis causa redierit: [e] potest dici fideicõmissum ab eo deberi. ℣ Iulian[o] scribit, [f] si seruus mihi legatus sit, eúmque manumittere rogatus sim: fideicommissum à me relinqui non posse, [g] scilicet si purè roger. [h] Nam si sub conditione, vel in diem: propter fructũ medij temporis [i] posse me obligari nec Iulianus dubitaret.

Licet legatum certũ rei purè debitæ valeat, non tamen poterit legatarius onere fideicommissi grauari. Bartolus.

℣ Si rem quis debeat ex stipulatu, eíq; [k] rem legauerit: fidei cõmittere eius non poterit: [l] licet ex legato commodũ sentire videatur, quòd dominiũ nãciscatur statim, [m] nec expectet ex stipulatu actionem. Fortassis [n] quis dicat & sumptum litis quẽ sustineret si ex stipulatione litigaret, eũ lucrari: sed nequaquam dicendũ est huius me fidei cõmittere posse. ℣ Sed & si habẽti tibi proprietatẽ, vsũfructũ mortis causa cessero: potest dici fidei committere me [o] posse. nec quẽquã moueat, ℣ vsusfructus solet morte extingui. Nã medij potius temporis quo viuat qui donauit, cõmodum cogitamus. [p] Si autem pignus debitoris liberauero mortis causa, & eius fidei cõmisero: nõ potest [q] valere fideicõmissũ.

Pater vel dominus cuius filius vel seruus est institutus, non tenetur legata à se relicta præstare si filius aut seruus sibiipsi adquirit hæreditatẽ, nõ patri vel domino. h. d.

IIII. PAVLVS libro quarto Sententiarum.

A Patre [r] vel domino relictũ fideicommissum, si hæreditas ei non quæratur [s] ab emancipato filio, [t] vel seruo manumisso vtilibus [u] actionibus postulatur. penes eos [x] enim quæsitæ [y] hæreditatis emolumentũ remanet.

V. VLPIANVS libro primo Fideicommissorum.

SI fuerit municipio legatum relictũ [z] ab his [a] qui rempublicam gerũt, fideicommissum dari [b] potest. ℣ Si quis nõ ab hęrede, vel legatario, sed ab hæredis vel legatarij hærede fideicommissum reliquerit: hoc valere, benignum est. [c]

---

a *Det.* scilicet marit⁹ ex testamento vxoris: vel det. i. relinquat mulier à viro. Accursius.

b *Percepisse.* quia nihil interest &c. vt. ſ. de condic. ob cau. l. ſi mulier. hoc enim est necesse. vt. C. de fideicõmiſ. ab eo.

c *Si mortis causa.* Quid si inter viuos? si quidẽ teneat: certum est quia non ex testamento, sed vi pacti adstringi potest, secus si non teneat, vt à viro vxori secundũ quosdam. ego contra: quia tunc confirmatur lege per mortem: non tamen habet ex iudicio vltimo, sed inter viuos habito: quod exigit oneris impositio: vt supra, eo. l. proxi. §. sciendum. & infra, eo. l. sed & si sic. §. fina.

d *Auxerit.* simul cũ pacto de lucrãda dote. & sic auxit paciscẽdo.

m *Quantolibet tempore.* quanto tempore habitare sufficit? peto boni viri arbitrio cõmitti. Vel dic quòd etiã si minima parte anni habitauerit, debere habere pro toto: vt infra, de annu. leg. l. à vobis. & l. in singulos. & facit. ff. de ali. leg. l. Gaio. §. imperator. & l. Stichus. §. fi. & C. de lega. l. j. & infra, titu. j. l. Mæuia. §. pe. & fi. & l. annua. & ff. de auro & argen. leg. l. Titia. & ff. de condi. & demon. l. si quis ita.

†*Concor. c. non semper ꝓmissa omnia soluenda sunt. debitauerit, debere habere pro toto: vt infra, de annu. leg. l. à vobis. & l. in singulos. & facit. ff. mutat sententiam si infra, titu. j. l. Mæuia. §. pe. & fi. & l. annua. & ff. de auro & argen. leg. l. Titia. & ff. de condi. & demon. l. si quis ita. cut scriptura indicat.*

Si ædes.] CASVS. Institui mihi hæredẽ, & rogaui eum quòd daret Seio ædes Gaij. certe siue Titius hæres potuit emere dictas ædes à Gaio, & nõ emit, siue nõ potuit emere, debit iustum pretium ædium Seio legatario, & erit ab eo liberatus. Viuianus. 12. q. 4.

n *Si ædes.* illa conditione quòd dominus non vendat, vel pretio immodico: vt. ff. eo. l. non dubium. §. fina.

D

o *Potuisses emere.* pretio immodico, non iusto. Sed quid si iusto potuisti prius emere pretio, nunc autẽ dominus nullo modo vendere vult? dico te non liberari præstando iustam æstimationem: vt probatur. ff. ad leg. Falc. l. cum pater. §. fin. & l. seq. & ff. de in lit. iur. l. j. & facit ad hoc ꝙ detur æstimatio. ff. titu. ij. l. sed si res. & l. filiusfa. §. siquidem. & l. apud. §. fina. & l. seq. & C. de fideicommiss. l. prædia. & supra, titu. j. l. mortuo. §. j. & l. codicillis. §. insulam.

SI cui.] CASVS. Legaui Titio ædes meas Titianas. certe habebit Titius omne ędificium quod supra solum earum Titianarum ædium est. istud tamẽ fallit in hoc casu: pone ꝙ habebam ædes Titianas & Seianas, & supra cõcamerationem Titianarum erat quoddã conclaue. i. quidàm locus tutus: sicut videmus de facto quia ciuis aliquis duas domos habet cõiunctas, puta Titianas & Seianas, & in Titianis moratur in inferiori earũ parte: & Seianas locat scholaribus cum superiori parte Titianarũ: & ita scholares habent aditum de ædibus conductis, scilicet Seianis in partem superiorem Titianarũ. hic Titius legauit Titio dictas ædes Titianas quæ habent supra se dictum conclaue: immo remanebit conclaue ad vsum ædium Seianarum. Viuianus.

BIU Cujas

a *Aedium erit.* nam quicquid est inædificatum, solo cedit: vt instit.de re.diui.§.cum in suo.& nulla cohæret solo superficies, vt & infra,de actio.& oblig.l.obligationum fere.§.placet.

b *Alterarum.* legatarum.

c *Accedet.* quibus legatis cõclaue debetur ex vsu testatoris, nẽpe ex vsu testatoris eius volũtas quandoq; colligitur: vt.j.de vsufru. leg.l.damnas.§.fi.&.j. eo.l.seru⁹ legatus.&.§. si ser.vin.l.testatrix.Ité quod hic dicit,est verũ non solum si cõtignatio quę conclaue sustinet,orietur ex parte illa ædiũ in quarũ vsum cõuersum erit,sed & si cõtignatio tota in aliarum ædium pariete sedebit: vt.j.de dam. infec.l.pe.in prin. &.§.j. & fa.j.e.l.prędiis.§.balneas.&.§.fina.

Extiã.] CASVS. SEgo habens filiam nomine Sextiã,& duos nepotes ex sorore mea, scilicet Seium & Marciũ:institui mihi hæredem Sextiam in tribus vnciis hęreditatis meę, & Seium & Marciũ in residuo, & Marcio prędicto prælegaui Codicem & Digestũ meum. & postea Marciũ & Sextiam adinuicem substitui. Marci⁹ me mortuo omisit suam partẽ hæreditatis meę,& postea ab intestato decessit: vnde bona sua peruenerunt ad dictũ Seium fratrẽ suum. venit modo Sextia,& vult habere ex substitutione nõ solum partẽ hæreditatis Marcij quã ego eũ instituí: sed & Codicẽ & Digestũ quę ei prælegaui. Et respondetur hic quòd dicta prælegata habere non potest.Viuianus.

d *Substituit.* scilicet vulgariter.

e *Marcio.* s. soli.cęterum si iure diuisionis.i.si singulis prælegasset res certas,secus contingeret:vt.s.tit.ij.l.quid ergo si ita.R.H.& Azo. & facit.s.tit.ij. l.qui filiabus.§.fi.&.l.seq.&.l.filio.&.j.de iis qui.vt indig.l.cum. §.pen.&.j.e.l.si Titius.&.C.de leg.l.cum responso.

f *Non esse.* hoc in substitutione vulgari,in fideicommissaria autem dic vt.C.de fideicommiss. l.cum virum. & infra,ad Trebell. l.Marcellus.§.penul.

Vxori.] CASVS. Titius instituit sibi hæredẽ Seium,& vxori suæ Titij legauit pone victum & vestitum,& domus eam partem in qua morari cõsueuerunt.quæritur, an ea tantummodo cubicula videatur ei legasse,in quibus cum ea dormire consueuerat? an vero omnẽ eam partem domus in qua morari cum familia sua consueuisset? Et dicitur quòd omnem partem domus videtur vxori legasse in qua morari cum familia sua consueuisset.vnde si totam domum in vsu habebat, totam videtur vxori legasse si de ea aliquid alicui alij non legauit. [VXORI SVAE.] Titius instituit sibi hæredem Seium, & vxori suæ legauit pone victum & vestitum, & postea ita dixit, vxori meæ quicquid viuus ei dedi, donaui, vsibúsve eius comparaui, concedi volo. facto testamento donauit vxori suæ prædictæ vnũ equum.nunquid equum videtur ei cõcessisse per dicta verba testamenti? Et dicitur quòd non, quia dicta verba testamenti fuerunt de præterito,& non de futuro: & vt hic casus non videatur tibi derisorius, videas legem [supra] solum earũ ædiũ erit[a]. Paulus. Hoc tunc demum falsum est, cum dominus ædium binarũ aliquod cõclaue, quod supra concamerationem alterarum[b] ædium esset,in vsum alterarum cõuertit, atque ita his vsus fuerit. namque eo modo alteris ædibus id accedet[c], alteris decedet.

Prælegata non veniunt in substitutione vulgari. Bartolus.

XXXII. SCAEVOLA libro quartodecimo Digestorum.

SExtiam filiam ex quadrante, ex reliquis Seiũ & Marcium sororis filios scripsit hæredes:Sextiam substituit[d] Marcio,& Marciũ Sextiæ.dedit autem per præceptionẽ Marcio[e] certas species.Marcius partẽ hę reditatis ex qua scriptus erat, omisit: & eo intestato defuncto,bona eius ad fratrem legitimum Seium deuoluta sunt. Quæsitũ est, an Sextia ex substitutione etiã hæc quæ prælegata Marcio erant, iure substitutionis à legitimo hærede defuncti sibi vindicare posit?Respondit, secundũ ea quæ proponerentur, Sextiam in legatis quę Marcio data essent,substitutam non esse[f].

Ibi dicitur quis morari, vbi cum familia sua moratur. Bartolus.

XXXIII. IDEM libro quintodecimo Digestorum.

VXori suæ inter cætera ita legauit, *Et domus eam partẽ in qua morari consueuimus.* Quæsitũ est, cum tam testamenti faciundi tempore, quàm mortis, totam domum in vsu habuerit, nec quicquam ex ea locatum [sit[g]:]an ea tantũmodo videatur legasse cubicula[h], in quibus dormire consuerant*? Respondit,eam omnẽ partem[videri legasse,]in qua morari[i] cũ familia[k] sua consueuisset.

Verbum præteritum licet aliàs porrigatur ad futurum, non tamen porrigitur ad ea quæ à iure communi exorbitant. Bar.

VXori suæ inter cætera ita legauit, *Vxori meæ quidquid viuus dedi, donaui, vsibúsve eius comparaui,cõcedi volo.* Quæro,an quod post testamentũ factum ei donatum est, id quoque concessum ei videatur? Respondit, verba quæ proponerẽtur[l], nihil pro futuro tempore significare. CÙm Seius pro vxore centum aureos creditori soluerit, & ornamentum pignori positum[m] luerit,postea autem testamento facto vxori suæ legauerit quidquid ad eũ[n], ínvstipulatum[o] eius concessit[p],& hoc ampli⁹ vicenos aureos annuos:quęsitum est,an hos centum aureos hæredes viri ab vxore vel hæredibus eius repetant? Respondit, si[q] donationis causa creditori[r] soluisset[s], teneri hæredes ex causa fideicommissi[t] si repetant: atque etiã petentes exceptione summoueri: quod præsumptum[u] esse debet, nisi contrarium ab hærede approbetur.

A

B

C

D

a *Aedium erit.* nam quicquid est inædificatum, solo cedit: vt instit.de re.diui.§.cum in suo.& nulla cohæret solo superficies, vt & infra,de actio.& oblig.l.obligationum fere.§.placet.

b *Alterarum.* legatarum.

c *Accedet.* quibus legatis cõclaue debetur ex vsu testatoris, nẽpe ex vsu testatoris eius volũtas quandoq; colligitur: vt.j.de vsufru. leg.l.damnas.§.fi.&.j. eo.l.seru⁹ legatus.&.§. si ser.vin.l.testatrix.Ité quod hic dicit,est verũ non solum si cõtignatio quę conclaue sustinet,orietur ex parte illa ædiũ in quarũ vsum cõuersum erit,sed & si cõtignatio tota in aliarum ædium pariete sedebit: vt.j.de dam. infec.l.pe.in prin. &.§.j. & fa.j.e.l.prędiis.§.balneas.&.§.fina.

d *Substituit.* scilicet vulgariter.

e *Marcio.* s. soli.cęterum si iure diuisionis.i.si singulis prælegasset res certas,secus contingeret:vt.s.tit.ij.l.quid ergo si ita.R.H.& Azo. & facit.s.tit.ij. l.qui filiabus.§.fi.&.l.seq.&.l.filio.&.j.de iis qui.vt indig.l.cum. §.pen.&.j.e.l.si Titius.&.C.de leg.l.cum responso.

f *Non esse.* hoc in substitutione vulgari,in fideicommissaria autem dic vt.C.de fideicommiss. l.cum virum. & infra,ad Trebell. l.Marcellus.§.penul.

g *Locatum sit.* s. alij.

h *Ea cubicula.* quod est infra.

i *Morari.* i. habitare.

k *Cum familia.* nõ ergo horrea aut penus cõtinebuntur tali relictõ sed tota alia domus cõtinebitur si totam cum familia habitationẽ occupabat.nec enim de vna parte magis posset dici quàm de alia. & ita propter incertitudinẽ nomine partis continebitur tota, sicut in figura Synecdoche, secundum Rege. dicitur.& facit.C.de hæredibus instit.l.ij.

l *Proponerentur.* à quibus nõ receditur nisi appareat testatorẽ cõtrariũ sensisse: vt.j.eo.l.Iulianus.§.fi.&.l.nõ aliter.Sed cõtra.s.tit.j.l.cum pater.§.fideicõ.& facit.s.de vsu & habi.l.si ita.§.licet. Sol.ibi. Item cõtra.s.tit.j.l.si mihi.§.fi.&.l.talis.in fi.Solu.vt.l. talis.in fi.Item cõtra.j.de ali.le.l.Mela.§.j.Sol.hic in præteritũ loquitur,vt euidẽter apparet.& facit.j.de lib.le.l.Aurelius.§.Titius.

m *Positum.* ab vxore.

n *Ad eum.* scilicet creditorem vxoris.R.

o *Instipulatũ.* talis est litera Py.& ponitur vel,pro etiã:& dic instipulatum.i.in eius stipulationem vel obligationem soluendam.

p *Concessit.* pro sua vxore.R.

q *Si.* id est,quamuis.Accursius.

r *Creditori.* scilicet vxoris.

s *Soluisset.* scilicet vir.

t *Fideicommissi.* nulla enim fuit donatio: sed specialiter potuit confirmari: vt.C.de donat. inter virum & vxo.l.antepen.di vero non tenuisset donatio,nulla esset confirmatio: vt supra,titu.ij.l.si quando. & infra,de lib.leg.l.petitor.Azo.

u *Quod præsumptum.* scilicet vt sit donatio ideo, quia sic dixit, quicquid

BIU Cujas

quicquid concessi pro vxore, ad eius obligationem soluẽdam do lego. nisi enim vellet innuere quòd donasset, non posuisset illud verbum, concessi: quia ibi soluisset pro ea vt eam obligaret. est cum cõtra. C. de dona. l. donatio. sic ergo pro alio statur verbo, eius: vt & supra, ad Silla. l. j. in fi. R. Azo. ideo præsumitur donatio, quia erat vir nobilis & diues: vt supra, de dona. inter vi. & vxo. l. vtrũ. Alij aliter dixerunt: vt not. C. de do. inter virum & vxo. l. si filij tui. H. & facit supra, de iur. do. l. cum post. j. respon.

In legato nominis cõtinetur debitum & vsura. Bartolus.

XXXIIII. IDEM libro sexto-decimo Digestorum.

NOmẽ debitoris in hæc verba legauit, [a] *Titio hoc amplius dari volo decem aureos, quos mihi hæredes Gaij Seij debent: aduersus quos ei actionem mãdari volo: eiq; eorũdem pignora tradi.* Quæro, vtrum hęredes tantum [b] decem dare debeant? an in omne debitum, hoc est, [&] in vsuras debeant mandare? Respondit, videri vniuersam eius nominis obligationẽ legatam. Itẽ quæro, cùm ignorante matrefamiliàs [c] actores in prouincia adiectis sorti vsuris decem stipulati sint. an ex causa fideicommissi suprascripti etiam incremẽtum hui[9] debiti ad Titiũ pertineat? Respondit, pertinere. [d]

Verba futuri temporis propter fraudem hæredis trahuntur ad tẽpus testamẽti. Bar.

VFilio [e] ex parte hęredi scripto præceptionem dedit [f] inter cætera his verbis, *Titio filio meo nomina ex kalẽdario* [g] *quæ elegerit* [h] *filius meus sibi, viginti* [i] *dare dãnas sunto,* [k] *si sine dolo* [l] *malo.* eidem filio viuus omnium rerũ suarum administrationem permisit: qui post testamentum factum ante mortem patris annos [m] decem quibus procurabat patri, cõtra veterem cõsuetudinem [n] patris qua kalendarium exercebatur, nouos debitores amplarum pecuniarum fecit: & in priores, quos pater exiguarũ fortunarum habebat, maius creditum contulit ad hoc, vt viginti nominibus propè [o] omnis substãtia [p] kalendarij esset. Quæsitum est, an huic filio eorum nominum quæ ipse fecit, præceptio permittenda esset? Respondit, ex his electionem [eum] habere quæ testamẽti [q] tempore testator in kalendario habuit.

Legatarius hæreditatis non tenetur ad onera nisi inquantum res fuerint oneri per testatorem destinata. Bartolus.

VVni ex hæredibus per præceptionem reliquit [r] ea quæ ex patrimonio viri sui Aretonis ei supererant: eiusq; fideicõmisit hæc eadẽ restituere pronepoti cum erit annorũ sedecim in quib[9] hęc verba adiecit: tre datam, haberet ipse quasi totam substãtiam patris, & cohæredes sui haberent quasi nihil. modo quęritur, nũquid debeat ei dari præceptio siue electio eorum nominum quæ ipse fecit? Et dicitur quod non, immo eorum tantum quę testator habuit in kalendario tempore mortis. & sic fraus sua nihil ei proderit. Viuianus.

a *Legauit.* quædam mulier.

b *Tantum.* quasi diceret, non vsuras.

c *Matrefamilias.* quæ legauerat Titio decem: vt dictum est.

d *Petiuere.* facit supra, tit. ij. l. seruum filij. §. eum qui chirographum. & j. de lib. leg. l. Aurelius. §. j. & ij. & l. creditor. §. pen. & ſ. qui pot. in pigno. habe. l. Lucius.

Filio ex parte.] CASVS. Seius habebat multos debitores, quos omnes habebat in quaterno quodam scriptos: in quo quaterno ponebat ea quæ mutuabat, & ea quæ à debitoribus recipiebat: & illum quaternum kalendariũ appellabat. hic Seius fecit testamentum, & instituit sibi hæredem filium suum Titium, & duos alios pone. & dicto suo filio Titio multa legauit: & inter alia quæ ei legauit, præceptionem siue prælegatum dedit ei his verbis: damno cohæredes mei filij Titij dare ei. xx. nomina quæ elegerit dictus meus filius ex kalendario meo. facto hoc testamento nõ decessit incontinẽti dictus testator, immo magno tempore vixit, & dicto suo filio sine dolo aliquo omniũ rerum suarũ administrationem cõcessit. filius autem ante mortem dicti testatoris procurauit negotia patris bene per. x. an. & contra veterem cõsuetudinem dicti testatoris suiq; patris qua per eum patrem kalẽdarium exercebatur, multos nouos debitores fecit, & omnes in dicto kalẽdario scripsit: quibus nouis debitoribus amplas patris pecunias mutauit. Item & veteribus patris debitoribus qui erant in kalẽdario scripti, & qui paruam debebant pecuniam, magnã pecuniæ quantitatem mutauit, & eos postea in kalendario scripsit. & ista fecit ideo vt viginti nominibus fere omnis substãtia in kalendario scripta contineretur: vt sic eligendo ipse filius viginti nomina quæ vellet ex kalendario secundum præceptionem sibi à pa-

e *Filio.* datiui casus.

f *Dedit.* testator.

g *Ex kalẽdario.* quid sit hoc, dic vt. j. eo. l. qui filium.

h *Elegerit.* scilicet ipse filius. & hoc verbũ futuri tẽporis facit pro eo filio, arg. ſ. tit. j. l. cũ pater. §. fidei tuæ. sed alia hic repugnant.

i *Viginti.* scilicet nomina, id est, viginti psonales actiones cõtra debitores.

k *Sũto.* scilicet vos omnes mei hæredes. quo casu deducta sua parte cohæredes dare debẽt: vt. ſ. titu. ij. l. ab omnibus. §. ſi Titio.

l *Sine dolo.* hæc oratio & cũ superioribus, & inferioribus melius legi potest.

m *Annos.* subaudi, per. Accursius.

n *Cõsuetudinem.* ergo & contra voluntatem: nisi cõtrariũ sit liquidum. nimirũ ex cõsuetudine viuentiũ, & eorum moriẽtium volũtates præsumũtur: vt. ſ. tit. ij. l. ſi seruus pluriũ. §. fi. & j. eo. l. nummis. & j. de aur. & arg. le. l. inter vestem.

o *Prope.* id est, fere.

p *Omnis substantia.* ex hoc quod fere omnis substãtia in kalendario erat, dol[9] præsumitur: vt. j. quæ in frau. cre. l. omnes. §. Lucius.

q *Quæ testamenti tempore.* sic. j. de aur. & ar. le. l. medico. Sed cõtrariũ. j. de opti. le. l. fi. Sol. hic præter rigorẽ verborũ quib[9] in legãdo fuit pater vsus, recte obiiciebatur & causa trãscursus tẽporis, & dolus suus, & patris cõsuetudo contra quam filius nomina ampliauerat. & sic etiam soluitur contra. j. de ali. leg. l. Mela. §. j. quæ est contra. &. j. de lib. leg. l. fi. in fi. sed dicas ibi tunc, id est, tẽpore mortis. sed si dicas tũc, id est, tẽpore testamenti, cõcordat.

Vni ex hæredibus.] CASVS. Titia virum habuit nomine Aretonem: qui maritus eam hæredem instituit. ipsa autem multa expendit de hæreditate viri, ita quòd non remansit ei forte vltra centum libras de eius hæreditate. postea fecit ipsa testamentum, & instituit sibi tres hæredes pone: & vni dictorum suorum hæredum reliquit per præceptionẽ ea quæ supererant testatrici ex patrimonio dicti sui viri, & eiusdem hæredis fidei cõmisit vt prædicta quæ ei supererãt, restitueret cuidam pronepoti ipsius testatricis, cum ipse pronepos erit. xvj. annorum. Itẽ adiecit hæc verba dicta testatrix: Item rogo te hæredem meum cui prælegatum prædictum dedi, vt reliquum æs alienum quod debetur creditoribus ex bonis dicti mei viri, ex reditibus eorum bonorum quæ supererãt mihi de bonis dicti mei viri interim donec veniat annus. xvj. dicti mei pronepotis soluas, & satisfacias. veniunt modo mortua testatrice creditores dicti sui viri, & petunt ab isto testatricis hærede cui ipsa taliter prælegauit vt dictum est, vt secundum præceptum testatricis eis soluat creditum eorum: & dicunt quòd ipse tenetur eis in totum satisfacere debitum nõ solum de reditu dicti prælegati, sed etiam de bonis testatricis & de bonis sui hæredis. hæres autẽ prædictus allegat se nõ teneri nisi secũdũ reditũ q exiuit de dicto prælegato à tẽpore mortis testatricis vsq; ad. xvj. an. pnepotis prædictæ testatricis. & pbat dictus hęres per testes quod dictus redit[9] prælegati nõ sufficit ad prędictorũ creditorũ solutionẽ. quęritur, quid iuris sit? Et respõdetur q dictus hęres nõ tenetur soluere dicta credita nisi ex dictis reditib[9] dicti prælegati: & non de bonis dictæ testatricis, neque de suis. Vi.

r *Reliquit.* scilicet testatrix.

a *Aretonis.* proprium nomen viri.
b *Non de proprio.* ipsius testatoris: aliàs, multo minus de proprio hæredis.

Pater filio.] CASVS. Titius instituit sibi hæredes filium suum Seium, & filiam suam Teucarē: & cuilibet eorū prælegauit certa prædia, & certa kalendaria: & postea in eodē testamēto ita dixit: à te autē Seio filio charissimo peto vt præstes quæcūq; legaui alicui vel aliquibus: & si quid euenerit æris alieni, id est, si quid pro tēpore præterito mutuo accepi & debui, à te solui volo: vt quod sorori tuæ reliqui, integrū ad eā pertineat. quæritur, nunquid omnia legata & debita testatoris solus dictus filius debeat, ita quòd soror sua integram habeat suā partem? Et dicitur quòd sic. & hoc dicit. Vi.

Item rogo vti reliquum æs alienum quod ex bonis Aretonis [a] *debetur, omnibus creditoribus ex reditibus eorum bonorum soluas, reddas, satisq; facias.* Quæsitū est, an si ꝓbauerit hæres non sufficere reditum bonorum ad totius debiti solutionē, nihilominus tamen ipse debeat adgnoscere onus æris alieni? Respondit, manifestè ꝓponi ex reditibus bonorū eorū iussum [esse] æs alienum soluere, nō de proprio. [b]

c *Prælegasset.* id est, ꝓ diuisionē assignasset.
d *Ex quacunque.* s. etiam extra mutuum.
e *Leuaretur.* pro filia erat, quia dixit, æris alieni. Item quod dixit, debuerā: ideo in integrum ad eā: sed contra eam, quia specificauit mutuū. dic ergo, leuaretur. s. ab omni ære alieno, & non à mutuo tantum: licet ipsum solū fuerit nominatū. & facit. ff. fa. ercis. l. si vni. §. idem pa. & ff. tit. ij. l. ibi, *profecto* seruo le. §. ij. & sic aliꝑ nominatur, & alij legata sunt illa tur: vt ff. eo. l. fideicō missa. §. interdum.

Verba ad declarationem apposita non debent deminutionem inducere. Bartolus.

Pater filio & filia hæredibus institutis, cū singulis certa prędia & kalendaria prælegasset, [c] ita cauit: *A te autem, filij charissime peto, quæcunque legaui, præstari volo: & si quid euenerit æris alieni, si quod in tempus pro mutuo acceperam, & debuero, à te solui volo: vt quod sorori tuæ reliqui, integrum ad eam perueniat.* Quæsitum est, an quod ex quacūque [d] causa debuit pater, à filio sit præstādū? Respondit, posse filiā ex fideicommisso consequi, † vt leuaretur [e] quo magis integrū quod testator dedisset, ad eam peruenisset.

† *Concor. c. abbate. §. cōtra quod. ibi, profecto sic intelligē da sunt illa verba vt res de qua agitur valere ꝓssit potius quā perire. & glos. in verb. potiꝰ extra de verb. sig.*

Si hæres est iussus rem alteri comparare: post moram potest ad æstimationem conueniri. Bartolus.

XXXV. IDEM libro septimodecimo Digestorum.

PAtronus liberto statim tribum [f] emi petierat. [g] libertus diu moram [h] ab hærede patroni passus est, & decedens hæredem reliquit clarissimum virum. Quæsitū est, an tribus æstimatio hæredi eius debeatur? Respōdit, deberi. [i] Idem quæsiit, an & cōmoda & principales liberalitates quas libertꝰ ex

Atronus.] CASVS. Titius fecit testamētum, & iussit hæredibus suis vt liberto suo Sticho emerēt tribum, id est, progeniem quādam seruorū quam habebat quidā eius vicinus, statim post mortem suā patroni. mortuo dicto patrono hæredes sui fuerūt in mora emendi dictā tribū liberto prædicto. postea libertus decessit, & habuit hæredē quendā virum, non facio vim vtrum fuerit hæres clarissimus, vel non. modo quæritur, an æstimatio dictæ tribus hæredi liberti debeatur, cum dispersa forte sit tribus? Et respondetur quòd sic. Item quæritur, an commoda & liberalitates quæ essent collatæ aliquibus de seruis qui erant in dicta tribu, quas libertus ex dicta tribu vsque in diem mortis suæ cōsecutus fuisset si dicta tribus esset ei comparata statim mortuo testatore: an vero vsuræ æstimationis tribus hæredi eius liberti debeantur? Et dicitur, quicquid ipse libertus consecutus esset, ad hæredem suum transmittit. Viuianus.

† *Tribum emi, vt & militiam dicebant, cum quis in tribū vel militiā aliquo dato coptabatur. ca. 7. ii. & vltimo. C. de proxim. sacr. scrin. & Const. No. 57. & 97.*

f *Tribum.* id est, progeniem seruorum, sicut dicimus, ex tribu Neptalim. Accursius.
g *Petierat.* ab hærede.
h *Moram.* quia potuit hæres statim tribum emere, & non fecit.
i *Deberi.* sed quare non ipsa tribus? Respon. quia certæ personæ liberto voluit emi: sed propter moram debetur æstimatio. & facit. ff. tit. j. l. Titia Seio. in principio.
k *Consecuturus.* & hoc propter moram hæredis: vt. ff. titu. j. l. qui

A solidum. §. etiam. & l. si quis seruo. & supra, titu. ij. l. apud Iulianum. §. ipsius. & l. quæsitum. §. fi.

Sempronio.] CASVS. Titius testator ita Sempronio legauit: Sempronius sumito prædia mea omnia quæ sunt vsque ad prædium quod vocatur Gaas, sub finibus cuiusdam contratæ quæ vocatur Galatia, & sub cura villici mei qui vocatur Primus. ita sumito dico dicta prędia sicut ipsa omnia instructa sunt, modo inueniatur vsque ad prædium Gaas vnum prædium positū in finibus Cappadociæ, non autem Galatiæ, & sub cura dicti villici Primi. quæritur nūquid illud prędium pertineat ad Sępronium, cum aliis prędiis, licet sit in eo erratum quantum ad fines Galatiæ? Et dicitur quod sic. Viuianus.

B *Sempronio ita legauit, Sępronius sumito prædia ea omnia quæ sunt vsque* [l] *ad prædium quod vocatur Gaas, [in] finibus* [m] *Galatiæ, sub cura villici Primi, ita vt hæc omnia instructa sunt.* Quæsitum est, cum in eodē confinio prædiorum vnum sit prædium nō [in] Galatiæ sed Cappadocię [n] finibus, sub cura tamen eiusdē villici, an etiam id prædium cū cęteris ad Semproniū pertineat? Respondit, & hoc deberi. [o]

l *Vsque.* inclusiuè. [a]
m *Finibus.* impositū, id est, eodē extra prædiū quod vocatur Gaas.
n *Cappadocię.* quę ipsa sit citra Galatiam.
o *Et hoc deberi.* quasi non noceat falsa demonstratio, vel quia in finibus sit erratum: vt j. §. j. & infra, eo. l. prędiis. §. Titio. & §. fin. & j. de rebus dubi. pēnul. & C. de legi. fi Fortidianum. & de testa. l. in nomine.

Error regionis non nocet si de corpore constat. Bartolus.

C Libertis quos nominauerat, ita legauit, *Fundum Trebatianum qui est in regione Attellata, itē fundū Satrianū qui est in regione Niphana, cum taberna dari volo.* Quæsitum est, cùm inter fundos quos supra legauit, sit quidā fundus vocabulo Satrianus, in regione tamen Niphana nō sit: an ex causa fideicōmissi libertis debeatur? Respōdit, si nullus esset Satrianus in regione Niphana, & de eo sensisse testatorē certū sit, qui alibi esset: † non idcirco minus deberi, quia in regione designanda lapsus esset. [p]

Libertis.] CASVS. Titius testator ita dixit: volo dare Pamphilo & Sticho libertis meis fundum Trebatianum qui est in regione Attellata, item fundum Satrianum qui est in regione Niphana, cum taberna quæ est in dicto fundo Satriano. mortuo testatore inuenitur quidem fundus vocabulo Satrianꝰ inter fūdos quos supra legauit dictus testator, non est tamen ꝑ in regione Niphana. quæritur, nunquid libertis prędictis debeatur dictus fundus, quis in regione designa-

Legato vsu balinei videntur legata omnia necessaria ad balineum. Bartolus.

D Codicillis cōfirmatis [q] ita cauit, *Tiburtibus municipibus meis* da lapsus sit testator? Et dicitur quod sic, si de eo legando sensit testator. Viuianus.

† *Lapsus esset.* ff. ic. ff. proxi. §. cum suis concord. & ff. titu. ij. l. iij.

p *Codicillis.*] CASVS. Titius fecit testamentum, & in eo confirmauit codicillos si quos postea faceret. postea fecit codicillos, & in eis ita cauit, Tyburtibus municipibꝰ meis quos valde diligo, scitis, siue sciatis vos hęredes mei me legare balineum nomine Iulianum domui meæ iunctum, ita vt publico decem mensibus totius anni præbeatur gratis sumptu hæredum meorum & diligentia. mortuo dicto Titio quæstio fuit inter municipes & hæredes suos. nā municipes volebant quòd hæredes Titij facerent sumptus non solum ad calefaciēdum & præbendum balineum, sed etiam ad reficiendum balineum. hæredes autem nolebant sumptus facere nisi ad calefaciendum & præbendum. quæritur, quid iuris sit? Et dicitur quod municipes habent ius. Viuianus.

q *Codicillis confirmatis.* testamento: quòd erat olim opus si fierēt post testamentum: hodie vero non: vt insti. de codicill. §. j. Acc.

BIU Cujas

a *Ita.* scilicet lego vt &c. & sic not. vsu balinei legato, & ad id necessaria legari videntur.

b *Publice.* id est, publico sumptu hæredum &c.

Apud Scæuolam.]C A S V S. Titius fecit testamentũ, & instituit sibi hæredem quendam extraneum, & filiũ suum proprium exhæredauit, & legata dedit quibusdã: & postea ita dixit in eodẽ testamento: Si contingeret aliquo modo testamentũ meum rumpi, & ita me intestatũ remanere: lego ab eo qui erit mihi hæres ab intestato, decẽ Seio, &.xx. Sempronio, mortuo dicto testatore filius suus prædictus egit querela inofficiosi testamenti, & fecit rũpi testamẽtum: & habuit hæreditatem patris ab intestato. nũquid tenetur ad prestãda legata relicta ab intestato? Et dicitur qđ non, quia nec aliud aliquid valet quod pertineat ad suprema iudicia eius cuius testamẽtum ruptũ est, quasi testator fuerit furiosus. creditur enim furiosus fuisse qui filium exhæredat. Viuianus.

c *Nec fideicom. Data.* id est, relicta. & ficit. ſ. de inoffi. test. l. Titia. & l. Papinianus. §. fi. & quod not. ſ. eo. l. ij. & facit. C. de fideicom. l. quidam. & ſ. ti. ij. l. antepenul.

Cum quis.] C A S V S. Titius habebat matrẽ Seiam, & vxorẽ nomine Flauiã Albinã. dictus Titius decedẽs dictæ suę matri legauit fundum qui erat proprius ipsius matris, & ab ea matre petiit vt cum moreretur ipsa mater restitueret dictum fundum dictæ vxori suæ. mortuo dicto testatore mater dixit coram iudice qp volebat facere illud quod dixerat testator: & quòd volebat tradere dictum fundum dictæ vxori filij si sibi matri præstarẽtur redituũ nomine binæ libræ singulis annis donec moreretur ipsa mater. possessionẽ autẽ fundi tradidit dictæ vxori filij: nec dictas binas libras ab ea accepit mater: nunc autẽ volebat mater vẽdere alicui dictũ suũ fundũ. nunquid potest hoc facere? Et videtur quòd nõ, propter confessionẽ supradictam quam corã iudice fecit: tamen respondetur quòd bene potest vendere. nam legatũ sibi relictum à filio de dicto suo fundo nihil valuit: nec potuit filius eam grauare de restituẽdo vxori, cum nihil aliud matri reliquerit. Viuia.

d *Seæ matri.* aliàs, suæ matri.

e *Professa.* at hinc quæstio oriebatur: & pro hoc. ſ. de test. tute. l. ex sententia. &. j. de falsis. l. vxori. §. j. quæ sunt contra.

f *Aanua.* id est, duobus annis duo pondo auri vel argenti.

g *Legabatur.* vt. C. eo. l. proprias. tu dic vt ibi not.

h *Processisse.* scilicet cum effectu, cum nõ possit onerari qui honoratus non est: vt &. C. de fideicommiſ. l. ab eo. &. ſ. titu. ij. l. place. §. fina. &. ſ. titu. j. l. imperator. Accursius.

Qui testamento.]C A S V S. Titius instituit sibi Gaiũ hæredem, & Mæuio ducenta legauit: & fidei Mæuij cõmisit vt centum daret eidam nomine Claudiæ, & quinquaginta daret Albinæ, & quinquaginta daret dicto Gaio hæredi. & sic rogauit eum de relinquendo aliis totum legatum suum ducentorum. postea Mæuius legatarius prædictus volente dicto testatore literas misit ad dictã Claudiam & Albinam fideicommissarias in quibus ita cõtinebatur: sciatis quòd ego dabo vobis fideicommissa vestra secundum voluntatem testatoris. postea testator fecit codicillos in quibus Mæuio legatario prædicto legauit vnũ prædiũ loco ducẽtorum quę ei legauerat: & precepit in eis codicillis vt præter hos codicillos si quid aliud appareret, non valeat: & ita noluit valere dictã epistolam quã de sua volũtate miserat Mæuius fideicommissariis. mortuo Titio testatore petunt Claudia & Albina fideicõmissa à Mæuio legatario. quæritur, an possunt? Et videtur quod sic propter prædictas literas. videtur enim Mæuius dictis literis cauisse dictis fideicõmissariis de præstando eis fideicõmissum. vnde non obstãtibus verbis quæ in codicillis dixit testator, videtur quod fideicõmissarię possunt cõuenire Mæuiũ ex propria eius cautione. Respon. tamen hic quod nõ possunt petere. Vi. *Claucæ Tychæ, Elpidi.* .i. Titię & Seiæ secũdũ R. earũ enĩ nomina posuit in Græco. Ac.

k *Quinquaginta.* aliàs, viginti. Accur.

l *Literas.* quib⁹ adhærebãt fideicõmissariæ, quasi ex propria cautione Mæuiũ legatariũ sibi teneri ostendentes.

m *Testatoris.* promittendo se &c.

n *Fecit codicillos.* in quibus legauit prædiũ Mæuio p. cc. vt in fine patet, & præcepit &c.

o *Codicillos.* quib⁹ Mę uio pro. cc. prædiũ legauit. Roge.

p *Aliud.* vel in epistola ad eos missa. Azo. vel in testamento.

q *Pro his accepit.* in testamento vel codicillis.

Seiã.]C A S V S. Lucius Titius qui erat libertus Publij Sępronij pupilli, & qui erat eius pupilli domini sui tutor, habebat duos libertos, scilicet Seiam & Mæuium. fecit hic Lucius Titius testamentum, & dictos Seiã & Męuium libertos suos scripsit hæredes æqualiter: & Mæuio prædicto substituit dictum Publium Męuiũ suum dominũ. postea in eodẽ testamento cõfirmauit per fideicõmissum codicillos quos postea cõtingeret eũ forte facere. postea fecit codicillos, & ita in eis cauit: ego Lucius Titius testator & codicillator mitto salutes Seiæ hæredi meæ quã pro parte dimidia hæredem instituo. scias quòd Mæuium libertum meũ prædictum quẽ tecũ æqualiter institui, eam partẽ hæreditatis quæ eum tangebat, veto accipere, in cuius locum & partem volo esse hæredem dictum Publium Sępronium dominũ meum: & dicto Mæuio dari volo centum quinquaginta lagenas vini vetusti. modo quæritur, an dictus Publius Sępronius dominus Lucij Titij testatoris possit petere fideicommissum de parte hæreditatis in qua institutus fuerat Mæuius libertus testatoris, & à quo possit illud fideicommissum petere? Et videtur quòd non possit petere duabus rationibus. Vna, quia in codicillis erat dicta pars hæreditatis Mæuij liberti verbis directis relicta eidem Publio Sępronio, & dicto Mæuio adempta. Secunda, quia ad Seiam libertam fuerunt scripti codicilli, nõ ad Mæuium qui erat oneratus. Respondetur tamen

Amantissimisq; : scitis balineum Iulianum iunctum domui meæ, ita a vt publicè b sumptu hæredum meorũ & diligentia decẽ mensibus totius anni præbeatur gratis, Quæsitũ est, an & sumptus refectionibus necessarios hæredes præstare debeant? Respondit, secũdum ea quæ proponerentur, videri testatorem super calefactionis & præbitionis onus, de his quoq; sensisse qui ad cottidianam tutelam pertineant, quibus balineæ aut instruuntur, aut deniq; inter solitas cessationũ vices parari purgariq;, vt habiles ad lauandum fierent, sint solitæ.

Rupto testamẽto per querelam, nõ præstantur legata, nec si ab intestato fuerant repetita. Bartolus.

XXXVI. Apud Scæuolam libro octauodecimo Digestorũ Claudius notat:

NEc fideicommissa ab intestato data c debẽtur ab eo cuius de inofficioso testamento cõstitisset, * quia crederetur quasi furiosus testamentum facere non potuisse: ideoq́ue nec aliud quid pertinens ad suprema eius iudicia valet.

Si nõ tenet legatum, nec onus fideicommissi adiectum. Bartolus.

XXXVII. SCAEVOLA libro octauodecimo Digestorum.

CVm quis decedens, Seiæ matri d fundũ qui propri⁹ matris erat, legauerat: ab ea petierat vt eundem, cum moreretur, Flauiæ Albinæ cõiugi suæ restitueret. post mortem testatoris mater apud magistratum professa e est nihil se aduersus voluntatem filij sui facturã, paratamq; esse fundũ Flauiæ Albinæ tradere si sibi annua f bina præstarentur redituum nomine: sed neq; possessionẽ tradidit, neque annua bina accepit. Quæsitum est, an iure fundum alij vẽdere possit? Respõdit, si de legati iure fideiq; cõmissi quæreretur, secundum ea quæ proponerẽtur, nec valuisse, quod matri suũ legabatur: g neque onus fideicõmissi processisse, h si modò nihil præterea mater cœpisset.

Promissio facta contẽplatione alicuius certi emolumẽti, ipso cassato nõ tenet. Bar.

Qui testamẽto hæredẽ scripserat, Mæuio ducẽta legauit, & fidei eius cõmisit vt cẽtum daret Glaucæ Tychę, Elpidi i auẽ quinquaginta, k postea Mæuius volẽte testatore literas l emisit ad eas, secũdũ volũtatẽ testatoris m [se] restituturũ. postea testator fecit codicillos, n quibus & hoc præcepit, vt prẽter hos codicillos o si quid aliud p prolatũ esset, nõ valeret. quæsitũ est, an Mæuius qui ducẽta accepit (quia mutauit voluntatẽ de ea epistola testator) à mulieribus cõueniri ex causa fideicõmissi possit? Respõdit, secundũ ea quę proponerẽtur, frustra Mæuiũ [ex causa fideicõmissi] cõueniri, siue ducẽta, siue prædiũ pro his accepit. q

Verba directa in codicillis prolata trahuntur ad fideicommissum. Bartolus.

Seiam & Mæuium libertos

tamen hic quòd bene potest dictus Publius Sempronius petere fideicommissum à Mæuio prædicto. Viuianus.

a *Substituit.* scilicet vulgariter.

b *Pupillum suum.* eumdemq; patronum cui erat tutor, & ideo .j. dominum, hic vero pupillum vocat suum. Accursius.

c *Codicillos.* scilicet futuros.

d *Confirmauit.* ita scilicet committo fidei hæredum meorum ea fieri quæ dicam in codicillis. Azo.

e *Lucius Titius.* testator.

f *Accipere.* id est, capere. volebat enim meâ restitui Sépronio. nâ directo nó potest adimi hęreditas in codicillis.

g *Dominum.* id est, patronum. sic enim causa honoris vocat.

h *Elogio.* id est, sermone qui sequitur.

i *Lagenas.* quasdâ mẽsuras.

k *An fideicommissum.* portionis hęreditatis relictæ Mæuio.

* *Flo. lagenos puto scribi debuisse* λαγυνὸς.

l *Ad certam personã.* Puta Seiam. quod tamẽ non nocet fideicom. vt supra, ti. j. l. peto. in princip. &. l. vnum. §. fi. &. l. cũ pater. §. donationis.

m *A Mæuio.* non tamen à Seia: quia ipsa non habebat eam partem, nec eam poterat dare: licet ad eâ codicilli sint facti. Et not. ꝙ duo obiiciebantur Sépronio, codicillis solis per verba directa nec dari nec adimi posse hęreditẽ: & ita nec adimi Mæuio, nec dari Sépronio: vt instit. de codicil. §. penul. Item ad Seium non ad Mæuiũ qui erat honorãdus, codicillos fore directos. sed ad primũ dic quòd in codicillis verba directa trahuntur ad fideicom. vt & infra, ad Treb. l. Scæuola. quod est notandum. & sic nó de rigore verborum, sed ex benignitate tantum. & facit infra, de iis qui. vt indi. l. iij. Sed arg. contra. ŝ. de condi. instit. u. l. penul. in fi. Sol. ibi. Item facit. j. de excep. do. l. apud Celsum. §. præterea. & supra, de mili. testa. l. militis.

* *Flo. & Vulg. dolóve malo.*

suos ęquis partib⁹ hæredes scripsit: Mæuio substituit [a] Sẽpronium pupillum suum: [b] deinde codicillos [c] per fideicõmissum confirmauit, [d] quibus ita cauit: *Lucius Titius* [e] *Seiæ hæredi suæ, quã pro parte dimidia [hæredem] instituo, salutem. Mæuium libertum meũ, quem in testamento pro parte dimidia hæredem instituo, eam partem hęreditatis veto accipere:* [f] *cuius in locum partémve eius Publium Sempronium dominum* [g] *meum hæredem esse volo.* Et Mæuio ad quem hę reditatis portionẽ noluit peruenire, cum hoc elogio [h] fideicommissum reliquit: *Mæuio liberto meo de me nihil merito dari volo lagenas* [i] * *vini vetusti centũ quinquaginta.* Quæsitum est, cum voluntas testatoris hæc fuerit, vt omnimodo perueniat portio hæreditatis ad Semproniũ pupillum: an fideicommissum [k] ex verbis suprascriptis valere intelligatur: & à quo Sẽpronius petere possit, cum ad certam personam [l] codicillos scripserit? Respondit, posse [id] fideicommissum à Mæuio [m] peti.

Donatario oblato potest imponi onus fideicommissi tanquam debitori. Bartolus.

¶ Pater emancipato filio bona sua vniuersa, exceptis duobus seruis, non mortis causa donauit, [n] & stipulatus est à filio in hæc verba: *Quæ tibi mancipia, quæque prædia donationis causa tradidi, cessi: per te non fieri dolo* malo, neque per eum ad quẽ ea res pertinebit, quo minus ea mãcipia, quæque ex his adgnata crũt, eáque prædia cum instrumento, cum ego volam, vel cum morieris, quæque eorum extabunt, neque dolo malo aut fraude factóve tuo, eiúsque ad quem ea res pertinebit, [ita] in rerum natura* [o] *aut in potestate esse desiissent: si viuam, mihi, aut cui ego volam, reddantur, restituantur. Stipulatus est Lucius Titius pater: spopondit Lucius Titius filius.* Idem pater decedens epistolam fideicommissariam ad filium suum scripsit in hæc verba: *Lucio Titio filio suo salutem. Certus de tua pietate, fidei tuæ committo vti des præstes illi & illi certam pecuniam: & Lucrionem seruum meum liberum esse volo.* Quæsitum est, cum filius nec patris bonorum possessionem acceperit, nec ei hæres extiterit, an ex epistola fideicommissa & libertatem præstare debeat? Respondit, & si neque hæreditatem adisset, neque bonorũ possessionem petisset, & nihil ex hæreditate possideret: tamen nihilominus & ex stipulatu ab hæredibus [p] patris, & [ex] fideicõmisso ab his quorum interest, quasi [q] debitorem conueniri posse, maximè post constitutionem diui Pij, quæ hoc induxit.

Qui stipulatur dotem sibi reddi mãdato mulieris: in dubio præsumitur vt ministeriis adhibitus. Bartolus.

¶ Nuptura, duobus filiis suis, quos ex priore marito habebat, mãdauit [r] vt vigĩti quę doti dabat, [s] stipularẽt in omnẽ casũ

B

C

D

Pater.]C *ASVS.* Lucius Titius habens filium à se emancipatum qui vocabatur similiter Lucius Titius, donauit inter viuos dicto suo filio vniuersa sua bona exceptis duobus seruis: & à dicto filio ita stipulatus est, tu promittis mihi quod omnia ea quæ extabunt de bonis meis quæ tibi donaui, restitues mihi cum volam, vel cum morieris si viuam, aut cui ego volam: & filius dixit promitto. postea pater decedens misit epistolam filio hæc verba continentẽ: fidei tuæ fili cómito vt Mæuio præstes decẽ, & Gaio decem: & Lucrionem seruum meũ liberum esse volo. mortuo patre venit Mæuius & Gaius & Lucrio, & petunt à filio fideicõmissum: & filius respondet eis, ego nó sum hæres vel bonorũ possessor patris mei, & nihil ex hæreditate sua possideo: immo habent hæreditatẽ eius Petrus & Martinus. vnde non debeo vobis respõdere. quæritur, quid iuris sit? Et respõdetur quòd hæredes patris. s. Petrus & Martinus possunt conuenire filiũ ex stipulatu vt adimpleat prædicta. Item Mæuius & Gaius & Lucrio quorũ interest, possunt petere fideicommissa eorum à filio quasi à debitore patris. bene enim potest creditor onerare fideicommissis debitorem suum. Viuianus.

n *Donauit.* s. inter viuos sub modo. aliàs nulla esset quæstio. nam tam legatario quã donatario causa mortis potest legari: vt supra, eo. l. j. §. penul. &. l. iij. in prin. &. l. v. §. j.

o *In rerum natura.* subau. esse desiisset, aut in potestate esse desiisset &c.

p *Ab hæredibus.* patrit s. tantũ veteri iure: hodie vero istis fideicommissariis datur ex stipulatu: vt. C. de do. quæ sub modo. l. quoties.

q *Quasi debitorem.* à debitore potest legari: vt. ŝ. ti. j. l. si pecuniam, &. l. si seruus leg. §. qui margaritam. & facit. ŝ. de dona. l. hæreditatẽ. &. ŝ. titu. ij. l. filio. &. eo. l. Sextiliam. &. j. ad Trebel. l. si cui.

Nuptura.]C *ASVS.* Titia habuit duos filios ex marito suo Titio. mortuo dicto Titio volebat nubere Sépronio, & dare ei in dotem. xx. fecit ergo dicta Titia venire dictos suos filios duos, & fecit eos stipulari à dicto Sépronio secundo marito dictam dotẽ in omnem casum quo solei posset matrimoniũ inter eam & Semproniũ, & fuerũt stipulati à Sépronio insolidum. l. vt etiam alterutri ex eis filiis Titiæ tota dos soluatur. i. duo rei stipulandi fuerunt. istud autem faciebat mulier prædicta vt magis esset secura de dote sua: non autem volebat quicquam dictis suis filiis donare. postea ita euenit de facto quòd constãte matrimonio vn⁹ ex dictis suis filiis decessit: vnde remansit filio superstiti integra actio dotis Titiæ autem prædictæ petiit per epistolã suam vltimam voluntatẽ continentẽ à dicto filio superstite, vt cum exegerit à Sempronio suo marito partẽ dimidiã dictę dotis, ea dimidia contentus esset, & aliam dimidiam remanere cõcederet apud maritum. postea decessit dicta Titia, & habuit hæredem ab intestato dictum filium superstitẽ, & quosdam alios. vult nunc filius cõuenire Sempronium maritum ad integrã dotem ex stipulatione. maritus opponit ei excep. doli propter epistolã matris suprad. & dicit, nó debeo tibi soluere nisi dimidiã dotis, immo dico tibi plus. dicit enim maritus: ego volo quòd tu liberes me per acceptilationem de media dotis. quæritur, quid iuris? & dicitur quòd maritus habet ius in eo quod dicit. soluit ergo maritus dimidiam dotis filio vxoris, & aliam dimidiam sibi retinuit. vnde veniunt alij hæredes mulieris, & agunt actione mandati contra filium eorum cohæredem, & petunt ab eo dimidiam dotis quam soluit ei maritus. filius respondet eis, & dicit, nõ debeo vobis dimidiam dotis quia mater mea reliquit eam mihi per fideicommis. in epistola suprad. quam mihi misit. expressit enim in ea epistola vt ego essem contentus parte dimidia dotis. propter quæ verba videtur mihi eam per fideicommissum reliquisse. quæritur, quid iuris sit? Et dicitur quod filius habet ius. Viuianus.

r *Mandauit.* volens illis quicquã dare. sed in stipulationis illius negotio illorum filiorum volens vti ministerio. R.

s *Dabat.* secundo marito. Accursius.

BIU Cujas

a *Per epistolam.* ſ. vltimæ voluntatis: vt &. C. de fideicom. l. & in epistola. & hoc etiam declarat responsio quæ fit infra.

b *Petit posse.* quasi à debitore fideicom. relicto quod potest: vt. ſ. proxi. §. ſ. vt liberetur: vt. j. de lib. leg. l. iij. §. nunc. Sed cõtra. C. de iure do. l. ij. Sol. ibi voluit filio donare, hic non: & eodem modo resp. ſ. de pac. do. l. cũ maritus. §. fi. &. ſ. solu. mat. l. quæ dotis. & infra, de do. præle. l. Seia. quæ sunt contra.

c *De reliqua.* quæ nõ remanet in viro.

d *Maxime.* abundat, vt statu subiicit. sic. C. de man. testa. l. fina. §. j. præterea nullum esset fideicõ. si filius ante literas teneret mandati, qa ei donatum esset. Azo.

e *Claudius.* confirmãs prædicta.

f *Dimidia.* præmittit dimidiæ.

g *Relinqui placuit.* nõ ergo præsumitur ab initio donatum filio: alioquin quo modo valeret fideicommiss. eius quod ei donasset? & sic sicit hæc lex ad id qđ no. ſ. de neg. gest. l. Neſennius.

Codicillis.] CASVS. Titius libertus cuiusdã qui vocabatur Maximus, fecit testamentũ suũ, & instituit sibi hæredes Gaium & Sẽpronium. postea fecit codicillos, & ita in eis scripsit: Maximo domino meo x. milia denaria dari volo. Item eidem domino meo dari volo quinquies mille, quæ ab eo accepi in depositum à patruo dicti mei domini sui ea conditione, vt eidem dẽ domino meo maximo viro facto reddã: q patruus vocabatur Iulius Maximus. & dictũ depositũ volo dari eidem domino meo cum usuris quæ cucurrerũt vsq; nunc, quæ sunt in summa triginta milia. ab ita enim iurauit dominus meus do Iulio Maximo patruo dicti domini mei Maximi. mortuo dicto Titio agunt procu. domini dicti Titij cõtra hæredes dicti Titij actione depositi, & petunt sibi dictas pecuniæ quãtitates: & nõ habẽt pro se alias probationes nisi dicta verba codicillorum. quæritur, nunquid obtinere debeant dicti actores? Et dicitur quod sic: & hoc ideo, quia dictus Titius testator & codicillator affirmauit in codicillis se iurasse prædicta reddere patruo domini sui.

h *Codicillis.* videtur hic in medio esse Græcum: eius autem interpretatio, volo omnia &c.

i *Maximo.* proprium nomen est.

k *Viro.* ſ. nepoti ac viro. Not. virum demum esse adultum: sicut & mulier, corrupta: vt. ſ. de contrahen. emp. l. alioquin.

l *Iurauit.* vsq; huc est Græci interpretatio: quam interpretationẽ non habebat, qui vaticinabatur hic dicens quòd hæc pecunia fuit ab aliquo deposita apud testatorẽ, vel à se apud vnũ de hæredibus suis, & sic fuit in Græco cõfessus: & quòd iurauit: verũ hęc confessio & iuramentum parum prodest: arg. C. de proba. l. rationes. &. l. exempla. &. ſ. de iureiuran. l. iij. §. j. secundum R. sed certe immo prodest, vt hic expresse dicit: quia contra se est confessus, & dictæ. ll. loquuntur quando pro se. & est ad hoc. ſ. de interro. act. l. de ętate. §. j. & supra, depo. l. Publia. §. fina. &. C. de fal. cau. adie. l. j. &. ſ. de leg. ij. l. antepenul. §. quisquis. &. j. de dona. l. ex hac scriptura.

m *Credenda.* ab hæredibus tantum: vt in authen. de iureiur. à mo. §. j. colla. v. &. C. communia vtri. iu. l. scriptura. Arg. contra. j. proxi. * *Flo. hab.* §. sed & si non credere *beat?* tur, vim haberet fideicom. vt. d. §. quisquis.

Titia.] CASVS. Honestissima mulier quæ vocabatur Titia, ita dixit in testamento suo, quod testamẽtum fecit sua manu: sciebat enim scribere: Volo dari Callimacho decem milia denariorum gratia mercedis: quia o- (*sequit Alpera sua vsa fui in ne- ci. lib. Prægotiis meis. & in veri- ter. 2.*) retate dictus Callimach[o] *stituit Anerat talis persona, qui gelus Poli* ex testamento alicuius *tian[o] ex Pã* aliquid capere non po *declis Flo-* terat. quæritur, nũquid *rẽtinis: quẽ* dict[o] Callimachus pos *ita vertas,* sit petere dictam pecu- *Costitui da-* niam sub nomine mer- *rque volo* cedis? Et dicitur quòd *Callimacho* non: quia præsumitur *mercedis lo* ei relicta in fraudem le *eo decẽ mi-* gis quæ eum prohibe- *lia dena-* bat ex testamento cape *vium.* re. Viuianus.

† *Locũ hũc*

n *Qui.* Callimachus. Accursius.

o *Sua.* Titiæ. sic ergo fuit in scriptis.

p *Ita cauit.* habeas, disposui & volui dari decem milia nomine mercedis, Accursius.

q *Exigi posse.* quasi sit idonea probatio quòd merces debeatur Titię confessione, arg. superioris rñ. sed tamẽ contra est, vt subiicit. &. ſ. de testa. l. qui testamentum. & est ratio: qa ibi iurauit, & fuit capax legatarius: hic in vtroq; secus. & facit. ſ. tit. ij. l. in tacitis. &. l. Lucius. §. in testamento.

r *In fraudem.* quod semper præsumitur nisi contrarium probetur, secundum Ro. vt. d. l. qui testamentum.

Ex his.] CASVS. Titius fecit testamentum, & multos seruos suos & ancillas libertati donauit: & alios & alias in seruitute reliquit: & postea in eodem testamento ita dixit: omnibus quos quásve manumiserim siue his tabulis, siue quibuscũq; aliis, volo concedi filios filiásve omnes eorum manumissorum. quæritur, an filij eorum seruorum & ancillarum quos quásve viuus manumisit, debeant eis concedi? Et respon. quod sic. Viuianus.

s *Oportere.* ſ. ab hærede. ſi habeas in textu, instituerat, ſubau. quas. & dic præstari oportere, scilicet eorum filios & filias. & facit. j. de ali. leg. l. à filio. §. fina.

quo ſolui posset matrimoniũ, vt etiam alterutri ex his tota dos soluatur. constante matrimonio vno ex filiis mortuo, vxor per epistolã [a] petiit à superstite filio vti quandoq; partem dimidiã dumtaxat dotis exigeret, & ea contẽtus eat: * alteram autẽ partẽ apud maritũ eius remanere concedat. Quæsitũ est, postea in matrimonio muliere defuncta, an maritus ſi de tota dote conueniatur à filio, doli mali exceptione se tueri possit: & an vltro ex causa fideicõmissi actio ei competat, vt de parte obligationis accepto ei feratur? Respõdit, & exceptionem vtilem fore, & vltro ex fideicõmisso peti posse. [b] Idem quęrit, an de reliqua [c] dimidia parte mandati actio vtilis sit hæredibus mulieris aduersus filium eius? Respondit, secundũ ea quę proponerẽtur (maximè [d] post literas ad filium scriptas) nõ fore vtilem. Claudius. [e] Quoniã in his expresit vt contẽtus esset parte dimidia [f] * dotis. quibus verbis satis fideicõmissum filio relinqui placuit. [g]

Confessio debiti facta in testamento si testator iurauit, vel iurasse se dicit, probationem inducit.

Codicillis [h] ita scripsit, † Βούλομαι πάντα τὰ ὑποτεταγμένα κύρια εἶναι. Μαξίμῳ τῷ κυρίῳ μου δηνάρια μύρια πεντακισχίλια, ἅτινα ἔλαβον παρὰ κατὰ πίστιν παρὰ τοῦ θείου αὐτοῦ Ἰουλίου Μαξίμου, ἵνα αὐτῷ ἀνδρωθέντι ἀποδώσω: ἃ γίνονται σὺν τόκῳ τρὶς μύρια, ἀποδοθῆναι αὐτῷ βούλομαι. ὅυτε γὰρ τῷ θείῳ αὐτοῦ ὤμοσα. [id est, Volo omnia quæ infrà ordinata sunt, firma esse. Maximo [i] domino meo denaria quinquies mille, quæ accepi in depositũ à patruo eius Iulio Maximo, vt ei [k] viro facto vel adulto reddam, cum vsuris, quæ sunt triginta milia, ei dari volo. ita enim patruo suo iurauit. [l]] Quęsitum est, an ad depositam pecuniam petendam sufficiant verba codicillorum, cum hanc solam, nec aliam vllam probationem habeant? * Respõdi, ex his quæ proponerentur, scilicet, cum iusiurandũ dedisse super hoc testator adfirmauit, credenda [m] est scriptura.

Si testator confitetur se debere nõ capaci, talis confessio nil operatur. Bartolus.

Titia honestissima fœmina cũ[in]negotiis suis opera Callimachi semper vteretur, qui [n] ex testamento capere non poterat, testamento facto manu sua [o] ita cauit: [p] † Τιτία δίεθέμην Θέλομαι δοθῆναι Καλλιμάχῳ μισθὸν χάριν δηνάρια μύρια. [id est, Titia testamẽtũ cõdidi, ac placet vt Callimacho dẽtur mercedis gratia denarij duo.] Quæro, an hæc pecunia ex causa mercedis ab hæredibus Titiæ exigi possit? Respõdi, non idcirco quòd scriptũ est, exigi posse, [q] in fraudẽ [r] legis relictũ.

Dictio, siue, non inducit restrictionem, simile de dictione, seu. Bartolus.

Et his verbis testamenti, *Omnibus quos quásve manumisi, manumiseram siue his tabulis, siue quibuscũque aliis, filios filiásve suos omnes concedi volo.* Quæsitum est, an his quos viuus manumisisset, debeantur filij? Respondit, his quoque quos quásve ante testamẽtũ factũ manumisisset, filios filiásve ex causa fideicõmissi præstari oportere. [s]

Prohibitio alienationis ad alienationẽ necessariam se non extendit, sed ad voluntariam. Bartolus.

XXXVIII. IDEM libro nonodecimo Digestorum.

BIU Cujas

Pater

Pater filium.] CASVS. Titius instituit sibi hæredē Seiū suum filiū,& prohibuit ei alienare seu pignori ponere prædia quæ in hæreditate sui testatoris erāt: sed fidei eius cōmisit vt dicta prędia cōseruaret filiis suis conceptis ex iustis nuptiis,& cęteris eius cognatis.mortuo Titio patre Seius eius filius trāstulit pignoris & hypothecæ nomine in Gaiū prædia hæreditaria quæ pater obligata reliquerat Martino: & acceptis à dicto Gaio centū mutuo super dictis pdiis soluit ea cētū Martino prædicto cui pater obligauerat dicta prædia pro cētū: vel dicta prædia hæreditaria vēdidit Gaio pro cētū, & ea soluit Martino cui ea obligauerat pater pro cētū.quæri,nū quid valeat obligatio vel alienatio prędicta? Et videt cp nō,quia testator prohibuit obligationē & alienationē eorū, & cū causa.dicit tamē hic cp valet vtrūque quia ea fecit filius ex necessitate, & nō ex voluntate.Viuianus.

PAter filium hæredem [a] prędia alienare seu pignori ponere prohibuerat: sed cōseruare liberis ex iustis nuptiis & cæteris cognatis fideicōmiserat. filius prædia quæ pater obligata reliquerat, dimisso hæreditario creditore nūmis noui creditoris, à priore in sequētē creditorē pignoris hypothecęve nomine transtulit. quæsitū est, an pign' rectè cōtractū esset? Respōdit, secūdū ea quę proponerētur, rectè cōtractū. [b] Idem quęsiit, cū filius prędia hæreditaria, vt dimitteret hæreditarios creditores, distraxisset: an emptores qui fideicommissum ignorauerunt, [c] bene emerint? Respōdi secundū ea quæ proponerentur, rectè contractū, si nō erat aliud in hæreditate vnde debitum †exsoluisset. [d]

a *Hæredem.* institutum à se.

b *Recte contractum.* quasi secundus loco sit primi.sic.C. de his qui in prio. cre.l.j.&.ij. & ſ.de do.inter vi. & vxo.l.si donatæ.§.j.

† *Concor.c. placuit.in glo.sup verbo, necessitate.12.q.2. & ca.ea enim. §. hoc ius porrectū.ibi, i cæteris eaten⁹ excipitur, si debitum vrget. & ibi, si autē debitū quod vrget,ex mobilibus solui non valet, primo res immobiles dentur pignori &c. 10.q. 2.*

c *Ignorarunt.* maxime. nam idem si scissent.

d *Exsoluisset.* i. solui posset. prohibita ergo alienatione voluntaria videtur prohiberi non necessaria. sic.ſ.tit.ij.l. filiusfa.§. diui.&. §. cū pater.&.ſ.ti.j.l.peto. §. prædiū.&.l.qui solidū. §.fi.&.ſ.fa.erci.l.alienationes.&.ſ.de admi.tu. l.quidā.§.pe.& de rebus eo. qui sub tu. vel cura.l.si pupillorum.

Libertus liberti non continetur appellatione libertorum. Bartolus.

¶ Duobus libertis Sticho & Erote hæredibus institutis,ita cauit: *Fundum Cornelianum de nomine† meorum exire veto.* vnus ex hęredibus Stichus ancillā Arescusam,testamēto liberā esse iussit, cíq; partem suā fundi legauit. quæro, an Eros & cæteri conliberti Stichi ex causa fideicommissi eius fundi partem ab hærede Stichi petere possint? Respondit,non contineri. [e]

Res cotemplatione plurium prohibita alienari,ad eum ex pluribus pertinet qui superest tempore alienationis. Bartolus.

¶ Filiam suā hæredē scripserat, & ita cauerat, *Veto autē ædificiū [f] de nomine meo exire: sed ad vernas [g] meos, quos hoc testamento nominaui,* [h] *pertinere volo.* quęsitū est, defuncta [i] hærede, & legatariis [k] vernis, an ad vnum libertū qui remāsit, totū fideicommissum pertineret? Respōdit ad eū qui ex vernis supereſſet, secundum ea quæ proponerētur, virilem partem pertinere.

Alienatio prohibita ad tempus, videtur esse permissa post tempus. Bartolus.

¶ Fundū [Titianū] à filio, quoad viueret, vetuit venundari, donari, pignerari: & hęc verba adiecit: *Quod si aduersus voluntatem meā facere voluerit, fundum Titianum ad fiscū pertinere [volo.] ita enim fiet vt fundus Titianus de nomine vestro* [l] *nunquā exeat.* Quæsitum est, cū viuus filius eū fundum secundū voluntatē patris retinuerit: an defūcto eo, nō ad hæredes [m] scriptos à filio, sed ad eos qui de familia sunt, pertineat? Respondit, hoc ex voluntate defuncti colligi posse, filiū quoad viueret, [n] alienare vel pignerare non posse: testamenti autem factionē & in eo fundo in extraneos [o] etiam hæredes habiturum.

Nudum præceptū vel prohibitio alienationis sine causa alienationē nō impedit. Bar.

Duobus.] CASVS. Titius habebat multos libertos, inter quos erant Stichus & Eros. fecit dictus Titius testamentū, & instituit sibi hæredes dictū Stichū & Erotē: & ita postea in eodē testamento cauit: fundū Cornelianum meū de nomine meorū familiarium exire veto. mortuo Titio testatore Stichus prædictus qui erat vnus ex hæredibus, venit ad mortē: & Arescusam ancillā hæreditariam testamēto suo liberā esse iussit, & eidē Arescusę legauit partem suā dicti fundi Corneliani. postea defecerunt omnes illi qui continebātur appellatione familiæ dicti Titij: & remanserūt omnes liberti sui prēter dictū Stichū. veniunt modo dictus Eros cohæres Stichi, & cæteri colliberti Stichi, & petunt dictū fundum Cornelianum ab hærede Stichi prædicti quasi dicta pars fundi Corneliani sit alienata per Stichū in eam personā.ſ.Arescusam prædictam, quæ non continetur appellatione familiariū dicti Titij testatoris, quæritur, vtrū possint? Et respō. quod sic. Viuianus.

Tu ad loci huius intelligentiā vide Alci. lib. Disp.4.c.1. circa fi.

e *Non contineri.* Arescusam istā nomine meorum: & ideo Stichi pars ad Erotem & cæteros collibertos pertinet: scilicet si deficiāt cæteri qui familiæ appellatione continentur, qui sunt præferēdi: vt.C.de verb.signi.l.fi.&.ſ.tit.j.l.peto.§.fratre. & fa.j. de verbo. signi.l.Modestinus. Sed contra.ſ.tit.j.l.cum pater.§.cū inter. Sol. vt ibi. Vel ibi in filio libertæ, hic in liberto libertæ & futuro de quo nō cogitabāt. Itē arg.cōtra.j.de ali.leg.l.aliméta.§.j. Sed ibi apparet solu. Item contra supra, tit.j.l.cum pater.§.fidei.sol.ibi.

Filiam suā.] CASVS. Titius habens ædificiū super solo Sempronij instituit sibi hæredē filiā suā Seiā: & ita postea dixit, veto autem ædificiū de nomine meo exire: sed ad vernas meos.i.seruos ex ancillis meis natos, quos vernas hoc testamento nominaui & vel ad eos quos superuixisse dictū est, pertinet totum dictū ædificiū? Et dicitur quod nō: sed si omnes vernæ superuixisset, vel eorū pars, ad quēlibet eorū virilis pars dicti ædificij pertineret. si autē vnus tantum ex dictis vernis vixisset, totū dictum ædificium haberet: & hoc vult dicere litera, licet ipsa nimis sit breuis. Vi.

f *Meo nomine.* huic verbo cæteri liberti q nō erant vernæ, cōsiderabant: sed perperā. Ro.

g *Sed ad vernas.* id est, domesticos ex ancillis suis scilicet natos: vtsi. e. §. huic autē proti.

h *Nominaui.* manumittendo.

i *Defuncta hærede.* & relicto hærede alio qui non sit de familia. R.

k *Et legatariis.* alias est, ad legatarios vernas: & tunc dic ad vnū libertū. ſ.aliū vt vernā. Item secundū hoc dic, ad eū. i. ad eos omnes. vulgari enim & simplici sermone hic Scæuola vtitur. nam ad eum, pro, eos omnes ponit. sic.ſ.tit.j.l.cū quidā.& l.si pluribus. in princi. & proprie ponit, virile: vt. C. de cadu. tol. §. vbi autē. alias est in littera, & legatariis vernis. ſ. defunctis omnib⁹ præter vnū. & quod dicit, ad vnum.ſ. vernā. & propriè ponit eum: sed quod dicit, virile, continet totū: * ex quo vnus tantū verna supereſt, nam pro toto pars, sicut pro plurali singularis numerus ponitur: vt.j. de verb. signifi.l. virili. &.l. in vſu.&.j. eo.l.Lucius.§.collegium. sic & vniuersitas remanet [a] in vno: vt supra, quod cuiusque vniuer.l.sicut. §.fina. Accursius.

Fundum.] CASVS. Seius instituit sibi hæredem filium suum: & in eodem testamento quo eum instituit, eum vetuit venundare, donare, & pignerare fundum Titianum hęreditarium: & adicit hæc verba: si aduersus meam voluntatem facere voluerit dictus meus filius, fundum Titianum prædictum ad fiscum pertinere volo. ita fiet vt fundus Titianus prædictus de nomine vestro nūquā exeat. mortuo testatore filius retinuit dictū fundum vsq; ad mortem suam: & cū venit ad mortem, instituit sibi quendam extraneū in dicto fundo & in aliis suis bonis. modo quæritur, nunquid dictus extraneus possit tenere dictum fundū, an vero illi de familia testatoris Seij: an verò fiscus? & videt quòd extraneus habere nō possit: quia ita dixit testator Seius ita enī fiet vt fundus Titianus de nomine meo nunquā exeat &c. iudicatur tamē hic cp dict⁹ extraneus habeat: quia per verba Seij testatoris talis eius volūtas colligi potest. ſ. filiū donec viueret solūmodo alienare vel pignerare vel donare non posse, sed hæredes etiam extraneos non solum in aliis rebus, sed etiam in dicto fundo instituere posse. Viuianus.

l *Nomine vestro.* loquitur familiæ, & ex hoc oritur dubitatio.

m *Hæredes scriptos.* scilicet extraneos.

n *Quoad viueret.* solummodo.

o *Extraneos.* vnde apparet cp superflua sint illa verba, ita enim &c. & fa. C. de fideicom. l. voluntas. &.ſ. titu. ij. l. filiusfami. §. diui. &.§.

&.§.cum pater.&.l.qui solidum.§.prædium.&.j.proxi.§.Itē contra.ff.tit.j.l.peto.§.fratre.Solu.vt ibi.

Iulius Agrippa.] CASVS. Iulius Agrippa primipilaris habēs filiam Titiam, & existens patruus magnus cuiusdā mulieris quæ vocabatur Iulia.i.frater aui Iuliæ dictæ:fecit testamentum,& instituit sibi hęredem dictam suam filiā,& præcepit in dicto testamēto ne vllo modo reliquias rationū quæ superarent à quodam qui administrauerat negotia sua,& prędiū suburbanū aut domū maiorē hæres eius pigneraret, aut vllo modo alienaret nec adiecit causam prohibitionis. dicta filia sua hæres ab eo scripta(vt dictū est) mortuo eo testatore hærēdē reliquit filiam suā, quæ erat neptis dicti testatoris.i. Iulij Agrippæ primipilaris:quę neptis mortua dicta sua matre easdē res diu possedit: & decedens ipsa neptis extraneos instituit hæredes in dictis rebus quæ prohibitæ sunt alienari,& in aliis suis bonis. modo quæritur, an dicti extranei hæredes neptis possint habere dictas res alienari prohibitas: an verò pertinerent ad dictam Iuliā cuius erat patruus magnus dictus Iulius Agrippa primipilaris: ficq; ipsa Iulia erat de familia Iulij. Et videtur quòd ad dictam Iuliam debeāt pertinere: quia ideo dictarū rerū videtur prohibuisse alienationem, vt remanerent illis de familia sua siue cognatione.quia autem ipse hoc non expressit, sicq; fuit suum præceptum nudum:iudicatur hic quòd hæredes extranei dictæ neptis habere debeant.& hoc dicit.Viuianus.

¶ Iulius Agrippa primipilaris testaméto suo cauit ne vllo modo reliquias [a] eius & prædium suburbanum aut domū maiorem [b] hęres eius pigneraret,aut vllo modo alienaret. filia eius hæres scripta hæredē reliquit filiam suā, neptē primipilaris, quæ eadem res diu possedit,& decedēs extraneos instituit hęredes. Quæsitum est,an ea prędia extraneus hęres haberet:an verò ad Iuliā dominā quæ habuit patruum maiorem Iulium Agrippā,pertinerent?Respondi, cū hoc nudū præceptū est, nihil proponi contra voluntatem defuncti factum, [c] quo minus ad hæredes pertinerent.

Qui prohibetur alienare partem suam, non videtur prohibitus alienare partē quā redemit. Bartolus.

¶ Quindecim libertis quos nominauerat, prædiolum cum taberna legauerat, & adiecerat hęc verba:*Sibiq; eos habere,possidere volo ea lege & cōditione ne quis eorum partem suam* [d] *vēdere,donare aliúdve quid facere alij velit.quòd si aduersus ea quid factum erit:tunc eas portiones prædiúmve cum taberna ad rempublicam Tusculanorum pertinere volo.*quidā ex his libertis [e] vēdiderūt partes suas duobus collibertis suis ex eodem corpore: emptores autem defuncti Gaium Seium extraneū hæredem reliquerunt. quæsitū est, partes quæ venierunt, vtrum ad Gaium Seium [f] [extraneum,] an ad superstites collibertos suos qui partes suas nō vendiderunt,pertinerent?Respondit secundum ea quæ proponerentur, ad Gaium Seium pertinere. Idem quæsiit,an partes venditæ ad rempublicam Tusculanorū pertinerent? Respondi non pertinere. [g] Claudius:quia non possidentis persona, qui nunc extraneus est, respicienda est, sed emptorum qui secundum voluntatem defunctæ ex illis fuerunt quibus permiserat testatrix venundari, nec conditio extitit [h] dati fideicommissi reipublicæ Tusculanorum.*

Fideicommissum quod tenuit à principio: si deficit ex post facto, remanet apud legatarium.

¶ Fideicommisit eius cui duo milia [solidorum] legauit, in hæc verba:*A te Petroni peto vti eā duo milia solidorum reddas collegio cuiusdam templi.* quæsitum est, cùm id collegium postea dissolutum sit, vtrùm legatum ad Petronium pertineat: an verò apud hæredem remanere neum instituto à Sticho & Pamphilo emptoribus,an ad superstites collibertos qui partes suas non vendiderunt,an vero ad rempublicam Tusculanorum?Et respon.quod ad Gaium Seium extraneum debent pertinere,& non ad alios collibertos,vel rempublicam Tusculanorum.& est ratio secundum Claudium quare non pertinent ad collibertos,quia non est respicienda persona possidētis.id est, Gaij Seij extranei instituti à Sticho & Pamphilo qui emerūt ab aliis: sed est inspicienda persona dicti Stichi & Pamphili emptorum qui secundum voluntatē defunctæ tacite ex illis libertis quindecim fuerunt, quibus tacite permiserat testatrix vendi si inspiciatur eorum persona.& ipsi nec alij non sunt prohibiti alienare nisi partes suas. ergo partes quas emerunt ab aliis secundum tacitam voluntatem defunctæ, non sunt prohibiti alienare, vel extraneos in eas hęredes restituere. Item ratio est quare nō habet respubli. Tusculanorum: quia conditio dati dictæ reipu. fideicom.partium contra præceptum testatricis alienatarum nō extitit, eo quòd fuerunt partes prædictæ venditæ dicto Sticho & Pamphilo: vel ideo q̄ dicti emptores extraneum hæredē reliquerunt: quia vt dictum est,inspicienda est persona emptorum, & nō hæredis extranei.Vi.

** Flo.fideicōmissi Tusculanis*

a *Reliquias.* puta monumentum quod vnà cum prædio in quo est,posset alienari vel ignoranti, nisi esset prohibitio: vt.ff.de act. empt.l.si mercedem.§.j.&.ff.de contrahen.empt.l.& liberi.

b *Maiorem.* fratrem aui paterni: vt insti.de gradi.§.quarto.

c *Fallum.* immo extraneum instituendo facit contra voluntatem:vt.ff.titu.j.l.peto.§.fratre.quæ est contra.Solu.transit ad hæredem etiam extraneum: vt hic.sed agitur ad interesse, vt ad legitimum institutum transiret sine pœna, secundum Io. Sed contra supra,tit.j.l.codicillis.§.matre.vbi excludunt legitimos omnino. sed certe ibi fuit specialiter prohibitus legitimus: vel hoc fuit præceptum nudum in.l.illa peto.& in illa.l.codicillis.non fuit nudū. ad quod est.ff.titu.ij.l.si filius.§.diui. Item ad hoc infra,eo.l.Lucius,in princip.&.ff.ti.j.l.cum pater.§.libertis.&.l.qui solidum.§. prædium.& supra,proxi.§.

d *Partem suam.* nota partem suam.

e *Ex libertis.* quod permisit tacite defunctus.vt.C.de fideicom. l.voluntas.&.l.quoties.R.& in fine huius.§.

f *Ad Gaium Seium.* ad collibertos enim nō pertinent.quia si alienarentur,non ipsi sed republi.testator eas voluit restitui.R.

g *Non pertinere.* sed ipsorum partes quas ex testamento habuerunt, non quas à collibertis emerunt, reipub. debebuntur extraneo hærede instituto: vt.ff.tit.j.l.peto.§.fratre.quæ est cōtra.quilibet enim de familia de parte sua tantum,& non de parte eorum qui sunt de familia,rogatus est ex quacumq; causa eam partē quērat:sed partem suam quilibet necesse habet seruare,vt dixi.

h *Conditio extitit.* scilicet quia fuerant partes venditæ collibertis,sed extitit,quia extraneum instituit: vt.ff.titu.j.l.peto.§.fratre. quæ est contra, secundum H. Vel dic, nec tunc, nisi in partibus suis quas ex testamento habent: vt dixi secundum R.& facit.ff.eo. §.fundum Titianum.&.ff.titu.j.l.cum pater.§.libertis.&.l.qui solidum.§.prædium.&.l.vnum ex familia.§.j.

Quindecim.] CASVS. Titia fecit testamentum,& instituit sibi hæredem, & legauit quoddam prædiolum suum cum taberna quindecim suis libertis quos nominauit in testamento,& adiecit postea talia verba:& volo eos libertos sibi habere & possidere dictum prædiolum cum taberna ea lege & conditione ne quis eorū partem suam vendere, vel donare, vel aliquid aliud facere alij extraneo velit.quòd si aduersus ea aliquid factū erit.tūc eas portiones prædiúmve cum taberna ad rempublicam Tusculanorū pertinere volo.mortua dicta testatrice duo ex dictis quindecim libertis vendiderunt suas partes dicti prędioli cum taberna duobus aliis de dictis quindecim libertis, puta Sticho & Pamphilo.dicti autem emptores venerunt ad mortem,& instituerunt sibi hæredē quendam extraneum qui vocabatur Gaius Seius.modo quæritur, vtrum partes dictæ venditæ pertineant ad Gaium Seium extra-

Fideicōmisit.] CASVS. Quidā nomine Tusculanus instituit sibi hæredem Titium, & legauit cuidam nomine Petronio duo milia solidorum: & fidei dicti Petronij commisit in hæc verba: A te Petroni peto vt dicta duo milia solidorum quæ tibi legaui, reddas collegio pone beati Dominici. mortuo dicto Tusculano dictum collegium dissolutum est antequam dictus Petronius assequeretur ab hærede dicti Tusculani dicta duo milia solidorum: & sic annihilatum est fideicommissum dicto collegio relictum. modo quæritur, vtrum dictum legatum pertineat ad Petronium legatarium, an vero remaneat apud hæredem Tusculani? Et respondetur quòd si non remansit per Petronium quo minus solueret dictum fideicommissum collegio, sed per casum dissolutionis collegij: potest petere Petronius ab hærede Tusculani dicta duo milia solidorum.Viuianus.

Non

a *Non stetit.* sed per casum fortuitum. Sed contra. ff. tit. j. l. si quis Titio. Sol. hic alias erat legaturus, ibi non, sed vt ministro. Item contra. ff. tit. j. l. codicillis. in princi. Solu. vt ibi. Item contra. j. de adimen. leg. l. filio. §. j. Sol. & ibi vt ministro. Item facit. ff. tit. j. l. si quis quos. & l. Iulia. & ff. titu. ij. l. si fundum per. §. j.

Pater filios.] CASVS. Titius instituit sibi hæredes Seium & Gaiũ suos filios: & adiecit hæc verba: prædia quæ ad eos ex bonis meis peruẽtura sũt, nulla ex causa alienẽt, *Fl. mater.* sed conseruent successioni suæ. scilicet filiorum. & ita fecit Titius quòd dicti filij cauerẽt sibi inuicem quòd ita obseruarẽt. mortuo dicto Titio, successores dictorum filiorum Titij petebant à dictis filiis Titij dicta prædia per fideicõ. quæritur, nunquid possint? Et dicitur q̃ non: sed mortuis dictis filiis Titij bene debent peruenire dicta prædia ad successores filiorũ Titij. Viuianus.

b *Proponi.* quoad verba, secus ex mente, quę prævalet: vt ff. eo. l. fideicõmissa. §. hæc verba. & ff. tit. ij. l. hoc modo. & ff. l. eo modo. & ff. titu. j. l. vnũ ex familia. §. fi. & facit. j. eo. l. Iulianus. §. j.

Ex parte.] CASVS. Titius instituit sibi hęredes Seium & Sęproniũ quemlibet pro dimidia, & præter partẽ hæreditariã prędictam prælegauit Seio quendam suum fundum nomine Iulianũ, & ab eo Seio ita petiit: peto à te vt velis cohæredẽ tibi recipere in dicto fundo Claudiũ Verũ nepotem meum, qui est tuus cognatus. quæritur, an pars dicti fundi debeatur dicto Claudio ex causa fideicom. Et respon. quòd sic, licet nomine cohæredis sit vocatus. Viuianus.

c *Deberi.* licet nõ nomine fideicõmissarij sed cohæredis sit vocatus. & facit. j. eo. l. Lucius. §. fin. Sed cõtra, infrà eo. l. Iulianus. §. ex his. sed illud de rigore: vt. j. proxi. nota. vel alia verba sunt ibi.

PAmphilo.] CASVS. Titius fecit codicillos, & Pamphilo liberto suo in eis codicillis multa reliquit: postea fecit testamẽto dixit, Pamphilo liberto meo hoc amplius quàm in codicillis reliqui, dari volo centum. Item postea ita subiunxit, scio omnia quæ tibi Pamphile relinquo, ad filios meos peruentura, cum affectionem tuam circa eos bene perspectam habeam. quæritur, vtrum videatur Titius per dicta verba Pamphili fideicommisisse vt post mortem suam Pamphili restituat centũ prædicta filiis defuncti? & dicitur quòd nõ quantum ad dicta verba testatoris, sed secũdũ sentẽtiam sic. [PROPOSITVM.] Titius & Gaius Seius milites erant, & erant contubernales, id est socij in quodã castro pro imperatore. dictus Titius non habẽs liberos nec cognatos, infirmus existens, cõuocatis amicis suis dixit dicto Gaio cõtubernali suo quòd volebat ei relinquere prædium suum Titianum, & Cornelianum: & Gaius Seius interrogauit eum corã testibus si ita placebat ei, & ipse respondit quòd sic. quæritur, nunquid ex causa fideicõmissi dicta prædia pertineant ad Gaiũ Seiũ? Et videtur quòd non: quia Titius nõ dixit, relinquo: immo dixit, volo relinquere. Respõdetur tamẽ q̃ sic. [DVAS FILIAS.] Titius instituit sibi hęredes duas suas filias ex æquis partib⁹, quarum vna vocabatur pone Titia, & alia Seia: & alteri puta Titiæ prælegauerat fũdũ Titianum: & ab eadẽ Titia petiit gratia dicti prælegati vt sorori suæ Seiæ viginti daret. Ille petiit ab eadẽ Titia vt parte dimidiã dicti fundi Titiani dictæ Seiæ restitueret. mortuo Titio est nũc quæstio inter Titiã & Seiam de dictis viginti. & dicebat Seia se debere habere medietatem fundi & viginti. Titia autẽ dicebat quòd Seia nõ debebat habere nisi medietatẽ fundi: quia per fideicõmissum relicti Seiæ à Titia de medietate fundi fuit annihilatum legatũ Titiæ de dicto fundo: quia illa pars fũdi prædicti quæ remanet apud Titiam, nõ remanet apud eam iure prælegati: immo iure hæreditario. cũ enim vni ex hæredibus aliqd prælegatur, medietatem prælegati capit à cohærede suo iure prælegati: & aliam medietatem iure hæreditario: quia à seipso nõ potest sibi legari. Si ergo est annihilatum prælegatum meum, dicit Titia: ergo debet præsumi quòd nec tibi Seiæ voluerit pater noster dari per me viginti prædicta. quæritur, quid iuris sit? Et respõ. quòd Titia fouet rationem: & non debet Seiæ nisi medietatem fundi. Viuianus.

d *Perspectam habeam*, quasi dicat. & ideo nominatim & expressim te non grauo.

c *Cum sentẽtiã.* tacitã.

f *Defuncti.* qui plurimum confidens de liberto non grauauit eum expressim.

g *In simili specie.* s. inter virũ & vxorem: vt ff. ti. j. l. vnũ ex. §. fi. & facit. j. de adi. le. l. alũnæ. in pri. & facit. ff. l. pxi. §. pe. cũ suis cõcor.

h *Propositum est.* quendam militem.

i *Arcessitis.* id est, vocatis.

k *Contubernali.* ex hoc verbo liquet testatorem hunc fuisse militem: R. cũ cõtubernales ꝓprie dicantur in exercitu, in eodẽ putẽtorio duo milites vel tres: vt. ff. cõmoda. l. rẽ mihi. §. in exercitu.

l *Dixisse.* propositum est. quod est. ff. in princip. §.

m *Redegisse.* id est, vocauit de hoc testes. non autem fuit scriptũ.

n *Tali inserto.* scilicet quòd dixit se dixisse. nã ad interrogatũ in Latino, videtur respõsum in Græco: vt insti. de inuti. stip. §. præterea. est enim hic Græcum. & facit. ff. de mili. testa. l. diuus.

o *Duas.* puta Titiam & Seiam.

p *Alteri.* scilicet Titiæ.

q *Et ab ea.* scilicet Titia.

r *Petierat.* scilicet gratia huius prælegati.

f *Ab eadem.* scilicet Titia: & sic prælegatum est nullum.

t *Præstanda.* cum enim certum sit testatorẽ pœnituisse de prælegato, ergo & de onere propter id imposito videtur pœnituisse. & sic no. secũdum R. quòd si vni ex hæredibus aliquid prælegatur, &

A

B

C

D

Non stetit a parere defuncti voluntati.

Non solum ex verbis, sed ex mente testatoris fideicommissum inducitur. Bar.

Pater *filios hæredes scripserat, & adiecerat: *Prædia quæ ad eos ex bonis meis peruentura sunt, nulla ex causa abalienent, sed conseruent successioni suæ: deq; ea re inuicem sibi caueant.* ex his verbis quæsitum est, an prædia per fideicommissum relicta videantur? Respondit, nihil de fideicommisso proponi. [b]

Verba institutionis trahuntur ad fideicommissum. Bartolus.

Ex parte dimidia hæredi instituto per præceptionem fundum legauit, & ab eo ita petiit: *Peto vti velis cohæredem tibi recipere in fundo Iuliano meo, quẽ hoc amplius te præcipere iussi Claudiũ Verum nepotem meum, cognatum tuum.* quæsitum est, an pars fundi ex causa fideicommissi nepoti debeatur? Respondit, deberi. [c]

Verba enũtiatiua ad granatum directa dispositionem inducunt. Bartolus.

XXXIX. IDEM libro vicesimo Digestorum.

PAmphilo liberto hoc amplius quàm codicillis reliqui, dari volo centum. Scio omnia quæ tibi Pamphile relinquo, ad filios meos peruentura: cùm affectionem tuam circa eos bene perspectam [d] habeam. Quæro, an verbis suprascriptis Pamphili fidei cõmisit, vt post mortem filiis defuncti centum restituat? Respondit secundum ea quæ proponerentur, nõ videri quidem (quantum ad verba testatoris pertinet) fideicõmissum Pamphili vt cẽtum restitueret: sed cùm sententiam [e] defuncti [f] à liberto decipi satis inhumanum sit, centum ei relicta, * filiis testatoris debere restitui: quia in simili specie [g] & imperator noster diu⁹ Marcus hoc constituit.

Verbum volo, seu vellem, inducit dispositionem quando à testatore profertur. Bar.

Proponitur est, [h] non habẽtem liberos nec cognatos, in discrimine vitæ constitutũ per infirmitatem, arcessitis [i] amicis, Gaio Seio contubernali [k] dixisse [l] quòd vellet ei relinquere prædia quæ nominasset: eaq; dicta in testationẽ Gaium Seium redegisse, [m] etiam ipso testatore interrogato an ea dixisset, & responso eius tali μάλιστα, inserto. [n] Quæsitũ est, an prædia quæ destinata essent, ex causa fideicõmissi ad Gaiũ Seium pertinerent? Respondit, super hoc nec dubitandum esse quin fideicommissum valeat.

Reuocato legato, videtur reuocatum onus legato appositum. Bartolus.

Duas [o] filias æquis ex partibus hęredes fecerat: alteri [p] fundũ prælegauerat: & ab ea [q] petierat [r] vt sorori suæ viginti daret. ab eadem [f] filia petiit vt partem dimidiam fundi eidẽ sorori restitueret. quæsitum est, an viginti præstari non deberent? Respondi, non esse præstãda. [t]

Granatus præstare fideicommissum tenetur ad illud insolidum: licet tam ipse quàm alius cum eo succedat defuncto alio iure quàm defunctus crederet, sed in eadẽ portione. Bartolus.

ra,& parte eius & aliquid aliud rogetur restituere p eo quod.ff. ethnon valet relictum.

Post emancipationē.] *CASVS.* Gaius habēs filiam Titiā quam habuit postquā fuit emancipatus à patre suo,habebat similiter fratrē Seiū qui erat patruus ad dictā Titiā, & qui Seius per emācipationē dicti Gaij fratris sui desiit esse eius agnatus, & cœpit esse inter cognatos.Iteē habebat dictus Gaius pater Titiæ fratrē vxoris suæ Gaiæ:quæ Gaia erat mater dictæ Titiæ. qui frater vxoris Gaij erat auunculus ad dictā Titiā,& vocabatur Titius.decessit dict⁹ Gaius,& remāsit filia Titia:quæ Titia fecit codicillos:& credens dictū suū patruū adhuc esse eius agnatū, & solum habere debere hæreditatē ei⁹ ab intestato,petiit ab ea in dictis codicillis vt parte hæreditatis dicto Titio auunculo suo daret, & vt daret eidē auūculo fundū Titianū & Seianū qui erat ipsius Titiæ.Iteē petiit ab eodē patruo vt quædā fideicōmissa quibusdā aliis daret.mortua dicta Titia bonorum possessio sua peruenit simul ad dictū patruū & auunculum: quia erant eius proximi cognati.auunculus est enim inter cognatos:patruus autē factus est inter cognatos per emācipationē prædictā Gaij patris Titiæ:& sic deuenit hæreditas Titiæ ad eos quos ipsa volebat, licet alio tramite.de fideicōmisso ergo patris hæreditatis dando per patruū auunculo,planum est quòd nō valuit, ideo quia suo iure per bonorum possessionē eam partem hæreditatis habiturus erat auunculus. sed de fideicommisso dicti fundi Titiani & Seiani dando per dictum patruū auunculo quæritur hoc modo,id est,an dictus Titius auūculus ambas partes dictorum agrorum habere possit, scilicet vnam partem suo iure per bonorum possessionem, aliam vero ex causa fideicōmissi petere possit à patruo cohærede suo? & dicitur quòd sic.Sed quid?nunquid dictus patruus debet solus & insolidum præstare alia fideicōmissa relicta per Titiam ab eo patruo quibusdam aliis? an vero tantū pro parte hæreditatis Titiæ quæ sibi remansit?Et dicitur quòd insolidum.[*SEIAM EX.*]Titius instituit sibi hæredem Seiam ex nouem vnciis hæreditatis suæ,& Mæuium in tribus:& ita postea dixit:quisquis de omnibus hæredibus meis hæres mihi erit,præstet illud quod alicui legaui, & præstari fierive iussero. postea fidei prædictæ Seiæ in nouem vnciis institutæ commisit in hæc verba:à te Seia peto, fideique tuæ committo,vt quicquid ex hæreditate mea ad te peruenerit,restituas filio tuo retentis tibi hortis meis;in quibus quidē hortis dicta Seia habebat tres partes,sicut ipsa erat instituta in nouē vnciis, & cohæres suus Mæuius habebat in eis hortis tres partes, sicut ipse fuit in tribus vnciis institutus. modo quæritur, vtrū Seia debeat habere integros hortos prædictos,cū dictas nouem vncias hæreditatis restituit filio suo secundū præceptum testatoris? Et respōdetur quòd sic.nam fidei Mæuij cohæredis videtur commissum per testatorem vt redderet Seiæ illas tres partes quas in dictis hortis habebat dictus Mæuius: vt dictū est. Vi.

a *Suscepta.*& concepta:vt insti.quibus modis ius pa.po.sol.§.fi.

b *Vt legitimo.*ergo in codicillis rogauit: in quibus possunt grauari legitimi:vt.ff.titu.iij.l.cōficiuntur.in prin. Et nota.quòd hic

XL. IDEM libro vicesimoprimo Digestorum.

POst emācipationem patris suscepta [a][filia,]à patruo vt legitimo [b] hærede petierat vt partem hæreditatis auunculo [c] suo daret, & agros duos.ad vtrumq; autem vt proximū cognatū successio eius pertinuit per bonorum [d] possessionem. Quæsitum est, cùm in parte hæreditatis fideicōmissum nō cōstiterit,quā suo iure per bonorum possessionē auunculus habiturus est, an nihilominus in parte agrorum cōsistat, vt Titius partes agrorum duas, [e] id est, vnā quam suo iure per bonorum possessionē habeat: alteram verò partem ex causa fideicōmissi petere debeat? Respondit,posse [f] petere.Idē quæsiit, si ab eodē patruo fideicōmissa aliis quoque dederit, vtrùm insolidū,an verò pro parte ab eo præstāda sint? Respōdit,insolidum præstari. [g]

Iussus aliquod corpus hæreditarium retinere, pro parte sua retentionem, pro parte cohæredum etiam petitionem habebit. Bartolus.

[f] Seiam ex dodrante, Mæuiam ex quadrante instituit hęredes: fidei Seiæ commisit in hęc verba: *A te peto, tuæq; fidei committo,* [vt] *quicquid ex hæreditate mea ad te peruenerit,restituas filio tuo,retentis* [h] *tibi hortis meis.* Quæsitū est, cum generali capite fideicommisisset, quisquis hæres esset de omnibus, vt præstaret* quod cuique legasset,præstari fierive iussisset: an cùm dodrantē hæreditatis restituerit, hortos in assem vindicare Seia debeat? Respondit,etiam cohæredis fideicommissum videri, [i] vt quadrantem quem in his hortis haberet Seia,redderet.

Si verba legati sunt ambigua, causa legati est inspicienda. Bartolus.

XLI. IDEM libro vicesimosecundo Digestorum.

VXorem & filium communē hæredes instituit,& vxoris fidei cōmisit in hæc verba: *Peto à te domina vxor, ne ex fundo Titiano partem tibi vindices,* [k] *cùm scias me vniuersam emptionem eius fundi feciſſe,sed beneficio affectionis & pietatis quam tibi debui,eandem emptionem (cum nummis meis cōparassem) tecum communicasse.* Quæsitum est,an eum fundū insolidum filij esse voluerit? Respōdit,eū de quo quæreretur,perinde rationem in fundo haberi voluisse,† ac si vniuersus hæreditarius esset, vt pro dimidia parte & vxor & filius agrū hæreditarium habeant.

Non est verisimile testatorē grauare hæredem voluisse duplici præstatione. Bar.

[f] In testamento ita scriptum

A ignorabat ius agnationis esse finitum per emācipationem sui patris:hodie tamen nō tollitur inter patrem & filium: & sic nec inter hanc neptem & patruum:vt institu.de leg.agna.suc.§.fi.

c *Auunculo.*& sic per fideicommissum auūculum hæredem fieri voluit simul cum patruo scilicet quem sperabat ei successurum.

d *Per bonorum possessionem.* vnde cognati: qua vocantur etiam agnati capite minuti: vt institu.de succeſſ. cog. in princip.& sic deuētum est eō quò defuncta voluit, licet alio tramite.

Flo. præstarens.

e *Duas.* non dicit, duas, respectu tertiæ: sed,id est ambas,eis diuisis in duas partes.

f *Posse.*hoc enim voluit testatrix vt prædia insolidū haberet auunculus.

g *Præstari.* non aperit à quo: vnde si dicas ab vtroque, obstat.ff. tit.j.l. Celsus.§. penul. vbi neuter præstat:nec is qui sperabatur & nō est, nec alius qui est præter spem. Solu. illud est cū fit testamentū, & vnus instituitur. tunc enim si ille nō est hæres, nō valet testamētum,& ideo nec legatum. hic autē fecit codicillos : sed dicas à patruo solo. Sic enim hic quærit: ad quod videtur esse responsum. sed tunc est cōtra.ff. ti. j.l.cū pater.§.cum existimaret. & de codic.l. is qui.Sol.ibi de æquitate: hic de rigore. vel ibi vnū tantū credebat successurum: vnde nō mirum si legatum minuitur.hic autē de ambob⁹ credidit:& ambo sunt,licet alio tramite,

†Cōcor.glo. in verbo. p posuit. ibi ar.quòd nō est recedendum à significatiōe verborū.nisi cū cōstat testatorem aliud voluisse,c. ex literis. extra de spon.& matrim.

quàm sperabat: & sic patruus solidum præstat.

h *Retentis.*hinc oritur quæstio,vt.j.dicam.

i *Fideicommissum videri.* licet sit retinere eorum tātum quæ iam habemus.& facit.ff.titu.j.l.cum pater.in prin.&.ff.tit.ij.l.si seruus legatus.§.fina.& de alimen.leg.l.à filio.

Vxorem.] *CASVS.* Titius de sua propria pecunia emit fundum Titianum:sed quia diligebat vxorem suam Seiam,fecit dicere chartam emptionis in se: & in ea postea fecit testamētum, & instituit sibi hæredē dictam vxorem, & filium quem ex ea habebat:& vxoris fidei cōmisit in hæc verba:peto à te domina vxor ne vindices tibi ex causa emptionis partem ex dicto fundo, cum scias me vniuersam emptionem ipsius fundi feciſſe, sed cōmunicasse me tecum eandem emptionem beneficio affectionis & pietatis quam tibi debui.modo quæritur, vtrum per dicta verba debeat habere filius totum fundum?Et dicitur quòd non: immo videtur voluisse dictus Titius testator vt pro dimidia diuidant dictum fundum:cum si non dixisset dicta verba, & nō apparet alio modo totam emptionē in veritate testatoris fuisse, vxor haberet dimidiā fundi ex emptione, & aliā dimidiā diuideret cū filio.Vi.

k *Vindices.*id est,dimidiam,aut partem: alioquin si hoc non dixisset,vxor haberet dimidiam, & aliam dimidiam diuideret cū filio per medium, & sic filius haberet quartam, & reliquam vxor: vt.j.de pecu.lega.l. dominus.§. dominus.& facit.C. si quis alteri vel sibi.l.multum.&.ff.titu.ij.l.serui electio.§.fi.

In testamento.] *CASVS.* Titius habens multos libertos, inter quos erat quidam qui vocabatur Fortunius, ita inter alia scripsit in testaméto suo: domū meam Titianam cum horto ei applicito libertis meis concedi volo.postea ita dixit:Fortunio liberto meo ex dicta domo diætam in qua habitabam, item cellariū iunctum eidem

BIU Cujas

eidem diætæ ab hærede meo concedi volo.quæritur, vtrum hæres teneatur præstare Fortunio dictã domum & cellarium? Et dicitur quòd non: quia vniuersa domus Titiana in qua erat dicta diæta,& cellarium,fuit legata libertis:inter quos libertos erat dictus Fortunius.vnde non debet eadem res esse legata bis ab eodẽ testatore, quod esset si deberetur ei diæta & cellarium.Viuianus.

a *Applicito.* eidem do mui.

b *Et alio capite.* ſ. ita scriptum fuit.Hu.

*Flo.domus

c *Oneratum* .ſ. omnibus libertis generaliter, & isti specialiter: vel isti æstimationem diętæ & cellarij ex hac clausula. ex superiori vero sibi & aliis totum legatum.quod in idem recidit.& hoc verũ nisi aliud appareat voluisse testatorem: vt.C.de cad.tol.l.j.§.penulti.& supra,ti.j.l.si pluribus. §.j.Item non obstat supra,tit.j.l.qui duobus. §.j.sed ibi in quantitate: hic in specie legata bis eidem personæ: vt C. eod.l.cum quæstio. §.j.& supra, titulo.j.l. plane.§.j.Dic ergo,secundum Azo. primum legatum minui tantum quantum secundo datur:& secundum contentum esse suo speciali: quia sic videtur testator voluisse: vt supra,titu.j.l.si pluribus. &.C.eod.l. cum quæstio.in princip.

*Flo.erunt

Codicillis.]CASVS. Titius fecit testamentum & instituit sibi hæredem vxorẽ suã Seiã, & quosdam alios: & in eodem testamẽto confirmauit codicillos, si quos postea faceret.postea fecit codicillos.& ita in eis cauit: omnibus autem libertis meis quos manumisi iter viuos,vel in his codicillis, vel quos postea manumisero,lego contubernales suas,quæ sunt meæ ancillæ.Itẽ lego eis filios & filias eorũ prẽter illos filios & filias libertorũ quos & quas volui in testamẽto meo pertinere ad vxorem meã: & prẽter illos quos eidem vxori meæ nominatim legauero.postea fecit quandam epistolã dictus Titius, & in ea petiit ab hæredibus suis vt regionem Vmbriæ Tusciæ positã in Piceno restituerent vxori suæ prædictæ quæ erat eorum cohæres,cũ omnibus quæ in dicta regione erant, & cum mancipiis rusticis & vrbanis, & actoribus qui in dicta regione erant,exceptis manumissis: & nõ subiunxit,& exceptis filiis eorum & filiabus & contubernalibus.mortuo dicto Titio venit Dama qui stabat in dicta regione vxori legata,quem Damam testator prædictus viuus manumiserat: & petebat a dicta vxore & à cohæredibus suis duos suos filios seruos testatoris,quorum vnus vocabatur Stichus,& alter Eros: & allegabat pro se verba codicillorum quæ talia fuerunt, vt dictũ est, omnibus autem libertis meis &c.dicebat vxor, immo debẽt dicti tui filij ad me pertinere: quia in epistola supra posita mariti mei non continetur aliquid de filiis, immo dixit in ea maritus meus, exceptis manumissis &c.& non dixit,& exceptis filiis eorũ.quæritur,quid iuris sit?Et dicitur quòd ad Damam patrem debẽt pertinere intuitu pietatis.Viuianus.

*Flo.codicillis

d *Dama.* datiui casus Damæ.

e *Pietatis intuitu.* cuius intuitu nonnunquam à iure communi

suit, *Domum meam cũ horto applicito* [a] *libertis meis concedi volo.* & alio [b] capite [testamenti scriptum erat,] *Fortunio liberto meo ex domo* mea quam libertis meis dedi, diætam in qua habitabam, item cellarium iunctum eidem diætæ ab hærede meo concedi volo.* Quæsitum est, an hæres testatoris oneratus videatur in præstando legatõ Fortunio, quãuis dom' vniuersa libertis sit prælegata? Respondit,non esse oneratũ. [c]

Legato generali per minus generale derogatur. Bartolus.

¶ Codicillis confirmatis ita cauit, *Omnibus autẽ libertis meis & quos viu', & quos his codicillis manumisi, vel postea manumisero: cõtubernales suas,item filios filias lego, nisi si quos quásve ad vxorem meã testamento pertinere volui,vel ei nominatim legaui, legauero.* idẽ postea petiit ab hæredib' suis vt regionem Vmbrię Tuscię,Piceno cohæredes vxori suæ restituerent cum omnibus quæ ibi essent, * & mancipiis rusticis vel vrbanis, & actoribus, exceptis manumissis. Quæsitum est, cum Eros & Stichus serui in diem vitæ testatoris in Vmbria in Piceno actum administrauerint, sint autem Damæ [d] (quem testator viuus manumiserat) filij naturales: vtrum eidem Damæ ex verbis codicillorum * ab hæredibus præstandi sint: an verò ad Seiam vxorem ex verbis epistolæ pertineant? Respondit, ex codicillis ad patrem naturalẽ eos pietatis intuitu [e] pertinere.

Generi per speciem derogatur. Bartolus.

¶ Felicissimo & Felicissimæ, quibus libertatem dederat, [f] fundum Gargilianum legauit cum casa: & alio capite Titio filio quem ex parte quarta hæredem scripserat, prælegauit in hæc verba, *Titi fili hoc amplius de medio sumito legata mea quæ mihi tam pater tuus Præsens quam Cælius Iustus frater patris reliquerunt.* Quęsitum est, cum fundus Gargilian' testatrici à marito eius, id est à patre Titij filij, legatus sit, cui fundus ex causa fideicommissi debeatur? vtrum Titio filio tantum, an Felicissimo & Felicissimæ, an trib'? [g] Respondit non esse verisimile, eam quæ nihil aliud Felicissimo & Felicissimę, nisi hęc, quę specialiter legauit: ad filiũ cui & hæreditatis suæ partem reliquit, legatum generali sermone [h] transferre voluisse.

Verba præsentis temporis restringuntur ad tempus testamenti. Bartolus.

¶ Testamento pueros ita legauerat, *Publio Mæuio dominulo meo ab hæredibus meis dari volo pueros quinque ex meis, dumtaxat intra annos septem.* [i] post annos complures quàm fecit testamentum, moritur. Quæsitum est, cuius ætatis Mæuio mancipia debeantur? vtrùm neque testamenti facti tempore intra septem annos fuerũt? an quæ mor

Felicissimo.] CASVS. Titia habens filium Titium, & habẽs seruum nomine Felicissimum,& ancillam nomine Felicissimam,& habens multa legata ex testamẽto præsentis sui viri quondam, inter quæ legata erat quidã fundus qui vocabatur Gargilianus,& habens similiter multa legata ex testamẽto Cœlij Iusti fratris dicti mariti, fecit testamẽtum,& instituit sibi hæredem dictum suum filium,& tres alios: & dicto Felicissimo & Felicissimæ libertatem dedit, postea legauit dictis Felicissimo & Felicissimæ dictũ fundum Gargilianum cum quadam casa siue domo quæ erat iuxta eum fundum: postea filio suo prædicto prælegauit in hæc verba, Titi fili hoc amplius de medio sumito legata mea quæ mihi tam pater tuus Præsens quàm dict' Cœlius Iustus frater patris tui reliquerũt.in veritate autem, sicut dictum est, dictus fundus Gargilianus erat inter alia legata quæ præsens maritus testatricis reliquerat eidem testatrici:modo quæritur,cui dictus fundus debeatur, vtrũ Titio filio testatricis tantum ex verbis generalibus testatricis: an Felicissimo & Felicissimæ ex speciali legato eis prius per testatricẽ relicto:an vero utrisque eis? Et dicitur quòd ad Felicissimum & Felicissimã:quia non est verisimile quòd testatrix voluerit transferre legatũ dicti fundi de Felicissimo & Felicissima:quibus nihil aliud reliquerat nisi dictum fundũ,specialiter in filium suum Titium cui hæreditatis suæ quartam partem reliquit:& hoc per illa generalia verba,Titi fili hoc amplius &c.quæ supra posita sunt.Viuianus.

f *Dederat.* quædam mulier.

g *Au tribus.* id est,Felicissimo & Felicissimæ & Titio.

h *Generali sermone.* Not.ex generali concessione videri detrahi quod alij cõceditur specialiter:quia species generi derogat: [a] vt &.C.de secun.nup.auth.nunc autẽ.&.ſ.quibus causis ma.l.sed & si per prætorem.§.deinde.&.ſ.si quis cau.l.sed & ſi.§.quæsitum.

Testamento ita pueros.]CASVS. Titius libertus Publij Mæuij fecit testamentum, & instituit sibi hæredes Gaium & Seium: & ita postea dixit:Publio Mæuio domino meo dari volo ab hæredibus meis quinq; pueros ex seruis meis existentes dumtaxat intra annos septem.postea post multos annos decessit dictus testator. certe iudicatur hic quòd illi septem pueri qui fuerunt intra septem annos tempore testamenti,debent dari legatario: & non illi qui sunt septem annorum tempore mortis testatoris.Viuianus.

i *Intra annos septem.* id est, qui sunt minores septem annis.& ſicit.j.de verbo.signifi.l.pueri.in fine.

Cum

BIU Cujas

tis tempore intrà eã ætatem inueniantur? Respondit, eam videri ætatem designatam, quæ esset cùm à testatore [a] relinquerentur.

Propter duram separationem vitandam verbum filii porrigitur ad nepotes. Barto.

¶ Concubinæ [†] inter cętera his verbis legauerat, *Fundum in Appia* [b] *cum villico suo & cõtubernali eius & filiis dari volo.* Quæsitum est, an nepotes quoque villici & contubernalis eius testator ad concubinam pertinere voluit? Respondit, nihil proponi cur non deberentur. [c]

Appellatione patriæ etiam suburbia continentur. Item kalendaria & pecunia ad kalendarium destinata non cedunt legato eorum quæ sunt in loco. Bartolus.

¶ Legauerat per fideicommissum Mæuiis [d] ita, *Et quidquid in patria Gadibus* [e] *possideo.* Quæsitũ est, an si quam suburbanam [f] adiacentem possessionem [testator] haberet, hæc quoque ex causa fideicõmissi Mæuiis debeatur? Respõdit, posse ad hãc quoq; verborum significationem extendi. [g] Item quæsitũ est, [si] kalendarij [h] † quod in patria sua, vel intra [i] fines eius defunctus exercuit, instrumẽta in domo quam in patria sua [k] habebat, reliquit: [l] an id quoque kalendarium propter verba supra scripta Mæuiis ex causa fideicommissi deberetur? Respondit, non deberi. Item quæsitum est, an pecunia quę in arca domi Gadibus inuẽta esset, vel ex diuersis nominibus exacta, & ibi deposita, ex fideicommisso debeatur? Respondit, supra responsum [esse.] [m]

Ex legato reuocato, vel cui renuntiatũ est, nil petitur. Bartolus.

¶ Testamẽto quo filiũ & vxorem hæredes instituerat, filiæ per fideicõmissum centũ cum in familia nuberet, legauit, & adiecit ita: *Fidei tuæ filia cõmitto, vt cùm in familia nubas, & quotiẽs cumque nubes, patiaris ex dote tua quam dabis, partẽ dimidiã stipulari fratrem tuũ, & Seiam matrem tuam pro partibus dimidiis dari sibi si in matrimonio eius cui nubes,* [n] *siue diuortio facto prius quàm dos tua reddatur, eóve nomine satisfactum erit, morieris nullo filio filiáve ex eo relicto.* Pater filiam virginem nuptum collocauit, eiusque nomine dotem dedit, [o] & post diuortium eandem recepit, & alij in matrimonium cum dote dedit, & stipulatus est eam dotem sibi aut filiæ suæ reddi. manente filia in matrimonio secũdo [testator] mortuus est eodem testamento relicto, eíque hæredes extiterunt filius & vxor. postea marito defuncto puella dote [p] recepta nupsit alij, prę sentibus & consentientibus fratre & matre, quæ etiam dotem eius auxit: & neuter eorum stipulati sunt dotem. mox matri filius & filia hæredes extiterũt: deinde in matrimonio [q] filia decessit, marito hærede relicto. Quæsitum est, cùm puella non ex causa legati pecuniam in dotem ab hæredibus patris acceperat, sed mortuo secundo marito materfamiliàs facta dotem recuperauerat: [r] an dictis: quæ mater etiam dotem dictæ filiæ auxit Titio viro: & neque frater neque mater stipulatus est dotem pro aliqua parte à tertio viro. postea mater decessit, & dicta filia & filius extiterunt ei hæredes. postea filia decessit, & instituit sibi hæredẽ dictum suum virum tertium. modo quæritur, an dictus vir tertius hæres dictæ filiæ suæ vxoris ex causa fideicõmissi teneatur fratri in doté suæ vxoris in tanta pecunia quantã percipere potuisset dictus frater si doté stipulatus esset iuxta præceptũ patris? Et dicitur quòd non: quia filia non accepit pecuniã in dotem ex causa legati, sicut pater præceperat, à fratre & à matre hæredibus patris: sed mortuo primo & secũdo marito materfamilias facta dicta filia dotem recuperauit, vt dictum est, & tertio viro dedit. Viuianus.

---

a *Cum à testatore.* immo mortis tempore: vt. j. de ali. & ciba. lega. l. Mela. §. j. Solu. ibi. [a] Item arg. contra. j. de condit. & demonstra. l. filiæ. §. fi. & j. de fund. instru. & instrumen. lega. l. pe. & facit. §. e. l. Lnomen. §. filio. & quod ibi no. & j. de auro & argẽ. lega. l. si ita.

Concubinæ.] CASVS. Titius legauit concubinæ suæ hoc modo: fundum meum posi tum in Appia volo da- ri concubinæ meæ cũ villico qui stat pro me in dicto fundo, & con- tubernali dicti villici, & filiis. Certe dicitur hic cp in hoc legato cõ tinetur non solum di- cta cõtubernalis & filij villici, sed etiam nepos villici. Viuianus.

b *In Appia.* nomẽ re- gionis: sed aliàs, man- cipia.

c *Cur non deberentur.* nam appellatione filij continẽtur nepotes ex cau- sa pietatis dum de dura separatione tra- ctatur: vt hic, & infra, de verbo. signifi. l. libe- rorum. §. j. & sic potest intelligi in eo. ti. l. filij. & l. iusta. & sic solui- tur contra instituti. qui dare tuto. possunt. §. fi. Vel aliter vt ibi not. & facit. §. ea. l. §. codicillis

Legauerat.] CASVS. Titius qui erat de quadam terra quæ vocaba tur Gadibus, & qui habebat multas possessio nes & domos in dicta terra, & in eius suburbiis, & qui habebat in dicta terra vel in subur- biis kalendariũ vbi erãt scripta debita sua & credita, & qui habe- bat in quadã domo in dicta terra posita pecu- niam depositã in qua- dam arca: dictus Titi⁹ dico legauit ita Mæ- uio, lego Mæuio quic- quid in patria Gadibus possideo. certe non so- lum possessio quæ est intra dictam ciuitatem, continetur legato: sed etiã illa quæ est in sub- urbiis. non autẽ conti- netur dictum kalenda- rium vel pecunia deposita. Viuianus.

d *Mæuio.* aliàs, Mæuius: scilicet testator: sed est falsa: vt. j. patet.

e *Gadibus.* sic enim vocatur illa patria de qua fit mentio, supra. titu. ij. l. si mihi. §. j. & subest Venetis. & est sedes eorum patriarchalis. aliàs autem est hic, Gradibus: & similiter est nomen loci.

f *Suburbanam.* id est, in suburbio ciuitatis: sed quandoque ponitur pro rustico: vt. C. de prædi. mino. l. si prædium. Hug.

g *Extendi.* sic infra, eod. l. cui quæ. & infra, de verbo. significa. lij. & l. vt Alphenus. & l. ædificia. & l. qui in continentibus.

h *Si kalendarii.* Hoc expone vt. j. e. l. qui filium. Accursius.

i *Intra.* id est, iuxta: sic. C. de posthu. hęredit. instit. l. fi.

k *Patria sua.* scilicet Gadibus prædicta.

l *Reliquit.* id est, dimisit instrumenta kalendarij in domo: non dicas quòd ea legauerit: & sic non continetur dictis verbis: quicquid & cætera. vt hic, & supra, titulo. ij. l. Gaius. & sic sunt verba iurisconsulti, non testatoris: aliàs rectè contradiceret. infra, eodem. l. qui chirographum. & supra, titulo. ij. l. seruum filij. §. eum. sed certe si sint iurisconsulti, quare non continentur instrumenta? Respon. quia non vt perpetuo ibi sint, erant ibi: vt. §. de hæredi. instit. l. ex facto. §. rerum. & j. proxi. respon. no.

m *Supra responsum esse.* scilicet non deberi per hoc quòd nec kalendariũ nec instrumenta debentur: & hoc si ad tempus sit ibi. scilicet vt fœneretur: non perpetuo vt thesaurus: vt infra, eod. l. si chorus. §. j. & l. si fundum. & infra, de auro & argento, lega. l. si vxori. §. cum ita. & infra, titulo. ij. l. generali. §. vxori. & infra, de fun. instru. & instrum. leg. l. cum de lanionis. §. Sabinus. & l. prædia. §. j. & argumen. infra, eod. l. prædiis. §. Titio.

C PRædiis.] CASVS. Inſtitui mihi hæredes filium meū Titium, & filiam meam Seiam. & prælegaui dictæ meæ filiæ prædium meum Titianum & Seianum, & quoſdam meos actores & colonos qui morabātur pro me in dictis prædiis, cum reliquis eorum. certe illa reliqua colonorum & actorū videntur filiæ legata quæ de reditu dictorum prædiorum remanſerunt penes dictos colonos & actores, non autem illa quæ ab eis exegi ante mortē meā. [EX HIS VERBIS] Legaui Lucio Titio prędia mea, scilicet Titianum & Seianum cum prætoriis, sicut à me in diē mortis meæ poſſeſſa sunt. certe videor ei legasse inſtrumentum rusticum paratum à me pro dictis prędiis: & omnia quæ in dictis prædiis erant à me parata vt esset inſtructior: non autem reliqua colonorum existentiū in dictis prædiis. [PATER FILIÆ.] Legaui filiæ meæ quandam meam ſtationē in qua faciebam vendi purpuras per quoſdam meos ſeruos quos illi negotiationi proposueram, & legaui eidem purpuras quæ erant in dicta ſtatione causa vendendi, & etiam dictos ſeruos præpoſitos. certe non videor legasse ei pretium purpuræ quam vendiderant dicti ſerui in credētiam, neque debita, neque credita ſtationis, sed solos ſeruos & purpuras. [TITIO.] Ego emi prædia Seiana & Gabiniana, & vno pretio: & in rationibus meis quas ſcribebam in quaternis meis, cum colonis prædiorum ſemper intelligebā cum dictis colonis contineri Gabiniana appellatione Seianorū: & ſemper fructus vtrorumque prædiorum ſimul miſcebam. feci testamentum, & legaui Titio Seiana prædia, sicut ea cōparaui. quæritur, vtrum contineantur Gabiniana? Et dicitur quòd ſic. ſecus autem ſi prædicta non feciſſem cum dictis colonis, ſed ſolummodo emiſſem Gabiniana cum Seianis: quia tunc non cōtinerentur Gabiniana. [BALNEAS.] Habebā ſtufam in domo mea, sicut habet Girardinus Salaros. dictam meam domū legaui Titio, nunquid cōtinetur ſtufa? & diſtinguitur: aut publice ſtufam præbebam cuilibet volenti intrare pro certa mercede pone: aut non. primo casu non videtur contineri ſtufa ſub legato domus, niſi multa cōcurrant. Vnū est quod debet concurrere, quòd ſtufa adiretur per intrinſecam partem domus legatæ. Secundum est quòd in vſu Girardini & vxoris ſuæ dominæ Lōbardiæ ſit quādoque dicta ſtufa. Tertium est, quòd mercedes ſtufæ miſceantur in rationibus Girardini cū mercedibus aliarum rerū de domo ex quibus merces percipitur. Quartum est, quòd vno communi pretio comparata fuiſſet ſtufa cum domo legata. Quintum est, quòd vno communi pretio inſtruatur cum domo legata. puta cum neceſſarium

est cooperiri

BIU Cujas

est cooperiri domum, cooperitur & stufa cum ea. vel etiam alia quæ sunt necessaria ad instructionem domus & stufæ, fiunt simul à Girardino. Secundo casu indistincte continetur stufa domo legata. [*OVI DOMVM.*] Ego emi hortũ vicinum domui meæ, vt amœniorem domum & salubriorem possiderem: & per domum coepi ire ad hortum, postea domum legauit Titio. certe continetur & hortus. secus autem si non emi diuersis de causis. nam non cõtinebitur hortus legato domus. Quid de domuncula iuncta dictæ domui à me legatæ? certe cõtinetur legato domus dicta domuncula, si duo interueniant, & non aliàs. Primum est, si domuncula fuit à me comparata cũ domo vno prelatio. Secundum est, si pensioné domus & domuncula ponebam simul in rationib⁹ meis. Viuianus.

PRædiis per præceptionem filiæ datis cũ reliquis actorum [a] & colonorum, ea reliqua videntur legata, quæ de reditu prædiorum [b] in eadẽ causa mãserunt. [c] alioquin pecuniam à colonis exactam, [d] & in kalendarium [e] in eadem regione versam, reliquis non cõtineri, neque colonorum, neque actorum, facile constat: tametsi nominatim actores ad filiã [f] pertinere voluerit. [g] ℣ Ex his verbis, *Lucio Titio prædia mea illa cũ prætorio, sicut à me in diem mortis meæ possessa sunt, do.* instrumẽtum rusticum, & omnia quę ibi fuerũt quo dominus fuisset instructior, [h] deberi conuenit: colonorum reliqua nõ debentur. [i] ℣ Pater filio tabernam purpurariam cum seruis institoribus, & purpuris quæ in diem mortis eius ibi [k] fuerũt, legauit. Neque pretia purpuræ condita, [l] neque debita, [m] neque reliqua legato contineri placuit.

Ex vsu testatoris magis quam ex instrumentis emptionis voluntas eius perpenditur. Bartolus.

℣ *Titio Seiana prædia sicuti comparata* [n] *sunt, do lego.* Cũ essent Gabiniana quoq; simul [cum Seianis] vno pretio comparata: nõ sufficere solùm argumẽtũ emptionis [o] respondi: sed inspiciendum, an literis & rationibus [p] appellatione Seianorũ Gabiniana quoque continerẽtur, [q] & vtriusque possessionis cõfusi reditus, [r] titulo Seianorum acceptolati [f] essent.

Ex auditu iudicatur an balneæ vel hortus cedant domui. Bartolus.

℣ Balneas, legatæ domus esse portionem constabat. [t] Quòd si eas publicè præbuit, ita domus esse portionem balneas, [u] si per domum quoque intrinsecus adirentur, [x] & in vsu patrisfamiliæ vel vxoris nonnunquam fuerant, & mercedes [y] earum* inter cæteras [z] meritorio-
B rũ domus rationibus accepto ferebantur, & vno pretio [a] cõparatæ vel instructæ, coniunctæque fuissent.* ℣ Qui domũ possidebat, hortum vicinũ ædibus cõparauit, ac postea domum legauit. Si hortũ domus causa comparauit, vt amœniorẽ domum ac salubriorẽ possideret, aditumque in eum per domum habuit, & ædium hortus additamentum fuit: domus legato continebitur. [b] Appellatione domus, insulã quoque
C iunctam* domui videri [legatam,] si vno pretio [c] cum domo* fuisset cõparata, & vtriusque pẽsiones similiter acceptolatas rationibus ostenderetur.

In legato generali non continentur instrumenta. Bartolus.

XCII. PAVLVS libro tertiodecimo Responsorum.

SI mihi Mæuia [d] & Negidia filiæ meæ hæredes erunt, [d] tunc Mæuia è medio sumito præcipito, sibiq;

a *Actorum.* qui fuerunt & ipsi filio prælegati, vel etiam eidem filiæ vt. j. dicitur.

b *Prædiorum.* restringitur nomen reliquorum propter adiuncta: vt. ſ. titu. j. l. cum pater. §. dulcissimis. &. ſ. de ſer. ruſti. præ. l. qui duo.

c *Causa mãserunt.* vsque in diem testatoris R.

d *Exactam.* per testatorem.

e *In kalendarium.* sic continerat quòd in kalendariũ fuerat redacta. alioquin sufficeret sola exactio ad huius legati deminutionem. sicut in quolibet debito legato: vt. ſ. titu. ij. l. ſic. §. ſi mihi. &. j. eodem. l. Offidius. & dic vtrũm nõ nomine filij: aliàs secus: vt. j. de pecul. lega. l. ſi. &. ſ. tit. j. l. antepe. in prin.

f *Ad filiam.* quare eorum reliqua ad se potius pertinere allegat filius: licet perperam.

g *Voluerit.* per quod volebat filia etiam pecuniam kalendarij.

h *Instructior.* & sic etiã instrumentũ patrisfamiliàs. sic. j. de fund. instr. l. Seiæ. §. ſi. &. l. prædia. §. liberto. &. ſ. eo. l. quæſitũ. §. prędia.

i *Debentur.* vt &. ſ. eod. l. quæsitum. §. peto.

k *Ibi.* id est, in taberna. Azo.

l *Condita.* in taberna, cum erant iam exacta: & dic, purpuræ venditæ. aliàs, credita: sed tũc superfluit propter hoc q̃ dicit, debita.

m *Debita.* scilicet pretia nõdum exacta. & facit. j. de auro & argen. leg. l. vxori. §. j. &. j. titu. ij. l. generali. §. vxori. & supra, eod. l. vxorem. §. legauerat. & supra, titu. j. l. Gaius. in princip. & infra, de fun. instru. & instru. leg. l. Seiæ. §. prædia. in princi. &. §. j. &. ij. &. ij. proxi. §.

n *Comparata sunt.* hinc oritur quæstio. R.

o *Emptionis.* not. quòd instrumenta emptionis non probant fines plebatus, vel plebium, vel curiarum. sic. C. de iure delib. l. cum aliquis. Sed arg. contra. C. de contrahen. ſtipu. l. optimam.

p *Et rationibus.* aliàs, traditionibus: aliàs, rationib⁹, id est, instrumento emptionis & traditionis continetur Seiani vocabuli tantum: & de Gabiniano cum eo fuit intellectum. vel dic instrumẽtis locationum, & traditionibus factis colonis à patrefamiliàs.

q *Cõtinerẽtur.* id est, significarẽtur. & facit. j. de rebus du. l. j. &. iij. ſ. ſi. j. l. Gaius. §. ſi. &. j. de fun. instr. & instr. le. l. Seiæ. §. tyrãnæ.

r *Reditus.* & forte sunt sub eiusdem villici curã: vt. ſ. eo. l. patronus. §. Sempronio.

f *Acceptolati.* aliàs, acceptolati: & tũc plana. aliàs, accepto legati. & tunc dic titulo, id est, nomine accepto, id est electo & expresso in legando: & legati essent, id est, legati intelligerentur. nimirum enim quo magis Seiano prædio quasi toti pars cedat, vt Gabinianum: domini satis erit destinatio: vt. j. de verbo. sign. l. locus. &. ſ. ti. ij. quod in rerum. §. j.

t *Constabat.* vnde legata domo continetur balneum, vel balnea. & hoc si nõ publice præbuit: aliàs distingue vt subiicit.

u *Balneas.* scilicet dicendum est.

x *Adirentur.* scilicet balneæ.

y *Et mercedes.* scilicet balneorum. *Flo. eius

z *Inter cæteras.* scilicet mercedes.

a *Et vno pretio.* scilicet cõmuni. & facit. j. ni cõiunctum proxi. §. & §. fin. &. ſ. fuissent. proxi. §. cum suis concor. & no. hũc. §. & sequentes, quia faciũt ad quæstionẽ facti. Item facit. ſ. de act. empt. l. ſi mercede. §. j. Accur. *Flo. cõmu

b *Cõtinebitur.* hortus. sic. j. de dam. infect. l. quod conclaue. &. ſ. de ſer. vrba. prædio. l. ſi. & de ſer. ruſti. prædi. l. ſi partem. Item faciũt. ſ. proxi. duo. §§. cum cõcor. &. j. proxi. §. cum suis cõcor. & supra, de act. empt. l. fundi. §. fin. Accursius. *Flo. iniũ-ctam *Flo. domus

c *Vno pretio.* maximè ad hoc enim vt cedat, sufficit domini destinatio: vt. ſ. de lega. j. l. quod in rerum. §. j. & not. ſ. ea. l. §. Titio. & *iſte text. difaciũt ad hoc superiores. §§.* tres cũ suis cõcord.

Multi Cujas. in Cap.
Non obscurum Arnisæi, & Rubio, quæ hic scribuntur, reprehendit Ruinus. & Cujacius in Cap. Ruinus fidem derogat. Cujac.

† *Inquantũ cit quòd inres. strumẽta nõ veniunt in*

SI mihi.] CASVS. Institui mihi hæredes filias meas Mæuiam & Negidiam: & ita postea dixi, Si dictæ meæ filiæ erunt mihi hæredes, tunc Mæuia prædicta percipiat fundos meos Titianum & Seianum cum casulis, & custodibus eorũ fundorum, & cũ his omnibus agris qui ad cõiunctionem cuiusque eorum fundorum pertinent. obtigerint emptione, vel quolibet alio casu: & cum aliis mancipiis & pecoribus & iumentis, cæterisque vniuersis speciebus quæ in dictis fundis, & quolibet eorum erunt cum moriar, & vti optimi maximique sunt dicti fundi, & sicut eos possedi in diem mortis meæ: & vt plenius dicam, sicut claudũtur dicti fundi. me mortuo inuenitur in vno de dictis fundis puta Titiano vnum tabularium, sicut sunt tabulæ campsorum: in quo tabulario sunt scriptæ emptiones plurium mancipiorum & fundorum, & in quo sunt scripta instrumenta variorum meorum contractuum, & in quo sunt scripta nomina plurium debitorum. quæritur, vtrum prædicta quæ continẽtur in dicto tabulario, contineantur in dicto legato Mæuiæ? Et dicitur quòd non, immo remanẽt communia ei & Negidiæ. [*HIS VERBIS.*] Institui mihi hæredes Titium & Seium, & ita postea dixi: fidei hæredũ meorum commitO, vt sinant Gaium domum meas habere in quibus habito, nullo omnino excepto, cum omni instrumento, & repositis omnibus. nunquid videtur legata dicto Gaio pecunia numerata quæ erat in dictis domibus, vel etiam instrumenta debitorũ quæ ibi erant? Et dicitur quòd non. Viuianus.

d *Hæredes erunt.* quos instituerat.

in legato generali vetant omne quod habet in re: siue scripta instrumenta sint, siue scripta nomina debitorum. de quo vide. l. si domus. §. 2. ſ. de lega. I.

BIU Cujas

a *Cum casulis.* id est, paruis domibus quæ in fundis erant: aliàs casalis, id est, locum siue aream paratam ad ædificandum.

b *Emptione.* quia vno pretio cum his sunt empti: vt supra.l. proxi.§. Titio.

c *Tabularium.* id est, liber imbreuiaturarum, à tabulis, id est instrumẽtis dictum. vel, id est scrinium de tabulis vbi erant instrumenta.

d *Communia.* vtriusq; hæredis. Accursius.

e *Legato.* scilicet Mæuiæ. & sic rémanent communia. & facit infra, de fundo instru.l. quæsitum. §. Papinianus. & supra, eod.l. vxorem. §. legauerat. & infra, de vsufru.lega.l. generali.§.vxori. & supra, titu.j.l.Gaius. &.ſ. l.proxi.§.pater.

f *Excepto.* ex hoc verbo quæstio procedebat quæ erat similis superiori. Accursius.

g *De pecunia.* quæ fœnerádi vel cuiusuis prę sentis erogationis causa ibi foret. R. secus si vt thesaurus: vt supra, eod.l. si chorus.§.j. & l. quæsitum. & l. si ita. cum suis concor. &.ſ. proxi.§.

habeto fundos meos illum & illum cum casulis a *& custodibus omnium horum fundorum, & cum his omnibus agris qui ad conunctionem cuiusque eorum fundorum emptione,* b *vel quolibet alio casu obtigerint. Itẽ cum omnibus mancipiis, pecoribus, iumentis, cæterisq; vniuersis speciebus quæ in iisdem fundis, quóve eorum cùm moriar erũt, vti optimi maximiq; sunt, vtique eos in diem mortis meæ possedi, & (vt plenius dicam) ita vti cluduntur.* in fundo autem vno ex his qui prælegati sunt, tabularium c est, in quo sunt & complurium mãcipiorum emptiones, sed & fundorum & variorum contractuum instrumenta: præterea & nomina debitorũ. Quæro, an instrumenta cõmunia d sint? Respondi, secundum ea quæ proponerentur, instrumenta emptionũ, item debitorum quæ in fundo prælegato remanserunt, nõ videri legato e cõtineri. ℣ His verbis domibus legatis, *Fidei hæredum meorum cõmitto vti sinant eum habere domus meas in quibus habito, nullo omnino excepto,* f *cum omni instrumento, & repositis omnibus.* nõ videri testatorem de pecunia g numerata, aut instrumentis debitorum sensisse.

Nudum præceptum testatoris non valet. Bartolus.

XCIII. SCAEVOLA libro tertio Responsorum.

[*LVCIVS.*] *CASVS.* Lucius Titius qui erat patruus magn⁹ Iulij, id est frater aui dicti Iulij, fecit testamentum, & instituit sibi hæredem filiã suam Titiam: & præcepit ei ne vllo modo prædia suburbana, aut domus quæ erant in hæreditate alienaret: & non adiecit causam quare prohibuit. mortuo dicto Lucio Titio Titia prædicta sua filia reliquit hæredem filiam suam Seiam, & ita non fecit contra præceptũ testatoris quod non alienauit in extraneũ. mortua dicta Titia filia testatoris, Seia filia Titiæ inter alias res dictæ hæreditatis possedit diu dicta prædia suburbana & domum. decedés dicta Seia instituit sibi hęredes quosdam extraneos. quæritur, quis debeat habere dictas res vetitas alienari, vtrum extranei hæredes Seiæ, an vero ad Iulium debeant pertinere qui erat de familia testatoris? Et dicitur quòd ad hæredes extraneos. præceptum enim Lucij Titij fuit nudum, quia non fuit ibi causa prohibitionis: & ideo non valet. [*SEMPRONIAE.*] Ita dixi in testamento meo, Semproniæ vxori meæ reddi iubeo ab hæredibus meis centum aureos quos mutuo ab ea acceperam. me mortuo petiit dicta mea vxor ab hæredibus meis dictos centum aureos ex mutuo, & succubuit. certe potest iterum petere ex fideicommisso. [*QVIDAM.*] Titius in testamento suo legauit prædium suum Titianum & Seianum sicut ab eo Titio possessa sunt, & quæcumque in eis erunt cum morietur dictus Titius duobus suis libertis. certe mancipia quæ in his prædiis morata fuerunt, in dictis prædiis operis rustici causa vel alterius officij causa vsque ad mortem dicti Titij pertinent ad libertos. Item cæteræ res quæ ibi fuerunt. [*QVAESITVM.*] Institui mihi hæredes duos meos filios, cum haberem quatuor filios, & duas filias, & rogaui institutos vt restituerent fratribus suis, certe & sororibus tenentur restituere, nisi ego testator aliud sensi. [*COLLEGIO*] Titius legauit cuidã collegio fabrorum fundum Titianum cum syluis quæ ei solent cedere, vti optimus maximusq; est dictus fundus. quæ verba, vti optimus &c. tantum libertatem fundi significant: vt supra, de leg. j.l. seruo.§. si fundum. modo quæritur, vtrum cedat legato prædicto fœnum, & pabulum, & palea, & machinæ, & vasa vinaria, & dolia, & granaria non affixa in terra? Et dicitur quòd non. [*EX PARTE.*] Titius instituit sibi hæredes Seium & Gaium, & Seio prælegauit fundum suum lulianum, & ab eo Seio petiit hoc modo, pacto vti velis cohærere. dem tibi recipere in dicto fundo Claudium. quæritur, an Claudius habere debeat dimidiã fundi? Et dicitur quòd sic. Vivianus.

[*LVCIVS.*] Lucius Titius qui erat patruus magn⁹ Iulij, id est frater aui dicti Iulij, fecit testamentum, & instituit sibi hæredem filiã suam Titiam: & præcepit ei ne vllo modo prædia suburbana, aut domus quæ erant in hæreditate alienaret: & non adiecit causam quare prohibuit. mortuo dicto Lucio Titio Titia prædicta sua filia reliquit hæredem filiam suam Seiam, & ita non fecit contra præceptũ testatoris quod non alienauit in extraneũ. mortua dicta Titia filia testatoris, Seia filia Titiæ inter alias res dictæ hæreditatis possedit diu dicta prædia suburbana & domum. decedés dicta Seia instituit sibi hęredes quosdam extraneos. quæritur, quis debeat habere dictas res vetitas alienari, vtrum extranei hæredes Seiæ, an vero ad Iulium debeant pertinere qui erat de familia testatoris? Et dicitur quòd ad hæredes extraneos. præceptum enim Lucij Titij fuit nudum, quia non fuit ibi causa prohibitionis: & ideo non valet. [*SEMPRONIAE.*] Ita dixi in testamento meo, Semproniæ vxori meæ reddi iubeo ab hæredibus meis centum aureos quos mutuo ab ea acceperam. me mortuo petiit dicta mea vxor ab hæredibus meis dictos centum aureos ex mutuo, & succubuit. certe potest iterum petere ex fideicommisso. [*QVIDAM.*] Titius in testamento suo legauit prædium suum Titianum & Seianum sicut ab eo Titio possessa sunt, & quæcumque in eis erunt cum morietur dictus Titius duobus suis libertis. certe mancipia quæ in his prædiis morata fuerunt, in dictis prædiis operis rustici causa vel alterius officij causa vsque ad mortem dicti Titij pertinent ad libertos. Item cæteræ res quæ ibi liam, k quæ Lucium Titiũ testatorem patruum maiorem habuit? Respondit, nihil proponi contra voluntatem defuncti factũ quo minus ad hæredem l pertineret, cum hoc nudum m præceptum esset.

Si fertur absolutoria in vna causa, non obstat exceptio rei iudicatæ in alia agenti. Bartolus.

℣ *Semproniæ mulieri meæ reddi iubeo ab hæredibus meis centum aureos quos mutuos acceperam.* Quæsitum est, si hanc pecuniam vt debitam Sempronia petens, n victa o sit: an fideicommissum p peti possit? Respondit, secundũ ea quę proponerẽtur, posse ex causa fideicommissi peti, quod apparuisset non fuisse ex alia causa debitũ. ℣ Quidam q prædia legauit libertis adiectis his verbis: *Vti à me possessa sunt, & quæcumque ibi erũt cum moriar.* Quæsitum est, an mãcipia quæ in his prædiis morata in diem mortis patrisfamiliàs fuerũt, operis rustici causa, vel alterius officij, cæteræque res quæ ibi fuerũt, ad legatarios pertineãt? Respondit, pertinere. r

Appellatione fratrum continentur sorores. Bartolus.

℣ Quæsitum est, an quod hæredes fratribus rogati essent restituere, etiam ad sorores pertineret? Respondit, pertinere: nisi aliud sensisse testatorẽ probetur. ℣ Collegio s fabrorum fundum cum syluis quæ ei cedere solent, vti optimus t maximusque esset, legauit. Quæro, an ea quoque quæ in diem mortis ibi fuissent, id est fœnum, pabulum, palea, item machinæ, vasa vinaria, id est cuppę & dolia quę in cella defixa u

a *Cum casulis.* id est, paruis domibus quæ in fundis erant: aliàs casalis, id est, locum siue aream paratam ad ædificandum.

b *Emptione.* quia vno pretio cum his sunt empti: vt supra.l. proxi.§. Titio.

c *Tabularium.* id est, liber imbreuiaturarum, à tabulis, id est instrumẽtis dictum. vel, id est scrinium de tabulis vbi erant instrumenta.

d *Communia.* vtriusq; hæredis. Accursius.

e *Legato.* scilicet Mæuiæ. & sic rémanent communia. & facit infra, de fundo instru.l. quæsitum. §. Papinianus. & supra, eod.l. vxorem. §. legauerat. & infra, de vsufru.lega.l. generali.§.vxori. & supra, titu.j.l.Gaius. &.ſ. l.proxi.§.pater.

f *Excepto.* ex hoc verbo quæstio procedebat quæ erat similis superiori. Accursius.

g *De pecunia.* quæ fœnerádi vel cuiusuis prę sentis erogationis causa ibi foret. R. secus si vt thesaurus: vt supra, eod.l. si chorus.§.j. & l. quæsitum. & l. si ita. cum suis concor. &.ſ. proxi.§.

h *Suburbanum.* id est, hortos in ciuitate: vt C.de præ.min.l.si prędium.

i *Instituit.* & sic facta est alienatio quam testator vetuit fieri. Azo. vt supra, titu.j.l.peto.§.fratre. Sed arg. contra supra, de alien.iudi. l.ex hoc.§.alienare.

k *Iuliam.* aliàs Iulium, cui testator erat adgnatus, & sic quæ de familia nolebat remanere extra familiam alienatum.

l *Ad hæredem.* etiam extraneum.

m *Nudum.* sic supra, de lega.j.l.filius.§. fin. & supra, eodem.l.pater.§. Iulianus Agrippa. & contra ibi positum, & hic potes ponere & soluere. & facit infra, de condit. & demonstra.l. Titio. in princip.

n *Petens.* adiecta causa ex mutuo: & secundo aget ex testamẽto.

o *Victa.* quod esse debuit nisi iurasset: vt.ſ.tit.j.l.Lucius.§.quisquis.&.ſ.eo.l.cum quis.§.codicillis.

p *Fideicommissum peti.* nisi probetur errore ductum, & credentem debitum legasse: vt.C.de falsis causis.l.j.&.j.de condit.& demon.l.cum tale.§.falsa.

q *Quidam.* facit.ſ.eo.l.quæsitum.§.prædia.&.j. de auro & argẽto lega.l.si vxori.§.j.

r *Pertinere.* nota appellatione fratris & sororem contineri: vt.ſ. de pact.l.tres fratres. quia masculinum cõcipit fœmininum: vt.ſ. eod.l.qui duos.&.l.seruus.

s *Collegio.* quod est licitum collegium: vt.ï.de iure immu.l.fi.

t *Optimus.* quo verbo liberum tantum legat: vt.ſ.titu.ij.l.seruo legato.§.si fundus. Accursius.

u *Defixa.* id est, quæ non fixa sunt: quia sic desierunt, secundum Hug.ſic.ſ.de vsufru.l.sed si quid.in princip.

BIU Cujas

a *Non esset.* obscure respon. sed dic quòd supra nominata non videntur legata: quia fundi nihil est, nisi quod intra se affixũ sit: vt supra, de act. emp. l. fundi. in prin. & .j. de sup. leg. l. fi. sed si dixisset instrumentum, vel cũ instrumento, continerẽtur instrumẽta fundi prædicta & patrisfa. vt. j. de fund. instru. & instru. leg. l. quęsitũ. §. j. & §. sed si fundus. sed simpliciter legato nequaquam, vt dixi: vt j. de fun. instru. & istru. leg. l. ij. §. j. Accursius.

b *Ex parte.* sic p omnia. ŝ. eo. l. pater. §. fina. Sed contra. ŝ. eod. l. Iulianus. §. ex his. Solu. in pater. in fine.

Is qui complures.] CASVS. Titius habens quatuor libertos tribus ex his fundum Titianũ legauit: & ab eis tribus petiit vt curarent ne de nomine suo exiret dictus fundus, mortuo Titio habuerũt tres liberti dictum fundum. post ea vno ex his tribus decedens volebat relinquere partem suam dicti fundi quarto colliberto cui nihil de dicto fundo fuerat legatum, & non illis qui erant sibi coniuncti in legato, vel alicui eorũ. certe dicitur quòd bene potest hoc facere: nisi Titius testator aliud sensit, & hoc appareat. Sed quid si dictus libertus decedens non reliquit suam partem dicti fundi alicui de tribus collibertis suis, sed cuidam extraneo? certe omnes tres dicti liberti simul & æquabiliter possunt petere à dicto extraneo. Viuianus.

c *Is qui complures.* puta quatuor.

d *Nomine suo.* id est, familia sua: vel dic, libertorum.

e *Alii colliberto.* non nominato.

f *Facturum.* ſ. voluntate testatoris.

g *Alii.* ſ. non nominato. Accursius.

h *Omnibus.* non occupanti, & non nominatis tantum. nam non sunt coniuncti ex quo semel habuerũt: secus in vsufru. qui etiam postea accrescit: vt supra, de vsufruc. accresc. l. j. §. fina. Item & hoc verum, si omnes volunt. omnes enim sunt pariter proximi patrono: & ideo alter alteri non est præferendus: vt supra titulo. j. l. peto. §. fratre. Accursius.

Quisquis.] CASVS. Institui mihi Titium & Seium hæredes, & ita postea dixi, Quisquis mihi hæres erit, damnas esto dare, fideique eius committo vti det quãtas summas dictauero & dedero aliquib⁹. post hæc verba reliqui prædia quædam quibusdam, & quibusdam reliqui mancipia, & quibusdam vestem & argentum. nunquid dictæ res coporales aliquibus legatæ continentur sub dictis meis verbis, Quisquis mihi hæres erit & cætera, vt & ipsæ debeantur, quamuis non videntur esse in eis quantitas vel summa? Et dicitur quòd sic. nam dictum verbũ, quantas, quod posui inter verba mea, non pertinet tantum ad numeratam pecuniam, sed etiam ad corpora: & hoc potest sumi argumento dotis legatæ vxori per maritum, & argumento stipulationis quæ interponi solet inter venditorem & emptorem alicuius hæreditatis. nam si maritus leget vxori tantam summam quantam in dotem ab ea accepit, non solum pecunia numerata, sed & cæteræ res etiam corporales continentur: vt infra, de dote prælegat. l. vxori meæ. Item si vendo tibi aliquam hæredit. & interponitur inter me & te illa stipulatio quæ solet interponi hoc modo, quia ego venditor promitto tibi emptori quòd quanta summa peruenient ad me ex dicta hæreditate quam tibi vendo, tibi restituam. non solum continetur pecunia numerata, sed etiam aliæ res corporales de dicta hæreditate quæ ad me venditorem peruenerint postquam tibi vendidi: vt habes hic, & infra de verbo. significa. l. cum stipulamur. & supra, de hæredit. vel act. ven. l. venditor. si ergo est ita in legato dotis, & in stipulatione hæreditatis venditæ, vt dictum est, bene debet esse idem in nostro casu. Item & verbum, summas, quod posui ego testator inter dicta mea verba, quisquis mihi hæres erit & cætera. debet similiter accipi, sicut dictum est accipiendum verbum, quantas: sicut ostensum est in dictis argumentis, scilicet dotis prælegatæ, & stipulationis venditæ hæreditatis. Est & tertium argumẽtum ad probandum quòd dicta verba, quantas summas & cætera. pertineant non solum ad numeratam pecuniã, sed etiam ad corpora postea legata. non enim est verisimile quòd ego testator legassem corpora aliqua postquam dixi illa verba, quisquis mihi hæres erit & cætera. nisi voluissem etiam corpora postea legata sub dictis verbis contineri. & hoc dicit. Viuianus.

i *Dictauero.* scilicet in futuro: vt infra, in fine. l. secus si primo dedit, & postea hanc additionem ponat: vt supra, titulo. ij. l. talis. in princip. & in fine huius. l. innuit.

k *Corporales.* relictas post dictam præfationem.

l *Ex dotis.* puta dixit vir, vxori meæ tantam summam quantam in dotem accepi ab ea, ei do lego. nam non solum pecunia numerata, sed etiam aliæ res continentur. & est ad hoc infra, de dote prælega. l. vxori meæ.

m *Emptæ hæreditatis.* de qua dic: vt infra, de verb. significa. l. cum stipulamur. & supra, de pecu. l. si creditor. in princip. & supra, de hæred. vend. l. venditor. Accursius.

n *Accipi.* in præfata propositione, scilicet, vt pertineat etiam ad alias res præter pecuniam numeratam. Accursius.

o *Vt.* id est, sicut.

p *Argumentis.* de dote & hæreditate.

q *Ei sententiæ.* vt summæ appellatione corpora contineãtur. & nota voluntatem circa fideicommissum. vt. ŝ. titu. ij. l. penul.

r *Adiecturum.* ex posteriore ergo scriptura intelligitur prima. sic. ſ. e. l. nummis. in fi. & ad hoc quòd propter voluntatem verba protrahantur, facit. j. de supel. lega. l. Labeo. *Posteriores priora declarant.*

Si Titius.] CASVS. Institui mihi hæredem Titium & Gaium, & rogaui Titium prædictum vt restitueret hæreditatem Mæuio, & postea rogaui Gaium vt restitueret prædicto Titio cohæredi suo suam partem hæreditatis meæ, vel etiam dimidiam suæ partis, non facio vim, postea Gaius ex fideicommisso restituit Titio suam partem, vel dimidiam suæ partis. petit modo Mæuius à Titio partem hæreditatis Titij ex fideicommisso, & etiam illud quod restituit Titio Gaius suus cohæres. certe dicitur hic quòd illud quod restituit Gaius Titio, non potest à Titio petere Mæuius: quia in hoc casu non continetur appellatione hæreditatis legatum vel fideicommissum relictum Titio à Gaio cohærede suo: quia eo tempore quo rogaui Titium de restituenda Mæuio hæreditate, non rogaueram adhuc Gaium de restituenda sua parte Titio per fideicommissum. vnde non est verisimile quòd rogem Titium de eo restituendo Mæuio quod adhuc eidem Titio non reliqui. hoc dicit hæc. l. Viuianus.

sunt, itẽ granaria legata essent? Respondit, nõ rectè peti quod legatum non esset. a

Verba institutionis directa ad alium non ad eum qui instituitur, habent vim fideicommissi. Bartolus.

Ex parte b dimidia hęrede instituto per præceptionem fundum legauit, & ab eo ita petiit: *Peto vti velis cohæredẽ tibi recipere in fundo Iuliano meo, quem amplius te recipere iussi, Claudiũ Verũ nepotem meũ, cognatum tuũ.* Quæro, an pars fundi ex causa fideicõmissi nepoti deberetur? Respondit, deberi.

Appellatione familiæ continẽtur etiam qui à testatore non sunt nominati. Barto.

XCIIII. VALENS libro secundo Fideicommissorum.

IS qui cõplures c libertos reliquerat, * tribus ex his fundũ legauerat, & petierat vt curarent, ne de nomine suo d exiret. Quærebatur, ex tribus qui primus moriebatur, vtrũ vtriq; vel alteri ex his qui sibi in legato coniuncti essent, relinquere partem suam deberet: an posset vel alij conliberto e suo eã relinquere? Placuit (& si voluntatis quæstio esset) satis illum facturum, f & si alij g reliquisset. Quòd si nulli dedisset: occupantis, an omnium colliberto rum, & num eorum tantũ quibus pariter legatum esset, petitio fideicommissi esset, dubitabatur. Et Iulianus rectè omnibus h deberi putauit.

Verbum, quanta: & verbum, summa, referuntur etiam ad corpora. Bartolus.

XCV. MAECIANVS libro secundo fideicommissorum.

QVisquis mihi hæres erit, damnas esto dare, fideique eius cõmitto vti det, quãtas summas dictauero i, dedero. Aristo res quoque corporales k contineri ait: vt prædia, mancipia, vestem, argentum: quia & hoc verbum, *quantas*, non ad numeratam dumtaxat pecuniam referri ex dotis l relegatione, & stipulationibus emptæ m hæreditatis apparet: & *summæ* appellatio similiter accipi n debet, vt o in his argumentis p quæ relata essent, ostenditur. voluntatem pręterea defuncti (quę maximè in fideicõmissis valeret) ei sententiæ q suffragari. neque enim post eam præfationem adiecturum r testatorem fuisse res corporales, si dumtaxat pe-

a *Ex parte.* puta dimidia. Accursius.
b *Hæreditatem.* ita his verbis: rogo te Titium vt Mæuio hæreditatem restituas. qui Mæuius non erat hæres in aliquo.
c *Cohæres.* puta Gaius qui in alia dimidia erat hæres.
d *Partis partem.* de dimidia suę partis intelligitur, nisi dixerat aliud: vt.j. de verb. signi. l. nomen filiarum. §. j.
e *Restituere.* per fideicommissum.
f *Non debere.* imò videtur quòd sic: vt. C. de fideicom. l. cum virum. quæ est cótra. Sed distingue vt ibi no. per l. infra, ad Treb. l. Marcellus. & ad legem Falcidiam. l. Titia. & facit supra, eodem. l. Sextiliam. & supra, titu. j. l. miles. §. fina.

Sidius.] CASVS. Quidam nomine Osidi[o], instituit sibi hæredem filiam suam Valerianam: & cuidá suo actori siue castaldo, qui vocabatur Antiochus, dedit libertatem, & legauit eidem Antiocho prædium Titianum & Seianum, & peculium suum Antiochi, & reliqua sua Antiochi, & aliorum colonorum reliqua: qui coloni erant in dictis fundis. Mortuo dicto Osidio testatore Antiochus legatarius petebat coram præside à Valeriana hęrede in quadam sua scriptura, siue libello illa reliqua quæ exegit testator viuus existens ab ipso Antiocho, & ab aliis colonis. Item in eadem scriptura dicebat sibi deberi omnia ea quorum rationem reddere debebat dictus Antiochus cum erat castaldus domino suo Osidio, scilicet frumenti & vini & cæterarú rerum: quæ quidem omnia apud eum Antiochum in dictis prędiis in condito habuerat dictus Osidius paterfami. & dicebat dictus Antiochus in dicto suo libello omnia prædicta esse de reliquis sibi legatis à domino suo Osidio. Valeriana autem hæres ipsum prædicta habere non debere dicebat. præses tulit sententiam contra hæredem, & in ea dixit quòd Antiochus deberet habere omnia prędia prædicta quæ petiit in libello suo. Valeriana autem hęres appellauit ad imperatorem, & existens nunc in causa appellationis coram imperatore allegauit Valeriana hæres reliqua colonorum prædicta quæ exegit Osidius à colonis, ab eo Antiocho non posse peti: nec etiam propria Antiochi reliqua quæ similiter exegit Osidius ab Antiocho, vt dictum est. Item allegabat Valeriana causam eorum quæ in condito essent, scilicet frumenti & vini, & aliorum quæ dicta sunt, diuersam esse à legato, id est, non contineri in legato prædicto relicto Antiocho per Osidium: & ita dicebat Valeriana hæres vtraque reliqua prædicta Antiochum iniustè petiisse in libello suo, ac multo iniustius prædicta quæ erant in cóndito. Ex aduerso dixit Antiochus legatarius: domine, sicut præses pronuntiauit, ita debet firmum stare: immo peto à vobis etiam plusquam præses pronuntiauerit. nam peto vt faciatis mihi dari quædam reliqua quę Valeriana exegit à dictis colonis post mortem Osidij testatoris. Dixit imperator Antiocho legatario: pone in condito centies centum aureos esse, quos in vsum suum solebat sumere Osidius testator: diceres tu totú quod esset conditum & relictum in arca, deberi tibi, id est, omnes centum aureos? certè malè diceres. vnde placet mihi, & ita iudico bene appellatum à Valeriana, & male pronuntiatum pro te. dico tamen quòd ea reliqua quæ exegit Valeriana à colonis post mortem Osidij, restituentur tibi. cum ergo legauit Osidius Antiocho castaldo suo reliqua sua, & aliorum colonorum, vult imperator quòd intelligatur de reliquis quæ remanserunt penes eum, & alios colonos post mortem ipsius Osidij, & de his reliquis quę exegit hæres Osidij post mortem Osidij: non autem de his reliquis quæ exegit ab Antiocho & aliis colonis dictus Osidius in vita sua post testamentum factum, nec etiam de dictis conditis in arca apud dictú

cuniam numeratã præstari voluisset.

Appellatione hæreditatis non continentur legata & fideicommissa. Bartolus.

XCVI. GAIVS libro secundo Fideicommissorum.

SI Titius ex parte[a] hæres rogatus sit Mæuio hæreditatem[b] restituere, & rursus Titio cohæres[c] eius rogatus sit partẽ suam, aut partis partem[d] restituere[e]: an hanc quoque partẽ quam à cohærede ex fideicommisso recepit, Titius restituere Mæuio debeat? Diuus Antoninus cõsultus, rescripsit nõ debere[f] restituere: quia hæreditatis appellatione neque legata, neque fideicommissa continentur.

Appellatione reliquorum non continentur pecunia iam exacta, vel quæ vsibus patrisfamiliàs est disposita. Bartolus.

XCVII. PAVLVS libro secundo Decretorum.

OSidius quidam instituta filia Valeriana hærede, actori[g] suo Antiocho data libertate, prædia certa & peculium, & reliqua[h] legauerat* tam sua, quàm colonorum. [i] Legatarius[k] proferebat[l] manu[m] patrisfamiliæ reliquatũ,[n] & tam suo, quàm colonorum nomine. Item in eadem scriptura[o] adiectum in hunc modum, *Item quorum rationem reddere debeat. scilicet quæ in condito*[P] *habuerat paterfamiliàs frumẽti, vini, & cæterarum rerum*: [q] quæ[r] ab ipsa[f]* libertus petebat, & ex reliquis esse dicebat, & apud præsidẽ obtinuerat.[t] Ex diuerso[u] contradicebatur,[x]* reliqua colonorum ab eo[y] non peti,[z] nec propria: diuersam autem[a] causam esse eorum quæ in cõdito[b] essent. Imperator[c] interrogauit partem legatarij, quærendi causa: Pone (inquit) in condito centies aureorum[d] esse quæ in vsum [suum[e]] sumi solerent: diceres totũ quod esset relictũ in arca, [f] deberi?[g] Et at sub redditione rationis etiam redditio reliquorum continetur vt infra, de condit. & demonstr. l. cum seruus. reliqua autem Antiocho legauit Osidius. vel dic, scriptura testamenti. nam hæc verba sunt testatoris: Item eorum reliqua lego quorum rationem reddere debet. Sed ea quæ sequuntur, scilicet quæ in condito &c. non sunt testatoris verba, sed liberti petentis: & secundum hoc dictionem, quę, infra positam repetit, quasi oblitus de prima quæ. sed lectura prima planior est, & coniunge, scilicet vini &c. Alij, vt. R. hos genitiuos pro accusatiuis ponunt.

A Antiochum per Osidium. & sic est plana. Viuianus.
g *Actori.* id est, villico seruo qui vocabatur Antiochus.
h *Reliqua.* quæ nomine tam in horreis penes se Antiochum reposita antequam fieret testamentum, quàm post ex reliquis istis exacta, & sic desierunt esse reliqua, ad se pertinere dicebat iste libertinus, sed perperi. Rogerius.
i *Colonorum.* quos habebat seruus hic in pe-culio. R. vel dominus. & q sint, dic vt supra, eodẽ. l. prædiis. in principio. & supra, titu. j. l. Lucius. in princip.
k *Legatarius.* s. libertus. & siue habeas, manu, siue manum, quia testator sua manu scripsit: ité siue habeas, reliquatũ, siue reliquorũ, s. legatum: bene est.
l *Proferebat.* i. dicebat in libello cõuentionali.
m *Manu.* aliàs, manum. Accursius.
n *Reliquatum.* aliàs, manum reliquorum: aliàs, manu reliquatorũ aliàs, reliqua eorum.
o *Eadẽ scriptura.* scilicet libelli conuentionalis dati à liberto hoc modo. Ité petebat, qd est infra, reliqua eorũ quorum rationem reddere debet, scilicet vini & cæterarum rerum & cætera. quod est, iudicebat enim, de his debeo rationem reddere.
P *In condito.* aliàs, in crédito. i. in depósito apud Atiochum pro sua villicatione, scilicet penu & hortis ad suã administrationem pertinentibus. vel. i. in penu vsui suo habuit, scilicet Osidius.
q *Rerum.* quę ex reliquis exierant in vita domini, & vsui domini esse cœperant. ea enim sola reliquorum nomine[a] videtur quis dominus in vsum suum non retinuit, sed apud colonos remanere & probatur hoc etiam infra ibi, pone inquit &c.
r *Quæ.* scilicet omnia petebat libertus.
s *Ab ipsa.* scilicet Valeriana.
t *Obtinuerat.* & appellatum fuerat. Accursius.
u *Ex diuerso.* scilicet à parte filiæ.
x *Contradicebatur.* liberto.
y *Ab eo.* actiue. & dic, à liberto.
z *Non peti.* scilicet posse. & sic si habet duo, non iuste petit, nato iniustius quæ sunt in condito. sed falsa est positio. Vel verius petendo quæ sunt in condito, non petis reliqua tua vel colonorum: quia in istis non resisterem.
a *Autem.* pro, quia: vel, autem, ponitur pro, certè. & fiebat hæc allegatio in causa appellationis.
b *In condito.* aliàs, in cõdito: & bene, id est in depósite: aliàs, credito, & pro eodem secundum Hug. nam qui deponit, credit & confidit depositario. & erat conditum apud Antiochum.
c *Imperator.* de appellatione cognoscens.
d *Aureos.* aliàs, aureorum, scilicet summam.
e *Suum.* scilicet Osidij. Et not. hic quòd iudex potest opponere partibus: vt hic, & supra, de iis quæ in testa. delen. l. proxime. & l. Antoninus. ibi, Cæsar dixit. & silentium imponere, vt ibi subiicit in. l. proxima. & de iure supplere, & de facto quandoque: vt. C. vt quæ desunt aduoc. par. l. j.
f *In arca.* apud Antiochum.
g *Deberi.* scilicet ei liberto. quasi diceret, non.

BIU Cujas

placuit [a] rectè appellasse. [b] A parte legatarij suggestum est [c] quædam à colonis post mortẽ patrisfamiliæ exacta. [d] Respõdit, hoc quod post mortẽ exactum fuisset, reddendum esse legatario. [e]

Indefinita æquipollet vniuersali. Barto.

XCVIII. IDEM libro singulari de Forma testamenti.

SI plures gradus [f] sint hæredum, [†] & scriptum sit, *Hæres meus dato.* ad omnes gradus hic sermo pertinet, sicuti hæc verba: *Quisquis mihi hæres erit.* Itaq; si quis velit non omnes hæredes onerare legatorum præstatione, sed aliquos ex his, nominatim damnare debet. [g]

In vltimis voluntatibus illi dicuntur serui vrbani quos testator vrbanorum numero habuit. Bartolus.

XCIX. IDEM libro singulari de Instrumenti significatione.

SEruis vrbanis legatis, quidam vrbana mancipia non loco, [h] sed opere separant: vt licet ī prędiis rusticis sint, tamẽ si opus rusticũ non faciant, vrbani videntur. Dicendum autẽ est quòd vrbani intelligendi sunt quos paterfamiliàs ĩter vrbanos adnumerare solit[9] sit. quod maximè ex libellis [i] familiæ, [†] item cibariis [k] deprehendi poterit. ℣ Venatores [l] & aucupes [m] vtrũ in vrbanis, an in rusticis contineãtur, potest dubitari. Sed dicendũ est, vbi paterfamiliàs morabatur, & hos alebat, ibi eos numerari. ℣ Muliones de vrbano ministerio [n] sunt, nisi propter opus ruresstre testator eos destinatos habebat. ℣ Eũ qui natus est ex ancilla vrbana, & missus in villã nutriendus: interim in neutris esse quidã putãt. [o] Videamus ne in vrbanis esse intelligatur. quod magis placet. ℣ Seruis lecticariis legatis si idẽ lecticarius sit & cocus, accedet legato. [p]

Generi per speciem derogatur: & quod in duabus speciebus reperitur, inter legatarios diuersarũ specierũ communicatur. Bar.

℣ Si alij [q] vernæ, alij cursores [r] legati sunt: si quidã & vernæ & cursores sint, cursoribus cedent. [s] Sẽper enim species [t] generi derogat. [u] Si [verò] in specie aut in genere vtrique [x] sint:

a *Placuit.* imperatori: quoniam obiectioni legatarius rationabiliter non voluit respondere.

b *Appellasse.* hæredem: & sic rescissa fuit sententia præsidis. Et not. iudici appellationis sufficere, si dicat, pronuntio rectè appellatum. licet fortè secus si prima sententia fuit absolutoria: vt not. C. de appel. l. eos. ī prī.

c *Suggestum est.* post cassatam priorem sententiam.

d *Exacta.* per hæredem.

e *Legatario.* quia hoc in reliquis mansit, nec à patrefami. nec principis iudicio fuit ademptum. secus autem si ipse paterfamiliàs viuus exegisset: vt supra, hac l. colligitur, & ī. eod. l. prædiis. in prin. & ī. ti. j. l. Lucius. in princi. & ī. supra, de lega. j. l. si sic. & ī. j. in fi. & arg. ī. de lib. leg. l. ij. in fine.

f *Si plures.*] CASVS. Institui mihi hæredes Titium & Seium, & ei substitui Gaiũ & Sempronium, & postea ita scripsi, hęres meus dato Mæuio. c. certè & substituti & substituti tenentur ad hoc legatũ, & idem esset, si ita dixissem retento eodem casu, instituti dẽt Mæuio. c. illi soli tenebuntur. & idem si dixissem, substituti dent Mæuio cani soli substituti tenebuntur. & idem si dixissem, Titius & Seius dent Mæuio. c. & ita Gaius & Sempronius dent Mæuio. c. quia nominatim ab eis legatum est. Viuianus.

g *Si plures gradus.* instituti & substituti.

h *Debet.* & tenentur illi, & nõ alij: vt ī. tit. ij. l. Celsus. §. pe. & fi. & ī. cit. ī. tit. ij. turpia. §. fi. & l. si hæredes. & ī. co. l. nominatim. go

Seruis.] CASVS. Legaui Titio seruos meos vrbanos. quæritur, qui serui appellatione vrbanorum contineantur? Et dicitur quòd illi continentur quos ego inter vrbanos annumerare sum solitus. quod potest deprehendi & intelligi, quia dabam eis cibaria cum illis de vrbe. sed & serui venatores & aucupes continentur, si ego continebam & habebam eos in vrbe, & non aliàs. Item & continentur serui muliones, nisi ego habebam eos causa ruresstris operis. Item & continetur ille seruus qui natus est ex ancilla mea vrbana, quamuis sit missus ad villam causa nutriendi. [SERVIS LECTICARIIS.] Legaui Titio seruos meos habentes artificium faciendi lectos. nunquid continebitur legato Titius seruus meus qui est lecticarius, & habet officium eoci? Et dicitur quòd sic. [SI ALII.] Habebam multos seruos vernas, id est, natos ex ancillis meis qui serui nõ erant cursores. & habebam multos alios seruos qui habebant officium curendi ad pallium: qui cursores non erant nati ex ancillis meis, immo eos emeram aliunde: & habebam quosdam alios qui erant vernæ & cursores. legaui Titio omnes seruos meos vernas, & Seio legaui omnes cursores. quæritur, cuius legato cedant illi serui qui erant vernæ simul & cursores? Et dicitur quòd cedunt legato Seij cui omnes cursores legati sunt. Sed quare magis Seio quàm Titio? Respon. quia in dictis seruis qui erant vernæ simul & cursores, continebatur genus, quia erant vernę. & species, quia erant cursores. semper autem species derogat generi. Sed pone quòd vnus seruus est in specie tantum, id est, cursor: & duobus cursores legati sunt: puta Titio & Seio. certè concurrent Titius & Seius in legato dicti cursoris, & quilibet eorum habebit in eo dimidiam: nisi appareat aliud me testatorẽ sensisse. & propter hoc dicit, plerumque. vel pone quod vnus seruus est in genere tantum, id est, verna: & Titio & Seio sunt vernæ legati. certe eodẽ modo concurrent in legato vernæ: vt dict. in legato cursoris. Vi.

i *Non loco.* sic. C. de prædiis mi. si prædiũ. & ī. de sup. leg. l. quẽ admodum. Item facit. ī. de fun. instru. l. quæsitum. §. Alphenus.

i *Ex libellis.* id est, panibus albis: quo pane non vtuntur rustici: sed grosso. sic. C. de episco. audien. l. iudices.

k *Cibarius.* scilicet aliis: nam nõ vtitur familia rustica pullis, vel aliis delicatis cibariis: sed caseo, cepis, & fabis. Accursius. *Cibaria rusticorum.*

l *Venatores.* ferarum. Accursius. † *Closs. hic exponit qui dicantur li*

m *Aucupes.* auium. *belli fami-*

n *Ministerio sunt.* ī. e. *lia. sed quot*

l. cum quæreretur. con *modis poni-*

tra. Solu. vt ibi. *tur, & quot*

o *Putant.* & male: vt *habet signi-*

subiicit: & facit ī. de *ficata, vide*

verb. signifi. l. vrbana. *in Spec. tit.*

&. l. is qui natus. ; *de libel. §. 3.*

p *Legato.* ī. eod. l. le- *& Rog. in*

gatis seruis. §. j. & quod *sum. de libel*

ibi not.

q *Si alii vernæ.* verna dicitur domesticus ex ancilla natus in domo: vt instit. de lega. §. huic proxima. *Verna quis dicitur.*

r *Cursores.* nulli vernæ sunt cursores tantũ: immo omnis cursor erat verna: sed non ecõtra omnis verna erat cursor.

s *Cedent.* scilicet legato cursorum: & continebuntur illi qui sunt vernæ & cursores.

t *Species.* species vocat cõtẽtũ, vt cursores sub vernis continentur: genus vocat continens, sicut vernas qui continent cursores.

u *Derogat.* vt. ī. de regu. iur. l. in toto. &. ī. e. l. vxorem. §. fœlicissimo. &. ī. de manumiss. testa. l. si peculium. in principio. & infra, de tri. lega. l. ij. in principio. & de pecu. lega. l. seruo.

x *Vtrique.* i. isti & illi habẽt suam speciem, vel suum genus: quia isti nõ continẽtur sub vernis, nec illi sub cursoribus: immo quidam sunt cursores tantum, & non vernę. alij vernę tantum, & nõ cursores. & alij cursores sunt & vernæ: & secundũ hoc communicabuntur. s. serui qui sunt vernæ & cursores, inter eũ cui sunt legati vernæ, & illum cui sunt legati cursores. vel dic, si in specie s. eadem, vel in genere eodẽ modo vtriq; sunt: quia omnis cursor sit verna, omnisq; verna sit cursor, & secundum hoc cũmunicabuntur. s. omnes serui inter eum cui cursores, & eum cui vernæ sunt legati. plerumque autem ideo dicit, quia si cursore aliquo inter vernas testator vtebatur, cederet legato vernarum: & econtra, si aliquo verna inter cursores, cederet legato cursorum: vt supra, eodem. l. legatis seruis. §. j. vel ideo, quia si testator expresserit quos vernarum numero, & quos cursorum numero intelligebat, sic erit: vt supra, eod. l. non aliter. aliquo autem non apparente erunt communes: vt hic, & ī. de lega. j. l. Titiæ. in prin

Hæres meus.] CASVS. Institui mihi Seium hæredem: & ita dixi, Hæres meus damnas siue damnatus esto reddere seruũ meum Stichum Lucio Titio. vel ita dixi, Hæres meus Stichum reddito Lucio Titio. Certè poterit petere Lucius Titius Stichũ, quamuis nunquam suus fuerit: quia verbum reddendi, habet in se significationem dandi. [DVAE STATVAE.] Habebã sex statuas marmoreas. item habebam multum aliud marmor. legaui Titio duas statuas marmoreas. item legaui eidem omne meũ marmor. nunquid poterit petere omnes sex statuas marmoreas? Et dicitur quòd non nisi duas legatas: quia cum legaui ei specialiter duas statuas marmoreas, non videor velle quòd aliæ meæ quatuor statuæ marmoreæ contineãtur sub nomine illius legati: quia ita dedi eidem, omne marmor meum lego Titio & cætera. Si enim voluissem legare dictas quatuor statuas Titio, vel si voluissem eum eas habere: verisimile est quòd ego legassem ei cum aliis duabus. & hoc dixit Cascellius & Labeo, & bene. Ofilius autem & Trebatius dixerunt contrarium, & male. vel potes ponere quòd omne marmor legaui Seio. [VXORI MEAE.]

Vxori

Vxori meæ legaui vestem muliebrẽ,& omnia ornamenta:& mundum,& aurum, & argentũ quod eius causa factum paratúmve esset.quæritur,nũquid omnis vestis muliebris & omnia ornamenta & omnia quibus mundiores efficiuntur mulieres,videantur vxori meæ à me legata: an vero ea sola quę eius vxoris causa facta & parata essent ? Et videtur ꝙ omnia : quia illa verba,quod eius causa factũ paratũq; est &c. sunt apposita tantũ ad aurum & argentũ. Dicitur tamen hic ꝙ nõ tantũ ad argentũ & aurum videntur apposita dicta verba: sed etiam ad omnia alia supradicta,& ideo nõ debetur vxori aliquid de supradictis nisi illud quod eius causa factum paratúmque esset. [*CVI CORINTHIA.*] Habebam vasa vitrea, & casulas eorũ vasorũ de palea vel panetis: & fuerant facta illa vasa & casulæ in quodã loco qui nominabat Corinth[a]. legaui Titio dicta vasa. Certè continentur legato etiã casulæ prædictæ. Secus autẽ si ego testator habebã numero vasorũ dictas casulas : puta quia sunt æneæ. nã tunc nõ cõtinebũtur legato vasorum vitreorũ: etiam si dicta vasa vitrea solebant in eis reponi. [*CVI TESTVDINEA.*] Habebam lectos qui erãt facti in loco qui dicitur testudineus : & quidã ex eis lectis habebant pedes inargentatos, & quidã nõ. legaui testitudinea mea Titio. Certè continentur legato etiã lecti qui habẽt pedes argenteos. Viuianus.

a *Iubetur.* nisi aliud appareat ex vsu testatoris, vel eius verbis, vel alio modo : vt no.ff.titu.j. l.cum quidam. & infra,de fundo instruc. l.cũ de lanionis. §.asinam. & sic non obst.ff. titu.j. l.cum pater.§.fideicom.&ff.depos.l.j.§.eleganter. & facit.ff.de verb.signi.l.verbum reddendi.&ff.de auro & argen.lega.l.qui vxori.

b *Legatum.* scilicet eidem.

c *Præter duas.* licet plures sint statuæ, sed tamen omne aliud marmor debetur.

d *Putat.* & bene, vt.ff.e.l.quæsitum.§.illud. Vel dic quòd nõ est ratio quæ ibi redditur : quia hic dixit, omne. sed illa quæ statim sequitur,quia duas &c.

e *Non putasse.* s. testatorem,sic ergo in cęteris videtur prohibere.sic.ff.de iudi.l.cum prætor.&ff.de sup.lega.l.legata.& infra,de fundo instru.l.quæsitum.§.fina.& infra,de auro & argen.lega.l.j. in princ.&l.Quintus.

f *Putat.* nudam & puram superficiem secutus.R.nam ad proximum dictum tantum refertur:de quo dic vt supra,titu.ij.l.talis.

g *Verum est.* & sic sequentia minuunt omnium præcedentium significationem. & facit.ff.de sup. leg. cum quidam. & de auro & argen.leg.l.cum in testamento.& infra,de penu.leg.l.nam quod. in fin.& infra,de ali.lega.l.à filio.§.fina.

h *Cui Corinthia.* vitrea forsan à loco sic dicta.

plerumque cõmunicabuntur.

Verbum reddendi, habet significationẽ per se dandi. Bartolus.

C. IAVOLENVS libro secundo ex Posterioribus Labeonis.

Hæres meus damnas esto Lucio Titio Stichum seruũ meum reddere. vel ita: *Illum seruũ meum illi reddito*. Cascellius ait deberi : neque id Labeo improbat: quia qui reddere iubetur,simul & dare iubetur[a].

Si nominentur aliqua individua speciei contenta sub genere, ad alia in eadem specie cõtenta nõ porrigitur illud genus. Bar.

¶ Duæ statuæ marmoreæ cuidam nominatim, item omne marmor erat legatum[b]. Nullam statuam marmoream præter duas[c] Cascellius putat[d] deberi: Ofilius[&] Trebatius cõtra. Labeo Cascellij sentẽtiam probat. quod verũ puto : quia duas statuas legando potest videri non putasse[e] in marmore se statuas legare.

Singulare vniuersale positum neutraliter potest referri ad omnia præcedentia cuiuscũque generis vel numeri existunt. Bar.

¶ *Vxori meæ vestem,mũdum muliebrem,ornamenta omnia, aurum, argentum, quod eius causa factum paratúmque est, omne do lego.* Trebatius hæc verba,*quod eius causa factum paratúmque est*, ad aurum & argentum dumtaxat referri putat[f]. Proculus ad omnia. quod & verum est[g].

Legatis vasis nõ cedunt alia vasa in quibus reponuntur:nisi sint vilis materiæ. Bar.

¶ Cui Corinthia[h] vasa legata essent, & βάσεις[i] quoque eorũ vasorum collocandorum causa paratas deberi, Trebatius[k] respondit. Labeo[l] autẽ id non probat, si eas βάσεις testator numero vasorum habuit. Proculus[m] verò rectè ait, si æneæ[n] quidem sint[bases,]non autem Corinthiæ, non deberi.

Principale trahit ad se accessoriũ quãquam sit pretiosius. Bartolus.

¶ Cui testudinea legata essent, ei lectos[o] testudineos pedibus inargẽtatos deberi,Labeo,[&] Trebatius respõderunt. quod verum est.

Legatis prædiis testator non videtur legare quæ sibi sunt obligata,nisi ex cessione debitoris ea habeat vt propria. Barto.

CI. SCAEVOLA libro sexto decimo Digestorum.

QVi habebat in prouincia ex qua oriũdus erat, propria prędia,& alia pignori sibi data ob debita, codicillis ita scripsit[p] *τῇ γλυκυτάτῃ μου παιδίσκῃ βούλομαι εἰς τὰ μέρη αὐτῆς δοθῆναι. ἀφορίζω αὐτῇ χωρὶς πάντα, ὅσα ἐν Συρίᾳ κέκτημαι σὺν πᾶσιν τοῖς ἐνοῦσιν βοσκήμασιν, λοιποῖς, καρποῖς, ἀχθέτοις, κατασκευαῖς πάσαις.* [id est, Suauissimæ patriæ meæ volo in partem suam dari, & ipsi separatim adiudico prædia omnia quæcũque in Syria possideo, cum omnibus in eis existentibus & pecoribus, & seruis, & fructibus, & vsu consumptibilibus,& apparatu omni.] Quæsitum est, an etiam prædia quæ pignori habuit testator, patriæ suæ reliquisse videatur? Respõdit, secundum ea quæ proponerentur,non videri[q] relicta:si modo in proprium patrimonium (quod ferè cessante[r] debitore fit) non sint redacta[s].

i *Huic abaces.* id est casulas quasdam in quibus collocabantur, vt subiicit. & incipit respon. ibi abaces &c. alias est in littera, & bases. & secundum hoc verba ista non sunt de responsione, sed testatoris. prima verior.

k *Trebatius.* sed minus bene.

l *Labeo.* determinans quod diceret Trebatius.

m *Proculus.* adiuuans sentẽtiam Labeonis & determinans.

n *Aeneæ.* s. illæ abaces, & sunt pretiosæ : vnde non debentur. si vero Corinthiæ,i.de vili materia, vt de palea vel herba palustri, quales venduntur Bononiæ cum vitris & cum me diolis,sic:vt.ff.de vi. & ole.lega.l.si cui.§. &.l.vinum.&.l.vino.

o *Lectos.* quosdã, vel à loco sic dictos, vel quia facti erant ad modum testitudinis.i,vel tæ lapideæ. & est animal testudo, quod habet duram testam vt lapideam, & concauam si remoueretur à carnibus. erat ergo fortè latum vt intus quis posset iacere.licet ergo pedes argentei sint positi, debẽtur. sic infra, de auro & argen.lega.lpe diculis.in princ.

p *Scripsit.* hic sequitur Græcũ cuius interpretatio incipit,patriæ meæ dulcissi.& finitur ibi,quæsitum &c.Et no.cuilibet suam patriam dulcissimam.sic.ff.de offi.præfect.vrb.l.j.§.pen.Accurs.

q *Non videri relicta.* No.quod testator dixit,prędia mea dari volo.non autẽ addidit vniuersitatis signũ.s.omnia,secundum R.sed certè imò addidit,vt in translatione Græci hic facta. & facit.ff. l.suos.&ff.de sup.lega.l.legata.§.fina.& infra, de auro & argen. Quintus.§.argento.&ff.e.l.Iulianus.in princ.

r *Cessante.* & fortè desperante deliberatione.

s *Redacta.* quasi scilicet consensu debitoris præsumpto tum ex penuria debitoris, tum propter cumulum vsurarum quæ omnem debitorẽ

BIU Cujas

debitoris spē abstulerunt, secundū R. Vel dic quòd hoc, scilicet vt in patrimonio redigatur creditoris, fere fit, id est, vix fit debitore cessante. nam tunc postulabat creditor à principe possidere iure dominij: vt. C. de iure dot. impe. l. fin. & supra, de pign. actio. l. eleganter. in princ. & facit ad hoc quod hic dicit infra, de iure fisci. l. sed si accepto. *ADDITIO.* Per istā glossam potest determinari quæstio quā formant doctores, an si est prohibita alienatio, sit prohibita pignoris obligatio? Distingue: Aut sunt pignora obligata pro tanta pecunia quòd nō est spes luitionis, & videtur prohibita obligatio: aliàs non. ita debet intelligi. l. quorū. §. de pign. & facit. l. legata. in fin. infra, de sup. leg. sed in feudis est expressum quòd nullo modo licet obligare: vt cap. imperialem. §. fina. de prohi. feu. aliena. in vsi. feudo. secundum Barto. hic.

1 *Data.* facit infra, de fin. instruc. l. prædia. §. finis. & §. eo. l. quæsitum. §. peto. & §. prædia. & §. eod. l. prædiis. vt §. Accursius.

His verbis.] *CAVS.* Ego Bononiēsis vxori meæ legaui his verbis, Lego vxori meę lateralia mea quę sunt mea viatoria, id est vasa quædā quæ portabam ad latus meū cum ad aliquem locum proficiscebar: & quicquid in his viatoriis cōditum fuerit. Item lego ei ea quæ continebuntur membranulis manu mea scriptis si non erūt exacta cum moriar, licet in ratiōes meas modo translata sint, & licet cautiones ad actorem siue castaldum meum transtulerim. Facto testamento cum essem profecturus ad vrbem Romanam, cōdidi in dictis lateralibus chirographa debitorum meorum, &c. libras Bononiēn. & steti Romæ per biennium: & ibi stando exegi dicta nomina condita in lateralibus quæ mecum portaui, & pecuniam exactam, & illa centum quæ portaui in lateralibus, expendi. postea reuersus fui Bononiam, & emi prædia: & chirographa emptionis quæ scripsi membranulis manu mea, condidi in dictis lateralibus, & etiam alia centum, & postea decessi. modo quæritur, vtrum chirographa & pecunia quæ inuenitur in lateralibus tempore mortis meæ, debeantur vxori meæ? Et dicitur quòd non. De dictis autem nominibus quæ exegi Romæ, & de dicta pecunia quam ibi expendi, non est dubium quòd non debentur vxori, quamuis portauerim Romæ in lateralibus: quia ego dixi in legando, nec ea sint exacta cum moriar &c. quamuis hoc non dicatur in responsione quæ fit hic. Sed quid si in dictis lateralibus condideram tempore testamenti mei chirographa emptionum prædiorum quę emeram? Certè illa chirographa & prędia bene continentur in legato vxoris meæ prædicto, si ea mente chirographa prædicta habui in dictis lateralibus, vt dictis lateralibus vxori meæ datis proprietas prædiorum præstaretur eidem. quamuis videretur aliquibus contrarium ex eo, quòd in verbis legati dicunt non esse verba apta ad chirographa emptionum prædiorum, sed ad chirographa debitorum. sunt enim hæc verba ibi, vt dictum est, nec ea sint exacta cum moriar & cætera. sed certè imò sunt verba apta ad chirographa emptionum, illa scilicet, & quicquid in his conditum fuerit & cætera. [*PATERFAMILIAS.*] Ego emeram à quibusdā qui vo-

Fundo legato vti est, non cedunt reliqua colonorum. Bartolus.

¶ *Peto fundū meum ita vti est, alumnæ meæ dari.* Quæsitum est, an fundus* & reliqua colonorum & mancipia, si qua mortis tempore in eo fundo fuerint, debeantur? Respōdit reliqua quidem colonorum non esse legata: cætera verò videri illis verbis, *ita vti est*, data[a].

Si verbum potest, se habere ad præteritum & futurum, ex coniuncta scriptura declaratur ad quod se habeat. Item præsentis vel præteriti temporis verba restringuntur ad ea quæ sunt tempore testamenti. Bartolus.

CII. IDEM libro septimodecimo Digestorum.

HIs verbis legauit, *Vxori meę lateralia*[b] * *mea viatoria*[c], *& quidquid in his conditum*[d] *erit: quæ membranulis mea manu scriptis cōtinebuntur, neque* exacta erūt cùm moriar, licet in rationes*[e] meas transtlata sint, & cautiones ad actorem*[f] *meum transtulerim.* hic chirographa[g] debitorum & pecuniam, cum esset profecturus in vrbem, in lateralibus condidit, & [tā] chirographis[h] exactis[i], quàm pecunia erogata[k], reuersus in patriam post biennium, alia chirographa prædiorum quæ postea comparauerat, & pecuniam in lateralia condidit. Quæsitum est, an ea tantum videatur nomina ei legasse, quæ postea reuersus in hisdem lateralibus condiderit? Respōdit, secundū ea quę proponerētur, nō deberi[l] quę mortis tempore[t] in his lateralibus essent, & membranis manu eius scriptis continerentur.

In legato generali veniūt ea quæ in instrumentis continentur. Bartolus.

¶ Idem[t] quæsiit, an cū emptiones prędiorum in hisdem lateralibus condiderat[m], prædia quoque legato cedant? Respōdit, non quidem manifestè apparere quid de prædiis sensisset: verùm si ea mente emptiones ibi haberet, vt his legatariæ datis, proprietas prædiorū præstaretur: posse defendi prædia quoque deberi.

Falsa demonstratio nō vitiat legatum. Bartolus.

¶ Paterfamiliàs ita legauit: *Lances numero duas leues, quas de sigillaribus*[s] *emi, dari volo.* is de sigillaribus[n] leues quidē non emerat, lances autem emptas[o] habebat, & dictauerat testamentum ante triduum quàm moreretur. Quæsitum est, an hæ lances quas emptas de sigillaribus habuit, legato cederent, cum nullas[p] alias de sigillaribus emerit, nec legauerit[q]? Respondit, secundū ea quæ proponerentur, deberi eas quas de sigillaribus emisset[r].

cabantur sigillarij, eo quòd faciebant sigilla & alia quæ faciunt artifices, duas scutellas argenteas graues, & magni ponderis. feci testamentum ante triduum quàm morerer: & ita in eo inter alia dixi, Volo dari Titio lances siue scutellas argenteas leues numero duas quas de sigillaribus emi. modo quæritur, an eæ scutellę debeātur Titio quas emi à sigillaribus, licet nullas leues ab eis emerim? Et dicitur quòd sic. falsa enim demonstratio nō vitiat legatum. [*ALVMNO.*] †*De mortis* Titius instituit sibi hæ *tempore, &* redes Seium & Gaium, *tempore te-* & Sempronio alumno *stamēti, qđ* suo dari per hæredes *illorū in le-* suos præcepit his ver- *gatis debeat* bis, Sempronio alum- *inspici, ma-* no meo Stichū & Pam *gna est dis-* philum seruos Marti- *ceptatio in-* ni comparari volo: & *ter docto. de* cum per ætatem suam *cide per gl.* alumni licebit, eidem & *genera-* alumno militiam illam *liter omnes.* cōparari volo cum in- *in. l. eū qui.* troitu ipsius militiæ. & *in fi. de con-* demōstrauit heredibus *di. & de-* suis certam militiā. & *mon.* huic alūno omnia prę- †*al. Item,* dicta integra dari vo- *quæsitū est.* lo. postea tēpore mortis testatoris inuenitur dict⁹ Sēpronius alūnus habere dictā militiā ex causa nō lucratiua, scilicet emptionis. quęritur, nūquid posit cōse- †*Elegāter* qui ab hæredibus iustū *hoc Scæuo-* pretium dictæ militiæ, *la respon-* & id quod pro introi- *sum explicat Alex.* tu militiæ erogari so- *ab Alexā.* let? Et dicitur cp sic. sed *libr. 3. Cen.* & si ita dixisset Titius *die. cap. 4.* testator: liberto meo Seio lego dictam militiam, & demonstrauit certam vt dixi, quam quidē militiam ipse testator habebat: certè debent hæredes ei dare non solum militiam quam habebat testator, sed etiam illud quod solet erogari pro habenda militia. Viuianus.

b *Lateralia.* id est, vascula facta de terra.

c *Viatoria.* vasa fortè quibus in itinere vtebatur. Accursius.

d *Conditum.* aliàs, conditum, id est repositum. & aliàs, creditū: & tunc idem est sensus. Et not. quòd in hoc vase condita erat quædam priuata scriptura scripta manu patrisfamiliàs in qua erant nomina debitorum, de quibus erant cautiones publicæ extra vasa.

e *In rationes.* quia destinaret paterfamil. hoc nomen destino, tali sumptui. & sic de aliis.

f *Actorem.* id est, castaldionem.

g *Hic chirographa.* incipiunt verba iurisconsulti: hucusque fuerunt testatoris.

h *Chirographis.* exegit ergo nomina, & pecuniam exactam posuit in vase. Accursius.

i *Exactis.* scilicet istis.

k *Erogata.* i. in vase deposita. sed. R. dicit hic esse falsam literam.

l *Nō deberi.* anterior ergo pecunia nō debet. quia fuit exacta: nec secūda, quia nō erat tēpore testamenti: quod esse debet cū dicitur, lateralia mea: & quia dixit, manu mea scriptis: vt. ff. de au. & ar. leg. l. si ita legatū. vel ideo hic secūda nō debet, quia ad tēpus fuit deposita: quasi iturus in vrbē: vt. ff. e. l. si chorus. §. j. & l. si ita. Accur.

m *Considerat.* ante testamentum, ita quòd tempore testamenti erant ibi: aliàs secus: vt no. ff. proxi. §.

n *De sigillaribus.* nomen fortè generis: vel genus venditorum.

o *Emptas.* à sigillaribus: puta graues.

p *Nullas.* scilicet leues.

q *Nec legauerit.* scilicet alias nisi leues.

r *Emisset.* aliàs si aliud dicas, nullum est legatum: quia de nullo corpore

BIU Cujas

corpore certo consistit legatum. falsa enim demonstratio nõ noceet: vt infra, de condi.& demon.l.demõstratio.& institu.c.§.huic. & infra, de auro & argen.leg.l.Quintus.

a *Militiam.* scilicet dari.

b *Cum introitu.* id est, cum expensa quæ fit in ingressu militiæ.

c *Integra.* scilicet cõparari volo.

d *Posse.* etiam consequi expẽsam introitus. quædam enim expenduntur pro introitu militiæ: vt arg.in auth.vt iudi. sine quo. suffrag. §.hæc autẽ omnia.colla.ij.& facit.ſ.de negot.gest.l.quæ vtiliter.

e *Danda.* sed cõtra.j. titu.ij.l.quæro.vbi huiusmodi sumptus non præstat hæres.Solu.refert inter sumptum qui fit vt habeatur legatũ, & id præstat hæres etiã vsufruct.legato: vt.ſ.si vsusfruc. peta.l.j.§.j.& hic. an eo iam habito: & tũc non, vt ibi.& de his dic vt supra, titu.ij. l.apud.§.hæres. & facit ſ.de impen.l.neque.

Si legatarius quod sibi debet emi ab hærede, emat: actionem habet ad pretiũ. Bar.

¶ Alumno præcepit militiam[a] his verbis: *Sempronio alumno meo illud, & illud. & cum per ætatem licebit, militiam illam cum introitu*[b] *comparari volo: huic quoque omnia integra*[c]. Quæsitum est, si Sempronius [ipse] eam militiam sibi comparauerit: an pretium eius, sed & id quod pro introitu erogari solet, ex causa fideicommissi ab hæredibus consequi possit? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, posse[d].

Si legatur res empta, pretium rei debet solui ab hærede, non à legatario. Barto.

¶ Idem testator liberto militiã his verbis legauit, *Seio liberto meo militiam do lego illam.* Quam militiã & testator habuit. Quæsitum est, an onera omnia & introitus militiæ ab hærede sint danda? Respondit, danda[e].

Legata ab exhæredati substituto non valent, etiam si ad eum bona defuncti perueniant per mediam personam. Barto.

CIII. IDEM libro singulari Quæstionum publicè tractatarum.

SI pater.] CASVS. Titius habens filiũ impuberem, exhæredauit eum, & instituit sibi hæredem Seium extraneum: & postea ita dixit: si filius meus impubes quem exhæredaui, decesserit in pupillari ætate, substituo ei dictũ Seium meum hæredem, & Gaium extraneum similiter, quem Gaium non instituit: nec aliquid de suis bonis ei reliquit: & ab eodem Gaio multa legata reliquit quibusdam. postea decessit dictus Titius testator, & postea decessit prædictus hæres à Titio institutus: & instituit sibi hæredem dictum filium testatoris impuberem. postea impuberis hæres factus dicti Seij decessit in pupillari ætate, & sic Gaius substitutus ei, & non à Titio patre impuberis institutus habet hereditatem tam impuberis quàm patris sui. quæritur, vtrùm teneatur hic Gaius præstare legata prædicta à se relicta? Et dicitur quòd non: quia hereditas patris scilicet Titij non peruenit directò ad filium Titij impuberem, quia fuit exhæredatus: sed per successionem, quia ipse impubes successit dicto Seio instituto à patre impuberis. & idem esset multo magis si Titius instituisset vnum suum filium fratrem impuberis, & impuberem exhæredasset, & substituisset impuberi quendam extraneum, puta Gaium: & ab eo Gaio reliquisset legata quibusdam, & mortuo Titio frater institutus instituisset sibi hæredem dictum impuberem, & postea impubes decessisset in pupillari ætate, & sic habuisset Gaius hæreditatem: quia non teneretur substitutus Gaius soluere legata à se relicta, quia non directo, sed per successionem ad filium impuberem hæreditas patris peruenit. sed & si intestato mortuo prædicto fratre impuberis successit ei impubes retento eodem casu, nõ tenetur substitutus impuberi præstare legata à se relicta, & hoc propter eandem rationem. Vel aliter vt in glo.

Casum ponit.

f *Si pater.* Testator Titium extraneum instituit hæredem: filium pupillum exhæredauit: & ei pupillariter Titium institutum & Sempronium non institutum substituit: à quibus substitutis reliquit legatum. tandem Titius decessit instituto pupillo prædicto: & pupillus decessit in pupillari ætate. vnde bona patris habuit filius, & tandem substitutus: & tamen dicit quòd non valet legatum: & redditur ratio. Item dicit, si dictus pater alium filium maiorem instituit, qui postea fratrem exhæredatum instituit, vel ab intestato habuit eum pupillum hæredem: sicque bona patris ad pupillum, & per eum ad substitutũ peruenerũt: tamen nõ valet relictũ: vt hic, &.C.eo.l.cum quidã. Sed quid erit de relictis à Titio dandis? Dicũt quidam aliud. ſ. vt valeant, & præstentur à substituto. Alij dixerũt idem quod hic. & sic fallit quod dicitur. ſ.eo. l.si fuerit. quia ab hærede hæredis potest legari. Accursius.

g *Plus.* id est, non tantum in extraneo, sed & in fratre. q.d. hoc plus tibi dico & in fratre &c. Vel dic plus.i. promptius. Accursius.

h *Eius.* scilicet exhæredati.

i *Bona fratris.* scilicet facta. quod ergo nõ valet à principio non confirmatur ex postfacto: vt infra, de reg.iur.l.quòd ab initio & facit ad.l.ſ.situ.ij.l.antepe. & j.ad legẽ Falc. qui fundũ.§.qui filio. &.ſ.e.l.ij. Accursius.

SI pater[f] exhæredato filio substituit hæredem extraneũ, deinde ille extraneus hũc filium hæredẽ instituat, & hæres factus intra pubertatem decedat: puto à substituto ei filio omnino legata præstari nõ debere: quia nõ directò, sed per successionẽ ad filium hereditas patris peruenit. Plus[g] ego in fratre, qui cum hæres extitisset patri, exhæredatũ fratrem hæredem instituit: accepi substitutũ eius[h] legatũ non debere: ac ne quidẽ, si intestato fratri successerit: quia nõ principaliter, sed per successionem bona fratris[i] ad eum peruenerunt.

Quod operatur propositum in proposito: operatur oppositum in oppositio. Barto.

¶ Si filius[k] ex vncia hæres institutus sit, & ab eo legata data sint, habeat & substitutũ[l]: deinde cõmisso edicto per alium filium, accepit partis dimidiæ bonorum possessionẽ substitutus eius: vtrùm ex vncia legata præstet, an verò ex semisse[m]?

Si filius.] CASVS. Titium filium meũ impuberem institui mihi hæredem in vna vncia, & ei pupillariter substitui Seium extraneũ & à dicto meo filio reliqui legata quibusdã, quæ quidem videntur repetita tacite à dicto suo substituto: & alium meum filiũ emancipatũ præterij: qui emancipatus vocabat Gaium & quẽdam extraneum nomine Sépronij. stitui mihi hæredem in vndecim vnciis, vnde per ꝓdicta apparet cõmissum esse edictũ contra tabulas per filium meum prædictum emancipatum præteritum, & taliter cõmissum dictum edictum, quòd non solum ipse emancipatus, sed etiam frater suus impubes & hæres in vncia institutus potest petere bonorũ possessionem cõtra tabulas meas. petit ergo filius impubes bonorum possessionem contra tabulas: & ita factum est quòd dictus extraneus in.xj.vnciis institutus est ab hereditate mea exclusus & impubes & frater suus prædictus diuiserunt hæreditatem meam per medium inter se. postea decessit impubes in pupillari ætate, & ita medietas hæreditatis meæ peruenit ad substitutum impuberis, id est, ad Seium prædictum. Certè substitutus prædictus tenetur præstare legata ab impubere relicta, non pro vncia tantum, in qua fuit institutus impubes, sed etiam pro medietate hæreditatis quam habebat ex persona impuberis mediante beneficio bonorum possessionis contra tabulas, scilicet illis legatariis qui sunt de liberis vel parentibus mei testatoris, vel sunt de aliis exceptuatis personis quæ sunt numeratæ. j. de lega. præt. bonorum poss. contra. tabu. pe. l. j. sed reliquis legatariis præstabit legata habito respectu ad vnciam tantum in qua impubes institutus fuit. Sed retento eodem casu pone impuberem à me institutum in vnciis, & dictum extraneum institutum in tribus vnciis, & cõmisso edicto per dictum fratrem impuberis emancipatum, & à me præteritum accepisse dictum impuberem sex vncias tantum per bonorum possessionem contra tabulas, & ita minus quàm prius haberet. Certè substitutus prædictus impuberis non præstabit legata aliquibus nisi habito respectu ad sex vncias tantum, & non ad nouem in quibus fuit impubes institutus. sicut enim dictum est augeri legata à substituto præstanda in primo casu huius. §. ex eo quòd per bonorum poss. contra tabu. plus accepit impubes, quàm fuerit illud in quo fuit institutus: sic & vbi minus accepit per bonorum posses. contra tabu. quàm fuerit illud in quo fuit institutus, vt dictũ est in secundo casu huius. §. debent minui legata. Vi.

k *Si filius.* scilicet impubes. & dic quòd pater filium impuberem in vnam vnciam instituit: alium emancipatum præteritpupillo substituit pupillariter: & à pupillo legata reliquit. sed emancipatus rumpit per contra tabu. testamentum, & sic aperuit viam succedendi ab intestato etiam pupillo instituto, sicque pupillus ab intestato succedit. quæritur, qualiter ipse vel eius substitutus debit legata?

l *Et substitutum.* à quo saltem tacitè relictum intelligitur repetitum: vt supra, titu.ij.l.licet imperator.

m *Ex semisse.* nam non eo minus succedit ex pupillaribus substitutus, quòd testamentum paternum sit ruptum: quia hic filius

BIU Cujas

filius ex testamento succedere valens maluit ab intestato succedere: nec pro eius parte, sed fratris tantum fuit ruptum testamentum: vt.ſ.de vulga.ſubſti.l.ij.§.planè.&.l.ex duobus.§.fi.&.l.ſeq. & ſupra, de inofficio.teſta.l.Papinianus.§.ſed nec impuberis.

a *Ex reliquis.* ſcilicet quinque vnciis.

b *Et parentibus.* & quibuſdã aliis coniunctis: vt infra, de legat. præſtan.l.j.&.ij.&.iij. Accurſius.

c *Inſtitutus.* ſcilicet impubes à patre, cui eſt pupillariter ſubſtitutus ab eo. Accurſius.

d *Bonorum poſſeſſione.* vt in primo caſu.

e *Deducitur.* vt in ſecũdo. & caue tibi, quia hic.§.nil facit cũ principio huius legis. Item not. hic argumentũ eſt ad numerũ vnciarum: hæreditas tamen totalis nec ſit maior, nec minor. Item nõ obſtat.ff. ad legẽ Falci.l.in quãtitate, vbi non prodeſt augmentum nec nocet deminutio legatariis: quia de alio augmento hic dicit. & facit ad hũc ſ.infra, de contra tabu. l.iij.§.ſi quis. &.l.non potuit.§.fina.&.l.ſi ex duobus.& infra, de collat.bono.l.j.& infra, de lega. præſtan.l. filium. ſcrit.&.l.legatus.& ſupra, cod.l.cum patronus.& ſupra, tit.j.l.cum pater.§.cum exiſtimaret.& ſupra, cod.l.poſt emãcipationẽ. in prin. &.j.ad legẽ Falcidiã.l. in ratione.§.ij.&.ſ. vbi pupil. educ. de.l.iiij.in fin.& ſupra, de adopt. per adoptionem. Accurſius.

Finit liber trigeſimus ſecundus Digeſtorum ſeu Pandectarum.

Et verius eſt ex ſemiſſe: ſed ex vncia, omnibus: ex reliquis[a], liberis & parentibus[b]. Contra quoque, ſi ex dodrante inſtitutus[c] cõmiſſo edicto ſemiſſem acceperit bonorum poſſeſſionem: ex ſemiſſe tantùm legata ſubſtitutus debebit. Quo modo enim augetur*, vbi amplius eſt in bonorũ poſſeſſione[d]: ſic & vbi minus eſt, deducitur[e].

Digeſtorũ

ſeu Pandectarum Liber trigeſimus tertius.

DE ANNVIS LEgatis & fideicommiſsis.

TITVLVS I.

I. POMPONIVS libro quinto ad Sabinum.

SVm in annos ſingulos q̃d legatũ ſit, neque adſcriptũ quo loco detur: quocũq; loco petetur, dari debet: ſicuti ex ſtipulatu aut nomine facto peteretur[f].

Si mora particularis aufert commodum totius partis, obligatio ſtatim ad totale intereſſe committitur. Bartolus.

II. IDEM libro ſexto ad Sabinũ.

INannos ſingulos hæres dãnatus ſinere me[vti]frui fundo[g]: ſi initio[h] anni quo colere deberem, moram fecerit: licet poſtea patiatur, (quia cultura ſim excluſus) tamen totius anni nomine mihi tenebitur: quẽadmodũ[&] ſi diurnas operas Stichi dare dãnatus, non à mane, ſed à ſexta diei hora det[i], totius diei nomine tenetur.

Legatum annua bima trima die debet præſtari per annuas præſtationes æquales, niſi alia mens teſtatoris appareat. Bart.

III. VLPIANVS libro viceſimoquarto ad Sabinum.

SI legatum ſit relictum annua bima trima die, (triginta fortè[k]) dena per ſingulos debentur annos, licet nõ fuerit adiectum, *æquis penſionibus*. proinde & ſi adiectum fuerit, *penſionibus*, licet non ſit inſertum, *æquis*: item & ſi ſcriptũ fuerit, *æquis*, licet non ſit adiectũ, *penſionibus*: dicendũ erit æquas fieri. ſed ſi adiectum ſit, *penſionibus inæquis*: inæquales debebũtur.

Quæ ergo debeãtur, videam[l]. Et puto eas deberi (niſi ſpecialiter[l] teſtator electionẽ hæredi dedit) quas* vir bonus fuerit arbitratus: vt pro facultatib' defuncti, & depoſitiõe* patrimonij debeãtur. Sed & ſi fuerit adiectũ, *viri boni arbitratu*: hoc ſequemur, vt ꝓ poſitione* patrimonij ſine vexatione[m] & incõmodo[n] hæredis fiat. Quid ſi ita, *Penſionibus quas putauerit legatarius*? an totũ petere poſsit, videamus. Et puto totũ nõ petendũ ſimul: ſicut & in hęredis electione.[o] fieri enim pẽſiones

A idem eſt in hoc alio caſu. damnauit hæredem ſuum Titius vt daret mihi diurnas operas Stichi ſerui ſui. hæres in quodam die Iouis pone, non permiſit Stichum venire ad laborandũ ad vineam meam in mane, ſed miſit eũ in ſexta hora diei. Certe tenetur mihi ad æſtimationẽ totius diei. nam non videtur mihi dediſſe aliquid de dicta opera in dicta die, cum nõ dederit in mane: nec ꝓdeſt ei ad excuſationẽ ſi paratus eſt dare ſequẽti die per totam diem operam dicti ſerui. Viuianus.

g *Fundo.* quod perinde eſt ac ſi vſusfructus relinqueret: vt.ſ. de vſufru. l.ſi quis ita. &.j.tit.j. l.patrimonij.

h *Si initio.* igitur in initio anni eſt ſoluendum. quod dic vt not. C. quãdo dies leg. ced. l.j. ad quod eſt.ſ.loca. ſi in lege.§.colonus. & de dolo.l.rem quãdã.

i *Det.* id eſt, dare paratus ſit in primis ſex horis: vt infra, de opelib. l.iij.& facit.ſ.titu.j.l.is qui. &.j.titu.j. l.vj. & infra, de verb. ſigni.l.ij.§.j.& de vſufru.l.quæſitum.

†*Iſta lex eſt multum nota. & ſingularis ſecundum Bart. hic.*

Si legatũ.] CASVS. SLegaui Titio.xxx. libras Bonoñ. annua bima trima die æquis pẽſionibus. certe in quolibet trium annorũ debet habere Titius ab hærede meo.x.& idem eſt ſi non poſui in legato dicta verba, equis penſionibus &c. & idẽ ſi dixiſſem, Lego Titio.xxx. libras Boñ. annua bima trima die pẽſionibus. & idem ſi dixiſſem, æquis. & nõ ap poſuiſſem ibi, penſionibus. nam ſemper habebit.x. quolibet anno. ſed ſi ita dixiſſem, Lego Titio.xxx. annua bima trima die in æquis penſionibus, inæquales penſiones ſiue partes dabũtur ei quolibet de dictis tribus annis in dictis.xxx.& certe arbitrio boni viri. ſ. vt inſpiciantur facultates defuncti, & diſpoſitio eius patrimonij. & idem ſi expreſsiſſem ego teſtator dandas penſiones Titio arbitrio boni viri. Sed quid ſi ita dixiſſem, Lego Titio.xxx. annua bima trima die penſionibus quas putauerit idem legatarius? certe nõ poterit petere Titius tota-xxx. in primo anno. volui enim fieri portiones de dictis.xxx. per ſingulos de dictis tribus annis, & poſui in arbitrio legatarij ſolũmodo quantitates penſionũ, & quod dixi in legatario, idem eſt in hærede, vt ſi poſuiſſem in dicto legato hæc verba, penſionibus quas putauerit hęres, non poſsit differre hęres ſolutionẽ dictorum.xxx. vſque ad finem triennij. ſi auté ita dixiſſem, Hæres meus Titio.x. trima die dato. perinde eſt ac ſi dixiſſem. annua bima trima die. vnde quod dictũ eſt in.xxx. dicto Titio legatis, erit in dictis decem. [*SI CVI CERTA.*] Legaui Titio.c.& donec ei præſtentur per hæredem meum, iuſſi eidem Titio præſtari quolibet anno.x. nomine vſurarum. Certe legatum de.c. valet, & etiam legatum vſurarum prædictarum ſi eſt intra legitimum modum vſurarum. aliàs non. Viuianus.

Sine vexatione. ſcilicet magna. Accurſius.

Et incommodo. intolerabili: vt.j. de verb. ſign. l. nepos. Accur.

In hæredis electione. ſcilicet diceremus hęredẽ non poſſe totam præſtationem

DE ANNVIS LEGATIS & fideicommiſsis.

Vm in annos.] CASVS. Legaui Titio centũ corbes frumenti in annos ſingulos, & nõ dixi in quo loco ſoluat ei hęres meus quolibet anno. Certe tenetur ei ſoluere hæres meus vbi ipſe hæres habet domiciliũ, & vbi eſt maior pars hæreditatis. quocunque ergo loco de his duobus petat ab eo Titius legatarius, debet ei dare. nam & ita eſſet ſi promiſiſſem Titio per ſtipulationẽ dictos centum corbes frumenti ſingulis annis, vel alio modo eſſem debitor in dictis centũ corbibus frumenti annuis. Viuianus.

Peteretur. ſ. iure-peti autem poteſt abſque fori præſcriptione vbi teſtator voluit, & vbi hæres habet domicilium, & vbi eſt maior pars hæreditatis, & vbi cœpit ſoluere vel reſpondere: vt.ſ.de iudi.l.ſi fideicommiſſum. in princip. &.§.fina. &.l.quamuis. &.l. ſeq. & not. in.l.quod legatur. & ſupra, de tranſact. cum hi.§.cauſa. & facit ſupra, ſi cer.peta.l.vinum. Accurſius.

In annos.] CASVS. Damnauit hæredem ſuum Titius vt ſineret me vti frui fundo Titiano ipſius Titij in ſingulos annos, id eſt, reliquit mihi vſumfructũ in fundo ſuo Titiano. hæres Titij non permiſit me colere dictum fundum tempore quo debebat coli. certe tenetur mihi ad æſtimationem fructuum omnium qui in dicto anno potuiſſent eſſe collecti ex fundo ſi permiſiſſet mihi eum colere eo tempore quo debebat coli. nec prodeſt ei ad excuſationem ſi paratus eſt permittere me colere poſtea in eodem anno dictum fundum: quia non permiſit ei tempore quo debuit. Et

Flo. qui

aliàs. portione.

Vulg. portione

BIU Cujas

Annua, bima, trima die soluere, quid sit.

præstatione differre vsq; ad triēnij finē. Sic ergo per.l.istā exponūtur leges quę dicūt ānua bima trima die aliquid soluēdū: vt. C. de rei vxo. act. l.j.§. exactio. &.ſ. de pig. act. l. ſi neceſſarias. §. ſi annua. &.ſ. de pac. dota. aliud. & de contrah. emp. ſed Celſus. §. j. Ac.

a *Vſuras.* ſcilicet certas: vt patet: quia dicit certum &c. aliud ſi non expreſsiſſet certū quid, vel certam quantitatem: ſed ſimpliciter dixiſſet vſuras: vt. ſ. de vſur. l. quod in ſtipulatione. &.ſ. de iure dot. l. cum poſt. §. gener. & infra, de verbo. obliga. l. triticum. &. l. ita ſtipulatus.

b *Præſtari.* ab hęrede.

c *Probabilē.* Quis eſt probabilis [a]? Reſpon. vt. C. de vſur. l. eos. & ſic etiam per teſtamentum non debetur vſura vltra legitimum modum. & facit ſupra, de vſur. l. placuit.

a Id proba bile eſt qđ per ſe vel aliis iunctū facit admiculū. Sali. in .l. ad ꝓbationē. ſ. C. de ꝓba.

I in ſingulos.] *C A S V S.* Legaui Titio. x. in ſingulos ānos. certè cuiuſlibet āni vnum eſt legatum, & primi anni eſt purum legatum: ſequentium autem annorū legata ſunt conditionalia: quia ineſt conditio, ſi viuat legatarius. vnde primum tranſit ad hæredem legatarij: ſequentia autem non. quod eſt notandum. quod vltimū eſt verum vbi legatarius ante mortem ſuam tetigiſſet de ſecūdo anno, vel tertio, vel quarto, vel quinto, vel ſexto, vel de alio. nam tūc bene tranſmitteret ad hæredem ſuū, vt in caſu ſequen. Viuianus.

d *Non tranſire.* ſecus in aduocatis fiſci: vt. C. de aduo. diuer. iudi. poſt duos. ſed dic, immo conſonat huic. Item quod dicit hic, verum eſt niſi exonerādi hæredis gratia fuerit legatum per annos diuiſum: vt infra, quando dies leg. ced. l. nec ſemel. circa princip. &. l. ſi cum præfinitione. in princip. &. l. Firmio. §. fi. quæ ſunt contra. Vel ibi cum non cauſa alimentorum fuit relictum, hic ſic. Vel in. l. ſi cum præfinitione. certum tempus fuit adiectum. prima vera. Item ſecus in ſtipulatione quàm hic dicat in legato: quia facta ſtipulatio etiam in ſingulos annos vna eſt, nec finitur morte ſtipulatoris. Idem in donatione cauſa mortis: vt infra, de verb. oblig. l. ſi Stichū. §. j. & de do. cauſa mor. l. ſenatus. §. fi. & ſic quantū ad præſcriptionē tēporalem facimus differentiā inter legatum relictum in ſingulos annos, & ſtipulationē: licet. M. & B. inter ſe diſſentiētes aliter dicāt: vt no. C. de præſcrip. xxx. an. l. cū notiſsimi. §. pe. Ité facit. j. quādo dies leg. ce. l. cū in annos. &. j. eo. in ſingulos. &. l. cū in annos. & j. tit. j. l. cū vſusfructus. &. j. ad leg. Fal. l. j. §. ſi in annos. Accurſius.

debere teſtator voluit: quantitates dumtaxat penſionū in arbitriū hæredis aut legatarij cōtulit. Sed ſi ita ſit legatū, *Hæres meus Titio decē trima die dato.* vtrū penſionibus, an verò poſt triennium debeatur? Et puto ſic accipiendum, quaſi paterfamiliàs de annua bima trima die ſenſiſſe proponatur.

Vſura etiam in vltima voluntate nō poteſt legitimum modum excedere. Bartolus.

ſ Si cui certa quantitas legetur, & quoad pręſtetur, in ſingulos annos certum aliquid, velut vſuras, [a] iuſſerit teſtator præſtari: [b] legatum valet. Sed in vſuris hactenus debet valere, quatenus modum probabilem [c] vſurarum non excedit.

Legatum annuū pro primo anno eſt purum: pro ſequentibus eſt conditionale. Bar.

IIII. PAVLVS libro ſexagesimo ſecundo ad Edictum.

SI in ſingulos annos alicui legatū ſit, Sabinus (cuius ſententia vera eſt) plura legata eſſe ait, & primi anni purū, ſequentium conditionale. videri enim hanc in eſſe conditionem, *Si viuat*: & ideo mortuo eo ad hęredem legatum non tranſire. [d]

Sufficit vltimum annum eſſe cœptum vt legatum annuum pro illo anno tranſmittatur. Bartolus.

V. MODESTINVS libro

A Vobis.] *C A S V S.* Inſtitui mihi quatuor hæredes pone: & à duobus ex eis dedi multa legata quibuſdā. & poſtea ita dixi. A vobis quoq; cæteri hæredes peto vt vxori meę pręſtetis quoad viuet. x. aureos annuos. me mortuo vxor mea vixit per quinq; annos, & quatuor męſes de ſexto anno: & deceſsit. Certe debēt habere hæredes ſui integrū legatum ſexti anni. in initio enim cuiuſlibet anni cedit dies annui legati. & hoc dicit. Viuianus.

e *Deberi.* cedit enim dies huius legati in initio cuiuſlibet anni: vt. j. eo. in ſingulos. ſed non videtur deberi niſi pro rata anni ſexti: vt. ſ. de vſufru. l. ſi operas. &. l. ſed & ſi quis. §. ſi operas. Solu. ibi delicto fuit amiſſus vſusfructus, ſcilicet capitis deminutione: hic morte: vt arg. j. eo. l. in ſingulos. &. ſ. quib. mo. vſusfru. amit. l. j. §. ſi non mors. Vel ſol. vt ibi. Ité facit. j. de ſtipū. ſer. l. ſeruus cōmunis. §. cum ſeruus. &. C. de aduo. diuer. iudic. poſt duos. §. his. &. j. eo. l. filiæ. Argu. contra. C. de aduo. diuer. iudi. petitionem. §. quando.

ADDITIO. Pro ſolutione huius contrarij dic vt dicit gl. quia nihil ad hæredem tranſit: ſubaudi, niſi ſalarium illius anni. & no. in. l. poſt duos. eo. tit. ſecundum Bar.

Annuam.] *C A S V S.* Titius reliquit in ſuo teſtamento ciuitati Bononiæ annuas. c. libras Boñ. cauſa faciendi curri pallium ad portheeam & roncinum & accipitē in caſſatacula: cui ludo, ſeu quibus ludis voluit pręſidere hęredes ſuos. poſt mortem huius Titij hæredes ſui præſtiterunt communi Bononiæ centū libras quolibet anno, pone per quatuor annos: & quolibet anno præfuerunt dicto ludo fieri faciendo: & poſtea deceſſerunt. petit in ſequenti anno commune Bononiæ ab hæredibus dictorum hæredum Titij vt dent ei. c. libras cauſa faciendi dictum ludum. dicunt hæredes hæredum: Nos non tenemur amplius præſtare. c. quia hæredes Titij, quorum hæredes ſumus, non poſſunt præſidere ludo, ſicut teſtator præcepit. Certe dicitur hic quod nō obſtante allegatione hæredum debent. c. præſtare communi Bononiæ quotannis, id eſt, ſingulis annis in perpetuum. & ita quamuis morte legatarij pereat annuum legatum, vt. l. proxi. nó tamen morte hæredis, vt hic. Vi.

f *Ad ludos.* ſacros cubus honeſtas & verecundia moribus caſtis ſeruata perſeuerat: vt. C. de ſpecta. l. j. & de meiuma. l. j. lib. xj. Azo. aliud ſi ad impudicos. nā tūc nó in perpetuū præſtaretur, ſed nullo modo, vel in aliud opus reipub. expenderetur: vt. j. de admini. rerum ad ciui. perti. l. legatum. §. fi. Accurſius.

g *In perpetuum.* plus ergo eſt in hoc legato quàm in vſufru. legato: quia tempore finitur: vt. j. tit. j. l. ſi vſusfru. l. municipibus. ſecundum R. & facit. ſ. tit. iij. l. ciuitatibus. &. j. eo. l. pe. &. j. de verb. oblig. l. ſi Stichum. §. j. Accurſius.

Quintus.] *C A S V S.* Titius inſtituit ſibi hæredes duos ſuos filios, & duas ſuas filias: & Seium extraneū & Gaium & Martinum dedit tutores dictis ſuis filiis: quia impuberes erāt. & ita poſtea ſubiunxit in teſtaméto, filij filiæq; meæ ibi morētur vbi vxor mea eorum mater eos morari volet: eiſq; filiis & filiabus meis Seius prædictus hæres meus in annos ſingulos, inq; pueri puellāſq; ſingulas det nomine cibarij aureos. x. Mortuo iſto Titio teſtatore mater dictorū puerorū poſuit eos ad ſtandum & ad morandum cum Sempronio. venit nunc Sempronius apud quem collocati ſunt pueri, ad Seium hæredem & Gaium & Martinum tutores: & petit ab eis. x. aureos pro hoc anno, pro cibariis dictorum puerorū. dicit Seius hæres tutoribus, Accipiatis ſi vultis. x. aureos de hæreditate, & date Sempronio. dicunt tutores, Nos nolumus ei aliquid dare. Modo quæritur, nunquid actione ex teſtaméto poſsit agere Sępronius ad dictos. x. aureos? Et dicitur quod nó vſq; illuc, Póponius &c. & dimitte ibi. & vade. j. per. xx. lineas ibi, itaq; hæc Quinti Mutij &c. & ibi recipilogat & examinat dicta verba Titij teſtatoris, filij filięq; meę ibi morētur &c. & illa, eis quæ hæres meus &c. Et dicit quod dicta prima verba non pariunt aliquam obligationē: ſcilicet vt omni modo teneantur filij ibi morari vbi pater iuſsit, vel mater ex iuſſu patris: ſed pertinent dicta verba ad conſeruandam auctoritatem defuncti. vnde ſecundum iuſsionem iudicis debent morari vbi pater iuſsit, vel mater. ex iuſſu patris autem non debent morari. Quid enim ſi iudex cognoſcit

VI. IDEM libro vndecimo Reſponſorum.

ANnuam pecuniam ad ludos [f] ciuitati reliquit, quib' præſidere hæredes voluit. ſucceſſores hæredum negāt ſe debere, quaſi teſtator tamdiu præſtari voluiſſet, quamdiu præſiderent hæredes. Quæro igitur, cum præſidēdi mentionem fecerit: ad tempus fideicommiſſum, an perpetuò præſtari voluerit? Modeſtinus reſpondit, fideicommiſſum quotannis in perpetuum [g] reipublicæ præſtandum eſſe.

Diſpoſitio reſpiciens ſolam auctoritatē defuncti, non commodum alterius: non iure actionis, ſed per officium iudicis effectui demandatur. Bartolus.

VII. POMPONIVS libro octauo ad Quintum Mucium.

QVintus Mucius ait: Si quis in teſtamento ita ſcripſit,

decimo Reſponſorum.

A *Vobis quoque cæteri hæredes peto, vt vxori meæ præſtetis quoad viuet, annuos decē aureos.* vxor ſuperuixit marito quinquēnio, & quatuor menſibus. Quæro, an hæredibus eius ſexti anni legatum integrū debeatur? Modeſtinus reſpondit, integri ſexti anni legatum deberi. [e]

Propter mortem executoris legatū annuum non extinguitur. Bartolus.

B

C

D

BIU Cujas

gnoscit nunc esse Sodomitas vel adulteratores illos, apud quos iussit pater filios suos morari, vel mater ex iussu patris: quod quidem pater nesciebat tépore quo fecit testamentū? Certe non debet permittere iudex apud illos morari. Item dicit ibi, si autē pro cibariis &c. quamuis dictum sit in principio legis quòd Sempronius apud quē filij collocati erant, non potest agere ad. x. aureos actione ex testamento contra tutores: rāmen ita distinguo, aut sunt relicti. x. aurei gratia filiorum, aut gratia Sempronij prædicti. primo casu potest agere Sempronius contra tutores iudicis officio si ipse Sempronius erat bonus homo. gratia autem puerorum semper præsumuntur relicti dicti. x. aurei, nisi contrarium appareat. secundo casu potest agere Sempronius bonus homo existens actione ex testamento. & hoc vsque in finem legis. Modo reuertaris ad versiculum, Pomponius &c. & ibi ponit quædam exempla de iis quę pertinent ad auctoritatem testatoris, & non ad obligationem, puta instituto te solum hæredē, & iussi tibi vt faceres mihi monumētū quod constet centum. Certe potes facere monumentum, si vis, alias non cogeris. secus si haberes cohæredem retēto eodem casu: quia tunc posset te cogere cohæres tuus actione familiæ erciscundæ. sed & si tu & cohæres tuus paratus sit pro sua parte facere, potest te cogere pro tua. Secundum exemplum est cū iussi hæredi meo vt ponere in municipio imagines, nā nō potest cōpelli nisi gratia honoris municipij hoc iussisset. Viuianus.

a *Eisque.* hæc est duplex. nam vel filiis, vel illis apud quos debent ali, potest attribui: vt in fin. l. Item potest esse quòd soli filij, vel quòd soli alij, vel etiam tertio quòd filij cum aliis sunt hæredes. Item & not. duo præcepta: Vnum vbi debet morari: aliud de alimentis.

b *Agere possit.* ille apud quem erunt, scilicet aliqua actione, sed iudicis officio: vt. j. in fine dices. Azo.

c *Vti possint.* ſ. si velint. sed nō cōpelluntur nisi vt in fine dicet.

d *Pomponius.* circa prædicta clarius respondens, & præmittens duo similia. primum de monumento: secundum de imagine.

e *Si velis facere.* immo & pontificali auctoritate, vel iudicis officio est cogendus: vt supra, de peti. hære. hæreditas. §. fi. & ſ. fami. erciscū. l. his cōsequenter. §. sed & si. & infra, ea. l. in fi. Accur.

f *Interest illius.* quia ibi sepeliret: vt. ſ. de reli. l. familiaria. &. l. seq.

g *Habebitis.* scilicet si alteruter vestrum parere voluerit: aliquin communis culpa a poterit opponi agenti: vt. ſ. de lega. j. nisi. §. j. &. ſ. de lega. ij. l. cum pater. §. libertus. Accursius.

h *Nulli competit.* etiam si ad eius commodum aliquis sibi præferat. & facit infra, de priuileg. credi. l. Aufidius.

i *Itaque.* redit ad primum casum huius legis.

k *Iusserit.* facit. ſ. de admini. tuto. l. quidam decedens. §. vsque. & de consti. tuto. l. vtilitatem. & vbi pupil. edu. de. l. j. Accursius.

l *Hoc sermone.* eisq; hæres meus in annos &c. vt supra, in prin. huius legis.

m *Debeatur.* quod potest præsumi si sunt alij hæredes vel etiam cohæredes his pueris, & ex annuis cibariis decē pro magna parte superabundabit: & sic habet locum actio ex testamento. si autem soli filij, tunc officio iudicis tantum, vel actione ex testamento, si gratia eorum apud quos morari debent, est relictū.

n *Vtile.* scilicet visū. Accursius.

o *Videatur.* nisi aliud liqueat. Accursius.

Filij filiæque meæ ibi sunto, vbi eos mater sua esse volet: eisq; a hæres meus in annos singulos, inque pueros puellásque singulas damnas esto dare cibarij nomine aureos decē. si tutores eam pecuniā dare nolunt ei apud quē pueri atq; puellæ sunt, nihil est quod ex testamēto agere possit. b Nā ea res eò pertinet, vti tutores sciant quæ voluntas testatoris fuit, vti possint c eā pecuniā sine periculo dare. Pomponius. d In testamentis quædam scribuntur quæ ad auctoritatem scribentis dūtaxat referuntur, nec obligationem pariunt. hæc autē talia sunt, Si te hæredē solum instituam, & scribā vti monumētū mihi certa pecunia facias. nullam enim obligationē ea scriptura recipit: sed ad auctoritatē meam conseruandā poteris, si velis, facere. e aliter atq; si cohærede tibi dato idē scripsero. Nam si te solū damnauero vti monumentum facias, cohæres tuus agere tecū poterit familiæ erciscundæ vti facias: quoniā interest illius. f quinetiam si vtriq; iussi estis hoc facere, inuicem actionē habebitis. g Ad auctoritatē scribētis hoc quoq; pertinet, cum quis iussit in municipio imagines poni. Nam si non honoris municipij gratia id fecisset, sed sua: actio eo nomine nulli competit. h Itaque i hæc Quinti Mucij scriptura, *Liberi mei ibi sunto, vbi eos mater sua esse volet.* nullam obligationē parit: sed ad auctoritatē defuncti conseruandam id pertinebit, vt vbi iusserit, ibi sint. Nec tamen semper voluntas eius aut iussum cōseruari debet, veluti si prætor doctus sit nō expedire pupillū eo morari vbi pater iusserit, k propter vitium quod pater fortè ignorauit in eis p̄sonis esse apud quas morari iussit. Si autem pro cibaris eorum in annos singulos aurei decem relicti sint: siue hoc sermone l significātur apud quos morari mater pupillos voluerit, siue ita acceperimus hūc sermonem, vt ipsis filiis id legatū debeatur m: vtile n erit. Et magis enī est vt puidētia filiorū suorū hoc fecisse videatur. o Et in omnib' vbi auctoritas sola testatoris est, neque omnimodo spernenda, neque omnimodo obseruanda est: sed interuentu iudicis hæc omnia debent (si non ad turpem causam referūtur) ad effectum perduci.

Legatū in annos singulos est simile legato vsusfr. nisi i trib⁹ quæ hac. l. ponūtur. Bar.

VIII. GAIVS libro quinto ad legem Iuliam & Papiam.

IN singulos annos relictū legatū simile est vsuifructui, cùm morte finiatur. p Sanè capitis deminutione nō finitur, q cū vsusfructus finiatur. & vsusfructus ita legari potest: *Titio vsumfructum fundi lego: & quotiensque capite minutus erit, eumdem vsumfructum ei do.* r Illud certè ampli⁹ est in hoc legato, quòd [in] ingressu cuiuslibet anni si decesserit legatarius, eius anni legatum hæredi suo relinquit: quod in vsufructu nō ita est, cū cuius anni, puta secūdi vel tertij vel quarti vel sequentium, illius anni totum legatū ad hæredem suū transmittit. in initio enim cuiuslibet anni cedit dies annui legati. Viuianus.

p *Finiatur.* vt & insti. de vsufru. §. finitur. &. ſ. e. l. si in singulos. secus in seruitutibus prædialibus: vt. ſ. quemadmo. ser. amit. l. iij.

q *Non finitur.* scilicet legatum in singulos annos relictum: quia legatum sequentis anni est aliud legatum: & sic istud habebit legatarius. plura enim sunt legata, & sic in capite cuiuslibet anni inspicitur an sit capax vel non: vt. ſ. eo. l. si in singulos. &. j. eo. cū in annos. sed secus est in vsufructu cum legatum est simplex, non in singulos annos. & secundum hoc expones capitis deminutione, scilicet maxima & media, non minima. & sic est cōtra. C. de vsufruct. l. corruptionem. Vel dic etiam minima si est relictus vsusfru. in singulos annos: secus si simpliciter: quia tunc non minima, vt ibi. Vel dic secundum iura vetera vt quocunq; modo relictus, scilicet vel simpliciter vel in singulos annos, pereat capitis deminutione etiam minima: hodie secus vt. d. l. corruptionem.

r *Ei do.* vt & supra, quib. mo. vsusfru. amit. l. si cum. &. l. repeti. in princip. & secundum R. hoc casu videtur perpetuo relictum si ciuitati vel templo sic relinquitur, nisi aratrū patiatur: vt. ſ. quib. mo. vsus-

BIU Cujas

mo.vsusfruc.amit.l.si vsusfruc.sed certe imò & alio modo potest finiri: vt ibi no.Accursius.

a *Non relinquat.* vt & no.institu. de re. diui.§.is vero. Et no.in princ.huius legis vnam conuenientiam: quia vtrũque morte naturali finitur. postea tres differentias. prima cum dicit, sane &c. secunda cum dicit, & vsusfru.&c. tertia cum dicit,illud certe. & facit ad legẽ istã.ſ.quib. mo. vsusfruc. amit. l.si vsusfruc. meus. &.ſ.de vsufruc. l.si quis ita. & l.defuncta.&.j.titu.j.l. patrimonij. &.j.ad legem Falc.l.pœnales.in princ.& supra,de capi. demi. l.legatum. &.C. quando dies leg.cc.l.j. & supra,de euictio.l.si rem quam.§.fin. &.ſ.si vsusfru.peta. l.vti frui. §.fin.&.ſ.eo.l.à vobis. & infra,eod.l.codicillis.&.j.titu.j. l.habitationis.&.l.licet.&.l.generali.Accursius.

*Halo.pignori

Fvndus.] *CASVS.* Duobus meis libertis legaui centum corbes vini,& centum frumenti in annos singulos, & iussi q̃ pro his legatis cõsequendis ab hærede meo haberent in pignore fundũ meũ Titianum.Me mortuo petebãt dicti liberti ab hærede meo vt caueret eis cum satisdatione de prestandis eis dictis legatis quolibet anno:& hæres noluit satisdare. Certe possunt & debẽt dicti liberti legatarij mitti in possessionem dicti fundi Titiani, & aliarum rerum hæreditariarum causa rei seruandæ,id est,legatorum seruandorum.& hoc dicit.Viuianus.

b *Petetur.* vt & supra, de transact. l.cum hi.§.si vni. nam testamento potest constitui pignus: vt & supra, de pigne.actio.l.non est.&.C.communia de leg.l.j.

c *Paulus notat.* scilicet esse verum quod dictum est.Vel dic notat, scilicet infra scripta.i.notabiliter dicit.Accursius.

d *Mittatur.* si non satisdetur.quinimo etiam in res hæredis post sex menses: vt.C.vt in pos.leg.l.certa.cum enim sit conditionale huiusmodi legatum, quoad sequentes annos debet satisdari: vt infra, ad legem Falc.l.j.§.si in annos.Accursius.

Seio amico.] *CASVS.* Titia habebat vnum suum bonũ amicum qui vocabatur Seius:cui Seio ipsa cõcesserat vnam suam domum ad habitandum, quia ipse multum bene se habebat circa negotia sua Titiæ. Item habebat hæc Titia tres filios: scilicet vnam fœminam,& duos masculos.hæc Titia fecit testamentum, & instituit sibi hæredes dictos suos filios, & filiam. & ita postea locuta fuit, Seio amico fidelissimo volo præstari annuos senos aureos & habitationem qua vtitur,si ipse voluerit interuenire negotiis filiorum meorum eodẽ modo sicut interueniebat meis negotiis.Mortua postea hac Titia ambo filij sui masculi decesserũt, & ita per casum mortis factum est quo minus dictus Seius posset interuenire negotiis omnium trium filiorum Titię testatricis.petit nunc Seius tertiam partem dictorum legatorum, dicens se paratum interesse negotiis filiæ Titiæ quæ viuit. filia Titiæ viuens dicit quòd non tenetur ei præstare: quia testatrix legauit ei sub cõditione si interueniret negotiis filiorum suorum qui erant tres. nunc autem non est nisi vna:ergo non potest interuenire negotiis omnium, sicut testatrix videtur voluisse: ergo non adimplet conditionem: ergo non potest habere legatum pro aliqua parte. sed certe ipsa male allegat:quia conditio adimplenda per Seium, bene recipit diuisionem,& pecunia legata eidem Seio bene recipit diuisionem.vnde bonum est quòd pro ea parte qua potest adimplere,& adimplet conditionem,pro ea habeat legatum. [*MEDICO.*] Legaui medico Sempronio ea quæ viuus ei præstabam. certe ea videor ei reliquisse quæ ei singulis annis præstare solitus

fructuarius etiã si maturis fructibus nondum tamen perceptis decesserit, hæredi suo eos fructus non relinquat[a].

Etiam res pignerata potest capi ex primo decreto.Bartolus.

IX. PAPINIANVS libro septimo Responsorum.

FVndus,quem paterfamiliàs libertis legatorum nomine quę in annos singulos reliquit, pignus* esse voluit:ex causa fideicõmissi rei seruandæ gratia rectè petetur[b].Paulus notat[c]: hoc admittendum est & in aliis rebus hæreditariis, vt & in eas legatarius mittatur[d].

Legatum relictũ ob causam determinatur secundum causam sibi annexam. Bar.

X. IDEM libro octauo Responsorum.

b *An pecuniæ.* scilicet tertia: quæ tertia pecunię effecta est, id est effici vel redigi potest rebus diuisis. debent etenim fieri tres partes de tota hæreditate: & æstimatio tertię debet dari.

c *Rerum.* commodam diuisionem recipientium. cæterum partim legatarij, & partim iudicis arbitrio committitur: vt supra, de lega. j. l. non amplius. §. fin. & l. sequenti.

† *Dic secus vbi nõ esset dare mediũ: tũc electio esset legatarii, nõ hæredis. Sa-li. in l. 2. §. sed & si quis. C. communia de lega.*

d *Æstimationis.* in pecunia, aut etiam in certa re pro omnibus, si hoc voluit hæres: vt supra, de leg. j. l. potest. & l. pe. & sic no. quòd hic liberatur soluendo æstimationem etiam eius quod legatum est. sic supra, de le. j. si domus. §. qui confitetur. &. §. sequen. & infra, de auro & argen. leg. l. j. §. fi. & l. cum certum.

e *Item quæsitum.* continua præcedẽtibus, & non habent quidam. §.

f *Mouentibus.* scilicet rebus. aliud si pro capite tributũ debeatur. Accursius.

g *Præstandam.* quandoq; tributa quæ ex re dãtur, de fructibus præstantur: vt Co. de an. & tribu. l. j. & ij. R. & no. supra, eo. l. quæro. æstimabitur ergo quanto minus valet propter onus tributi. nam Stichus nõ petet nisi ab hærede qui possidet: vt Cod. fine cen. vel reli. l. omnes. & sic fructuarius soluet tanto minus accipiendo: vt Co. de col. do. l. dotis. & infra, eodem. l. fina.

norum suorum vni ex hæredibus legauerat. [a] Quæsitum est, an pecuniæ [b] quæ ex rebus diuisis secundum æstimationem effecta est, tertia præstanda sit? Respõdit, hæredis esse electionem, vtrùm rerum, [c] an æstimationis [d] † vsumfructum præstare velit. Item quæsitum [e] est, an tributa præter ea quæ vel pro prædiis aut mouentibus [f] deberi & reddi necesse est, eximẽda sint ex quãtitate vt reliquæ dumtaxat pecuniæ, si hoc hęres elegerit, reddi debeat? Respondit, reliquæ pecuniæ tertiam præstandam. [g]

Legato generali habitationis vel vsusfructus nõ derogatur per legatum proprietatis. Bartolus.

XXXIII. IDEM libro septimodecimo Digestorum.

Sempronio ea quæ viuus præstabam, dari volo, is [h] etiam habitabat in testatoris domo, [i] quæ vni ex hęredibus prælegata erat. Quæsitum est, an habitatio quoq; debeatur? Respondit, nihil proponi cur non debeatur [k]. ¶ Ex his [l] verbis testamenti. *Libertis meis quibus nominatim nihil reliqui: quæ viuus præstabam, dari volo.* Quæsitum est, an libertis qui cum patrono suo in diem mortis habitabant, etiam habitatio relicta videatur? Respondi, videri.

Si hæres grauatur aliquid pati: intelligitur grauatus vt patiatur eo modo quo patiebatur defunctus. Bartolus.

¶ Codicillis ita scripsit, [m] *Negidium, Titium, Dionem, libertos meos senes & infirmos peto* [vt] *in locis, in quibus nunc agunt, senescere patiamini.* [n] Quæro, an ex hoc capite liberti suprascripti ex fideicommisso fructus [o] locorũ [in] quibus morantur, recipere debeant: cùm alia quæ eis specialiter legata sunt, sine controuersia consecuti sint? Respondit, verbis quæ proponerentur, id petitum, vt ad eum modum paterentur hęredes ibi eos esse, ad quem modum ipsa patiebatur. [p]

Fideicommissum relictum post mortem omnium, ab vltimo decedente videtur esse relictum. h. d. & est notabilis casus. Bar.

XXXIIII. IDEM libro octauodecimo Digestorum.

CODICILLIS fideicommissa in hæc verba dedit, *Libertis, libertabusq; meis, & quos ĩ codicillis*

Empronio.] CASVS. Dominus Ioseph tenebat in domo sua Vsupinum siue Sempronium. fecit testamẽtum dictus Ioseph, & instituit sibi hæredes Seium & Gaium: & Seio prælegauit dictam domum vbi habitabat Sempronius, & ita postea dixit: Sempronio dari volo ea quæ viuus præstabam. certè debetur Sempronio etiam habitatio. [EX HIS VERBIS.] Hic. §. planus est propter princ. huius. l. quia idem dicit. [CODICILLIS.] Titia instituit sibi hæredes Seium & Caium: & tribus suis libertis scilicet Negidio & Titio & Dioni, quos tenebat in quibusdam suis prædiis, multa legata reliquit: & postea fecit codicillos in quibus ita scripsit: Negidium & Titium & Dionem libertos meos senes & infirmos peto à vobis hæredibus meis vt patiamini eos senescere in locis in quibus nunc degunt. postea decessit dicta Titia, & hæredes sui soluerunt sine controuersia ea quæ specialiter legata fuerunt dictis libertis. modo petunt dicti liberti à dictis hæredibus fructus dictorum prædiorum in quibus morari solebant viua testatrice, & hoc propter dicta verba quę dixit testatrix in codicillis. nunquid possunt hoc petere liberti? & dicitur quòd sic, si testatrix viua existens permittebat eos accipere fructus de dictis fundis. & aliàs non possunt petere. & hoc dicit. Viuianus.

h *Is.* scilicet Sempronius.

i *Domo.* forsitan spatiosa. Accursius.

k *Non debeatur.* scilicet Sempronio habitatio, & similiter hæredi cui est domus prælegata: ideo quia concursus fit inter eos: sicut solet fieri cum alij fundus & alij vsusfructus legatur: vt supra eod. l. si alij. & cum alij vsus, & alij fructus legatur, quando concurrunt in vsu: vt supra, de vsufruct. l. si alij. & facit infra. §. j. & §. fin. & supra, tit. j. l. Seio. §. medico. &. §. fin. & quod ibi not.

l *Ex his.* fa. supra, in princi. huius legis. & supra, titulo. j. l. Seio. §. medico. &. §. fin.

m *Codicillis ita scripsit.* s. testatrix, si non est in ter.

n *Patiamini.* ô vos hæredes. Accursius.

o *Fructus.* qui fortè ex parte domus poterat percipi, vel orto seu alio loco quo vtebantur in domo liberti. Accursius.

p *Patiebatur.* fa. supra in princ. huius legis. & §. j. & supra, titu. j. l. Seio. §. medico. &. §. fina. & supra, tit. j. l. si tibi. & l. qui Marco. §. Lucio.

Codicillis.] CASVS. Titius fecit codicillos, & in eis ita dixit, Libertis libertabusque meis etiam quos in codicillis manumisi, fundum vbi me humari volui, dari volo: ita vt qui ex his libertis decesserit, portio eius reliquis accrescat, ita vt ad nouissimum libertum pertineat. post cuius nouissimi decessum ad rempublicam Arelatensium pertinere volo dictum fundum. & postea ita dixit dictus Titius: hoc amplius libertis libertabusque meis prædictis habitationes in domo mea Titiana pertinere volo quamdiu viuant: & diætas omnes quibus vti quisq; libertorum cõsueuit, habitet vnusquisque dictorũ libertorum: quam domum supradictam Titianam post mortem dictorum libertorum ad dictam remepubli. Arelatensium pertinere volo. & postea decessit dictus Titius. nunc quæritur hic de duobus. Primum est, vtrum ab hærede Titij qui fecit dictos codicillos, fideicõmis. fundi supradicti datum sit dictæ reipu. an vero à libertis? & respon. quòd ab illo de libertis videtur esse datum reipu. fideicommissum, qui vltimo decesserit. Secundum est, an defunctis quibusdam ex libertis prædictis quibus habitatio relicta erat, portiones domum prædictarum in quibus habitauerant, pertineant iam ad dictam rempu? Et videtur quòd sic: quia testator ita dixit, vt dictum est quam domum post mortem eorum ad rempubli. pertinere volo. & non repetiit in domus legato verba quæ dixerat in legato fundi. dixerat autem in legato fundi hæc verba, ita vt ad nouissimum libertum pertineat: post cuius nouissimi decessum ad rempublicam Arelatensium pertinere volo & cætera. Respon. tamen hic quòd donec aliquis dictorum libertorum viuat, non debetur reipubli. fideicommissum domus: quia dicta verba in legato primo fundi dicta videntur repetita in legato domus suę domuum. [QVI SEMPRONIAM.] Titius habens duas nutrices, scilicet Semproniam & Mæuiam, & habens Gaium alumnum, instituit sibi hæredem dictam Semproniam in decima parte hæreditatis suæ, & dictam Mæuiam in alia decima, & dictum Caium alumnum in reliquis partibus, & dedit curatorem dicto alumno Sempronium: quæ datio curatoris non valuit, tum quia alumnus non erat in sua potestate, tum quia in testamento dedit ei curatorem. putabat tamen testator valere dationem. & dicti Sempronij curatoris fidei commisse pateretur vendi fundum Titianum hæreditarium, sed cum dicta Sempronia & Mæuia reditu dicti fundi fruerentur: & in eodem Testamento adiecit, omnem voluntatem meam fidei hæredum meorum committo. & postea decessit dictus Titius testator. modo quæritur, an quælibet dictarũ mulierum possit petere tertiam partem vsusfructus dicti fundi ex fideicõmisso? Et videtur quod non: quia curator fuit eis associatus in fideicõmisso, qui iure, vt dictum est, nõ potuit dari alumno. Respõ. tamẽ quòd sic, & fruc-

BIU Cujas

& frueatur dictæ mulieres dicto fundo simul cum dicto alumno, & non cum curatore. Viuianus.

a *Manumiss.* aliàs, manumissurus: & aliàs, manumisero: aliàs, manumissum.

b *Ab his*, id est, ex his, id est, primo quàm alij decesserint. & ex hoc oritur prima quæstio. Accursius.

c *Hoc amplius.* p hæc verba & in fundo videtur repetere legatum: vt supra, de le. iij. l. fi. Accursius.

d *In domo.* dari volo. Accursius.

e *Pactia.* nomina duorum libertorum vel libertarum quibus solã habitationem reliquit.

f *Quisque.* aliàs, quisque. alias deest. & tunc subaudi, quisq;, scilicet eorum duorũ vel earũ. & dic, consueuit, scilicet testator: vel, cõsueuit ego testator. Accur.

g *Quibusdam.* sic loquitur quasi fuerit plures quàm duo. sed dic, id est, quodam. Accur.

h *Non deberi.* condi-tio enim primo legato apposita, scilicet in fundo primo legato, & in habitationis legato repetita creditur: vt infra, de conditio. & demonstra. l. auia. in prin. & l. illis libertis. & supra, de leg. iij. in repetendis. & supra, de condit. instit. l. cum seruus.

i *Item* ad legem istam bene est supra, de lega. ij. l. Titia Seio. §. Seio. & l. fi. §. filium. Accursius.

i *Putaret.* cum facere non possit, quia nõ est in eius potestate: vt infra, de tute. §. permissum. Item quia curator testamento non datur etiam ab eo qui habet in potestate: vt insti. de cura. §. dantur. Accur.

k *Frueretur.* aliàs, frueretur. scilicet alumnus. aliàs, fruerentur, scilicet alumnus & curator. Accursius.

l *Ei.* scilicet alũno. Accursius.

m *Receptus.* id est, datus fuerit: scilicet talis q nõ potest dari. vn de nec videbatur ab eo posse relinqui: sed tamen alumno potest relinquere: vt hic, &. §. de lega. j. l. peto. §. mater. &. C. de fideicõ. lectam. &. §. de lega. j. l. legata inutiliter. Accursius.

n *Vterentur.* scilicet pro virilibus partibus: vt supra, de leg. j. legata inutiliter. §. fina. & hoc facit enumeratio personarum facta propriis nominibus expressis: vt infra, de statulibe. l. ita. §. j. & supra, de leg. j. l. si hæredes. §. fina. & facit. §. de leg. ij. l. Lucius. §. Lucius. & supra, de vsufruct. accre. l. si quis Titio. &. §. de leg. j. l. seruus Titij. §. fina.

manumisi, a *fundum vbi me humari volui, dari volo: vt qui ab his* b *decesserit, portio eius reliquis accrescat, ita vt ad nouissimum pertineat: post cuius nouissimi decessum ad rempublicam Arelatensium pertinere volo. hoc amplius* c *libertis libertabúsque meis habitationes in domo* d *quamdiu viuent, Pactiæ* e *& Trophimæ diætas omnes quibus vti [qu sque* f *] consueuit, habitet: quam domum post mortem eorum ad rempublicam pertinere volo.* Quæsitum est, reipublicæ fideicommissum vtrum ab hærede, an à libertis datum sit? Respondit, secundum ea quæ proponerẽtur, posse ita verba accipi, vt eius legatarij qui nouissim' decederet, fideicommissum videatur. Idem quæsiit defunctis quibusdam g ex libertis quibus habitatio relicta erat, an portiones domus in qua* habitauerant, iám ad rempublicam pertineant? Respondit, quoad aliquis eorum viuat, fideicommissum reipublicæ non deberi h.

Fideicommissum relictũ à curatore quẽ quis putabat legitime datum: ab hærede scripto debetur. Bartolus.

QVi Semproniã ex parte decima, & Mæuiam ex parte decima, alumnum ex reliquis partibus instituerat hæredes: curatorem alumno dedit, cum iure facere putaret: i & curatoris fidei commisit, ne pateretur fundum venire, sed cum Sempronia & Mæuia nutricibus suis frueretur k reditu eius: & in ima parte testamenti ita adiecit, *Omnem volũtatem meã fidei hæredum meorum committo.* Quæsitum est, an tertias partes vsusfruct' fundi nutrices ex fideicõmisso petere possint, quamũis curator ei l receptus m sit, quẽ iure dare non potuit alumno? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, vtiliter fideicommisso voluntatem suam confirmasse. Id igitur cuique dedisse, vt & nutrices vnà cum alumno reditu fundi vterentur. h

Licet extiterit conditio, tamen expectanda est dies quæ superest. Bartolus.

XXIV. IDEM libro vicesimo secundo Digestorum.

VXori vsumfructũ villæ legauit in quinquennium à die mortis suæ: deinde hæc verba adiecit: *Et peracto quinquẽnio, cum eius vsusfructus esse desierit, tũc eum fundũ* o *illi & illi libertis dari volo.* Quæsitum est, cum vxor intra quinquennium decesserit, an libertis proprietatis petitio iam, an verò impleto quinquennio competat, p quia peracto quinquennio testator proprietatem legauerat? Respondit, post completũ q quinquennium fundum ad libertos pertinere.

Qui habet ius in re, in dubio videtur legare rem respectu iuris quod habet, licet morte finiatur. Bartolus.

XXXVI. IDEM libro vicesimoquinto Digestorum.

STicho testamento manumisso, fundi vsusfructus legatus r erat: & cũ is vti frui desiisset, fideique hæredũ testator quennium finiatur. Viuianus.

o *Fundum.* s. in quo erat villa, & per consequens villam. Accur.

p *Competat.* petitio.

q *Completum.* scilicet demum. sic infra, quando di. le. ce. l. si dies, & supra, quãdo dies vsusfru. le. ce. l. j. in fi. & j. de ver. obli. in illa stipulatione si kalendis. Sed arg. contra supra, ad Velle. l. aliquando. §. fina. &. §. si vsusfruct. peta. l. si fundus. ADDITIO. Dic, q ibi est tantum conditio: hic vero dies est & cõditio: vnde debet expectari dies: vt. l. ĩ illa j. de ver. oblig. Vel dic quòd hic operatur dictio, tunc, quæ extremitatẽ temporis significat: vt. l. iiij. j. de condit. & demonst. secundum Bart. hic.

Sticho testamento.] CASVS. Seius instituit sibi hæredẽ Caium & Sempronium, & libertatem directã dedit Sticho seruo suo, & eidem Sticho legauit vsumfruc. fundi sui Seiani: & commisit fidei dictorum suorum hæredũ, vt dictum fundum darent Lucio Titio cum dictus Stichus vti frui desiisset p mortem, vel capitis deminutionẽ. & postea decessit dictus Seius testator, & dicti sui hæredes tradiderunt causa fruendi dicto Stiho dictum fũdum: & postea Stichus fecit testamentum, & instituit sibi hæredem Primum & Secũdum, & duobus suis nepotibus legauit proprietatem dicti fũdi in quo habebat vsumfru. & postea decessit dictus Stichus: & ita finitus est vsusfru. suus. & postea dicti hæredes Stichi fructuarij dictum fundum tradiderunt ex testamẽto Stichi dictis nepotibus Stichi: & postea dicti nepotes Stichi tenuerũt dictum fundum. x. annos inter præsentes ignorantes conditionem dicti fundi quã Seius primus testator dedit eidẽ fundo: quæ conditio fuit talis, scilicet vt hæredes dicti Seij dictum fundum darent Lucio Titio cum Stichus prædictus desiisset vti frui: & ita habuerunt bonam fidem dicti nepotes Stichi, & titulum pro legato. nunquid acquisierunt dicti nepotes Titij dictum fundum titulo pro legato? & dicitur quòd sic. Si autem non habuerunt dictam bonam fidem dicti nepotes Stichi, & ita Lucius Titius prædictus auferre eis potuit dictum fundum etiam post decennium prædictum, & abstulit ponamus: nunquid habebunt repetitionem dicti fundi dicti nepotes Stichi ab hæredibus prædictis Stichi? & dicitur quod sic, nisi in vno casu, puta si Stichus fecit dictum suum testamentum eo tempore quo mortui iam erant illi, id est, Lucius Titius, quibus, id est, cui proprietas dicti fundi legata fuit per Seium primum testatorem: quo quidem casu videtur legasse Stichus nepotibus suis dictum fundum, ea ratione magis quòd proprietatem eius fundi crederet ad se pertinere, quàm quòd honorare vellet hæredes suos si eis fundus auferatur per hæredes dicti Lucij Titij mortui, vt dictum est. Viuianus.

r *Legatus.* ab eodem qui libertatem reliquit.

a *Stichus.* lapsus errore: quia nesciebat ius suum morte finiri. idē error est institu. de vsuca. §. item si is.

b *Legatarii.* id est, Stichi. Accursius.

c *Statuto.* scilicet decennio inter præsentes. xx. inter absentes: vt C. de præscrip. lon. temp. l. fi. & instit. de vsuca. in princi.

d *Adquisierint.* iure quasi dominij per præscrip. lon. temp. tit. pro legato.

e *Auferri possit.* quia nondum præscripserāt vel scierāt cōditionē primi testamenti, & sic fuerunt malæ fidei.

f *Possint.* quasi de euictione agentes, vel quasi debeant redimere, & præstare, vel saltem æstimationem vt in realiena legata: vt. ſ. de leg. iij. l. non dubiū. §. j. Accursius.

g *Post mortem eorum.* id est, eius scilicet Lucij Titij cui fuerat legatus. sic pluralis sententia pro singulari ponitur, vt. C. de ser. reipu. ma. l. fi. Item ideo dicit post mortem, quia per hoc sibi remansisse credebat: quod non est verum. nam licet deficiat legatum Titij, quia pēdente die incerto decedit, id est, viuente Sticho: vt. j. de condit. & demon. l. j. §. j. remanet tamē apud hæredes primi testatoris, vt cætera caduca: vt. C. de cadu. tol. §. sin autē aliquid. ibi, quòd si in medio &c. & isti sunt qui euincunt.

h *Quòd.* aliàs, quàm.

i *Crederet.* ex causa precedenti quam ignorabat finitā. & ideo aliàs non legaturus presumitur, quasi ad eum legandum solus hic error induxerit. R. alioquin secus esset: puta si sciens prefatam conditionem legasset, vel aliàs legaturus esset si scisset: vt. j. de condi. & demō. l. cum tale. §. falsam. & C. de leg. l. cum alienam. & sic non obstāt contraria signata, vt supra, de lega. j. l. si domus. §. j. & l. non quocumque. §. si ex bonis. & de leg. iij. l. qui concubinam. §. si hæres. sed & aliter responderi potest, vt & ibi no. sed his obiicitur: quia & hic coniunctis personis legauit, id est, nepotibus: & sic videtur quòd fuisset relicturus etiam si scisset: vt. d. l. cum alienam. sed certe, vt hic dicit Rog. solus error eum induxit ad legandum, quia antea habuerat, & quia legatarius proprietatis decesserat, & ideo aliàs non legaturus præsumitur, vt dixi. & facit supra, de lega. ij. l. vnum ex. §. si rem. & l. cum pater. §. cuictis. & l. fi. §. fin. & infra, de aur. & arg. leg. l. ornamentorum. & l. Titia. Item facit. C. de leg. l. vxori. & supra, de leg. j. l. quod in rerum. §. j.

Vxori meæ.] CASVS. Titius instituit sibi hæredem filiam suam Seiā impuberem: & postea ita dixit: Vxori meæ vsumfruc. lego bonorum meorum vsque dum filia mea Seia annos impleat. xviij. & postea decessit dictus Titius testator. modo quæritur, an propter dicta verba pertineat ad dictam vxorem Titij vsusfruct. prædiorum tam vrbanorum quàm rusticorum, & mancipiorum & supellectilium, & kalendarij? Et respon. quòd sic. Viuianus.

k *Pertinere.* nisi excedat dodrantis æstimationem: vt supra, de vsufru. l. omniū. & facit. j. de verb. signi. l. bonorū. &. C. de vsufru. l. j. &. j. ad Trebel. l. nā quod. §. fi. &. l. seq. Sed cōtra. &. C. de inof. testa. auth. nouissima. Solu. ibi quādo solā legitimā volunt filij qui puram debent habere. hic autē omnium proprietatē habēt: & sic compensetur cū vsufructu quē non habent: & sic ad aliquod supplementum non possunt agere. Vel hic corrigitur, vt. C. de inoffi. testa. l. scimus. §. cū autē. vt in contrario not. Accursius.

Vndi.] CASVS. Institui mihi hæredem filium meum impuberem: & ei dedi tutorem Titium: & posteā ita dixi: Fundi mei Trebatiani reditus vxori meæ, donec viuet dari volo. & postea decessi. modo quæritur hic de quatuor. Primum est, an posit dictus tutor hæredis dictum fundū vendere, & legatario, id est, legatariæ prædictæ meæ vxori offerre quantitatem annuā qui ego viuus ex locatione dicti fundi redigere cō sueueram? Et respon. quòd sic. Secundū est, an teneatur hæres ad præstandum habitationem dictæ meæ vxori? Et respon. quòd non. Tertium est, an cōpellatur hæres reficere dictum prædium taliter forte destructū, quòd minores reditus præstet quàm consueuerit? Et respondetur quòd sic, si eius facto minores reditus dicti fundi facti essent: & non aliàs. Quartum est, quid differt dictum legatum à legato vsufructus? Et respon. quòd differentia potest colligi ex iis quæ dicta sunt supra, ea. l. quædam enim statuta & responsa sunt in hac l. circa hoc legatū quæ non habent locum in legato vsusfructus. Viuianus.

l *Dari.* No. dari quasi de manu hæredis singulis annis.

m *Legatario.* scilicet vxori testatoris.

n *Posse.* ad quod est. ſ. tit. j. l. liberto. in prin. Et not. quòd emptor legatariæ in nullo tenebitur: vt. ſ. de contrahē. empt. l. fi. Item & no. aliud pro alio solui. sic. ſ. eo. l. generali. §. pe. &. §. fi. &. j. de aur. & argen. leg. l. j. §. fi. & l. cum certum. &. ſ. de leg. j. l. non amplius. §. fi.

o *Habitare.* scilicet in domo quæ est in fundo.

p *Prædium.* id est, domum prædij.

q *Facto.* id est, culpa: vt. ſ. de leg. j. cum res. &. l. quid ergo si maiorem. §. si hæres. &. l. non quocumque. in prin. Accursius.

r *Differentiam.* quia vsufructuarius non de manu hæredis annis singulis, sed ipsemet percipit omne commodum: nec potest ab hærede vendi in sui præiudicium. Item non potest prohiberi habitare, cum omnis fructus rei ad eum pertineat: vt supra, de vsufruc. l. vj. &. l. item. &. l. sed & si quid. &. l. arbores. & de vsu & habi. l. si habitatio. §. fina. &. l. sequen. Sed videtur huic fini cōtra. infra, eo. cum ita. & supra, de vsufruc. l. si quis ita. sed dic vt in eis nota. Item facit supra, si vsusfructus. peta. l. ij.

Filios hæredes.] CASVS. Titius instituit sibi hæredes duos suos filios, & duas filias pone: & legauit vxori suæ vestem, & mundum muliebrem, & lanam, & linum, & alias res. postea ita dixit in eodem testamento: proprietatem omnium prædictorum quæ vxori meæ legaui, volo reuerti ad dictas meas filias post mortem dictæ meæ vxoris, vel ad illam ex dictis filiabus quæ tūc viuent. & postea decessit dictus testator. modo quæritur, vtrum videatur legatus vxori vsusfructus dictarum rerum, an vero proprietas? Et respon. quod videtur ei legata proprietas. Viuianus.

Qui legat vsumfructum omnium bonorum suorū: intelligitur de mobilibus & immobilibus. Bartolus.

XXXVII. IDEM libro trigesimotertio Digestorum.

Vxori meæ vsumfructum lego bonorum meorum vsque dum filia mea ānos impleat octodecim. Quæsitum est, an prædiorum tam rusticorum quàm vrbanorum, & mancipiorum, & supellectilis, itémque kalēdarij vsusfructus ad vxorem pertineat? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, omnium pertinere. k

Hæc est notabilis lex, & ponit multos casus: ideo nō summo eam: & vltima quæstio posita in fine, clauis est totius legis. Bar.

XXXVIII. IDEM libro tertio Responsorum.

Vndi Aebutiani reditus vxori meæ quoad viuat, dari l *volo.* Quæro, an posit tutor hæredis fundum vendere, & legatario m offerre quantitatem annuā quā viuus paterfamiliàs* ex locatione fundi redigere cō sueuerat? Respōdit, posse. n Itē quæro, an habitare o impune prohiberi posit? Respōdit, nō esse obstrictum hæredē ad habitationem præstandam. Item quæro, an compellendus sit hæres reficere prædium? p Respōdi, si hæredis facto q minores reditus facti essent, legatarium rectè desiderare, quod ob eam rem deminutum sit. Item quæro, quo distet hoc legatum ab vsufructu? Respondit, ex his quæ supra respōsa essent, intelligi differentiam. r

Proprietas reuertēda mortuo legatario ad hæredem tanquam ipsi relicta sit, declaratur. Bartolus.

XXXIX. IDEM libro sexto Responsorum.

Filios hæredes instituit: vxori vestem, mundum muliebrem, lanam, linum, & alias res legauit, & adiecit: *Proprietatem autem eorum quæ supra scripta sunt,*

Reuerti.

BIU Cujas

a *Reuerti.* per hoc apparet proprietatem legatam: quia aliàs reuerti non posset. Accursius.

b *Ad filias.* post mortem vxoris.& facit.ĭ.de aur.& argen.leg. l.species.& supra,de vsufru. Proculus.&.s.de vsufruc.ea re.quæ vsu consu.l.fina.Accursius.

Vti cũ illo.]CASVS. ITa dixit Titius testator in testamento suo: Seio cũ Gaio lego habitationé in domo mea Titiana.& decessit.certe vterque eorum habebit pro dimidia habitationem: quia perinde est ac si ita legasset, Gaio& Seio lego habitationem in dicta domo.Viuianus.

c *Perinde.* idem si dixit,illam cum illa re lego.vt.s.de lega.j.l.Titio.§. nihil. &.l.si quis inquilinos.§.si ita.idé si dixit, illi aut illi. vt.C. de verb. signi.l. penul.

d *Legasset.* posset & aliter itelligi, vt supra, depositi.l.j.§. quæ depositi. quæ est contra. Solu.vt ibi. Item contra.s.de vsufru.l.si cui. Solu.ibi.& facit supra, de vsufru. accrescen.l. si quis Titio. & supra, commo.si vt certo.§.si me.& infra, de ven.in pos.mitten.l.vbicumque.§.quamuis.

Cùm ita.]CASVS. ITa legauit Titius in testamento suo, fructus annuos fundi mei Corneliani Publio Męuio do lego.& postea decessit dict⁹ testator. postea Publius Męuius pone decessit, vel capite minutus est. nũquid finitur dictum legatũ? Et dicitur quòd sic, quia videtur legatus vsusfru. dicti fundi.& hoc dixit Labeo,& bene.Sed quid continetur in fructu prędicto? & certè illud quod ad vsum hominis est inductũ. vnde si tales sint fructus qui non valẽt ad vsum hominis nisi sint maturi,illi cõtinebuntur in dicto fructu tunc demum cum erunt maturi, vt sunt persica, & sorba, & multi alij fructus.si autem sint tales fructus qui meliores sunt immaturi quàm maturi, vt sunt oleæ, tunc erit in fructu etiam si immatura collecta est olea. &.h.d.cum.l.seq.

e *Similiter.* id est, in singulos annos.alioquin obuiaret.s.quando di.vsufru.lega.ce.l.j.in.j.respõ.vbi dicitur esse differentia,in diei cessione legetur simpliciter vsusfru.an in annos singulos.vel dic quòd perinde est &c.scilicet quia vtrumque legatum finitur morte legatarij: vt supra, vsufruc.quemadmo.ca.l.huic.§.fina. & Iidem.Vel dic vt dixi supra,de vsufruc.l.si quis ita.& sic non obstat supra,eo.l.fundi.Item facit supra, eo.l.patrimonij.& supra, tit.j.l.in singulos. Accursius.

f *In fructu. Colono.* qui nummis colit,qui proprie colonus dicitur:non autem partiarius:vt supra,loca.l.si merces. §. vismaior.partiarius ergo teneretur si non suo tempore colligit:vt in eo.titu.l.si merces.§.cõductor.Sed quid si ille qui nummis colit, in vltimo mense locationis colligit immaturos, vt dominus non habeat maturos?Respon.tenetur:vt supra,loca.& hęc distinctio. §.cum fundum.Accursius.

g *Plus habeat reditus.* id est,plus humoris: a non tamen ita sani & boni:vnde teneretur leg.Aquil.qui taliter in alieno damnum daret:vt.s.ad leg.Aquil.si seruus seruum.§.si oliuam. & facit.s.de vsufru.si absente.§.fina.Accursius.

h *Legata.* aliàs,lecta.

Nihil.]CASVS. Legaui Titio vsumfru. bonorum meorum & decessi.certe hęres meus detrahere poterit de dicto legato æs alienum, id est, prius detrahet æs alienum de bonis meis, ff. Infort.

reuerti[a] *volo ad filias*[b] *meas,quæve ex his tunc viuent.* Quæsitum est, vtrùm vsusfructus,an proprietas earum rerũ data sit? Respõdit,proprietatẽ legatã videri.

XL. ALFENVS VARVS lib. octauo Digest. à Paulo Epitomatorũ.

ILli cum illo habitationem lego. perinde[c] est ac si ita,*Illi & illi,* legasset. [d]

Legatum annuum propria manu percipi debet ad instar vsusfructus,si verba concurrunt.Bartolus.

XLI. IAVOLENVS libro secundo ex Posterioribus Labeonis.

CVm ita legatum esset,*Fructus annuos fundi Corneliani Publio Mæuio do lego.* perinde putat accipiendũ esse Labeo, ac si vsusfructus fundi similiter[e] esset legatus: quia hæc mẽs fuisse testatoris videatur.

XLII. IDEM libro quinto ex Posterioribus Labeonis.

IN fructu id esse intelligitur, quod ad vsum † hominis inductum est.Neq; enim maturitas naturalis hic spectanda est, sed id tempus quo magis colono[f] dominóve eum fructũ tollere expedit. Itaque cùm olea immatura plus habeat redit⁹ [g] quàm si matura legatur:nõ potest videri, si ĩmatura legata[h] ★ est,in fructu non esse.

A & postea vsumfruc.constituet legatario.in bonis tamen meis cõputabitur illud quod alij mihi debebant. Et quod dixi in vsufru. legato omnium bonorum, habet locum si legem vsumfructum partis bonorum, puta tertiæ vel quartæ, vel alterius partis: secus si legaui ei vsumfructum certarum rerum:quia tunc non extrahitur æs alienum: & non computatur illud quod debetur mihi. Viuian⁹.

i *Nihil interest.* aliàs ★*Vulg. mul* est in litera (vt Py.) *tum* multum interest.& tũc dic rerum,scilicet certarum: & est plana. vel secundum eandem literam dic bonorum an rerum tertiæ partis sub vocabulo hæreditatis, nam bonorum.nam primo deducitur æs alienum, secundo diuiditur:vt no.supra,de leg. ij.si quis seruum.§.fin. &.l. seq. & secundum hoc quod dicit,at si certarũ,mutat casum : vel certarum, id est, certæ quotæ,id est,tertiæ hæreditatis. & erit aliud, quia diuiduntur onera, vt dixi.Alij habent,nihil interest : & tunc,id est, nihil interesse videtur,bonorum an rerum scilicet certarum.sed tamen interest: nam si,id est, quia si bonorũ &c. vel secundum eandem nihil interest tertiępartis bonorum, an tertiæ partis rerum mearũ sim pliciter. nam vtrobiq; æs alienum deducitur. secus si certarum rerũ, vt in fin. & facit ad.l.j. ad Trebel. nam quod. §.fina.&.l.sequen.& etiam sequen.& de verbo.significa.l. bonorũ. & supra, de lega.j.non amplius.§.fina.&.l.seq.&.s.eo.generali.§.fina.&.§.pe.&.s.de vsufru.quoties.§.fina.vbi etiam alia differentia est legetur omniũ bonorum,an certarum rerum.

B

XLIII. VENVLEIVS libro decimo Actionum.

NIhil * interest, [i] vtrũ bonorum quis,an rerũ tertię partis vsumfructum legauerit. Nam si bonorum vsusfructus legabitur,etiã æs alienũ ex bonis deducet: & quod in actionibus erit, computabitur.At si certarũ rerũ vsusfructus legatus erit, non idẽ obseruabitur.

DE SERVITVTE LEgata[vrbana & rustica.]

TITVLVS III.

Si domus vna sustineat actum seruitutis habentis causam continuam & permanentem,& alienetur in dubio seruitus videtur imposita.Bartolus.

I.IVLIANVS li.primo ex Minicio.

C

QVi duas tabernas coniunctas habebat, eas singulas duobus legauit. Quesitũ est,si quid ex superiore taberna in inferiorẽ inædificatũ[k] esset, num inferior oneri ferundo in superioris tabernæ loco contineretur?[l] Respõdit, seruitutem impositã videri. [m] Iulianus notat:[n] Videamus ne hoc[o] ita verũ sit,si[p] aut nominatim hæc seruitus imposita[q] est,aut ita legatum datum[r] est: *Tabernam meã vti nunc est,do lego.*

II. MARCELLVS libro tertiodecimo Digestorum.

D

DE SERVITVTE LEGATA [vrbana & rustica.]

Et quære in his vt in vsufr.quæsiui.s.tit.1.in rubri.Accursius.

QVi duas.]CASVS. Legaui Titio vnam meam tabernã Mutianam,& Seio legaui aliam meam tabernam Seianã, quæ erat supra prædictã Titianam:& ex ea superiore aliquid erat inædificatũ in inferiorem:& decessi.hæres postea meus dedit cuilibet legatario suam tabernam.numquid dicta inferior taberna debet ita seruire superiori sicut seruiebat me viuente? Et dicitur quòd sic.aut enim ego nominatim in testamẽto meo imposui dictam seruitutem:aut ita legaui cuilibet legatariorum, tabernam meã Titianam lego Titio vt nunc est: & tabernã meam Seianam lego Seio vti nunc est.quod quidẽ semper est præsumẽdum nisi contrarium sit liquidũ:vt.s.tit.j.l.damnas.§.j. Viuianus.

k *Inædificatum.* id est, superædificatum esset.Accursius.

l *Contineretur.* q.d.an inferior videatur esse pars superioris in eo quòd ferret eius onus:ac si dicat,an debeat hanc seruitutem?

m *Videri.* tacite.Accursius.

n *Notat.* esse verũ qđ dictũ est,nõ corrigẽdo,sed determinãdo.

o *Ne hoc.* q.d.an ideo verum sit.

p *Si.* id est,quia.

q *Imposita.* in vltima volũtate:secus si inter viuos, siue remanet domus vtriusque:quia sua res sibi non seruit: vt.s.si vsusfru.pe.l. vti frui.vel etiam si aliis tradat simul.si autem successiue diuersis temporibus,potest tunc: vt supra,communia prædi.l.si quis duas. &.l.seq.&.l.si cum duas.

r *Datum.* id est,relictum.quod semper præsumitur,nisi contrarium sit liquidum:vt.s.in prin.huius.l.& facit supra,tit.j.l.dãnas.

BIU Cujas

§.j.&.ſ.ſi ſerui.vindi.l.teſtatrix.

Fvndum.] *CASVS.* Titio & Seio habentibus fundum communem legaui viam per fundum meum. nunquid valet legatum? Et dicitur quòd ſic. nã & cõmunis ſeruus dicti Titij & Seij poſſet à me ſtipulari viam ad fundum eorum. eſt & alia ratio quare dicto Titio & Seio habentibus fundum cõmunem poſſum legare viam per fundũ meum: quia ſi Gaius fuiſſet à me ſtipulatus viam per fundum meum ad fundum ſuũ, & dictus Titius & Seius extitiſſent ei hæredes, non corrũpitur ſtipulatio. Viu.

a *Legari.* ſ. duobus.

b *Poteſt.* ſed ecõtra ſi duo domini legent, diſtinguiñ an adeatur hæreditas vtriuſq; ſimul: & valet: aliàs non. ſed ſi duo promiſerint etiã diuerſis tẽporibus, valet poſt vltimam conceſsionem: vt.ſ.cõmunia prædio.l.fi.in fin.

c *Stipuletur.* concordat ad ſecũdũ & tertiũ caſum.ſ.de ſerui.vrba. prædi.ſi vnus ex ſociis. §.j.&.§.fin. Accurſius.

d *Non corrũpatur.* licet pro parte ab initio conſtitui nõ poteſt, tamen per partes retinetur: vt &.ÿ. de verbo. obl.l.pluribus.§.j.&.ſ. de ſer.l.vt pomum.§.fi. &.l.pro parte.&.l.viæ. & ſic nõ vitiatur, licet venerit in eum caſum à quo incipere non poteſt, vt dictis legibus.

FVndum cõmunem habentibus legari[a] poteſt[b] via: cũ & cõmunis ſeruus rectè viam ſtipuletur[c]: & cùm duo ei qui ipſe viam ſtipulatus fuerit, hæredes extiterint, non corrumpatur[d] ſtipulatio.

Vt valeat legatum viæ, requiritur vt legatarius tempore mortis teſtatoris reperiatur dominus prædii dominantis in totũ vere vel ficte: aliàs legatũ extinguitur. Bar.

III. IDEM libro viceſimonono Digeſtorum.

SI fundũ Mæuio, & ad eum[e] viam per alium fundũ[f], & eundem[g] fundum ſine via Titio[h] legaſſet: ſi vterque fundũ vindicaſſet, ſine via legato fundum ceſſurum: quia neque adquiri[i] per partem ſeruitus poſſit: & ſi prius Mæuius fundum vindicaret altero[k] deliberãte, poſſe dubitari an ſi poſtea[l] Titius omiſiſſet[m], viæ legatũ ſaluum eſſet. Et hoc magis videbatur[n]: quãquam ſi ſub cõditione quis fundũ legaſſet, viam purè[o]: aut pro parte fundum purè, pro parte ſub conditione, & viam ſine conditione: ſi pendente[p] ea legati dies[q] ceſſiſſet, interiturum fore viæ legatum: vt reſponſum[r] eſt cum alteri ex vicinis qui fundum cõmunem habebant, viam ſub conditione, alteri purè legaſſet, [&] pendente conditione deceſsiſſet[s]: quia alterius legatarij perſona impedimento eſſet quo minus ſolidus[t] fundus cum via vindicaretur.

Hic eſt bonus caſus: & ex ipſo habes quòd ſi ego vendo tibi domum quæ ab alia diſtinguitur pariete communi tantum: medietatem parietis videor vendere. Barto.

IIII. IAVOLENVS libro nono Epiſtolarum.

SI is qui duas ædes habebat, vnas mihi, alteras tibi legauit, & medius paries qui vtraſque ædes diſtinguat, interuenit: eo iure[u] eum[x] communem nobis eſſe exiſtimo, quaſi* paries tantum[y] duobus nobis cõmuniter eſſet legatus: ideoque neque me neque te agere poſſe[z], ius non eſſe alteri ita immiſſum[a]* habere. Nam quod[b] cõmuniter ſocius habet, & id* iure eum habere conſtitit. itaque de ea re arbiter communi diuidundo ſumendus eſt[c].

a *Cum via vindicaretur*, id eſt, via ſolida fundo. Supra autẽ dictum eſt quòd ſeruitus viæ nõ poteſt acquiri fundo pro parte fundi indiuiſa: vnde ſi non poteſt hoc caſu acquiri ſeruitus ſolido fundo, nec eius indiuiſæ parti: ergo eſt annihilata. Viuianus.

e *Ad eum.* ſcilicet fundum.

f *Fundum.* retentum.

g *Et eidem.* quẽ mæuio legauerat.

h *Titio.* & ſic pro virili ſunt legatarij: vt.ſ. de leg.j.l.ſi pluribus.§. ſin autem.

i *Neque adquiri.* ſcilicet ſic, nedum aliter. R. & dic pro parte. ſincerta: vt.ſ.de ſer.l.pro parte.&.ſ.communia prædio.ſi quis duas.§.j.ſed ad certam poteſt vt ſupra, de ſer.l.ad certam. &.ſ. de ſer. ruſti. prædi.l.certo.

k *Altero.* Titio.

l *An ſi poſtea.* i. poſt mortem ante aditã hæreditatẽ. R. quãdo dies legatæ ſeruitutis cedit: vt iam dicam. Accur.

m *Omiſiſſet.* i. repudiaſſet legatum. Accurſius.

n *Videbatur.* ſ. vt viæ legatum ſit ſaluum.

o *Viam purè.* per fundum retentum.

p *Pendente ea.* ſcilicet cõditione ſub qua fundus totus, vel pro parte fuit legatus.

q *Legati dies.* ſ. viæ. qđ eſt adita hereditate.

r *Vt reſponſum eſt.* ſcilicet interire. ſimile legatum, vt ſubiicit.

s *Deceſsiſſet.* ſ. teſtator. ex quo videtur qꝫ viæ legatum cedit à morte teſtatoris. eſt tamen argu. contra.ſ.communia prædio.l.fin. &.ſ.quemadmo. ſeruit. amit.ſi partem.§.fina. &.ÿ.eo.l.ſi. ſed in ſeruitutibus perſonalibus certum eſt eas cedere ab adita hæreditate: vt.ÿ.quando di.lega.c. l.ij. Azo.&.C.de cadu.tol.§.in nouiſſimo. Accur. *ADDITIO.* Dic qꝫ ibi erat defectus ex parte legãtis qui nõ erat dominus niſi pro parte fundi cui ſeruitus legatur: ideo nõ eſt defectus ex parte legãtis vel promittẽtis viam, quia nõ eſt dominus niſi pro parte, nõ impeditur cõtrahi obligatio perſonalis ad viam, licet ius reale non poſsit conſtitui: vt.l.per fundum.ſ.de ſerui.ruſti. prædio. & ideo quando eſt defectus ex parte legantis, non inſpicitur tempus mortis: quia illo tempore ſubeſt habilitas ad contrahendum obligationem perſonalem: & ideo tunc ius reale non debet cõſtitui vt.l.ſi tibi homo.§.cum ſeruus.ſ.de leg.j. ſecundum Barto. hic.

t *Solidus.* id eſt, ſolido fundo via vindicatur. ponit enim caſum pro caſu, vt & aliàs ille libertati donatur, vel ille libertati vindicatur, id eſt, libertas illi datur aut vindicatur. ſic & ille ſe in libertatem vindicat, id eſt, ſibi libertatem defendit. R. ſic & Dauid, in cõuertendo dominus &c. id eſt, dominum: &.C.de fideicommiſ. l.eam quam. & facit.ſ.l.proxi. & quod ibi no.

SI fundum.] *CASVS.* Gaius legauit fundũ Seianum Mæuio, & ad eundem fundum eidem Męuio legauit viam per alium fundum ſuum Cornelianum. & poſtea eundem fundũ Seianum legauit Titio ſine via, & poſtea deceſsit, & poſtea dictus Mæuius & Titius legatarij vindicauerunt ab hæredibus dictum fundũ Seianum: & ſic habuit quilibet eorum dimidiam dicti fundi pro indiuiſo. modo quæritur, vtrum dictus Mæuius cui fuit legatus dictus fundus cum ſeruitute viæ, habeat eam ſeruitutem pro ſua parte quæ vt dixi eſt indiuiſa? Et dicitur quòd non, quia ſeruitus per partem incertam acquiri non poteſt. Sed quid ſi deliberante Titio prædicto Mæuius cui fuit legatus fundus prædictus cum ſeruitute viæ, vindicauerit à dictis hæredibus dictum fundum, & ſic eum habuit pro dimidia pro indiuiſo, & ſic nõ habuit ſeruitutem vt dictum eſt: & poſtea Titius omiſit legatum fundi, & ſic ſua pars fundi accreuit Mæuio, & ſic habuit Mæuius poſtea totum fundũ: nunquid viæ legatũ erit ſaluum Mæuio? Et dicitur qꝫ ſic. non autem eſſet ſaluum Męuio legatũ viæ in iſto caſu quem dicã: Gaius prædictus legauit ſub condi. Mæuio dictum fundum Seianum, & ſeruitutem viæ legauit eidem pure, & pendente condi. fundi legati dies legati ſeruitutis viæ quæ pure fuit legata, ceſsit per mortem Gaij teſtatoris. nam iſto caſu incertum erit viæ legatum. & idem eſſet. ſi pro parte fundum pure legaſſet, & pro parte ſub cõditione, & viam ſine conditione legaſſet. & eſt extra literam ratio iſtorum duorum caſuum: quia fundus prædictus ſub cõditione legatus vel pars fundi ſub conditione legata eſt pendente conditione in bonis hæredum Gaij teſtatoris. vnde cum tempore legati viæ cedentis per mortem teſtatoris non poſsit ſeruitus eiuſdem viæ acquiri eidem fundo, eo quòd eſt in bonis hæredum, & ſic non inueniat ſeruitus cui ſe appodiet, annihilatur, vt dictum eſt. ſic & annihilatur ſeruitus viæ in iſto alio caſu. Gaius legauit Mæuio & Titio vicinis ſuis habentibus fundum communem, ſeruitutem viæ ad fundũ Cornelianum, ſcilicet Titio pure, & Mæuio ſub conditione: & pendente conditione dicto Mæuio appoſita deceſsit idem Gaius. certe non poterit ſeruitutẽ Titius ad partem fundi ſuam habere: quia perſona Mæuij cui fuit legata ſeruitus ſub conditione, eſt impedimento quo minus fundus ſolidus

SI is qui.] *CASVS.* Titius habens duas domos, inter quas erat vnus paries qui ſuſtinebat onera vtriuſq; domus: legauit vnã mihi, & alteram Seio: & deceſsit. certe dictus paries erit mihi & Seio cõmunis, ac ſi mihi & ei eſſet legatus: & quilibet noſtrũ poterit prædicta onera domorum nobis legatarum iure ſupradicto in pariete habere. dictum tamen parietem poſſumus diuidere iudicio communi diuidundo ſi volumus. Viuianus.

u *Eo iure.* ſcilicet legati.

x *Eum.* ſcilicet parietem. Accurſius.

y *Tantum.* id eſt, ſine domibus. ſecus eſt in tigno protenſo: vt ſupra, de ſerui.vrba.prædio.l.binas. Accurſius.

z *Poſſe.* iure ſeruitutis.

a *Immiſſum.* habere, ſub. vel habere iure ſeruitutis.

b *Nam quod.* bene dico nõ poſſe agi quaſi nõ ſit iure immiſſum: quia iure habetur qđ iure cõmuni habet. arg.ſ.pro ſoc.l.marito.

c *Sumendus eſt.* ſi inter nos ſit diſcordia. nam quia cõmuni iure hoc

BIU Cujas

hoc habetur, ideo actione de communione de ea agi potest, scilicet actione communi diui. vt. ſ. de ſerui. vrba. prædio. l. in re communi. & facit. ĵ. de dam. infec. l. inter quos.

Etſi maximè.] CASVS. Per fundum meum legaui Seio ſeruo Titij ſeruitutem viæ ad fundum eiuſdem Titij. nunquid valet legatum? Et dicitur quòd non: quia quamuis ex perſona dominorum ſit teſtamenti factio cum ſeruis eorum, tamen ea quę ſeruis relinquuntur, ita demum valent, ſi valerent ſi eſſent liberis hominibus relicta. libero autē non poſſet legari via ad fundum vicini ſui: ergo ſeruo ad fundum domini non poteſt legari via. Viuianus.

Non poſſunt legari ſeruis ea quæ ipſis factis liberis legari non poſſunt. hoc dicit.

V. PAPINIANVS libro ſexto decimo Quæſtionum.

ETſi maximè[a] teſtamẽti factio cum ſeruis alienis ex perſona dominorum[b] eſt: ea tamen quę ſeruis relinquũtur, ita valent, ſi liberis [factis] relicta poſſent valere. Sic ad fũdũ domini[c] via ſeruo fruſtra legat[d].

Ex qualitate rei legatæ & perſonæ legatarii præſumitur legatũ ſeruitutis magis factum cõtemplatione perſonæ quàm rei. Bar. B

VI. IDEM libro ſeptimo Reſponſorum.

PAter[e] filię domum legauit, eiq; [f] per domũ hæreditariam* ius tranſeũdi pręſtari voluit[g]. Si filia domũ[h] ſuam habitet, viro quoq; ius tranſeundi præſtabitur: alioquin filiæ pręſtari non videbitur[i]. Quòd ſi quis nõ vſum tranſeũdi perſonę datum, ſed legatũ ſeruitutis eſſe plenum[k] intelligat: tantumdẽ iuris ad hæredem[l] quoque trãſmittetur. quod hic nequaquã admittendũ eſt[m]: ne quod affectu filiæ datum eſt[n], C hoc & ad exteros eius hæredes tranſire videatur.

VII. PAVLVS libro viceſimoprimo Quæſtionum.

A *Cum à pluribus.*] CASVS. Inſtitui mihi tres hæredes, & ab eis legaui viam per fundum hęreditariũ ad fundum Titij vicini mei. certe ſi omnes adeant hæreditatẽ meam, quemlibet inſolidũ poterit Titius cõuenire vt pręſtet ſibi viam: quia dicta ſeruitus eſt indiuidua, & quia vno ſolo ex hæredibus adeũte poteſt ab eo vindicari via. Viuianus. *Conueniuntur.* vt. ſ. de ſer. l. viæ. & ſ. famiercisc. hęredes. §. an ea. & de leg. iij. l. fideicommiſſa. §. pe. & de leg. ij. l. cũ filius. §. variis. Ac. p *Vno.* Not. ſic. ſ. de teſta. tute. ſi nemo. &, ĵ. de bo. lib. etiã. §. vt patronus. Item no. hic cedere diem legatæ ſeruitutis ab adita hęreditate: vt no. ſ. eo. l. ſi fundus. in fine.

CVm à plurib⁹ hęredib⁹ inſtitutis via legata eſt: quia partẽm non recipit, ſinguli hęredes inſolidũ conueniuntur[o]: quia & vno[p] ex hęredibus adeunte vindicari poteſt.

DE DOTE PRAElegata*.

TITVLVS IIII.

Dotis legatum continet id quod actio de dote originaliter cõmineret. & exceptio quæ ex pacto oriretur, tollit etiã dilationẽ legalem: exceptionẽ vero peremptoriã quæ à lege inducitur, tale legatum nõ perimit. Bar.

I. VLPIANVS libro nonodecimo ad Sabinum.

CVm dos prælegatur[q]*, verum eſt id dotis[r] legato ineſſe, quod actioni de dote inerat[ſ]. & ideo ſi inter virum & vxorem conuenerat[t], vt morte viri ſoluto matrimonio, filio cõmuni interuenientę dos apud mariti hæredẽ remaneret, & maritus decedens dotem prælegauerit: ſtari[u] pacto non debet, ob hoc quòd dos prælegata[x] eſt. Verùm & citra prælegationẽ hoc probari debet[y]. Nam quod eſt admiſſum, poſſe deteriorem cõditionem dotis fieri interueniẽtibus D

DE DOTE prælegata.

Iſtud, præ, nihil operatur hic, vel hoc toto titulo: ſicut & cum dicitur præelectio: vt. C. de emen. Iuſti. codi. l. 1. & eſt figura epilepſis, vel tautologia ſecundũ Azo. vel dic, ſecũdum Ro. dotis relictum, quod ante ſuæ dotis tempus capitur, prælegatum vocatur: ſicut coheredi relictũ quod ante vel extra ſuam partem habet, prælegatum appellatur. *relegatus. & ſic deinceps per totum titulũ.

CVm dos.] CASVS. Cũ maritus[z] legat vxori ſuæ dotem quã ab ea habuit: illud ineſt in legato prædicto, quod ineſſet actioni de dote ſi maritus eam nõ prælegaſſet. & de hoc ponit exemplũ vſq; illuc, verum &c. Iteẽ in dicto legato habet vxor cõmodum repræſentationis. nam cum ſine legato nõ poſſet mulier petere dotem niſi annua die. i. poſt annum à morte mariti, poterit nunc petere ſtatim eo mortuo. eſt & illud bonum argumentũ ad dicendũ quòd dotis prælegatum valeat. video enim q̃ ſi maritus donat aliquid vxori, & decedit nulla habita mentione de dicta domo, ita eſt cõfirmata donatio per illã taciturnitatem, quòd hæredes viri eam reuocare nõ poſſunt. ſi taciturnitate cõfirmatur dicta donatio, multo ergo magis eſt firma ſi in teſtamento leget vxori quod ei donauit. ſi ergo valet legatum dictarum rerum donatarum, & dotis legatum valere debet. impenſæ tamen neceſſariæ quas fecit maritus prædictus in rebus dotalibus, vniuerſitatem dotis minuunt ipſo iure. non autem minuunt ſingula dotis corpora. adeo autẽ exactionẽ continet prælegatum dotis, vt dictum eſt in princi. l. vt in quibus caſibus ceſſaret actio dotis non interueniente legato dotis, ceſſet etiã actio ex teſtamẽto propter legatũ dotis. & de hoc ponit tres caſus planos vſq; illuc, nam & ſi quis &c. vbi ponit planũ ſimile prędictis tribus caſibus. [*SI QVIS VXORI.*] Vxori meæ taliter legaui, fundum Titianũ habentẽ tales cõfines vxori meæ lego: is enim fundus ad me peruenit propter eandẽ meam vxorem. & deceſſi. nũc reperitur q̃ dictus fundus peruenit ad me aliunde. nunquid debetur? Et dicitur q̃ ſic: & pro ſuperfluis habentur illa verba, is enim fundus &c. quia quicquid adiicitur rei ſatis demonſtratæ, fruſtra eſt. Viu.

---

a *Etſi maximè.* quod maximè videbatur facere vt hoc legatũ valeret. Accurſius.

b *Dominorum.* ſ. vt capere poſſint. Et ſic no. duo neceſſaria vt legatum ſeruo valeat, ſcilicet q̃ domin⁹ ſit capax. Item q̃ talis ſit res legata quæ poſſit legari ei liberto: vt hic, &. ſ. de leg. ij. l. debitor. §. ſi. & de lega. j. l. ſi mihi. §. regula. quorũ vnũ quia hic deficit, quia ei libero ad fundũ non ſuum nõ poſſet ei ſeruitus legari: vt. ſ. cõmunia prędio. l. j. non valet legatum: vt hic dicit.

c *Domini.* ſecus forte ad fundũ peculij: vt. ſ. de leg. iij. l. etiam. §. ſi.

d *Legatur.* ſed ſtipulari poteſt ſeruus ſeruitutem ad fundũ domitis vt. ſ. de ſer. ruſti. prędi. ſi vnus ex ſociis. &. ĵ. de ſtipu. ſer. l. proinde. §. ſi. & l. ſi communis. quę ſunt contra. nam & aliàs in multis differt ſtipulatio à legato: vt not. ſ. pro ſoc. l. verum. §. ſi ſeruo.

Pater filiæ.] CASVS. Titiæ filiæ meæ legaui domum meam Titianam, & eidem iuſſi præſtari ius tranſeundi ad dictã domum per domos quæ remanebant in hæreditate. certe ſi filia prędicta habitet dictam domũ cum viro, non ſolum ei ſed etiam viro præſtabitur ius tranſeundi: non autem hæredi eius: ne quod affectu ei filiæ dedi, tranſeat ad extraneos eius hæredes. ſecus autem ſi legaſſem ſeruitutẽ tranſeundi filiæ propter domum quam ei legabam: quia tunc tranſiret etiam ad hæredes. & hoc dicit. Viuia.

e *Pater.* aliàs, pater: aliàs, mater.

f *Eique.* ſcilicet filiæ, non etiam domui.

g *Præſtari voluit.* cum tamẽ & aliunde aditus erat: vt infra dicã.

h *Domum ſuam.* ſcilicet ſibi legatam.

i *Non videbitur.* ſcilicet ſi ei vetabitur cũ quo in promiſcuo vſu habitat: vt ſupra, de vſu & habi. cæterum. §. j. &. ĵ. de verb. obli. l. ſi ſtipulatus fuero per te non fieri. & infra, de auro & arg. leg. l. vxori quis legauit. in fi.

k *Plenum.* id eſt, in rem: & dicetur vrbana eo quòd domui debebitur: licet ſit via.

l *Ad hæredem.* ſi ad eum tranſiret fundus dominans, aliàs ſequitur fundum: vt ſupra, de ſer. ruſti. prædio. via. §. ſi fundus. & §. quæcumque.

m *Admittendum eſt.* vt ſit ſeruitus rei: ſed eſt quoddam ius perſonale, non dico ſeruitus perſonalis: licet hoc quidam dicant: vt no. ſupra, de ſerui. ruſti. prędio. pecoris. &. ĵ. de ali. leg. l. Mela. §. fi. & ſupra, de vſufruc. l. ſi quis binas.

n *Datum eſt.* id eſt datum præſumitur: quoniam aliunde domui legatæ patebat aditus. aliàs ſeruitus domui etiam realis tacite videtur concedi: vt. ſ. tit. j. l. damnas. §. j. &. ſ. de leg. j. l. ſi fundum. §. qui fundum. &. ſ. de ſer. vrba. prædio. binas. Item facit. ſ. de leg. j. quod Iulianum. §. ſi quis. H. & de admini. tuto. l. ex pluribus.

o *Conueniuntur.* vt. ſ. de ſer. l. viæ. & ſ. famiercisc. hęredes. §. an ea. & de leg. iij. l. fideicommiſſa. §. pe. & de leg. ij. l. cũ filius. §. variis. Ac. p *Vno.* Not. ſic. ſ. de teſta. tute. ſi nemo. &, ĵ. de bo. lib. etiã. §. vt patronus. Item no. hic cedere diem legatæ ſeruitutis ab adita hęreditate: vt no. ſ. eo. l. ſi fundus. in fine.

p *Vno.* Not. ſic. ſ. de teſta. tute. ſi nemo. &, ĵ. de bo. lib. etiã. §. vt patronus. Item no. hic cedere diem legatæ ſeruitutis ab adita hęreditate: vt no. ſ. eo. l. ſi fundus. in fine.

q *Cum dos prælegatur.* id eſt, legatur.

r *Id dotis.* ſcilicet & nihil plus, niſi in tempore: vt. ĵ. ea. l. §. j. & hoc verum ſi quantitatem ad æquipollens nõ adiecit, ſed ſimpliciter dotem legauit. aliàs continet etiam non datam dotem: vt inſtitu. de leg. §. ſed ſi vxori. & facit. ĵ. ea. l. §. adeo autem.

ſ *Inerat.* ſcilicet originaliter. & ſic bene ſubiicit: & ideo &c.

t *Conueniat.* tempore matrimonij. Accurſius.

u *Stari.* pactò primo.

x *Prælegata.* id eſt, ſi non eſt dos prælegata. Accurſius.

y *Hoc probari debet.* ſcilicet pacto ſtandum non eſſe.

z *Cum maritus.* ſcilicet dotem quã ab ea habuit: illud ineſt in legato prædicto, quod ineſſet actioni de dote ſi maritus eam nõ prælegaſſet. & de hoc ponit exemplũ vſq; illuc, verum &c. Iteẽ in dicto legato habet vxor cõmodum repræſentationis. nam cum ſine legato nõ poſſet mulier petere dotem niſi annua die. i. poſt annum à morte mariti, poterit nunc petere ſtatim eo mortuo. eſt & illud bonum argumentũ ad dicendũ quòd dotis prælegatum valeat. video enim q̃ ſi maritus donat aliquid vxori, & decedit nulla habita mentione de dicta domo, ita eſt cõfirmata donatio per illã taciturnitatem, quòd hæredes viri eam reuocare nõ poſſunt. ſi taciturnitate cõfirmatur dicta donatio, multo ergo magis eſt firma ſi in teſtamento leget vxori quod ei donauit. ſi ergo valet legatum dictarum rerum donatarum, & dotis legatum valere debet. impenſæ tamen neceſſariæ quas fecit maritus prædictus in rebus dotalibus, vniuerſitatem dotis minuunt ipſo iure. non autem minuunt ſingula dotis corpora. adeo autẽ exactionẽ continet prælegatum dotis, vt dictum eſt in princi. l. vt in quibus caſibus ceſſaret actio dotis non interueniente legato dotis, ceſſet etiã actio ex teſtamẽto propter legatũ dotis. & de hoc ponit tres caſus planos vſq; illuc, nam & ſi quis &c. vbi ponit planũ ſimile prędictis tribus caſibus. [*SI QVIS VXORI.*] Vxori meæ taliter legaui, fundum Titianũ habentẽ tales cõfines vxori meæ lego: is enim fundus ad me peruenit propter eandẽ meam vxorem. & deceſſi. nũc reperitur q̃ dictus fundus peruenit ad me aliunde. nunquid debetur? Et dicitur q̃ ſic: & pro ſuperfluis habentur illa verba, is enim fundus &c. quia quicquid adiicitur rei ſatis demonſtratæ, fruſtra eſt. Viu.

BIU Cujas

liberis: totiens locum habet, quotiēs ipsa in matrimonio decedit, vel diuortium interuenit[a]. Et verum est cōmodum in dote prælegata esse repræsentationis[b]: quamuis[c] annua die dos præstaretur[d]. Est & illud[e], quòd[f] ob res donatas hodie post senatusconsultum nulla sit exactio: si modò voluntatem nō mutauit testator. Impensæ autem[g] ipso iure dotem minuunt. Sed quod diximus, ipso iure dotem impensis minui, non ad singula corpora[h], sed ad vniuersitatem[i] erit referendum.

Dotis legatum extinguitur si postea dos mulieri rectè soluatur, vel res dotales intereant: vel si ab initio dos perfectè constituta nō fuit: sicut cum legatur corpus quod in rerum natura non est. Barto.

¶ Adeo autē dotis actionem[k] cōtinet dotis [purè[l]] prælegatio[m], vt si viuus eā vxori (scilicet quibus licet casibus[n]) soluerit[o]: cesset legatum. Sed & si mancipia fuerint [data] in dotē nō æstimata[p], & hęc demortua sint: legatum dotis[q] in his euanescit. Sed & si dotem promiserit mulier, neque dederit, & decedens maritus vxori dotem prælegauerit: mulier nihil amplius quàm liberationem[r] habebit. Nam & si quis[s] ita legauerit, *Centum quæ in arca habeo, aut quæ ille apud me deposuit.* si nulla sint, nihil deberi[t] constat: quia nulla corpora sint.

¶ Si quis[u] vxori fundū Titianum legasset his verbis, *Is enim fundus propter illam ad me peruenit.* omnimodo[x] debebitur fundus. nam quidquid demōstratæ[y] rei additur, satis demōstratæ, frustra est.

Socero prælegante nurui ius actionis ad dotem repetendam, non potest agere nurus contra maritum: secus si legauerit ei dotalem pecuniam ab hæredibus suis: & quouis ipsorum siue nuru siue marito agente cōtra hæredes debet interponi cautio de indemnitate. Bartolus.

¶ Celsus libro vicesimo Digestorum quæ in dotem habui: vel quæ ad me peruenerunt: pro constanti pono sic esse: & ita valet: vt dictum est. Alij vt R. dicunt hic eum errasse: & hoc probari debet: aliàs in dubio præsumebat quod magis animo designandi quantitatem, quam ad certorum nummorum corpus se retulit: & sic valere legatum non obstante falsa demōstratione: licet nulla deposita sunt: vt d. l. Lucius. §. quod quis. in princi. & infra, de condit. & demon. demonstratio. & l. cum tale. §. falsa. & C. de fal. cau. l. j. item facit supra, de contrahen. emp. l. hæc venditio. §. pen.

Si socer.] CASVS. Titius habens filium habentē vxorem cuius dotem ipse Titius receperat, dictę suę nurui dictam dotem legauit. & decessit instituto sibi hærede dicto filio, & aliis. modo quæritur, nūquid valeat dictum legatū? & distinguitur: aut voluit plegare ius actiōis de dote, vt. s. actionē de dote intētet nurus cōtra maritū: aut voluit eam recipere dotalem pecuniā pro se & marito ab hæredibus sui testatoris. Primo casu nō valet legatū, ideo quia adhuc nupta est. Secūdo valet. Sed pone in hoc secūdo casu quòd ipsa nurus recepit dotē ab heredibus. nūquid maritus poterit petere ab hæredibus prædictis dotem iterum? Et dicitur q̄ sic. vnde caute hæredes soceri facient si nuru agente ex testamēto ad dotē cōtra eos, petāt sibi per eam caueri q̄ defendet eos aduersus virum suū: & ipsa aliter nō cōsequitur dotē, nisi caueat eis. sed & si maritus nurus prius agat pro dote cōtra hæredes testatoris, ipsi nō aliter soluent ei dotē, nisi caueat eis de defendendo eos aduersus vxorē suā volentē postea agere ex testamēto. Sed pone cōtra q̄ dictus Titius legauit dotē prędictā dicto suo filio, & eū exhęredauit. nūquid soluto matrimonio etiā poterit nurus petere à viro suo dictā dotē? Et dicitur q̄ nō, nec etiā cōstāte matrimonio poterit tamē petere ab heredib⁹ soceri cū cōsecuta fuerit ab heredib⁹ dotē. legatū mariti sui de dicta dote extinguit ideo, quia nihil est iā de dote qđ marito pręstari possit. & hoc dicit vsq; ad verūculū, verūtamē ipsum &c. & in versi. Idē Iulian⁹ querit, si dotē &c. in illo

a *Interuenit.* nō autē si vir prędecedat: vt hic, &. ff. de pac. do. l. ij. Item quod de diuortio dicit, locum habet si consensu vel cōmuni culpa, vel captiuitate mulieris, vel culpa fiat. cæterū si tantum culpa viri, iniquum est stari pacto: quia sic per hoc pactum quod esse nō debebat, inuitaret ad delinquendū: vt. ff. de pac. dota. l. cōuenire. sic ergo nihil operatur pactū hoc casu, sicut & cum sola lege posset lucrari dotem omnibus etiā deficientib⁹ liberis, quia solius vxoris culpa diuortiū fieret: quo casu tale pactum superfluum efficeretur. illud autem palam est, etiā ab ipso Iustiniano quodam tempore, nedū ab anterioribus principibus matrimonij solutionē fieri prædictis modis: vt C. de epi. & cle. l. fi. §. j. & de repu. si cōstante. & l. consensu. & ff. de repu. vxores. & ff. soluma. l. viro. & in auth. de nup. §. distrahūtur. & §. sed & captiuitatis. col. iiij. & in auth. vt lic. matri & auiæ. §. quia vero ex cōsensu. col. viij. R. hodie autē non permittit ex tot causis: vt not. ff. de neg. gest. l. diuortio. sic ergo secūdū R. si de retētione dotis (si liberi forte superessent soluto matrimonio) factum fuit pactum, profecto stabitur etiā nūc: vt hic, & in auth. de nup. §. distrahūtur. aliàs autem, id est, sine pacto speciali maximè facto diuortio propter liberos dotis conditio nequaquam fieret deterior: vt superiores leges ostendunt. & facit supra, de pac. dota. inter socerum. per totam legem. & l. si pater. §. j. & C. de pac. con. l. iij. & l. si conuenerit.

b *Repræsentationis.* & ideo valet legatū, quasi hac prospecta ratione singulari. Accursius.

c *Quamuis.* id est, quia: vel proprie.

d *Præstaretur.* scilicet aliàs, si non foret prælegata. R.

e *Est & illud.* scilicet commodum vxoris ex legato viri: quia si donauit vir vxori, confirmatur morte tacite, ac si legaret: & hoc per senatusconsul. etiam vt hæres non reuocet nisi vir pœnituerit: vt supra, de dona. inter vi. & vxo. l. cum hic status. multo magis ergo expresse relictum vxori valet. vel dic, est & illud, argu. scilicet quod valeat relictum dotis expressum.

f *Quòd.* i. quia &c. & dic vt prędixi. & secūdū hoc dic exactio. i. repetitio donationis: vel dic exactio donationis per retentionem dotis: vt. C. de rei vxo. act. §. taceat. si modo nō mutet &c. quia tūc reuocat, sed non per retentionem dotis: vt. d. §. dicitur.

g *Impensæ autem.* hoc aduersatur ei quod dixerat, verum est cōmodum &c. & dic, autem, pro sed &c. vel dic aduersari ad proxi. dictum, prout dixi per. l. C. de rei vxo. act. l. vnica. §. taceat. q. d. nō retinetur dos ob res donatas: sed secus est propter impensas. & secundum vtrāque expositionem deminuetur hoc legatum dotis propter impensas, secundum R.

h *Corpora.* de hoc dic vt no. ff. de impen. in re. do. fac. l. quod dicitur. & ff. de iure do. si is. §. quod dicitur. & C. de rei vxo. ac. §. sed nec ob impensas. & facit. j. e. l. cum quis. in prin. & l. dote.

i *Sed ad vniuersitatē.* sic. ff. de iudi. l. si fideicōmissum. §. tractatū.

k *Actionem.* id est, summam dotis: vt supra, eo. in princ.

l *Purè.* id est, simpliciter non adiecta certa re, vel summa: aliàs secus: vt institu. eo. §. sed si vir.

m *Prælegatio.* aliàs, pure legatio.

n *Casibus.* scilicet qui sunt supra, de iur. do. l. mutus. §. manente. & facit. ff. de leg. ij. l. Mæuius. §. duobus. Sed arg. contra in eo. titu. l. cum filius. §. hæres. ADDITIO. Dic secundum Dy. quòd ibi debitum non erat extinctum, sed erat in aliam speciem obligationis translatum: hic vero erat omnino extinctum. Barto.

o *Soluerit.* s. vir qui ante vel etiam post eandem eidem legauit.

p *Æstimata.* mancipia dico. Accursius.

q *Dotis legatum.* simpliciter relictum: vt lego tibi dotem tuam. secus si centum pro mancipiis: vt. j. e. l. vir vxori.

r *Liberationem.* quia de ea tantum sensisse videtur.

s *Nam & si quis.* q. d. si non valet vbi magis videtur valere, quia quantitas exprimitur, multò minus valet in casibus superioribus vbi quātitas nullo modo exprimitur.

t *Deberi constat.* immo contra: vt. C. de fal. cau. adie. leg. si non designata. Solu. distingue an quantitas exprimatur vt corpus: vt hic, & supra, de leg. j. l. plane. §. sed hoc ita. & tūc nō debetur quantitas, vt hic: sicuti nec corpus ignotum debetur: vt. ff. de lega. ij. l. Lucius. §. quod quis. nam sue dixi, quæ in arca habeo: siue, quæ apud me deposita sunt, ea tibi lego: quodammodo videor dubitare sit penes me, an non: & sic est corpus ignotum in ea demonstratione, aut vt quantitas in genere certa: & tunc falsa demōstratio non nocet, sicut nec in corpore certo: vt ibi, & infra, de lib. le. l. legaui. & supra, de le. j. si seruus legatus. §. qui quinque. & l. sed & si certos. & l. si sic. & j. e. cum scriptū. quę sunt similiter contra. licet enim dicam, centum

u *Si quis.* nullo errore lapsus.

x *Omnimodo.* etiam si aliunde obuenit.

y *Demonstratæ.* scilicet ad plus demōstrandum. q. d. satis apparet eum voluisse deberi per hęc verba, is enim &c. & non oportet q̄ adiiciat plus. Et nota quod manifesta non indigent demōstratione vel probatione. sic. ff. qui fatisda. cog. si vero. §. qui pro rei. & facit infra, de condit. & demonst. quibus diebus. §. qui dorale. & cum tale. §. falsa. & no. ff. proxi. §. Accursius.

in illo autem versi. dicit quòd filius potest petere dictã doté antequam vxor sua petat ex causa legati ab hæredibus patris sui: sed dicti hæredes non tenẽtur aliter ei dare, quam si eis cauerit se eos defensurum aduersus vxorem suam agere contra eos postea volenté. nam quamuis hæredes soluerint marito, nihilominus competit contra eos actio mulieri. & in hoc est differẽtia inter dictum maritum cui dos vxoris suæ prælegata est in testamẽto patris sui, & Orcinum libertum cui peculium legatum est. nãque ipse libertus potest cõueniri de peculio: hæres autem illius qui prælegauit ei peculium, non potest conueniri de peculio: quia ipse hæres desiit habere penes se peculiũ. at, vt dictũ est, dotis actio nihilomin[9] cõpetit mulieri cõtra hæredes soceri, quãuis hæredes soceri doté habere desierint eo quod soluerũt marito. h.d. vsq; ad.§. idem quærit si dos. Vi.

a *Si socer.* aliàs, lex, aliàs. §. Celsus.

b *Actionis.* scilicet vt actionem ex stipulatu pro dote intẽderet cõtra maritum.

c *Nupta est.* bona ratio, vt C. si dos cõstã. mal. j.

d *Legatũ.* & ideo cõtra maritum non aget tunc, sed contra soceri hæredes: vt. ff. sol. ma. l. si constante. §. j. & l. si marito. §. cum patri. Azo. sed donatio causa mortis cõstante matrimonio nõ valet: vt. ff. de dona. inter vi. & vxo. l. mortis. in prin. quæ est contra. Sed illa magis accedit donationi inter viuos, quę non valet, quàm legato. ad quod est. ff. de dona. inter vi. & vxo. l. cum hic status. §. oratio. & econtra legatum dotis magis alij legato quàm donationi accedit.

e *Si tamen hæc.* scilicet nurus.

f *Iudicio.* sed si non habuit cohæredes, nec est soceri hæreditas oĩta: nunquid nurus potest intendere hypothecariam etiã constãte matrimonio? de personali cõstat, vt dixim[9]. j. e. pater. & l. antepe. sed subuenitur ei ex generali regula: vt. ff. de iur. do. l. si is. §. j.

g *Vtili actione.* id est, vtili iudicio fami. erciscun. vel actione in factum: vt not. ff. famil. erciscun. si filia. & l. si maritus. Accursius.

h *Vt bis.* ad quod est. ff. de leg. j. l. huiusmodi. §. cum pater. & de iure do. l. cum pater. & C. de rei vxo. act. §. sciendum. Item videtur contra huic. l. j. de leg. præ. l. sed si. §. si nurus. sed non ob. vt dicit seq. §. illius. l. §. sed & cum.

i *Defensu iri.* facit. ff. fami. erci. l. si filia. in prin. & §. j. & §. pe. & ff. de condic. indebi. frater à fratre. & j. eo. l. pater. Accursius.

k *Per contrarium.* nam. ff. nurui, hic filio legat. & facit. j. eo. l. pater. in princip.

l *Non posse.* scilicet vxoré nisi in subsidiũ: vt. j. eo. l. pater. in fi.

m *Eum.* filium exhæredatum.

n *Orcinum.* a cui directo libertas à testatore relinquitur: vt insti. de sin. reb. per fideicom. reli. §. libertas.

o *Posse conueniri.* immo videtur econtra ipsum nõ posse, sed hęredem posse: vt. C. an ser. ex suo fa. l. ij. Solu. secundum Ro. non cõuenitur Orcinus libertus: sed hæres ab initio, vt ibi: sed inspecto exitu conuenitur Orcinus, & non hæres: vt hic. nã hæres cõ ad uentus de peculio conuictus & exactus recuperat à liberto. & sic per medium libertus conuenitur: vt aliàs. C. de vsur. rei iudi. l. fi. in fin. nec in plus tenetur quam à liberto recuperare potest: vnde liberatur cedendo actiones: vt. ff. de pec. quod debetur. in fi. & ad hanc mentem applicabat hanc literam. Alij dicunt teneri libertum in subsidium, quia hæres non est soluendo. Tu dic quod hic

storum scribit: si socer [a] nurui dotem prælegauit: si quidem ius actionis [b] de dote voluit prælegare, nullius momenti esse legatum: quippe nupta est. [c] Sed si voluit eam recipere dotalem pecuniam: vtile, inquit, erit legatum. [d] Si tamen hæc [e] dotem receperit, nihilominus maritus dotis persecutionẽ habebit, siue hæres institutus est, familiæ erciscundę iudicio: [f] siue non, vtili actione. [g] Ego puto quoniam non hoc voluit socer, vt bis [h] doté hæres præstet: mulierem agentem ex testamento, cauere debere defensu'iri [i] hæredem aduersus maritum. ergo & maritus idẽ debebit cauere, aduersus mulierẽ defensu'iri, si prior agat.

Contra filium exhæredatum non potest agere vxor pro dote: sed ipse filius agit cõtra hæredes institutos, præstita cautione de indemnitate. hoc dicit.

℣ Per contrarium [k] apud Iulianũ libro trigesimo septimo quę ritur, si socer filio suo exhæredato dotem nurus legasset. Et ait agi quidem cum marito exhæredato de dote non posse: [l] verumtamen ipsum doté persecuturum ex causa legati: sed non aliàs eum legatum consecuturum, quàm si cauerit hæredes aduersus mulierem defensu'iri. & differentiam facit inter eum [m] cui dos prælegata est, & Orcinum [n] libertum cui peculium legatum est. namque eum de peculio posse cõueniri [o] ait, hæredem nõ posse: quia peculium desiit penes se habere. [p] at dotis actio nihilominus cõpetit & si dotem desierit habere. ℣ Idem Iulianus quærit, si dotẽ marito prælegauerit socer, an dote soluta mulieri, [q] legatum mariti [r] extinguatur. Et dicit extingui: quia nihil esset iam quod marito posset præstari. [s] ℣ Idem quærit, si dos alij legata esset, eamque rogatus sit [is] mulieri restituere: an lex Falcidia in legato locum haberet? Et dicit habere: [t] sed quod minus est in fideicommisso, mulierem dotis actione consecuturam. [u] Ego quæro, [x] an commoda repræsẽtationis in hoc legato sic obseruentur, [y] atque si dos ipsi mulieri fuisset prælegata? Et puto habere. ℣ Idem Iulianus quærit, si mulieri dos sit prælegata libertas relicta: ibi per fideicõmissum: quod patet, quia *quoniã* [illegible] dicit Orcinus: vt insti. de singu. re. per fideicommis. re. §. libertas. *Vbi directũ* sed quæ est diuersitatis ratio, nota in. l. cõtraria. Et eodem modo *significat*, respon. ad. l. de pecu. leg. l. si seruo manumisso. &. ff. quando. act. de *tametsi in* pecu. est an. l. j. §. item hæres. &. ff. de tribu. quod in hæredem. §. si *Græcis scho* seruo. nã in prædictis *liis per. v. le* legibus per fideicom- *gatur Oppo* missum fuit relicta li- *nor, nõ p. l.* bertas. Prima enim so. non placet: quia sic nõ esset aliud in Orcino liberto, quam in eo cui est dos prælegata: quia & ibi cõuenitur hæres ab initio: sed recuperat à filio: at hic vult esse differentiam. & facit. j. de pecu. lega. l. at cum hæres.

B

C

D

p *Se habere.* sine dolo.

q *Mulieri.* solu. matrimonio. quã solutionẽ cogitur maritus habere ratam quasi suo creditori datam: vt. ff. de neg. gest. si liber. &. ff. de iu. do. cum pater. in fin. &. j. de excep. do. si opera. &. j. de bo. lib. libertus qui sub. §. j. vel si hoc non placet, dic nomine mulieris hanc doté marito legatã. ad quod. ff. de leg. j. seruo legato. §. j. &. C. de do. pro. l. si pro te. & eodẽ modo respon. j. eo. pater. ij. respõ. *ADDITIO.* Intellige istã gl. secundũ Bar. hic quod matrimoniũ fuit postea solutum inter vxorem & virũ eius: aliàs nõ peteret: vt in prin. huius. l. vel si ponis cõstante matrimonio, de-

bes exponere actio de dote, id est, spes actionis de dote: aliàs non procederet, secundum eundem Bart.

r *Mariti.* id est, marito relictum.

s *Præstari.* vltra commodum repræsentationis: vt. j. l. proxi. hoc enim commodũ erat vir habiturus propter legatũ si socer nurui dotem non restituisset.

Idem quærit si dos.] CASVS. Institui mihi hæredem Titium, & dotem vxoris meæ legaui Sempronio: & eũdem Sempronium rogaui vt restitueret dictam doté dictæ meæ vxori, & postea decessi. nunc Titius cum grauauerim hæreditatem meã aliis etiam legatis, vult detrahere de dicta dote Falcidiam. quæritur, nũquid possit? Et dicitur quod sic, & mulier non cõsequetur à legatario nisi illud quod recepit ipse legatarius ab hærede: & quod minus est in fideicommisso restituto mulieri per legatarium prædictum, cõsequetur mulier ab hærede per actionẽ de dote. Sed nunquid dictus hæres poterit detrahere Falci. dicto legatario de commodo repræsentationis dictæ dotis, sicut posset detrahere mulieri si mulieri esset dos legata? Et dicitur quod sic, & ita mulier in hoc casu non recuperabit ab hærede prædicto illud quod hæres detrahit nomine Falcidiæ pro commodo repræsentationis dotis, quamuis in superiori casu recuperet, vt dictum est. Viuianus.

t *Et dicit habere.* vt. j. ad. l. Falci. cum doté. contra. Solu. illa finẽ, hæc medios respicit circuitus, qui tandem parum aut nihil prosunt. R. vel hic fuit dos æstimata, ibi non. vel vt ibi.

u *Consecuturam.* cum in medij temporis commodo Falci. nocere non debeat secundum R. immo nocet: vt. j. ad. l. Falc. l. j. §. si quis. &. l. cum dotem. &. l. si vsusfructus. §. j. dic ergo consecuturam ab hæredibus. & sic Falcid. inspecto exitu non prodest nisi in commodo repræsentationis, vt dixi.

x *Ego quæro.* quoniam in superioribus parum aut nihil Falcid. profecisse videtur. H.

y *Sic obseruentur.* quantum ad Falci. repræsentationem. R. Quid ergo tunc seruatur? Respon. secundum quosdam non habet locum Falc. sed totam dotem soluet statim: vt. ff. ad legem Falc. l. si vsusfru-

BIU Cujas

vsusfructus.§.j.sic ergo & quod retinuit hęres à legatario,insolidum dabit mulieri annua bima trima die.tu dic Falc. habere locũ in commodo repræsentationis:vt.j.ad.l.Falci.l.j.§.si quis.vt eccedos est.lx.legat vir eam mulieri.certe statim debet habere,quæ aliàs nõ haberet nisi annua bima trima die.cõmodũ ergo medij tẽporis potest valere.xx.

certe de his.xx.detrahitur quarta,scilicet quĩque quæ retinet hæres libere. sic & in nostro casu dabit mulieri qđ detraxit legatario, vt v.tantũ libere retineat vir: vt hic, &.j.ad.l. Fal.cũ doté.i fine. nec ob. d.l. si vsusfructus. quia de dote legata nõ detrahitur, sed tantum de cõmodo repræsentationis.

Idẽ Iulianus quærit.] CASVS. Ego recepi doté p vxore filij mei Titij,& postea feci testamẽtũ, & dictæ meæ nurui doté prælegaui: & rogaui eã quod restitueret dictã doté Sẽpronio, & vltra dodrãté multa alia legata reliqui, ita quod habeat locũ Falcidia in hæreditate mea.nũquid poterit hęres meus detrahere Falcidiam dictæ meæ nurui? Et dicitur quod non, nec tenetur ipsa dictã dotem dicto Sempronio ex fideicommisso restituere: quia ego legaui ei illud quod suum erat, & nihil de meo.si autẽ præter doté legaui ei cẽtum,in eo casu hæres meus detrahet ei Falcidiã de dictis.c.& superfluum de dictis.c.dabit mulier fideicõmissario pro fideicommisso dotis. sed si dictum meum filium hæredẽ institui cum quibusdam aliis,& dotem nurui meæ prælegaui(vt dictum est)nunquid hæredes mei detrahent Falcidiam de cõmodo repræsentationis dotis? Et dicitur quod sic. repræsentatur enim dos mulieri cũ hæredes ei eam soluunt ex legato. quæ dos si non esset ei legata, non debebat ei solui,eo quòd indebita erat quantũ ad eam, ideo quia adhuc cõstabat matrimonium inter eam & filiũ meum prædictum.dictam tamen Falcidiã quam cohęredes filij mei extraxerunt de prælegato dotis,habebit filius meus ante partem cũ intẽtabitur iudiciũ fami.erci.inter eũ & dictos suos cohæredes, sicut totã doté haberet ante parté si nõ prælegassem eã vxori suæ. Vi.

Flo. in dote sit, & spec.

a *Locum habeat.*scilicet ad damnum fideicommissarij.

b *Negat valere.*& sic non potest ei nocere Falc.& hoc est verũ nisi in cõmodo repræsentationis, in quo tenet legatũ & fideicõ. vt.j.l.proxi.& sic etiam Falc.detrahitur vxori,& per consequens fideicõ. de hoc cõmodo repræsentationis: vt no.ś.proxi.§.& facit ad hoc quòd non valeat fideicõ.ś.de le.iij. cum quis. in prin. &.l.iij.in prin.&.§.si rem.&.ś.de leg.ij.cum pater.§.Titio.

c *Purè.*aliàs est, libere.Azo. & secũdum hoc dicunt quòd non fuerit grauatus restituere illud.Et quòd subiicit,fideicõ.ab vxore præstari,dicunt ex voluntate: quia nõ illud,sed dotem solam rogatus fuit restituere,secundum R.Sed secundum hoc quare diceretur fideicom.dic ergo quòd & de hoc fuit rogata: & sic ex necessitate præstet.& non habeas,pure.vel si habeas,expone,id est, non in diem,vel sub conditione.

d *Quod.*scilicet residuum,id est,legatum extra dotem.

e *A socero.*mulieris,qui & pater erat mariti.

f *Prælegata.*eidem marito.

g *Indebita.*scilicet nurui.viro enim debita est:cum penes ipsum maneat onus matrimonij:vt.ś.fa.ercisc.si filia.§.j.&.l. si maritus. &.j.de leg.præ.sed & si.§.si nurui.&.§.sed & cum.

h *Præceperũ.*s. statim,& omnino,cũ hic de cõmo.repræsentatiõis nil sit:vt.j.e.l.pater. quæ.l.bene facit ad hoc qđ hic dicitur.

Mela scripsit.] CASVS. Vxor mea dedit mihi in dotem fundũ Titianum,& ego postea legaui eũ,& ei postea generaliter legaui doté suam.certe non poterit petere ab hæredibus meis nisi semel fundum prædictum. sed & si dictum fundũ dotalem quem legaui vxori meæ,vt dictum est,locaueram Seio vsq; ad certum tempus: A non aliter consequetur dicta mea vxor dictum fundum ab hæredibus meis quam si cauerit eis se passuram colonũ prædictũ fruidummodo ipsa percipiat pensiones dicti fundi.Viuianus.

i *In dotem.*etiam inæstimatus: & valebit etiam legatum propter commodum repræsentationis:sed hodie statim reddi debet:vnde non valet legatũ secũdum quosdã. Tu dicetiã olim non valere in re immobili: vt.C. de rei vxo.ac.l.vnica.§.cũ autem.&.§.exactio. & insti.eo.§.si quis debitori.hic enim fuerat estimatus.Accursius.

k *Sed semel.*sic.ś. de lega.ij.l. Mæuius. in prin.§.&.ś.de leg.j.plane. §.j. & .j. de verb. oblig.qui bis. &.ś. de iur.do.cum pater.Ac.

l *Consequi.* immo videtur quod posset eũ deiicere:vt.ś. de le.j.l. nihil.§.fi.& .ś. de vsufr. arbores.§.j. &.ś. loca. & conduc.l.qui fundũ. quæ sunt contra.Solu. speciale in dote:vt hic, &.ś.solu.ma. si filio.§. fi.Vel dic, quod & hic eum deiecerat: & ideo cauet hæredi:vt hic,& d.l.si filio. deiectus ergo colonus agit cõtra hæredẽ: & hæres aget ex cautione.& sic facit supra, quando act. de pe. est an.l.j.§. item si

B dem Mela coniungit, si fundus in dotẽ fuerit locatus à marito ad certum tempus, vxorẽ non aliàs fundum ex prælegatione consequi, l quàm si cauerit se passuram colonum frui, dummodo ipsa pẽsiones percipiat.

Supra locutus est iurisconsultus de prælegato dotis.hic vero loquitur de fideicommisso quo grauatur mulier cui dos est prælegata. siue legetur dos mulieri, siue aliud pro ea: eatenus potest onere fideicommissi grauari,quatenus relictum dotis quantitatem excedit.h.d.secundum Dy.Bartolus.

II. VLPIANVS libro quinto Disputationum.

CVm quis vxori suæ dotem relegat, fideiq́ue commissum ab ea relinquit: hoc fideicommissum ex cõmodo quod ex relegatione mulier sentit,æstimabitur. m & ita Celsus quoque libro vicesimo Digestorũ scripsit. Quòd si necessariæ fuerunt impẽsæ(quæ ipso iure dotem minuunt n) amplius o dici

hæres.& supra loca.si merces.§.j.

C CVm quis.] CASVS.Vxori meę legaui doté suam quæ erat, & rogaui eam quod daret.xx. Titio.certe ex ipsa dote nõ debit mulier Titio.xx.sed ex cõmodo repręsentationis dotis.& idẽ est si ego feceram in dote necessarias expẽsas, quæ quidẽ ipso iure dotem minuunt. nam non solum ex repræsentatione prædicta dabit mulier Titio.xx.vt dictum est:sed etiam ex dictis expẽsis. est enim legataria quantum ad dictas expensas: & de meo videor ei dotem prælegasse,sed & si nõ legaui ei dotem, sed legaui ei vnum fundum loco dotis,adhuc videor ei dotem prælegasse,tenebitur mulier præstare dicta.xx.Titio de cõmodo repræsentationis & de expensis prædictis.& idẽ est si nõ dixi expresse quod legabam ei fundũ pro dote,sed hoc in animo gerebam.de dote autem nihil tenetur dare Titio fideicõmissario. Quid ergo si eam institui hæredem, & rogaui eam quod restitueret hæreditatẽ dicto Titio?certe id demũ ei restituet,quod quantitatẽ dotis excedit.vnde idẽ est in eo quod excedit, quod est in dicto commodo repræsẽtationis. Item quid si recepi dotem à nuru mea, & postea filium meum hæredem institui, & eum rogaui quòd restitueret Titio quicquid ad eũ filiũ ex hęreditate mea peruenisset,& postea per mortem vxoris suæ meæ nurus lucratus est dotem?nũquid restituet Titio quod ex ea dicta dote à me percepit? Et dicitur D quod non:quia non est lucratus illam dotem ex meo iudicio,sed causa matrimonij. [MVLIER, DOTEM.] Vxor mea quæ promiserat mihi nomine dotis quadringenta, dedit mihi pro decentis fundum Titianum &Seianum : & pro aliis.cc. dedit mihi nomina duorũ suorum debitorum qui debebant ei.cc.postea ego decedẽs legaui ei pro dote sua dictos duos fundos, & etiam alios duos qui valebãt.ccc.& cõmisi fidei eius vt quicquid ad eam peruenisset ex hæreditate mea, restitueret Seio cũ ipsa moreretur.& decessi.postea decessit dicta mea vxor.quæritur, quantum debebat dare dicto Seio nomine fideicommissi? & certe illud solum quod peruenit ad eam deducta quãtitate dotis. recepit enim à me dotem, & non accepit illud lucrum quod habet propter repræsentationem dotis: & illud superfluum de dote tenetur restituere dicto Seio cum fructibus.&.h.d.Viuianus.

m *Æstimabitur.*vt tantum esse possit,non vltra: vt.ś.de lega.j. imperator.§.j.&.ś.de lega.j.plane.§.fi.&.j.ea.l.§.fi.

n *Minuunt.* quia fundus & pecunia est in dote, & in fundo impensa facta:vt.ś.de impen.l.quod dicitur.

o *Amplius.*facias pũctum minuunt, & dic amplius quam supra. dixit enim fideicõ.esse in cõmodo tãtũ:nũc dicit,plus si tãta &c.

Sitama.

BIU Cujas

poteſt, ſi tanta [a] quãtitas dotis, quãtam* maritus accepit, ei relegata [b] eſt, oportere dici etiam eam quãtitatem poſſe fideicõmiſſo erogari, * quæ ipſo iure dotem minuit. eſſe enim mulierem legatariam [c] nemo eſt qui dubitet. Sed & ſi non dos, ſed pro dote aliquid vxori fuerit legatum: adhuc quaſi dos relegata accipitur. [d] Hoc amplius Iulianus ſcripſit, & ſi nõ fuerit adiectũ pro dote eſſe legatum, hoc tamẽ animo [e] relictum: adhuc eius eſſe cõditionis. [f] Vxor igitur ſi rogetur vel dotem, vel quod pro dote legatum eſt, vel quod in vicem dotis ſibi [g] adſcriptum eſt, [h] reſtituere: nõ cogetur niſi eatenus, quatenus diximus [i] reſtituere: & ideo hæres inſtituta rogataque quãtitatem hæreditatis reſtituere: id demũ reſtituet quod quantitatem dotis excedit, idque [k] quod ex repræſentationis commodo ſentit. Nã & ſi quis cùm à nuru dotem accepiſſet, filium ſuum hęredem inſtituerit, eúmque rogauerit quidquid ad eũ ex hæreditate peruenisſet reſtituere, mox morte vxoris dotem fuerit lucratus: [l] id non reſtituet quod ex dote percepit: [m] quia matrimonij cauſa id lucrat⁹ eſt, non ex patris iudicio. [n] Mulier dotem promiſit quadringẽtorũ, & dedit fundos duos in ducenta, [n] præterea nomina debitorũ in reſidua ducẽta: mox maritus eius decedens pro dote fundos ei duos, nõ eos quos in dotem acceperat, reliquit: & præterea duos illos dotales quos æſtimatos acceperat, reliquit: fideíque eius cõmiſit, vt quidquid ad ſe ex hæreditate eius peruenisſet, id reſtitueret Seio cum moreretur. Quærebatur, quãtum eſſet in fideicõmiſſo muliere defuncta? Dicebam vxorem hanc quæ rogata eſt, quidquid ad ſe peruenerit ex teſtamento, reſtituere: in ea eſſe conditione, vt id demũ reſtituere rogetur, quod deducta dotis quãtitate ad eam peruenit. dotẽ enim recepiſſe [o] eã magis quàm accepiſſe, ſaluo eo quod ex commodo repræſentationis ab ea fideicõmitti potuit. [p] Proinde id quidẽ quod pro dote maritus ei reliquit, nõ cogetur [q] reſtituere, niſi pl⁹ fuerit in eo quàm in quãtitate dotis. Reſiduum verò quod præterea illi relictum eſt, cum fructibus cogetur reſtituere. Habebit igitur præcipuam dotem cũ ſuis fructib⁹: [r] id verò quod extrinſecus ei relictũ eſt, cum fructibus qui ad eam peruenerint, reſtituet.

III. IVLIANVS libro trigeſimoquarto Digeſtorum.

C Qui ita legat vxori ſuæ, *Titiæ amplius quàm dotem, aureos tot [s] hæres meus damnas eſto dare.* manifeſtum* eſt dotem quoque relegaſſe.

IIII. AFRICANVS libro quinto Quæſtionum.

CVm vulgari [t] modo dies legatorum profertur, nihil eam rem ad dotis prælegationem pertinere ait, [u] quia ſuum diem [x] habeat.

Propter vtiles ẽpẽſas ĩ dotẽ aut donatiões in vxorẽ factas, hæres nõ poteſt differre ſolutionẽ dotis prælegatæ vxori à marito.h.d.

V. MARCIANVS libro tertio Regularum.

D Dote prælegata, [y] nõ eſt hęres audiẽdus ſi velit ob donationes in mulierẽ factas ſolutionẽ [z] differre, vel ob impenſas aliàs [a] quàm quæ ipſo iure

---

a *Si tanta.* aliàs, ſi tota.

b *Relegata.* hoc adiecto, ſcilicet ſine deminutione expenſarum: vel fuit nominatim ipſa quantitas dotis prælegata. aliàs aliud eſſet: vt not. ſ. eo. l. j. §. impenſæ.

c *Legatariã.* ſcilicet purã. & in duob⁹, ſcilicet in cõmodo repręſentatiõis: & impẽſarũ remiſſione: & ideo poteſt fidei eius cõmitti. & facit. ſ. de leg. j. l. debitor. in prin. &. §. j.

d *Accipitur.* ſcilicet vt cõmodũ repræſentationis ſit in legato.

e *Hoc tamen animo.* quod olim præſumebatur per edictum de alterutro. hodie ſec⁹, niſi hoc ꝓbetur quòd voluerit altero eſſe contento: vt. C. de rei vxo. act. §. primum itaque.

f *Conditionis.* ſ. vt poſſit grauari in eo ſolo quod pl⁹ ſit in legato, quã i actiõe dotis. Ac.

g *Sibi.* ſcilicet vxori.

h *Adſcriptũ.* ſ. à viro.

i *Diximus.* ſcilicet ꝙ plus eſt in legato quã in actione dotis.

k *Idque.* q. d. & id reſtituit, ſcilicet ꝓ fideicõ. quod habet ex cõmodo repreſẽtationis.

l *Lucrat⁹.* vel ex pacto vel vxoris iudicio. Ac.

m *Percepit.* ſcilicet familiæ erciſcundæ forſan iudicio, quaſi præceptionis iure magis quã eius titulo inſpecto: vt. j. de fideiuſ. tutor. R. & ad idem. C. ad Macc. l. iij. &. j. de don. qui id quod. & cõſonat prædictis. j. ad Trebel. l. cũ hæres. & l. deductis. & j. ad. l. Falc. ſed ſi dos. &. j. de leg. prętã. virilis. §. pe. & ĩ. &. j. de aur. & arg. l. quæ vxori. in prin.

n *In ducenta.* ſcilicet æſtimatos: vt. j. dicit nomine ducentorum.

o *Recepiſſe.* ſunt enim diuerſa accipere & recipere. ſic &. ſ. depoſi. l. j. §. eleganter. in fin. Sed arg. cõtra. ſ. de leg. ij. l. cum quidam.

p *Potuit.* vt &. ſ. ea. l. in princip.

q *Cogetur.* non lucratur ergo legataria fructus medij temporis. & ſic eſt contra. ſ. de leg. iij. quod his verbis. Sol. hic ſpeciale cõiectura voluntatis. ex eo enim quod legabat ꝓ debito dotis: quaſi quædam taxatio eſt, vt quidquid vltra habeat, reddat. ſic &. ſ. de vſur. l. in fideicõmiſſi. §. cum Pollidius. nam & ibi fundus retinẽdus quandam taxationẽ facit, vt reſidua cum fructibus reddat: vt ibi dicitur. Itẽ & ſi legatur minus, & rogetur reſtituere plus poſt tempus diſtinguitur quantitas pro quantitate: & ſic fructus medij temporis computantur vt valeat fideicom. ſecus ſi ſpecies: vt. ſ. de leg. ij. imperator. §. j. &. l. cum pater. §. Titio.

r *Dotem cum ſuis fructibus.* id eſt, quantum dos facit cum ſuis fructibus. & facit. j. de auro & argen. lega. l. qui vxori. &. ſ. l. proxi. cum ſuis concordantiis.

Quinta.] CASVS. Titiæ vxori meæ ita legaui: Titiæ ampl⁹ quã dotẽ ſuã aureos. c. det hæres meus. certe nõ ſolũ cẽtũ aureos, ſed etiam dotẽ videor ei legaſſe. Sed quid ſi poſt dicta legata ita dixi, volo quod legata ſoluat hæres meus vſque ad menſem? certe iſta prolongatio ſolutionis non pertinet ad legatũ dotis, ſed ad alia legata tãtum. dos ergo ſoluetur incõtinenti, & alia legata poſt mẽſem numerãdũ à morte mea. & eſt ratio, quia actio de dote habet ſuũ diẽ quo debeat ſolui dos mulieris ſoluto matrimonio, ſcilicet qa debet ſolui poſt annum quãdo non eſt legata. vnde prorogatio legatorũ nõ debet pertinere ad dotẽ, cũ ad præſentia tantũ legata debeat ptinere, & vt. ſ. de lega. j. talis ſcriptura. &. h. d. cũ. l. ſequẽ. Vi.

s *Tot.* puta decem. ſic videtur huic. l. cõtra. ſ. de le. j. ſi ſeruus. §. ſi ita ſcriptum eſſet. Solu. vt ibi, vel vt dixi. ſ. de le. iij. l. ſi ſic. &. l. ſi pure. quæ cõcor. vel hic dixit, amplius quã dotem decẽ aureorum: ſecus ſi dixerit, amplius decem aureis, & omiſit, quam dotem. Accur.

t *CVm vulgari.* puta, ego teſtator qui legaueram vxori meæ dotem, ſic dixi: Cuicũque aliqua legaui, poſt x. an. dari volo. vel ita, Quibus legatis dies appoſitus nõ eſt, poſt annos. x. dari volo. & facit ad hoc. ſ. de leg. j. talis ſcriptura.

u *Pertinere ait.* præſumpta tali cõiectura voluntatis, tũc nec relictum euaneſcit: vt. ſ. de leg. j. ſi quando. in prin. &. ſ. de lega. ij. Titia. §. Lucius. tũ etiã ex legatariæ charitate: vt ſ. de vſufru. le. qui fructus. &. C. de leg. cũ alienã. &. ſ. de le. j. ſi ſeruus pluriũ. §. fi. H. non ergo differt mulier petere ſi dos ei eſt legata. * *Flo. manifeſtus*

x *Suum diẽ.* ſ dos, annua bima trima. ſ. die: quod nõ placet: qa ſic nihil plus eſſet in legato quã in debito: & ſic nõ valet: vt inſti. de lega. §. ſi quis debitori. quod eſſe non debet: vt. ſ. de le. j. l. ſi quãdo. dic ergo, dos habet diẽ ſuum, id eſt pro exiſtẽtia ſui. nec enim eſt aliud eſſe vel eſſentia huius legati, quã commodum repræſentationis: vt. ſ. eo. l. iij. in princi. vel ſub. in, & dic ſuum eſſe, ſcilicet in diẽ, ſcilicet tantum. & idem eſt ſenſus. Ac.

Dote.] CASVS. Cum in dote vxoris meæ feciſſem vtiles expenſas quæ quidem non minuunt dotẽ ipſo iure, & cum vxori prædictæ aliqua donaſſem, legaui ei dotem ſuam, & deceſſi. certe propter dictas expẽſas & donationes nõ poteſt hæres meus differre dotis reſtitutionem. ſecus eſſet in neceſſariis expenſis quę ipſo iure dotem minuunt: quia tunc tanto minus reſtituet de dote, quantum capiunt dictæ expenſæ neceſſariæ: vtiles autem prædictas poteſt à muliere repetere. Viuianus.

y *Dote prælegata.* id eſt legata. de hoc dic vt not. in rubrica.

z *Solutionem.* ſcilicet dotis.

a *Aliàs.* ſcilicet vtiles in res dotales factas: vel etiam in alia re vxo-

BIU Cujas

a *Dic secus in gestis affectione paterna. nam nō haberēt locū hæ actiones māda.l.is qui. & ibi ad lō gū.do. Bar so.ff.de ne.gest.*

vxoris. [a] pro quibus agitur mandati vel nego.gest.vt.C.de rei vxo.act.l.vnica.§.sed nec ob impensas.Accursius.

a *Minuunt.* quod est in necessariis: sed tamen quandoque etiam istæ dotem nō minuunt,nec legatum:vt.ff.eo.l.cum quis.in prin. & in alio casu qui ponitur.ff.de leg.ij.Mæuia.§.j.qui videtur cōtra. *ADDITIO.* Pro sol.huius contrarij intellige hanc glo.quando legauit dotem simpliciter:secus si legauit quicquid ad eū peruenit : quia tunc nō deduceret impēsas necessarias:vt.ff.eo.l.iij.Bar.

dotem minuunt. [a] Aliud est enim minorem esse factam dotem, quod per necessarias impensas accidit: aliud pignoris [b] nomine retineri dotem [c] ob ea quæ mulierem inuicem pręstare æquum est.

St legatur aliquid pro dote adiecta certa quantitate.siue dos fuerit nulla,siue minor,tenet legatum.hoc dicit.Barto.

VI. LABEO libro secundo Posteriorum à Iauoleno Epitomatorum.

CVm scriptū esset, *Quæ pecunia* [d] *propter vxorem meam ad me peruenit,quinquaginta: tantumdem* [e] *pro ea dote hæres meus dato.* Quāuis quadraginta dotis fuissent,tamē quinquaginta deberi Alfenus Varus Seruium respōdisse scribit:quia proposita [f] summa quinquaginta adiecta sit. [g] Itē ei quæ dotē nullā [h] habebat,vir sic legauerat: *Quanta pecunia dotis nomine, & reliqua:* [i] *pro ea quinquagīta hæres dato.* Deberi ei legatum Ofilius,[&]Cascellius,item [k] & Seruij auditores [l] retulerunt perinde habendū esse, ac si seruus mortuus alicui,aut pro eo centum legata essent.quod verum est:quia his verbis nō dos ipsa,sed pro dote [m] pecunia legata videtur.

b *Pignoris.* quod hic nullum est.

c *Dotem.*ſ.velle,quod fieri nō debet: vt.C.de rei vxo.act.§.taceat. & C.commo.l.fi.&.ff.hac l.& facit.ff.e.l.j.in prī. &.§.j.&.l.cum quis.

CVm scriptum.] CASVS.Cum habuissem.xl.in dotem ab vxore mea, ita scripsi in testamento meo, quæ pecunia propter vxorē meam ad me peruenit l.tantumdem pro ea dote hęres meus dato.certe debentur dictæ vxori meæ.l. Quid si nullā dotem ab ea habui, & ita ei legaui, quanta pecunia dotis nomine ab vxore mea ad me puenit, & reliqua,pro ea.l.hæres dato.& decessi.certa debentur vxori.l.nam & si legaui alicui seruum qui iam mortuus est,aut pro eo.c,c.debentur legatario.Viuianus.

d *Quæ pecunia.*i.quæcunque pecunia.Accursius.

e *Tantumdem.*aliàs,tantum:aliàs,tantumdē.& tunc puncta post, quinquaginta.

f *Proposita.* id est,dicta.

g *Adiecta sit.* scilicet in testamento.

h *Nullam.* in superiori casu aliqua erat,sed minor.

i *Et reliqua.*ſ.peruenit ad me.Accursius.

k *Item.* aliàs,idem.

l *Auditores.* id est,discipuli.

m *Sed pro dote.*i.sub dotis simulatione.R.& facit.C.de fal.causa adie. le.l.ij.&.iij. & fi.& supra, de eden.l. si sic.§.j.&.ī.de lib.le. l.legaui.&.ff.de leg.ij.l.cum quidā.&.l.Lucius.§.quisquis.& inst. de leg.§.econtrario. Sed cōtra.ff.e.l.j.§. adeo.in fi.§.Sol.vt plene no.ibi.Itē facit.ī.eo.tit.l.vir vxori. *ADDITIO.* Ad.§.ideo.dic quòd ibi fuit relicta dos non adiecta certa quantitate:hic vero fuit expressa certa quantitas,secundum Barto.

Diuisio. PAter. Ista lex videtur aliquantulum intricata:sed in veritate non est.Primo ponit vnū dictum vulgare. Secundo, circa illud formatur septē quæstiones per ordinē.Secūda ibi,sed si priusq̄. Tertia ibi,quòd si ratum.Quarta ibi, quòd si totam. Quinta ibi, sed si priusquā.Sexta ibi,si fortè.Septima ibi,quid ergo.Bar. CASVS. Ab vxore filij mei accepi.c.nomine dotis, & postea feci testamentum,& exhæredaui dictū meum filium,& alios mihi hęredes instituì:& legaui dicto meo filio dictam dotem, & decessi. petit nunc dotem dictus meus filius.certe obstat ei doli exceptio donec caueat hæredibus de indēnitate propter damnū quod posset eis contingere soluto matrimonio inter dictū meū filiū,& dictam suā vxorē.posset enim ipsa ab eis petere tunc dotē.Sed quid si hæredes soluerunt dictæ mulieri dotē priusquā dictus meus filius eā ab eis peteret?certe nō poterit filius amplius eā petere.Sed quid si eis cauit de dicta indēnitate:& ipsi soluerunt ei dotē detracta tamen inde Falcidia,eo quòd in hæreditate nimiis legatis grauata habeat locū Falcid.& dicta mulier habuit postea ratā dictam solutionē?certe propter eā quantitatē quā hæredes retinuerunt nomine Falcidiæ,vtilis actio dotis dabitur eidē mulieri soluto matrimonio inter se & dictū filiū.si autē mulier non habet ratam dictam solutionem marito suo factā,immo soluto matrimonio vult agere cōtra hæredes ad dotē:debebit vir defendere hæredes,sicut eis promisit cū ipsi soluerunt ei dotē.sed si totam litē quā mouebat mulier hęredibus prędictis,subierit vir solus,& nō cauerit de iudi.sol.& succubuerit : actio iudicati dabitur mulieri contra hæredes pro dicta quātitate,quæ iure Falci.detractæ viro per hæredes,petēda est per mulierē.nā si cautū esset per dictū maritum de iudicato soluēdo,ex illa cautione ageret mulier contra eū.de superfluo autē dotis quod habuit maritus ab hæredibus,credo quòd teneatur hoc casu maritus actione iudicati. & hoc vsq; illuc, Sed si priusquā &c.vbi dicit: Pone quòd dicta mulier diuertit à viro antequam legatū dotis viro soluerint hęredes.certe ipsa nō potest secundum hæc iura repetere dotem ab hæredibus nisi annua bima trima die.vir autem eius prædictus potest statim ab hæredibus petere dictam dotem. Et est ratio quare statim potest petere:quia tunc demum responsum est filio solui dotē eisdem prædictis diebus quibus mulieri solui debet, quando pro parte filius hæres extiterit patri,& ad præceptionem dotis soluto matrimonio postquam hæres extitit, admissus est.in nostro autem casu subaudi,fuit exhæredatus filius : ergo actio sua differtur,vt dictum est.& hoc vsque illuc, si forte &c. vbi dicit: Pone quòd hæredes soluerunt dotem prædicto filio meo exhæredato à me:& per errorem non fecerunt sibi caueri per dictum filium de defendendo eos aduersus mulierem: nunquid poterunt ab eo repetere dictam dotem quasi indebitam? Et dicitur quod non . necessitas enim præstandæ prædictæ cautionis hæredibus per filiam moratur solutionem dotis prædicto filio legatæ.nō autem facit indebitum illud quod fuit debitum ipsi filiæ : id est ipsam dotem ei legatam . & hoc de iure stricto.de æquitate autem subueniri debet dictis hæredibus:scilicet vt si mulier agat contra eos soluendo existentes,& dotem ab eis exigat: possint ipsi agere contra virum conditione sine causa ad repetendam dotem quam ei soluerunt ex causa legati.si autem mulier non inueniat hęredes soluendo,dabitur eidem mulieri vtilis actio dotis soluto matrimonio aduersus virum suum,cui mulieri dos perire non debet.& ideo datur hoc casu vtilis actio dotis mulieri cōtra virum suum, quia hæredes non fecerunt sibi caueri per virum cum soluerunt ei dotem ex causa legati, vt dictum est.si autē interponi fecissent dictam cautionem, cederent mulieri contra maritum actionēt stipulatu:& sic non esset ei necessaria vtilis actio dotis.Viuianus.

n *Legauit.* forte vt onus dotis solus subeat:vt.ff.fami.erciscun.l. filia.§.penul.&.ff.de lega.ij.cum ab vno.& sic potest intelligi.ff. eo.l.ij.§.per contrarium.&.ff.famil.erciscun. si filia.§.j.quæ bene concor.huic responso.

o *Soluto matrimonio.*id est,quam posset pati muliere agente soluto matrimonio.ante enim agere non posset:vt.ff.eo.l.ij.in princi. & statim dicam.

p *Recuperauerit.* agendo actione ex stipulatu pro dote.quod est soluto matrimonio,vel viro ad inopiam vergente : vt.C.de iure do.l.vbi.secundum R.Vel dic,secundum Azo. constante matrimonio, & recuperauit ab hærede soceri. Sed qualiter? nunquid enim est nata interim actio de dote?Respon.secundum Azo.nō sed de facto recuperauit.& pro eo quod actionem non habeat,sicut quia potest ei nurui dos legari:vt.ff.e.l.ij.ij.&.iij.respō.quod non posset,si actio ei competeret:vt inst.de lega.§.ex contrario. Item pro eo.C.de præscri.xxx.an.cum notissimi.§.illud. Sed Io. dicit natam,& hoc act.ex stipulatu. & pro eo.ff.solu. matrimo.si constante.§.j.Sed ibi vel solutum erat matrimonium, vt ibi not. vel agebat ex testamento cum esset ibi nurui dos legata: non actione ex stipulatu.Item pro Ioan.infra, de bo.dam.l.iij.in fine. sed expone vt ibi,sed si velis tueri Ioan. dicas quod licet habeat act. ex stipulatu, vt ipse dicit : tamen potest ei legari: quia ineficacem habet:& hac eadem ratione non currit præscriptio ante solu.ma.Item quo modo alij soluendo liberatur?Respon.vt.ff.eo. l.ij.§.idem Iulianus quærit si dotem.

VII. PAPINIANVS libro octauodecimo Quæstionum.

PAter dotem à nuru acceptam filio exhæredato legauit. [u] hæres patris,opposita doli exceptione, non antè soluere legatum cogēdus est, quàm ei cautum fuerit de indemnitate soluto matrimonio. [o] Sed si priusquā legatū filio solueretur, mulier dotē suā recuperauerit : [p] frustra filius de legato aget. Sed si lex Falcidia locū in legato dotis aduersus filium

BIU Cujas

exhæredatũ habuerit,[a] & mulier ſolutionem ratam fecerit:[b] propter eam[c] quantitatẽ quam hæres retinuerit, vtilis actio dotis ci[d] dabitur. Quod ſi ratum non habeat: defendi quidẽ debebit hæres à viro qui ſe defenſurum[e] promiſit. Sed ſi[f] totam litem vir ſolus ſubierit,[g] actio iudicati (ſi cautum[h] non erit) pro ea quãtitate quæ iure Falcidiæ petenda eſt, aduerſus hæredem[i] dabitur. Sed ſi prius quàm legatum filio ſolueretur, mulier diuerterit: quamquã ipſa nõdũ percipere* dotem poſſit,[k] non ideo tamen actio[l] filij differtur: quia tunc[m] iiſdem diebus[n] filio ſolui dotẽ reſpõſum eſt. Cum patri[filius] pro parte hæres extitit,[o] & ad præceptionem[p] dotis ſoluto matrimonio poſtquam hæres extitit, admiſſus eſt: ſi forte per errorem cautio † defenſionis omiſſa ſit, & ex cauſa fideicommiſſi filius dotem acceperit: vt indebitum fideicõmiſſum non repetetur. Cautionis enim præſtãdæ neceſsitas ſolutionẽ moratur:[q] nõ indebitũ facit, quod fuit debitum. Sed non erit inquũ, hæredi ſubueniri.[r] Quid ergo, ſi patris hæres ſoluendo non ſit? nónne iuſtè mulieri dabitur aduerſus virũ vtilis actio dotis, cui[s] dos perire non debet,[t] quia nõ interpoſuit cautionem[u] hæres, per errorem?

Licet mãcipia moriantur, æſtimatio eorum certa legata debetur. Bartolus.

VIII. IDEM libro ſeptimo Reſponſorum.

B VIr vxori quę dotem in mãcipiis[x] habebat, pecuniã[y] pro dote legauerat. viuo viro mancipiis mortuis,[z] vxor poſt virum vita deceſsit. Ad hęredẽ eius actio legati rectè trãſmittitur: quoniã mariti voluntas[a] ſeruanda eſt.

IX. IDEM libro octauo Reſponſorum.

V*Xori meæ fundũ Cornelianũ,*[b] *& quæ nuptura obtulit*[c] *æſtimata, in ſpeciebus reſtitui volo.* Reſpondi, non æſtimatum[d] prædium in dotem datum, exceptum nõ videri:[e] ſed vniuerſa[f] C dote prælegata, rerum æſtimatarum pretium non relictum, verùm ipſas res, quales inuenirentur.[g]

X. SCAEVOLA libro octauo Quæſtionum.

VIr.] CASVS. Vxor mea dedit mihi in dotem mancipia inæſtimata pone decẽ. ego poſtea feci teſtamẽtum, & legaui ei. c. pro dote. & poſtea ante mortem meam dicta mancipia deceſſerunt ſine culpa mea, & ita nihil in dote remanſit. & poſtea deceſsi. & poſtea deceſsit dicta mea vxor, & habuit hęredem Titium. nũquid Titius poterit? petere ab hæredibus meis ex cauſa legati centum? Et videtur quòd nõ: quia cum nihil remãſerit in dote, vt dictum eſt: nihil videtur remanſiſſe in legato pro dote relicto. dicitur tamen hic quòd petere poteſt. voluntas enim mea ſeruãda eſt, qui aliud pro dote ei legaui, & non dotem. Viuianus.

x *In mancipiis.* inæſtimatis: aliàs nulla eſſet huius legis dubitatio.

y *Pecuniam.* ſcilicet certam. R.

z *Mortuis.* ſcilicet ſine culpa viri: & ſic in dote nihil deinceps ſit. vnde & in legato nihil forſan diceretur perperam: quoniam non ſit hic dos pure legata, ſed pro dote aliud: vt. ſ. de iur. do. plerumque. & l. in rebus. & ſ. eo. l. j. in princip. ſ. j. R. & etiam facit ſupra, de pac. dota. cum maritus. in princ. & ſ. eo. l. cum ſcriptum. in fi.

a *Volũtas.* qui dotẽ pure legare nolui, ſed aliud p dote: vt. ſ. dixi.

V*Xori meæ.*] CASVS. Vxor mea dedit mihi in dotem fundum Cornelianum, & quoſdam alios fundos: inter quos erat vnus inæſtimatus. & multa alia æſtimata dedit mihi in dotem. poſtea ego feci teſtamentum, & ita in eo dixi, vxori meæ fundum Cornelianum, & ea quæ obtulit mihi æſtimata cum mihi nupſit, volo reſtitui in ſpeciebus: & deceſsi. modo quæritur, nunquid prædictum fundum inæſtimatũ videar ei legaſſe? Et videtur quod non: quia in legando non nominaui eum fundum inæſtimatum, nec etiam alios: ſed tãtum nominaui Cornelianum fundum. dicitur tamen hic quod eum legaſſe videor, & etiam omnes alias res quas habui ab ea in dotem, ſiue erant æſtimatæ, ſiue nõ: & hæres meus ſoluet ei dictas res tales quales inuenientur, non autem earum pretium. per dicta enim verba videor ei legaſſe vniuerſam dotem talem qualis eſt. Viuianus.

b *Cornelianum.* hunc dederat inæſtimatum: vt. ſ. patet. Accur.

c *Obtulit.* id eſt, dedit: & fac punctum, æſtimata. q. d. tam inæſtimata quàm æſtimata volo in ſpeciebus ipſis, cum extent, non in pecunia reſtitui: quod poteſt eſſe vtile in rebus æſtimatis ſi meliores factæ ſunt apud virum: vt. ſ. de iure do. plerumque. & ſ. de pac. dota. l. cum maritus. in prin. Accurſius.

d *Non æſtimatum.* id eſt, inæſtimatum prædium, ſcilicet corpus. infinitatur enim inæſtimatum: vt ibi, non homo currit. Accur.

e *Non videri.* de legato prædicto.

f *Vniuerſa.* ergo omnia prædia æſtimata & inæſtimata, & etiam mobilia.

g *Quales inuenirentur.* ſcilicet eſſe relicta, ſub. apparet ergo ex tali legato omnia relicta eſſe in ſpeciebus cum dixit, vxori meæ &c. Accurſius.

a *Exhæredatum habuerit.* erat ergo ſolutũ matrimoniũ. cæterum quoniam aliàs ſibi debitũ reciperet filius, ſcilicet iudicio fami. erciſc. vt. ſ. fami. erc. ſi filia. §. j. ceſſat Fal. vt. ſ. eo. l. ij. §. idẽ Iulianus quærit ſi mulieri. &. j. ad legem Falc. l. j. §. ſi quis creditori. &. ſ. de lega. j. ſi creditori. ſecundum R. Sed certe & tunc ſi peteret act. ex teſtaméto, patitur Fal. ſed act. fami. erciſcun. conſequetur quod eſt detractum: vt. ſ. eo. l. ij. §. idẽ Iulianus quærit ſi mulieri. in fi. ſecundum H. & facit in ea. l. §. idem Iulianus quęrit ſi dotẽ. & quod ibi no.

b *Ratam fecerit.* venerat igitur caſus quo ille petere poterat. R.

c *Propter eam.* id eſt, ad eam retentam quãtitatem petẽdam. Azo. non autẽ ad redditam quantitatem.

d *Ei.* ſcilicet mulieri, vt eam exigat. Ac.

e *Defenſurum.* & ita ab hærede repeteret totam dotem nihil habẽdo ratum.

f *Sed ſi.* aliàs, & ſi: aliàs, quòd ſi.

g *Subierit.* ſcilicet hæredis mandato defendendo hæredẽ procuratorio nomine cõtra mulierẽ repetẽtem dotem, vt ita habeat locum quod de act. iudi. dicit: vt infra, de re iudi. l. iiij. & ſupra, de procu. Plautius. &. l. ſi procurator.

h *Si cautum.* ſcilicet iudica. ſolui cũ defenſione hæredẽ. ſi enim cautũ eſſet, & ex illa cautione agat, totam pecuniã à marito petet. ſed aliter ſi agat actione in factum vtili. ſed ſecundum R. ideo dicit, ſi cautũ non erit, quia tunc ex ſtipulatu etiã in hæredẽ forſan daretur ſi in iudicio præſens firmaſſet perſonã ſui procuratoris ſatiſdando p eo: vt inſti. de ſatiſd. §. ſed hodie. &. ĩ. iudi. ſol. l. ſi ad defendẽdũ. ſed hoc nõ placet. vt. ſ. de pcurato. l. ſi pcurator. in fine.

i *Hæredem.* defenſum. ſed quare non in totum? Reſpon. reſpicit finem, quia cum maritus factus eſt procurator in rem ſuam, quia promiſerat hæredi ſe ſeruaturum indemnem eum, ipſe nihil redderet ſi ad inopiam vergat: vel retinebit loco dotis, & mulier non debet velle plus. ſi autem velit in totum agere contra hæredẽ defenſum, poteſt: vt. ſ. de procur. l. ſi actor. &. l. ſi procurator. & tunc hæres ageret ex cautione contra virum: quia mulier ratum non habet: vt. ſ. proxi. reſpon.

k *Dotem poſſit.* ſcilicet annua, bima trima die ſecundum hæc iura hodie poſt annum: vt. C. de rei vxo. actio. l. vnica. §. exactio.

l *Actio.* ex teſtamento. nam nec filia differt ſi eſſet ei legata: vt ſ. eo. l. j. in princip.

m *Quia tunc.* ſcilicet tantum. Accurſius.

n *Iiſdem diebus.* quibus & mulieri ſolui deberet. Accurſius.

o *Extitit.* repete, & diuortiũ factum ſit, vt præmiſit. ſi enim cõſtat matrimonium, ſtatim percipiet: vt. ſ. eo. l. ij. §. idem Iulianus quærit ſi dotem. &. ſ. fami. erciſ. l. ſi filia. §. j. &. l. ſi maritus. vbi de hoc dixi.

p *Ad præceptionem.* per iudicium fami. erciſcun. non act. ex teſtamento: vt hic erat.

q *Moratur.* re integra. Accurſius.

r *Subueniri.* condictione incerti ad exponendum cautionem: vt ſ. de vſufr. earũ rerũ. l. hoc ſena. §. j. &. ſ. de cõdictione indebiti. l. ſi quis cum. &. ĩ. ſi cui plus quam per legem Falcidiam. l. niſi. §. fi. Alij dicunt ſine cauſa. arg. ſ. de condic. ſine cauſa. l. ij. &. iiij. quod non placet: vt no. ſ. de cõdic. indebi. l. ſed & ſi me. §. cum inter.

s *Cui.* mulieri. Accurſius.

t *Non debet.* & certe dabitur, quaſi eam perceperit vxoris nomine: & quaſi ſine cauſa ſit apud eum. Accurſius.

u *Cautionem.* nam ſi interpoſuiſſet, non eſſet hic timor, cum habens hoc nomen hæres non eſſet non ſoluendo. Item not. quòd *Inopia alterius in alium quandoque datur actio:* vt. C. quando fiſcus vel pri. l. pen. & facit. ſ. ad exhi. l. Iulianus. §. ſi cui. &. ſ. de eo per quem fac. erit. l. ij. §. j. Accurſius.

terius in alium quandoque datur actio.

Si Seia.] CASVS. Ab vxore mea Seia habui in dotem centũ. & postea feci testamentum,& fundũ meum Cornelianum qui valebat centũ, legaui ei pro dicta dote: & postea eundẽ fundum legaui Mæuio:& ita inter eũdem Męuium & Seiam vxorẽ meam debet esse concursus in dicto fundo,scilicet vt quilibet eorum in eo habeat dimidiam:& postea multa alia legata quibusdam aliis reliqui,ita quòd habeat locum Falcidia. & postea decessi. veniũt Seia & Mæuius prædicti ad hæredes meos,& petũt pro dimidia quilibet dictum fundũ.dicunt mulieri hæredes, quamuis tibi non possimus detrahere Falcidiã, quia tu recipis tibi debitum, tamen Mæuio de sua parte fundi volum[g] detrahere Falcidiam. dicit mulier, bene placet mihi: sed tamen illud quod vultis detrahere de fundo nomine Falcidię quã vultis retinere de parte Mæuij quã habet in dicto fundo, volo mihi vindicare: & ita cũ ego mulier debeã habere in fundo.l. pro dimidia dotis meę, & Męuius alia.l.nomine legati, & cum velitis & debeatis detrahere quartam de dictis.l. Mæuij nomine Falcidiæ, quæ quarta capit XII. & dimidium detis Mæuio in dicto fundo.XXXVII.& dimidium, & mihi. LXII. & dimidium.nam & adhuc amplius est in dote mea,quę fuit centum: & ita non remanebitis mihi ad dandum pro dote mea nisi XXXVII. & dimid.venit dictus Mæuius ad ista verba, & dixit: certe ipsa bene dicit. quæritur,quid iuris sit? Et dicitur quòd dictum dictæ mulieris seruandum est: & ita non habebit locum rectus concursus inter eam & dictum Mæuium: eo quòd quilibet eorum non habebit dimidiam in dicto fundo: immo mulier habebit in eo, vt dictum est. LXII.lib.& dimidiam: & Mæuius XXXVII.& dimi. & remanebunt hæredes ad dandum Seiæ pro dote sua.XXXVII.lib.& dimidiam.Viuianus.

a *Centum.* id est,fundus valebat centum: sed dos erat tantũdem, vel plus, vel etiam minus.Accursius.

b *Mæuio.* & ita ambobus insolidum,sicque concursu faciunt sibi partes: vt.C.de cadu.tol.l.vnica.§.vbi.

c *Non fuerit.*quia mulier sit sola,& sic non concurrit cum Mæuio quasi id plus non sit Mæuio legatum.at mulieri non detrahitur Falcidia:sicut nec de dote detraheretur: cuius vice hoc legatum cedit, nisi aliquid plus esset in legato, vel nisi in commodo repræsentationis: vt.ſ.eo.l.ij.§.idem Iulianus quærit.

d *Amplius.* quàm in fundi parte,quod etiam quadrantem poterit excedere, cum etiam hoc postulet æs alienum.R. & facit.ĵ.ad legem Falcid.l.j.§.si quis creditori.&.l.si vsusfruct.§.j.

Seia.] CASVS. Seia dedit nomine dotis Lucio Titio centum aureos: & adhibuit Quintum Mucium qui stipulatus fuit à marito sibi dotem restitui mortua Seia. postea dicta Seia fecit testamentum in quo instituit sibi hæredes Gaium & Cornelium, & postea ita dixit in eodem testamento,Lucio Titio marito meo dari volo super dotem quam ei dedi, centum aureos. & decessit dicta Seia. modo quæritur, vtrũ dictus Quintus Mucius qui fuit stipulatus dotem,possit conuenire maritũ actione de dote? Et dicitur quòd non: quia aut fuit stipulatus dictam dotem mandato dictæ Seiæ, eo quòd ipsa Seia volebat ei donare, aut noluit donare. Primo casu videtur stipulatus causa mortis. nam in stipulatione fuit facta mentio mortis mulieris:& ideo fidei eius committere potuit Seia de danda dote viro suo.commisit autem eius fidei cum dixit in testamento, vt dictum est, Lucio Titio marito meo dari volo super dotem quam ei dedi, centum aureos. dolo ergo faceret in hoc casu Quintus Mucius si pereret à marito illud quod teneretur ei restituere si haberet. Secundo casu tenetur dictus Quintus Mucius dictis hæredibus mulieris actione mandati, vt pecuniam quam iam foret consecutus à viro, aut actionem cum nihil fuit cõsecutus,eis cedat:& ideo eundem Quintum Mucium exceptione à viro repellendum. quod est notandum.Viuianus.

SI Seiæ pro dote centũ[a] fundus legatus sit, idẽque Mæuio[b]: quod Mæuio Falcidia aufert,pro eo,quasi concursus non fuerit[c],mulier plus vindicet: quia amplius[d] sit in dote mulieris.

Adhibitus ad stipulãdum totam dotem, in dubio non videtur adhibitus animo donandi. Item adhibitus animo donandi,intelligitur causa mortis: si mortis est mentio facta. Bartolus.

XI. PAVLVS libro septimo Responsorum.

SEia cùm nuberet,Lucio Titio dedit nomine dotis centum aureos, & adhibuit Quintum Mucium, qui nihil numerauit,sed dotẽ stipulatus[e] est,si morte mulieris solutum fuerit matrimoniũ. Seia moriens testamento suo ita cauit,*Lucio Titio marito meo,cui maximas gratias ago,dari volo supra dotem[f] quam ei dedi, tot aureos.* Quæro,cùm instituit[g] Lucium Titium conuenire Quintus Mucius ex stipulatu actione, an repellere eũ maritus possit ex verbis testamenti? Respondit, si Quintus Mucius mãdante Seia, nõ donationis[h] causa stipulatus est: hæredibus mulieris eũ teneri[i]: & ideo Quintũ Muciũ exceptione[k] repellendũ esse. Quòd si donationis causa Seia stipulari permisisset, videri eum in eum casum qui morte mulieris extitit,mortis causa stipulatũ[l]: & ideo fidei eius cõmitti potuisse in eũ casum[m], dicẽdũ fore.

Si cõditio pro parte est possibilis, sufficit si ei pareatur in eo quod possibile est. Bar.

XII. SCAEVOLA libro tertio Responsorum.

QVi dotem in pecunia numerata & æstimatis rebus acceperat, vxori ita legauit: *Seiæ vxori meæ, si omnes res quæ tabulis dotalibus cõtineantur, hæredi meo exhibuerit & tradiderit, summam[n] dotis, quam mihi pro ea pater eius intulit, dari volo: hoc amplius denarios decem.* Quæsitum est, cum res in dotem datæ plures ipso vsu finitæ essent, nec moriente marito fuerant: an quasi sub impossibili conditione[o] legatũ datum debeatur? Respondi, videri conditionabiliter præsumitur: vt supra, de leg.j.si pecunia.& notan dicto.§.nuptura.Accursius.

e *Stipulatus.* nõ aperit an gerendo negotium mulieris, vel vt donatarius causa mortis, vel vt inter viuos stipularetur, & ideo distinguit.Accursius.

f *Supra dotem.* per hęc verba & dotem ei videtur legare: vt.ſ.eo.l. qui ita.&.ſ.de annu.le. ga.l.Seia.§.vxori.

g *Instituerit.* id est,proposuerit.

h *Nõ donationis.* quod præsumitur quòd non donationis causa: vt.ſ. de leg.iij.cum quis decedens.§.nuptura.& ar gu.ſ.de neg.gest.l.Nesennius.Accursius.

i *Eum teneri.* actione mandati, vt pecuniam si iam exegit, reddat: alias actiones cedat: vt ſ.mãd.idémq;.§.si cui. & de leg.iij. cum quis. §.nuptura. &.ſ. de iur. do.mulier.§.fina.& argu.supra,de nego.gest. l.penul.vnde etiam fidei eius committi potuit, vt cuiuslibet debitoris,ne quicquã peteret. & sic hoc fociliter præsumitur : vt supra, de leg.j.si pecunia.& notan dicto.§.nuptura.Accursius.

k *Exceptione.* scilicet doli mali.

l *Stipulatum.* nisi liqueat contra, scilicet quòd inter viuos donare voluit: & hoc ideo, quia in stipulatione habita est mortis mentio.aliàs esset donatio inter viuos: vt infra,de dona.cau.mor. l.Seia.§.fina.quæ est contra.

m *In eum casum.* cum est donatio causa mortis: vt.ſ.de lega.ij. cum pater.§.j.sic ergo nota tres casus. Primus cum stipulatur ut procurator vel gestor,quod semper prima facie præsumitur.vt.ſ. dixi. Secundus cum stipulatur mortis causa, quod præsumitur si modo constet cum stipulari causa donationis: vt.ſ.proxi. & in vtroque potest fideicommitti.& hi sunt in hac.l.Est & tertius casus quando stipulatur ex causa donationis inter viuos,& hoc cõstat : & hoc casu non potest grauari vel reuocari nisi eum instituat,vel aliud ei relinquat: vt.ſ.de pactis dota. l.cum maritus.§.& &.C.de iur.do. l.ij.&.l.cum patrem. &.ſ.solu.matri.l.quæ dotis quæ sunt contra.Item nota hic sine stipulatione posse substitui in donatione causa mortis: vt.C.de dona.cau.mor.l.j.

n *Summam.* scilicet prædictam in pecunia, & in rebus æstimatis consistentem.

o *Conditione.* legatario appositæ: quod si cõcedatur,nihil omnino relictum

Qui dotem.] CASVS. Cum vellem accipere Seiam in vxorem,pater eius dedit mihi in dotem centũ in denariis:& res alias res æstimatas,quę valuerũt centum: & ego feci ei chartam qꝫ restituerẽ ei ducenta pro dote soluto matrimonio: & in ea charta fuerunt nominatæ dictæ res æstimatæ. postea feci testamentũ,& ita legaui eidẽ meæ vxori, Seiæ vxori meæ summã dotis quã mihi pro ea pater eius intulit,dari volo,hoc amplius denarios.x.sub ea cõditione si omnes res quæ in charta dotali cõtinentur: hæredi meo exhibuerit & tradiderit. modo quæritur,cum plures de rebus dictis in dotem mihi datis ipso vsu finitæ sint me viuente,& quædã non:an valeat legatũ quasi sub impossibili conditione datum à me vxori meæ? Et respõdetur qꝫ valet legatum, si vxor fecit peruenire in potestatem hæredis mei illud quod fuit pepererat ex rebus in dotem datis.nam quãtum ad alias res quæ non supererant,videtur impossibilis conditio à me adiecta.Viuianus.

BIU Cujas

relictum valet: vt. C. de his quæ pœ. no. l. j. & institu. de hære. instituen. §. impossibilis. & de lega. §. fina.

a *Paritum.* vtpote impossibili. Accursius.

b *Supererat.* & quidem de his tantum testatorem cogitasse credendum est, quoniam & vitio caret: ideoque non minus tutior quàm benignior est talis interpretatio: vt. ff. de legi. & senatusconsul. l. benignius. & l. in ambigua. Accursius.

Filiusfamilias.] CASVS. Filius meus in mea potestate constitutus accepit centum ab vxore sua nomine dotis, & postea eũ emancipaui. & ipse postea fecit testamentum, & legauit dictæ suæ vxori dictam dotem. & postea antequam ipse decederet, ego exhæredaui eum. & postea decessit ipse, & ego. nunquid hæres eius tenetur præstare vxori dictam dotem legatam ei? Et dicitur quòd sic, quàuis ego exhæredauerim eũ meũ filium. Viuianus.

c *Acceperat.* vnde de ea reddenda aduersus eum solu. ma. competere debet actio inquãtum facere potest: sicut de cæteris suis negotiis sed hæredi eius nõ datur hoc beneficium: vt supra, quod cum eo. l. sed & si.

d *Solet.* id est, solitum est.

e *Debebitur.* insolidũ: quia & de dote actio insolidum datur, vt modo dixi.

Theopompus.] CASVS. Theopompus habebat duas filias, scilicet Titiã & Crispinam quę erat minor: & habebat vnum filium qui vocabatur Gaius. ipse Theopõpus maritauit dictam Titiam, & dedit ei in dotem centum. & postea fecit testamentum, & instituit sibi hæredes pro æquis partibus dictos tres suos filios. & postea fecit codicillos, & in eis ita cauit, filiam meam Crispinam quam vellem tradere nuptui cuicumque amici mei & cognati approbabunt, prouidebit tradi Pollianus cognatus meus: qui pollianus scit bene vtrum velim dare tantum Crispinæ in dotem, quãtum dedi Titiæ sorori suæ. & postea decessit dictus Theopompus. postea amici & cognati eiusdẽ Theopompi, inter quos fuit dictus Pollianus, maritauerunt dictam Crispinam Sempronio. venit nunc dictus Sempronius, & petit à Titio & Gaio fratribus & cohæredibus dictæ Crispinæ tantum ante partem hæreditariam pro dicta Crispina nomine dotis suæ, quantum habuit dicta Titia cum maritauit eam dictus Theopõpus. & hoc ideo petebat, quia dicebat hoc voluisse Theopompum. & cum cohæredes hoc negarent coram iudice, fecit dictus maritus Crispinæ venire dictum Pollianum coram iudice, & iurare se scripturum veritatem super voluntate Theopompi: qui Pollianus iuratus scripsit Theopompum voluisse eandem quantitatem in dotem accipere etiam minorem filiam, scilicet Crispinam, quam Titia maior soror accepit. nunquid habebit dicta Crispina tantum quantum habuit dicta Titia? Et videtur quòd non: quia vox vnius testis reputatur vox nullius. maritus autem Crispinæ nõ introduxit super hoc nisi vnum testem, scilicet prædictum Pollianum, vt dictum est. Respon. tamen hic quòd sic. & est ratio, quia Theopompus voluit stare super hoc dicto Pollianus, vt apparet in dictis verbis quæ dixit in codicillis. Viuianus.

f *Cauit.* hic est Græcum cuius interpretio est, filiam meam &c. sed alij id non habent: & ideo dicunt esse sensum, filias meas

tioni paritum[a], si quod ex rebus in dotem datis supererat[b], in potestatẽ hæredis peruenit.

XIII. LABEO libro primo Pithanorum à Paulo epitomatorum.

SI* filiusfamiliàs cum vxorẽ haberet, dotem [ab ea] acceperat[c], deinde paterfamiliàs factus dotẽ ei, vt solet[d], legauit: quãuis patri hæres nõ erit, tamen id legatum debebitur[e].

Dicto vnius testis statur ex voluntate & dispositione defuncti, cuius solius dispositioni staretur. Bartolus.

XIIII. SCAEVOLA libro quintodecimo Digestorum.

THeopompus† testamẽto facto duas filias & filiũ æquis partib⁹ instituit hęredes, & codicillis ita cauit[f]: † τὼ θυγατέρα μὲ κρισπίναμ ἣν ἐγὼ θέλω ἐνδοῦναι, ᾧ ἂν οἱ φίλοι μου καὶ οἱ συγγενεῖς δοκιμάσωσι, προνοήσει ἐνδοθῶναι Ῥολλιανὸς, εἰδὼς μου τὼ γνώμω ὧδὶ τοῖς ἴσοις, ἐφ' οἷς καὶ τὼ ἀδελφὴν αὐτῆς ἐξέδωκα. [hoc est, Filiam meã Crispinam, quam vellem tradi nuptui cuicũque amici mei & cognati approbabunt, prouidebit tradi Pollianus[g], sciens mentẽ meã, in æqualibus portionibus in quibus & sororem eius tradidi.] Pollianus [autem] à marito puellæ iuratus[h] scripsit voluisse patrem eandẽ quantitatẽ in dotem accipere etiam minorem filiam, quam maior accepisset. Quæro, an eandem summã dotis nomine cohæredes extra partẽ hæreditatis minori filiæ præstare debeãt? Respõdit, eũ cuius notio est, æstimaturũ vt eadem quantitas[i]† ex cõmuni pecunia* minori filiæ dotis nomine detur[k].

XV. GAIVS libro secundo de Legatis ad Edictum Prætoris.

LIcet placeat[l], pigneratas res, vel in publicum obligatas, hæredem qui dare iussus est[m], liberare debere. tamen si is qui tales[n] res in dotem[o] accepit, dotem prælegauerit[p]: non cogetur[q] hæres liberare eas, nisi aliud specialiter testator dixerit.

Non est verisimile testatorem velle grauare hæredem duplici præstatione. Barto.

XVI. PAVLVS libro secundo ad Vitellium.

QVi dotem à matre vxoris acceperat, & stipulanti ei promiserat, testamento vxori dotem legauit. Cùm quæsitum esset, an vxor dotis summam consequi posset? respondit Scævola non videri dari vxori quod necesse[r] sit matri reddi. Aliàs sic respõdit[s], nõ deberi*, nisi manifestè vxor docuisset eam testãtis voluntatẽ fuisse, vt onerare

A pares esse volo. Accursius.

g *Pollianus.* testatoris forte filius. Et no. quòd prouisio filiæ est in dote, sed amicorum est in eligendo maritum.

h *Iuratus.* i. iurauit, & dixit. sic enim scribunt tabelliones. talia testis iuratus dixit. Vel iuratus, id est, adiuratus. maritauerat ergo de consilio amicorum.

i *Quantitas.* No. ergo hic stari dicto vnius. & sic est contra. C. de testi. l. iurisiurãdi. Sol. hic voluit testator, quod potuit, sicut & si ipse iurasset: vt. ff. de leg. iij. l. cum quis. §. codicillis. Item est ar. cp vnus testis inducat præsumptionem. vel semiplenam probationẽ. sic. ff. ca. 3. cũ glo. quemadmo. testa. apert. l. j. in fin. nec ob. j. de quæsti. l. maritus. quia tra de probi, nõ quia deficiat incu. vbi de dicti, prohibetur quæhoc vide. stio, sed quia cõtra do-

†*Statur dicto vnius inducat præsumptionem. vel semiplenam probationẽ. sic. ff. ca. 3. cũ glo. quemadmo. testa. apert. l. j. in fin. nec ob. j. de quæsti. l. maritus. quia tra de probi, nõ quia deficiat incu. vbi de dicti, prohibetur quæhoc vide. stio, sed quia cõtra do-*

*Flo. præminum: vt hic not. & cipua. C. de rebus cre. l. in bonæ fidei.

k *Detur.* Not. ex hac l. Theopõpus. stari dicto vnius testis. Itẽ no. quòd vn⁹ testis inducit præsumptionẽ, vel semiplenam probationẽ. *semiplena*

Testis vnus

LIcet.] CASVS. Duo mea prædia obligaui reipu. vel Titio priuato: & postea Seiam filiam meam maritaui Gaio, & dedi ei in dotẽ dicta prędia ita obligata sicut erant, & hoc sciente dicto Gaio meo genero. postea dictus Gaius fecit testamentum, & legauit dictam dotem dictæ meę filiæ vxori suæ. nunquid hæredes eiusdem Gaij debent dicta prędia liberare à pignore, & postea dare dictę meæ filiæ? Et videtur cp sic: quia ipse Gaius sciebat dicta prædia esse taliter obligata eo tẽpore quo accepit ea in dotem. dicitur tamen hic cp non tenetur liberare pignora, nisi Gaius testator hoc specialiter dixisset in testamento cp hæredes luerent. Viuianus.

*Flo. non videri,

l *Licet placeat.* ex ordine. R. vt institu. de lega. §. non solum. & supra, de lega. j. si res. & C. de fideicom. prædia. & supra, de leg. ij. Mæuius. §. penul. Accursius.

m *Iussus est.* à testatore sciente eas obligatas. aliàs secus: vt. d. ll.

n *Tales.* iam obligatas. Roge.

o *In dotem.* æstimatam. R.

p *Prælegauerit.* vxori pure & simpliciter.

q *Cogetur.* quoniam in hoc legato sola dos venit: sicut veniret in dotis acti. vt solum repræsentationis commodum hic sit in legato. R. vt. ff. eo. l. j. in princ. & §. adeo. H.

QVi dotem.] CASVS. Titia dedit mihi in vxorem filiam suam Seiam, & dedit mihi in dotem. c. & ego promisi eidẽ Titiæ me restituturum ei soluto matrimonio: & postea feci testamentũ, & legaui dictæ meæ vxori dicta. c. & decessi. nũquid dicta mea vxor poterit petere ab hæredibus meis dicta. c. & ab eis consequi? Et dicitur cp non, nisi eis caueat se defensurã eos aduersus Titiam matrem suam: & hoc nisi probauerit dicta mea vxor me voluisse onerare hæredes meos duplici dotis præstatione: quia tunc habebit ipsa. c. & mater sua Titio alia. c. Viuianus.

r *Necesse.* igitur non dabitur vxori actio ex testamento contra hæredem, nisi caueat eum defensum iri contra matrem: vt. ff. e. l. ij. in prin. & §. j. & l. pater. & supra, de iure do. l. cum pater. & ff. sol. ma. l. si cum dotem. §. si pater.

s *Aliàs sic respondit.* scilicet idem Scævola. & alias tractans de hac materia respond. non deberi, scilicet dari. Accursius.

BIU Cujas

Onere duplici quis onerari non debet.

a *Duplici.* Not. ex hac.l. non esse quem onerãdum duplici onere, vel addi afflictionẽ afflicto. sic.ſ. de lega.ij. Titia.§. qui in vita. &.ſ. ad.l. Rho. de iactu. l. nauis.§. cum autem.&.§. quid ergo.&.ſ. de offic. præſ. diuus.&.C. de impo. duc. de.l.j. Item facit.ſ. de leg. ij.j.ſi res.&.l. qui concubinam.§. qui fundum.&.j. de fund. inſtru. & inſtru. le. l. prædia.§. liberto.&.ſ. de lega. ij. l. Mæuius. in prin.

V Xori.] *CASVS.* Vxor mea dedit mihi in dotẽ. c.& postea ego cõparaui ei veſtes & monilia. ipſa etiam dedit mihi quædã alia. poſtea tẽpore procedente feci teſtamentum,& ita ei legaui: vxor mea ſumat ſibi ex medio hereditatis meę quicquid ei cõparaui, & quod mihi ipſa dedit, & deceſsi. modo quæritur, an videar ei dotẽ prælegaſſe? Et dicitur quòd ſic, niſi pbẽt hæredes mei aliud me ſenſiſſe. Sed pone quòd de dictis centum erant duo inſtrumenta facta: in quorũ vno cõtinebãtur quinquaginta,& in alio tantundẽ: & ego ita legaui dictæ meæ vxori, Titiæ do lego tantam pecuniam quanta ad me dotis eius nomine peruenit, quæ dos eſt, dotalibus duobus cõſignatis inſtrumentis, centum aureorum. nũquid poterit vxor mea conſequi vtramque ſummam? Et dicitur quòd ſic. Vi.

**Fl. ad me, inve ſtipulationem*

b *Loqui.* licet ſimpliciter dixit, dedit: & nõ adiecit, pro dote.

c *Ex ſtipulatione.* aliàs eſt, inve ſtipulationem. & dic, ve, pro, & ſecundum Hug.

d *Vtramque ſummam.* id eſt, vtriuſque inſtrumenti quantitatem. vel dic quòd aliquid peruenit re ipſa: aliud deductum erat in ſtipulationem tantum. & ſecundum hoc vtrũque, ſcilicet datum & promiſſum, licet non datum: vt inſtitu. eo. titu.§. ſed & ſi vxori.

DE OPTIONE LEGATA.

D *Iuus Pius.*] *CASVS.* Titius legauit mihi electionem ſeruorum. quæritur, quot poſsim eligere & habere? Et dicitur quòd tres. ſecus autem ſi leget mihi optionem ſiue electionem ſerui: quia tunc non poſſum eligere niſi vnum. optabo tamen illum quem volam. ſic & pertinet ad me arbitrium eligendi ſi legauit mihi hominem in genere. pone ergo quòd elegi, & male, ita quòd non valuit electio. nunquid potero iterum eligere? Et dicitur quòd ſic. & de hoc ponit tria plana exempla vſque ad.l. mancipiorum. Viuianus.

Pluralis numerus in tribus quãdoque cõſiſtit.

e *Diuus.* Pone caſum quod aliquis legauit mihi optionem ſeruorum ſuorum in plurali numero loquẽs. eligam tres: vt ita pluralis locutio contineat tres, licet aliàs duos, vt.ſ. de teſti. l. vbi. & hoc fauore vltimæ voluntatis: vt.j. de regu. iur. l. in teſtamẽtis. ſecus ſi in ſingulari, quia tunc vnum tantum: vt.j. per totum hunc tit. Vel dic quòd teſtator legauit mihi electionem ſeruorum qui debẽt optare vnũ ſeruũ vel equum, vel aliud mihi dandũ. Nã eligã tres de familia teſtatoris qui eligẽt. ideo autem tres, quia ſi diſcordãt, inuenietur pars maior: vt arg.ſ. de arbi. l. item ſi vnus.§. ſi.

f *Votiens. Datur.* à teſtatore.

g *Quem velit.* etiam optimum, ſecundum Ro. nos contra, vt ſtatim dicam.

h *Ad legatarium.* idem quod hic habes, inſtitu. eo.§. generaliter. &.ſ. de lega. j. l. ſi ſeruus.§. cum homo. & omnes prædictas leges intelligit Ro. hærede fruſtrãte. & pro eo.ſ. de leg. j. cum res.§. roties. &. l. huiuſmodi.§. ſi cui. & arg. C. de ſol. l. j. at Bul. etiã ab initio dat legatario, vt hic. & dictis primo concordat, vt & not.ſ. de leg. j. ſi quis à filio.§. pe. quæ videtur contra. &.ſ. fa. ercisc. hæredes.§. ſi incerto. Itẽ nõ eligit optimum ſecundũ omnes: vt.ſ. de le. j. legato generaliter. ſed in inferiori caſu eligit optimũ ſecundum R. ſed dic quod nec ibi eligit optimũ: & pro eo eſt hic copula, ſed & homine. &c. &. C. cõmunia de leg. l. fi.§. j. & arg.ſ. de leg. j. ſi hæres generaliter.

i *Vel hominẽ liberum.* vel ante aditam hæreditatem: vt.j. eo. l. optione. Accurſius.

k *Amphorarum.* ſubaudi, vini.

l *Data.* à teſtatore, vel à lege: vt.ſ. proxi. duobus reſpon. ſed Roge. dixit ibi tranſlata. quãdo à lege.

m *Cõſumere.* quia nõ tenuit ipſo iure: vt.j. pxi.§. aliàs ſecus: vt.j. eo. tit. apud Aufidiũ. & ſ. de le. j. l. v. in prin. Et not. nihil refert nõ fiat aliquid, vel id nõ iure fiat. a ſic.ſ. qui ſatisda. cog. l. quoties. & de in reiuran. qui p ſaluté.ſ. de cõdic. ideb. cũ indebitũ. in fi.&.j. de adim. ſi maritus.§. fi. Sed arg. contra.j. de re iudi. l. index. *ADDITIO.* Dic quòd ibi ſententia tenuit ipſo iure: aliàs eſſet idẽ quod hic: vt.l.ſ. vt pponis. C. quãdo & quo modo iudex. Bart.

n *Si id.* aliàs, ſi nõ id & abundat negatio. ſ. C. de ſeruis fugitil. j. aliàs deeſt ſcilicet, nõ

B hæredes duplici a præſtatione dotis vellet.

Teſtatore præcipiente vxori reddi quicquid vxor ei dedit, venit etiam id quod dedit ob cauſam. Bartolus.

XVII. SCAEVOLA libro tertio Reſponſorum.

V Xori ita legauit, *Vxor mea quidquid ei cõparaui, & quod mihi dedit, è medio ſibi ſumat.* Quęro, an dos prælegata videatur? Reſpondit, verbis quæ proponerentur, videri & de dote legata loqui, b niſi aliud teſtatorem voluiſſe probaretur. *Titiæ vxori meæ quãta pecunia ad me ex ſtipulatione c * dotis eius nomine peruenit: quæ dos eſt, dotalibus duobus conſignatis inſtrumentis, centum aureorum.* Quæſitum eſt, an vtramque ſummam, d conſequi poſsit? Reſpõdit, nihil proponi cur non poſsit.

DE OPTIONE VEL electione legata.

TITVLVS V.

In hac lege ponitur qualiter relinquitur optio vel electio. Item quis eligat, quid eligatur, quid ſi electio non valeat, & qualiter debeat electio fieri. & hoc vſque ad.l. mancipiorum. Bartolus.

I. VLPIANVS libro ſecundo ad Sabinum.

D *Iuus* e Pius Cæcilio Proculo reſcripſit, eum cui ſeruorum legata ſit electio, tres poſſe eligere.

II. IDEM libro viceſimo ad Sabinum.

Q Votiens ſerui electio vel optio datur, f legatarius optabit quem velit. g Sed & homine generaliter legato, arbitrium eligendi quem velit accipere, *ad legatarium h pertinet. Data igitur optione ſi quis optauerit alienũ ſeruum vel hominem liberum, i videndũ eſt an conſumpſerit optionẽ. Et puto nõ conſumi. *Eũ,* C cui centum amphorarum k electio data l ſit, acetum eligentẽ, † non conſumere m optionem, ſi id n acetũ elegerit, quod vini numero paterfamiliàs nõ habuit.

III. IDEM libro viceſimo tertio ad Sabinum.

S Cilicet ſi ante exhibitionẽ, hoc eſt ante deguſtationẽ, o acetum elegerit.

Ante exhibitionem rerum electio non tenet, niſi legatarius fuerit ſciens. Bartolus.

IIII. PAVLVS libro tertio ad Sabinum.

S Cyphi electione data, p ſi non omnibus ſcyphis exhibitis legatarius elegiſſet: integram q ei optionẽ manere placet, niſi ex his dũtaxat eligere voluiſſet, cũ ſciret r & alios eſſe.

V. AFRICANVS libro quinto Quæſtionum.

N Ec ſolum f ſi fraude hæredis, ſed etiam ſi alia qualibet cauſa t id euenerit.

Legatario optionis terminus ad eligendum ſtatuitur: quo elapſo eligere non poteſt, ſi res non eſt integra. Bartolus.

& ſic eſt plana. facit.j. titu. j. l. j. & l. iij. & l. ſi quis vinum. Accurſ.

o *Cilicet. Deguſtationẽ.* Si autem poſt, ſibi imputet. & facit.ſ. de pe. & commo. rei ven. l. j.§. j. & l. ſi quis vina.§. ſi in auerſione. & l. ſi vina quæ in doliis.

p *Cyphi. Data.* id eſt, legata.

q *Integram.* quia non tenuit prima, aliàs ſecus: vt.j. eo. apud Aufidium. in fi. & nota.ſ. l. ij.§. j. & poterit ad exhibendum agere legatarius: vt.ſ. ad exhib. l. iij.§. item ſi quis optare. Accurſius.

r *Cum ſciret.* nã tunc videtur de omnib⁹ ſatisfactũ, maxime ſi legatarius cognoſcebat illos abſentes: vt argu.ſ. de act. emp. l. j.§. ſi.

ſ *Nec ſolum.* ſcilicet tunc integra manet electio. Accurſius.

t *Cauſa.* quo minus omnes exhibiti ſint, niſi fraude tertij: qui tũc agit de dolo contra eum: vt.ſ. de dolo. l. ſi quis. quæ eſt contra. Solu. vt ibi.

M *Ancipiorum.*] *CASVS.* Legaui Titio optionem ſeruorum meorum, & deceſsi: & ita poteſt Titius eligere & habere tres: vt.ſ. eo. l. j. hæres meus vult vendere vel obligare vel manumittere omnes ſeruos hereditarios: & timet ne vẽditio vel obligatio vel manumiſsio annihiletur. eligente poſtea dicto legatario tres ſeruos ex his quos vult vendere vel obligare vel manumittere. certe conſulitur hic hæredi vt adeat prætorẽ, & petat ab eo vt decernat actionem legatorũ legatario nõ cõpetere, niſi intra tempus ab ipſo prætore præfinitũ elegiſſet ſeruos legatarius: & prætor bene audiet hæredẽ hoc petentẽ. pone ergo quòd prætor ſtatuit vnum mẽſem, & tranſiuit menſis antequam legatarius eligeret, non tamen vendidit adhuc hęres ſeruos. nunquid audietur legatarius volens vindicare tres ſeruos? Et dicitur quòd ſic quia non

BIU Cujas

quia non sustinet hæres aliquod damnũ propter vindicationem prædictam legatarij: propter quod solet prætor decernere vt legatarius eligat intra certum diem, id est, propter hoc vt hæres nõ sustineat damnum. si autẽ præterito dicto mense manumiserit vel obligauerit vel vẽdiderit hæres omnes seruos, vel quosdã ex his: nõ poterit amodo legatarius vindicare aliquos ex dictis seruis. Item & in alio casu debet prætor statuere certum tẽpus legatario optionis: puta si legaui Titio electionem serui, & Seio legaui reliquos seruos meos. & hoc dicit vsque ad primum. §. legis, si tibi. Viuianus.

a *Vẽditio.* eorũ scilicet.

b *Quandoque.* id est, quandocumque.

c *Nõ cõpetere.* Nota quòd ad tẽpus quis agere cogitur. sic. ĩ. eo. l. si optio. §. fi. & sunt similia. ĩ. d. si tibi. &, C. de ingenu. manumiss. diffinari. regulariter cõtra. vt. C. vt nemo inui. Ité ad statuẽdum diem alicui facto, facit. ff. de iure deli. l. j. & ĩ. de dã. infec. l. q bona. §. fi. Ac.

d *Quẽ.* scilicet diẽ.

e *Finierit.* id est, statuerit. aliàs præfiniit.

f *Libertatem.* & certe tuebitur. & facit. ff. si qs cau. & si post tres.

g *Deneganda.* legatario. Accursius.

h *In integro.* facit. ff. de mino. quod si minor. §. Scæuola. &. C. de rep. hæred. l. fi. &. ff. de iure delibe. l. si quis.

i *Idẽ est.* vt actio denegetur: & dic quod idem referatur non ad proximũ, sed superius.

k *Post diem.* à prætore vel iudice statutum. & continua seq. l.

l *Immo. Cum tam.* aliàs sic fortè non dispositurus, nisi optionis timor esset.

Si tibi.] CASVS in prin. cõtinuatus est. ff. pxi. casui. [*SI EX.*] Titius habens quatuor viriolas legauit mihi duas quas ex eis elegissem: & postea alienauit duas ex eis, & decessit. nunquid potero vindicare duas quas reliquit in hæreditate post mortẽ suam? Et dicitur quòd sic. & idem esset si tẽpore quo legauit mihi prædicto modo, non habebat nisi duas viriolas. [*VNIVS HOMINIS.*] Titius legauit mihi optionem vnius de seruis suis quem volam: & postea eodem modo legauit Seio, & decessit: & postea ego elegi Stichum, & postea Seius optauit eundem. certe erit Stichus communis mihi & Seio: nisi ego post electionem meam mutassem voluntatem. Sed quid si post meam electionem & ante dictam electionem Seij decessi, vel factus sum furiosus? certe de iure stricto non erit dictus Stichus mihi & Seio cõmunis. quia non videor consentire qui sentire non possum. de equitate autem sic: quia semel fuit à me facta electio. [*SI REVM DEPOSITARVM.*] Titius deposuit apud Seium scyphos argenteos: & postea legauit dictus Titius mihi electionem dictorum scyphorum: & ita possum eligere tres: vt. ff. l. j. certe contra Seium depositarium possum agere ad exhibendum, & cum hærede Titij possum agere ex testamento vt hæres agat depositi contra Seium, & ab eo consequatur scyphos, & postea mihi facultatem eligendi præstet.

m *Non datum iri.* scilicet quia de cætero mei fiẽt omnes si optare cessaueris: vt. ĩ. eo. l. cum optio.

n *Si ex quatuor viriolis.* Dicunt quidam quòd sunt vasa: sed certe immo ornamenta muliebria: vt. ĩ. de auro & argen. lega. l. argumento. §. ornamenta. Accursius.

o *Relicta.* tempore mortis testatoris: vt arg. ĩ. de tabu. exhi. l. j. §.

ff. Infort.

VI. POMPONIVS libro sexto ad Sabinum.

MAncipiorum electio legata est. Ne venditio [a] quãdoque [b] eligente legatario interpelletur, decernere debet prætor, nisi intra tempus ab ipso præfinitũ elegisset, actionem legatorum ei nõ competere. [c] Quid ergo, si die præterito, sed antè, quàm vẽderet hæres, vindicare legatarius velit? [Audietur,] quia nõ est damnum subiturus hæres: propter quod decernere prætor id solet. Et quid si die præterito quem [d] finierit [e] prætor, hæres aliquos ex seruis, vel omnes manumiserit? nonne prætor eorũ tuebitur libertatem? [f] Ergo totiens actio deneganda [g] non est, si omnia in integro [h] sint. Idem est, [i] & si pignori aliquos ex his seruis hæres dederit post diem, [k] vel vẽdiderit.

VII. PAVLVS libro decimo Quæstionum.

IMmo & si quosdã seruos distraxerit, quosdã retinuerit: non est audiẽdus legatarius, si velit optare ex retẽtis ab hærede, cum iam [l] disposuerit familiam hæres.

VIII. POMPONIVS libro sexto ad Sabinum.

SI tibi electio serui, & mihi reliqui legati sint: decernendũ est à prætore, nisi intra certum tempus optaueris, petitionem tibi non datum iri. [m] *[f] Si ex quatuor viriolis [n] †duę, quas elegissem, mihi legatæ sint: siue duæ solæ sint relictæ, [o] siue ab initio [p] duæ solæ [q] fuerint, valet legatum. [r] [f] Vnius hominis mihi & tibi optio data est. [f] cùm ego optassem, [t] si non mutassem [u] voluntatẽ, deinde tu eundem optaueris: vtriusq; nostrũ seruũ futurũ. Quòd si ante decessissem, [x] vel furiosus factus essem, nõ futurum cõmunem: quia nõ videor [y] cõsentire, qui sentire nõ possim. [z] Humanius autẽ erit vt & in hoc casu, quasi semel electione facta, fiat communis. [f] Si rerum [a] depositarũ electio mihi relicta sit: & ad exhibẽdum [b] cum eo apud quem depositæ sint, agere [c] potero: & cum hærede agere, vt is depositi agendo, facultatem mihi eligendi præstet.

IX. IVLIANVS libro trigesimosecundo Digestorum.

CVm ita legatur, [d] *Titio Stichum do lego, si Pamphilũ non elegerit [& eidem Titio Pamphilum, si Stichum non elegerit.]* simile est

a *Ab initio.* tempore testamenti.

p *Ab initio.* tempore testamenti.

q *Duæ solæ.* idem si dixit, duo paria: vt. ff. de leg. iij. l. qui concubinam. §. qui quatuor.

r *Legatum.* scilicet quasi purum.

s *Data est.* id est, relicta: vt simul optemus.

t *Optassem.* scilicet nõ iure. Accursius.

u *Nec mutassem.* quam mutare possem iure forte minoris ætatis: vt. ff. de mino. l. & si fine. in prin. aut patriæ potestatis: vt. ff. de lega. j. l. Iulianus. aut quia nõ fuit mihi tota familia exhibita: vt. ff. eo. l. scyphi. aut ante aditam hereditatem: vt. ĩ. eo. l. optione. cæterũ semel iure facta optio mutari non posset: vt. ff. de leg. j. l. v. in princ. &. ĩ. eo. apud. in fi. & dixi. ff. eo. l. ij. §. j. &. l. scyphi. Accursius.

x *Ante decessissem.* q̃ mutarem optionem minus recte factam.

y *Non videor.* aliàs, videtur.

z *Non possim.* vt arg. ff. loca. l. qui ad certum. & de codicil. l. ij. §. pe. argu. cõtra. ff. solu. matri. l. ij. §. fina. Ité ad. l. istam est. ff. de leg. j. l. si domino. Item &. ff. cõmunia præ. l. fina.

a *Si rerum.* puta plurium scyphorum.

b *Ad exhibendũ.* quia mea interest iusta de causa: vt. ff. ad exhi. l. iij. §. item si optare.

c *Agere.* scilicet actione ex testamento. & sic ago vt agas. sic &. ff. loca. cum in plures. §. messem. vel dic, ad exhidendum: quia agendo depositi potest exhibere. sic &. ff. man. l. si mandauero tibi vt à Titio. & facit. ĩ. titu. j. l. ij. §. j. Accursius.

Cum ita.] *CASVS.* Hæc. l. dicit esse idem in his duobus legatis: quorum vnum est tale: Titio Stichum do lego, si Pamphilum non elegerit: & eidem Titio lego Pamphilum si dictum Stichum non elegerit. Secundum legatum est tale: Titio do lego Stichum aut Pamphilum, vtrum eorum volet. quibus duobus casibus habet electionem dictus Titius. [*QVÆSITVM EST.*] Titius instituit sibi hæredem Seium, & Sticho seruo suo libertatem dedit siue statuit sub conditione si nauis ex Asia venerit vsque ad annum: & mihi reliquit optionem serui, siue seruum mihi generaliter reliquit, quod idem est: & postea decessit dictus Titius. quæritur, nunquid dictum Stichum optare possim? Et dicitur quòd non: sicut nec possem optare seruum cui testator libertatem pure reliquisset. Quid ergo si dictum Stichum elegero? certe non valet electio, & iterum eligere potero. Item quid si antequam eligerem, defecit dicta conditio? nunquid optare potero dictum Stichum? Et dicitur quòd sic, si dicta conditio defecit viuo dicto testatore, vel mortuo eo ante aditam hæreditatem eius: & hoc secundum Mucium, cui placuit perimi legatum Stichi ipsa libertate contingente Sticho per existentiam conditionis libertati appositæ, non autem datione testatoris qui dedit Sticho libertatem sub conditione. sicut enim pura libertas accipit vires tempore aditæ hæreditatis, ita & data sub conditione. vnde si defecit conditio libertatis ante aditam hæreditatem siue viuo testatore, siue mortuo, deficit libertas, & valet legatum Stichi, vt dictum est: & ideo non est mirum si possum eum optare. Viuianus.

d *Cum ita legatur.* quo casu habeo electionem per. l. vt supra, eodem. l. ij.

Flo. datur iri

†*Viriola seu viria, ornamẽtũ est celli ex gẽmis viridibus, vt putat Bayfius. viriolarum fit mẽtio in lege fi. §. mulier. j. de aur. & arg. leg.*

BIU Cujas

Species quæ doq; generi derogat.

a *Præsentem.* id est puram. nã speciale derogat generali: vt. ff. de lega. iij. l. vxoré. §. feliciſsimo. & sic est cõtra. ff. de lega. j. si domino. vbi non derogat species legati generali legato optionis. Sol. ibi nõ fuit libertas relicta Sticho pure vel sub cõditione, sed fuit alteri legatus: ad quod est. ff. eod. si hæres. & quare hic aliud quàm ibi? est ratio propter id quod dicitur q̃ præualet legatũ libertatis: vt ff. de leg. ij. si idẽ. &. C. de ser. necess. hære. instituend. l. quidam. & ff. de man. testa. l. si peculiũ. §. j. Vel sol. vt ibi.

b *Optabo.* si voluero. ad hoc est. ff. eo. l. j. in fi. j. respõ. & q̃ ibi no.

c *In eodem casu.* scilicet quando vni seruorũ optio, & Sticho libertas sub conditione.

d *Optare.* aliàs, optarẽ, scilicet ego legatarius. aliàs, optaret, scilicet legatarius similiter.

**Vulg. ex optione, Hal. in optione.*

e *Possim.* aliàs, possim: & aliàs possit. Accur.

f *Mucianæ.* Mucius enim fuit in sẽtẽtia quæ sequitur.

g *Ipsa libertate.* scilicet contingente.

h *Perimi.* scilicet optionis quoad eũ seruũ cui contingit libertas.

i *Non conditione.* scilicet, sola. & aliàs est, datione: & aliàs, ratiõe.

k *Ante aditam hæreditatem.* & sic antequã possit optari iure: vt. ff. eod. l. optione.

** Flo. datione*

l *Erit vtile.* etiã Stichi ratione: vt sic optari possit.

m *Pura libertas.* vt. C. de cadu. tol. l. vnica. §. in nouissimo. & ff. de leg. præ. l. virilis. §. si adierit. & ff. quã. di. le. ce. l. nam cum libertas.

n *Statuta.* id est, data sub conditione, si tunc, scilicet conditio extiterit ante aditam hereditatem: aliàs demũ existente conditione cedet dies eius: vt. C. de cadu. tol. §. sin autem sub conditione.

o *Possum.* quoniam pure seruus est. R. scilicet cum defecerit cõditio datæ libertatis ante aditam hæreditatẽ: & est bene ad legem istam. ff. de leg. j. l. si fundus. §. pe. & ff. de manumiss. testa. l. iiij.

SI Pamphilo.]C. CASVS. Gaius faciẽs testamentũ legauit vnum seruum generaliter Pãphilo seruo Lucij Titij, & decessit: & ita cessit dies legati dicto Pãphilo relicti: & sic fuit quæsita actio legati Lucio Titio domino Pãphili: & postea dictus Lucius Titius dominus Pamphili manumisit eum Pamphilum. modo quæritur, an Pamphil[9] manumissus possit optare vnũ de seruis Gaij? Et dicitur quòd sic, si Lucius Titius dominus eius repudiasset legatum: aliàs non. & redditur plana ratio in litera. Viuianus.

p *Generaliter.* sicque habet electionem: vt. ff. eo. l. j.

q *Cessit.* quod est à morte testatoris cum erat purum: vt. C. de cadu. tollen. l. vnica. §. in nouissimo.

r *Titius.* scilicet dominus, quem. ff. vocauit Lucium Titium.

s *Vindicauerit.* quod potest, quia quæsitas actiones per seruũ nõ perdit per manumissionẽ: vt. ff. de ac. & obl. l. quæcũq;. & ff. de iureiur. si seruũ cuius nomine. in hæreditate secus: quia ante aditam hæreditatem nulla est actio. & ideo ibi inspicitur tempus aditionis: vt insti. de hære. insti. §. alienus. sed hic dies cessionis. Ac.

t *Possit optari.* ff. de iure. vno enim petito cõsumitur electionis facultas: vt. ff. eo. l. apud. & ff. de procura. l. si is qui Stichum. Acc.

u *Repudiasset.* scilicet expresse. Alij dicunt manumittendo eo animo vt legatum eum sequatur: vt. ff. de leg. j. l. seruo legato. §. j. & instit. de hære. instit. §. seruus.

x *Duæ personæ.* id est, duo legatarij, cũ antea vna persona fingebatur: vt insti. de inuti. stip. §. ei qui. Et no. hic legatũ optionis vel in genere esse cõditionale quoad optionẽ, sed purũ quoad seruũ vt. ff. qui & à qui. l. ij. si enim esset omnino purũ, semper domino quæreret si fiat manumissio postquã cessit dies legati: & econtra Pãphilo si ante esset manumissus. sed certe etiã quoad hoc nõ videtur cõditionale, qa si esset cõditionale, vel domino tantũ, vel Pãphilo tantũ deberetur: vt. ff. de reg. iur. quæ legata. & ff. quãdo di. le. ce. si post. §. fi. Sed dicas illud quando res certa sub cõditione legatur, hic incerta: & ideo ambulat electio, vt hic dicit. Itẽ olim nõ transmittebatur si decedebat antequam optaret: hodie per Iustinianũ secus: vt insti. co. §. optionis. & C. cõmuni de le. l. fi. §. fi. & facit. ff. de sol. l. si stipulat[9]. & ff. de le. j. l. filius. §. fideicõmissũ. & l. quæsitum. §. duobus.

SI Eros] CASVS. Titius fecit testamẽtũ, & instituit sibi hęredẽ Gaium, & seruum suũ Eroté legauit Seio: & eidem Eroti legauit fũdũ Titianũ, & postea Mæuio legauit optionem vnius de seruis suis, & decessit postea dictus Titius testator, & postea dict[9] Mæui[9] optauit dictũ Eroté: & sic debet habere in Erote dimidiã Mæuius, & aliã dimidiã dictus Sei[9]: vt &. ff. de leg. j. si domin[9]. modo quæritur, an idẽ debeat esse in fundo prædicto Titiano legato Eroti? Et dicitur q̃ nõ: immo sol[9] Seius debet habere dictũ fundũ. & ratio est, quia tẽpore aditę hęreditatis Titij testatoris, à quo tẽpore cedit dies optionis legatæ Mæuio, vt. ff. eo. optione. sol[9] Seius prædictus est ille ad quẽ potest pertinere legatũ dicti fundi. legatũ enim de Erote Seio datũ cessit à morte testatoris: vt. C. de cad. tol. §. in nouissimo. & sic acquisitus fuit dictus fundus dicto Seio, quãuis postea auferatur ei p Męuiũ medius Eros, vt dictũ est. nã & si dicit Titius habuisset dictũ Eroté cõmunẽ cũ Martino, & legasset eidem Eroti dictũ fundũ, tot[9] fund[9] pertineret ad Martinũ: & hoc ideo, quia cedẽte die dicti legati fundi, qđ est ab adita hęreditate dicti Titij iam mortui, supereſt solus Martinus qui per dictum seruum Erotem potest acquirere legatum fundi. & hoc dicit. Viuianus.

y *Optauerit.* quod facere potuit: quia testator hoc permisit. nec ob. ff. eo. l. cum ita. §. j. quia ibi a propter libertatis fauorem: & sic iste Eros erit communis Seij & Meuij. Alij dicunt quòd optauit de facto: sed de iure non potuit, quasi tacite ex mẽte testatoris ex generali optione sit exceptus Eros: vt ar. ff. eo. l. cũ ita. §. fi. & infra, tit. j. l. ij. in prin. & ff. de au. & arg. le. l. j. in prin. & ff. de leg. iij. l. vxorem. §. feliciſsimo. & l. seruis vrbanis. §. fi. & l. quæsitum. §. j. & sic Eros erit solius Seij, nõ cõmunis. sed certe simile quod inducit de seruo cõmuni, magis suadet quod primo dixi, & quod dicitur. ff. de leg. j. l. si domino. secundum H.

z *Solum Seium.* sed Eros est communis Seio & Mæuio.

a *Aditæ hæreditatis.* hoc enim tempore cedit dies legati relicti seruo legato: vt. C. de cadu. tollen. l. vnica. §. in nouissimo.

b *Legatum.* scilicet fundi.

c *Pertinere.* id est, acquirere per Erotem seruum. nam Mæuio sub cõditione videtur legatus seruus, si optauerit: vnde cum ante aditam hæreditatem optare non potuit, vt. ff. eo. optione. appareret Seium solum dominum.

atque ita legatum fuisset, *Titio Stichum aut Pamphilum, vtrum eorum volet, do lego.*

Cui est legata optio, non potest eligere seruum pure, vel sub conditione manumissum, nisi conditio defecerit. Bartolus.

F Quæsitum est, si Stichus sub conditione liber esse iussus, & mihi optio serui data esset, vel seruus generaliter legatus esset, quid iuris esset? Dixi commodius constitui, eum qui sub cõditione libertatem Sticho det, &*optionem seruorum nõ cogitare de Sticho: sicuti constat nõ cogitare eum de eo cui præsentem a libertatem dederit. Secundum quod, si Stichũ optauero vel elegero, nihil agã, & ex cæteris nihilominus optabo. b In eodẽ casu c quæsitum est, si optione seruorum data, antequã optarem, conditio stat tutę libertatis defecisset: an Stichum optare d possim? e Puto Mucianæ f sententię adsentiendum, qua placet ipsa libertate g legatum perimi, h non conditione i*statutæ libertatis: quare siue viuo testatore, siue post mortem eius & ante aditam hæreditatem k conditio statutæ libertatis defecerit, legatum erit vtile. l Nã sicut pura libertas, m ita statuta n libertas aditæ hæreditatis tempore vires accipit.

ideoq; Stichũ optare possũ. o

Ius electionis relictum seruo competit eius domino post manumissionem si vult: si nollet, tunc ipsi seruo manumisso licet petere. Bartolus.

x. IDEM libro trigesimoquarto Digestorum.

SI Pamphilo seruo Lucij Titij seruus generaliter p legatus sit, deinde dominus Pãphili postquam dies legati cessit, q eum manumiserit: si quidẽ Titius r seruum vindicauerit s extinguitur Pãphili legatũ: quia nõ esset in hæreditate qui possit optari. t si verò Titius legatum à se repudiasset, u Pamphilum optare posse legatum cõstat. licet enim manumissione Pamphili duæ personæ x cõstituantur, Titij, & Pamphili: vnius tamen rei legatũ inter eas vertitur: & Titio vindicante, optio extinguitur: repudiante, Pamphilus optare potest.

De legato facto seruo alii legato, ad legatarium optionis nil pertinet. Bartolus.

XI. IDEM libro trigesimosexto Digestorum.

SI Eros Seio legat' sit, & Eroti fundus: deinde optio serui Mæuio data fuerit, isque Erotem optauerit: y fundus ad solum Seium z pertinebit: quoniam aditæ hæreditatis a tempore is solus erat ad quem posset legatum b pertinere. c Nam

BIU Cujas

& cùm seruo communi [a] alter ex sociis legat: idcirco ad solũ socium totum legatũ pertinet: quoniã die legati cedente [b] solus est, qui per eum seruũ possit adquirere.

XII. IDEM libro primo ex Minicio.

SEruo generaliter legato, verius est omnes hæredes, † si eis [c] electio data sit, eundẽ [d] dare debere: [&] si non consentiant hæredes, ex testamento eos teneri. [e]

Legatum factum seruo proprio sine libertate, licet sit inutile, potest tamen conualescere, & hoc hærede voluntario instituto. secus in necessario: quia legatum ei factum est inutile propter regulã Catonianã. Bart.

XIII. PAVLVS libro octauo ad Plautium.

SI optio serui data mihi fuerit, & Sticho aliquid testator sine libertate [f] legasset, tunc sequẽs legatum [g] consistit: cum tota familia ad vnum, id est Stichum reciderit, [h] vt quasi purè legato [i] vtiliter sit legatum: nec aduersatur Catoniana [k] [regula,] si voluntarius [l] hæres institutus sit: quia potest ante aditam [m] hæreditatem, etiam si statim decesserit, [n] familia minui.

Quòd si necessarius [o] hæres institutus sit, sequens legatum [p] propter Catonianã inutile est.

Vendita hæreditate prætor potest cogere legatarium vt optet petente emptore hæreditatis: sicut si hæres peteret vt optaret. h. d.

PPomponius scribit, emptore hæreditatis [q] postulãte vt is cui serui optio legata sit, optet: videndum esse an prætor, vt id faciat, cogere debeat legatariũ: quemadmodum si hæres institutus id postularet, quia possit per hæredem id emptor [r] consequi. Et quare non possit, [s] non video.

XIIII. IAVOLENVS libro secundo ex Cassio.

SI cum optio serui ex vniuersa familia legata esset, hęres aliquem prius quàm optaretur manumisit, ad libertatem eum interim nõ perducit. [t] seruum tamen quem ita manumiserit, amittit: quia is aut electus legato cedit, aut relictus tunc liber ostenditur.

XV. IDEM libro secundo Epistolarum.

SEruo [u] sine libertate [x] legaui: [y] deinde optionem seruorũ Mæuio dedi. is [z] eundem seruum optauit. [a] Quæro, an id

a *Seruo communi.* iam nunc, & non sola destinatione. & argumentatur à minori.

b *Cedente.* quod est tempore mortis: vt. C. de cadu. tol. l. vnica. §. in nouissimo. Sed huic respon. est contra. ĵ: de acquir. re. do. per seruum. §. j. & ĵ. de stipu. ser. proinde. §. j. Sed sol. vt no. s̃. pro soc. verum. §. si seruo. quæ consonat huic: &. j. ad legem Falc. l. Plautius. & facit. j. eo. l. si optio. & l. seruo.

Erno.] CASVS. Titio legaui seruũ generaliter, & dedi hæredibus meis electionẽ quem darent ei seruũ, & decesi. certe hæredes mei debent cõsentire in vno seruo dãdo dicto Titio: & non poterit vnus hæredum dare Titio medietatẽ, vni⁹ serui, & alius medietatẽ alterius serui: & ad consentiendum possunt constringi actione ex testamento. Viuianus.

c *Si eis.* hæredibus: & dicta. scilicet, nomi. natim à testatore: aliàs legatarij est electio: vt ĩ eodem. l. ij. ij. respõ.

d *Eundem.* facit. j. de verbo. oblig. l. ij. circa princip. & l. in executionibus. §. pro parte. & de solu. l. si stipulatus. §. j. & l. qui hominem. §. j. & s̃. de cõdic. inde. si non sortem. §. fina. & s̃. de lega. j. l. si ex toto. §. fin. & de leg. ij. l. si quis duobus. Ac.

e *Teneri.* cogẽtur ergo consentire iudice nõ minẽte: vt supra, de lega. j. l. huiusmodi. §. fina. vel sorte: vt. C. communia de lega. l. fina. in princip.

Dotes [f] prædiorum, quę Græco vocabulo ὑποθῆκαι † appellantur, cū non instructa legātur [g], legatario non præstantur. [h]

Talia sunt subiecta qualia prædicata demonstrant, & econtra. Bartolus.

III. IDEM lib. octauo. Respōsorū. FVndum instructum libertis patronus testamento legauit. [i] postea codicillis petiit vt morientes partes suas fundi superstitibꝰ restituerēt: nec instructi mentionē habuit. Talē in causam fideicommissi deductum videri placuit, qualis fuerat legatꝰ [k]: sed [&] medij tēporis augmenta fœtuū & partuū, item detrimēta fatalium, fideicommisso contineri. [l]

Manumissio licet innualida, extinguit serui legatum. Bartolus.

Minor viginti annis instructa prædia consobrinæ suæ dari voluit, & quosdā seruos prædiorū viuus manumisit. [m] Nō idcirco serui manumissi [cum prædiis ex causa fideicōmissi] præstabuntur, [n] quòd ad libertatem peruenire non possunt. Idem iuris est, cū ex quauis alia causa libertas non competit.

Magis inspicitur fundus in quo quis operatur, quàm fundus in quo moratur. Bar.

IIII. IAVOLENVS libro secūdo ex Posterioribus Labeonis.

CVm quidam duos fundos iunctos haberet, & ex altero boues, cū opus fecissent, in alterū reuerterētur: vtrumque fundum cū instrumēto legauerat. Labeo, [&] Trebatiꝰ boues ei fundo cessuros putāt, vbi opus fecissent, non vbi manere cōsueuissent: Cascellius cōtra. Labeonis sententiam probo. [o]

Dictio, cum: & dictio, &, participātur in cōiungendo: sed in modo coniungendi differunt. Bartolus.

V. LABEO libro primo πιθανῶν à Paulo Epitomatorum.

Quando currant fatalia & quādo non, vide not. in c. ex ratione. extra de appella.

a *Quando.* currant fatalia & quādo non, vide not. in c. ex ratione. extra de appella.

i *Legauit.* vel cum instrumento, vel simpliciter.

k *Fuerat legatus.* scilicet instructus. argu. supra, manda. l. si vero non remunerandi. §. idem Papinianus.

l *Contineri.* sed quomodo augmentum fœtuum animalium quæ fuerunt instrumēta fundi ad stercorandum fore, debent restitui, cum defuncti iudicio sunt habiti: vt infra, ad Trebell. in fideicommissaria? Respon. ad instar peculij legati, vbi est accessio & deminutio: vt supra, de legat. ij. l. peculium. in princi. & infra, de pecu. legat. l. denique. §. fin. & idem in equitio, & omni vniuersitate sub nomine collectiuo legata: vt etiam mora non commissa veniant augmenta: vt supra, de vsur. l. equis. §. equitio. & aliud in relicto iure institutionis, vt dicta. l. in fideicōmissaria. Vel hic continetur non tāquam vniuersitatis augmentum, sed tanquam instrumēti augmentū: vt. j. eod. l. pen. Vel dic, fœtuum & partuum pro eodem poni, scilicet ancillarum, qui non sunt fructus: vt. j. ad Treb. l. mulier. §. si hæres. ibi, præterea &c. sed dominus. M. dixit, timeo ne hic desit, non. tunc enim litera esset plana: & quòd diceres partuum, dicas quod non sunt instrumenta hi partus. Item quod dicit de damnis fatalium [a] contineri, vel secundū M. non contineri: dic prout fuit in culpa vel non, vtrunque posit esse: vt infra, ad Treb. l. mulier. §. si hæres. & facit infra, ad Trebel. l. deducta. §. hæreditatem.

m *Manumisit.* de facto, non de iure propter. l. Aeliam Sentiam: vt insti. qui manumit. non pos. §. eadem.

n *Præstabuntur.* certum est enim mutatam voluntatē esse in his, licet non teneat manumissio: vt &. j. de adimen. le. l. & ideo. &. l. si legatum. in prin. &. l. legatum. §. fi. &. ff. de leg. j. l. plane. in prin. Sed contra. ff. de le. j. l. seruum filij. §. si idem. &. l. si seruus legatus. §. si seruus. &. ff. de lega. ij. l. qui testamento. Sol. ibi expressē legauerat: vnde valet cum non valeat libertas. at hic non expressē legauerat, sed sub illo verbo, instructa. Vel hic loquitur cum viuus manumisit, secus si eodem testamēto. facit infra, de pec. leg. l. cum dominus. §. fin. &. l. sequenti.

Cum quidam.] CASVS. Titius habebat duos fundos, scilicet Titianum & Seianum, & erant simul iuncti dicti duo fundi: & tenebat duos boues in dicto fundo Seiano de die & nocte: & semper cum erat necesse, faciebant dicti boues opus suum in fundo prædicto Titiano, & cum fecerant opus in fundo Titiano, reuertebantur ad standum in Seianum. dictus Titius fecit testamentum, & dictum fundum Titianum legauit Seio cum instrumēto, & dictum fundum Seianum legauit Gaio cum instrumento. & postea decessit. modo quæritur, cui prędictorum fundorū cedant dicti boues? Et dicitur quòd ei fundo debent cedere in quo opus faciebant, id est, Titiano, & nō ei fundo in quo manere consueuerunt, id est, Seiano. Viuianus.

o *Probo.* pro isto. j. de penu lega. l. nam quod. §. penul. &. l. fin. & supra, de lega. iij. l. si ita. cum concor.

Si cui.] CASVS. Legaui tibi fundum meum Titianum cum instrumento. certe debetur tibi fundus, & instrumentum. idem est si legaui tibi fundum & instrumentum. Item idem est si legaui

si legaui tibi fundum instructum. Est tamen in vno differentia inter dicta legata: quia si ego testator alienaui dictum fundum sine instrumento, post legata prædictis modis à me relicta ex duobus dictis legatis poterit legatarius vindicare instrumentũ fundi, puta cum ego testator legaui fundũ & instrumentum, & cum legaui ei fundum instructũ. in tertio autem non: puta cum legaui ei fundum cum instrumento. Viu.

a *Nihil interest.* scilicet quantũ ad hoc: quia semper vtrũque videtur esse relictum, & fundus & instrumentum: sed tamen primo extincto differentia erit: vt infra dicit. & sic non obstat. ff. de vsufru. acc. l. si quis Titio. & supra, de lega. j. l. Titiæ. §. nihil. & l. si quis inquilinos. §. si ita.

b *Cum instrumento.* huius enim sermonis tenore adeo secundũ legatum primo adhęrere designatur, vt eius fultura subducta non possit esse quin illico ruat: cum se sustinere nequeat vltra. R.

c *Ex cæteris.* scilicet fundum & instrumentum: item fundũ instructum: sed ad hoc secundum est cõtra instit. de leg. §. si quis ancillas. ibi, idẽ erit si fundo &c. Solu. quod ibi simpliciter, hic distincte dicitur. & quid miri? cum ibi leui ac simplici via, quoniam rudibus animis: hic vero diligentissima & exactissima, quoniã prouectis singula iura traduntur, secundũ R. sed non placet ꝙ propter rudes ibi male dicat. dic ergo: quod ibi dicit, idem est, vt fundus instructus referatur ad primos duos casus: scilicet de ancilla, & de seruis orcinis & vicariis. & quod subiicit, vel cum instrumento: referatur ad proximum, scilicet de seruo cum peculio. hoc Io. non placet. Alij quòd illa hanc corrigat in hoc articulo. quod satis dici potest. Vel secundum Azo. vt fundo instructo legato & postea alienato[a] extinguitur legatum instrumenti, vt ibi: & non extinguatur, vt hic. extinguitur dico instrumentum fundi, vt ibi, non instrumentum patris familias quod in legato continetur: vbi fundus instructus est legatus: vt. j. e. l. quæsitum. §. sed si fundus. &. §. instructo. & hoc etiam in contrario nota. &. C. de verbo. signi. l. ij. Item facit infra, titu. j. l. ij. §. j. & supra, titu. ij. l. ij. &. ff. e. l. ij. §. j. & supra, de lega. j. l. vij. &. viij.

a Quid si alienatum postea sit redemptũ, an superueniẽte redẽptione fundi redimatur legatum: dic quòd nõ: vt in. l. cũ seruis. j. de adimen. lega. nisi tantum fauore libertatis secundum Bal. in l. 3. C. de le.

SI cui fundum & instrumentum eius legare vis, nihil interest[a] quo modo leges, *fundũ cum instrumento*[b], an *fundũ & instrumentum*, an *fundum instructum*. Paulus. Immò contra. Nã inter ea legata hoc interest, quòd si fundo alienato mortuus fuerit, qui ita legauit: ex hac scriptura, *Fundum cum instrumento*. nihil erit legatũ: ex cæteris[c] poterit instrumentum esse legatum.

Per solam sententiam non fit renouatio vt legatum extinguatur. Barto.

VI. SCAEVOLA libro sexto decimo Digestorum.

NEpoti legauerat[d] prædia quę certa regione habuerat, vt instructa sunt, cum vino, grano, kalẽdario[e]: & adiecerat hæc verba: *Quidquid erit, cum moriar, in illa regione. &, Quicquid in quacũque specie erit in illa regione. vel, quod meũerit.* viua testatrice[f] vnus ex debitoribus condẽnatus, viuente testatrice satis non fecit[g]. Quæsitũ est, an quod ex sententia iudicis deberetur, ad nepotẽ pertineret? Respondit, nihil ꝓponi cur nõ[h] deberet.

In eo in quo apparet esse mutata volũtas testatoris, videtur esse reuocatum legatum, non in alio. Bartolus.

NEpoti.] CASVS. Titia legauit nepoti suo Seio prędia quæ habebat ad burgum Panicalis, sicut erant. instructa, scilicet cum vino, & grano, & kalend. quæ in dictis fundis erant. in quo quidem kalendario erant scripta nomina debitorum ipsius testatricis: & postea dixit dicta Titia in eodem testamento: lego dicto meo nepoti quicquid erit cum moriar in dicta regione burgi Panicalis, vel quicquid in quacumque specie erit in dicta regione cum moriar. postea dicta testatrix conuenit vnum ex dictis debitoribus qui continebantur in dicto kalendario, & fecit eum condemnari: & prius quàm idem debitor ei satisfaceret, ipsa decessit. nunquid debetur nepoti illud quod debet dictus debitor condemnatus? Et dicitur quòd sic. Viuianus.

d *Nepoti legauerat.* scilicet auia.

e *Kalendario.* hoc expone: vt. ff. de lega. iij. l. qui filium. Accur.

f *Viua testatrice.* & in eadem voluntate durante erga nepotem: quod præsumitur propter coniunctionem: aliàs secus: vt. ff. de lega. iij. l. fideicommissa. §. si rem. &. ff. de lega. j. l. si sic. §. j. in fin. secundum R. Sed certe ibi plus erat: quia exegerat.

g *Satis non fecit.* sufficienter.

h *Cur non.* scilicet tam coniunctæ personæ. non igitur fit nouatio per sententiam solam: sed demum exactione facta. argu. contra. C. de excu. rei iudi. l. fin.

Tabernam.] CASVS. Titius in testamento suo legauit cuidam suæ libertæ quam manumiserat, & quæ vocabatur Pardula, insulam siue tabernam cũ cœnaculo, & cum mercibus & instrumẽtis & supellectili quę ibi erant, & horreum vinariũ cum vino, & vasis, & instrumento, & cum instito. ribus quos ibi secũ habere cõsueuerat dictus testator: & postea viuente eodem testatore insula siue taberna prædicta in qua erat dictũ cœnaculum dictę Pardulæ legatum, exusta fuit. & postea idẽ testator refecit aliam nouã ibidem, & postea vendidit idem testator dictum horreũ vinarium quod eidẽ Pardulæ legauerat: vini autẽ venditionẽ distulit ad hoc vt postea carius illud venderet, & postea decessit dictus testator. modo quęritur, an vniuersa prædicta legata possit cõsequi Pardula prædicta? Et dicitur ꝙ sic, præter ea in quibus voluntas testatoris fuit mutata: mutata autem fuit in insula siue taberna de nouo facta. Item in horreo vinario quod vendidit dictus testator. Viuianus.

VII. IDEM libro vicesimo secundo Digestorum.

TAbernam[i] cum cœnaculo[k] Pardulæ[l] manumissæ* testamẽto legauerat cum mercibus & instrumentis & supellectili, quæ ibi esset: item horreum[m] vinariũ cũ vino, & vasis, & instrumento, & institoribus quos secũ habere consueuerat. Quæsitũ est, & cum viuo testatore insula[n] in qua cœnaculum fuit quod ei legatũ erat, exusta sit, & post bienniũ eodẽ loco constituta noua[o], & horreũ quod eidem legatũ erat, à testatore venierit, vini autem venditio dilata sit, vt ex eo cõmoda* venirent: an vniuersa legata Pardula consequi possit? Respondit, ea in quibus voluntas mutata esset, non deberi[p].

Instrumenta fundi dicuntur quæ gratia colligendorum & conseruandorum fructuũ sunt parata: & quæ sint illa, hic ponuntur exempla. Barto.

VIII. VLPIANVS libro vicesimo ad Sabinum.

INstrumenta*† fundi ea esse, quæ fructus quærẽdi, cogendi, cõseruãdi gratia parata sunt, Sabinus libris ad Vitelliũ euidenter enumerat. Quærendi,

i *Tabernam.* i. domũ ad habitãdũ vtilem vt j. de verb. sign. l. tabernæ. nam & hic. j. vocat eam insulam. Accur.

k *Cœnaculo.* locus vbi cœnat paterfamilias, vel vbi fit cœna: quo loco frequenter aqua proiicitur: vt supra, de iis qui deie. l. i. vero. Accursius.

l *Pardulæ.* proprium nomen ancillæ quã manumisit inter viuos, vel in testamento: & ideo ꝙ dicit, testamento, potest determinare præcedens, manumissæ: vel sequens verbum, legauerat. Accur.

m *Item horreũ.* in quo vinũ est repositũ. Vel dic, in quo triticũ & hordeũ vnde fit vinũ, est repositũ: vt. ff. tit. j. l. si quis vinũ. §. j. Ac.

n *Insula.* id est, taberna.

o *Noua.* scilicet fuerit.

p *Non deberi.* sic ergo taberna, id est, insula exusta, & postea testatore noua facta non debetur: vt supra, de lega. ij. l. peculium. §. j. & supra, de vsufru. l. qui vsumfruc. in prin. & supra, quib. mod. vsusfruc. amit. l. quid tamen. §. j. &. §. antepenul. & fin. & supra, de lega. j. l. si ita legatum. §. fina. Item nec horreum debetur, cum testator illud vendiderit: vt supra, eo. l. si cui. & supra, de leg. j. vj. &. l. si ex toto. in princ. & supra, de leg. iij. l. fideicõmissa. §. frem. & instit. de leg. §. si rem suam. vinum autem cum vasis debebitur, nihil enim prohibet in quibusdam tenere voluntatem, in quibusdam mutatam esse: vt. d. l. si ex toto. in princ. & facit ad hanc. infra, de auro & argen. lega. l. Seia.

Instrumenta.] CASVS. Legaui tibi fundũ, & instrumenta fundi, & decessi. quæritur, quid nomine instrumenti fundi contineatur? Et dicitur ꝙ illa continentur quæ parata sunt à me testatore gratia quærendi fructus, & gratia cogendi siue colligendi fructus, & gratia conseruandi. quæ autem parata videantur gratia quærendi fructus, & quæ gratia cogendi, & quæ gratia conseruandi, plane dicitur vsque ad finem legis. Sed nunquid in dicto legato continetur grex ouium qui erat in dicto fundo? & distinguitur, vtrum cõparaueram gregem vt ex eo fructus caperetur, & tũc non continetur in dicto legato. si vero ideo cõparauram, quia non aliter ex fundo siue saltu vbi erat fundus, fructus percipi poterat, nisi esset ibi grex qui stercoraret agrũ: tunc bene continebitur in legato. & idem in alueis apium, & in auibus et quibus

quibus habeat fundus reditum, & in frumento & vino ad cibaria cultorum fundi parato, & illo frumento quod paratū erat in fundo causa seminis. & hoc vsq; ad. l. quæsitum. §. cōseruandi. Viuia.

a *Homines.* id est, seruos.

b *Villici.* qui occasione fructuum insistunt: vt. j. e. l. villæ.

c *Et monitores.* id est, qui agros monent, id ipse est, muniunt a fossatis & sepibus, vel qui monent laboratores.

d *Vilia.* in quib⁹ portantur blada ad seminandum, vel vinum labentibus.

e *Ligones.* i. sarpæ.

f *Sarculi.* sunt cultri quibus terra scinditur, vel paruę sarpę ad arandum fabas & meligas.

item bidētes, id est, vomeres vel gomeres: qui vndique scindunt terram: vel furcæ vel rastelli qui plures habent dentes. & facit ad. l. ſ. de petit. here. si à patre. §. fi. & C. de verb. sign. l. ij.

g *Cogendi.* s. sunt instrumenta.

h *Messoriæ.* i. segulæ.

i *Fœnariæ.* id est, fœnisecæ.

k *Qualli.* i. canistri ad vindemiandū in eis.

l *Excepterii.* id est, corbes & castellatę, sed torcularia sunt canales & tinacij.

m *Defossa non sint.* igitur & si sint defossa instrumenta, appellatione fundi cōtinētur. seruus autē dicendū de instrumento domus: quia id quod defossum est, pars dom⁹ est. ergo nō poterit dici domus instrumentū: vt. ſ. de act. empt. l. granaria. & j. eo. l. quæsitum. §. Papinianus ait. sed certe & in fundo idem erit dicendum: vt. j. eo. quæsitū. §. ea vero. sed certe erit distinguendū: vt. j. eo. cum fundus. Accurs.

n *Cuppæ.* vasa quædā sunt lapidea de terra facta. H. & hic puncta, & quod subiicit quibusdā &c. incipit alia oratio.

o *Atrienses.* qui purgant vel custodiunt atrium: vt supra, nau. cau. l. j. §. j.

p *Scoparii.* id est, qui scopis domum purgant. vnde in euangelio: scopis mundatam.

q *Viridaria.* scilicet sunt instrumenta fundi artificialiter facta, aliàs pars fundi sunt: vt. j. eo. quæsitum. §. ea vero.

r *Topiarii.* id est, qui ornant & ordinant saltus fundi: vt supra, de leg. iij. l. cum quæreretur. §. fina.

s *Greges.* hoc dic vt infra. l. proxi.

t *Saltuarii.* qui custodiunt fundum, & tuentur magis quàm fructibus colligendis præsunt: vt. ſ. de leg. iij. cum quæreretur. §. fin. & infra, eo. l. quæsitum. §. saltuarium.

u *De grege. Comparatus.* scilicet principaliter.

x *Debeatur.* instrumento fundi legato. & est ad hoc. C. de verb. sign. l. ij. & ſ. de lega. iij. cum quæreretur. §. pe. sin autem pro vtroque, dic vt infra, eo. l. quæsitum. §. si quis eodem.

y *Si reditus.* scilicet fundi. vt quia locus aptus erat ad mel propter flores & aquam & alia quæ apes desiderant, & non ad alium fructum. & facit. j. e. l. quæsitum. §. & si ab aucupio.

veluti homines [a] qui agrum colunt, & qui eos exercēt, prępositive sunt his: quorū in numero sunt villici [b], & monitores [c]: præterea boues domiti, & pecora stercorandi causa parata: vasaq; vtilia [d] culturæ, quæ sūt, aratra, ligones [e], sarculi [f], falces putatoriæ, bidentes, & siqua similia dici possunt. Cogendi [g], quemadmodū torcularia, corbes, falcésq; messoriæ [h], falces fœnariæ [i], quallik vindemiatorij, exceptoriiq; [l], in quib⁹ vuæ cōportātur. Cōseruandi, qualia* sunt dolia, licet defossa nō sint [m], & cuppę [n]. Quibusdā in regionib⁹ accedūt instrumēto, si villa cultior est, veluti atrienses [o] †, scoparij [p]. Si etiā viridaria [q] sint, topiarij [r]. Si fund⁹ saltus pastionésque habet, greges [s] pecorum, pastores, saltuarij [t].

IX. PAVLVS libro quarto ad Sabinum.

DE grege ouium ita distinguendum est, vt si ideo cōparatus [u] sit vt ex eo fructus caperetur, nō debeatur [x]: si verò ideo, quia non aliter ex saltu fructus percipi poterit, contra erit: quia per greges fructus ex saltu percipiuntur.

X. VLPIANVS libro vicesimo ad Sabinum.

SI reditus [y] ex melle constat, etiā aluei apésq; cōtinētur [z].

XI. IAVOLENVS libro secundo ex Cassio.

EAdem ratio est in auibus quæ in insulis [a] maritimis aluntur.

XII. VLPIANVS libro vicesimo ad Sabinum.

QVæsitū est, an frumentum quod cibariis cultorū paratum foret, instrumēto cederet? Et plurimis nō placet, quia cōsumeretur quippe instrumētum [b] est apparatus rerum diutiùs mansurarū, sine quibus exerceri nequiret possessio. Accedit [c] eo quòd cibaria victus magis q̄ colendi causa parētur. Sed ego puto & frumentum & vinùm ad cibaria paratum instrumēto cōtineri [d]: & ita Seruium respōdisse auditores eius referūt. ℣ Item nōnullis visum est frumentū, quod serendi causa sepositū est, instrumento cō tineri. puto, quia & instar culturę esset, & ita cōsumeretur, vt semper reponeretur. Sed causa seminis nihil à cibariis differt. ℣ Cōseruādi fructus [e] causa, veluti granaria [f], quia in his fructus custodiūtur: vrceos [g], capsellas, in quibus fructus cōponuntur. Sed & ea quę exportādorū fructuū causa parātur, instrumenti esse cōstat: veluti iumenta, & vehicula, & naues, & cuppæ, & cullei [h]. Alfenus autem, si quosdā ex hominib⁹ aliis legauerit: cæteros [i] qui in fūdo fuerūt, non cōtineri instrumento ait: quia nihil animalis, instrumēti esse opinabatur. quod nō est verum. Cōstat enim eos qui agri gratia ibi sunt, instrumento cōtineri. ℣ Quæritur, an seruus qui quasi colonus [k] in agro erat, instrumento legato cōtineatur? Et Labeo & Pegasus rectè negauerunt: quia non pro instrumento [l] in fundo fuerat, etiam si solitus fuerat & familiæ imperare. ℣ Saltuariū autem Labeo quidem putat eum demum cōtineri, qui fructuum

A z *Continentur.* fundi instrumento legato.

E *Adē ratio.* Hæc lex diuiditur in tres partes. Primo ponit quid sit instrumentū fundi vsque ad. §. si domus. Secundo, quid sit instrumentū domus vsq; ad. §. sed si fundus. Tertio, quæ sit differentia inter legatū fundi simul instructi, & simul cum instrumento. & circa hoc multa dicta interserit vsque ad finem. l. Barto.

a *In insulis.* vt pauonibus & phasianis, sicut & cuniculis: vt in lacu Perusino. & facit. j. eo. l. quęsitum. §. si in agro. & §. si ab aucupio.

b *Quæsitū. Instrumentum.* principale. R. & est hic definitio instrumenti. sic &. j. e. §. sed si fundus. & supra, de trib. l. procuratoris. §. si propter.

c *Accedit.* scilicet sententiæ illorum qui dicunt nō esse instrumētū. R. & facit. C. de verbo. signi. l. j. &. ij. &. ſ. de vsufru. l. item si fundi. §. seminarios.

d *Contineri.* per medium, accessionis iure.

Conseruandi.] CASVS. Dictum est. ſ. e. l. instrumēta. de quibusdam quibus fructus cōseruātur: quæ quidē cōtinentur in instrumento fundi. nunc adiūgit alia, sicut sunt granaria quæ sunt in fundo instructo legato, & vrcei, & capsellæ, & iumenta, & vehicula, & naues, & cuppæ, & cullei, quæ parata erant in fundo causa exportandi fruct⁹ de fundo. Sed quid si testator legauit aliis quosdam ex hominibus siue seruis qui erant in fundo quē Titio legauit instructum? nūquid alij qui remanserunt in fundo, cōtinebuntur in instrumēto fundi? Et dicitur q̄ sic, licet Alfenus diceret cōtrariū. seruus autem qui quasi colonus in agro erat, non continetur in instrumento fundi. Viuianus.

e *Conseruandi fructus.* scilicet contineri dicimus.

f *Granaria.* de hoc dic vt, ſ. e. l. instrumenta. in fin.

g *Vrceos.* de terra.

h *Cullei.* vasa de corio: vt &. j. de au. & argen. leg. l. legatum. §. j.

i *Cæteros.* nam fundum & instrumentum vni, & alij cæteros seruos eius fundi.

k *Quasi colonus.* s. quasi extraneus [b], puta mercede certa constituta: vt. j. e. Seiæ. §. liberto. & l. cum de lanionis. §. j. &. ij.

l *Pro instrumento.* ipsi enim instrumentum parant.

Saltuarium.] CASVS. Quæritur, nūquid fundo instructo legato cōtineantur saltuarij? Et dicitur q̄ sic: siue custodiant fruct⁹ siue fines. Item cōtinetur pictor & tonsor qui sunt parati causa familiæ rusticæ, & faber & mulieres quæ panē coquunt, & illi qui molunt frumentū, & focaria, & villica, & lanificæ, & illæ quę coquunt pulmentaria. Item nūquid cōtinentur vxores prędictorum masculorū? Et dicitur q̄ sic. neque enim credendū est testatorem iniunxisse tam duram separationem. Item cōtinentur pecora quę aliqua parte anni in fundo pascūtur, & in alia parte anni pabulum his

b *De colonis pulchrè Columel. libro. 1. de re rust. ca. 7.*

BIU Cujas

his conducitur aliunde,& serui qui aliqua parte anni colunt fundum,& in alia parte anni mittuntur ad lucrandum alibi.Item cõtinetur cellarius, & ostiarius, & mulio, & molæ, & machinæ, & fœnum,& stipulæ,& asinus machinarius,& machina frumẽtaria, & multa alia quæ nominãtur hic vsque ad.§.si fundus nõ sit &c. quorũ quædã continẽtur,& quædam non,& est planissima litera vsque illuc.Viuianus.

a *Nõ eum.* aliàs deest, non: & interrogatiue tunc legitur, & postea determinat: sed Neratius &c. ad quod est.ff. de lega.iij. l.cum quæreretur.§.penul. &.ff.e. l.instrumenta.in fin.

b *Fabrum.*tignarium vel quadratarium.

c *Focariam.* quæ facit focum.

d *Et villicam.*contubernalẽ villici.Accur.

†foratiam, legit Blon. libro. 9. de Roma triumphante.

e *Lanificas.* à lana sic dictas in qua operãtur: vt.ff.de vsu & hab.l.plenũ.§.fi. nec ob.j.c.villæ.in fi.vt ibi dices.H.

f *Pulmentaria.* i. farina de hordeo.Accur.

g *Sed an instrumenti.* reuocat in dubiũ,quod tamẽ iam soluerat,licet non ita aperte.

*Flo.lanæ

h *Rusticorum.* id est, operantium,vel,id est, instrumentorum.

i *Iustrumenti.* vt.j.eo. l.villæ.§.fina.

k *Vxores.* improprie, id est, contubernales: vt.C.de incest. nupt.l. cum ancillis.

l *Duram separationẽ.* sic.C.cõmunia vtriusque iudi.l.possessionũ. &.ff.de leg.iij.itẽ.§.pe. &.l.vxorem.§.codicillis.&.j.ea.l.§.sed si fundus.in fi.§.& si etiã exprimatur, succurritur: vt.ff.de leg.j.si domus. §.qui cõfitetur.Accur.

m *Cõtinentur.* dũmodo illi agro sint perpetuo attributi:vt.ff.de lega.iij.qui saltum.

n *Saluæ sint.* vt sunt massarij.

o *Ostiarium.* qui custodit ostium.

p *Mulionem.*qui ducit mulũ ad molendinum.

q *Molas.* de lapide.

Machina quid est.

r *Et machinas.* i. ipsum ædificiũ molẽdini vel pistrini. nam secũdũ H.omnę artificioſè factũ dicitur machina.

†aliàs, faba.

s *Fœnum.* de prato.

t *Stipulas.* quę secantur cum herba remotis primo spicis.Accur.

a *De sapa Plin. li.13. c.9.& eiusdẽ lib.c.21. De defruto idẽ lib.14. cap.9.& ca.21.*

u *Machinã frumentariam.* id est arcã ad frumentũ tenendum, vel aliud artificium artificioſè factum.

x *Sapa.* id est[a], quoddam quod fit ad potandum:dicta quasi parum saporis habens secundũ H.& defrutum eodem modo: vt & supra,titu.j.l.si quis vinum.

seruandorũ gratia paratus sit: nõ eum[a] qui finium custodiendorũ causa.Sed Neratius etiam hũc.& hoc iure vtimur,vt omnes saltuarij cõtineãtur.¶ Trebatius amplius etiam pistorẽ & tonsorem, qui familiæ rusticæ causa parati sunt,putat cõtineri.Item fabrum[b] qui villæ reficiendæ causa paratus sit,& mulieres quæ panẽ coquant,quæque villã seruent.Item molitores, si ad vsum rusticum parati sunt. Item focariam[c]†,& villicam[d], si modo aliquo officio virũ adiuuent. Item lanificas[e], quæ familiã rusticã vestiant, & quæ pulmentaria[f] rusticis coquant.¶ Sed an instrumẽti[g] instrumentũ legato instrumento cõtineatur,quęritur:Hęc enim quę rusticorũ[h] causa parantur, lanificæ,& laniæ*,& tõsores,& fullones, & focariæ, non agri sunt instrumentum,sed instrumenti[i].Puto igitur etiam focariam cõtineri, sed & lanificas, & cæteros qui supra numerati sunt: & ita Seruium respõdisse auditores eius referunt. Vxores[k] quoque, & infantes eorũ qui supra enumerati sunt,in eadem villa agentes, credendum est voluisse testatorẽ legato cõtineri. Neq; enim durã separationẽ[l] iniunxisse credẽdus est.¶ Si aliqua parte anni in fundo pascantur pecora, aliqua parte his pabulũ conducitur:vel serui, si aliqua parte anni per eos ager colit,aliqua parte in mercedẽ mittũtur:nihilominus instrumẽto cõtinentur[m]. Cellariũ quoque, id est ideo præpositũ, vt rationes saluæ sint[n]. item ostiariũ[o], mulionémq;[p], instrumenti esse cõstat: & molas[q],& machinas[r]:fœnũ[s],[&] stipulas[t]: asinum machinariũ, machinã frumentariam[u] : vas æneum in quo sapa[x]†coqueretur, & defrutum fieret: & aqua ad bibendũ,lauãdámq; familiã pararetur, instrumenti esse, & cribra, & plaustra quibus stercus euehatur[y]:ea verò quę solo continerentur[z],instrumenti fundi nõ esse Cassius scribit: veluti arundineta & salicta antequam cæsa sint: quia fundus fundi instrumentũ esse non potest[a]. Sed si cæsa sint[b], puto cõtineri[c]: quia quærendo fructui deseruiunt. Idem & in palis erit dicendum.¶ Si in agro venationes sint, puto venatores quoque, & vestigatores[d]†, & canes, & cætera quæ ad venationẽ sunt necessaria,instrumẽto cõtineri: maximè si ager & ex hoc reditũ[e] habuit.¶ Et si ab aucupio reditus[f] fuit, aucupes, & plagæ[g], & huius rei instrumentũ,agri instrumento continebitur[h].Nec mirũ, cum & aues instrumẽto, exemplo† apium,cõtineri Sabinus & Cassius putauerint[i].¶ Si quis eodẽ instrumento in plurimis agris vtatur:cuius agri sit instrumentum,quęritur?Et ego arbitror, si quidem apparet voluntas patrisfamiliæ,cui potius agro destinauerat,eius esse instrumentum[k].cæteri enim agri mutuãtur veluti ab hoc agro. Si non appareat, nullius[l] instrumento cedet.Neque enim pro parte[agri]diuidimus[m] instrumentum.¶ Supellex[n], cæteraque siqua in agro fuerunt quo instructior esset paterfamiliàs[o], instrumento fundi[p] non cõtinentur.¶ Si domus[q] sit instrumentum legatum: videndum, quid contineatur. Et Pegasus ait instrumentũ domus id esse quod tempestatis arcendæ,aut incendij[r] causa paratur, non quod voluptatis gratia.Itaque neque specularia[s], neque vela quę frigoris vel vmbræ causa in domo sunt,deberi[t]. quæ sententia Cassij fuit, qui dicebat inter instrumentum[u] & ornamentũ multum interesse.instrumenti[x], enim ea esse, quæ ad tutelam domus pertinent: ornamenti, quæ ad voluptatem[y],sicuti tabulas pictas. Vela autem Cilicia instrumẽti esse Cassius [ait:] quæ ideo pa-

A y *Euehatur.* in quo serua distinctionem Trebatij: vt supra, de act.empt. fundi.§.fina. & facit in.d.l.fundi.§.Labeo. & supra,de lega.iij.seruis vrbanis.in princ.

z *Cõtinerentur.*secus in doliis in fundo affixis: vt.ff.e.l.instrumenta.§.fi.vel distingue possint remoueri, vel nõ:vt.j.e.cum fundus.

a *Esse non potest.* talia enim quãdiu non sunt cęsa,pars fundi sunt:vt ff.de rei vindi.l.frustẽ pendẽtes. & facit.j.e.l. §.Papinianus.&.ff.de vsufruc.item si.§.fi.& de act.empt.fundi.§.si ruta.&.§.pe.&.fi.&.l.granaria.in prin.&.j.e.l.fi.

b *Sed si cæsa sint.* fundi gratia.

c *Contineri.* f. posse.

d *Et vestigatores.* per † odores nariũ vel oculorum solicita indagatione:vel cũ canibus.

e *Reditũ.*quia in hoc casu potest locari.& ficit.ff.de lega.iij. seruis vrbanis.§.j.& de vsu.l. venationẽ.&.ff.de vsufru. item si.§.aucupiorum.&.j.proxi.§.

f *Reditus.*fundi.Acc.

g *Plagæ.*i.pali quibus tenentur retia recta.

h *Continebuntur.* vt.ff. proxi.respon. cum sit concor.

i *Putauerint.*vt &.ff.e. si reditus. &.l.seq.

k *Instrumentũ.* sic supra.de hęre.instit.ex facto.§.fi.Accursius.

l *Nullius.*Nota ratione incertitudinis neutrum valere.& sic.ff.de hære.instit.l.in tempus. §.j.&.ff.de vsufruc.sed & si quis.§.quid ergo si amisso.in fi.§.&.ff.communia prædio. in tradendis. vbi de hoc no.

m *Diuidimus.* sic.ff.de nego.gest. Nesennius. in fi.& ibi dixi.

n *Supellex.*quid sit, die vt.j.de supel. lega.l.j. &.iij.Accursius.

o *Paterfamiliàs.* non etiam fundus.

p *Fũdi.*Sed instrumento patrisfamiliàs sic & ideo fũdo instructo legato cedit legato: vt.j. ea.l.§.sed si fũdus.Ac.

q *Si domus.*dixit de instrumento fundi: nunc domus,vsque ad.§.sed si fundus.

r *Incendii.*f.arcendi.

s *Specularia*[b].non affixa.aliàs sunt pars domus: vt infra,e.§.Papinianus. in fi.

t *Deberi.*vt instrumẽtum:vt.j.eo.§.Papinianus. nec vt pars rei: vt supra,de act. emp.fundi.§.quæ tabulæ.

u *Instrumentum.* scilicet domus.

x *Instrumenti.* scilicet domus.

y *Ad voluptatem.* quæ possunt dici instrumenta personæ, cum ex his domus non perficiatur: vt infra,de verb.sign.l.pe.

BIU Cujas

a *Laberent.* secus si ad voluptatem: vt supra, proxi. §.
b *Paratur.* vt & infra, de penu. leg. l. iij. §. penori.
c *Centones*, id est, puluinaria: opus factum ad modum plumarum, secundum Hug.
d *Funes.* ad trahendum aquam, qui propter domũ habentur: vt §. de act. empt. l. funes.
e *Perticas.* ad tenendos pannos: vt. j. eo. §. canales.
f *Scalas.* ad ascendendum ad granaria, vel vt infra, eo. §. scalæ.
g *Spongias.* quæ mundant vestes vel alia: vt infra, eo. §. canales.
h *Et scopas.* ad purgandam domũ. sic &. §. eo. l. instrumenta. in fi.
i *Tegulam.* non aſſimilatur: aliàs domus portio est, & cedit legato domus: vt. j. eo. §. Papinianus. in fi. §.
k *Hypæthris.* aliàs, apothecis, siue statiõib.
l *Supellectili.* & ideo non cõtinentur instrumento domus vel fundi: vt. §. eo. §. supellex. sed bene continebitur instrumẽto patrisfamilias: vt infra, ea. l. §. sed si fundus.
m *Non continentur.* vt supra, de act. empt. fundi, §. si ruta. & l. granaria. & supra. e. §. ea vero. Sed arg. cõtra. §. eo. instrumenta. §. fin.
n *Instrumento.* scilicet domus: aliàs est in textu. & ita est in libro domini Accursij.
o *Non continentur.* nõ tamen est hoc generaliter verum vt statim subijcit: vt. §. e. l. §. si domus. &. §. seq. Accur.
p *Prothyrum.* b. thyra Græcè, dicitur ianua Latinè.
q *Magis domus.* vt. §. de act. emp. fundi.
r *Affixa.* aliàs sec: vt §. eo. §. si dom. Accur.
s *Tamen sint.* de nouo facta & parata. si autem fuissent detracta, licet non dũ sint reposita, tamẽ ad hoc seruãtur vt reponantur: magis pars domus sunt, quàm instrumenta sint: vt. §. de vrbãno. emp. l. fundi. §. fi. & l. granaria. §. fi. H.
t *Cæcellos.* infra, quod vi aut clam. l. nam & si ramos.
u *Sed si fundus non sit.*] CASVS. Legaui tibi fundum meum instructum, certe in hoc legato nõ tantum continetur instrumentum eiusdem fundi: sed etiam proprium meum instrumentum: sicut est supellex quæ erat in fundo causa mei vsus, & vestes meæ, & lecti, & mensæ, & aurum, & argentum, & vina, & omnia alia vtensilia, & serui supellecticarij: & cæteri serui huius generis, id est, ministeria quibus eram instructus in eo fundo. Item pædagogia quæ habebam in dicto fundo, vt cum illuc irem, præsto essent in triclinio. Item vxores & filij seruorum.

rantur, ne ædificia vẽto vel pluuia laborent[a]. Acetũ quoq; quod extinguẽdi incendij causa paratur[b]: item centones[c], siphones, [funes[d],] perticas[e]* quoq;, & scalas[f]*, & phormiones, & spongias[g], & hamas, & scopas[h] cõtineri pleriq; & Pegasus aiunt. Tegulam[i] autẽ & tignũ eius rei causa paratũ, instrumento cõtineri, si ad huiusmodi causam habeat tigna parata, ad alios vsus nõ deseruiẽtia. Proinde, & fulcimẽta siqua habebat huic rei necessaria, etiã ea instrumento domus cõtinebũtur. De velis quę in hypæthris[k] extendũtur, item de his quę sunt circa colũnas, Celsus scribit magis supellectili[l] adnumerãda. & ita Sabinũ & Cassiũ putare. Canales autẽ & harpagones & hamas instrumento cõtineri cõstat. Item perticæ quibus araneę detergãtur: item spongiæ quibus colũnæ, pauimenta, podia extergãtur: scalæ [quoq;,] quæ ad lacunaria admoueantur, instrumenti sunt: quia mundiorẽ domũ reddũt. ℣ Papinianus quoq; libro septimo responsorum ait: Sigilla, & statuæ adfixæ[r], instrumẽto domus nõ cõtinentur[m], sed domus portio sunt: quę verò non sunt adfixa, instrumento[n] [domus] nõ cõtinentur[o], inquit: supellectili enim adnumerantur, excepto horologio ęreo quod nõ est adfixũ. nã & hoc instrumento domus putat contineri: sicut prothyrũ[p] domus. si velamẽ est, inquit, instrumẽto domus continetur. ℣ Fistulę autẽ, & canales, & crateres, & siqua sunt alia ad aquas saliẽtes necessaria: item seræ* & claues, magis domus[q] portio, q̃ dom[s] instrumentũ sunt. Specularia quoque adfixa[r] magis puto domus esse partem. Nam in emptione domus & specularia & pegmata[t] cedere [solent,] siue in ędificio sunt posita, siue ad tempus

A Item bibliotheca & libri quos ibi habebam. Item imagines, hæ tamen dumtaxat quæ fuerunt in ornatu fundi. Item actor qui stabat in fundo, quem quidem miseram in prouinciam vt ordinatis in prouincia quibusdã meis negotiis rediret ad fundum. est ergo plenius legatũ fundi instructi, quàm fundi cum instrumẽto: quia cum lego fundum cum instrumento, non continetur meũ instrumentum. quędã tamen non cõtinentur in dicto legato fundi instructi: puta ea quæ congesseram in eo fundo non vsus mei causa, sed gratia cu stodiæ, puta vinũ quod habebam ibi in apotheca causa custodiæ, vel fructus quos ibi reposueram vt venderem. Item nec serui qui iam à me consecuti fuerant libertatem. Item nec illa mancipia quæ tẽporis causa in dicto fundo erant, & non vt essent fundi instrumentum vel meum. & hoc dicit vsque ad. §. idem respõdit instructis horreis &c. vbi dicit quid contineatur in legato horreorũ instructorũ, & dom[s] instructæ vsq; ad. §. Celsus scribit seruis qui in fundo &c. Vi.

B detracta. Sed si nõ sint reposita, ad hoc tamẽ sint[s] vt suppleãtur siqua desint: instrumẽto potius cõtinebuntur. Cancellos[t] quoq; instrumento cõtineri puto. ℣ Sed si fundus non sit cum instrumento legatus, sed ita vt instructus est: quæsitum est, an plus cõtineatur q̃ si cum instrumẽto legatus esset? Et Sabinus libris ad Vitelliũ scribit fatendum esse, plus esse cum instructus fundus legatur, quàm si cũ instrumento. quam sententiam cotidie increscere & inualescere videmus. Quanto igitur hoc legatum vberius sit, videndum est. Et Sabinus definit, & Cassius apud Vitelliũ notat: Omnia quæ eo sunt collata* vt instructior esset paterfamiliàs: instructo, inquit, continebuntur, id est, quæ ibi habuit vt instructior esset. Hoc ergo legato nõ agri instrumẽtũ[u], sed propriũ suum instrumentum reliquisse videtur. Proinde si fund[s] sit instructus legatus, & supellex cõ

C tinebitur quæ illic fuit vsus ipsius gratia: & vestis non solum stragula, sed & qua ibi vti solebat. mensæ quoq; eboreæ, vel siquæ aliæ, item vitrea[x] & aurum & argẽtum, vina quoque, siqua ibi fuerint vsus ipsius causa, cõtinebũtur: & si quid aliud vtensilium. Sed siqua eò cõgesserat nõ vsus sui causa, sed custodię gratia: non cõtinebũtur. Vina etiam quæ in apothecis[y] sunt, nõ cedent. & hoc iure vtimur, vt quæ ibi paterfamiliàs quasi in horreo habuit, hęc nõ cõtineantur. Celsus quoq; li-

D bro nonodecimo Digestorum scribit fructus ibi repositos vt venirent, vel in alium vsum q̃ fundi cõuerterentur, instructo fundo nõ cõtineri. Idẽ Celsus eodẽ libro ait, etiã supellecticarios[z] & cęteros hoc gen[a] seruos contineri[b]: id est, ministeria quib[s] instruct[s] erat in eo fundo, extra eos[c] qui* libertatẽ

Vi. †Videl. huc locũ Ant. Augu. emend. 2. cap. 4.

*Flo. collocata sunt

† Horreum

*Fl. ea quæ

u *Non agri instrumentum.* tantum, sub. alioquin contra: vt supra, de vsu & habi. si ita legatus. in princ. & quod dixit. §. proxi. plus esse cum instructus &c. & infra. e. l. §. Neratius. & §. Papinianus quoque. & facit. C. de verbo. significa. l. j. & ij. & supra, de tribu. procuratoris. §. si propter.
x *Vitrea.* scilicet vasa.
y *In apothecis.* nõ vsus sui gratia.
Celsus scribit.] CASVS. Legaui tibi seruos qui erant in fundo meo Titiano. nũquid cõtinentur vicarij eorum? Et dicitur quòd non: nisi ego & de eis † Horreum sensi. Item pone quòd hic accipe iustitui mihi hæredem locum nõ sepulchrum meum, & vxori lũ ad cultum meæ legaui omnia quę diã frugũ, in domo erant. certe sed & verũ non continentur caduca aliarũ sepultiones debitorum vel suarũ ab emptiones seruorum, tidiano venisi in alia parte testa- su. testis Mamenti appareat me vo- rius Gralluisse ei legare dictos pal. libr. 1. seruos, & dicta debi- cap. 3.
ta: quia tunc bene cõ- *Fl. ea quæ
tinebuntur dictæ cautiones & emptiões. Vi.

z *Supellecticarios.* id est, qui faciunt ibi supellectilia.
a *Hoc genus.* id est, huiusmodi seruos. sic supra, nau. cau. sta. l. & ita. §. j. & supra, de iis qui notã. infa. l. athletas. §. ait prætor. &. C. de infa. l. detractores. Accursius.
b *Contineri.* legato fundo instructo. Accursius.
c *Extra eos.* id est, præter eos qui libertatem &c. ad quod supra, de opti. lega. l. cum ita. §. j.

Et qui

BIU Cujas

acceperunt,& qui rure[a] morari solebant. ¶ Si instructum fundũ legasset:ea pædagogia[†] quæ ibi habebat,vt cùm eò * venisset, præsto essent[b] in triclinio, legato continẽtur. Contubernales quoq; seruorum,id est,vxores & natos,instructo fundo contineri verum est. [c] ¶ Instructo autem fundo,& bibliothecam[d] & libros qui illic erãt, vt quotiẽs venisset, [e] vteretur, cõtineri constat.Sed si quasi apotheca librorum vtebatur: contra erit dicendum. ¶ Neratius quoq; libro quarto epistolarũ Rufino respõdit: instructo fundo & supellectilẽ & vina & mãcipia non solũ ad cultũ custodiãve villæ, sed etiã quæ vt ipsi patrifamiliàs in ministerio ibi essent, legato cedere. [f] Imagines quoq; eæ solę[g] legatę videntur,quæ in aliquo ornatu villæ fuerunt. ¶ Papinianus quoque prædiis instructis legatis, mancipia nõ cõtineri[h] quæ tẽporis causa illic fuerunt, ac nõ eo animo transtulit[i] paterfamiliàs, vt aut fundi, aut suũ instrumentum faceret. Idem respondit, prædiis instructis legatis,actorem ex his in prouinciam missum, vt ordinatis negotiis ad pristinum actũ rediret, legato prædiorũ cedere, quãuis nondum redierit. [k] ¶ Idẽ respõdit, instructis horreis * legatis, etiã vina[l] quę ibi fuerũt quo domi nus esset instructior, contineri. aliud esse, si horrea ibi habuit, vnde instruebatur vel in vrbe, vel in aliis prædiis. ¶ Idẽ respõdit,domo per fideicommissum relicta cũ supellectili Claudio Hieroniano clarissimo viro ab Vmbrio Primo, & mensas[m] & cæteram supellectilẽ[n] quam in horrea °* paterfamiliàs in proconsulatũ profecturus cõtulerat,vt tutiore loco essent, contineri. Idẽ respondit, theriacã quoq; & cætera medicamenta quæ secessus[p] causa dominus ibi habuit, & vestẽ propter secessum ibi depositã, instructo fundo legato ĩesse. ¶ Idẽ respõdit, domo ita vt ĩstructa est cũ omni iure suo legata, vrbanam familiã,item artifices quorũ operæ cæteris quoq; prædiis exhibebantur, [q] legato nõ contineri.Hostiarij autẽ, inquit, vel topiarij, diætarij, aquarij domui[r] tantum deseruientes,cõtinebũtur. Sed quod de artificibus ait,falsum est si eius domus causa parati sũt: licet aliis quoque prædiis cõmodabantur. [f] ¶ Idẽ respondit, domo instructa legata mẽsas eboreas & libros nõ contineri. [t] sed & hoc falsum est. Nam omne, quidquid in domo fuit, quò instructior ibi esset paterfamiliàs,cõtinebitur.Suppellectilẽ autẽ patrisfamilię instrumentum esse[u] nemo dubitat.Deniq; Neratius libro quarto epistolarũ Marcello fratri suo respondit, & vestẽ domus instructæ legato contineri:maximè,inquit,in proposita specie. proponebatur enĩ qui legauerat, [x] argentũ & rationes excepisse.nam qui hæc, inquit,excepit,non potest non videri[y] de cęteris rebus quæ in ea essent, sensisse. ¶ Sed & ipse Papinianus eodẽ libro responsorum ait patrem mercatorem ac fœneratorẽ qui duos filios, totidemq; filias hæredes instituerat,ita legasse: *Filiis meis domum meam instructã do lego, dariq; iubeo.* merces & pignora an contineantur, quæri posse.sed facilẽ iudici voluntatis coniecturã fore, cæteris patris facultatibus ęstimatis. [z] * ¶ Celsꝰ scribit,seruis qui in fundo morarẽtur legatis, vicarios[a] eorũ non contineri:nisi appareat & de vicariis eũ sensisse. ¶ Papinianus quoq; libro septimo responsorũ vxori cui vir omnia quæ in domo erãt, ab hærede filia præstari voluit: cautiones debitorum, emptionesq;[b] seruorũ nõ videri legatas respõdit: nisi,inquit,ex alia parte & de seruis[c] eũ cogitasse apparuerit: scilicet vt eorũ seruorũ ei legasse videatur emptiones, quos & ipsos voluit ad eam pertinere.

a *Et qui rure.* repete,& præter eos qui rure,id est, in villa:non tamen in fundo legato.Vel dic non repeti.& secundum hoc non ad proximum : sed ibi,in eo fundo &c.& sic cedunt legato.

b *Præsto essent.* ad tenendum stripedium & calcaria, & eum sequendum.& de his loquitur instit.qui ma.non pos. §. eo. & facit C.de ver.sign.l.j.&.ij.

c *Verum est.*sic.ff.ca.l. §.saltuarium.in fi. §.& C. communia vtriusq; iu.l.possessionum.&.ff. de leg.j.si domus.§.qui confitetur.Sed arg.cõtra.j.eo.l.fin.in fi.

d *Bibliothecam.*vas librorum:vt supra,de legat.iij.l. librorum.§.fi. Accursius.

e *Venisset.* patersfamilias in fundum. Accur.

f *Cedere.*sic supra,eo. §. sed si fundus.

g *Solæ.* q. d. non illæ quæ nec fundi nec patrisfamilias instrumẽta essent.Item contra.j.c. l.si ita.§.domo.Sol.ibi.

h *Non contineri.*sic.ff. de leg.iij. si fundus. & l.quæsitum.§. fin.&.l.si ita.cum suis conc.aliàs est contineri,sine non: sed est falsa litera.Acc.

i *Transtulit.*in fundũ. Accursius.

k *Redierit.* sic supra, de hæred.instit.l.ex facto.§.rerum.&.ff. proxi.§. cum concordan.

l *Vina.* C.de ver.sig. l.j.&.ij. Sed cõtra.j.c. l.si ita.§.domo. So.ibi.

m *Mensas.*incipit respondere.

n *Supellectilem.*in domo esse solitam.

o *In horrea.* aliàs est, mortis, & sub. tẽpore. aliàs,in hortis.cum forte esset extra vrbem: & quod subiicit,contulerat scilicet in domum secũdum primam: vel,

*Flo.hortis in hortis,secundũ aliã.

p *Secessus.* vt ad tempus secederet à curis ciuitatis. Accursius.

q *Exhibebantur.*secũdario:vt sic bene corrigatur.j.item dic quæ sit vrbana familia.ff.de legat.iij.l.cum quæreretur.&.l.seruis vrbanis.

r *Domui.* q.d.non afferebant aquam in domum,sed illatam in do

*Flo.hortis mum ministrabãt.Acc.

f *Commodabantur.* sic ff.de legat.iij.l. item.§. proinde.&.ff. ead.l.§.si quis instrumentum. & infra,e.l.si ita.§.domo. Accursius.

t *Non contineri.* habeas,non, & sic bene corrigit statim.aliàs deest, non: & secundum hoc qꝰ subiicit falsum est.f. sine distinctione.nam distinguitur: vt.ff.§.sed si fundus.&.§.instrumẽto.& sic tollitur cõtra quod tunc signatur.j.e.l. si ita.§.domo.

u *Instrumentum esse.*vt &.j.de supel.legat.l.j.&.l.Labeo.in prin.

x *Legauerat.* scilicet domum instructam.

y *Non potest non videri.* aliàs est,non potest non videri:& tunc dic, sensisse,scilicet in legando.nam sine dubio cedunt.aliàs est, potest videri:scilicet sine,non:& tunc dic, sensisse:scilicet excipiendo.& sic not.quòd qui in vno excipit,in cæteris videtur re-

gulam firmare:vt in au as thẽ. de non alie.§. vbi autem.&.j.eod.l. cum de lamonis.§.cum fundum.& facit.j. de auro & arg.lega.l.j.&.C.de procur.l. marcus.&.ff. de iudic.l.cum prætor. in princ. & de minol. & si sine.§.sed quod Papinianus. &.l. patri. in prin.&.ff. de lega.iij.l. vxorẽ.§. fœlicissimo. &.l. seruis vrbanis. & j.de manumiss.tella.l. si peculium. in princi. Sed argu. contra.ff.de peti.hær.l.ité veniunt. §.senatusconsul. &.§. in priuatorum.

z *Æstimatis.*vt si sint paucæ, ista non cedãt. argu.ff.de leg.j.l.si ret. in dubio tamẽ non cedunt,cum tẽporis causa ibi sint:vt.ff.§. Papinianus.&.j.§.Papinianus quoque.&.§.sed si fundus.&.§.instrumẽto.&.ff.de le.j.l.si chorus.cum corum cõcer.

a *Vicarios.* qui sunt extra fundum morabãtur:alioquin contra videtur: vt.j.tit.j.l.si peculium.§. vicario. vbi videtur legato seruo ne cedere peculium: sed tamen contra est:vt.j. tit.j.l. antepen.vbi autem quis tibi legat seruos suos qui continẽtur,dic vt.ff.de leg.iij. l.cum suæ. cum tribus legibus seq.

b *Emptionesq;.*sed cauere debet de exhibendo : vt.C.de fideicom. l. instrumenta.

c *Et de seruis.*scilicet & instrumentis,vt subiicit.& facit.ff. de lega.' iij.l.si mihi. in prin.& §.fi.&.l. quæsitum.§. &.ff.eod.§.idem respõdit domo instructa. in fi.&.§.Papinian*.Acc.

Si quis fundum.]C.A-SVS. Fundo instructo legato continentur in legato suppellex & mancipia, & multa alia de quibus dictum est.ff.e. l.§. sed si fundus nõ sit &c. modo pone quod legaui tibi fundum instructũ non nominando aliqua expresse de prædictis quæ tacitecõtinentur in dicto legato,& postea adieci hęc verba, cũ suppellectilibus quæ in dicto fundo sunt. vel adieci, cum mancipiis quæ in dicto fundo sunt. vel nominaui aliquam aliam rem de prædictis quæ tacite in legato continentur.nunquid videor minuisse legatum fundi

†*Vide in hunc locum Ambrosiũ Calepinum in dictione, pædagogiũ.* *Flo.ibi

BIU Cujas

tum fundi instructi. ſ. vt non alia contineantur in legato niſi fundus & ſupellectilia nominata à me ſpecialiter? Et dicitur ꝙ non, & ex abũdanti videor adieciſſe ſpecialiter illud quod tacite cum multis aliis continebatur: ſicut cum dicitur in diuina ſcriptura, Dicite diſcipulis eius, & Petro &c. & de hoc etiã ponit aliud exẽplum in matre & filia.

Accurſius.

Enumeratio ſpecierum reſpiciens actum legandi nõ reſtringit genus præcedẽs. Item quando vni legatur genus, alteri ſpecies: à legato generis ſpecies videtur exempta. h. d. cum. §. ſeq. Bartolus.

a *Non videri minutum.* Sed contra. ĭ. de ſupel. lega. l. legata. ij. reſpon. vbi minuitur. Solu. ſecundum R. hic nõ minuitur perſonæ legatũ: ibi agri minuitur. vel hic nominauit aliquam de ſpeciebus quãdo plures ſpecies erant in inſtrumento, vt ſupellex & mancipia quæ nomi nãdo non eſt receſſum à priori voluntate: verum ſi nominaſſet aliquod indiuiduũ de illis quæ continebantur in inſtrumẽto, vel proprio nomine, vel aliqua demonſtratione q̃ vice nominis fungitur, vel adiiciendo verum numerum, vt duos vel tres: receſſum videtur à priori voluntate eatenus vt de aliis mãcipiis eiuſdem ſpeciei præter quæ nominauit (licet ibi ſint plura) nõ teneatur. R. & hoc etiam modo ſoluitur. ĭ. eo. l. cum de lanionis. §. cui fundum. Vel plenius diſtingue: quia cum legatur ab eodem genus & ſpecies, aut vni, aut diuerſis. ſi vni, aut à ſciente, aut ab errante. Primo caſu aut remouẽdæ dubitationis cauſa, ſiue ad maiorem euidẽtiam, & tunc non minuit: vt hic. Aut determinationis gratia, & in hoc caſu ex abundanti genus nominatur: quoniam ei per ſpeciem derogatur: vt. ĭ. e. cum de lanionis. §. cui fundum. &. §. quidam. &. ĭ. de ſupel. leg. l. legata. in prin. ſi vero ab errante: eo caſu ex abundanti fit ſpecierum nominatio: ideoque per eam nihil generi derogatur: vt. ĭ. de ſupelle. leg. l. legata. in princ. &. ĭ. de auro & arg. leg. l. pediculis. §. Labeo. &. ĭ. de reg. iur. l. quæ dubitationis. ſi autem vni genus, alteri ſpecies legatur, tunc loquitur ſequens. §. vt de genere ſemper intelligas ſpeciem exceptam, niſi contrariũ liqueat: & ſic generi per ſpeciem derogatur: vt &. ſ. de legat. iij. l. vxorem. §. fœliciſſimo. &. l. ſeruis vrbanis. §. fi. &. ĭ. de reg. iur. l. in toto. &. ĭ. de manumiſ. teſt. l. ſi peculium. in prin. &. ſ. de lega. iij. l. hæres meus. §. j. &. l. quæſitum. §. j. ſi autem vniuerſitas & pars legatur vt Richardina Paganella, pro ea parte quæ proprio nomine caret, videtur poſitũ totum: vt. ĭ. de rebus dub. l. j. Azo. item facit. ĭ. de alimen. le. l. verba. &. l. alimenta. §. baſilicæ. &. l. Stichus. Accurſius.

b *Adiectum.* id eſt, appoſitum: ſcilicet quandoque videri: vt patet ex prædictis: ſic &. C. de teſta. l. ſi teſtamentum. Accurſius.

c *Idem Papinianus.* aliàs. §. idem Papinianus. & aliàs lex, inſtructus aliàs nec lex, nec. §. vſque in finem. & dic quod prędium erat inſtructum ſeruis & aliis rebus quæ erant inſtrumenta ortorũ vel patrisfamiliàs: inter quæ erat argenti muliebris quædã ſpecies, & ea filio videtur legaſſe illam ſpeciem nõ expreſsim, ſed tacite. R.

d *Ad filiam.* ſumpta præſumptione in hoc tali dubio tam ex rei legatæ quàm ex legatariorũ ipſorum qualitate vel conuenientia. non ergo hic derogatur generi per ſpeciem hoc præcipue efficiendo, quoniam in legando hic ſpecies non ſit expreſſa, & ſic non obſtat huic. ſ. de legat. iij. l. ſeruis. §. fina. &. l. hæres meus. §. j. &. l. quæſitum. §. j. & quod dixi in ſuperiori. §.

Aberæ.] CASVS. Legaui tibi inſtrumentũ tabernæ meæ, vel tabernam inſtructam. certe continebuntur inſtrumenta ipſius loci, vt vaſa doliaria, & ſimilia. Si autem legaui tibi cauponam inſtructam: continẽtur non ſolum prædicta, ſed etiam inſtitores quos præpoſuerã dictæ cauponæ exercendæ. hoc enim nõmen caupona eſt nomen negotiationis, quod non eſt in nomine tabernæ. ſed & ſi legaui tibi balneum inſtructum: continetur balneator & fornacator. ſed & ſi ita ſcripſi in teſtamento meo, quæ tabernarum exercendarum & inſtruendarum cauſa facta parata ſunt, do lego Titio: & etiam lego eidẽ ea quæ cauſa exercendi & inſtruendi piſtrini & cauponę facta parata ſunt. & poſtea deceſsi. certe legati videntur caballi qui in piſtrinis erãt: & piſtores & iſtitores qui erant in caupona, & etiam focaria quæ erat in caupona, & etiã merces quæ erat in prædictis locis. Sed nunquid domo inſtructa legata continentur vina quæ ibi erant? Et dicitur ꝙ non: quia nõ poteſt dicere intelligi inſtructa vinis. & hoc vſq; ad. l. ſi ita. §. mulier. Viuian.

Taberna nomen eſt loci, caupona nomẽ eſt negotiationis. Bartolus.

g *Iumentarias.* quæ à iumento ducuntur: vt supra. eod. l. cum de lanionis. §. asinam. Accursius.

Prædia.] CASVS. Titius legauit nutritori suo sua prædia iuxta mare posita cum seruis qui ibi erant, & omni instrumento & fructibus qui ibi erant, & cum reliquis colonorum. & postea decessit. modo quæritur, an videantur esse legati serui piscatores qui solebant esse in ministerio dicti Titij testatoris, & qui solebant vbique eum sequi non solum ad dicta prædia maritima, sed etiam ad alia sua loca, & qui fungebantur vrbicis rationibus dicti testatoris? Et videtur quòd legati sint dicti serui, quia ipsi erant piscatores, & solebant esse in ministerio testatoris in dictis fundis circa piscationem. dicitur tamen hic quòd non videntur esse legati: quia non stabant in dictis prædiis continue, immo ad tempus vt dicit litera. [ADFINI SVO.] Seia quę erat de Africa, adfini suo Titio legauit ita: inter cætera quæ ei legaui, fundum Cornelianum Titio adfini meo dari volo ita vt est instructus cum omnibus rebus & mancipiis & reliquis colonorum. postea dicta testatrix iuit Romam occasione cuiusdam litis quam ibi habebat, & duxit secum quædam mancipia quæ solebant stare in dicto fundo cum conseruabus eorum & filiis, & alia mancipia de dicto fundo duxit secum quæ solebant stare in eodem fundo cum eorum patribus & matribus, & hoc fecit ideo, vt citius se expediret de itinere: & postea reuersa dicta testatrix domum, decessit. nunc quæritur, an dicta mancipia quæ secum duxit Romam ad tempus, debeantur dicto Titio adfini? Et respon. quòd sic. Item quæritur, an cedant dicto fideicommisso fructus eiusdem fundi qui coacti ibi, id est, in dicto fundo, manserunt ibi vsque ad diem mortis dictæ testatricis? Et videtur quòd sic, quia voluntas testatricis fuit plenissima circa adfinem. quod ex eo probatur, quia ipsa voluit pertinere ad eum reliqua colonorum eius-

A dem possessionis siue fundi. Respon. tamen quòd non cedunt nisi manifeste appareat testatricem hoc voluisse. nam cum fecit testatrix in legando specialiter mentionem de mãcipiis & reliquis colonorum prædictis, nihil videtur dixisse de dictis fructibus conditis. [LIBERTO QVEM.] Titius habens fundum Titianum & agellum Sempronianum, in quo erat aliquantulum vini, instituit sibi hæredẽ pro dimidia Pamphilum libertum suum, & Seium & Gaium ex alia dimidia, & postea per hæc verba prælegauit fundum eidẽ liberto: Pamphile liberte præcipito, tibique habeto fundum meum Titianum, & agellum Sempronianum cum instrumẽto, & cum iis quæ in eodẽ erunt cum moriar, & cum familia quæ in eo fũdo moratur, exceptis illis seruis quos manumisero. & postea dict[a] testator vẽdidit totum dictũ vinum quod erat in dicto agello, & non tradidit emptori: accepit tamen ab emptore partem pretij: & postea decessit. nunc quæritur, an dictum vinum remanẽs in doliis post mortẽ testatoris pertineat ad libertũ ex cau-

Instrumento fundi maritimi non cedunt serui piscatores dominum sequentes. Bar.

XXVII SCAEVOLA libro sexto Digestorum.

PRædia [h] maritima cum seruis qui ibi erũt, & omni instrumento, & fructibus qui ibi erunt, & reliquis colonorũ nutritori suo legauit. Quæsitum est, an serui piscatores qui solebant in ministerio testatoris esse, & quocũque* eum sequi, & vrbicis rationib[us] fungebãtur [i], * nec mortis testatoris tẽpore in prædiis legatis deprehensi fuerint, legati esse videantur? Respondit secundũ ea quę proponerentur non esse legatos [k].

Qui, peregrinatur ad tempus, cedit instrumento fundi. Item fructus non expressi non cedunt. Barto.

¶ Adfini suo [inter cætera] ita legauit [l]: *Fundum Cornelianũ Titio ita vt est instructus, cum omnibus rebus & mancipiis & reliquis co-*

*Flo. vbi cumque

*Fl. expun gebantur

† Adfinis quis dicatur, & vnde processit adfinitas, vide in specu. tit. de cõsangui. & adfi. per totum. & in l. nõ facile. §. adfines. ff. de grad. adfin.

sa præceptionis? Et dicitur q̃ sic, secundum verba testatoris: nisi cohæredes prædicti liberti manifeste approbent contrariam voluntatem defuncti, quæ ex multis liquet, vt hic notatur in glossa. Sed pone q̃ dictus testator reliquit in dicto agello instrumenta kalendaria & nummos. nũquid nummi debebũtur dicto liberto? Et respõdetur sicut supra respõsum est in vino. ff. vt secundũ verba testatoris cedant legato nisi cõtraria sit volũtas testatoris, quæ ex multis præsumitur: vt & circa vinum notaui. [ITA LEGATVM EST.] Seius legauit Septitiæ suæ sorori hoc modo: Septitiæ sorori meæ volo dari partem dimidiam fundi mei Seiani qui fuit patris mei, sicut est nunc illa pars. i. tempore testamenti, & alteram partẽ dicti fundi ita dari volo Septitiæ sorori meæ, vt in diem mortis meæ fuerit. & postea decessit dictus testator. nunc quæritur, an pertineant ad legatariam aggeres & præla parata ad olea premenda, & ea quæ sunt imposita & parata in dicto fundo vt ædificio immitterentur, & instrumentum vibanum & rusticum, scilicet quodlibet aliud, & mancipia quæ erant causa dicti fundi? Et respon. quod dicta verba, sicut est &c. quæ sunt in verbis testatoris, possunt referri ad prædiũ instructum: & si prædicta erant in dicto fundo tempore testamenti, debeantur legatariæ ex dictis verbis. & quod dixi in dictis verbis, sicut est &c. idem intelligo in aliis verbis testatoris quæ fuerunt talia, vt in diem mortis fuerit &c. scilicet vt si prędicta erant in fundo tẽpore mortis testatoris, debeantur legatariæ. & hoc vult dicere hic. §. [FVNDVM.] Titius habens fundum Cassianum & Numerianum, & habens quosdã agellos adiectos dictis fundis, quos agellos simul cum dictis fundis comparauit, & in quibus agellis erant syluæ & salicta, legauit Sempronio fratri suo fundum in hæc verba: Sempronio fratri meo hoc amplius lego fundos meos, scilicet Cassianum & Numerianum, ita vt instructi sunt cum suis salictis & syluis. & decessit. nunc quæritur, an cedant legato dicti agelli in quibus erant syluæ & salicta. & etiam syluæ cedant & salicta? Et respon. quòd solum syluæ & salicta cõtinentur legato, & non agelli cõiuncti prædictis fundis. Viuianus.

h *Prædia maritima.* prope mare posita.

i *Fungebantur.* quod maxime ex libellis familiæ, item cibariis potest deprehendi: vt. ff. de lega. iij. l. seruis vrbanis.

k *Non esse legatos.* cõtra videbatur propter eorum artem & prędij situm cõprehendi vbi cõmodius possum eam exercere. & facit. j. de auro & argen. leg. l. si vxori. §. j. & ff. de hære. insti. l. ex facto. §. fin. & ff. de lega. iij. l. si ita. & l. quæsitum. §. fin. & j. de penu lega. l. nam quod. §. j. & ff. de vsufru. leg. generali. §. j. Accursius.

l *Legauit.* mulier quædam.

BIU Cujas

a *Operam legaret.* id est mitteret operam scilicet effectui. operam dico eundi. nam lego te in Tusciam. i. mitto secundū H. Item per hoc patet q̄ non perpetuo à fundo voluit remouere. Accursius.

b *Ex his.* quæ in fundo erant.

c *Rusticis.* sub. à.

d *Ad tempus.* ergo nō perpetuo. alias est in litera, elegerant. Accur.

*Fl. Romæ

e *Et filiis.* scilicet relictis. per quos etiā ipsi videtur esse ibi: vt. C. de agrico. & cen. l. cum scimus. §. fi. lib. xj.

*Flo. operā elegeret. Hal. oram legeret,

f *Et quædam.* scilicet abducta sunt.

g *Patribus.* s. relictis.

h *Deberi.* ꝓpter prædictam seperationem: vt. ſ. eod. l. quæsitum. §. saltuarium. in fi. & facit. ſ. de leg. iij. l. ſi ita.

i *Dari voluisse.* hanc quæstionē inducit mētio mancipiorum & reliquorū colonorū specialiter facta: non ergo debetur nisi cōtra probetur. sic & infra, de alimen. leg. l. alimenta. §. penult. & l. Stichus. in princ. & supra, de vsufru. leg. l. generali. §. ij. & j. proxi. §.

*Flo. quo

k *Liberto.* id est, libertæ: vt subiicit.

l *Et agellum.* id est, paruum agrum.

m *Vendiderat.* vel ante testamentū, vel post.

n *Pretii.* id est, pretiū tertiæ partis: per quod saltem duæ vini partes videntur remanere in legato. Accursius.

*Flo. noluisse

o *Verbis.* s. quæ in eodem erunt cū moriar.

p *Cōtineri.* scilicet legato secundū rigorem verborum.

*Fl. rescripsit

q *Contrariā.* quæ sane liquet maxime si post testamentum nulla vrgente necessitate vinū sit venditum: vt supra, de lega. j. l. ſi ex toto. & supra, de leg. iij. l. fideicōmissa. §. ſi rem suam. R. Et no. secundū eundem R. quòd si quis leget quæ in fundo sunt, aut mortis tēpore erūt legantis: quæcūque tūc ibi reperiuntur, legato cedere verborū tenor anguſtiaq; facit. sed liquido contrariam voluntatem sæpe demonstrant, aut rei positæ in instrumento, quoniam legatario nihil profit eius qualitas, aut patrisfamiliàs consuetudo, destinatio, scientiáve. si quo ergo casu vel ex improuiso inconsultóve, vel vendendi mercísq; causa seu ad tempus sit ibi delatum, non longe post inde alio portandū, aut nummi fœnerandi, alitérve cito erogandi, indéve mutandi eo reperiantur: tali legato cedere voluntatis intuitu iuste puto derogatum: quod etiam eo magis in re præsenti, ne fidem fregisse, dupliq̄ue. i. tam legati q̄ venditi præstatione grauasse cohæredes ere deretur ex eo ipso q̄ vinum vendidit, testatoris facto satis euidēter probatur: cętera vero ibi inuenta. i. in penu cōseruanda, vel ad rei personæúe instrumenta pertinentia, vel custodiæ perennis vt nomine thesauri deposita, seu aliter perpetuitatis iure destinata licet absint casu forsan, huic cedunt legato: vt. ſ. eo. l. cum de lanionis. §. cui fundum. & l. Seiæ. §. Pamphilæ. & supra, de hæred. instit.

lonorum dari volo. hæc testatrix Romam* litis causa ex Africa veniens, mancipia quædam ex fundo supraſcripto, quo citius per hiemē ad operā legaret [a], * secum abduxit. Quæsitū est, an ea mancipia fideicommisso cedant, cum quædā ex his [b] rusticis [c] officiis ad tempus [d] peregrinatiōis abducta sint relictis cōseruab [e] & filiis [e] suis, & quædam [f] matribus & patribus [g]? Respōdit, mancipia de quibus quæreretur, secundum ea quæ proponerentur, ex causa fideicōmissi deberi [h]. Idem quæsiit, an fructus eiusdē fundi qui ibi in diem mortis coacti manserint, fideicōmisso cedant, cùm plenissima testatoris erga adfinem voluntas ab eo quoq; manifestetur, quòd* reliqua colonorum eiusdē possessionis ad eum pertinere voluerit? Respō dit, in huiusmodi scriptura posse responderi hoc solum quærendum, an manifestè appareat defunctam id de quo quæreretur, dari voluisse [i]*.

Generali legato eorū quæ in fundo erant, cedunt omnia, nisi aliud demente testatorū appareat. Barto.

¶ Liberto [k] quem hæredem ex parte scripsit*, fundū per præceptionem dedit, in hæc verba, *Pamphile liberte præcipito, tibique habeto fundum meum Titianum, & agellum [l] Semproniānū cum instrumēto & his quæ in eodē erunt, cùm moriar: familiáque quæ in eo fundo moratur, exceptis quos manumisero.* Quæsitum est, cùm testator in eo fundo aliquantum vini in doliis habuerit, quod viuus totum vēdiderat [m], & partem tertiam pretij [n] pro eo acceperat: an vinum in doliis remanens ad libertum ex causa

A ex facto. §. fina. & supra, de lega. iij. l. qui concubinam. §. qui fundum. & l. vxorem. §. legauerat. & l. quæsitū. & l. ſi fundus. & l. qui filiam. & l. ſi chorus. §. j. & l. ſi ita. & l. ſi inihi. in princ. & §. fina. & infra, de auro & argen. lega. l. ſi vxori. §. j. & supra, de dote prælega. l. qui dotem. & supra, de vsufru. leg. l. generali. §. vxori. R. & de lega. ij. l. Gaius. & de lega. iij. l. prædiis. §. fina. Accursius.

præceptionis pertineat? Respō dit, verbis [o] quæ proponerentur, contineri [p], nisi manifestè contrariam [q] voluntatem cohæredes approbent. In eo fundo instrumenta kalendarij, & nummos reliquit. Responsum est, de nummis quoque vt supra [r] responsum [est.]

Legare fundum sicut est, vel sicut erit, æquiparatur legato fundi instructi. Barto.

B ¶ Ita legatum est, *Septiciæ sorori meæ fundi paterni mei Seiani partem [s] dari volo sicut est, & alteram partem ita vt in diem mortis [meæ] fuerit.* Quæsitum est, an ex verbis supraſcriptis aggeres [t] * & pręla [u] iam imposita parataque [ita] vt immitterētur ædificio, item instrumentū vrbanum & rusticum [x] cum mancipiis quæ fundi causa erant, ad legatariā* pertineant? Respondit, possunt hæc verba, *sicut est*, ad instructum [y] referri. Fundos legauit [z] in hæc verba, *Sempronio fratri meo hoc amplius fundos meos ita*

C *vt instructi sunt, Cassianum [a] [&] Nonianū cum suis [b] salictis & syluis.* Quæsitum est, cum syluę & salicta nō in fundis supraſcriptis [sint,] sed in adiectis agellis [c], & quos simul testator cōparauit, nec sine his fundi coli possint, an legato cederēt? Respōdit, id tantū cedere legato, quod verbis cōprehēdisset [d]. ¶

In legato fundi instructi inspicitur tempus mortis. Bartolus.

XXVIII. IDEM libro vicesimotertio Digestorum.

D LVcius Titius fundum vti erat instructus, legauerat. quęsitum est, fundus instructus quemadmodum dari debeat: vtrùm sicut instructus fuit mortis patrisfamiliæ tēpore, vt quæ

r *Vt supra.* scilicet vt secundum verborū rigorem cedant legato, nisi contraria sit voluntas: quod ex multis præsumitur, vt dictum est.

s *Partem.* ergo dimidiam: vt infra, de verbo. sign. l. nomen filiarum. §. portionis.

t *Aggeres.* id est, de instrumēto ad aggeres, vt ligones & scandiles. & sic sunt instrumenta fundi. Vel die proprie vt ageres & fossata sint pars fundi, & sic cedūt in modum cum fundus vēditur: via autem & similia non, vt dictum est: vt. ſ. de con. trahen. emp. l. littora.

u *Et prela.* instrumēta quib [3] premitur olea, & sic fundi: vt. ſ. loca. l. sed addes. §. illud.

x *Rusticum.* s. quod libet aliud.

y *Ad instructum.* vt si erant tempore testamenti, debeātur ex verbis: sicut est, & facit supra, eod. l. Seiæ. §. fin. & de lega. iij. l. quæsitum. §. ij. & l. prædiis. §. j. & ij. & l. qui habebat. in princ. & §. j.

z *Fundos legauit.* aliàs, legauit: & aliàs, legant.

a *Cassianum.* nomina sunt fundorū legatorū.

b *Cum suis.* hic oritur dubitatio. Accursius.

c *Agellis.* id est, paruis agris. Accursius.

d *Comprehendisset.* tūc ergo agelli legato cedūt nisi volūtate & destinatione domini fundum nominantis & legantis ita sint vniti, vt vno nomine censeantur, eorúmque rationes fructuum vno tenore accepto ferantur. supra, de lega. j. l. quod in rerum. §. fin. & de lega. ij. l. cum fundus. & de leg. iij. l. ſi cui ædes. & l. prædiis. §. iij. & §. penul. & §. fina. & supra, eo. l. Seiæ. §. Tyrannæ. & supra, de lega. iij. l. Gaius. §. fina. & supra, de vsufruc. lega. l. damnas. §. fina. & supra, de vtufruc. l. item ſi. §. fina. Accursius.

LVcius.] CASVS. Lucius Titius legauit Scio fundum: vti erat instructus, & decessit. nunc quæritur, quemadmodum fundus debeat dari legatario instructus, vtrū sicut fuit instructus tempore mortis testatoris, vt sic sint hæredis ea quæ agnata sunt in fundo, vel illata medio tempore mortis testatoris vsque ad hereditatē aditam: an vero debeat inspici instructus fundus eo tēpore quo factū est testamentū: an vero tēpore quo fundus petitor petierit per legatariū, quod erat forte dudū post aditam hæreditatē: vt scilicet legato ꝓficiat quicquid prędicto tēpore petitionis deprehendatur esse instrumēti? & respon. quòd inspicitur tēpus mortis testatoris. & hoc dicit litera, cum dies legati cedit &c. Vinianus.

Medio

medio tempore[a] adgnata, aut in fundum illata sunt, hæredis [eius] sint: an verò instructus fundus eo tempore inspici debeat, quo factum est testamentum: an verò eo tempore quo fundus peti cœperit, [b] vt quidquid eo tẽpore instrumenti deprehendatur, legatario proficiat? Respõdit, ea quibus instructus sit fundus, secũdum verba legati quæ sunt in eadem causa cùm dies legati cedit, [c] instrumento contineri.

Disponens & dispositum non compatiũtur se sub eodem genere. Item quæ differunt secundum plus & minus, non differunt genere, sed specie. Bartolus.

XXIX. LABEO libro primo Pithanõn.

SI nauem cum instrumento emisti, præstari tibi debet scapha nauis. [d] †Paulus. Immo cõtra. Etenim scapha nauis, nõ est instrumẽtum nauis. etenim mediocritate, [e] non genere ab ea [f] differt. [g] instrumentum autem cuiusque rei necesse est alterius generis esse atq; [h] ea quę quę† sit. quod & Põponio libro septimo epistolarum placuit.

DE PECVLIO legato.

TITVLVS VIII.

Extincto principali extinguitur accessorium. hoc primo. & dictio, cum, coniungit accessorie in iis quorum natura est vt vna res alteri accedat: in aliis coniungit principaliter. hoc dicit cum tribus. ll. seq. Bar.

DE PECVLIO LEGATO.

Eruo legato.] CASVS. Legaui Stichũ seruũ meũ tibi cũ peculio suo, & postea alienaui eundem seruũ vel manumisi, vel etiã mortuus fuit idẽ seruus: in quorũ quolibet triũ casuum est extinctũ legatũ serui. nunquid est etiam extinctũ legatum peculij? Et dicitur quòd sic, quia extincto principali, id est, legato serui, extinguitur accessorium, id est, legatum peculij. secus si legaui tibi ancillam cum natis suis: quia tunc etiam mortua ea vel alienata vel manumissa pertinebũt nati ad legatarium. & est ratio, quia duo legata sunt separata. idẽ si legaui tibi seruum meum ordinarium cum vicariis suis. nam mortuo seruo ordinario, aut alienato, aut manumisso, nihilominus durat legatũ vicariorum. & hoc dicunt istæ quatuor leges,

i *Manumisso.* viuo testatore, nõ etiã si post: vt. ĩ. eo. l. tũc inutile.

k *Extinguitur.* etiam si in peculio sunt vicarij serui, secundum Io. & facit cum hac & seq. ĩ. tit. j. l. ij. &. ŝ. fami. erciscũ. ex parte. §. duos. & institu. de leg. §. si quis. &. ŝ. titu. j. l. j. &. v. Sed contra in eod. titu. l. fundo. §. fundo. Solu. ibi. Accursius.

l *Nam quæ accessionum.* nec per accessoriũ confirmatur principale: vt. ŝ. de vulg. substitu. l. ex pupillari. Ro. & facit. ĩ. de reg. iur. l. cum principalis. &. C. de vsuris. l. eos. in prin. &. ŝ. de rei vin. si autem. §. si homo. &. ŝ. de arbi. non distinguemus. §. item nõ est cogendus. &. ŝ. l. proxi. Item sic. ŝ. si quis cau. l. ij. in prin.

m *Extinguuntur.* idem si principale differatur: vt. ŝ. si certum

peta. l. electa. Azo. Itẽ hoc nisi accessiones pretiosiores [a] sint, vel plus reditus habeant quàm principale. tunc enim nõ extinguitur: vt. ŝ. quib. mo. vsusfru. amit. l. quid tamen. in prin. &. ĩ. de auro & argen. leg. l. & si non sint. §. perueniamus.

n *ET si ancilla. Quia duo.* & principale est vtrumque. nam accipitur, cum, pro &, ac si ancilla & nati sint legati: vt &. ŝ. de lega. j. l. si quis inquilinos. §. ij. & de vsu lega. l. illi. R. & facit. ŝ. de leg. j. l. si ancillas. & institu. de leg. §. si quis.

o *Sed & si cum vicariis.* & sic cum accessione.

p *Eo.* scilicet ordinario. R. nec enim vt res peculiares ordinariũ, ita & vicarij prærogatiua humanę naturę sequuntur, secundũ Ioã. vt. ŝ. de ædili. edict. l. iustissime. id est, propter hominis dignitatẽ. & facit institu. de lega. §. si quis.

Peculio.] CASVS. Sticho seruo meo reliqui libertatẽ & peculiũ suum, & decessi. nũquid hæres meus, potest exigere à debitoribus peculiaribus illud quod debebant dicto Stichõ? & dicitur q̃ sic, & act. tenetur cedere dicto Sticho legatario. Item tenetur dare eidem legatario illud quod ipse hæres tenebatur suo nomine dare dicto seruo. Viuia.

q *Posse.* & cedẽdo actiones legatario liberatur: vt. ŝ. de pecu. l. quod debetur. & adde quod not. in. l. Sticho. in eodem titulo.

r *Debeat.* hæres suo nomine. & dic, reddere, id est, dare. sic &. ŝ. de lega. ij. cũ quidam. hoc tamen secundum determinationem quæ fit ĩ. l. proxi. §. sicut.

SI peculium.] CASVS. Stichus seruus meus habebat in peculio corpora tantum, puta fundos vel ædes, & nihil ipse mihi debebat, vel liberis meis vel conseruis suis. prædicto Sticho legaui libertatẽ & peculium, vel etiam cuidam liberto legaui peculium dicti mei serui. quæritur, an legatarius dicti peculij possit vindicare ab hærede meo integra corpora quæ sunt in dicto peculio? Et dicitur quòd sic. secus autem si dictus seruus debebat mihi aliquid vel etiam liberis meis vel conseruis suis: quia pro illo debito peculiarij hæres meus poterit pro rata deminuere singula prędicta peculiaria corpora. [ET SI FVERIT LEGATVM.] Titius dominus Stichi legauit peculium eiusdem Stichi Gaio non deducto de dicto peculio, eo quòd dictus Stichus eidem domino debebat, & decessit dictus Titius dominus relicto hærede Scio. modo quæritur, an valeat dictum legatum peculij? Et videtur quòd nõ, quia illa verba, nõ deducto ære alieno &c. quæ fuerunt adiecta in legato, videntur fuisse contra naturam legati prædicti: scilicet peculij. nã natura peculij est vt semper intelligatur deducto ære alieno dominico. Respõdetur tamẽ quòd dicta verba legato adiecta non vitiant legatum prædictum, & nihil adiiciunt dicto legato. per dictam enim adiectionem verborum prædictorũ non potest crescere legatario vindicatio rerum peculiarium. nam semper potest deducere hæres æs alienum dominicum. secus autem si legatarius nactus sit possessionem rerum peculiarium: quia tunc potest vti ipse legatarius exceptione doli aduersus hæredem vindicantem patem dictarum rerum peculiarium pro rata eius quod seruus debebat domino. & est ratio quare hoc

a *Ista glo. communiter dãnatur p scribẽtes in l. cũ aurum j. de auro & argẽ. le. vbi est cal. sus de direcło in oppo. & Bald. in l. cũ te. C. de dona. ante nup. Immo. in l. 4. ŝ. de lega. 1.*

† *Accessoria extinguũtur extincto principali. cor. ca. accessoriũ. cũ glo. in prin.*

Flo. At si

re hoc casu habet legatarius dictam exceptionem, cũ ipse habeat voluntatem defuncti non deducendi æris alieni dominici in rebus solidis peculiaribus, quas (vt dictum est) possidet ipse legatarius. voluit enim defunctus in legando vt non deduceretur de rebus peculiaribus æs alienum suum dum dixit in legando, non deducto ære alieno. Est & alius casus in quo non deducitur æs alienum dominicũ de peculio legato, veluti si dominus significauerit vel dixerit se remittere seruo quod seruus ei debet: vel seruũ nihil sibi domino debere, quia dominꝰ potest remittere seruo suo illud quod debet ei seruus, nuda sua voluntate. [*VICARIO.*] Dominus meus manumisit me seruum suum ordinarium in testamento suo, & legauit mihi Pãphilum vicariũ meum. nũquid debeo habere peculium dicti mei vicarij? Et videtur quòd nõ: quasi vicarius meꝰ non habeat peculium, sed magis debeat dici pars mei peculij. Respon. tamen hic quòd in dicto legato vicarij continetur eius peculium, & hæc vera sunt, nisi voluntas testatoris desit, siue contraria sit. [*SI SERVVS.*] Titius fecit testamentum, & iussit liberum esse seruũ suum Stichum ordinarium, & Pamphilum vicarium dicti Stichi: & legauit eis peculia eorum. modo queritur, vtrum vicarius dicti vicarij communicetur inter eos? Et dicitur quòd non. nam verba sunt intelligenda secundum voluntatem testatoris: quasi fuerit locutus de duobus peculiis separatis. & hæc vera sunt, nisi testator prædictus voluerit vicarium vicarij communicari: quia tunc bene communicaretur. [*SICVT AVTEM.*] Dictum est.ſ. in prin. huius legis, quòd legatum peculij minuitur propter id quod seruus debet domino. certè & econtra id quod dominus debet seruo, auget peculium siue legatum peculij. Sed ad hoc vltimum opponitur: nonne dicit rescriptum quorundam imperatorum quòd legato seruo peculio suo non habeat seruus petitionem eius pecuniæ quam dicit se impendisse in rationes domini? certe bene dicit hic: ergo nõ videtur quòd id quod dominus debet seruo, augeat peculium eiusdem serui, siue legatum peculij. sed certe dictum rescriptum intelligitur quando nõ apparet voluntas testatoris volentis: quòd illud quod ipse debet seruo, augeat legatum peculium, si autem appareret in hoc voluntas testatoris, bene auget peculium legatum id quod dominus seruo debet, & ita non obstat contrarium dicti rescripti. Sed quid si dictus seruus debet domino. x. & impendit in rationes domini alia. x. nunquid poterunt compensari adinuicem? Et dicitur quòd sic, etiam si non appareat expressa volũtas domini vt seruus habere debeat quod impẽdit in rationes domini, dum tamen non contradicat. Sed pone quòd dominus scripsit in testamẽto suo quòd debebat dicto seruo. x. nunquid illa. x. cedent peculio legato? Et dicitur quòd non, & hoc probat per quandam quæstionem de facto quæ fuit talis: Gnęus Domitius solitꝰ erat dare Seiæ filiæ suæ omni anno. xxv. stetit biennio quòd non dedit, sed scripsit in rationibus suis se debere dictæ suæ filiæ quinquaginta, & postea in testamento suo legauit filiæ peculium quod erat dictæ filiæ. in quadam quæstione iudicatum fuit per Atilicinum dicta. l. legato nõ cedere: quod quidem bene iudicatum fuit: quia concordauit cum rescripto dictorum imperatorum. Nõ solum autem deducitur de peculio legato illud quod domino debet seruus, sicut dictum est in princ. huius. ſ. sed etiam illud quod debet seruus hæredi domini qui do minus legauit seruo peculium. Viuianus.

a *Sit.* scilicet peculium.

b *In corporibus.* scilicet tantum.

c *Aedes.* scilicet sint in peculio, non etiam quantitas. cæterum

SI peculium legetur, & sit[a] in corporibus, [b] puta fundus vel ædes: [c] si quidem nihil sit, quod seruus domino, vel cõseruis liberisve[d] domini debeat: integra corpora vindicabuntur. [e] Sin verò sit quod domino vel suprascriptis personis debeatur: deminui singula corpora[f] pro rata debebunt. & ita & Iulianus & Celsus putãt.

Peculium non potest legari non deducto ære alieno. quòd si ita legatum fuerit: talia verba nihil adiiciunt legato: nec vitiant ipsum legatum. hoc dicit.

¶ Et si fuerit legatũ peculium non deducto ære alieno, [g] verẽdum [est,] ne inutile legatum sit: quia quod adiicitur, contra naturam legati [h] fit. Sed putauerunt[i] hanc adiectionem non vitiare legatum, sed nihil ei adiicere. [k] nec enim potest crescere vindicatio[l] peculij per hanc adiectionem. Planè si proponas legatarium nactum possessionem rerum: exceptione doli aduersus hæredem vindicantem[m] vti potest. habet enim in solidis rebus voluntatem[n] æris alieni non deducendi. Sed & si dominus remittere se seruo qđ debet, vel nihil sibi seruum debere significauerit, [o] valet hæc adiectio: [p] quia nuda voluntate[q] potest dominus seruo remittere quod ei debet.

Si dominus meus me seruum suum ordinariũ manumisit, & mihi legauit seruum vicarium meum: videtur mihi etiam peculium vicarii legasse. hoc dicit.

¶ Vicario[r] autem meo mihi legato, an & vicarij mei peculiũ ad me pertineat, quæritur? Et putamus cõtineri legato vicarij eius peculium: nisi aduersa sit voluntas testatoris. ¶ Si seruus[s] & vicarius[t] eius liberi esse iussi sint, eisque peculia sua legata sint: verba secundum[u] voluntatem testatoris exaudienda [sunt,] tanquam de duobus

d *Liberisve.* vel is quorum negotia gesserit dominus, vel etiam hæredi: vt. ſ. de pecu. l. peculium. ſ. præterea. &. j. eo. l. fina. secus si debeatur seruo vicario: vt. j. eo. l. id quod. in princip.

e *Vindicabuntur.* per legatarium, id est, legatarius vindicabit, & sic incertam partem: vt. ſ. cõmuni diui. l. & si nõ omnes. ſ. j.

f *Singula corpora.* quæ sunt in peculio mẽsura: aliàs non: vt. j. eo. ſi Sticho. & hoc si non soluerit hæredi quod domino debuit seruus vt. j. eod. l. dominus seruo. & not. quòd pro rata: & sic non potest eligere hæres sibi debitum in vna re. in domino secus, qui de peculio conuenitur: vt. ſ. de pecu. ſi noxali. ſ. idem recte ait. & facit ad id quod not. C. ad l. Falc. l. ij. item facit. ſ. de dona. inter virum. & vxo. l. si vir. ſ. si duo mancipia.

g *Aere alieno.* dominico, & sic sub impossibili quasi modo: quod equidem verũ est quãtum ad strictam rationem, scilicet insiecta peculij proprietate.

h *Legati.* scilicet peculij. est enim eius natura & definitio vt intelligatur deducto ære alieno, id est, dominico: vt. ſ. de pec. l. depositi. ſ. fina.

i *Sed putauerunt.* aliàs, puto: aliàs, putauerũt, scilicet sapiẽtes. Ac.

k *Adiicere.* vt sit plenius. Accursius.

l *Vindicatio.* id est, petitio per act. ex testamẽto vel rerum singularium quin deducatur de singulis pro rata rerum singularium: vt supra, proxi. respon.

m *Vindicantem.* corporum partẽ pro debiti rata. & sic no. quòd habet legatarius exceptionem, non act. vt hic, &. j. eo. ſ. sicut. secundum H. sed. R. etiam actionem. & hic de rigore dicat. & pro eo quod. j. dicit quod potest remittere expresse vel tacite. Itẽ arg. contra huic respon. j. quorum leg. l. j.

n *Voluntatem.* scilicet defuncti.

o *Significauerit.* id est, significare voluerit quòd procul dubio illa adiectione facere voluerit: vt. C. de fal. causa adie. le. l. j. &. iiij.

p *Hæc adiectio.* quæ remittat, vel quæ dicat eum non debere.

q *Nuda voluntate.* nõ expectata solutione: vt &. ſ. de pecu. legꝺ. peculio. in prin. Itẽ & alio modo si leget ei res singulas quæ sunt in peculio specialiter exprimendo secũdum Io. vt. j. eo. l. si peculium seruo. & secundum hoc facit ad quæstionem monasterij an teneatur soluere creditoribus conuersi: vt si bona omnia conulit. si aliàs singulas, non teneatur. Accursius.

r *Vicario.* Testator mihi ordinario legauit libertatem, & vicarium meum Pamphilum cum suo peculio. quærebatur, an valeret peculij legatum? & allegabatur quòd non valeret, quasi non habeat peculium, sed magis pars peculij ordinarij dici potest. vt ex sequentibus colligi potest. sed hæc nõ est bona allegatio, quia & vicarij peculium habẽt: vt. ſ. de pec. l. definitio. Item alia ratione, quia seruo legato non videtur eius peculium legari: vt. j. eo. l. antepe. sed nec hæc bona: quia hic expressum est cum peculio, ibi non. vt ergo ordinario suum potest adiungi peculium: sic vicario suum. Vel pone secũdo casum quòd mihi ordinario fuit vicarius legatus, nec fuit adiectum, cum peculio. Et quod subiicit in fine aduersetur &c. id est, nisi desit: quod semper est vt desit, nisi nominatim peculium quoque legatum sit: vt. j. eo. tit. l. antepe. & secundum hoc non est contra. ſ. tit. j. l. quęsitum. ſ. Celsus. vel solue vt ibi. & facit. ſ. titu. j. l. fundo. ſ. j.

s *Si seruus.* scilicet ordinarius, puta Stichus. Accursius.

t *Vicarius.* puta Pamphilus.

u *Secundum voluntatem.* & non secundũ verborũ rigorem: quoniam forsan vnum tantum & solius ordinarij peculiũ sit dãdomi

Non cre-

a *Nō communicabitur.* sed soli Pamphilo vicario debebitur. nam per speciem generi derogatur: vt &. ſ. de triti. leg. l. ij. &. ſ. de leg. iij. l. ſeruis vrbanis. §. fi. &. j. de auro & argen. leg. l. j. & de manumiſ. teſta. l. ſi peculium.

b *Imperatoris noſtri.* diui Veri & Ant. vt inſt. de le. §. peculiū. in fi.

c *Conceditur.* eo ſolo quòd ſuum legauit peculium: niſi aliud liqueat, vt ſtatim dicet.

d *Voluntas.* manifeſta vel ex verbis, vel ex cō ſuetudine: vt. j. eod. l. dominus. §. teſtamento. in fi.

e *Conſequi.* ſcilicet q̄ nulla ratione impedit, & certe poterit illud conſequi.

f *Compenſari.* compēſationi equidē nō nolle, petitioni vero palā demū velle ſufficit. R. vt &. ſ. ea. l. in prin. ij. reſpon. ſic & aliàs admittitur compenſatio, nec tamen datur petitio: vt. ſ. de neg. geſt. l. ſit prætor. §. pupillus. & ſ. de compen. ſi cum filio. & l. etiam quòd. Accurſius.

g *Debetur.* veluti debitū naturale: vt & ſ. de compē. l. etiā quòd. & de pec. l. nec ſeruus. & l. non ſolum. §. j. & ij. & ſicut. ſ. de pecu. l. quā Tuberonis. §. ſed & id. Accurſius.

h *Retuliſſet.* etiam nuda ratione & voluntate, id eſt, quòd nec vlla demonſtratio, nec eius filiæ nomine depoſitio, nec fœnori pro ea datio: vt. j. eo. l. fin. &. ſ. de leg. iij. l. qui filium. R. nec vlla cauſa debiti præceſſit: vt. ſ. de pecu. l. non ſolum. §. fi. ſic in liberis nuda ratio non facit aliquem debitorem. vt. j. de don. l. nuda.

i *Reſcripto.* de quo meminit. ſ. proxi. §. Accurſius.

k *Deducitur.* vt inſtit. quod cum eo. §. cum autem.

l *Haredi.* vt quia creditor ſerui hæres domino extitit: vt. ſ. de pec. l. ſed ſi dānū. §. ſed & ſi creditor. vel quòd hæres ſtatulibero mutuauit, cui peculium erat legatum: vt. j. eo. l. denique. Accur.

m *De peculio.* ex contractibus poſt arrogationem factis, non antè vt ſupra, de pecu. l. in arrogatorem. Sed nonne per arrogationem fuit actio extincta? Videtur quòd ſic: vt ſupra, de capi. diminu. l. ij. §. penulti. Sed dic quòd obligatio naturalis non eſt extincta: vt. ſ. l. proxi. in fi. & infra. l. proxi.

n *Et corpora ſingula.* ſtatulibero danda. Rog. vt infra, eod. l. ſi Sticho. Accurſius.

o *Alienum.* ſi non fuerit perſolutum: vt. j. eod. l. dominus. §. ſeruus. & facit. ſ. eo. l. ſi peculium. ij. reſpon.

separatiſque peculiis teſtatorè locuto. & ſecundum hæc vicarius vicarij nō communicabitur, [a] niſi hæc mens fuit teſtantis. ¶ Sicut autē æs alienū, hoc eſt, quod debetur domino, minuit legatum peculium: ita per contrarium id quod dominus debet ſeruo, augere debet. Sed huic ſententiæ aduerſatur reſcriptum Imperatoris noſtri [b] & patris eius, quod ita eſt, Cùm peculium ſeruo legatur, non etiam id conceditur [c] vt petitionem habeat pecuniæ, quam ſe in rationes domini impendiſſe dicit. Quid tamen ſi hæc volūtas [d] fuit teſtatoris, cur nō poſſit conſequi? [e] Certè compenſari [f] debet hoc quod impēdit, cū eo quod domino debetur. [g]

An & quod dominꝰ ſcripſiſſet ſe ſeruo debere, peculio legato cederet? Pegaſus negat. idem Nerua. Et cū Gnæus Domitius filiæ ſuæ peculiū quod eius eſſet, legaſſet, & annuū qđ ei ſolitus erat dare, biennio nō dediſſet, ſed in rationibus ſuis retuliſſet [h] filiæ ſe debere quinquaginta: Atilicinus exiſtimauit legato nō cedere. quod verum eſt: quia conſonat reſcripto. [i] ¶ Non ſolum autem quod domino debetur, peculio legato deducitur, [k] ſed & ſi quid hęredi [l] debitum fuerit.

VII. POMPONIVS libro ſeptimo ad Sabinum.

SI quis creditori ſuo adrogandum ſe dederit, & agetur de peculio [m] cū adrogatore: idem puto dicendum quod de hærede dicitur.

VIII. VLPIANVS libro vicesimoquinto ad Sabinum.

DEnique Pegaſus reſpondit, ſi ſtatulibero, cui peculium legatum ſit, hæres interim crediderit: id ipſo iure detrahi, & corpora ſingula [n] etiā per hoc æs alienum [o] deminui. Proinde ſi purè libertatem acceperit, & hæres vel viuo domino vel ante aditam hæreditatem ſeruo crediderit: legatū peculij minuetur, ſecundum peculium, & vetui hæredem meum petere à debitore peculiari dicti ſerui? certè hoc debitum remiſſum non eſt amodo in peculio computandum, immo de peculio detrahendum. [*INTERDVM.*] Quamuis generaliter peculium non debeatur ſeruo cui relicta eſt libertas, niſi ei ſit legatum: tamen quandoque etiam ſi non ſit legatum ei peculium, accipitur ac ſi eſſet ei legatum, ſicut euenit in tali caſu: Titius dedit libertatem ſeruo ſuo ſi rationes redderet, & ſi hæredibus teſtatoris inferret tantum. c. & poſtea deceſſit dictus Titius, & poſtea ſeruus paruit prædictis conditionibus reddendo rationes, & dando hæredibus. c. certè in hoc caſu interpretatur iuriſconſul. voluiſſe teſtatorem quòd ſeruus retineret, ſcilicet peculium. & hoc ideo, quia teſtator iuſsit dictum ſeruum inferre centum hæredibus de peculio. nam cum ſeruum vetuit idem teſtator centum retinere de peculio, eo quòd iuſsit ea. c. inferre hæredibus, videtur ei permittere vt reliquum peculium ſibi retineat. quod enim in vno vetatur, in aliis videtur permiti. Sed pone quòd dictus Titius ſpecialiter legauit dicto ſeruo peculium. qualiter accipere debemus dictum peculium? vtrum quod fuit tempore mortis teſtatoris? an applicamus peculio illud quod poſtea acceſsit, vel detrahimus quod poſtea deceſsit? Et dicitur quòd id tempus ſpectandum eſt quo cedit dies legati ſeruo peculij, id eſt, tempus aditæ hæreditatis. nam cum ipſi ſeruo ſuum peculium legatur, ſicut fuit in hoc caſu, veriſimile eſt dominum voluiſſe pertinere ad ſeruum totum augmentum, cum ſeruo manumiſſo peculium eſt futurum patrimonium. ſecus autem ſi legaſſet peculium extraneo: quia tunc eſt ſpectandum tempus mortis teſtatoris: vt ſi quid accedat peculio poſt mortem teſtatoris ex operis ſerui, vel ex alia extrinſeca cauſa: non pertineat ad eum extraneum: niſi teſtator hoc voluiſſet: incrementa tamen naturalia prouenientia pro rebus peculiaribus poſt mortem teſtatoris vſque ad aditam hæreditatem bene pertinent ad dictum extraneum peculij legatarium, vt partus ancillarum, vel fœtus pecorum. & hoc vult dicere hic. §. Viuianus.

Nunquam

BIU Cujas

a *Numquam fuerit.* nam non est dominus hæres nisi adita hæreditate, & ea adita statim est liber: vt Co. de cadu.tol.l.vnica.§.in nouissimo.& sic nullo momẽto est dominus: vt supra, de pecu.l. sed si damnum.§. sed si creditor.

b *Accedere.* vt supra, de pecu.l.quam Tuberonis.§.fin. &.l.sed si damnum. ij. respon. &.j.cod.l.id quod.§.j.

c *Dedisset.* id est, dare debuisset.

d *Hoc minus.* quia de eo permissum est statulibero dare causa implẽdæ conditionis: vt ff.de condic. cau. da.l. iij.§. penul.

e *Seruum.* quem in peculio habebat.

f *His consequẽter.* quia supra quando domini facto minuitur peculium, hic quando serui facto minuitur.

g *Pecuniæ.* paratæ pro libertate.

h *Cum peculio.* & sic libertate gratis danda.

i *Imputandum.* & sic manumisso dandum.

k *Decedere.* & sic apud hæredem remanere.

l *Esse placuit.* & sic præstandum cum reliquis rebus peculiaribus. R. Sed nonne hoc domino debetur? ergo debet deminuere peculium legatum: vt supra eo.l.si peculium.ij. respon.&.§.sicut? Resp. aliud est forte cum debetur ob libertatem: vt infra, de manu.l.vj. qa tunc forte alio modo succurri potest domino scilicet per actionẽ in factum contra liberum factum: vt Co. an seruus ex suo facto. l. promissæ: & aliud quãdo ex alia causa naturaliter tantũ, quod non potest peti, & ideo deducit. ad quod supra, de pecu. l. si noxali. §. idem & in filio. vel bene dicit, id in peculio esse placuit: quia sola destinatione, non re ipsa erat detractum, & ideo remanet in peculio adhuc, & dominus vel eius hæres poterit deducere. ad quod supra, de pecu.l.si noxali. §. est autẽ quæstionis. &. §. sequenti. vel hic non præstitit libertatem ex conuentione, sed gratis postmodũ in testamento. & sic iam non est debitũ quod debebatur ob libertatem, & ideo non detrahitur de peculio. secus in iam detracto vel soluto: quia illud iam desierat esse in peculio, & ideo non est amplius petendum.

† *Quid operetur traditio, vide Barto. in.l. ff. de acti. emp. & vẽ.*

m *Hoc minus esse.* scilicet debitum remissum.

n *Debitori.* s. peculiari remittendo: ad quod.j.eo.§.Sticho.

o *Non sit legatum.* scilicet ex ordine: vt.j.eo.l.antepenul.

p *Interpretamur.* scilicet in hoc casu. & est argu. ad hoc supra, de iud.l.cum prætor.in prin.& supra, de fun.instru.l.quæsitum.§.idẽ respon.domo. Item facit.ff.eodem.l.si peculium.§.j. Item not. de tacito legato peculij. Accursius.

q *Vtrum.* seruo libertatem & peculium lego.

r *Si ipsi.* scilicet quia largius.

Iuliani sententiam, licet dominus serui numquam fuerit.[a]

Duos seruos suos testator manumittẽdo eisdẽ peculia eorũ legauit. Quod alter seruus debet alteri, deducetur de peculio serui creditoris, & accedet peculio serui creditoris. h.d.

¶ Qui Stichum & Pamphilum seruos habebat, testamẽto eos manumisit, & vnicuiq; peculiũ suum legauit. Placet quod [alter] alteri debet, de peculio eius decedere, & alterius accedere[b] legato. ¶ Item quæritur, si seruo libertas data sit, si decem dedisset[c] hæredi, peculiumq; ei legatum sit: an decem quæ dedisset hæredi, debeant de peculio decedere? Et est verũ, quod Sabino placuit, hoc minus[d] esse in peculio legato. Plus ait Sabinus, si statuliber seruũ[e] hæredi vendiderit, perinde desinere eum in peculio esse, atq; si extraneo vendidisset. ¶ His cõsequenter[f] quæritur, si seruus cũ domino de libertate pact' fuerit, & partem pecuniæ[g] dederit, & antequam residuũ daret, dominus decesserit, liberumque esse testamento iusserit cum peculio[h] legato: an quod domino dederit, in peculio sit imputandum? [i] Et ait Labeo de peculio decedere. [k] Planè si nondum dederat, † sed donec totũ traderet, pro deposito apud eũ fuerit, id in peculio esse placuit. [l] ¶ Item si seruo peculium sit legatum, & à debitore eius peculiari hæres vetitus sit petere: verum est hoc minus esse[m] in legato peculio: hoc est, detrahendum id quod debitori[n] legatum est.

Quæ inducuntur ad deminutionem, operantur augmentum quando aliàs dispositio non posset habere effectum. Bartolus.

¶ Interdum & si non sit legatum[o] peculium, velut legatum sic accipitur. idque est in huiusmodi specie: Quidam seruo libertatem, si rationes reddidisset, dederat, & si hæredibus cen tũ intulisset. Imperator igitur noster cum patre rescripsit peculium quidem non nisi legatum deberi: verũ, inquit, si conditionib' præscriptis paruit seruus, testatorẽ voluisse eum retinere peculiũ interpretamur,[p] videlicet ex eo quòd ex peculio eum iusserat centum inferre. ¶ Vtrùm[q] autem id demum peculiũ accipimus, quod mortis tempore fuit? an verò & quod postea accessit, applicamus: vel quod decessit, detrahimus? Iulianus aliàs accipiendum legatum peculij ait, si ipsi[r] seruo legetur: aliàs si alij. [s] Nam si ipsi: id tempus in legato spectandum, [t] quo dies legati cedit. [u] si verò extraneo, mortis tempus: sic tamen, vt incrementa[x] ex rebus peculiaribus ad eum perueniant: vtputa partus ancillarum, vel fœtus pecorum. quod autẽ ex operis suis, vel ex alia re accedit, id, si alij quàm ipsi[y] legetur peculiũ, non debebitur. Hoc vtrumq; Iulianus secundum voluntatẽ testatoris scribit. Cùm enim ipsi suum peculiũ legatur, verisimile est eũ omne augmentũ ad ipsum[z] pertinere voluisse, [a] cui patrimoniũ manumisso futurũ est. [b] cum alij, nõ sic. tamẽ vt si in alterius[c] persona hoc eum[d] sensisse appareat, idem dicas.[e]

Non minuitur peculium serui ordinarii cui relicta est libertas, propter delictum quo tenetur seruo vicario.

IX. PAVLVS libro quarto ad Sabinum.

ID quod seruo[f] qui in ipsius peculio est debetur, non deuus, & fecit eum viliorem? nunquid deducitur de dicto peculio illud quod domini interest seruum non fuisse vulneratum? Et dicitur quòd sic. nam nihil interest vulneret seruus conseruum, an scindat aliquid, vel frangat, vel surripiat. quibus casibus sine dubio minuitur peculium seruo legatum, quamuis non vltra simplum. sed si vulnerauerit vel occiderit se seruus cui legatum est peculium, nihil hoc nomine deducendum est de peculio. alioquin dicemus, & si fugerit dictus seruus, deducendum de peculio id quanto vilior factus est propter fugam. quod quidem non est verum. Viuianus.

s *Si alii.* quia strictius: vt statim patet.

t *Spectandum.* scilicet Iulianus ait.

u *Legati cedit.* intra tempus aditæ hæreditatis quo cedit dies legati relicti seruo manumisso: vt Co. de cadu. tollen. l. vnica. §. in nouissimo. in fin. §. Accursius.

x *Incrementa.* scilicet naturalia. & no. quòd aliter dicitur intrinsecus & extrinsecus quã hic. ff. de petitione hæreditatis. l. item venit. §. sed ea. Accursius.

y *Ipsi.* s. seruo.

z *Ad ipsum.* etiam extraneum postquam est sit dies.

a *Voluisse.* dominum.

b *Futurum est.* ideoq; apud eum semper manserum totum testatoris volũtate & destinatione. R. sicut enim dominus perpetuo vult esse peculium apud manumissum, sic & eius augmẽta. at extraneo illud legans post mortẽ suã, destinat à seruo peculium separare: & eadẽ ratione augeri nõ vult per eum: & hoc subiicit, cum aliis &c. Acc.

c *Alterius* s. extranei.

d *Hoc eum.* scilicet q omne emolumentũ detur legatario. Accur.

e *Idem dicas.* quod dicere si seruo legaretur suum peculium. Roge. & facit institu. de lega. §. si peculium. &. ff. de pecul. l. penul. & arg. supra, de vsuris. l. equit. in fin. & de lega. j. peculium. & supra, tit. j. l. penul. Sed contra. ff. l. cum dominus. §. fin. Solu. ibi. Item ad hoc infra, de statulibe. l. si hæreditas. §. j. Hug.

f *Id quod seruo.*] ANSVS. Sticho seruo meo ordinario reliqui libertatem, & suum peculium. certè non deducitur de legato prædicto peculij illud quod ipse ordinarius debet Pamphilo qui est suus vicarius, & qui est in suo peculio: quia etiam si deduceretur, remaneret adhuc in peculio ordinarij prædicti. Sed quid si conseruum suũ vulnerauerit dictus seruus, & fecit eum viliorem? nunquid deducitur de dicto peculio illud quod domini interest seruum non fuisse vulneratum? Et dicitur quòd sic. nam nihil interest vulneret seruus conseruum, an scindat aliquid, vel frangat, vel surripiat. quibus casibus sine dubio minuitur peculium seruo legatum, quamuis non vltra simplum. sed si vulnerauerit vel occiderit se seruus cui legatum est peculium, nihil hoc nomine deducendum est de peculio. alioquin dicemus, & si fugerit dictus seruus, deducendum de peculio id quanto vilior factus est propter fugam. quod quidem non est verum. Viuianus.

f *Id quod seruo.* scilicet vicario. nam si Sticho ordinario reliqui libertatem & suum peculium, non deducitur quod debet vicario: quia deductum adhuc in peculio ordinarij remanet: vt & supra, de pecu. l. si seruus. §. illud vero. & instit. quod cum eo. §.

BIU Cujas

eo.§.aliquando.secus si vtrique libertatem & suum peculiũ: quia tunc quasi duo peculia sunt: vt.ff.eo.l.si peculium.§.si seruus.& fit decessio: vt.ff.e.l.denique.§.j.

a *Minuitur.* vt &.ff.de pecu.l.iiij.§.sed sæpe.&.l.sed si damnum.§.sed si ex eodem delicto.&.§.& si ipse.Accursius.

Si peculium.] CASVS. Quamuis generaliter debeat deduci de peculio legato illud quod domino deberetur: vt supra, eo.l.si peculium. in princip. & §. j. tamen bene potest facere dominus legans seruo peculium, ne deducatur sibi debitum: puta si leget seruo specialiter & singulariter res quæ sunt in peculio. Et scias quòd etiam ei qui non habet peculium, potest legari peculium. non enim tantum præsens peculium potest legari seruo, sed etiam futurum. Fit tamen quandoque inutile legatum peculij: puta cum seruus cui legatum est peculium, decedit viuo testatore: secus si tempore mortis testatoris seruus inuenitur viuus: quia tunc bene cedit peculium legato. Secus autem si seruus vestitus legatus foret: quia tunc vestimenta legato non cedent, etiam si seruus vixerit tempore mortis testatoris. & hoc dicit cum tri.b *Specialiter.* vt nulla ambiguitas nullaq; sub alicuius rigoris velamine sit dubietas. potest & alio modo fieri: vt.ff. eo.l.si peculium. §.j. & ficit.ff.de vsufru.l.quoties. §. fi. &.ff.quibus mo. vsusfru. amit.l. quid tamen.§.quadrigæ.& institu.de fideicommiss.hære.§.si quis vna.Accursius.

ducitur ex legato peculio, quãuis conseruus eius sit. ¶ Si conseruum suum vulneraverit seruus, & viliorem fecerit: Marcellus [ait,] non esse dubitandum deduci ex peculio quod domini interest.* Nam quid interest, conseruũ vulneret, an scindat aliquid, vel frangat, aut subripiat? quo casu sine dubio minuitur[a] peculium, sed nõ vltra simplum. Sed si se vulnerauit, vel etiam occidit, nihil est deducendum hoc nomine. alioquin dicemus & si fugerit, deducendum id, quanto vilior sit factus propter fugam.

x. POMPONIVS libro septimo ad Sabinum.

SI peculium seruo vel filio prælegare velis, ne deducatur id quod tibi debebitur: specialiter [b] ea quæ in peculio erunt, leganda sunt.

xi. VLPIANVS libro vicesimonono ad Edictum.

EI quoque qui nihil in peculio habet, potest [c] peculium legari. Non enim tantum præsens, sed etiam futurũ peculium legari potest.

xii. IVLIANVS libro trigesimoseptimo Digestorum.

TVnc inutile legatum peculij fit, cum seruus viuo testatore decedit. [d] Cæterũ si mortis [e] tẽpore seruus vixerit, [f] peculium legato cedet:

xiii. CELSVS libro nonodecimo Digestorum.

ALiter atque si seruus vestitus [g] legatus foret.

Transpositio verborum legatum non vitiat. Bartolus.

xiiii. ALFENVS VARVS libro quinto Digestorum.

QVidam in testamento ita scripserat: *Pamphilus seruus meus peculiũ suũ, cum moriar, sibi habeto, liberq; esto.* cõsulebatur, rectè [h] ne Pãphilo peculiũ legatũ videretur: quòd [i] prius q̃ liber esset, peculiũ sibi habere iussus esset? Respõdit, in coniunctionibus [k] ordinẽ nullum esse, neq; quicquã interesse vtrùm eorum primũ diceretur, aut scriberetur: quare rectè peculium legatũ videri, ac si prius liber esse, deinde peculium sibi habere iussus esset.

Generi per speciem in aliam translatam derogatur. Bartolus.

xv. IDEM libro secundo Digestorum à Paulo Epitomatorum.

SEruo manumisso peculium legatũ erat. alio capite omnes ancillas suas vxori legauerat. in peculio serui ancilla fuit. Serui eã [l] esse respõdit: neq; referre vtri prius [m] legatum esset.

e *Etiam quoque. Potest.* sic.ff.de lega.iij.l.etiam.& de pecu.lega.l. quæsitum.in prin.&.ff.de leg.ij.l.peculio.in prin. Accur.

d *Tunc inutile. Decedit.* scilicet antequam testamentum relictæ confirmentur. Rog.ad quod supra, eo.l.j. &.j.tit. j.lij.Accursius.

e *Mortis tempore.* scilicet testatoris.

f *Vixerit.* & sic legatum sit iam re aut spe debitum. Accursius.

g *Aliter. Vestitus.* tunc enim vestimenta legato nõ cederent: licet seruus vixerit tẽpore mortis. hæc enim, id est, vestimenta, adhærentiæ occasione, & fere quasi continuæ accessionis, immò sequelæ nomine, & non suo iure petuntur. & velut appendicia quædam nunquam per se debita æstimantur: sic in armaria, loculos, lectos, & libros, auésque legatas, claustra, fulcra, claues & armaria continentur: vt.ff.de lega.iij.l.librorum.§.fina.&.l.auibus. &.l.hæres.§.penul. secundum Rog.& H.

Quidam.] CASVS. Titius ita rescripsit in testamento suo: Pamphilus seruus meus peculium suum cum moriar sibi habeto, libérque esto: & ita legauit ei peculiũ primo quàm libertatem: & decessit dictus testator. nunquid videtur rectè Pamphilo peculium legatum? Et videtur quòd non: quia prius quàm liber esset, iussus erat sibi habere peculium. Dicitur tamen quòd rectè videtur legatum, non enim est spectandus ordo in coniunctionibus dictionum vel orationũ. perinde enim est, ac si primo data esset ei libertas, & postea peculium. Viuianus.

h *Rectè.* adiunge.ff.q.d. dubitabilis erat quæstio, id est, an rectè sit legatum? Et videtur quòd non. Accursius.

i *Quod.* id est, quia &c.

k *Coniunctionibus.* scilicet dictionum, vel orationum, vel locutionum: & sic no. quòd verba transposita idé significant. [a] sic. C. de test.l.prepositeri.&.ff.de leg.ij.l.cũ pater.§.fidei tuę.&.j.de sol. l.nec enim.& instit.de lega.§.ante hæredis.&.j.de dam.infec.l.si finita.§.si plures. Arg.contra.ff.de vsufruc.l.quoties.j.respõ. [b] cũ suis concordan.&.ff.de vulg.substi.l.ij.§.quisquis. Accursius.

cibaria eorũ. ℣ Siue autẽ frumẽtũ, siue quid leguminis in cella penuaria habuit, penore legato continebitur[a]. Sed & hordeũ, siue familiæ, siue iumẽtorũ gratia [paratũ contineatur, quæritur?] Et Ofiliꝰ libro sexto decimo actionũ [scribit cõtineri.] ℣ Ligna & carbones, cæteraq; per quæ penus[b] cõficeretur, an penore legato contineantur, B quæritur? Et Quintus Muciꝰ & Ofilius negauerunt, non magis quã molæ, inquiũt, continẽtur. Idem & thus & ceras cõtineri negauerunt. Sed Rutilius & ligna & carbones quæ non vendẽdi causa parata sunt cõtineri ait. Sextus autẽ Cæcilius etiam thus & cereos in domesticum vsum paratos contineri legato scribit. ℣ Seruius apud Melã & vnguentũ[c] & chartas epistolares penoris esse scribit. & est verius hæc omnia, odores quoq; contineri. Sed & chartas ad ratiunculã, vel ad λογάριον[d] * paC ratas cõtineri. ℣ Vasa quoq; penuaria[e] quin contineãtur, nulla dubitatio est. Aristo autẽ scribit dolia nõ cõtineri, & est verũ secũdũ illã distinctionẽ quã supra in vino[f] fecimꝰ. Nec frumẽti, nec leguminũ thecę, [vel] arculæ forte, vel sportę, vel siqua alia sũt quę horrei penuarij, vel cellæ penuariæ instruẽdę[g] gratia habentur, non continebuntur: sed ea sola continentur, sine quibus penus haberi non rectè potest:

IIII. PAVLVS lib. quarto ad Sabi.

NAm quod liquidæ materiæ est, quia per se esse nõ D potest, rapit[h] secũ in accessionis locũ id sine quo esse nõ potest. Vasa autẽ, accessio legatæ penꝰ, nõ legata sunt. Deniq; penu cõsumpta, vasa[i] nõ debẽt.

qui circa eũ sunt. quod quidem euenit in personis mercatorum, qui cum est necesse, comedunt de rebus quas habent venales, & etiã quoties cella vini & olei quæ vendi solebãt, est relicta in hæreditate. nã hæres bene solet vti promiscue iis quæ in dicta cella sunt. scias etiã quòd in penu continentur res omnis generis, dum tamen pertineant ad esum vel potum. [*SI ITALECETVR.*] Legaui Titio penum meã quæ est Romæ. quæritur, vtrũ ea penus legata videtur quæ est intra cõtinentia ædificia vrbis Romæ: an vero ea sola quæ est intra murũ Romæ: & subaudi, etiã ea penus videt legata quæ est intra cõtinẽtia ædificia, nedum ea quæ est intra muros. Ité subaudi, si est simul legata penus quæ est in vrbe, ea sola videtur legata quę est ítra muros. & est ratio in vtroq;, quia vr- * *Id est, ratiunculam.* bem fere omnes sapientes dicũt finiri muro tenus, Romam autẽ continẽtibus eodem modo ædificiis finiri dicunt omnes fere sapiẽtes. & vltra prædicta dico tibi plus. s. vrbẽ Romanã continentibus eodem modo ædificiis finiri. si autem legaui eidẽ Titio penum vrbanam, tunc cõtinetur plus in legato, quàm si legassem penum quæ est in vrbe. nam omne sub penore contentũ quod vbique est, videtur legatũ, etiam si sit in villa destinata vrbico vsui: sicut vrbana ministeria dicimus quæ extra vrbem existẽtia ministrare consueuerunt in vrbe. Si autem extra vrbem sit penus, id est, † *An legato vino sint legata vasa sine quibus vinum esse non potest, Bar. in l. si cui. §. si vinum. ff. de vi. triti. & oleo lega. concludit quòd non. vide ibi.* extra muros vrbis, sit tamen Romę eadẽ penus, puta in continẽtibus ædificiis vrbis: idẽ erit dicendũ quod est. j. s. quòd cõtineatur dicta penus in legato prędicto vrbanæ penus. Sed & si penus sit in ortis iũctis vrbi, qui quidẽ orti sunt vltra dicta continentia ædificia, idẽ erit dicendũ, scilicet vt dicta penus in ortis existens contineatur in prædicto legato vrbanæ penus. & hoc vult dicere hic. §. [*SI CVI PENVS.*] Legaui Titio penũ meã præter vinũ. certe excepto vino omnis penus legata videtur. Sed quid si ita legaui: omnem penũ meam lego Titio præter vinum meũ quod est Romæ? certe sola penus mea quæ Romæ est, videtur legata præter vinum quod habebam Romæ: quia posteriora verba restringunt priora. Viuia.

h *Rapit.* sic infra, de aqua plu.ar.l.sed interdum.

i *Non debentur.* vt supra, eod.l.ij.cum concor.

a *Vel adempta.* sic vt supra, eo.l.ij. & de fun.instru.l.si cui. & supra, titu.j.l.j. &.ij.

b *Quæ in promptuario.* id est, in promptu, vt cotidie vtatur. & sic alia non videntur legata. vel dic, in promptu, id est cellario. & sic illa quæ est extra cellarium, non videtur legata. Vnde Psal. Promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud. Accursius. *Psal. 143.*

c *Separabat.* facit supra, de legat. iij. l. cum quæreretur. §. lana. & de vsufru. lega. l. generali. §. vxori.

d *Omnibus generibus.* nam hic penus, & hæc penus, & hoc penus, huius penoris. teste Prisci. vel dic omnis generis res continentur in penu, si modo aptæ sint esui & potui.

e *Continentibus.* ædificiis: vt infra, de ver. signi. l. ij. & facit infra, tit.j.l.quemadmodum. & supra, de leg.j.l. huiusmodi. & supra, de lega.iij.l. seruis vrbanis. &.l. cuique. &.l. quæro. &.supra, de fun. instru. l. cum quidam. & l.quæsitum. §. si quis. & l.cum de lanionis. §. Sabinus. &.l.Seiæ. §. Pamphilæ. &. l. prædia. in princ.

f *Quod vbique.* idem ergo dico, & si legaui eam quæ Romæ sit, sci licet vt videatur legare omnem. *ADDITIO.* Ista glossa videtur cõtra istum tex. quia si lego ea quæ sunt Romæ, significatur locus, vt ea tantum quæ sunt Romæ veniant. sed si lego penum vrbanũ, videor significare qualitatem, vt omnis quæ vbicunque est, veniat, si tamẽ sit vrbico vsui destinata: vt hic, & infra, tit.j. l.antepe. Bart.

† *Vide in hunc locum Petrum Crinitum lib. de honesta disciplina. 4.cap.9. & infra, de verb. signi. l.2.*

g *Sola penus.* in ambiguis enim quod minus est, videtur legare: vt infra, de regu.iur.l.semper in obscuris. argu. contra in eo.tit.l.in testamentis. nam relatiuum, quod, potest referri ad vinum, & ad penum, cum sit neutri generis: vt supra. §. nomen. Item no. præcedentia restringi per sequẽtia: vt. ſ. de leg.iij. l.quæsitum. §.j.&.ij. ibi, eadem est &c. & est sic contra. ſ. de triti. leg.l.fi.§.fi. & de leg.iij.l.hæres. §.j.& facit. ĵ. de auro & arg.le.l. Plautius. *ADDITIO.* Dic quòd dictio, penus, est omnis generis: vt supra.l.proxi.§. nomen. & ideo debes habere in tex. omne penum, vt sit generis neutri. sed si habes, omnẽ penũ, dicas quòd dictio, penũ, assumatur diuersis modis. vno modo quòd sit generis masculini, & referatur ad dictionẽ, omnẽ. Alio modo quòd sit generis neutri, & referatur ad relatiuum, quod, secũdum Bar. hic.

NOn omne.] *CASVS.* Quamuis ea quæ sunt parata ad esum & potum, contineantur in legato penoris: vt. ſ. eod. qui penum. in princip. tamen non omne quod bibitur, in penu habetur: puta medicamenta quæ non bibuntur principaliter causa alendi bibentem. Sed & piper, & alia quæ in litera continentur, in penu continentur: quia prædicta & per prædicta comedimus: non autem continetur instrumentum pistrini, nec vasa deputata ad coquendum. &.h.d.cum.l. seq. Viuianus.

h *Antidotum.* quoddam medicamentum est: vt supra, de contrahen. empt. quod sæpe. §. veneni. Accursius.

Sed & si penus cũ vasis specialiter sit legata, vasa nõ debebũtur, vel consumpta penu, vel adempta. [a] ℣ Si cui quæ in promptuario [b] sunt, legata fuerint, non omnis penus legata est.

Penoris legatum venalia non comprehendit: & si promiscue vtebatur, tunc ad vsum annuum venalia continet. Bartolus.

℣ Itẽ siquis solitus fructus suos vendere, penum legauerit: non omnia quæ & promercij causa habuit, legasse videtur: sed ea sola quæ in penum sibi separabat. [c] Quòd si promiscuè vti solebat, tunc quantũ ad annuũ vsum ei sufficeret, familiæq; eius, cæterorumq; qui circa eum sunt, legato cedet. quòd ferè (inquit Sabinus) euenit in personis mercatorũ: aut quotiens cella est olei & vini, quæ venire solebant in hæreditate relicta.

℣ Nomẽ autẽ, *penus*, mihi traditũ est omnib' generib' [d] dictũ.

Vrbis seu ciuitatis appellatio muris finitur. Roma & Perusium, & similia continẽtibus ædificiis. & hæc adiectio, vrbana, magis qualitatẽ quàm locum significat. Bart.

℣ Si ita legetur, *Penum quæ Romæ sit.* vtrũ quæ est intra continentia, legata videtur? an verò ea sola quę est intra murũ? Et quidem vrbes ferè omnes muro tenus finiri, Romã continentibus, [e] & vrbem † Romã æquè continẽtibus. Quòd si vrbana penus sit legata: omnẽ quæ vbiq; [f] est, legatam videri Labeo ait, etiam si in villa sit vrbico vsui destinata: sicuti vrbica ministeria dicimus, & quæ extra vrbem nobis ministrare consueuerunt. Si autem extra vrbem, Romæ tamẽ sit, sed & si in hortis sit vrbi iunctis: idem erit dicendũ. ℣ Si cui penus legata sit præter vinum, omnis penus legata videtur excepto vino. Sed si ita scriptum sit, *Omnem penum præter vinum quod Romæ erit*, sola penus [g] quæ Romæ est, legata videtur. & ita & Pomponius libro sexto [Digestorum] ad Sabinum scribit.

V. IDEM libro quarto ad Sabinum.

NOn omne quod bibitur, in penu habetur: alioqui necesse esset vt omnia medicamenta quæ biberẽtur, contineantur. Itaque ea demũ penoris esse, quæ alẽdi causa biberẽtur, quo in numero antidotũ [h] non est. & sanè verè Cassius sensit. Sed, quod quidã negauerũt, piper, & liguſticũ†, & careũ, & laser, & cætera huiusmodi in penu non esse, improbatum est [i].

VI. IDEM libro decimo ad Sabinum.

INstrumentum pistrini, item vniuersa vasa coquinaria, [k] ** penu non continentur.

VII. SCAEVOLA libro tertio Responsorum.

PEnum meam omnẽ ad matrem liberósque meos qui cum matre sunt, pertinere volo.* Quæro, si tutores pupilli [l] eam solummodo penum deberi quæ in cœnaculo esset, dicãt: sint autẽ & in horreis amphoræ [m]: an hæ quoq; debeãtur? Respõdit, quidquid penoris, vsus causa vbicumque habuisset, [n] deberi.

PEnum.] *CASVS.* Ita dixit testator, Penum omnem meam ad matrem meã pertinere volo, & ad liberos meos qui sunt cum dicta mea matre. & instituit sibi hæredem filium suum impuberẽ, & dedit ei tutorem Seium, & decessit. & reperitur nunc quòd testator habebat penum in cœnaculo, & etiam in horreis. dicebat tutor quòd nolebat legatariis dari, nisi penũ quæ erat in cœnaculo. respond. tamẽ quòd quicquid penoris vsus causa habuisset testator in quocunque loco, debetur legatariis. Viuian.

l Pupilli. filij testatoris.

m Amphoræ. id est, vasa: de quibus dic vt. ſ. l.iij. §. vasa. Accursius.

n Habuisset. scilicet testator.

DE SVPELLECTILI legata.

SVpellex.] *CASVS.* In hac l. dicitur quid est supellex. & certe supellex est domesticum instrumentum patrisfa. quod ipse paterfa. non annumerat argẽto vel auro factọ, vel vesti, id est, res mobiles paratæ ad cotidianũ vsum patrisfa. sunt supellex. nõ autem sunt in supellectili animalia. supellectili ergo legata continentur mensæ in lecto, & trapæ, id est, magna trapeta: & omnia illa vasa quæ continentur vsque ad versi. praterea &c. capsæ autẽ & armaria non continentur. & est plana ratio in litera. Sed nunquid sunt in supellectili vasa vitrea escaria & potoria? Et dicitur quòd sic: sicut continentur vasa fictilia, id est, de terra. nec solum continentur in supellectili vasa vitrea & fictilia quæ sunt vulgaria, id est, parui pretij, sed etiam illa quæ sunt in magno pretio. & est ratio, quia pelues & aquiminaria, & mẽsæ, & lecti argentei vel argẽtati sunt in supellectili, si paterfamilias habebat ea in supellectili. Sed an vasa muricis & crystalli continẽtur? Et videtur quòd non: quia sunt maximi pretij, & pertinẽt ad vsum maximorũ hominũ. Respon. tamẽ ọ bene continẽtur. nam non interest cuius materiæ sunt res quas paterfa. habet in supellectili: quia omnes continẽtur. Antequã autẽ homines seculi veterẽtur supellectili argẽtea, vel alterius magni pretij, sicut iam fit, non continebãtur in supellectili vasa prædicta pretiosa. sed cũ hodie homines seculi quãtũ ad hoc imperiti vtãtur supellectili argẽtea, & aliter pretiosa: si candelabrũ vel aliud vas argenteũ sit à paterfam. relatum in argẽto quod erat in sua supellectili, videtur dictũ vas esse argenti. ſ. quod erat in supellectili, & ita in supellectili. & sic tunc error. i. stultitia prædictorũ hominũ imperitorũ facit ius quantũ ad hoc. Itẽ significatione instrumẽti domestici patrisfa. de quo dicitur in l.j. & sic significatione supellectilis solẽt annumerari rhedæ, id est, rotæ plaustri, & etiã sedularia. Quæri autẽ solet de tapetis

i *Improbatum.* quia hoc & per hoc edimus. igitur in penu continẽri videtur: vt supra, eod.l.iij. circa prin.

k *INstrumentum. Coquinaria.* id est, deputata ad coquendum: vt infra, de aur. & argen. legat. l. & si non sint. §. si cui. & de aliis vasis dic vt supra, eod.l.iij. §. vasa.

BIU Cujas

de tapetis quibus insterni solent subsellia cathedralia patrisfami. vtrum sint in veste, & sic non in supellectili: vt in.l.j. sicut est in veste stragula.i. vestimentum quod sternitur, vt ibi superius quis iaceat: an sint dicta tapeta in supellectili sicut toralia, id est, cortinæ quæ ponuntur supra thorum, siue lectũ patrisfa. Et respon.

DE SVPELLEctili legata.

TITVLVS X.

I. POMPONIVS libro sexto ad Sabinum.

SVpellex est domesticum patrisfamiliæ [a] instrumentũ, quod neq; argento, auróve [b] facto, vel vesti adnumeretur [c]:

II. FLORENTINVS libro vndecimo Institutionum.

B

ID est, res mobiles, * non animales.

III. PAVLVS libro quarto ad Sabinum.

SVpellectili legata hæc continentur, mẽsæ, trapezophora, † delphicæ, subsellia, scãna, lecti etiã inargentati, culcitræ, toralia, mappa villosa, * vasa aquaria, pelues, aquiminaria, *cãdelabra, lucernæ, trullæ: itẽ vasa ænea vulgaria, id est, quæ nõ proprio essent loco attributa, præterea capsæ, [&] armaria. Sed sunt qui rectè putãt capsas & armaria, (si librorum, aut vestium, aut armorum * gratia parata sint) non esse in supellectili: quia ne hæ quidem ipsæ res quibus adtributæ essent, supellectilis instrumento cederent.

C

¶ Vitrea [d] escaria & potoria in supellectili sunt, sicut fictilia: nec solũ vulgaria, sed etiã quæ in pretio magno sunt. Nam & pelues argenteas, & aquiminaria * argentea, & mẽsas, & lectos inargẽtatos, vel inauratos atq; gẽmatos in supellectili esse nõ dubitatur, vsq; adeo, vt idẽ iuris sit, & si tota argentea vel aurea sint. ¶ De murrhinis & crystallinis dubitari potest an debeant adnumerari supellectili, propter eximiũ [e] vsum & pretium [f]. Sed & de his idem dicẽdum est. Nec interest, cuius materiæ sint res quæ sunt in supellectili. Sed craterem argẽteum non esse in supellectili [g], nec vllum vas argenteum, secundum seculi seueritatem [h], nondum admittentis supellectilẽ argenteam. Hodie propter imperatorum [i] vsum * si in argento relatum sit candelabrum argenteum, argẽti esse videtur, & error ius facit.

D

IIII. IDEM libro singulari de instrumenti significatione.

RHedæ [k], & sedulariæ † supellectili adnumerari solent.

V. IDEM libro quarto ad Sabinum.

DE tapetis quæri potest [l], quibus subsellia cathedraria insterni solent, vtrũ in veste sint, sicut stragula: an in supellectili, sicut toralia, quę propriè * stragulorum non sunt? Et hoc magis placuit, ea supellectili cõtineri. De tapetis autem vel linteis quibus insternuntur vehicula [m], dubitari potest an sint in supellectili. Sed dicendũ est potius instrumenti viatorij ea esse, sicut pelles [n] quibus inuoluuntur vestimẽta, lora quoque quib' hæ pelles cõstringi solẽt.

VI. ALFENVS libro tertio Digestorum à Paulo Epitomatorum.

SVpellectilis [o] eas esse res puto, quæ ad vsum [p] communẽ patrisfamiliàs paratæ essent, quæ nomẽ sui generis [q] separatim non haberent. quare, quæ ad artificij genus aliquod pertinerent, neque ad communem vsum patrisfamiliàs accommodatæ essent, supellectilis non esse. Sed nec pugillares [r] & codices in supellectili sunt.

A relatum, id est, annumeratũ sit argento, tunc numero argenti non supellectilis cõtinetur: vt supra, eo.l.j. & hic ergo si numero non est argenti, continetur appellatione supellectilis: & sic error principis facit ius vt supellectilis appellatione contineatur argentum: quod tamen est verum, secundum quod dicitur infra, eo.l. Labeo vt sic legata supellectili candelabrum argenteũ cedat. Sed quomodo solius principis error facit ius? Resp. quia & alij debent sequi quæ ipse facit. argu. Cod. de epis. au. l. iij. & sic communis error hic facit ius. sic & supra, de offi. præto. l. Barbarius. Itẽ quomodo princeps erret in iure, cum omnia sint in eius pectore: vt Co. de testa. l. omnium. & ab eo nascuntur: vt C. vnde vi. l. mementerint? Respon. non est verisimile eum errare. potest tamẽ. & facit infra, ad Trebell. seruo inuito. §. cum prætor. Sed arg. contra, supra, de legi. & senatusconsul. l. quod nõ ratione. & infra, de vsucap. l. vbi lex. & supra, de iurisdic. om. iudic. si per errorem. & infra, de auro & argen. legat. l. ornamentorum.

Flo. vsum imperatorũ

†*Sedularia hic putẽ diuinito. ci sedilia*

quæ rhedis imponebãtur vt mollius gestarentur vectores. à sedendo scilicet, quemadmodum & sedulus testatur Sypontino à sedeo deducitur, & sella dicta est quasi sedda.

k *Hedæ.* id est, rotæ plaustri forte: vt instit. de rerum diui. §. fina.

l *De tapetis quæri potest.* hic accipe quibus scilicet tapetis subsellia &c. Et sic not. tapeta esse in supellectili quibus in domo vtimur, non in via: vt subiicit, de tapetis & c.

Flo. pronot. tapeta esse in supellectili quibus in domo vtimur, non in via: vt subiicit, de tapetis & c.

m *Vehicula.* quibus vehitur paterfamiliàs.

n *Sicut pelles.* scilicet non sunt in supellectili. & facit infra, de aur. & argen. lega. l. argento. in prin.

o *Supellectilis.* huc vsque & infra. l. proxi. §. j. dicitur de quotidianis.

p *Ad vsum.* scilicet cotidianum. Accursius.

q *Sui generis.* hic dic vt. j. l. proxi. §. j. Accur.

r *Pugillares.* de cera in quibus scribebantur nomina debitorum: vt supra, commo. l. in commodato. §. igitur. Accursius.

Labeo ait.] CASVS. In hac lege multi iurisconsulti loquuntur super supellectili. & quidem Labeo primo loquitur super origine supellectilis dicens, ideo fuisse originẽ supellectilis, quia olim iis qui in legationem ciuitatum suarum proficiscerẽtur, solebant alij locare ea quæ forent vsui sub pellibus. Tubero autem dicit secundo quid est supellex, dicens quòd supellex est quoddã instrumentum patrisfami. rerum ad cotidianum vsum paratarum, quod instrumentũ non caderet in aliam speciem: id est, non computaretur ab ipso patrefamil. cadunt autem in aliam speciem ea quæ sunt in penu, & in argento, & in veste, & in ornaméto, & in instrumento agri aut domus: & ideo prædicta non continẽtur in supellectili. Diceret aliquis, quomodo dicis tu quòd argentum non est in supellectili? nonne contrarium dicitur supra, eodem. l. iij. in fin. scilicet quòd continetur? Certe sic. Dicit Tubero,

de tapetis. in supellectili. tapeta autẽ quibus paterfa. nõ vtebatur in domo, sed in via, nõ sunt in supellectili, sed continentur appellatione instrumẽti viatorij: sicut nõ sũt supellectili pelles quibus inuoluuntur vestimenta patrisfa. cũ equitat extra domũ: & sicut nõ sunt in supellectili lora. i. funes quibus dicte pelles solẽt cõstringi. pater enim familias equitare volens inuolebat vestimẽta sua in pellibus, & postea cum funibus ligabat & stringebat pelles. Et vt generaliter tibi dicã, hæ res sunt supellectilis, quę ad vsum cõmunẽ, siue cotidianũ vsum patrisfami. paratæ sunt, & quæ non habent separatim nomen sui generis. vnde ea quæ pertinent ad aliquod genus artificij, & nõ sunt accõmodata ad communem vsum cotidianum patrisfamiliàs, nõ sunt in supellectilis. sed & pugillares & codices rationum testatoris non sunt in supellectili. & hoc dicit cum quatuor legibus seq. Viuianus

a *Patrisfamiliàs.* non fundi: vt supra, de fun. instru. l. quęsitum. §. supellex. & §. sed si fundus. Accursius.

b *Auróve.* auri numero continetur quod paterfamilias habet & reponit inter aurea, vel est, lut thesaurum: & sic de alijs: non ergo quod in cincturis vel zonis est, auri numero continetur: vt infra, de auro & argento lega. & si non sint. in prin. & §. j. & l. scribit. & infra, eo. l. iij. §. vitrea. Accursius.

c *Adnumeretur.* à patrefami. & sub. quod nec penui, vel ornamentis, vel instrumentis, nec alij etiam vsui vel speciei alteri: vt. j. eo. l. Labeo. sed tunc est contra huic. l. C. de administra. tutorum. l. lex quæ. §. ante omnia. sed ibi improprie dicit, cætera supellectilia. vel ibi non erant in thesauro, sed vsu. & continua. l. seq. cum ista. Accursius.

d *Supellectili. Vitrea.* vasa. facit infra, de auro & argen. lega. l. cum aurum. §. fina. & l. si non sint.

e *Eximium.* quia magnates tantum vtuntur.

f *Et pretium.* scilicet magnum.

g *Non esse in supellectili.* contra supra, ea. l. §. vitrea. Solu. distingue tempora, & cõcordabis scripturas: quia hic de tempore ante hanc. l. ibi de futuro: vt & infra. l. proxi.

h *Seueritatem.* id est, vsum qui est seuerus & rigidus, & contra fauorem legatorum: quia legata supellectili non cederent argentea. Accursius.

i *Vsum imperatorum.* vtebantur imperatores: vt si vas argenteum

BIU Cujas

illud non obstat, quia dicta lex.iij.in fin.loquitur secundum iura & consuetudinem nouam:hæc autem loquitur secundum veteré. moribus enim ciuitatis & vsu rerum appellatio supellectilis est mutata.nam antiqui vtebantur supellectili fictili,& lignea,& vitrea,& ærea : nunc autem,id est, secundum nouam consuetudiné hominũ vtimur supellectili ex ebore atque testudine, & ex argento & auro & gemmis. quare secũdum dictam nouam cõsuetudinem oportet intueri potius speciem rerum quæ dicuntur esse in supellectili, quàm materiã ex qua sunt specificatæ dictæ res. ex quacunque enim materia nũc sunt, continétur appellatione supellectilis,dum tamen paterfam.numeret eas in sua supellectili. Hoc tamen vltimũ dictum Tuberonis Seruius distinguit hoc modo,scilicet vt aspici debeat sententia patrisfami. qui legauerat supellectilem, in qua ratione ea solitus sit referre de quibus potest dubitari an sint potius supellectilis, an argenti, an vestis : scilicet vt si sit solitus referre in supellectili, sint supellectilis.si autem in aliam rationem sit solitus ea referre, non sint in supellectili. Si autem paterfa.solitus sit adscribere supellectili ea de quibus non dubitaretur quin essent in alio genere quàm in supellectili,puta argẽtum escarium,aut penuales,id est,viles vestes, aut togas,id est,longas & pretiosas vestes, non idcirco oportere existimare,ea etiam cõtineri in legato supellectilis.non enim fatetur dictus Seruius nomina rerũ exaudiri debere ex opinionibus singulorum, sed ex communi vsu. Tubero autem ait sibi non liquere,nec placere id quod placuit dicto Seruio,immo dicit quòd etiam ea continentur in legato supellectilis de quibus non dubitaretur,quin essent in alio genere quàm supellectilis,si paterfam. erat solitus adscribere supellectili,& reddit Tubero talem rationem:quia nomina rerum non sunt,nisi vt monstrent voluntatem dicentis.pater autem famil.dicebat esse in sua supellectili escariũ argentum,& penulas,& togas de quibus non dubitatur,quin sint in alio genere: ergo voluntas sua videtur esse, vt in supellectili sint.si est sua voluntas, ergo continentur in supellectili. & certe dicit idem Tubero,non arbitror quemquam patremfamil.dicere quod non sentit, cum dicit aliquas suas res esse in supellectili, & specialiter quando est vsus eo nomine quo solet appellari id de quo quæritur, vtrum contineatur appellatione supellectilis. vtimur enim ministerio vocis,dicit dictus Tubero.nemo autem existimandus est dixisse quod non agitauerit in mente, dicit idem Tubero.& subaudi secundum eundem Tuberonem,ergo dictus paterfamil. qui nominauit in supellectili etiam ea de quibus non dubitabatur quin essent in alio genere quàm supellectili,videtur in mente agitasse vt prædicta sint in supellectili. si videtur voluisse vt prædicta sint in supellectili: ergo secundũ eundem Tuberonem sunt in supellectili. Celsus autem conditor huius legis reprobata sententia Tuberonis reuertitur ad sententiam Seruij supradicti curialiter Tuberonem reprehendens,& dicens,quamuis multum me moueat ratio & auctoritas Tuberonis, non tamen dissentio à Seruio dicente non videri quenquam dixisse, id cuius non suo nomine vsus sit. quod quidem dixit Seruius in versiculo, verum si ea & cætera. nam quamuis prior & potentior sit mens patrisfamiliàs qui legauit supellectilem, quam vox ipsius patrisfamiliàs dicentis,sicut & Tubero dicebat: tamen nemo existimatur dixisse sine voce. ergo non solum in mente dicentis est vis, sed etiam in voce eiusdem. ergo si in voce sua annumeret in supellectili ea de quibus non dubitatur quin sint in alio genere quàm supellectilis, non continétur in supellectili,quamuis gerat hoc ipse in mente, vt & dixit Seruius.quamuis autem dixerim ego Celsus conditor huius legis neminem sine voce dicere, tamen existimo dicere eos qui loqui nõ possunt, & hoc per

Instrumenta domestica ad vsum patrisfamiliàs deputata supellectilis legatũ comprehendit ex propria significatione vocabuli:& ea quæ possunt ex diuersis generib⁹ contineri, ex vsu testantis complectũtur legato:sed in iis quæ constat aliã speciẽ continere,testantis vsus non inspicitur.Bar.

VII. Celsvs libro nonodecimo Digestorum.

LAbeo ait originẽ fuisse supellectilis, quòd olim his qui in legationem proficiscerẽtur,locari solerent quę sub pel B
libus† vsui forent. Tubero hoc modo demonstrare supellectilem tentat,instrumentũ quoddam patrisfamiliæ rerũ ad cotidianum vsum paratarũ,quod in aliam speciem non caderet: vt(verbi gratia)penũ,[a] argentum,vestem,ornamenta, instrumenta agri aut domus. Nec mirum[b] est, moribus ciuitatis, & vsu rerum,appellationem eius mutatam[c] esse. Nam fictili, aut lignea, aut vitrea, aut ærea denique supellectili vtebantur: nunc[d] ex ebore atq; testudine, & argento,iam ex auro etiã atque gemmis supellectili vtuntur.[e] Quare speciem potius rerum quàm materiam intueri oportet. [Sed de his quidem de quibus dubitari[f] potest,] supellectilis potius, an argenti, [g] an vestis sint:Seruius fatetur sentẽtiam eius qui legauit, aspici oportere, in quã rationem ea solitus sit referre. Verùm si ea de quibus non ambigeretur quin in alieno genere essent, (vt puta escarium[h] argentũ, aut penulas[i] & togas) supellectili quis adscribere solitus sit : nõ idcirco existimari oportere supellectili legata ea quoq;[k] cõtineri. Nõ enim ex opinionibus[l] singulorum,sed ex cõmuni vsu[m]

† *vide hic Alcia.lib. disp.1. ca.5.*

a *Verbi gratia penum.* quasi diceret,penus & quæ sequuntur,cadunt in speciem certam,& sic nõ sunt in supellectili, licet sint in vsu cotidiano.cum ergo omnia esculenta & poculẽta sint in penu:vt.ẽ.tit.j.l.iij.in prin.similiter & ea quæ continentur nomine eorum quæ hic sequuntur : vt &.ẽ.eo.l.j.&.ẽ. l.proxi.Accursius.

b *Nec mirum*, tacitæ obiectioni respondet.

c *Mutatã*. scilicet ab eo quod ab initio fuit. vnde versus,Multa renascentur quæ iam cecidere, cadentq; Quæ nũc sunt in honore vocabula, si volet vsus, Quem penes arbitrium est & vis & norma loquendi. & facit supra, de legi. & senatusc.on. l.de quibus. in fi.

d *Nunc*. ex sequenti tempore.

e *Vtuntur*. vt &.ẽ.eo. l.iij.§.vitrea.&.§.fin.

f *Dubitari*. tali dubitatione non ex generis qualitate tantũ de quo quæritur,sed ex eius vsu pendente.R.puta de escario:vt.j.de auro & argen.lega.l.& si non. §.si cui escarium.R.

g *An argenti*.quę argenti numero sint, dic vt infra,de auro & argen.leg.l.cum aurum.&.l.Quintus.§.penul. &.§.fi.&.l.& si non sint.in prin.&.§.j.&.ij.

h *Vt puta escarium*. de hoc dubitari potest in argenti numero sit,vel non:vt infra,de aur.& argen.lega.l.& si non sint.§.lectum. C
&.§.si cui escarium.supellectilis ergo numero constat non contineri : vt supra, eo.l.j.Azo.nisi probetur testatorem contra sensisse:vt infra.l.proxi.

i *Penulas*. vilis vestis,sed toga longa & pretiosa.

k *Ea quoque*. scilicet omnia,sed argentum escarium contineri poterit,si id testatorem sensisse constiterit: vt infra.l.proxi.& supra dixit.H.

l *Opinionibus*. Not.sic.ẽ.de adquirẽ.hære.l.cum quidam.§.quod dicitur in medio.l.H.

m *Ex communi vsu*.scilicet proprio,aut figurato.nam & figuratiua significatio communis est,& sic vsitata potest appellari. Item nota hic quod si per appellatiuum nomen testator aliud significare voluit: si quidem deminuere voluit significationem verbi testator,vt si plura significabat,& pauciora voluit significari:stabitur testatoris voluntati:vt supra, de fun.instruct. & instru.leg. l.cum de lanionis.§.asinam.&.§.quidam.& infra,de auro &argẽ. lega.l.Quintus.§.item argento.&.j.eo.l.legata. secundum Rog. quandoque tamen secus reperio, vt supra, de vsufru.leg.l.si alij. licet.R.aliter ibi dixerit: vt ibi not.si vero voluerit augere significationem,sentio cum Seruio, reprobata sentẽtia Tuberonis:vt D
si quidẽ voluit augere per ea de quibus dubitari potest, an sint in alio genere, vel quæ eisdem verbis prima facie contineri videntur,tunc stabitur eius voluntati.si vero certum est ea in alio genere esse, non ideo augebitur legatum : vt hic, & superiori respon.& infra,de aur.& argen.leg.l.pediculis.§.ij.sed quando non deminuere vel augere (sicut dictum est) significationem testator voluit,sed appellatiuum nomen incongruens ei de quo sensit expressit,sed congruens alij : si quidem omnino est extranea & remota significatio apposita ab eo quod voluit, vt si sensit de auro, & dixit de lapide,nihil omnino debetur: vt supra,de lega.j.l.iiij. in fi.j.respon.si vero sentẽtia potest aptari quoquo modo, quod sæpe per consuetudinem apparet, vel per vnicam essentiam & materiam, secus est. quod dic vt supra, de lega.iij.non aliter.sic ergo ad ea quæ super hac.l.dicuntur,facit infra,de auro & argen. lega.l.pediculis.§.j.&.ij.&.l. Quintus Mucius.per totum. & supra, de legi. & senatusconsul. de quibus.§.inueterata.& supra,de lega.iij.nummis.&.l.ille.§.j.&.j.de regu.iur.l.in stipulationibus. Sed arg. contra.ẽ.de lega.j.l.iiij.Item contra.ẽ.de tri.vi.& oleo lega.l.si quis.in principio.Item contra.j.tit.ij.l.inter.vestem.Solu. vt ibi. Accursius.

BIU Cujas

a *Id.* vsque huc Seruius. Nunc Tubero incipit: & dic, Tubero ait, non sibi liquere, id est, manifestum esse, & sic nec placere, id scilicet quod Seruio. nam quorsum, id est, quare sunt nomina inuenta? & sunt verba Tuberonis per Celsum hic relata.

b *Vt maxime.* idem ergo si nomine non congruo, secundum Tuberonem.

c *Agitauerit.* ex omnibus, licet perperâ inferre volebat Tubero quem quolibet verbo dicere quicquid vellet.

d *Me.* Celsum authorem huius legis.

e *Suo nomine.* proprio, vel quod vice proprij nominis fungitur: vt. ſ. si cer. pet. l. certum. & facit infra, de reb. dub. l. iij. & de manu. testa. l. qui habebat. & l. Stichus. & supra, de hære. instit. l. quoties.

f *Dicentis.* sic supra, de lega. iij. l. non aliter. & l. xj. §. cũ. & l. quisquis mihi. arg. contra supra, de vsufru. lega. l. si alij.

g *Existimemus.* facit C. de fideicom. lib. l. & in epistola. &. ℨ. de leg. ij. l. cũ ponneretur. & supra, de leg. iij. l. nutu.

Cum quidam.] CASVS. Titius legauit vxori suæ domum Titianã cum omni suo iure, & cum instrumẽto & supellectile, & decessit. modo quæritur, an cõtineatur in dicto legato argentum escarium & potorium? & dicitur quod non, nisi vxor legataria doceat hoc sensisse testatorẽ. aliud autem argentum quod testator annumerabat supellectili, sine dubio continetur. Vivianus.

h *Iure suo.* id est, seruitute ei & ab ea debita. idem tamen si hoc non dixisset: vt supra, de ser. rusti. præ. l. via. §. quæcunque.

i *Escale.* quod dicatur escarium argẽtum, dicitur infra, de auro & argen. leg. l. & si non sint. §. si cui. &. l. pediculis. §. argento.

k *Argentum.* sine omni dubio. R.

l *Escale.* de quo potest dubitari, an alio genere contineatur: vt infra, de auro & argen. leg. l. pediculis. §. j. sed in supellectili constat non contineri, vt hic, & supra, eo. l. Labeo. §. verum si ea. nisi hoc testator senserit, vt infra, statim subiicit. Accursius.

m *Non deberi.* quia prius generali nomine posito scilicet instrumento, deinde supposuit speciale nomen, scilicet supellectile. & ideo restringit præcedentia omnia: vt supra, de le. iij. l. hæres. §. vxori. Sed arg. contra infra, tit. j. à filio. §. fin.

Legata.] CASVS. Titius legauit mihi supellectilem suam, in qua quidem multæ species continentur quæ sunt enumeratæ supra, eod. l. iij. in prin. & postea per imperitiam enumerauit quasdam de dictis speciebus solis, & non enumerauit aliàs, & decessit. nunquid debentur mihi omnes species quæ sunt in supellectili enumeratæ specialiter, & aliæ? Et dicitur quod sic. nam dicto generali, legata supellectili, non derogatur per dictam enumerationem quarundam specierum. si autem ex certa scientia ita dixit testator, Lego Viuiano supellectilem meam, scilicet mensas, trapezophora, & delphicas, intelligitur tunc datus modus legato generis, id est, supellectilis, in dictis speciebus ex certa scientia numeratis: scilicet vt illæ solæ debeantur, & non aliæ quæ solent in supellectili contineri scilicet subsellia & scanna, & aliæ species enumeratæ in dicta. l. iij. in prin. & quod dictum est in ſ. Infort.

nomina, exaudiri debere. Id[a] Tubero parum sibi liquere ait. Nã quorsum† nomina, inquit, nisi vt demõstrent voluntatem dicentis? Equidẽ non arbitror quenquã dicere, quod non sentiret, vt maximè[b] nomine vsus sit, quo id appellari solet. Nam vocis ministerio vtimur. cæterum nemo existimandus est dixisse quod non mente agitauerit[c]. Sed & si magnopere me[d] Tuberonis & ratio & auctoritas mouet, non tamen à Seruio dissentio, non videri quẽquam dixisse, cuius nõ suo nomine[e] vsus sit. Nam & si prior atque potentior est, quàm vox, mens dicentis[f], tamẽ nemo sine voce dixisse existimatur: nisi fortè & eos qui loqui non possunt, conatu* ipso, & sono quodam, κὴ τῇ ἀνάρθρῳ φωνῇ † dicere existimemus.[g]

Argentum escarium & potoriũ appellatione supellectilis non continetur nisi ex vsu patrisfamiliàs aliud significetur. Bartolus.

VIII. MODESTINVS libro nono Responsorum.

CVm quidam vxori suæ legauerat domum cum iure suo[h] omni, & instrumento, & supellectili. quærebatur, an videretur & argentum escale,[i] & potorium legato cõtineri? Respondit, si quid in supellectili argentum[k] est, deberi escale[l] autem vel potorium argentũ nõ deberi,[m] nisi hoc quoq; testatorẽ sensisse legatarius doceat.

IX. PAPINIANVS libro septimo Responsorum.

LEgata supellectili, cũ species ex abundanti per imperitiam enumerantur,[n] generali legato non derogatur. † Si tamen species certi numeri demonstratæ fuerint,[o] modus generi datus in his speciebꝰ intelligitur. Idem seruabitur instructo prædio legato, si quædam species numerũ certum acceperint. [Supellectilis mensas esse cuiuscumque materiæ (scilicet vel argenteas vel argẽto inclusas) placet. Nam & argẽteos lectos, item argentea candelabra supellectili cedere posterior ętas[p] recepit: cũ & Vlysses[q]* auro & argẽto lectũ viuẽtis arboris truncis ædificatũ ornasset,* quẽ Penelope recognoscẽdi viri signũ accepit, vt voluit Homerus. [* De lecto enĩ loquẽs, ὁ δ' ἐγὼ, inquit, κάμον, οὐδὲ τις ἄλλος. Θάμνος ἔφυ, λαυθυλλος ἐλάϊνος ἕρκεος ἐντὸς ὁλοιδάλλαν χρυσῷ τε ⊙ ἀργύρεα ἠδ' ἐλέφαντι. †] Supellectili sua omni legata, acceptũ argentũ pignori non cõtinebitur, quia supellectilem suã legauit: vtiq; si nõ in vsu creditoris id argẽtũ volũtate[r] debitoris fuit, sed repositum* propter cõtractus fidẽ, ac restituendæ rei vinculum.

A pellectile legata, habet locũ in prædio instructo legato, si postea testator numerauit ex certa scientia quasdam species quæ solent contineri in instrumento fundi, & non aliàs: scilicet vt in speciebus enumeratis intelligatur datus modus generi. [*SVPPELLECTILIS.*] Titius legauit mihi supellectilem suam. certe continentur mẽsæ cuiuscunque materiæ, etiã si sint argenteæ, vel argento inclusæ, & lecti argentei, & candelabra argẽtea. & hoc secundũ posteriorem ætatem, secũdum quam homines vtuntur supellectile argentea etiam: cum perpriorem ætatem nõ esset in vsu argentea supellex, sed tantum fictilis & vitrea & lignea & ærea: vt. ſ. eo. l. iij. in fi. & l. Labeo. §. nec mirum. & cum Vlysses qui fuit de dicta posteriori ætate, haberet vxorem Penelopẽ, hic Vlysses absentauit se diu, & redargutus postea à dicta sua vxore per Homerum siue Ouidiũ, quem ei tanquã nuntium destinauit, fecit lectum in trũcis ligni, quod nec comburi nec putrefieri poterat: & ornauit dictum lectum argento & auro, & misit dictæ suæ vxori vt esset signum quod ipse Vlysses viuebat. [*SVPPELLECTILI.*] Titius mutuauit Seio centum, & accepit argentum in pignore. postea idem Titius † fecit testamẽtum, & legauit Gaio omnem suã supellectilem. nunquid dictum aurum cõtinebitur in legato? Et dicitur quod nõ, quia vt dictum est, legauit supellectilẽ suam. appellatione autem sui continetur res testatori obligata propter fidem contractus, & propter vinculum rei obligatæ restituendæ debitori soluto debito: vt in fi. huius. l. & hæc vera sunt si dictum argentum non fuit in vsu creditoris volũtate debitoris, sed fuit tantum apud eum repositum causa pignoris: quia si prædicto modo fuisset in vsu creditoris eiusdem testatoris, bene contineretur in legato prædicto à contrario sensu huius literæ. Viuianus.

n *Enumerantur.* à testatore. Accursius.

o *Fuerint.* ex certa scientia, non per imperitiam. & dic vt not. supra, de fun. instru. l. quæsitum. §. pe. &. §. fin. & facit in eod. titu. l. cum de lanionis. §. quidam cum. &. l. Seiæ. in prin. & infra, tit. j. l. verba. &. l. alimenta. §. basilicæ. &. l. Stichus. in prin. & arg. supra, de iudi. l. cum prætor.

p *Aetas.* sic supra, eod. l. Labeo. circa prin. &. l. iij. §. fin.

q *Cum Vlysses.* Hic Vlysses cum diu fuisset absens, & per literas ab vxore sua scilicet Penelope redargueretur, fecit lectũ in truncis ligni quod nec comburi nec putrefieri poterat, & ornauit auro & argento, & misit vxori vt esset signum viri viuentis. & facit supra, de contrahen. empt. l. cum ab eo. §. mensam.

r *Voluntate.* quia præsumebatur nolle lucrum: vt supra, de leg. iij. l. antepenul. in principio. Item not. quod ex vsu testatoris voluntas colligitur. sic supra, de vi triti. & oleo lega. l. ex vsu. & infra, titu. j. l. cum alimenta. in principio. Sed arg. contra infra. l. proxi. Accursius.

Voluntas testatoris ex vsu colligitur.

Qui vestem.] CASVS. Titius solitus erat ponere & annumerare in supellectile sua omnem vestem suam, & alias

† *Et sic superflua non vitiant: necessaria vero prætermissa demi nuunt cõtractum. facit gl. super verbo, sapior. posse. me. in cap. quia ppter. extra de eluidiũ. vbi hæc verba ponũtur p hãc. l.*

*Fl. vlixẽ

* *Flo. ornasse.*

*Inclusanẽ sunt in exẽplari Florẽtino.

† *Id est, Haud aliꝰ quisquam, fabricauit hoc ipse cubile: Intercitur quod nõ, quia vt septa secãs ramosq; vitiis, Argento atque auro variũ, lẽque elephanto. vide Alci. li. 2. hoc ipso tit.*

Flo. propositum

res plurium generum.idem Titius fecit testamentũ, & vxori suæ legauit supellectilem.nunquid in legato continetur dicta vestis? Et Labeo & Ofilius & Cascellius recte negabant vestem cessurã dicto legato:quia vestis non potest videri contineri appellatione supellectilis.vestis enim cadit in aliam speciem.Viuianus.

a *Expenso.* id est, cũ expenderet supellectilẽ, nominabat hæc omnia, & vtebatur in supellectili.

b *Contineri.* quia certum genꝰ habet vestis: vt.ff.l.j.& .l. Labeo. §. verum si ea.& dic vt ibi plene notaui.

Vasa aenea.] *CASVS.* Titius legauit mihi supellectilem suam.quæritur,an in legato contineãtur vasa aenea posita in domo causa aquæ salientis & fluentis in domo, quæ quidẽ vasa sunt ad voluptatem, & nõ ad necessitatem? Et dicitur quod non. & idem est in qualibet alia re posita ad voluptatem.murrhea autem vasa & vitrea quę parata sunt ad vsum edendi & bibendi, bene continẽtur in dicto legato: & dicuntur murrhea vasa illa quæ sunt picta vel ornata murice,id est,sanguine muricis, de quo solet tingi purpura: vt C.de diuersis rescrip.l. penul.Viuianus.

† *Murrhea vasa eadẽ sunt, quæ & murrhina: de quibus passim apud authores.*

c *Vsus.* necessarij. & facit supra, de ser.l.vt pomum.

Quemadmodum.] *CASVS.* Titius Romanus pone, legauit mihi supellectilem suam vrbanã. habebat autem quædã supellectilia in rure, quæ erant ad vsum vrbanum destinata.nunquid illa supellectilia posita in rure continẽtur in legato? Et dicitur quòd sic, & est ratio,quia quemadmodũ vrbanus seruus & rusticus non loco,sed genere vsus distinguitur,ita vrbana penus & supellex est dirigenda ad vsum vrbanum, non ad locũ vrbanum aut peregrinum.secus autem si legasset mihi supellectilem quę est in vrbe, quia non continentur tunc nisi ea quæ est intra muros vrbis. Viuianus.

d *Non loco.* vt supra,de lega.iij.l.seruis vrbanis.in princip.&.l. cum quæreretur.in prin.&.j.de verborum significa.l.vrbana.& C.de prædiis mino.l.si prædium.

e *In vrbe.* sic.ff.tit.j.l.nam & si.§. si ita. Accursius.

Vxmquam.] *CASVS.* Titius legauit vxori suæ supellectilẽ suam quam habebat in domo sua Titiana.nũquid vxor poterit vindicare supellectilem & domum,id est, habitationem domus? Et dicitur quod solam supellectilem vindicare potest.

Fundo.] *CASVS.* Legaui Titio fundum.certe non continetur in legato instrumẽtum fundi,nisi specialiter hoc expresserim. nam & si legassem ei domum,non cedit legato instrumentum domus,nec supellex quæ erat in domo,nisi specialiter hoc dixi.

f *Fuerit.* sed nec legato seruo peculium: vt.ff.tit.iij.l.antepenul. nec vendito: vt.ff.de contrahẽ.empt.l.quoties. Item facit.ff.de act. empt.l.Iulianus.§.fin.&.l.seq.&.l.fundi.&.ff.de lega.iij.l.Lucius. §.collegio.&.ff.de fun.instru.l.cum fundus. Sed contra.ff.de vsufru.l.sed & si quid.§. proprietatis. Solu. aliud si vsusfructus legetur,quia tunc instrumentum fundi vel domus continetur,vt ibi. aliud si fundus,vt hic.& est ratio vt ibi not.

x. IAVOLENVS libro tertio ex Posterioribus Labeonis.

QVi vestẽ omnẽ, & res plurium generũ supellectilis [nomine] expenso [a] ferre solitus erat, is vxori supellectilem legauerat. Rectè negabant vestẽ legato cessuram Labeo, Ofilius,[&] Cascelli': quia non posset videri vestis appellatione supellectilis cõtineri [b].

xi. IDEM libro decimo ex Posterioribus Labeonis.

VAsa aenea saliẽtis aquæ posita, itẽ siquid aliud magis deliciarũ quàm vsus [c] causa paratum esset,non esse supellectilis Labeo, [&] Trebati' putãt. Murrhea† autem vasa & vitrea quæ ad vsum edendi & bibendi causa parata essent, in supellectili esse dicuntur.

xii. LABEO libro quarto Pithanon à Paulo Epitomatorum.

QVemadmodum vrbanus seruus & rusticus distinguitur non loco, [d] sed genere vsus: ita vrbana penꝰ & supellex ad vsum vrbanũ, non ad locum vrbanũ aut peregrinum dirigenda est: multumq; interest penus & supellex ea quæ in vrbe [e] sit, an vrbana legetur vel promittatur.

xiii. MODESTINVS libro nono Responsorum respondit.

NVmquam ex eo quod supellectilem legauit[mulieri] maritus testamento, habitationem in qua supellex fuit,legasse videtur:quare contra defuncti voluntatem habitationem sibi mulierem vindicare procul dubio est.

xiiii. CALLISTRATVS libro tertio de Cognitionibus.

FVndo legato instrumentũ eius non aliter legato cedit, nisi specialiter id expressum sit. Nam & domo legata, neq; instrumentum eius,neq; supellex aliter legato cedit,quàm si idipsum nominatim expressum à testatore fuerit [f].

Digestorũ

seu Pandectarum Liber trigesimusquartus.

DE ALIMENTIS vel cibariis legatis.

TITVLVS I.

Legato alimentorum cedit aqua quæ est venalis. Bartolus.

I. VLPIANVS lib.quinto de omnibus Tribunalibus.

SI alimẽta fuerint legata, dici potest etiã aquam legato inesse,si in ea [g] regione fuerint legata, vbi venundari aqua solet.

Appellatione libertorum suorum continentur serui legati vt manumittantur. Item bona transeunt ad quemlibet cum onere alimentorum. Bartolus.

II. MARCIANVS libro octauo Institutionum.

SI quis libertis [h] [suis] alimẽta reliquerit:& si [i] legati fuerint serui, [k] & rogati legatarij manumittere,ad fideicommissum [l] admittuntur [m], vt & diui quoque Seuerus & Antoninus rescripserunt:& licet ad fiscum bona fuerint deuoluta ex quibus [n] alimenta debeantur, præstanda sunt [o], sicuti si ad quẽlibet successorem transissent [p].

Si alimẽta.] *CASVS.* Titius legauit mihi alimenta.certe etiam aqua in legato continetur si legata fuerunt alimenta in ea regione in qua solet vendi aqua, vt in Africa, & in Aegypto,& Venetiis. Viuianus.

g *Si in ea.* vt in Africa, vel Aegypto: vt.j. eo.l.Mela.§.quidam.

Si quis.] *CASVS.* Titius legauit mihi Stichum & Pamphilũ seruos suos: & rogauit me vt eos manumitterem.& postea in eodẽ testamento legauit alimenta libertis suis, & postea decessit,& postea ego manumisi dictũ Stichum & Pamphilũ, sicut ipse Titius testator me rogauerat.nunc quæritur, an dictus Stichus & Pamphilus admittantur ad fideicom. alimentorum cum aliis libertis testatoris? Et dicitur quod sic.quamuis enim testator eos non manumiserit, immò ego cui legauit ipse testator, & sic nõ sint liberti testatoris: tamen per medium ipsum testatorem sunt liberti: quia me rogauit vt manumitterem. Viuianus.

h *Si quis libertis.* scilicet suis.

i *Et si.* id est, quãuis.

k *Serui.* illius testatoris.

l *Ad fideicommissum.* alimentorum.

m *Admittuntur.* isti liberti, quasi per medũ istius testatoris fuerint liberti, cum defuncti rogauerit eos manumitti, vt dicit litera. aliàs secus forte: vt.ff.de leg.iij.l.pater.§.duobus. & infra,de verborum signifi.l.Modestinus.&.j.eo.l.alimenta.§.j. & not.ff.de lega.ij.l.cum pater.§.fidei hæredum. Accursius. *ADDITIO.* Dic ad.§.duobus.hoc verum secundum Bart. in iis quæ sunt postea manumissi ex voluntate testatoris:aliàs secus: vt dicitur hic:licet bona sint ad fiscum delata, tamen debentur alimẽta.

n *Ex quibus &c.* bona dico quibus &c.

o *Præstanda sunt.* licet ipse priuilegiatus siue successor vltimus fuit: vt Cod.de eadu.tollen.l.vnica.§.fina.tamen in hac parte vtitur iure priuati,vt & alias. C.si aduer.fisc.l.j.&.ij. Item non obst. supra,de contrahen.empt.l.fin.§.fin.quia hic loquitur de vniuersali successore: ibi de singulari: licet & aliter dici posset: vt nota.ff. de vsufru.l.hactenus.&.j.eo.l.Lucius. Accursius.

p *Transissent.* bona ex quibus alimenta debebãtur. Item facit ad. l.istam.j.de condi.& demon.l.illis.&.j.e.l.alimenta.in prin. Acc.

Solent iudices.] *CASVS.* Titius instituit sibi tres hæredes, & libertis suis alimẽta reliquit, & decessit.nunc hæredes volunt soluere libertis alimenta hoc modo: quia quilibet hæredum vult dare cuilibet ex libertis tantum quantum tangit eum, vt alimenta ita ad nihilũ deducantur.liberti autẽ sunt coram iudice,& petunt se libertos diuidi inter hæredes quantum ad alimenta eis libertis præstanda,

BIU Cujas

præstãda. ſ. vt vnus hæres præſtaret vni liberto, & alter alteri. & ſic de ſingulis. & dicũt etiã iudici, Si hoc facere nõ placet vobis, eligatis vnum de hæredibus per quẽ nobis alimenta præſtentur, & ipſe hæres cõcordet ſuper hoc cum cohęredibus ſuis. nunquid debet iudex hoc facere quod liberti petunt? Et dicitur quod iudices ſolent & debẽt hoc facere: & ſi faciũt, perinde valet ac ſi teſtator hoc feciſſet. & hęc quęſtio fuit de facto in hęredibus cuiuſdam qui vocabatur Fauilla, qui libertis ſuis aliméta reliquerat, qui liberti petierunt ab imperatore vt faceret eos ali per vnum de hæredibus data pecunia ei à cohęredibus vt ex vſuris eius pecuniæ aleret eos. qđ quidẽ Imperator eis cõceſſit, & ſupplicationẽ eorum cum reſpõſione ſua mittit quibuſdã iudicibus vt hoc fieri faciant: vt tamen hæres cui pecunia datur, caueat cohęredib[b] de red denda pecunia eũ fuerit reddenda. i. poſtquã quiſquã ex libertis deceſſerit ciuiliter vel naturaliter, vel aliquo alio modo deſierit eſſe in ciuitate. reddere autem debet cohęredibus tantum ex ſorte prædicta, quantum ab eis accepit, & quantũ efficit cõputatio pro portione ſcilicet eius liberti qui naturaliter vel ciuiliter deceſſit, vt dictum eſt, & ſic de ſingulis libertis. & iſtud eſt vnum reſcriptum quod loquitur circa hoc. diuus etiam Pius fecit aliud reſcriptum ſuper hoc, & reſcripſit in hęc verba cuidam nomine Rubrio Teleſphoro qui erat vnus de libertis quibus patronus reliquerat alimenta præſtanda per hæredes ſuos: qui quidem Rubrius Teleſphorus ſupplicauerat eidem Imperatori pro ſe & pro collibertis ſuis. dicta autem verba Imperatoris ſunt iſta: Conſules, vocatis his hæredibus patroni veſtri à quibus alimenta vobis deberi ex cauſa fideicommiſſi conſtiterit per teſtamentum quod oſtendetis, decernent dicti conſules vt vel omnes vos liberti ab vno ſcilicet hærede percipiatis alimenta, ſcilicet eo modo qui dictus eſt ſupra, proxi. §. vel decernent quis veſtrum percipiat alimenta, & à quo vel quibus hæredibus, & hoc facta diſtributione libertorum inter hæredes pro rata. & idem ſeruabunt conſules etiam ſi fiſcus habet bona patroni veſtri qui reliquit vobis alimenta vel partem bonorum. ſciatis etiam ab hodie in antea, dicit idem Imperator, partes eorum hæredum qui deſierunt eſſe ſoluendo, non pertinere ad onus reliquorum hæredum, ſiue prædicta aſsignatio libertorum fuit facta, ſiue non. Viuianus.

Si pluribus à pluribus alimenta debentur, fiet diuiſio præſtationis: vel vnus qui præſtet, eligitur. Item executor datiuus cogitur ſatisdare. Barto.

III. VLPIANVS libro ſecundo de Officio Conſulis.

& vt eundem Mæuium suscipias & tuearis. & postea decessit dictus Titius testator, & postea dicta Seia recepit dictum suum legatum de.x. à filio testatoris hærede. nunc idem hæres vult dare ei Seiæ dicta.xl. vt ipsa faciat ea quæ iussit testator. & ipsa noluit recipere. vnde quæritur, an ipsa compelléda sit agnoscere onera alimétorum Mæuij ex die mortis testatoris? & dicitur quòd sic, & etiam hæres eiusdé Seiæ. [TESTATOR.] Caius instituit sibi hæredes Titium & Seiũ, & legauit concubinæ suæ octo rustica mancipia, & his mancipiis rusticis iussit præstari cibaria in hæc verba, eisque mancipiis quæ supra legaui concubinæ meæ, volo præstari nomine cibarij ab hæredibus meis ea quæ à me accipiebant dicta mancipia me viuo. & postea decessit dictus Caius testator. núc quæritur, cum viuo dicto testatore semper mancipia rustica tempore messium & arearũ delegata fuerint ad areas vt faciunt rustici Bononi. & ex eo tempore cibaria ex ratione domini sui nunquam acceperint excepto custode prædiorum: an hæredes quoque eius temporis, id est, messiũ & arearum debeant præstare cibaria concubinæ prædictis mancipiis rusticis? & resp. quòd iudex debet hoc æstimare tenendo distinctionem Claudij quæ sequitur. nam si testator legauit dicta mancipia concubinæ vt stent eo modo apud concubinã, quo fuerunt apud testatorem, non debebuntur cibaria eius temporis de quo quæsitum est. si autem dicta mancipia transferebantur à testatore ab his ministeriis rusticis velut in ministerium vrbanum, vtputa vt faciant aliquid in ciuitate pro ipso testatore: bene debebuntur cibaria concubinæ pro eis. [TITIA DECEDENS.] Titia habens decé libertos, tribus ex eis cibaria & vestiaria præstabat. & illud quod in hoc expendebat, scribebat in rationibus suis ipsa Titia. postea decedens fecit testamentum, in quo ita cauit: Omnibus libertis libertabúsq; meis cibaria & vestiaria quæ viua præstabam, dari præstariq́ue volo. & decessit. núc quæritur, an hæres eius Titiæ debeat præstare cibaria & vestiaria omnibus x. libertis, an vero prædictis tribus tantum? & respon. quòd omnibus debet præstare. illa enim verba, quæ viua præstabã &c. non restringunt præcedentia. Viuianus.

a *Compellendam.* ad hoc est. ff. de leg. ij. l. v. Et not. non licere in partem velle, in partem nolle defuncti parere iudicio. sic. ff. de oper. libe. l. si ita stipulatio. in fi. & de bo. lib. l. nã absurdum. & ff. de acquir. hæredi. l. j. & ij. & ff. de leg. j. l. quidam. Accursius.

b *Debere.* sic. ff. eo. l. cum vnus. in princip.

c *Delegata.* quia testator accommodabat aliquibus qui interim eos alebant, vel ibant in area, vt vadunt rustici huius ciuitatis ad medicinam: & sic non alebantur ex bursa domini. Accursius.

d *Claudius.* f. dixit idem adiiciendo & distinguendo: vt subiicit.

e *Ab his.* id est, ab hac concubina: & ita de singulari transit ad pluralem numerum. Vel dic ab his ministris: scilicet rusticis, & ab ipso testatore. nam tunc hæc variatio non nocet quo minus debeantur: verum vt vrbana familia alatur inspecto tempore mortis. vt. ff. eod. l. Mela. §. sed & si alimenta. Accursius.

f *Ab omnibus.* scilicet hæres poterit conueniri: quoniam omnibus quantum quibusdam dabat, legare videtur. sic forte variatum & alibi collectiuum nomen ponitur, sicut hoc nomen, libertis:

quincunces in annum vsque vicesimum ætatis præstes, cumq́; susciperis & tuearis. Quæsitũ est, an Seia postquam legatum suum acceperit, si noluerit pecuniam alũno relictã suscipere, vel in suscipienda ea cessauerit: onus alimentorum ex die mortis testatoris compellenda sit adgnoscere? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, cõpellendam [a] præstare, cum fideicommissum sit. Idem quæsiit, an hæres quoque Seiæ in annos viginti alimenta prestare debeat? Respondit, debere. [b]

Relatiuum, quis, vel qui, limitat suum antecedens non solum in quantitate, sed etiam in tempore. Bartolus.

℣ Testator concubinæ mancipia rustica numero octo legauit, & his cibaria prestari iussit, in hæc verba: *Eisq́; mancipiis quæ supra legaui, cibarij nomine ab hæredibus meis præstari volo, quæ me viuo accipiebant.* Quæsitum est, cum viuo testatore semper mãcipia rustica tempore messium & arearũ delegata [c] fuerint, & eo tempore cibaria ex ratione domini sui numquam acceperint, excepto custode prædij: an hæres quoque eius tẽporis, id est, messis & arearum & cibaria concubinæ pro mãcipiis rusticis præstare deberet? Respondit, eum cuius notio est, æstimaturum. Claudius. [d] Merito. Nam si eodem modo quo apud testatorem fuerunt, & apud concubinam futura legauit, non debebuntur eius tẽporis de quo quæsitum est, cibaria. Verum si velut in ministerium vrbanum ab his [e] transferentur, debebuntur.

Relatiuum, quis vel qui, limitat suũ antecedens ad quod refertur, non alia. Bar.

℣ Titia decedens testamẽto ita cauit, *Omnib⁹ libertis libertabusq́; meis cibaria & vestiaria quæ viua præstabam, dari præstariq́; volo.* Quæsitum est, cum tribus solis eo tempore quo ea vixit (sicut rationibus continebatur) cibaria & vestiaria prestiterit: an hęres eius à cæteris quoque libertis conueniri possit: an verò tribus tãtum sit obnoxius qui rationibus ipsius cibaria & vestiaria accepisse reperiũtur? Respondit, ab omnibus. [f]

Legata relicta ab hærede debentur ab hærede hæredis. Item appellatione libertorum hæredis, libertus liberti cõtinetur quem testator tractabat vt suum. Bartolus.

XVI. IDEM libro octauodecimo Digestorum.

A vt. ff. de tri. vi. & ol. leg. l. cum vinum. & l. fi. in princ. sic ergo hic ista verba, quæ viua præstabam, non restringunt præcedentia. sic ff. eo. l. verba. & ff. tit. j. l. legata. in prin. & ff. de fund. instru. l. quæsitum. §. pe. & ff. de leg. iij. l. ea tamen. & l. cum quis decedens. in fi. Sed arg. contra. ff. de pe. leg. l. nam quod. in fi. & ff. de leg. iij. l. quæsitum. §. j. & l. hæres. §. vxori. & ff. tit. j. l. cũ quidã. & ff. de le. j. l. nõ solũ. §. fi. & facit. ff. eo. tit. l. testaméto. *ADDITIO.* Dic secundũ Bar. q̃ relatiuũ restringit antecedẽs ad quod refertur, nõ alia. & sic non ob. contra.

B *Alimenta.*] CASVS. Titius fecit testamẽtum, & instituit sibi hæredes Moderatum & Seium & Sempronium, & reliquit aliméta libertis suis nominatim à dicto Moderato: & decessit dict⁹ Titi⁹. & postea decessit dict⁹ Moderat⁹. núc quæritur, an hęredes Moderati teneãtur ad præstãda aliméta dictis libertis? & dicitur quòd sic. [LIBERTIS LIBERTABVS.] Quædam mulier Commoda nomine, quæ erat Bon. fecit testamentum, & in eo iussit dari libertis & libertabus quos & quas manumiserat inter viuos, & etiam libertis & libertab⁹ quos & quas manumiserat in testaméto vel codicillis, alimenta quæ viua eis præstabat. Ité dari iussit certos fundos dictis libertis & libertabus: & postea decessit. núc quæritur, an ad dicta legata libertis libertabusq́ue relicta admittatur Stichus libertus liberti patris dictæ testatricis? & videtur quòd sic: quia testatrix in epistolis suis solebat eũ appellare suum libertum, quamuis non esset. distinguitur tamen vtrũ testatrix viua ea aliméta ei liberto liberti patris sui præstabat, an non. & primo casu admittetur dictus libertus ad dicta legata, secundo non. [BASILICAE LIBERTAE.] Titius in testaméto suo legauit Basilicæ libertæ suæ decem quæ decem voluit esse apud Epictetum & Callistum libertos suos, ita vt cum fuerit Basilica vigintiquinque annorum, cum vsuris quincuncibus restituerentur eidem Basilicæ per eosdem libertos, ita tamen vt interim ex dictis vsuris aleretur Basilica prout ampliaret ætatẽ ipsa Basilica intra dictos vigintiquinque annos. & postea dictus testator in alia parte testaméti reliquit generaliter libertis libertabusq́ue suis cibaria & vestiaria & habitationẽ. & postea decessit idem testator. nunc quæritur, an etiam dictæ Basilicæ deberẽtur cibaria & vestiaria & habitatio? & respon. quòd non, nisi ipsa probet testatorem voluisse eam habere, etiã cibaria & vestiaria & habitationẽ. & est ratio quare in dubio non debet habere. quia testator destinauerat alimentis eius Basilicę vsuras dictorum x. quã pecuniã specialiter ei prælegauerat. [QVI SOCIETATEM.] Titius habuit cum vxore sua societatẽ bene per. xl. annos omnium bonorum: & durante societate manumiserũt quosdam seruos eis cõmunes, & sic fuerunt facti communes liberti viri & vxoris. & postea idẽ Titius dabat eisdẽ libertis aliméta insolidũ pro parte sua & vxoris. & postea idẽ Titius fecit testamẽtũ suũ, & instituit sibi hæredẽ dictã suam vxorem & nepotẽ ex filio ex æquis partibus, & ita cauit in eodẽ testamento. Item volo dari libertis meis quos viuus manumisi, ea quæ eis præstabam, & decessit. núc quæritur, an prædicti liberti quos manumisit, ab vxore possint petere ex fideicõ. ea solida quæ vir præstabat eis p̃ se & vxore? Et dicitur q̃ nõ, immo illud tantũ quod præstabat eis pro parte sua. Vi.

A Moderato.

BIU Cujas

a *A Moderato.* proprium nomen. Accursius.
b *Teneri.* quoniam non personæ est onus indicendum, cum per alium possit impleri[a]: vt habetur. C. de cadu. tollen. l. vnica. §. ne autem. &. ſ. l. proxi. in prin. &. l. cum vnus. in princ.
c *Commoda.* proprium nomen testatricis.
d *Fundos.* certos: aliàs nó valeret: vt. ſ. de iure do. l. cũ post. §. gener.
e *Ita.* hic est Græcũ, cuius sensus est, Rufino liberto meo salutẽ.
f *Quod medicus.* quòd id est quia. Accursius.
g *Vina.* scilicet testatrix. Accursius.
h *Ea.* scilicet alimẽta. Accursius.
i *Aliter vero nõ.* vt & supra, de le. iij. l. pater. §. j. &. j. de verb. signi. l. Modestinus. & facit supra, eo. l. ij. Accursi[9].
k *Restituerentur.* dicta decem.
l *Ampliaret.* i. prout creſceret, maiora præstentur alimenta vsque ad dictum tempus. ad quod est. ſ. eod. l. cum vnus. §. fina.
m *Capite.* scilicet testamenti.
n *Deberentur.* scilicet cibaria & vestiaria & habitatio.
o *Claudius.* ſ. dixit idẽ, addendo rationẽ quæ sequitur. Accursius.
p *Quia destinauerat.* testator. & facit. ſ. de lega. iij. l. hæres. §. j. &. ſ. de fun. instru. & instru. leg. l. quæsitũ. §. fina. & l. cum de lanionis. §. cui fundum. &. §. quidã. & l. prædia. §. idem quæsiit. &. ſ. titu. j. legata. in princ. & de verb. obli. l. doli clausula.
q *Cum vxore.* No. virum socium vxoris[b]. sic supra, de dona. inter virũ & vxo. l. cum hic status. §. antepenul.
r *Præstabam.* scilicet do lego.
ſ *Ab vtrisque.* id est, vtroque, viro scilicet & vxore.
t *Viuente.* viro, quę solida viu[9] præstabat pro parte sua & vxoris.
u *Pro sua parte.* facit ſ. de leg. j. l. v. §. fi. &. ſ. de leg. iij. l. qui concubinam. §. qui fundum.

a Quia si persona insungeretur, c videret eius d esse electa industria, & hoc casu nõ posset per alium impleri: vt plene in ca. firmiter. per Panor. extra de sum. tri. & fid. ca.

b Hæc gl. facit multũ pro dominabus quæ eorum maritis subdi aspernantur, se ancillas eorũ non esse asseuerantes. cõtra quas in oppositũ facit glo. in verb. fuerit in. l. si constante. §. si maritus. ſ. sol. matri.

**Flo. quã*

†*Vide Alcia. lib. præter. 2. hic.*

**id est, Rufina pgnato, liberto nostro.*

ALimenta & vestiaria libertis suis dedit. Quæsitũ est, an quia nominatim à Moderato[a] vno ex hæredibus dari iussit testator, solus Moderat[9] debeat, nõ etiam post mortẽ Moderati hæredes eius? Respõdit, & hæredes teneri[b]. ¶ Libertis libertabúsque item quos quasque testamẽto codicillísve manumiserat, alimenta Cõmoda[c] quæ viua præstabat, dari iussérat: item omnib[9] libertis libertabúsque fundos[d]. Quæsitum est, an ad ea legata admitteretur liberti parterni libertus, cui scribere solebat ita[e]: †* ἀρ᾽ ῥωφίνῳ, ἡμετέρῳ ἀπελευθέρῳ. epistola etiam emissa ad ordinem ciuitatis, vnde oriunda erat, petierat vti publicè, quòd medicus[f] esset, salaria ei præstarẽtur: manifestãdo literis suis eũ suum esse libertũ? Respõdit, eum cuius notio est, æstimaturum: vt si quidẽ viua[g] ea[h] & ei præstabat, nihilominus ad fideicõmissum admitteretur: aliter verò non[i].

In legato non reiterabili dispositio generalis non refertur ad ea de quibus specialiter est prouisum. Bart.

¶ Basilicæ libertæ decem dedit, quæ*apud Epictetum & Callistum libertos esse voluit: vt cũ fuerit Basilica annorum viginti quinque, cum vsuris quincũcibus restituerentur[k], ita vt ex vsuris aleretur, prout ętatẽ ampliaret[l]. Quæsitum est, an ex alio capite[m] quo generaliter libertis libertabúsque cibaria & vestiaria & habitationem reliquit, etiam Basilicæ deberentur[n]? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, non deberi: nisi hoc quoque ei datum probaretur. Claudius[c]: Quia destinauerat[p] alimentis eius vsuras pecuniæ, quas specialiter ei prælegauerat.

Appellatione libertorum suorum continentur cõmunes liberti pro ea parte quam quis habebit in eis. Bartolus.

¶ Qui societatem omnium bonorum suorũ cum vxore[q] sua

Seruus propriis potest relinqui legatum in causa alimentorum. Barto.

XVII. IDEM libro nonodecimo Digestorum.

SEruos[x] ad custodiam templi reliquerat[y]: & his ab hærede legauerat his verbis, *Peto, fideiq; tuæ committo vt des præstes in memoriã meam pediſſequis meis quos ad curam tẽpli reliqui, ſingulis menſtrua cibaria, & annua veſtiaria certa*[z]. Quæsitũ est, cùm templũ nõdum esset extructũ[a], ex die mortis, an verò ex eo tempore quo tẽplũ explicitũ fuerit, percipere serui debeãt legatũ? Respõdit, officio[b] iudicis hæredẽ cõpellendũ seruis relicta præstare donec tẽplũ extrueretur.

Per clausulam generalem appositam in vltima voluntate circa idem, videtur recessum à speciali. Bartolus.

XVIII. IDEM libro vicesimo Digestorum.

LIbertis quos testamẽto manumiserat, alimentorũ nomine menſtruos decem legauerat: deinde codicillis generaliter omnibus libertis[c] menſtruos septem, & annuos vestiarij nomine denos legauit. quæsitum est ex*testamento, an ex codicillis libertis fideicommissum hæredes præstare debeant? Respondit, nihil proponi cur non ea quę codicillis data proponerentur, præstari deberent. nam ab his quæ testamento cibariorũ nomine legata essent, recessum[d] est propter ea quæ codicillis relicta[e] sunt.

A quolibet mense, &. xx. pro vestimentis quolibet anno. & postea decesſit. nunc quæritur, cum dictum templum nondum esset extructum tempore mortis testatoris, an serui debeant percipere dictum legatum ex die mortis testatoris: an vero ex eo tempore quo templum fuit explicitum siue completum? & respon. quòd hæret debet compelli officio iudicis præstare relicta dictis seruis etiam eo tempore quo templum extruitur, nedum postea. Viuianus.

x *Seruos.* omnes, vel quos habet in tali loco. & sic cõtinentur etiam ancillæ pediſſequæ: vt j. ſubiicit, & supra, de lega. iij. l. seruis vibrunis. Accursius.

y *Reliquerat.* aliquis, pediſſequis cõtẽtis sub seruorum vocabulo.

z *Certa.* puta centum. Accursius.

a *Extructum.* & sic serui non sunt templi interim, sed nec sunt hæredis: vt infra, de libe. cau. l. seruos.

b *Officio iudicis.* non iure actionis. ſ. quia deſit persona quæ agere possit: vt &. ſ. de leg. j. seruo alieno. §. ſi quis post. &. ſ. famil. ercis. l. ex parte. §. seruo. Nec ob. id quod habetur. C. de necess. ser. l. quidã. §. illo. & facit. ſ. e. l. ascui. & de iis quæ pro non script. haben. l. iij. &. ſ. de annu. lega. l. ſi quis post. &. ſ. de legat. iij. l. quis Titio. & supra, de leg. iij. j. ſi quis. Accur.

Libertis. CASVS. Titius instituit sibi hæredem Gaiũ: qui Titius habebat. vij. libertos quos inter vivos manumiserat. in testamento autem manumisit tres seruos, & habet nunc. x. libertos. & in eodem testamento legauit dictis tribus libertis quos in testamento manumiserat. x. omni mẽse nomine alimentor. & postea fecit codicillos in quibus legauit generaliter omnibus libertis suis cuiuſcunque mensis septẽ aureos & annuos denos nomine vestiarij, & decessit idem testator. nũc quæritur, an ex testamento prędicto & ex codicillis prædictis hæredes debeant præstare fideicõmiſ. dictis tribus libertis? & respon. q̃ ea quæ sunt eis relicta in codicillis, debent eis præstari, & propter relicta in codicillis prædictis tribus libertis videtur recessum ab his quę in testamento legata erant. Viuianus.

c *Libertis.* testamento manumiſſis.

d *Recessum est.* præsumptione iuris, nisi legatarij probent contra: vt. ſ. de leg. j. l. plane. §. sed si non corpus. Accursius.

e *Relicta sunt.* ab eodem hærede: secus si à diuersis: quia tunc ab vtroque

BIU Cujas

vtroque daretur: vt supra, de lega.j.l.si à pluribus.§.j.vel dic vt ibi no.& supra,de proba.l.quinquaginta.& facit infra,de adi.leg. Lcum certum.&.de lib.leg.l.Aurelius.§.testamento.&.§.testator. & supra,de fun.instru.l.Seiæ.in princ.

Manumissus.] CASVS. Titius instituit sibi hæredem matrem suum libertã:& in eodẽ testamento manumisit duos suos seruos:& eis manumissis reliquit p fideicõ. annua cibaria si cum dicta sua matre morarentur. & postea decessit dictus Titius, & postea dicta mater superuixit dicto suo filio per trienniũ:& cum dicti manumissi cessarẽt in petitione dicti fideicom.ipsa non præstitit eis. mortua autẽ postea dicta matre testatoris, extitit ei matri hæres Seia sua filia:& ipsa filia vixit.xiiij.annos,& nõ soluit dictis manumissis dictũ fideicõ.cũ nec ipsãm ipsi interpeluerint.mortua autem postea dicta filia extitit ei hæres Sépronius.nũc dicti manumissi petũt a dicto Sépronio nouissimo siue vltimo hærede dictũ fideicõ. cibarij & vestiarij tam pro preterito tẽpore q̃ pro futuro. quæritur, nunquid possint? & dicitur quòd bene possunt ipsi manumissi, quia bene impleuerunt conditionem, puta quia bene steterunt manumissi cum matre donec ipsa vixit,vel per eos non stetit.Viuianus.

Alimenta debita non soluta possunt peti tam præterita quam futura. Barto.

¶Manumissis testamento cibaria annua,si cum matre [a] morabuntur, per fideicõmissum dedit.mater filio triẽnio superuixit:[&]neq; cibaria neq; vestiaria eis præstitit, cũ in petitione fideicõmissi liberti cessarẽt:sed & filia postea q̃ matri hæres extitit, quoad vixit, annis quatuordecim interpellata de eisdem soluendis non est.quæsitũ est,an post mortẽ filiæ à nouissimo hærede petere possint, & tam præteriti temporis[†] quàm futuri,id quod cibariorũ nomine & vestiarij relictum est?Respondit, si conditio [b] extitisset, nihil proponi cur nõ possent.

Tempus etiã grauati adiectum grauato,in dubio conditionem facit. Barto.

¶Ab hæredibus Stichũ manumitti voluit: eiq̃e, si cũ Seio [c] moraretur, cibaria & vestiaria præstari à Seio.deinde hęc verba adiecit:[*A*]*te autem Sei peto,vt cum ad annũ vicesimũquintũ peruenerit,militiam ei cõpares: si tamen te ante nõ reliquerit.* Quæsitũ est, Sticho statim libertatẽ consecuto, prius autẽ defuncto Seio q̃ ad annũ vicesimumquintũ peruenisset, an ab his ad quos bona Seij peruenerunt [d], militia Sticho cõparari debeat: & si placet deberi,vtrum statim militia cõparãda sit,an eo tẽpore quo Seius annum vicesimumquintũ expleturus fuisset si superuixisset? Respondit,cum placeat cõparandam [e], non ante deberi, quàm id tempus cessisset.

Deminutio legatorum relictorum in testamento nõ pertinet ad legata, nec ad alimenta relicta in codicillis vel in tabulis pupillaribus. Bartolus.

¶Posthumis [f] hæredibus instituti nascentur, & mihi hæredes extiterint, & in pupillari ætate decesserint, substituo eis Gaium & Sempronium pone.& ita substituit eis pupillariter dictum Gaium & Semproniũ. & postea ita dixit, volo q̃ dictus Gaius & Sépronius dent duplicata legata quæ reliqui impuberibus libertis.i.illis quibus dedi libertatem in primis tabulis à patre & à matre mea à me institutis præter cibaria & vestiaria. nam & cibaria & vestiaria quę reliqui in primis tabulis dictis libertis impuberibus, nolo duplicari in personis dictorũ substitutorum, sed alia legata sic. perfecto testamẽto & substitutione pupillari nata est ex dicta sua vxore vna filia, & illa fuit vocata Petina.gratia autem dictæ filiæ posthumæ ipse Titius fecit codicillos, & in eis iussit reddi eidem filiæ tertiam partem eorum quæ reliquit in testamento.in his etiam codicillis reliquit legata quibusdã aliis. & postea decessit dictus Titius,& extitit ei hęres dicta filia posthuma, & pater ipsius testatoris & mater. & postea dicta filia decessit in pupillari ætate,& sic ex dicta substitutione extiterunt dictæ filiæ hæredes dictus Gaius & Sempronius. & sic illud ius quod ipsa filia habebat ex codicillis patris.s.vt restitueretur ei tertia pars relictorum, vt dictum est, habent nunc dicti sui hæredes. nunc oriuntur hic tres quæstiones. Prima est circa relicta in primis tabulis. Secunda,circa relicta in codicillis. Tertia, circa relicta in secundis tabulis. Quæritur ergo primo, an in hoc fideicõmisso relicto filiæ in codicillis cõtineatur tertia pars cibariorum & vestiariorum relictorum in primis tabulis impuberibus libertis? Et respon.quòd non. & hoc fauore alimentorum, quasi de his deminuendis non senserit testator. Secundo quæritur, an in dicto fideicom. filiæ contineatur tertia pars eorum quæ pater in codicillis reliquit extraneis? Et respon. similiter quòd non. & est hic ratio, quia in codicillis in quibus reliquit fideicommissum filiæ,dixit dictus pater. si quid testamento quod ante hoc tempus feci legaui, peto ab his cui.i.quibus dare volui.i.dedi legata in dicto testamento,vti.i.vt reddant filiæ meæ Petinæ tertiam partem. & non dixit dictus pater, sed quod his codicillis legaui &c.vt patet in ver.deinde post testamentum &c. Tertio quæritur, an illud quod additum est legatis in substitutione, computari debeat deducta tertia parte, sicut computatur quantitas legatorum testamento relictorum.s.vt duæ partes quantitatis additæ legatis in substitutione debeantur legatariis, & tertia debeatur hæredibus dictæ filiæ testatoris? & videtur quòd sic propter dictos codicillos quibus codicillis voluit testator pertinere ad filiam suam tertiam partem legatorum. respon. tamen hic quòd prædicta additio quæ fuit facta legatis, integra debetur legatariis, non detracto inde aliquo pro dictis hæredibus filiæ. Et vt planius videas, ita dicas, seruis impuberibus, id est, cuilibet eorum fuerunt legati.x.aurei: vt vidisti in princip. huius casus. postea in secundis tabulis fuerunt duplicata legata, & ita quilibet eorum debet habere.xx.aureos, id est, primos.x.& alios.x.adiunctos in substitutione. certè de primis.x.nõ est dubium, quin hæredes filiæ debeant habere tertiam partem propter verba codicillorum, sed de secundis.x.adiunctis in substitutione est dubitatio. & ita soluitur vt dixi, scilicet vt integra legatariis debeantur. de cæteris autem relictis pars tertia sine dubio fuit filiæ debita: ac per hoc certum est pertinere ad hæredes substitutos eidem filiæ.Viuianus.

Casum ponit secundũ Accursiũ.

[f] *Posthumis.* Titius instituit patrẽ & matrem posthumósq; suos hæredes. Item seruos quosdã impuberes à matre patréque manumitti præcepit:& eisdem cibaria & vestiaria annua aliaq̃e pecuniaria legata singulis,puta decem aureos legauit. Item aliis libertis. Item extraneis quoque quædam reliquit. deinde in secundis tabulis pupillariter posthumis substituit, & ab hæredibus substitutis

Si cum matre. testatoris cui fuit hæres filius, & filio mater, & matri vltimo filia: vt.j.patet.

Si conditio. vt quia steterũt cum matre, vel per eos non stetit: vt.C.de leg.l.j. Et no.interpellationẽ nõ esse necessariã.sic.C.de cõtrah.stipu.l.magnã. &.C.de iure emphy.l.ij.&.j.de verb.obli. l.ad diẽ. &.ẽ.de nautico fœno.l.fi.&.ẽ.de vsu.l.pecuniæ.§.j.&.ẽ. de annu.leg.l.annua.in prin.Item cõtra.ẽ.de pba.l.Procula.Sol. ibi & fraternitas inter eos erat,& sæpe & sæpius rationes & solutiões inter se fecerũt.hic nulla ratio vel solutio fuit inter eos.Ac.

Ab hæredibus.] CASVS. Titius instituit sibi hæredes Seium & Gaium & Semproniũ:& præcepit eis vt manumitterent Stichũ seruum suum.& præcepit vni de hęredibus,scilicet Seio vt eidem Sticho cibaria & vestiaria præstaret,si cum eodem Seio moraretur. postea hæc verba adiecit in eodem testamento: A te autem Sei peto, vt cum ad annum.xxv.peruenerit, militiam ei Sticho compares: si tamen te ante non reliquerit. & postea decessit dictus Titius testator. & postea hæredes prædicti manumiserũt dictum Stichum.& postea dictus Seius hæres decessit antequã perueniret ad.xxv.an.& habuit hęredes dictus Seius Petrum & Martinum. nunc quæritur, an dicti hæredes Seij debeant comparare Sticho militiam? Et respon. quòd sic: non tamen antequã dictus Seius fuisset expleturus.xxv.an.si superuixisset.Viuianus.

Si cum Seio. qui erat vnus de hæredibus.

Peruenerunt. vt ad hæredem. si autem titulo singulari, & tunc hypothecæ sunt: vt.C.communia de leg.l.j.

Comparandam. imò videtur quòd non sit comparanda:vt.j.de manumiss.testa.l.si ita scri. Solu. vt no.C.quando di.le.ce.ex his. & supra,de leg.j.l.si cui. & facit.j.quãdo di.leg.ce.l.Firmio.§.ij. &.C.de vsufruc. l.in ambigua. ADDITIO. Dic quòd ibi erat certum quòd testator volebat facere diem diuinare: & ideo dic quòd ibi apponitur tempus grauato ibi honorato. rationem huius vide per Barto.in.l.si cui legetur.ẽ.de lega.j.

Posthumis.] CASVS. Titius habens patrem & matrem & vxorem prægnantem,instituit sibi hæredes posthumos quos sperabat nasci ex dicta sua vxore, & etiam dictũ patrem suum & matrem. Item præcepit manumitti à patre & à matre quosdã suos seruos impuberes, & eis seruis legauit cibaria & vestiaria annua,& etiã peculia eorum.Item legauit cuilibet eorũdem seruorum.x.aureos pone. Item & aliis libertis suis legata reliquit,& aliis quibusdam extraneis plura legauit. & postea ita dixit, si dicti posthumi à me

BIU Cujas

tutis libertis impuberibus relicta exceptis annuis duplicauit, scilicet pro.x. præcipiens.xx. dari. perfectoque sic testamento nata est ei filia cuius gratia factis codicillis testaméto relictorum partem tertiam filiæ reddi iussit. aliis etiam codicillis eisdem legauit: patrisque effecta filia hæres adhuc impubes decedés substitutos habuit hæredes. quærebatur ergo, an in hoc fideicómisso relictorum filiæ alimentorum: & aliis in codicillis relictorũ, forsitan qui testamento fuerant confirmati, item in tabulis pupillaribus relictorũ pars tertia cõtineatur. quod remouet. de cæteris autẽ relictis partem tertiam filiæ debitam fuisse, ac per hoc ad hæredes ei substitutos ptinere certũ erat.

a *Substitutione.* pupillari, quæ potest fieri posthumis: vt.ſ. de vulga. substi. l. ij. §. j.

b *Actores.* id est, catstaldiones seruos. *Flo. nũmo

c *Manumisit.* id est, manumitti iussit à patre & matre: vt patet. j. l. si cui.

d *Legauit.* scilicet directo. Accursius.

e *Annua.* & sic alimenta: vt. ſ. de annu. leg. l. si cui.

f *Cui.* id est, alicui. Ac.

g *Dari volui.* scilicet fideicó. q.d. quibus aliquid reliqui, peto &c.

h *Petinæ.* propriũ nomen filiæ est.

i *Impuberibus.* in hoc non est vis. nam idẽ si puberes. sed sic de facto erat.

k *Eo amplius.* p quod videtur repetere & primum: vt. ſ. de leg. iij. l. si tibi.

l *Tãtum quantum.* accipe dari volo quantũ in singulis legatis primo dederat in numerato. aliàs enim est, in numerato: aliàs, in numero. sic ergo pro. x. in primis tabulis, reliquit *Flo. præter

tutis, & patre & matre, & substitutione[a] facta, actores[b] manumisit, [c] & peculia eis legauit, [d] & annua[e] & certis libertis suis legata, & aliis exteris plura: deinde post testamentum factum nata filia, codicillis ita cauit: *Si quid [in] testaméto quod ante hoc tempus feci, legaui, cui[f] dari volui,[g] peto ab his vti tertiam partem Petinæ[h] filiæ meæ reddant.* secundis autẽ tabulis facta pupillari substitutione, impuberibus[i] libertis quibus à parentibus libertates dedit, eo amplius[k] alterum tantum quantum[l] [singulis] in numerato * præter cibaria & vestiaria dari voluit. Quæsitum est, cùm superuixisset filia testamento aperto[m] & codicillis,[n] postea autẽ decessisset, & fideicómissum datum eidem de restituẽda[o] parte tertia ad hæredes suos transmisisset, [p] an etiam cibariorũ & vestiariorum tertiæ partes ei per fideicommissum datæ esse videantur? Respondit, non videri. [q] Idem quæsiit, an eorũ quæ codicillis per fideicommissum relicta sunt, tertiæ partes ad filiam pertinere debeãt? Respõdit, non deberi. [r] Idem quæsiit, an alterum tantum[s] à substitutione[t] legatum deducta[u] tertia parte quãtitatis legatorum testamento datorum computari debeat: vt duæ partes[x] quantitatis debeantur[y] propter * codicillos quibus tertiam partẽ codicillis legatorũ ad filiam suam pertinere voluit? Respõdit, integrum ex tabulis substitutionis deberi.[z]

Non impleto onere de morando in certo loco, libertus relicto priuatur. Bartolus.

A Cibaria & vestiaria per fideicõmissum dederat, [a] & ita adiecerat: *Quos libertos meos, vbi corpus meum positum fuerit, ibi eos morari iubeo, vt per absentiam filiarum[b] mearũ ad sarcofagum † meum memoriã meã quot annis celebrent.*[c] B quæsitũ est, vni ex libertis qui à die mortis neque ad hæredes accesserit, [d] neq; ad sepulchrũ morari voluerit, an alimenta præstanda sint? Respondit, non præstanda.

Absens propter negotia testatoris, vt præsens debet alimẽta percipere. Bartolus.

XIX. IDEM libro vicesimosecundo Digestorum.

TEstaméto ita cautum fuit, *Libertis meis cibaria, quæque alia præstabam, ab hæredibus meis præstari volo.* vnus ex libertis ex voluntate patroni negotij sui gratia[e] quadriennio ante diem C mortis abfuit. ex hac causa cibaria quæ ante acceperat, mortis tempore non accepit. cui tamen liberto eodem testamento patronus, sicut & aliis quos viuus manumiserat, legatum quinque dederat. quæsitũ est, an isti quoque cibaria & reliqua quæ cæteris libertis legata sunt, debeantur? Respondi, cur non?[f]

Dispositio generalis non refertur ad ea de quibus circa eandem causam specialiter est prouisum: & legatorum præstatione grauari potest legatarius singularis. Bar.

Cibaria.]CASVS. Titius instituit filiis suis reliquit per fideicommissum libertis suis cibaria & vestiaria. & postea ita dixit in testaméto suo, libertos meos iubeo morari ibi vbi corpus meum repositum fuerit, vt per absentiam filiorum meorũ celebrẽt quotannis, id est, singulis annis memoriam meã ad sarcofagũ, id est, sepulchrum meum, pu- ta aliquas exequias. & postea decessit dictus Titi⁹. postea vn⁹ ex dictis libertis noluit morari ad sepulchrũ cũ aliis libertis, neque ad hæredes accessit causa excusãdi se super hoc. nunquid sunt ei præstanda alimenta? & respon. quòd non, sed aliis libertis sic. Viuia.

a *Dederat.* i. reliquerat libertis, vt subiicit.

b *Filiarum.* quia forte nupserant alibi.

c *Celebrẽt.* aliquas sci licet exequias. & dic sarcofagũ, id est sepul chrũ. & facit infra, de condi. & demon. l. Ti tio. §. ij. & C. de le. l. & de condi. inser. l. & ij. & supra, de annu lega. l. eum. &. ſ. cod. l. Gaio. §. imperator. & supra, de leg. iij. l. qui concubinam. §. vxori.

d *Accesserit.* ad excusandum se forte.

Testamento.]CASVS. Titius habebat libertos quibus præstabat cibaria & vestiaria. ipse Titius misit vnũ de dictis libertis pro quodã suo negotio Romam forte: & stetit ibi libertus per quadriẽnium. & propter dictam absentiam cibaria quæ ante acceperat cũ aliis libertis, à patrono suo non accipiebat. dictus autem patron⁹ interim venit ad morte, & fecit testamentũ, & ita in eo cauit, libertis meis cibaria quæq; alia præstabã, ab hæredibus meis præstari volo. Item legauit dicto liberto absenti quinque, & etiã aliis libertis quos viuus manumiserat, legauit cuilibet quinque, & postea decessit dictus patronus. nunc quæritur, an debeatur isti liberto absenti cibaria & reliqua quæ cæteris libertis legata sũt? Et respõ. q sic. Vi

e *Sui gratia.* vel patroni liberti.

f *Cur non.* q.d. debentur. sic. j. de verb. obli. l. j. §. si quis ita. & facit. ſ. eo. l. à filio. §. fi. & de fund. instru. prædia. §. j.

Stichus.]CASVS. Titius habebat vnum seruum nomine Stichum, qui erat nepos Bailæ Titij ipsius. & ipse Stichus habebat contubernalem, & liberos ex ea. cui contubernali & liberis Stichi dictus Titius præstabat alimenta. Ité habebat plures libertos quibus alimenta præstabat. fecit dictus Titius testamẽtum, & in eo ita cauit: Stichus nutricis meæ nepos liber esto. cui Sticho volo dari omni anno. x. aureos pro alimentis. qui testator prædictus postea designauit nomina, id est, debitores suos ex quib⁹ debebat fieri solutio Sticho de dictis. x. aureis. & postea eidẽ Sticho legauit contubernalem eius & liberos. Item legauit dictæ contubernali & liberis Stichi ea quæ viuus eis præstabat. & postea in alio capite testaméti iussit dari libertis suis ea quæ viuus præstabat eis. & postea decessit dictus Titius. nunc quæritur, an dictus Stichus possit etiã aliméta percipere cũ aliis collibertis, & sum legatũ. x. aureorum? & respon. quòd non. immo. x. tantũ. Sed pone quòd

a *Substitutione.* id est à substitutis.

b *Deducta.* hãc enĩ cõstat deduci, & filię dari. & sic de primis decẽ.

c *Dua partes.* ſ. istius alterius quãtitatis, scilicet secũdorũ decẽ.

d *Debeantur.* scilicet libertis, tertia filiæ reseruata. & sub. quod videtur propter codicillos &c.

e *Deberi.* scilicet libertis: & sic nihil videtur filiæ de secundis decem dari. sunt ergo tres quæstiones. Prima, circa relicta in primis tabulis. Secunda, circa relicta in codicillis. Tertia, circa relicta in secundis tabulis. Accursius.

BIU Cujas

quòd dictus testator reliquit duo pone prędia reipub.& ita post- ea dixit, volo quòd respubli. præstet prædicta alimenta ex dictis prædiis libertis meis vtriusq; sexus.núquid respu.tenetur dare.x. aureos annuos prędictos,& cótubernali & libertis Stichi ea quę viuus testator eis præstabat, subaudi & aliis libertis ea quæ testator solebat eis præstare? an vero tenetur ad prædicta hæres Titij testatoris? Et respō.q respub. tenetur. [*TITIA VSVMFRVCTVM.*] Titia instituit sibi hæredem Seium, & legauit Mæuio vsumfructum fundi sui Titiani,& fidei eiusdē Mæuij cōmisit,vt ex reditu prædicti fundi præstaret Pāphilo & Stricho annuos centum nummos donec viueret dictus Mæuius fructuarius.& postea decesit dicta Titia.& postea decessit dictus Mæuius fructuarius,nūc quęritur, an dictus Seius hæres testatricis debeat aliméta dictæ Pamphilæ & Sticho vel hæres Mæuij fructuarij? Et respon.quòd hæres testatricis non tenetur præstare,nec etiam hæres fructuarij, nisi dicta Pāphila & Stichus probent testatricé voluisse præstari alimenta eis ab hærede fructuarij, etiam finito vsufructu.nam tunc bene tenetur præstare hæres fructuarij, si modo ad præstanda dicta alimenta sufficiat id qđ ex vsufructu receptum est per dictum fructuarium.& aliàs nó. [*MATER FILIO.*] Titia instituit sibi hæredē filiū suum Seium, & rogauit eum per fideicom.vt daret libertatem Pamphilo:& eidem Pāphilo legauit quinos aureos nomine cibariorum,& quinquagenos aureos quolibet anno nomine vestiarij sub ista conditione, si moraretur idem Pamphilus cum dicto filio testatricis.& postea decessit dicta Titia. & postea dictus Pāphilus bene stetit cum filio testatricis donec ipse filius vixit.nunquid post mortem filij debet consequi alimenta? Et dicitur quòd sic.Viuianus.

a *Dari volo.*pro alimentis.Rogerius.

b *Nominibus.* designauit enim certa nomina ex quibus fieri debebat solutio.Accursius.

c *Præstabat.*sub.legauit.

d *Non posse.*quoniam illi decem aurei annui Stichi videntur alimentis destinati: vt &.ſ.eodem.l.libertis. in principio.& sic nó est contra supra, de an.lega.l. qui Marco. & facit supra, de lega. iij.l.hæres meus.§.j.& de fun.instru.l. quæsitum.§.finali.&.l.cum de lanionis.§.cui.&.l.prædia.§.ij.

e *Benigna.*cum aliàs à legatario legari non poterit iure isto: vt inſitu.de singu.reb.per fideicommiſſ.reli.§.j.Accursius.

f *Titia.*testatrix.

g *Hæres.*Titiæ.

h *Ab hærede Titiæ.*immo videtur teneri:vt.ſ.de vsufru.lega.l. si ab eo.quæ est contra.Solu.hic adiungitur quod est.j.in fi. si modo &c.vel dic vt no.ſ.de an.leg.l.Titia. in princip. & facit.ſ. de an.lega.l.Seio.in prin.&.l.annua.in prin.& de le.iij.l.qui concubinam.§.vxori.&.C.de condi.inser.l.ij.Accursius.

i *Sufficeret.*facit.ſ.de lega.ij.l.imperator.

k *Post mortem.*nisi gratia filij fuisset aliud dictum:vt.j.de cōdit. & demon.l.illis.in princi.& facit.ſ.de leg.iij.l. qui concubinā.§. vxori.&.j.de condit.& demon.l. si quis ita. &.ſ.eod.l. Gaio.§.j. &.C.de leg.l.j.& de condit.inser.l.iij.& de an.lega.l.Mæuia.in prin.&.l.annua.in prin.&.l.Seio.in prin.Accursius.

Diariis.] *CASVS.* Titius legauit mihi daria siue cibaria. certè cibus tantum mihi debetur, quia hoc sensisse videtur testator.diarium enim dicitur quod alicui relinquitur pro cibo singulis diebus, non autem continetur habitatio neque vestiarium, neque calcearium.Vi.

l *Diariis.*aliàs, diariis: *Diarium* & est bona litera. & dicitur diarium quod alicui singulis diebus p cibo relinquitur, vt puta nūmus. ad quod est *Flosteſta* supra, de transact.l. cū tor hi.§.si cui.aliàs est, vestiariis: sed male: quia infra dicit vestiariū nō deberi.aliàs est, viariis: sed nec hoc placet: qa infra dicit calcearium non deberi. aliàs est, viuariis, id est quæ sūt necessaria ad vitā. sed non placet: quia tunc continerentur ea quæ sequuntur:vt infra,eodem.l. finali. Item illa dictio aliud significat: vt supra,de vsufru.l.vsufructuarium. §.j. facit supra,de transactio l.cū hi.§. qui transigit. & supra familiæ erciscundæ.l.ex parte.§. primo. & supra, eodem.l. legatis.

Cum alimenta.] *CASVS.* Seius reliquit aliméta Titio nō adiecta quantitate nec re ex qua præstētur: & etiam quibusdam aliis eiusdem honestatis & ordinis vt erat Titius. & postea decesit idē Seius. nunc quæritur, qualiter & iuxta quem modum sint alimenta præstanda. & certe in primis inspiciendū est quæ alimenta Seius defunctus solitus erat præstare ei Titio legatario:& secundum illum modum & nunc sunt ei præstanda.si autem hoc non appareret, inspiciendum est quod cæteris eiusdem ordinis reliquerit: & secundum illum modum & núc sunt Titio prædicto præstanda.si autem neutrum prædictorum duorum appareat,tunc modus alimentorū debebit statui ex facultatibus Seij defuncti, & ex charitate siue dilectione eius Titij cui fideicommissum alimentorum fuit datum. [*QVI FRATRIS.*] Seius fecit testamentum,& instituit sibi hæredem Titium fratrē suum: & rogauit eum vt daret alimenta libertis suis testatoris:& postea decesit dictus Seius testator, & postea idē Titius hæres Seij fecit testamentum, & in eo reliquit dictis libertis duas suas vineas, & adiecit hæc verba,vt habeant vnde se pascant.& postea dictus Titius hæres Seij fratris sui decesit:& habuit duos hęredes,puta Gaium & Sempronium.nunc veniunt liberti,& petunt ab hæredibus dicti Titij dictas vineas.dicunt hæredes Titij, non volumus vobis dare vineas nisi liberetis nos ab obligatione testaméti prioris quod fecit Seius:in quo,vt dictum est, instituit sibi hæredem Titium fratrem suum,& ab eo reliquit vobis aliméta. nū ex illo testamento adhuc sumus obligati nos hæredes Titij ad præstanda vobis alimenta sicut erat ipse Titius.Titius enim reliquit vobis vineas loco alimentorū.quæritur,nunquid liberti teneantur liberare eos hæredes Titij?& dicitur quòd sic:immo dico tibi plus,quòd si dicti hæredes Titij dederunt dictas vineas libertis,& liberti non liberauerunt eos à dicta obligatione alimentorum, & postea agāt dicti liberti ad aliméta ex testamento priore, scilicet Seij: poterūt hæredes Titij opponere eis exceptionē doli,& per eam erunt tuti.& hoc est verum quod habēt doli exceptionem si non minus valent vineæ, quàm æstimatio alimentorū. dicta autem adiectio quam fecit Titius in legato vinearum, illa, scilicet vt habeant vnde se pascāt liberti:magis pertinet ad dictā

XX. IDEM libro tertio Responsorum.

Stichus nutricis meæ nepos liber esto:cui decem aureos annuos dari volo.[a] qui deinde interpositis nominibus[b] eidem Sticho cōtubernalem † eius & liberos legauit:hisque quæ viuus prestabat.[c] deinde alio capite libertis omnibus quæ viuus prestabat, dari iussit. Quæro, an Stichus præter suum legatum & alimēta percipere possit? Respondit, secūdum ea quæ proponerentur, non posse.[d] Item cum alimenta libertis vtriusque sexus reliquerit à republica,& ex prędiis quæ ei legauit, dari voluerit:quæro, Stichi contubernali & liberis, vtrùm ab hærede instituto, an à republica diaria & vestiaria quæ viuus dabat,præstari debeant? Respondit,posse benigna[e] voluntatis interpretatione dici his quoq; à republica præstanda.

Cum finitur legatum, tunc finitur onus legato adiectum:nisi aliud de voluntate testatoris appareat.Bartolus.

† Titia[f] vsumfructū † fundi legauit Mæuio,eiusque fidei cōmisit,vt ex reditu fundi prestaret Pāphilæ & Sticho annuos cētenos nummos quoad viuerent. Quæro, an mortuo Mæuio hæres[g] alimenta debeat? Respondit, nihil proponi cur debeāt præstari ab hærede Titię,[h] sed nec ab hærede legatarij: nisi id testatrix * manifestè probetur voluisse, etiam finito vsufructu præstari: si modo id quod ex vsufructu receptū esset,ei rei præstandæ sufficeret.[i]

Legatum alimentorum non perit conditione facta per casum cōtingētē in persōā eius in quem specialiter est collata.Bar.

† Mater filio hærede instituto, per fideicōmissum libertatem Pamphilo seruo[suo]dedit,eidem cibariorum nomine legauit quinos aureos, & vestiarij [nomine] in singulos annos quinquagenos,si cum filio eius moraretur. Quæro,filio [eius] defuncto,an alimenta deberētur? Respondit, si conditioni paruisset,deberi etiā post mortem.[k]

XXI. VLPIANVS libro secundo Fideicommissorum.

Diariis[l] vel cibariis relictis, neq; habitationem,neque vestiarium, neque calcearium deberi palam est: quoniam de cibo tantum testator sensit.

Si alimenta principaliter relinquuntur, debentur arbitrio boni viri inspectis cōditionibus hic insertis.Bartolus.

XXII. ABVRNIVS VALENS libro primo Fideicommissorum.

legandi proprietatem vinearum, quàm ad vsumfructum constituendum in dictis vineis. Viuianus.

a *Quantitate.* vel saltem re ex qua sunt. præstanda: vt. ſ. eod. l. cum vnus. in prin. &. §. fi. & facit. ſ. de annu. lega. l. ſi cui. & de leg. ij. l. antepe. in prin. & de le. j. l. ſi ſeruus plurium. §. fi. & de le. iij. l. nummis. & infra, titu. ij. l. Aurelius. §. ſi Titius. & ſupra, de teſta. hæredes. §. j. & . C. de leg. cum alienam. Sed argu. contra. ſ. de triti. vino & oleo lega. l. cũ certum.

b *Deinde.* ſi non apparet primum. Accur.

c *Qui fratris.* vt putà Titij. Accurſius.

d *Debebat.* ex teſtamento Titij qui fratrem habuit hæredem.

e *Teſtamenti.* prioris ſcilicet Titij quo fuerant alimenta relicta.

f *Non minus.* facit. ſ. eo. l. Stichus. §. j. in fi.

g *Cauſam prælegandi.* facit. ſ. de tranſact. l. cũ hi. §. ſi vni. & quæ ibi not. &. C. de iure dot. l. ij. & infra, titu. j. l. ſpecies. &. ſ. de vſufru. earum rerũ quæ vſu cõſu. l. fi. &. C. de iis quæ ſub modo. l. ij. &. ſ. de an. lega. l. in annos. & ſ. de vſufru. & hab. l. ſi habitatio. §. ſed ſi ſic. Accurſius.

RO*gatus.*]*CASVS.* Titi[9] inſtituit teSeium hæredem, & rogauit te vt Gaium educes. quæritur, quid in legato contineatur? & quidam dixerunt contineri ea tantũ quæ ad victũ ſunt neceſſaria. Paulus autẽ dixit quòd etiam veſtiarium & habitatio continetur, ſicut & quando legata ſunt alimenta. Viuia.

h *Ad victum.* ſcilicet tantum. aliàs nil Paulus corrigeret.

i *Cur.* ſi ita ſtricte accipis verbum, educes.

k *Contineri.* vt. ſ. eo. l. legatis. Sed cõtra. ſ. de tranſact. l. cum hi. §. qui tranſigit. Solu. ibi.

l *Ambo.* ſcilicet legatũ alimentorum, & legatum vt eum educes. idẽ ſi victũ: vt. j. de verbo. ſigni. l. verbo victus. &. l. ſeq. &. l. quos nos. §. j. vt non ſolum cibus, ſed etiã veſtiariũ & habitatio debeatur. aliud eſt e contra verbo cibi vel diarij: vt. ſ. eo. l. & diariis.

DE AVRO [ET] ARGENTO, &c.

S*I alij.*]*CASVS.* Gaius fecit teſtamentum, & Titio legauit veſtimenta ſua in genere, & Seio legauit veſtes ſuas muliebres in ſpecie, & deceſsit dictus Gaius. certè primo debent detrahi veſtes muliebres, & debent aſsignari dicto Seio reliqua autem veſtimẽta debent dari Titio. nam generi per ſpeciẽ detrahitur, vt hoc caſu & in omnibus ſeq. caſibus qui ſunt tres. Primus eſt, quando legauit Titio omne argentum ſuum, & Seio legauit mundum muliebrem, in quo mundo erant aliqua de argẽto parata ad hoc vt mulier mundior fieret. nã debet detrahi argentum quod eſt in mundo de alio argento, & debet dari prędicto Seio: & totum aliud argentum debet dari Titio. Secundus eſt, quãdo legauit Titio omne ſuum marmor, & eidem duas ſtatuas marmoreas. nam ſi ſint in hæreditate. iij. ſtatuæ marmoreæ, nõ habebit Titius niſi duas. & omne aliud marmor. Tertius eſt, quãdo legauit tibi ſeruos vrbanos in genere, & mihi ſeruũ diſpẽ

CVm alimenta per fideicõmiſſum relicta ſunt nõ adiecta quantitate, [a] ante omnia inſpiciendũ eſt quæ defunctus ſolitus fuerat ei præſtare. deinde [b] quid cæteris eiuſdem ordinis reliquerit. ſi neutrum apparuerit, tum ex facultatibus defuncti, & charitate eius cui fideicommiſſum datum erit, modus ſtatui debebit.

Cui relictum eſt animo compenſandi, nõ poteſt petere legatum niſi hæredem liberet: quo omiſſo, doli exceptione repellitur. Bar.

Qui fratris [c] ſui libertis alimenta debebat, [d] is teſtamento vineas cum hac adiectione reliquerat. *Vt habeãt vnde ſe paſcãt.* Si pro alimẽtis vineas reliquiſſet, non aliter eis ex fideicommiſſi cauſa eas prętari debere, quàm ſi teſtamenti [e] obligatione hæredes liberaſſent. aut ſi id omiſſum fuiſſet, & poſtea ex teſtamento agerent, doli mali exceptione tutum hęredem futurum: ſcilicet ſi nõ minus [f] valent vineę, quàm alimentorum æſtimatio. illam autẽ adiectionem, *Vt habeant vnde ſe paſcant.* magis ad cauſam prælegãdi, [g] quàm ad vſumfructum conſtituendum pertinere.

Idem eſt alimenta relinquere, & grauare hæredem aliquem educare. Bartolus.

XXIII. PAVLVS libro quarto ad Neratium.

ROgatus es. vt quendã educes. ad victum [h] neceſſaria ei præſtare cogẽdus es. Paulus: Cur [i] plenius eſt [ergo] alimentorum legatum, vbi dictum eſt & veſtiarium & habitationem contineri? [k] Immo ambo [l] exæquanda ſunt.

DE AVRO, [ET] ARgento, mundo, ornamentis, vnguentis, veſte vel veſtimentis, & ſtatuis legatis.†

TITVLVS II.

Legato generis generaliſſimi derogatur per legatum generis ſubalterni vel ſpeciei, & genus reſtringitur, vt non cõtineat ſpeciem de qua ſunt aliqua individua nominata. Bartolus.

I. POMPONIVS libro ſexto ad Sabinum.

SI alij veſtimenta, [m] alij veſtis muliebris [n] ſeparatim legata ſit: detractis muliebribus, [o] & ei adſignatis cui ſpecialiter legata ſunt, reliquum [p] alteri debetur. Idẽ eſt [q] cum alteri mũdus muliebris, [r] alteri argẽtum omne legatum eſt de argento quod in mundo eſſet. Itẽ ſi duæ ſtatuæ marmoreæ tibi, & deinde omne marmor [s] legatum eſſet: prętер duas nulla ſtatua marmorea legata eſt tibi. Idem [in] vrbanis ſeruis tibi legatis, ſi mihi diſpenſator legatus ſit. [t]

Qui debet pondus argenti in genere, liberatur dando æſtimationem: ſecus ſi debeatur certa ſpecies. Bartolus.

Cui certum pondus [u] argenti dare hæres iuſſus ſit, ei pecuniã numeratam [x] dando, iure ipſo* liberatur, ſi in ea pecunia eadẽ æſtimatio fuerit. quod ita verũ eſt, ſi nõ certum genus [y] argenti legatum ſit.

Verba futuri temporis reſtringuntur ad tempus mortis, vt vltra non extendantur. & oratio reſpectiua deficit deficiente perſona vel qualitate eius cuius reſpectu profertur. Bartolus.

ſatorem, qui erat inter vrbanos. nam ego habeo diſpẽſatorem, & tu omnes alios. [*CVI CERTVM.*] Legaui tibi. x. marcas argenti. certe hæres meus liberatur ipſo iure ſi det tibi tantã pecuniã quæ ſit eius æſtimationis cuius ſunt dictæ. x. marcæ. ſecus autem ſi legaſſem tibi certam ſpeciẽ argẽti, puta vnum certum ſcyphum. nam tunc nõ liberatur hæres ſoluẽdo pecuniam. nam in ſpecibus non eſt locus ſubſtitutioni. Viuianus.

m *Veſtimenta.* & ſic genus. Accurſius.

n *Muliebris.* & ſic ſpecies.

o *Muliebrib⁹.* in ſpecie.

p *Reliquum.* ſcilicet ſolum: quia generi per ſpeciem derogatur.

q *Idem eſt.* ſcilicet de argento quod in mundo eſſet, quod eſt. j. eodẽ. l. iij. §. cũ alteri &c. hoc eſt vt debeat detrahi argentum mundi, & dari cum mundo, & totum aliud argentum alteri.

r *Muliebris.* in quo quædam argentea ſpecies continebatur.

ſ *Omne marmor.* ſcilicet legatum ſit tibi ſimiliter: vt. ſ. de lega. iij. l. hæres meus. §. fina.

t *Legatus ſit.* vt ſemper ſpecies generi deroget: vt ſupra, de lega. iij. l. ſeruis vrbanis. §. fin. & ſ. de pecu. lega. l. ſeruo manumiſſo. &. l. vj. §. ſi ſeruus. & . j. de regu. iur. l. in toto. &. ſupra, fin. regũ. l. de modo. & ſupra, de manu. teſta. l. ſi peculium. in princip. & de leg. iij. l. vxorem. §. fideliciſsimo. & . l. quæſitũ. §. j. & ſupra, de triti. vino & oleo leg. l. ij. in princi. &. C. de app. l. præcipimus. in fin. & ſupra, de leg. iij. l. eatmen. & infra, eod. l. pediculis. §. item cum in aures. Accurſius.

u *Pondus.* ergo quantitaté in qua locus eſt viciſsitudini ſolutionis: & ſupra, ſi certum petatur. l. ij. §. j. Accurſius.

x *Numeratam.* ſic. j. eo. l. cum certum. &. l. cum aurum. §. proinde. &. C. de dona. l. ſi quis argentum. Sed contra. j. de ſolu. l. Paulus reſpon. creditorem. &. C. de ſol. eum à quo. Solu. dic non cõtaminatam: aliàs ſecus: vt in contrariis. Vel hic fauore vltimæ voluntatis vt non pereat, ſi aliàs argentum habere non poteſt: vt not. d. l. ſi quis argentum. & facit. ſ. ſi cer. pet. l. ij. §. mutui. ibi, aliud pro alio. & quod ibi not. & ſupra, de leg. j. l. non amplius. §. fi. & infra, de ſolu. l. qui res. §. mihi Romæ. in fin. & de verbo. oblig. quæ extrinſecus. & ſupra, de vſufruct. leg. l. generali. §. penul. & fin. &. l. fundi.

y *Genus.* id eſt ſpecies: vt ſcyphus certus. in ſpeciebus enim non eſt locus functioni. id eſt, vt alia res vice alterius fungatur: vt ſupra, ſi certum petatur. l. ij. §. mutui. Accurſius.

Qui tibi.]*CASVS.* Titius mãdauit tibi vt emeres ornamẽta in vſum vxoris ſuæ. poſtea fecit teſtamentum idẽ Titius, & legauit eidem vxori ſuæ ea quæ eius cauſa parata ſunt, ſicut aſſolet fieri per viros: & poſtea deceſsit idẽ Titius qui mãdauerat tibi. tu autem ignorans eum deceſsiſſe emiſti ornamenta. nunquid debentur vxori eadem ornamẽta? Et dicitur quòd non: quoniam verba teſtatoris quæ poſuit in legato, illa ſcilicet quæ

eius

Si quis reum.] CASVS. Ego reus dederam fideiuss. meo creditori, & ipse meus creditor legauit mihi liberationé. Certe hæres creditoris debet me liberare per acceptilationem: vt sic liberatio perueniat ad fideiussorem meum. alioquin si hæres creditoris cœperit conuenire fideiussorem meum, alia ratione videor ego conueniri. id est, quantum ad effectum bursæ meæ vacuandum. nam fideiussor recuperabit à me quicquid soluit heredi creditoris mei. In duobus tamen casibus ego reus non sum liberandus nisi pacto personali: vt sic non perueniat liberatio ad fideiussorem meum. Vnus casus est, quando fideiusit pro me causa donationis, & sic non habet regressum contra me. Alius casus est, quando pecunia mutua peruenit ad fideiussorem, & ipse me dedit reum vice sua, ipseque fideiussor quo etiam casu non habet regressum contra me. qui quidem duo casus sunt contra communem regulam. Nam regulariter pacti exceptio reo competens datur fideiussori. Sed nequaquam hoc dicamus, scilicet liberationem reo legatam prodesse fideiussori, quòd contraria sit mens legantis in hoc, & etiam quando sit cõtraria mens paciscentis: sicut videtur fuisse in dictis duobus casibus. Sed quid si dictus meus creditor legauit liberationem dicto meo fideiussori? Certe pacto personali erit liberãdus fideiussor: vt sic liberatio ad me non perueniat nisi in duobus casibus. Vnus est, si ipse fideiussor fuit vere reus, id est, veritate inspecta: licet nomine sit fideiussor, & sic punitur tanquam fideiussor. Alius casus est, si ego reus eram socius in eam rem: vt quia ego & ipse accepimus mutuum in societatem aliquam. his enim duobus casibus debet fideiussor per acceptilationé liberari: vt sic ad me perueniat liberatio. h.d. vsque ad.§.idem Iulianus. Viuianus.

h *Ibidem.* scilicet vbi scripsit de duobus reis: vt.s.l.iij.§.nunc de effectu. ibi, sed & si cum ab alio &c. Acc.

i *Cœperit.* s. hæres.

k *Conuenitur.* quod esse non debet: vt.s.cod. l.iij.§.nunc de effectu. ibi, alioquin &c.

l *Pecunia.* scilicet mutua. quod quandoque fit: vt.s.ad Mac.l.sed Iulianus.in princ.

m *Pacto.* personali, & sic personę cohæres exceptio nõ proficit aliis: vt infra, de excep. l.exceptionis.in princ. Sed argu. contra.s.ad Vell. l.si mulier.§.si ab eo.& facit ad prædicta.s.ad Maced.l.sed & si pater. §.non solú. & de pact. l.quod dictum.&.l.sed si fideiussor.& infra, de fideiuss.l.Marcellus. & l.si testamento.in prin.

n *Dicere.* scilicet regulariter. idé in quolibet rei cohærẽte. quod hic dicit pacti: vt.j.de excep.l.omnes. sic ergo inutile est huius.l.consilium.s.de pacto.

o *Sed cum alia mens sit.* cõstrue. Sed nequaquam hoc dicendú est, scilicet liberatione legata reo quòd prosit fideiussori, vel pactú factum reo quòd proficiat fideiussori: cum. quãdo alia est mens legantis vel paciscentis. quod in duobus præmissis casibus presumitur. sic ergo nõ sit differentia inter legatem & paciscentem: sed inter istos ex vna parte, &

p *Sed & hic.* id est, hoc casu legatur liberatio fideiussori.

q *Reus ipse.* si fideiussor vere fuit reus. i. veritate inspecta, licet nomine sit fideiussor, vt pro suo defensore iudicatum soluit: vt.s. qui satisda. cogan. l.de die.§.qui mulierem. vel ipse mutuum accepturus fecit accipere, & ipse fideiusit: vt.s.ad Maced.sed Iulianus.in princ.&.s.de pac.l.sed si fideiussor. Accursius.

r *Socius reus.* vt si duo accipiant mutuũ in societate aliqua. nam quilibet videtur hoc casu fideiubere pro alio etiam secundú Io. vt not.s.ad Vell. l.vir vxori.in fin. est ergo fideiussor vnus pro alio. Item conrei. item socij. & legata liberatione vni debet acceptilatione liberari: vt.s.l.iij.§.sed quid si socij. & vno sic liberato liberatur & alter: vt.j.de duob.re.l.iij.§.j. sed si creditor succedat vni eorum, pro parte tantum tollitur obligatio: vt infra, de fideiuss. Vranius.§.fi. quod est notandum.

Idem Iulianus.] CASVS. Titius filius Seij debebat mihi. ego feci testamentum, & instituto mihi hærede legaui liberationem dicto patri: & decessi. Certe hæres meus debet liberare dictum Seium & patrem per pactum personale: vt sic filius suus non liberetur. Sed quid si nihil erat in peculio dicti filij cedente die legati liberationis patri à me creditore relictum? nunquid erit verum quod dictum est, id est, quòd pater liberetur per pactum? Et videtur quòd non: quia nihil videtur patri prodesse pactum: cum & si pactum ei non fieret, tamen non teneretur ex eo q̃ nihil erat vel est in peculio filij. Respõdetur tamen hic q̃ nihil refert quantum ad hoc vt patri debeat fieri pactum, & ei prodesse fuerit aliquid in peculio die legati cedente necne. pater enim cõsequitur securitatem

BIU Cujas

securitatem per hoc legatum liberationis sibi relictæ de eo quòd postea crescit peculiũ. Nam quid sit de peculio, spectatur tẽpore rei iudicandæ etiam, nedum præcedenti tẽpore. Huic autem patri cui ego creditor filij legaui liberationẽ, similis est maritus quondam cui vxor sua quondam post diuortiũ bona gratia factum legauit liberationem dotis. nam & hunc maritum quondam legatarium esse dixit Iulianus iurisconsultus, licet nõ sit soluendo die legati cedẽte. i. tempore mortis vxoris suæ testatricis. & quantum ad hoc est legatarius dict⁹ marius: vt si postea efficiatur soluendo, prosit ei legatũ liberationis. Item & vtrũque scilicet patrem & maritum prædictos ait dict⁹ Iulianus non posse repetere, si soluerit hæredi mei creditoris: quia legaui liberationẽ. & verum dixit quantum ad maritum, quia maritus soluit à se debitum, licet soluendo non esset tempore solutionis. sed quantum ad patrẽ male dixit. nam pater bene potest solutum prędictum repetere. nondum enim erat debitor cum soluit. soluit autẽ cum nihil erat in peculio, vt dictum est. pater enim nihil debet nisi quatenus est in peculio filij. immo & si vellemus dicere, & male, patrem esse debitorem cum nihil est in peculio filij: attamen esset loco debitoris conditionalis. inest enim conditio si peculium filij crescat vsque ad tempus rei iudicandæ (vt dictum est) quem debitorem conditionalem non ambigitur posse repetere quod soluit. Sed retento eodem casu pone quòd ego creditor damnaui hęredem meum quòd liberaret filium Seij meum debitorem: nunquid erit filius per acceptilationem liberandus vt sic etiam prosit patri? an vero personali pacto erit liberandus? Et respon. quòd est liberandus per acceptilationem: nisi ego creditor idémque testator sensi contrarium, id est, ne filius inquietetur: nisi etiam pater non inquietetur, immo quòd bene inquietetur pater. tunc enim acceptilatione eum filium non liberandum dixit Iulianus, sed pacto solummodo personali. Item pone quòd dictus Seius pater Titij prædicti fideiusserit pro filio suo apud me creditorem: & ita tenetur pro peculio pro obligatione filij, & insolidum pro fideiussione sua, & ego creditor legaui liberationem eidem patri. Certe hæres meus debebit liberare eum pacto quasi fideiussorem insolidum obligatum, & non quasi patrem de peculio obligatum. & sic idem pater poterit conueniri de peculio ab hęrede meo, non autem insolidum tanquam fideiussor. & hoc ita demum putat prædictus Iulianus iurisconsultus si dumtaxat quasi fideiuss. insolidum obligatum, & non quasi patrem de peculio obligatum volui ego testator eum patrem liberari. cæterum si volui eum liberari etiam quasi patrem, nedum quasi fideiuss. erit liberandus etiam de peculio, nedum ex causa fideiusionis: & eo casu siue dictus pater emãcipet filium siue non, eatenus pater habebit actionem ex testamento contra hæredem meum, vt ab eo hærede meo liberetur per pactum quatenus esset præstaturus eidem modo hæredi si ei liberatio legata non esset. præstaturus esset dico ex peculio filij, aut de eo quod in rem suam versum esset. nam illud pertinebit ad patrem nomine legatorum, id est legatarum ei liberationum, vel legatæ liberationis. pertinebit dico, scilicet vt liberetur quod eius interesset scilicet liberari. id est, de quo eius intererit liberari. interest autem eius liberari de eo quod debet creditori ex peculio filij, aut de eo quod in rem suam patris versum est, vt dictum est. Sed nunquid dictus pater cui legaui liberationem tanquam patri & tanquam fideiussori, potest agere contra hæredem meum etiam eo nomine vt filius etiam liberetur, id est vt ipse pater liberetur per acceptilationem, vt sic acceptilatio prolit filio? Et placebat quibusdam extendi actionem ex testamento contra hæredem meum eousque, id est interim, scilicet

Pater cui est liberatio relicta, debet liberari pacto, etiam si nihil est in peculio. sed si filio liberatio relinquitur, acceptilatione liberabitur. Bartolus.

¶ Idem Iulianus eodem libro scripsit, si filiusfamiliàs debitor fuerit, & patri eius fuerit liberatio relicta: patrem pacto[a] liberandum esse, ne etiam filius liberetur[b]. Et parui, inquit, refert[c], si sit aliquid in peculio die legati cedente, nécne. securitatem enim pater per hoc legatum consequitur: maximè, inquit, cum rei iudicandæ tempus circa peculium spectetur[d]. Huic patri similem facit Iulianus maritum[e], cui vxor[f] post diuortium[g] liberationem dotis legauit. nam & hunc, licet die legati cedente soluendo non sit, legatarium[h] esse, & vtrumque ait solutum repetere nõ posse[i]. Sed est verius (quod Marcellus notat) patrem repetere posse[k]: nondum enim erat debitor[l], cum solueret. maritum non posse, quòd debitum soluerit. Patrem enim etsi quis debitorem existimauerit[m], attamen loco esse conditionalis debitoris, quem solutum repetere posse non ambigitur[n]. Sed si damnatus sit hæres filium liberare: non adiicit Iulianus vtrùm acceptilatione filius, an pacto sit liberandus: sed videtur hoc sentire, quasi acceptilatione debeat liberari. quæ res patri quoque proderit. Quod obtinendum est, nisi euidenter approbetur contrarium sensisse testatorem: id est, ne filius inquietetur, non etiam ne pater[o]. tunc enim acceptilatione eum non liberandum, sed pacto[p].

Si liberatio relinquitur ei qui duobus iuribus tenetur, ab vtroque liberandus est in dubio, nisi aliter sit actum. Barto.

vt liberetur per acceptilationem pater. & reddebant talem rationem: quia videtur patris interesse integrum permanere, scilicet ius eius, scilicet patris quod habet in succedendo filio, scilicet si post emancipationem concessisset filio peculium. Labeo autem conditor huius. l. ita dicit: Ego Labeo contra sentio putans ego idem nihil quicquã amplius præstandum patri ex huiusmodi scriptura testamenti, per quam scripturam fuit eidem patri legata liberatio, quàm vt nihil præstetur per eum patrem hæredi ex eo quod præstaturus eidem hæredi fuerat si sibi liberatio non esset relicta. & ita dico dictũ patrem non posse petere vt ipse liberetur per acceptilationẽ, vt sic filius suus liberetur. nec etiam potest petere vt filius directo liberetur. & hoc dicit hic. §. cum. l. seq. Viuianus.

a *Pacto.* vt fideiussor: vt supra, ea. l. §. quòd si fideiussori. cui similis est: vt infra, de verbo. obliga. l. cum alius. in princip.

b *Liberetur.* nam si acceptilatio fieret fideiussori, etiam reus liberaretur: vt infra, de acceptila. l. & per iusiurãdum. §. & fideiussori. & hic innuit. Sed quo modo patri potest accepto ferri, cum prætorio iure teneatur: vt infra, de acceptila. l. an inutilis. §. fi? Respon. deducit in stipulatione Aquiliana: vt instit. quib. mo. tol. ob. §. j.

c *Parui refert.* quo ad hoc: quia vtrobique pater conuentus habet exceptionem pacti. refert tamen si velit repetere: vt. j. notari potest. & quantum ad alium: vt. j. eo. l. videamus.

d *Spectetur.* vt supra, de pecu. l. quæsitum. in princ. &. j. quib. ex cau. in poss. ea. l. Fulcinius. §. si quis. vnde si nunc egeat pacto, quia nihil sit in peculio: tunc poterit agere.

e *Maritum.* quondam.

f *Vxor.* quondam.

g *Post diuortium.* bona gratia factum, quod plerique faciunt: vt supra, de dona. inter virũ & vxo. l. cum hic status. §. si diuortium.

h *Legatarium.* quia filius dies est: vt. j. ad legem Falcid. quærebatur. §. si cum debitori. sed in patre secus: quia non est legatarius si nihil est in peculio: vt. j. eo. l. videamus. In quo est ergo hæc similitudo? Respon. si sunt vel erant soluendo. Item in opponendo pacti beneficio.

i *Non posse.* sed cum liberatio marito sit legata, & pactũ factum, & sic perpetuam habet exceptionem, ergo postea solutum repetit: vt. ff. de condic. inde. l. si non sortem. §. adeo. quæ est contra. Solu. hic ad tempus[a] fuit liberatio relicta, quod potuit: vt. j. e. l. non solum. §. j. & sic est in diem debitor: vnde non repetit: vt. ff. de condi. instit. l. in diem. secus in patre: qui nihil interim debet quando nihil est in peculio. vel hic fuit legata liberatio perpetuo: sed non ob causam quæ locum non habuit vel cessauit, secundum Azo. & Hug. Vel dic quòd hic non erat adhuc pactum factum, nec forte aliquid legatum ei: & tunc concor. ff. de condit. instit. l. qui nomine. &. l. seq. Accursius.

k *Repetere posse.* imò videtur quòd non: vt supra, de condi. insti. l. si is cum quo. quæ est contra. Solu. ibi nomine filij: hic suo. argu. supra, de consti. pecu. l. j. in fin. &. l. ij. Accursius.

l *Debitor.* Not. patrem non debere nisi quatenus est in peculio: vt. j. e. l. videamus. & supra, de pecu. l. quoties. §. si semel. &. C. ne filius pro patre. l. j. Accursius.

m *Existimauerit.* falso tamen, vt modo nota.

n *Non ambigitur.* vt. ff. de condi. insti. l. sub conditione.

o *Non etiam ne pater.* id est, vt filius non cõueniatur: pater sic.

p *Sed pacto.* personali. & ita si filius fuerit emãcipatus, pater b intra annũ de peculio, vel de in rem verso perpetuo tenetur: vt no. ff. quando act. de pecu. est anna. l. j. in princ. sed interim cum est filius in potestate, de peculio patrem etiam teneri puto. Accursius.

a *Non tamen liberatum ad illud tempus remanet obligatũ. Bal. in l. cũ qs. 7. col. C. de iu. & fac. igno. Bar. & Ale. in l. fin. §. procurator. j. rem ra. habe.*

b *Pater tenetur de peculio, quando dicitur quòd pater tenetur de peculio, intelligit deducto eo qđ sibi & suis debetur à filio. Bar. in l. si filiofami. 2. ff. soluma.*

BIU Cujas

a *Fideiusserit.* quod potest: vt.ſ.quod iussu.l.j.§.j.& econtra filius pro patre: vt.j.de fideiuſſ.l.ſi dubitetur.§.filius. Accurſius.

b *Liberari.* ſed quid in dubio præſumitur? Reſpon.quòd etiam quaſi patrē voluerit liberare: quia proniores &c. vt.j.de act.& obli.l. Arrianus.& quia in teſtamētis plenius &c. vt.j.de reg.iur. l.in teſtamentis. & ſic eſt.ſ.de iure do.l.doté. & facit.ſ.e.l.in princ.

c *Post emancipationē vero filii.* cuius patri legata eſt liberatio vt fideiuſſori, & vt patri: vt.ſ.l.proxi.in fi.& dic idem & ante emancipationem.

d *Actionem.* ex teſtamento cōtra hęredem, vt liberet pacto: vt.ſ.l. proxi.§.idem Iulianus.

e *Præſtaturus.* hæredi. & hoc ſi hæres non liberat. Accurſius.

f *Intererit.* ſ.aliquādo pro iure emancipationis. R. Vel dic, plane dicit actiōe ex teſtamēto.

g *Filius.* non ſolum pater.

h *Ius eius.* ſ.patris qđ eſt in ſuccedendo filio vt patronus liberto: vt inſtit.quib.mo.ius pat. pote.ſol.§.præterea.

i *Sentio.* accipe.j.putans &c. Accurſius.

Non solum.] *CASVS.* Si Titius debet mihi.xx. poſſū ei remittere integra.xx.& partē. [*SI IS QVI.*] Titi[9] ꝓmiſit dare Seio Stichū aut Pamphilum ſub alternatione: & ſic eſt eius electio.i.Titij debitoris. Seius autem poſtea fecit teſtamētū, & inſtituto ſibi hęrede dānauit eūdem hæredē vt nō peteret Stichū à dicto Titio debitore. Certe valet legatum, & debet hęres liberare Titiū per acceptilationem, quæ acceptilatio liberabit eundē debitorem à decem etiam. nam acceptilatio cōparatur ſolutioni. & quemadmodū liberatur debitor, ſi Stichū ſoluiſſet hæredi. ita debet eſſe liberatus per dictam acceptilationem. ſed & ſi eum qui debebat decem teſtatori, damnatus ſit à teſtatore hęres liberare in.xx. certè nihilominus liberandus eſt in decem. nam ſi liberetur per acceptilationē in.xx. in dictis.x. liberabitur. in toto enim continetur pars. Sed ſi dictus Seius inſtituit ſibi duos hæredes, & damnauit vnum ex eis vt ſolueret creditori ſuo teſtatoris, valet legatum propter cohæredem non damnatum: eúmque cohæredem nō damnatum ex teſtamento acturum contra cohæredem damnatum, vt creditori prædicto ſoluatur per eūdem cohæredem damnatum. [*LIBERATIO AVTEM.*] Titius legauit liberationem Seio debitori ſuo, & poſtea eo animo exegit ab eo pecuniam debitam, vt euaneſceret legatum. certè euaneſcit legatum. Si autem ante mortem ſuam non exegit teſtator, habet effectum ſua liberatio: ſcilicet vt hæres teſtatoris non poſsit exigere à dicto debitore. quandoque tamen poteſt exigere hæres, & non tollitur legatum liberationis: quod eſt mirabile: vt eſt in tali caſu: Titius inſtituit ſibi hæredem filium ſuum impuberem, & ei pupillariter Gaium ſubſtituit, id eſt, ſi hæres erit impubes, & in pupillari ætate deceſſerit, & debitori ſuo teſtatoris legauit idem teſtator liberationem à dicto ſubſtituto. poſtea impubes exiſtens hæres dicto ſuo patri exegit à dicto debitore patris debitum. certè, vt dixi, non extinguitur legatum liberationis à ſubſtituto relictæ: imò ſi decedat impubes in pupillari ætate, & veniat dictus Gaius ad hæreditatem ex ſubſtitutione, tenetur idem ſubſtitutus act. ex teſtamento dicto debitori teſtatoris ad reſtituendā ei pecuniam quam impubes ab eo exegit. & eſt ratio: quia dictus impubes in iis quæ à ſubſtituto eius relinquuntur, ſuſtinet perſonam eius hæredis à quo legatur aliquid ſub conditione, puta liberatio quam hæredem conditionaliter grauatum conſtat poſſe interim exigere: vt in fin.huius.l. ergo & hoc poſſet exigere impubes. ſed ſecundum hæc illa exactio non nocet legatario, vt videbis in fine huius.l.ergo & hoc poſſet exigere ipubes. ſed hæc exactio non nocet legatario liberatiōis ſibi relictæ ſubſtituto, vt dictum eſt. Sed quid ſi dictus impubes non exegit à dicto debitore, ſed ſolummodo ſit litem conteſtatus contra eum? certè tenetur ſubſtitut[o] prædict[o] qui ſucceſsit eidem impuberi, vt remittat eidem debitori inſtantiam petendi. & ita verum eſt quod dixi.ſ.quòd quādoq; poſsit exigere hęres, & non tollatur legatum liberationis. & bene dixi ita eſſe impuberem qui in iis quę à ſubſtituto eius relinquuntur, æquiparatur hęredi à quo legatur liberatio ſub cōditione. nam ſi debitori liberatio ſub conditione legata fuiſſet à Titio creditore, qui inſtituit ſibi hæredem Sempronium pone, & vel lis fuiſſet cōteſtata per dictum hæredem contra dictum debitorem, vel etiā fuiſſet exactū pendēte cōditione ſub qua liberatio fuit debitori relicta, quod bene poteſt fieri, vt hic pro cōſtāti ponit, & dicitur.j. de do. except. pure. in prin. ex teſtamēto actio remaneret debitori propter liberationē ei ſub conditione relictā, ſcilicet exiſtēte dicta cōditione. & ad hoc remanet dicta ei actio, vt remittatur ei inſtātia eo caſu cum hæres fuit contra eum litem cōteſta. vel vt ei reſtituat pecuniā quam ab eo exegit eo caſu cum hæres ab eo exegit debitum pendente conditione: ſicut & de ſubſtituto impuberis dictum eſt in dictis duobus caſibus. Viuianus.

Flo.puto

Idem Iulianus ſcripſit, ſi pro filio pater fideiuſſerit[a], eiq; liberatio ſit legata: eum pacto liberandum quaſi fideiuſſorem, non quaſi patrē: & ideo de peculio poſſe conueniri. Hoc ita demum putat, ſi dūtaxat quaſi fideiuſſorē, [non quaſi patrem] eum voluerit teſtator liberari[b]. cæterùm ſi & quaſi patrem: & de peculio erit liberandus.

VI. IAVOLENVS libro ſexto Epiſtolarum.

POſt emancipationem verò filij[c] eatenus pater actionem[d] habebit, quaten[9] aliquid ex peculio aut in rē verſo præſtaturus[e] eſt. id enim legatorū nomine ad patrem pertinebit, quod eius intererit[f].

Quod vnus poteſt ad ſucceſsionem alterius venire, in æſtimando intereſſe non debet inſpici. Barto.

Illud quęri poteſt, an eo quoque nomine pater ex teſtamento agere poſsit, vt etiam filius[g] actione liberetur? Quibuſdam eouſque extendi actionem placebat: quia patris intereſſe videretur, ſi peculium filio poſt emancipationem conceſsiſſet, integrum ius eius[h] permanere. Ego contra ſentio[i], nihil quicquam amplius patri præſtandum ex eiuſmodi ſcriptura teſtamenti putans*, quàm vt nihil ex eo quod præſtaturus hæredi fuerit, præſtet.

VII. VLPIANVS libro viceſimotertio ad Sabinum.

NOn ſolum autē quod debetur, remitti poteſt: verum etiam pars[k] eius, vel pars obligationis, vt eſt apud Iulianum tractatum libro trigeſimo tertio Digeſtorum.

Liberatione legata ab vna ex rebus alternatiue debitis per acceptilationem: liberatio ſequitur ab altera. Barto.

Si is qui ſtipulatus [eſt] Stichum aut decem[l], damnauerit hæredem Stichum non petere: legatum valere cōſtat. ſed quid cōtineat, videamus. Et Iulianus ſcribit actionem ex teſtamento in hoc eſſe videri, vt debitor accepto liberetur[m]. quæ res vtique debitorem & in decem liberabit, quia acceptilatio ſolutioni cōparatur[n]: & quemadmodū ſi Stichum ſoluiſſet, debitor liberaretur, ita & acceptilatione Stichi liberari. Sed ſi debitorem[o] [in]decem, dānatus ſit hæres [in] viginti liberare: idem Iulianus ſcripſit libro trigeſimotertio nihilominus eſſe liberandum [in]decem. Nam & ſi ei viginti acceptò ferātur, in decem liberabitur[p]. Sed ſi duobus hęredibus inſtitutis, alterum ex his damnauerit creditori ſoluere, valet legatū propter cohæredem: eúmque [q] ex teſtamento acturum, vt creditori ſoluatur.

k *Pars.* ad hoc ſupra, de lega.j.l.non amplius.§.cum bonorum. & infra, titu.j.l.ij.in fin.& infra, de accep.l.pars.

l *Aut decem.* alternatiuè. & ſic electio ſit debitoris: vt ſupra, de iure do.l.plerumque.§.fina.

m *Liberetur.* à petitione Stichi, ideoque & à decem. Azo ſubiicit, niſi teſtator expreſſè voluerit contra: vt ſupra, de pact.l.ſi vnus.§.ſi cum.& facit infra, de acceptil.l.& per iuſiurandum.§.in qui hominem. Hug.

n *Comparatur.* vt inſti.quib.mo.tol.obl.§.item per acceptilationem. non tamē per omnia eſt ſimilis remiſsio traditioni. nā quandoque valet remiſsio, non traditio: vt.ſ.de do.inter vi.& vxo.l.ſi ſponſus.§.ſi maritus.& econtra quandoque: vt.j.eo.l.ſi.§.fina.

o *Debitorem.* id eſt, eum qui debebat decem.

p *Liberabitur.* ſic infra, de accept.l.ſi is qui Stichum. & infra, de verbo.oblig.l.j.§.ſi ſtipulanti. & l.inter ſtipulantem.§.ſi ſtipulante. & infra, titu.j.l.iiij.§.ſi quis plus. & ſupra, de conſti.pecu.l.hactenus.§.ſi quis centum. Sed argu.contra.j.titu.j.l.qui hominem. ſed dic vt nota.ſupra, de pact.l.ſi vnus.§.ſi cum. *ADDITIO.* Dic quòd hic in obligatione alternatiua, ibi in obligatione generis, ſecundum Bartolum hic.

q *Eúmque.* ſcilicet cohæredē cui liberationem legaſſe videtur, reſpectu

BIU Cujas

respectu autem creditoris non valet: quia id quod debet, legauit: vt.j.e.l.si debitor. & facit.ſ.fami.ercis.l.ſi filia.§. Papinianus.&.ſ. de leg.j.l.ſeruo legato.§.ſi teſtator.&.ſ.eod.l.ſi quis.§.finali.

a *Exactum.* idem eſt ſi alia ratione debitum ſit extinctum: vt.j. eod.l.ſi quod mihi. Hug. Item dic exactũ eò animo vt legatario adimeretur, alioquin cõtra eſt. Idem eſt, ſcilicet quòd non extinguatur, ſi debitor pecuniam obtulit: vt.ſ. de lega.iij.l.fideicommiſſa.§.ſi rem. Item quòd non extinguatur ſi hæres exigit: vt.j.eo.l. ſi quod mihi. Azo. & in fi.huius.l. & facit.j.eo.l.creditor.j. reſpon. & ſupra, de leg.ij.l.ſi Titius.& inſtitu.de leg.§. tam autem.

Legatum liberationis habet effectũ niſi à teſtatore vero legatum ſit exactum. ſecus ſi à teſtatore ficto vel ab hærede exigatur. Bartolus.

¶ Liberatio autem debitori legata ita demum effectũ habet, ſi non fuerit exactum [a] id à debitore, dum viuat teſtator. cæterùm ſi exactum eſt, euaneſcit legatum. vnde quærit Iulianus, ſi ab impuberis ſubſtituto ſit liberatio relicta, deinde impubes exegerit quod debetur, an euaneſcat legatũ? Et cùm conſtet pupillum in his quæ à ſubſtituto relinquũtur, perſonam ſuſtinere eius à quo ſub conditione [b] legatur: conſequens eſt ſubſtitutũ actione ex teſtamẽto teneri, ſi pupillus à debitore exegerit. idemq́ue eſt & ſi pupillus non exegerit, ſed ſolummodo litem ſit conteſtatus. teneri[enim]eum [c] vt remittat actionem. [d] Nam & ſi debitori liberatio ſub conditione legata fuiſſet, & vel lis fuiſſet cõteſtata, vel etiam exactum [e] pendente cõditione: ex teſtamento actio maneret liberatione relicta.

Debitori cuicunque poteſt liberatio relinqui: & damnatus ad tempus non petere, interim liberare non cogitur, nec illius temporis pœna vel vſura petetur. Bartolus.

¶ Tale legatum, *Hæres meus à ſolo Lucio Titio ne petito.* ad hæredẽ Lucij Titij non tranſit, ſi nihil viuo Lucio Titio aduerſus teſtamẽtum ab hærede, eo quòd ab eo exigere debitum tẽtauit, ſit cõmiſſum. [n] Quotiens enim cohæret perſonæ id quod legatur, veluti perſonalis ſeruitus, [o] ad hæredẽ eius, nõ trãſit. ſi non cohæret, tranſit.

tem non cohæret perſonæ legatarij id quod legatur, tranſit ad hæredem legatarij. [*IS QVI REDDERE.*] Legaui libertaté ſeruo caſtaldioni meo, ſi hæredi meo rationes reddiderit de caſtaldia ſua. certè implet conditionem dictus ſeruus ſi fecerit computationem cum hærede meo, & ei reliqua reſtituerit. vnum autem eorũ facere non ſufficit. [*SI HAERES.*] Titius geſſit negotia mea, & in geſtione commiſit fraudem & dolũ, & etiam quædam bene adminiſtrauit. ego feci teſtamentum, & vetui hæredi meo agere cum dicto Titio. certè non videor ei legaſſe liberationem obligationis quæ dolo vel fraude eius commiſſa ſit. vnde ſi hæres meus agat cõtra eum act. neg. geſt. pro quo commiſit dolum vel fraudem, & ipſe procurator ſiue nego. geſt. agat condictione incerti contra hæredem meum vt liberetur, poteſt excludi dictus procurans exceptione doli mali. & ſcias quòd non ſolum prædicto neg. geſt. poteſt legari liberatio de his in quibus non cõmiſit dolum vel fraudem, ſed etiam ſi apud eum depoſuiſſem Infortiatum meum, vel commodaſſem ei, vel pignori dediſſem, vel etiam ſi ſurripuiſſet mihi Infortiatum meum, & ſic tenetur mihi cõdictione furti. Viuia.

**Flo. debitbit*

VIII. POMPONIVS libro ſexto ad Sabinum.

NOn ſolum noſtrum debitorem, [f] ſed & hæredis, [g] & cuiuſlibet alterius, [h] vt liberetur, legare poſſum [p]. ¶ Poteſt hæres damnari vt ad certum [i] tempus non petat à debitore [ſuo:] ſed ſine dubio nec liberare eum intra id tempus cogitur: [k] * & ſi debitor deceſſerit, ab hærede eius intra id tempus peti non poterit. [l] ¶ Illud vidẽdum eſt, an eius temporis intra quod petere hæres vetitus ſit, vel vſuras vel pœnas petere poſſit? Et Priſcus Neratius exiſtimabat committere eum aduerſus teſtamentum [m] ſi petiſſet. quod verum eſt.

f *Non ſolũ noſtrũ debitorem.* ex qualibet cauſa: vt.j.eo.l.ſi. Azo.

g *Hæredis.* vt infra, eod.l.cum hæres. Azo.

h *Alterius.* ſiue leget creditori debitum: vt.ſ.ſi quis decedens. aliàs eſt.§.in.l.liberationem.§. fi. ſiue ipſi debitori quod debet. & ſemper agit debitor contra hæredem actione ex teſtamento vt liberetur: vt ſupra, de lega.j.l.ſi fideiuſſor. in princip. &.l.ſeruo.§.ſi teſtator.

i *Ad certum.* vt inſti. de lega.§. poteſt.&.j.eo.l. Aurelius.§. certũ.

k *Cogitur.* per acceptilationem, licet forte per pactum: vt.ſ.eo.l. ſi quis reum.§. idem. Azo.

l *Non poterit.* quia in rem videtur liberatio relicta: vt infra, eadem.l.§.ſi liberationis. & ſupra, eodem.l.ij.& de proba.l. ſi pactum.& infra, eodem.l.ſi quis in teſtamento.

m *Aduerſus teſtamentũ.* hoc forte dicet quis locũ habere in vſuris, quæ ſola mora iudicis officio petũtur. ſi vero ſtipulatione debeantur, nihilominus currunt: quia & hoc eſt cum fit pactum de non petẽdo: vt.ſ. de pact.l. itẽ quia conuentiones. in fi. & ad idem ſ.ſi certum petatur. l. lecta. ſed hoc non placet: quia hæc loquitur de pœna quæ debetur per ſtipulationem, nõ per moram. nec mirum ſi beneficium teſtatoris curſum vſurarum quocũque modo debitarum vel pœnæ differat: quia hoc legis beneficium aliàs indulget: vt. C. de vſur. rei iudi. l. fi. & de vſur. l. eos. in prin. Azo. & facit.ſ.ſi quis cau. l.j. in princip.

n *Commiſſum.* alioquin ſi ab initio petiiſſet, ab actione caderet: quia ante tempus petit: vt hic innuit, & inſtitu. de excep. §. temporales. quod eſt no. & dixi ſ. l. proxi. in fi.

o *Seruitus.* ſcilicet vſusfructus vel vſus: vt ſupra, de ſer. l.j. quæ duo morte pereunt: vt ſupra, de vſu & ha. l. vſus aquę. &.ſ. quibus modis vſusfruct. amit. l. ſicut. §. fi. ſecus in prædiali ſeruitute: vt ſupra, quemadmo. ſer. amit. l. iij. Azo. licet ſit arg. contra ſupra, de ſer. ruſti. prædi. l pecoris. & facit infra, de regu. iur. l. in omnibus. & ſupra, de pact. l. idem. §. j.

Legatum liberationis perſonale non tranſit ad hæredem, niſi per hæredem teſtatoris petendo contra fiat. Bartolus.

Legatum liberationis habet effectũ niſi à teſtatore vero legatum ſit exactum. ſecus ſi à teſtatore ficto vel ab hærede exigatur. Bartolus.

Debitori cuicunque poteſt liberatio relinqui: & damnatus ad tempus non petere, interim liberare non cogitur, nec illius temporis pœna vel vſura petetur. Bartolus.

a *Collata.* vt quia dixit, qđ mihi debetur à Titio, peti nolo. Azo.
b *Vt adiectio.* facta aliàs. in casu enim ꝓposito facta nõ fuit. Ac.
c *Non valitura.* nomine debitoris expresso. Azo. vt in casu huius. §. Accursius.
d *Debitoris.* vt si dixisset: neque à me, neque ab hærede meo peti volo quod mihi debetur ex venditione talis rei. Et sic not. quòd in pacto exigitur cõsensus duorum, & expressio nominum: vt. ff. de pact. l. j. §. pactum. & si absit debitor, non pacti, sed doli quæritur exceptio: vt. C. de pact. postquam. sed in vltima volũtate non est opus: vt hic, &. ff. de leg. ij. l. cum pater. §. surdo. & de act. & obliga. si à furioso. & facit. ff. de pigne. act. l. si necessarias. §. penu. &. ff. de pactis. l. tale in prin. Ac.
e *Non editis.* id est nõ facta computatione. nã hæc duo continet: vt infra, de condit. & demõ. l. cum seruus. &. l. qui sub conditione. & C. de testa. manu. l. iiij. Sed contra. ff. de cõdit. & demon. l. quamuis. vbi primũ sufficit. Solu. ibi.
f *Procurator.* id est procurãs: vt &. ff. de ꝓcura. l. Plautius. cum enim dicat de act. negest. ergo non fuit mãdatum: vt instit. de ob. ex consensu. §. j. idem esset tamen in procuratore: vt supra, mãda. l. creditor. §. Lucius. Accursius.
g *Incerti.* scilicet cõditiõe vt liberetur sine causa, vel etiam ex testamento, quæ potest dici condictio: vt instit. de act. §. appellamus. & dicitur incerti, quia ad incertum, id est, factum vel interesse datur.
h *Excludi.* id est, repelli. Et not. ex hoc. §. in generali remissione non contineri dolose facta, sed tantum scrupulosa inquisitio: vt. ff. de leg. j. l. si seruus vetitus. & de admini. tut. l. quidam decedens. &. j. eod. l. Aurelius. §. Gaius. vbi plene not. &. l. Lucius. & infra, de condit. & demonstr. l. cum tale. §. j. & supra, de negot. gest. l. Pomponius. &. j. l. proxi. in princip. Sed contra ibi in fine. sed ibi aliis verbis fuit vsus testator.

Si verba liberationis in rem sint scripta, puta, quod mihi debetur à Titio, peti nolo: non est opus hæredẽ nominare. hoc dicit.

¶ Si verba liberationis in rem sunt collata, [a] pro eo est quasi hæres ab eo debitore hęredeq; eius petere vetitus sit: vt adiectio [b] hæredis perinde nihil valeat, atq; non esset valitura [c] ipsius debitoris [d] persona non comprehensa. ¶ Is qui reddere rationes iussus sit, non videtur satisfacere si reliquum reddat, non editis [e] rationibus.

Quamuis hæres damnetur non petere à gestore, tamen propter ea quæ dolose gesta erant, agere potest. Bartolus.

¶ Si hæres vetitus sit agere cum eo qui negotia defuncti gesserit, non videtur obligatio ei prælegata, quę dolo vel ex frau de eius qui negotia gesserit, cõmissa sit: & testator id videtur sensisse. Ideo si hæres negotiorum gestorũ egisset: agens procurator [f] ex testamento incerti, [g] doli mali exceptione excludi [h] potest.

Liberatio potest relinqui obligato ex causis hic expressis. hoc dicit.

¶ Et ei liberatio rectè legatur, apud quem deposuero, vel cui commodauero, pignoríve dedero, vel ei quẽ ex furtiua causa mihi dare oportet.

IX. VLPIANVS libro vicesimoquarto ad Sabinum.

SI quis rationes exigere vetetur (vt est sæpissime rescriptum) non impeditur reliquas exigere quas quis* reliquatus erit, [i] etsi quid dolo fecerit qui rationes gessit. Quòd si quis & hæc velit remittere, ita debet [k] legare, *Dãnas esto hæres meus quidquid ab eo exegerit illa vel illa actione, id ei restituere, vel actionem ei remittere.*

X. IVLIANVS libro trigesimotertio Digestorum.

SI dãnatus hæres fuerit à fideiussore quidem nõ petere, quod autem reus debet, Titio dare: pacisci [l] debet ne à fideiussore petat, & aduersus reũ actiones suas præstare legatario quemadmodum damnatus hæres ne à reo petat, & damnatus dare quod fideiussor debet: & reo acceptum facere, & legatario litis æstimationem sufferre [m] cogatur.

XI. IDEM libro trigesimosexto Digestorum.

SI debitor fideiussorẽ suum ab hærede suo liberari iusserit, an fideiussor liberari debeat? Respondit, debere. Item quæsitum est, an quia mandati actione hæredes tenerentur, [n] inutile legatum [esset: quemadmodũ inutile legatũ] est: quod debitor creditori suo legat? Respõdit, quotiẽs debitor creditori suo legaret, ita inutile esse legatum, si nihil interesset [o] creditoris ex testamẽto potius agere, quàm ex pristina obligatione. Nam etsi Titius mandauerit [p] Mæuio vt pecuniã promitteret, deinde liberari eum

* Flo. quis se reliquauit: & si

Si damnatus.] CASVS. Cum haberem Gaium debitorem in centum, & Seium fideiussorem, feci testamentum, & in eo damnaui hæredem meum à dicto fideiussore nõ petere. quod autem reus debet mihi, damnaui hæredem meum dare Titio. certè tenetur hæres meus facere pactum personale fideiussori ne ab eo petat. Item debet hæres meus præstare prædicto Titio legatario actiones suas aduersus dictum Gaium reum principalem. si autem damnaui hęredem meum ne à reo peteret, aut daret Titio illud quod fideiussor debet: certe debet cogi hæres meus liberare reum per acceptilationem, vt sic rei liberatio prosit fideiussori, & debet cogi sufferre siue præstare Titio legatario æstimationem litis, id est, tantũ quãtum debebat reus principaliter, & fideiussor secundario. Viuianus.

l *Pacisci.* personaliter. & facit supra, eodem. l. ij. & l. si quis reum. in princip.
m *Sufferre.* id est, dare. & sic erit oneratus hæres: vt supra, de lega. ij. l. qui duos. & de lega. j. quod si quis. & l. non quocumque. §. j. Sed videtur non valere, cum fideiussor non debeat: vt supra, de le. j. l. si fic. §. j. ibi, proinde & si Titio &c. quæ est contra. Solu. hic fideiussor in veritate debebat: ibi non. Accur.

Si debitor.] CASVS. Titius accepit mutuo. x. à Sempronio, & dedit ei fideiussorem Gaium. postea fecit testamẽtum idem Titius debitor, & iussit liberari ab hærede suo dictum suum fideiussorem, & decessit. nunc quæritur, an hæres teneatur dictum fideiussorẽ liberare? Et videtur quòd nõ: quia ipse debitor & per cõsequens hæres eius tenetur dicto fideiussori actione mandati si ipse fideiussor solueret creditori. & ita videtur debitor legasse creditori cum legauit fideiussori liberationẽ. nam quoad act. mandati prædictam videtur dictus fideiussor creditor debitoris & hæredũ suorum. & cum debitor creditori suo legat, inutile legatum est. Respon. tamen hic in contrarium, scilicet vt hæredes debitoris debeãt facere ita quòd liberetur dictus fideiussor à creditore. Nec obstat quòd debitor videtur legare creditori, & sic non valere legatum: quia quoties debitor creditori suo legaret, ita inutile est legatum, si nihil interest creditoris agere potius ex testamento quàm ex pristina obligatione. in nostro autem casu bene interest fideiussoris qui est creditor quantum ad actionẽ mandati agere potius ex testamento quàm ex pristina obl. mandati. nã interest eius fideiuss. potius nõ soluere Sempronio creditori: quod quidem consequitur per act. ex testamento quam intentabat contra hæredes debitoris, quam solutum dicto creditori repetere ab hæredibus debitoris per act. mãdati. & quod dixi in fideiussore, habet locum in mandatore. Viuianus.

i *Reliquatus erit.* id est ex male facta administratione retinuit. & facit. ff. l. proxi. §. si hæres. & quod ibi not.
k *Ita debet.* sed his verbis non fecit supra. l. proxi. §. penultimo. & sic non est contra.
n *Tenerentur.* postquam soluerit: nisi in casibus: vt supra, manda. l. Lucius.
o *Nihil interesset.* Not. sic supra, de leg. j. l. si creditori. §. j. & l. sequenti. & l. sicut. §. finali. & de leg. ij. l. Mæuius. §. debitor autem & cætera. & infra, eodem. l. si creditor. & l. legaui. §. fi. & instit. de leg. §. ex contrario. & de leg. iij. l. iij. §. si rem.
p *Mandauerit.* inter viuos.

BIU Cujas

a *Iussérit.* in testamento.
b *Quantum.* id est, quod.
c *Potius.* interest[a] enim nostra non soluere potius quàm soluentem repetere. ſ. de compen. l. ideoque. Azo.
d *Agere.* & ideo valet legatum.

Vcius Titius.] CASVS. Lucius Titius cum haberet seruũ actoré siuè castaldionem, fecit codicillos, & in eis ita cauit: Erotem liberum esse volo. quem Erotem rationes reddere nolo eius temporis quo administrabit negotia mea post nouissimam meã subscriptionem quam faciã in rationibus eius approbãdis per me. nã pluries subscribebat, & pluries scripturus erat, vt dicebat, & postea viuus adhuc dictus Lucius Titius manumisit dictum Erotem, & in eodem actu siue administratiõe habuit eundé Erotem, & postea vocauit ad se Erotẽ prædictum, & dixit ei: Reddas mihi rationem castaldariæ tuæ: & ipse reddidit ei rationes: quasdã tamen summas quas acceperat dũ erat in seruitute, & post quã do fuit liber, sibi retinuit, ita quòd non manifestauit domino. & domin[b] nesciẽs aliquid de istis summis, subscripsit & approbauit rationẽ suam. & postea post pauciſsimos dies decessit idẽ dominus. nunc quæritur, an hæredes dicti Lucij Titij ab Erote nihil exigere debeãt pro eo tempore quod fuit ante subscriptionem Lucij Titij? Et videtur quòd nihil exigere debeant pro eo tempore: cum testator voluerit exigi ab eo rationes tantum pro illo tempore quod esset post subscriptionem: ergo non pro præcedenti tempore. Respõdetur tamen hic quòd Eros non potest petere liberationem pro dictis summis subtractis: nisi dictus testator hoc ei specialiter remisisset: quamuis dictæ summæ per Erotem subtractæ fuerunt de administratione illius temporis quòd fuit ante dictam subscriptionem domini. Viuianus.

e *Actorem.* id est, castaldionem.
f *Subscriptionem.* quam faciã in rationibus eius approbãdo. nam pluries subscribebat, & subscripturus erat.
g *Subscripsit.* scilicet dominus nunc patronus.
h *Adhuc.* id est, dum adhuc esset in seruitute. Accursius.
i *Liberum.* id est, postea dum esset iam liber factus. & facit ad. l. supra, de pact. l. tres fratres. &. ſ. eodem. l. si quis rationes.

Si creditor.] CASVS. Cum Titius deberet mihi decem, feci ei pactum de non petendo: & postea legaui ei quod mihi debebat. certè non valet legatum. sed si dictus debitor habens dictam exceptionem legauit quod mihi debebat, valet legatum vt posim ab eo petere non obstante excep. Idem est & si non habebat excep. perpetuam dictus debitor meus qui mihi legauit quod mihi debebat, si debebat mihi in diem, vel sub conditione. nam dies vel cõditio videtur remissa per eum, vt sic statim possim petere ab hærede suo. & hoc dicit cum. l. sequen. Viuianus.

k *Deberet.* id est, liberationem eius quod &c.
l *Idem.* qui, scilicet exceptione se tueri poterat.
m *Voluisse.* & sic est vtile legatum: vt. ſ. de lega. j. l. si creditor. in prin. & l. seq. & de lega. ij. debitor. in prin. &. ſ. eo. l. si debitor. §. j. & institu. de leg. §. si quis debitori. &. §. econtrario.

Si quis in testamento.] CASVS. In testaméto meo damnaui hæredem meum ne exigeret à Titio debitore meo. certè neque Titium neque hæredem eius poterit conuenire hæres meus, nec cohæres hæredis mei. vnde nec hæres hæredis debitoris mei poterit conueniri ab hærede meo, vel ab hærede hæredis mei. Vnde apparet quòd hæredẽ hæredis mei damnare possum expresse ne exigat à debitore meo. Viuian.

n *Exigat.* secus si dicat, quamdiu viuat debitor: vt infra, eo. l. Aurelio. in princi. Azo. & facit. ſ. eod. l. non solum. §. j. &. ſ. eo. l. ij.

o *Potest damnari.* vt supra, de leg. iij. l. si fuerit. §. j.

Si ei cui.] CASVS. Cum locassem Titio fundum meum vsque ad quinquénium, legaui vt sineret hæres meus sibi conductori habere quicquid eum conductorem mihi dare & facere oportet, oportebítve: & decessi. certè si hæres meus prohibuerit frui dicto fundo conductoré, ex cõducto fore obligatum aiunt Nerua & Atilicinus: quia hæres meus non liberatus est act. ex cõducto pro iis quæ habet conductori facere. si autẽ hæres meus aliquid retineret vel caperet de eo quod conductor debebat ei ex locatione prædicti fĩdi, vt quia inclusit in dictum fundum inuecta donec conductor soluerit ei pensionem, est obligatus cõductori act. ex testamento vt ei restituat dictã pensionẽ: quia nihil interest peteret hæres meus ea quæ promiserit mihi cõductor: quo casu habet excep. conductor propter liberationem sibi relictam in testamento. an retineret eo modo qui dictus est: quia semper habet conductor beneficium testamenti. nam videor conductori legasse totam locationem, id est quicquid mihi debet ex locatione. non autem est hæres meus ab eo liberatus, immo reliqua quæ solent venire in locatione de natura contractus, scilicet vt locator de his cõductori teneatur, quæ quidem sunt numerata. ſ. loc. l. sed addes. §. illud. venit in iudicio locationis, scilicet vt conductor possit ea petere act. ex conducto. Sed & si locassem domum dicto Titio, & ei legassem habitationẽ hoc modo qui dictus est supra, puta quia ita dixissem: quicquid in quilinum meum mihi dare facere oportet oportebítve, sinat hæres meus eum sibi habere: gratuitam habitationem hæres præstare debet. Scias etiã quod propter ea quæ dicta sunt in prin. huius casus, quòd prædictus colonus siue cõductor fundi potest agere cũ hærede ex testamento, vt liberetur ab iis quæ debet ex cõductione. & hoc dicit cum duabus. ll. seq. Vi.

p *Si ei cui.* aliàs, si ei cui: aliàs, si cui. & sunt duæ partes, scilicet si, & cui.
q *Legaui.* accipe. j. vt sciret hæres &c.
r *Ex conducto.* scilicet fore obligatum.
s *Retineret.* hæres, scilicet vt quia inclusit inuecta ob pẽsionem, & percepit mercedem quoquo modo.
t *Obligatum.* scilicet hæredem.
u *Peteretur.* scilicet hæres.

An retineret.

Fl. Ei cui

a *An retineret.* ſ.hæres. vtrobiq; enim teſtatoris munificentia eſt legatarius oneratus. Azo. ſ.vt gratis dimittatur, non illud quo minus rem deuaſtando ſeu negligendo obligetur. H.& facit. ſ. de le. j.l.apud Iulianum.§.ſi Titius.&.ſ.e.l.non ſolũ.§.fi.&.ſ.loca.l.ſi in lege.§.fi.& de vſufruc.quoties.§.ſi colo.&.ſ.de vſufru.legato. l.cui vſusfructus.§.j.

b *Reliqua quoq;* aliàs, quæque, aliàs quoque.

c *Venire.* ſicut aliàs venirent.& facit ſupra,loca.l.ſi tibi.& continuatur cũ ſequenti & præcedenti.l.Accurſius.

d *Caſſius.* adiungit præcedentibus duabus.

e *Conductione .i.* penſione.& facit.ſ.eo.titu. l.ſi ei cui.cum concordantiis.

† *al. conditione.*

Cum ita.]*CASVS* Ita dixit Titius in teſtaméto,Hæres meus damnas ſiue damnatus eſto liberare eũ q; negotia mea geſſit, puta Seium:& ſi quid eũ mihi dare & facere oportet, ab eo non exigere hæres meus damnatus eſto.certè damnatus eſt hęres à teſtatore, & propter dictam damnationem nó poterit exigere à dicto Seio pecunias etiam ab eo Seio creditas: nedum debitũ ex adminiſtratione.ſed & ſi ſeruis eiuſdem teſtatoris peculij ſiue peculiari nomine debebitur aliquid per dictum neg.geſt.videtur idem teſtator qui taliter legauit,vt dictum eſt,de eo quoque legãdo ſenſiſſe, quamuis hoc ſit verum.Viuianus.

f *Hæres.* quidam dicũt hoc eſſe de verbis defuncti:quæ deberent eſſe in ſecunda perſona: vt ſcilicet reſpõſio incipiat,nec creditas &c.ſed dic quòd ſunt verba iuriſconſulti, & reſpõſio incipit,damnatus hæres.& dic creditas ab hærede vel defuncto ipſi geſtori,vel à geſtore aliis quibus mutauit de pecunia domini.Sed tunc eſt arg.contra.j.eo.l.procurator.ſed hic plenius legauit quàm ibi.Accurſius.

g *Damnatur.* modo reſpondet: vt & ſupra dictum eſt in prima gloſſ. huius.l.

h *In ſimili.* dic quòd legaui ſeruo peculiũ cũ libertate, & quicquid mihi dare debuit. non videor remittere quod vicarius eius id eſt,ſui legatarij debet:ad quod eſt.ſ.de leg.iij l.ſeruos.§.fin.& hoc vix eſt: id eſt,non eſt. ſic.ſ.ad Vellei.tutor.Vel dic caſum vt in princip.l.ponitur: vt videar legare quæ mihi debet geſtor, & quæ ſeruis meis.& quod dicit, vix eſt, id eſt, eſt vt &.ſ.de iudic.l. vix.alij fabulas hic referunt.Accurſius.

Vrelio.]*CASVS.* Seius inſtituit ſibi hæredem Aurelium Sempronium fratrem ſuum,& ita poſtea dixit in teſtamento ſuo:ab Aurelio Sempronio fratre meo neminem moleſtari volo nomine debiti, nec exigere volo dictum meum fratré aliquid ab eo,puta Titio debitore meo quãdiu viuet idem Titius debitor, neque de ſorte,neq; de vſura nomine debiti prædictæ ſortis quã mihi debet, & abſoluo & libero ex pignoribꝰ ſiue ex vinculo pignorum domum eiuſdem Titij debitoris, & poſſeſſionem ſuam nomine Caperlatam, quam domum & poſſeſſionem mihi obligauerat.& poſtea deceſſit dictus Seius teſtator.certè ſi ipſe debitor conueniatur ab hærede eius, exceptione eſt tutus. eo autem debitore mortuo nó iuuatur except.hæres eius. [*CAIVS SEIVS.*] Gaius habens duos curatores ſcilicet Publium Mæuium, & Lucium Sempronium fecit teſtamentum cum eſſet in periculo mortis, & intra.xxv. ann. & ita in eo teſtamento dixit, quæſtionem curatoribus meis nemo faciat:quia ego ipſe tractaui ſiue adminiſtraui omnem rem meam.& poſtea deceſſit idem adultus.certè ſi quid dolo dicti curatores fecerint, aut ſi quæ res teſtatoris ſunt penes eos, eo nomine poterunt conueniri ab hæredibus dicti teſtatoris, & non de aliis.Vi.

i *Aurelio.i.*ab Aurelio Sempronio fratre meo,vt & aliàs mihi,id eſt,à me.hunc enim fratrem inſtituebat hæredem, & liberationẽ Titio debitori legauit per hæc verba.

k *Ab eo.* puta debitore meo Titio.

l *Viuet.* ſ.debitor meus.& per hoc patet hoc legatum perſonale fuiſſe:vt.ſ.de pact.l.epiſtola.§.fi.& ſic nó eſt contra ſupra, de probat.l.ſi pactum.

m *Nomine debiti.i.* vſura ſortis.

n *Caperlatam.* nomen poſſeſſionis, vel loci vbi eſt.

o *Hæredis eius.* ſcilicet debitoris.& facit.ſ.eo. l.ſi quis in teſtamento. &.l.non ſolũ.§.j.&.ij.

p *Intra legitimã.* Not. ergo quòd adultus curator habens curatorem habens poteſt bene teſtari.ſic ſupra, de legat.ij.cum pater.§.curatoris.ſecus in contractu:vt.C.de in integrũ reſtitu. mi.l.ſi curatorem.

q *Eos poſſe.* immo videtur totum remiſſum: vt.j.eo.Aurelius.§.Titius teſtamento.quę eſt contra.Solu.ſpeciale ibi in patre. Item contra ſupra, de pact.ſi vnus.§.illud.& inſti.de lega.§.ſi quis debitori.nã ibi videtur quòd liberatione legata nec de dolo poſſit cõueniri. Sed dic, refert an aliquis eſt debitor pecuniæ tantum, an & doli & culpæ, an doli tantum,vt in depoſito. In primo loquitur inſtit. In ſecundo hic. In tertio iſte.§.illud.Item nota quòd liberatio tribus modis legatur.Primo,quod Titius debet,peti nolo.Vel quod debet, ei relinquo, vel actionem ei remitto.& hic eſt liberãdus legatarius: vt.ſ. eo.l.j.&.l.ſi damnatus.&.l.quod mihi.&.l.legaui. circa princ.& in pluribus aliis.ll.huius titu. Secundo ſi negotium teſtatoris geſſiſſet,& teſtator dixerit,rationes eum reddere nolo.& hic quęq; debitor liberandus eſt,niſi ab eo quod dolo geſſerit, vel quod penes eum ſit, vt hic,&.ſ.eo.non ſol.§.ſi hæres.&.j.e.procurator.& l.fi.§.Titia.&.l.Aurelius.§.Mæuia.&.ſ.de leg.j.ſi ſeruus vetitus. & ſupra,de admini.tuto.quidam decedens.& infra, de condit.& demon.cum tale.§.j.niſi cũ dixit, damnas eſto hæres meus quicquid &c.vt ſupra,e.l.ſi quis rationes.in fi.l. Tertio ita ſi reus vel actor damnat hæredem ne actionem exerceat.quo caſu loquitur infra,eo.l.petitor.

Si id quod.]*CASVS.* Tu Titius debebas mihi decem:ego feci teſtamentum,& in eo legaui dicto Titio debitum vel etiam Seio,poſtea coẽgi te vt mihi ſolueres,& ſoluiſti,& ita fuiſti à me liberatus per ſolutionem prædictam,vel etiam alio modo fuiſti à me liberatus,& poſtea deceſſi.certe non poteſt peti legatum,immo extinctum eſt.de prædicto autẽ alio modo liberationis quàm per ſolutionem,poteſt poni exemplum,vt quia ego creditor extiti hæres tibi debitori, poſtquam taliter,vt dictum eſt,tibi legaui, & poſtea

An retineret [a]. totam enim locationem legatam videri:

XVII. IAVOLENVS libro ſecundo Labeonis Poſteriorum.

Reliqua quoq; [b] *in iudicio locationis venire* [c].

Si cui legata eſt gratuita habitatio, poteſt agere contra hæredem vt eum liberet à penſione. h. d.

XVIII. PAVLVS libro nono ad Plautium.

Aſſius [d]. Etiam ſi habitatio eo modo legata eſſet, gratuitam habitationem hæres præſtare deberet. Et præterea placuit agere poſſe colonum cum hærede ex teſtamento, vt liberetur cõductione. [e] † quod rectiſſimè dicitur.

Legatum liberationis extinguitur ſolutione. Bartolus.

XIX. MODESTINVS libro nono Regularum.

Cum ita teſtamur, Hæres [f] *meus damnas eſto liberare illum quòd is negotia mea geſſit:& ſi quid eũ mihi dare facere oportet, ab eo non exigere.* damnatur [g] hæres: nec creditas ab eo quoque pecunias exiget. In ſimili [h] autẽ legato vix eſt vt de eo quoque legando paterfamiliàs ſenſerit, quod ſeruis eius peculij nomine debetur.

Legatũ liberationis eſt perſonale, & ad hæredes non tranſit. Bartolus.

XX. IDEM libro decimo Reſponſorum.

Aurelio [i] *Sempronio fratri meo. Neminem moleſtari volo nomine debiti, neque exigere aliquid ab eo* [k], *quamdiu viuet* [l], *neque de ſorte aut vſura nomine debiti* [m]: *& abſoluo ei, & libero ex pignoribus eius domum, & poſſeſſionem Caperlatham* [n]. Modeſtinus reſpondit ipſum debitorem, ſi conueniatur, exceptione tutum eſſe: diuerſum in perſona hæredis eius [o].

Si teſtator liberat curatores, non videtur relicta liberatio doli vel reliquorum. Bartolus.

B Gaius Seius cum adoleuiſſet, accepit curatores Publium Mæuium & Lucium Sempronium.ſed enim idem Gaius Seius intra legitimã [p] ætatẽ conſtitutus cum in fatum cõcederet, * teſtamento ſuo de curatoribus ſuis ita cauit, *Quæſtionẽ curatoribus meis nemo faciat. rem enim ipſe tractaui.* quæro, an rationem curæ hæredes adulti à curatoribꝰ petere poſsint, cum defunctus (vt ex verbis teſtamenti apparet) confeſſus ſit ſe omnẽ rem ſuam adminiſtraſſe?

C Modeſtinus reſpondit, ſi quid dolo curatores fecerunt, aut ſi quæ res teſtatoris penes eos ſunt, eo nomine conueniri eos poſſe [q].

C *Reditor.*] CASVS. Titius fecit codicillos, & in eis ita legauit Gaio Seio debitori suo, Volo dari ab hæredibus meis Gaio Seio quicquid mihi debuit sub pignore ortorum suorum. cum deberet ei forte dare. c. & post codicillos exegit ab eo. l. pone de dictis. c. & postea fecit testamentum, & instituit sibi hæredem Semproniũ, & postea decessit. nunc quæritur, an dicta. l. exacta possit petere idẽ debitor ab hæredibus ipsius creditoris? Et dicitur quod non. Sed pone dictum testatoré recepisse à dicto suo debitore quasi omnem siue totam prædictam pecuniam & usuras antequam faceret dictos codicillos quibus legauit Gaio eo modo qui dictus est, & modicum remansit ei ad dandum dictus debitor. numquid propter dictũ legatum in codicillis relictũ competit repetitio dictæ pecuniæ legatæ contra hæredem legatarii? Et videtur quod sic: quia in dicto legato sunt verba præteriti temporis. dixit enim Titius faciens codicillos, volo dari ab hæredibus meis Gaio Seio debitori meo quicquid mihi debuit sub pignore ortorum suorum. iuriscon. tamen altius exorditur dicens illud quod dictum est in prin. huius. l. recte respõsum est, scilicet quod dictus debitor nõ possit petere ab hærede creditoris. l. exacta post legatum in codicil. relictũ. illud autẽ quod posterius exponitur est per Scæuolam. ſ. vtrum propter dictũ legatum in codicil. relictum competat repetitio pecuniæ legatario à quo quasi totam exegit testator ante codicil. illud dico ita esse à iudice æstimandum, scilicet vt respiciat iudex vtrum propter obliuionẽ testatoris pecuniæ sibi solutæ per dictũ debitorem id fecisse testator, id est, legasset in codicil. debitori suo quod ei debuit: vel an ideo ita legasset debitori suo quod esset incert⁹ ipse creditor debitorem sibi pecuniã numerasse: puta quia numerauit Castaldioni creditoris: quibus duobus casibus non poterit debitor repetere quod soluit. an vero consulto id fecisset creditor, eo quod quantitatem sibi quondã debitam dari voluisset debitori per hæredem suum, nõ ius liberationis: quo casu poterit repetere debitor illud

quod

quod soluit ante codicillos. cum enim sciret creditor non deberi sibi illud quod solutum sibi erat ante codicil. per debitorem, non videtur sibi reliquisse liberationem, quę nulla esset: sed pecuniam debitam quondam propter verbum præteriti temporis in legato positum, scilicet debuit. prædicto autem modo à iudice æstimandum est propter ea quę in tempore adderetur, id est proponerétur per Scęuolá qui proposuit secundam quęstionem. proposuit enim in secunda quæstione quod debitor soluit creditori pone omnem pecuniam sortis & vsurarũ antequam faceret idem creditor codicillos in quibus legauit creditori suo eo modo qui dictus est. [INTER CAETERA.] Titius instituit sibi hæredem Seium & Gaium, & Sticho libertaté dedit in testaméto, & eidé Sticho liberto suo multa legauit, & inter cætera legata ita legauit ei, & si quid me viuo gessit, rationes ab eo exigi veto: & postea decessit. nunc quæritur, an hæredibus reddere debeat chartas in quibus rationes gestionis sunt conscriptæ, & etiam reliqua, scilicet accepta & expensa? Et dicitur quod sic. id autem quod credidit dictus libertus conseruis qui remanent in hæreditate, & in rem domini versum fuit, desiit in reliquis esse: & ideo illud non petét hæredes ab eodem liberto. [TITIA.] Publius Mæuius & Lucius fuerunt tutores Titiæ quondã pupillæ. quę Titia nũc adulta fecit testamentum, & ita cauit: rationem tutelæ meæ quam gessit Publius Mæuius cum Lucio, ab eo repoſci nolo. & postea decessit dicta Titia. núc quæritur, an per hæredem Titij peti possit ab eo Publio Mæuio pecunia si qua apud eũ remãsit ex tutela? Et dicitur quod sic. nam nõ debet esse in litera, non. & si est, abundat. Sed numquid per dicta verba videtur liberatus Lucius contutor? Et dicitur quod nõ. [GAIO SEIO.] Titius fecit testamétũ, & ita in eo cauit: Gaio Seio optimè merito hoc amplius lego & cõcedi volo, neq; ab eo peti neq; ab hæredibus eius quicquid mihi est debitor aut chirographis aut rationibus, vel quicquid à me accepit mutuũ, vel fidé meã pro eo obligaui. & postea decessit dictus Titius. núc quæriť, virum sit legatum dicto Gaio id solùm quod per eum debebatur eo tempore quo testamentum fiebat per dictum Titium: an verò cedat etiam in legato prædicto si quid postea accesit nomine vsurarum ex ea summa. & dicitur omnis obligatio videri ei legata. Sed quid si post dictum legatum cœpit de nouo debere dictus Gaius Seius dicto testatori nouatione facta, & ampliata summa prædicta? nunquid nihilominus in causa legati duret id quod ex veteri contractu debebatur: an verò dicta nouatione facta possit dictus debitor conueniri quasi debitor nouus ampliatæ summæ? Et dicitur quod id duntaxat videtur legatum ei quod debuit tempore testamenti: si tamen testator mansit in eadem voluntate qua fuit tempore testamenti. Viuianus.

Legatum liberationis non extéditur ad debitum post testamentum testatori solutum: sed ad debitum primo solutum extenditur si per verbum præteriti temporis legatum fuit relictum, & testator hoc ignorauit. Bartolus.

XXXI. SCAEVOLA libro tertio Responsorum.

CReditor debitori [suo] ita legauit, [a] *Gaio Seio quidquid mihi sub pignore hortorum suorum debuit, ab hæredibus meis dari volo.* Quæro, cũ testator viuus à Seio aliquid recepit, [b] an id ex causa legati peti possit? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, non posse. Idé repetiit, [c] & ait, [d] testatorem ante factos codicillos quibus legauit, [e] pene omnem pecuniam sortis & vsurarum recepisse, ita vt modicum sortis & vsurarum debeatur: & quæsiit, [f] an ei [g] repetitio cõpeteret propter verba [h] ad præteritum relata, *quidquid mihi debuit*? Respondit, [i] priº quidẽ secundũ ea quę proponerẽtur, rectè respõsum esse: verùm posterius [k] propter ea quæ in tẽpore adderentur, [l] ita ab iudice æstimandum, vt inspiceret, obliuione pecuniæ solutæ, aut quod eo inscio numerata esset, id fecisset: [m] an cõsulto, quod quantitatem quõdam [n] debitam, non ius liberationis dare voluisset.

Legatum liberationis non facit quẽ desinere teneri ad reddendum libros rationũ: secus in iis quæ in rem domini versa sunt. Bartolus.

℣ Inter cætera liberto ita legauit, *Et si quid me viuo gessit, rationes ab eo exigi veto.* Quæritur, an chartas in quibus rationes conscriptæ sunt, item reliqua °*secundum accepta & expẽsa hæredib' reddere debeat? Respõdit, ea [p] de quibus quæreretur, posse hæredẽ vindicare: id autẽ quod conseruis qui remanerẽt in hæreditate, credidisset, & in rem domini versum esset, desiisse in reliquis esse.

In generali legato liberationis non venit id quod potest vindicari. Item in dubio relatio fit ad id quod principaliter in oratione ponitur. Bartolus.

℣ Titia quæ duos tutores habuerat, ita cauit: *Rationem tutelæ meæ quam egit Publius Mæuius cũ Lucio Titio, reposci ab eo nolo.* Quęritur, an si qua pecunia apud eum ex tutela remansit, peti ab eo possit? Respõdit, nihil proponi cur non [q] pecunia quæ pupillæ esset, & apud tutorem remaneret, legata videretur. Item quæritur, an cõtutor [r] liberatus videretur? Respondit, contutorem non liberari.

Legatum liberationis porrigitur ad debitum accessorie post testamentum contractum, & etiam ad nouum debitum quod primi loco succedit. Bartolus.

℣ *Gaio Seio optimè merito hoc amplius lego, concedíque volo, neque ab eo peti, neque ab hæredibus eius, quidquid mihi aut [ex] chirographis aut rationibus debitor est, vel quidquid à me mutuum accepit, vel fidem meam pro eo obligaui.* Quæro, vtrùm id solum quod eo tempore quo testamentum fiebat, debebatur, legatum sit: an & si quid ex ea summa vsurarum nomine postea [s] accessit, legato cedat? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, videri omnem obligationem Seio eius debiti per fideicommissum solui [t] voluisse. ℣ Item quæritur, si postea nouatione facta, & ampliata summa, cœperit debere: an

a *Legauit.* testamento vel codicillis. Accursius.
b *Receperit.* post testamentum vel codicillos exigendo. vnde legatum ademisse videtur: vt supra, eo. l. non solũ. §. liberatio. Azo.
c *Repetiit.* Scæuola. ſ. & dic quod supra exegit post testamentum, hic ante: & vtrobique dixit, lego Gaio quod mihi debuit.
d *Et ait.* subaudi, pone testatorem recepisse ante factos &c. alij habent, testator: & habent, recepit.
e *Legauit.* idem testator Gaio quicquid mihi debuit. Azo. & hic puncta.
f *Quæsiit.* Scæuola.
g *An ei.* legatario.
h *Verba.* sic enim dixit, lego Gaio quicqd mihi debuit.
i *Respondi.* q. d. sicut dixi in primo casu huius. l. quãdo exegit post testamentum: sic & in isto secundo casu quãdo ante testamentum, vt scilicet legatari' nõ petat seu repetat.
k *Posterius.* id est, posteriori casu.
l *Adderentur.* scilicet de soluta pecunia antequam legarem Gaio quicquid mihi debuit. Azo.
m *Id fecisset.* & ex hoc cùm putaret sibi deberi liberationem tantũ, non quantitatem reliquisse videť: quia quãtitas in legato expressa non est. Azo.
n *Quondam.* cũ enim sciret nihil deberi, non videtur reliquisse liberationem, quæ nulla esset: sed pecuniam quõdam debitam propter verbum præteriti temporis, debuit.
o *Item reliqua.* scilicet sunt scripta. Vel dic, id est, teneantur ad ea quę apud eum remanserũt.
p *Ea.* id est, chartas & reliqua quæ apud eum sunt: vt & supra, de leg. j. l. si seruus vetitus. &. ſ. e. l. Aurelius §. Mæuia. sic ergo nota quod reddere chartas rationum tantum, non est reddere rationes, cum is reddat chartas qui est vetitus rationes reddere. nec reddere debita tantum est reddere rationes: sed debet dominũ instruere, & reddere reliqua: vt. j. de condi. & demon. l. cum seruus.
q *Cur non.* si habes, non, abundat: vt &. j. de damno infect. l. fluminum. in princip. aliàs deest, non: & est plana. & concor. ſ. eo. ti. Aurelius. §. Mæuia. &. l. Aurelio. §. Gaius.
r *Contutor.* quod videbatur ideo, quia dixisse videbatur, nolo reposci ab eo qui gesit cum Titio. quasi, cum, pro &, accipiatur: vt &. ſ. de vsufru. lega. l. illi.
s *Postea.* id est, post testamentum factum. Azo.
t *Solui.* id est, dissolui. ad quod est supra, ſ. eod. Aurelius. §. j. & ij. &. §. legatum. & de leg. iij. l. nomen. in prin. Sed arg. contra. j. §. proxi.

BIU Cujas

a *Conueniri.* ſ. ab hærede. ſ. vt totum ſoluat.

b *Tunc.* ſcilicet tépore teſtamenti. & ſic nó eſt contra ſed conſonat. ff. de leg. iij. nomen. §. filia. & hoc ſit vel non ſit facta nouatio: vt &. ff. de leg. ij. cum filius. §. hæres meus. Sed nonne videtur exegiſſe teſtator, cum accepto tulerit & nouauit: hæc enim paria ſunt: vt. ff. de pac. ſi vn°. §. ſed ſi ſtipulatus? Rñ. ſecus in ficta ſolutione, vt hic, quam vera, vbi videtur mutaſſe voluntatem: vt &. ff. eo. nó ſolum. §. liberatio. &. ff. ea. l. in prin. Sed certe immo quocunq; modo extinguitur, videtur fieri nullum: vt. ff. eo. ſi id quod. ſed ibi nulla remanebat petitio: hic ſic noua, quæ originé habet ex veteri: vt. ff. de lega. ij. cũ filius. §. hæres. Item contra. ff. de ali. leg. l. Mela. §. j. Sol. ibi. Item cótra. ff. proxi. reſpon. quia & ibi tempore mortis: ſed ibi acceſſoriũ primæ. Item contra. ff. de opti. leg. l. fina. Sol. vt ibi. & facit. ff. de alimen. leg. medico. in prin. & de leg. iij. Iulianus. §. fi.

* *Flo. qua*

id quod ex vetere cõtractu debebatur, nihilominus in cauſa legati duret: & an vero nouatione facta, quaſi nouus debitor ampliatæ ſummæ poſsit cõueniri? [a] Reſpondit, id dumtaxat legatum videri, quod tũc [b] debuiſſet: ſi tamen manſit in ea voluntate teſtator qua* tunc fuiſſet.

DE ADIMENDIS VEL transferendis legatis, vel fideicommiſsis.

TITVLVS IIII.

Ademptio partis ſubſtantialis nõ valet. Bartolus.

I. PAVLVS libro tertio ad Sabinum.

DE ADIMEN. VEL TRANSFE. LEGATis, vel fideicommiſsis.

QVi actu. A deuidentiã huiꝰ legis nota quod iter eſt ius ſolus eundi & ambulandi, eũ alio non, & ducendi iumentum vel vehiculum. Actus autem eſt ius eundi & ambulandi, ducendi iumentũ vel vehiculum. Qui igitur habet iter, nó propter hoc habet actũ: ſed qui habet actum, bene habet iter: ſcilicet quoad commoditaté eundi & ambulandi, non quoad ſeruitutem itineris. Sunt enim actus & iter duæ ſeruitutes & diuerſæ. ſunt ergo tria: iter, quod eſt ſeruitus: & actus, quod eſt alia ſeruitus: & iter. i. cómoditas eundi & ambulandi, quã habet ille qui habet actum. & illa cómoditas non eſt ſeruitus per ſe. *CASVS.* Pone quòd legaui tibi actũ. & poſtea ademi tibi iter. i. commoditaté eundi & ambulandi. certe non valet adéptio: quia nunquã poteſt eſſe actus ſine itinere. i. ſine cõmoditate eundi & ambulãdi. Quod auté prædicta ſint vera, probat inſt. de ſeruitu. §. j. &. ij. &. ff. ſi ſer. vin. loci. §. j. &. j. de excep. rei iudi. l. mater. §. ſi quis iter. Viuianus.

c *Itinere.* id eſt, commoditate. Accurſius.

d *Eſſe poteſt.* Sed nonne duæ ſunt ſeruitutes, & nulla eſt alia: vt. ff. de ſerui. ruſti. prędi. l. j. §. iter. &. §. actus. & ſi ſer. vindi. l. loci. §. j. ergo vna adimi poteſt: vt. ff. de ſer. vrb. prædi. l. ſi ædes. ſicut vſusfructus & vſus: vt. ff. de vſu & habi. per ſeruum. ibi, ſed ſi de fructu? Reſpon. duplex eſt iter. Vnum quòd eſt per ſe ſeruitus. aliud quod nó eſt ſeruitus, ſed cómoditas quæ ineſt in actu, de quo hic dicitur. Aut ergo de hoc adimendo ſenſit, & non poteſt ſeparari: ſicut nec ſuperficies à ſolo: vt. ff. de act. & oblig. l. obligationum fere. §. plane. Aut de eo quod eſt ſeruitus, & nó poteſt, quia illud non legauit: vt. j. eo. l. iij. §. ſi loci. Accurſius.

Iter duplex eſt.

FVndo.] *CASVS.* Legaui tibi fundum Titianum. certe poſſum tibi poſtea adimere proprietatem eiuſdem fundi, & relinquere tibi vſumfructum: & econtra tibi poſſum adimere vſumfructum, & relinquere tibi proprietatem. Item & partem eiuſdem fundi poſſum tibi adimere, & partem tibi relinquere. Viuianus.

e *Et fructus.* quia eſt pars rei: vt. ff. de vſufruct. l. iij. & ſic bene conſonat cum ſequenti caſu. Accurſius.

f *Adimi poteſt.* ſicut legari: vt. ff. tit. j. l. nó ſolum. in prin. & facit ff. de vſu & habi. l. per ſeruum. ibi, ſed ſi de vſufructu &c.

SI quis ita.] *CASVS.* Gaius ita legauit in teſtamento ſuo: Titio fundum do lego: & ſi Titius deceſſerit, Seio Sempronio hæres meus dare damnas eſto. Certe recte videtur legatum tranſlatum in perſonam Seij Sempronij, ſcilicet vt ſi Titius moriatur poſtea antequam accipiat legatum id eſt, accipere velit hærede nó exiſtente in mora, habere debeat legatum Seius Sépronius. ſed & ſi iam tempore teſtamenti mortuo dicto Titio cui legauerat dictus Gaius pure eundem fundum, tranſtulerit teſtator in Seium Sempronium: debetur Seio Sempronio dictus fundus. Sed quid ſi ita dixit teſtator, fundum hæres meus Titio dato: aut ſi Titius deceſſerit antequam accipiat dictum fundum, Sempronio dato. & poſtea deceſsit teſtator, & poſtea Titius? Certe ſecundum meram ſubtilitatem vtrique videtur obligatus hæres id eſt, A hæredi Titij, & Sempronio. ſed ſecundum æquitatem diſtinguitur: aut hæres fecit moram Titio antequam ipſe Titius moreretur, aut non. Primo caſu ad hæredem Titij tranſmittitur exactio legati, & repellitur Sempronius. Secundo accipit legatum Sempro. & non hæredes Titij. Sed retento eodem caſu pone Titium deceſsiſſe ante diem legati cedenté id eſt, ante mortem teſtatoris, certe ſoli Sépronio debetur tunc legatum, nó attento vtrũ hæres fuerit in mora, vel non. & idem eſt in iſto alio caſu. Gaius inſtituit ſibi hęredem Martinum, & rogauit eum per fideicommiſ. vt reſtitueret hæreditatem Titio pupillo, aut matri eiuſdé pupilli reſtitueret, ſi pupilluꝰ decederet ante reſtitutam ſibi dictam hęreditatem. nam ſi puer deceſsiſſet ante diẽ legati ſiue fideicommiſſi cedentem, matri ſuæ debetur dicta hæreditas. ſi autem deceſsiſſet puer poſt diem cedentem fideicommiſsi, tranſmittitur fideicommiſſum ad hæredes eiuſdem pueri: nec requiritur vtrum mora fuerit facta per hæredem in reſtituenda hæreditate dicto puero, an non: vtputa re ipſa mora ſubſecuta propter minoris pſonã. Sed ſi ita legaſſet, Gaius hæres meus Titio fundum dato: & ſi non dederis, Titio Sempronio dato. certe ita demum debetur Sempronio dictus fundus, ſi dies legati dicti fundi non ceſsiſſet in perſona Titij, puta quia Titius deceſsiſſet ante diem dicti legati cedenté id eſt, ante mortem Gaij teſtatoris. à tempore enim mortis teſtatoris cedit dies legati: vt Cod. de cadu. tollen. §. j. [*SI QVIS ITA*] Gaius ita legauit, Titio hæres meus dato fundum: & ſi Titius eundem C fundũ legauerit vel alienauerit, hæres meꝰ eundé fundũ Seio dato. certe ſi Titius alienet poſtea dictũ fundũ, oneratus erit hæres ad dandũ Seio fundũ, vel eius æſtimationẽ, & nó Titius: quia, fideicõ. Seio dandũ nó eſt relictũ à Titio, ſi ipſe Titius alienaſſet fundũ: ſed ſub ea cõditione ab hærede legatũ eſt Seio. Ad hoc ergo vt hęres nó ſuſtineat dictũ grauamẽ, debebit exceptioné deli ꝓponere cõtra Titiũ fundũ petenté ex legato, donec ipſe Titius caueat ei hæredi de non alienando fundo. [*SI QVIS PLVS QVAM.*] Legaui tibi. xx. & poſtea ademi. xl. certe valet ademptio in. xx. quia minor ſumma ineſt maiori. Sed ſi legaui tibi vſumfructum fundi mei, & adimam poſtea tibi iter, non valet ademptio, nec vitiatur legatum vſusfruct. & idem eſſet ſi legaſſem tibi proprietatem fundi, & adimerem poſtea iter. [*SI DVO. BVS.*] Legaui Titio albo ſundum, & Titio nigro demum, & poſtea ita dixi: quod Titio dedi, ei adimo. & ita non apparet cui Titio adimerem. certe vtrique Titio debetur legatum. & idem euenit in dando legato. nã ſi lego Titio, & nó apparet de quo Titio, neutri Titio debetur legatum. Sed pone quod Titio albo legaui fundum pure, & eidem legaui eundem fundum ſub conditione: & poſtea ita dixi, Titio fundum quem ſub conditione D ei legaui, hæres meus ne dato. certe ex nulla ratione debetur fundus Titio, niſi ſpecialiter dixiſſem velle me eum Titium accipere pure legatum. [*CONDITIO LEGATI.*] Sticho ſeruo meo dedi in teſtamento libertatem ſub conditione ſi nauis ex Aſia venerit. numquid poſſum ei adimere dictam conditioné, vt ita pure remaneat liber? Et dicunt Iulia. & Papi. quod non, & rediunt talem rationem, quia conditio non datur ſed adſcribitur. illud autem quod adſcribitur, non poteſt adimi, ſed illud tantum quod datur. verius tamẽ eſt quod adimi poſsit conditio, vt inſpiciamus potius ſenſum teſtatoris, quàm verba. & quod dictum eſt in ſtatulibero, habet locum etiam in legato & in hæreditate ſub conditione relicto & relicta. [*CVM TITIO.*] Seius legauit in teſtaméto ſuo. c. Titio, & eidé Titio in codicillis ita legauit, Titio. l. dumtaxat & non amplius hæres meus dato. certe non poterit petere Titius vltra. l. quaſi alia. l. ſint ei adempta. [*NON SOLVM.*] Legaui tibi. c. vel reliqui ibi nomine fideicom. c. certe ita bene poſſum tibi adimere vnum, ſicut aliud: & non ſolum expreſſe, ſed etiã nuda voluntate. vnde ſi capitales vel graues inimicitię creuerint poſtea inter me & te, propter hoc ſolũ videor tibi ademiſſe legatum vel fideicó. & ſi petieris ab hærede meo, poterit tibi oppo-

QVi actu legato iter adimit, nihil adimit: quia nunquã actus ſine itinere [c] eſſe poteſt. [d]

Si præcedit oratio negatiua: dictio, præter, ponit illud de quo prius erat diſpoſitum. Bartolus.

II. POMPONIVS libro quinto ad Sabinum.

B FVndo legato adimi ita poteſt, Fundum illi præter vſumfructũ neq; do neq; lego. vt vſusfructus in legato relinquatur. Sed & fructꝰ [e] adimi poteſt, [f] vt ꝓprietas relinquaꝰ. Itẽ pars fundi legati adimi poteſt.

BIU Cujas

bi opponere exceptionē doli. sed si postea in amicitiā redimus ego & tu, redintegrabitur legatū & fideicō. quod erat adēptū per inimicitiā: quia volūtas mea & cuiusuis defuncti est ambulatoria vsq; ad supremū exitū vitę. propter autē leuem offensam non videtur adimi fideicō. vel legatum. & hoc dicit cū. l. seq. Viuianus.

a *Decesserit*. antequā accipiat. quod dic vt. ff. proxi. §. & §. si quis ita.

b *Mortuo eo*. tempore testamenti.

c *Sēpronio*. id est, Seio qui erat binomius. Accursius.

d *Accipiat*. id est, qđ per eū stet quo minus accipiat: vt. ff. de condi. instit. l. vter ex fratrib⁹. Azo. nā si per eum stat (quod est eoipso quod hæres in mora nō est) non transmittit ad hæredes Titius hoc casu. si autem hæc verba testator nō adiecisset, aut si Titius &c. cum sit purum, à die mortis transmitteret: vt infra, quando dies lega. ce. l. j. Vel dic plenius accipiat id est, accipere possit, qđ est ante cessationē diei legati. Accursius.

e *Titii*. cū Titius decesserit post diem legati cedentem. Azo. aliàs secus, vt infra, ea. l. ibi, sed & ante diem &c. Accursius.

f *Sed si quidem*. licet sic sit de rigore, tamen si quidē mora &c. & dic quod hic exigitur modicum tempus an Titius videatur pdere legatum si moritur, & an hæres sit in mora. Vel dic moram hęredis eoipso quod cessit dies legati. Accursius.

g *Repellendo*. sic. ff. de in rem ver. l. iij. in fine. & l. seq. Accursius.

h *Interceſſerit*. scilicet hæredis. Accursius.

i *Et non Titii*. nā perinde est fere ac si dixisset, si velit vel noluerit: vt. j. de cōdi. & demō. l. si ita expressū. apparet ergo iniquum esse eiusdem rei nomine hæredem vtriq; damnari: vt j. eo. §. si duobus. Azo.

k *Debetur legatum*. infra, eo. l. si legatum. §. quod si ita.

l *Re ipsa*. scilicet in re singulari: vt. C. in qui. cau. in integ. resti. non est necesse. l. in minorum. & ff. de leg. ij. l. Titia. §. j. Azo.

m *Si non dederit*. id est, si dare non tenebitur, vt ex inferioribus patet. sic. j. de verbo. obli. l. si Titius. secundū Azo. tenetur autem Titio dare cū Titius decedit cedente die legati. & facit. j. proxi.

n *Oneratus*. quod fieri poterit: vt &. ff. in prin. §.

o *Eius*. scilicet testatoris.

p *Cautione*. Mutiana: vt. j. de condit. & demon. l. Mutiane.

q *Si quis plus quam*. & facit. ff. tit. j. l. non solum. §. sed si debitorem. & de verbo. oblig. l. j. §. penul.

In conditionibus quæ possunt semel tantum existere: verbū, quod, potest se habere ad plura tępora, intelligitur secundū quod prius euenerit. Bartolus.

III. VLPIANVS libro vicesimoquarto ad Sabinum.

SI quis ita legauerit, *Titio fundū do lego: si Titius decesserit*, a *Seio hæres meus dare damnas esto*. rectè translatū legatū videtur. sed & si iam mortuo eo b cui legatum erat, easdem res transtulerit: Sempronio c debetur.

Si verba executiua ad legatarium sunt relata, & simpliciter prolata, non dicuntur existere, nec effectū habere nisi mora hæredis præcesserit communis vel specialis: secus si verba ad hæredem sunt directa. Bar.

¶ Si quis Titio legauerit sic, *Titio dato: aut, si Titius antè decesserit quàm accipiat*, d *Sempronio dato*. secundum meram subtilitatem vtrique obligatum videri hæredem, id est & Sempronio, & hæredi Titij. e Sed si quidem f mora Titio ab hærede facta est, ad hæredes eius legati exactio transmittitur, Sempronio repellendo. g Sin autem nulla mora interceſſerit: h tunc Sempronius legatum accipit, & nō Titij i hęredes. Sed si ante diem legati cedentem decesserit Titi⁹: soli Sēpronio debetur legatum. k Idem dicendum est & fideicommissaria hęreditate puero data, aut si ante restitutā decesisset, matri eius relicta: vt si puer ante diem legati cedētem decesisset, matri debeatur. si postea, ad pupilli hæredes fideicomissum trāsmittatur: vtpote re ipsa l mora subsecuta. sed & cum quis ita legasset, *Hæres meus Titio dato: si non dederit* m, *Sempronio dato*. ita demum Sempronio debetur, si dies eius in personam Titij nō cesisset.

Quando ex facto legatarii potest damnificari hæres, cogitur legatarius ei cauere de illo non faciendo. Bartolus.

¶ Si quis ita legauerit, *Hæres meus Titio fundū dato: & si Titius cū fundū alienauerit, hæres meus eumdem fundum Seio dato*. oneratus n est hæres. Non enim à Titio fideicommissum relictū est si alienasset fundū, sed ad hærede eius o * legatū est. Hæres igitur debebit doli exceptione oppo sita * prospicere sibi cautione p à Titio de fundo non alienando. ¶ Si quis plus, quàm q dedit ademerit, adēptio valet: veluti si quis viginti legauerit, & quadraginta ademerit. ¶ Si loci vsumfructum leget testator, & iter adimat: r nō valet ademptio, nec * vitiatur legatum: sicuti qui proprietatē fundi legat, iter adimendo f legatū non minuit.

Illud quod facit actorē in petitione succumbere, facit succumbere reum in exceptione. Bartolus.

¶ Si [quis] duobus Titiis separatim t legauerit, & vni ademerit, nec appareat u cui ademptū sit, neutri x * legatum debetur: quemadmodum & in dando, si non appareat cui datum sit, dicemus neutri legatum. †

Si ademptio referatur ad rem, videtur adimi omnis dispositio facta circa illam rem. Bartolus.

¶ Si Titio fundus purè, eidémque sub conditione legatus sit, deinde postea ademptus sit sic, *Titio fundum quem sub conditione legaui, hæres meus ne dato*. ex nulla datione debetur: y nisi specialiter dixerit purè eum legatum velle accipere.

Non solum quod legatur, sed etiā quod ad qualificandum legatum exprimitur, potest adimi. Bartolus.

¶ Cōditio legati an adimi possit vel hęreditatis, vel statuliberi, videndū. Et Iulianus scribit in statulibero detractam conditionem nō repræsentare libertatem. Papinianus quoq; libro septimodecimo quęstionū scribit generaliter conditionē adimi non posse. Nec enim datur (inquit) conditio sed adscribitur. quod autē adscribitur, non potest adimi, sed quod datur.

r *Adimat*. quod iter sequitur vsumfructum: vt supra, si vsusfructum petat. l. j. §. j.

s *Adimendo*. a Sed nunquid qui fundum legat, videtur legare iter ad eum fundum per alium testatoris fundum vel alterius redi mendum? Quidam dicunt quod sic: vt hic. & sic est bona simili tudo. Vel dic quod nō, sicut nec fundo vendito: vt. ff. de contrahen. empt. l. in vendendo. & ff. de ser. vrb. prædi. l. binas. & quod hic dicit, non minuit, quia aliud adimit quam legatum est: vt no. supra, §. eo. l. j. & facit. ff. de leg. ij. l. seruū filij. §. fi. & l. si fundū. §. qui fundū. de vsu & habi. l. per seruū. §. si vsusfructus. Accursius.

*a Pro deiter ad eum fundum per alium testatoris fundum vel alterius redi cisione isti glo. in vertudo. Vel dic quod nō, bo. adimensicut nec fundo vendido: vt. ff. de contrahen. cto. maxiempt. l. in vendendo. & me Barto. not. ff. de ser. vrb. præin. l. seruum di. l. binas. & quod hic filii. ff. de dicit, non minuit, quia leg. 1. Dy. l. aliud adimit quam le- in damnas. gatum est: vt no. supra, §. qui duos. eo. l. j. & facit. ff. de leg. ij. de vsufr. j. l. seruū filij. §. fi. & l. si leg. fundū. §. qui fundū. de *Flo. ei. vsu & habi. l. per seruū. *Flo. posita §. si vsusfructus. Accursius.*

t *Separatim*. vt Titio albo fundum, Titio nigro domum.

u *Appareat*. quia dixit, quod Titio dedi, a- *Flo. na dimo. nec adiecit, albo vel nigro. Accursius.*

x *Neutri*. quidam habent, neutri: & tunc fit directa similitudo per dictionē, quemadmodū. quibus enim ex causa &c. vt. j. eo. l. legata. §. fi. Alij habēt, vtriq;: & tunc est similitudo per contrarium, vt & *vtrij, Fl. ibi, Lazarus similiter Luc. 16. mala. & ad primā concordat, ad secundā est contra. j. de reb. dub. l. † Huc persi fuerit. vbi dicit non tinet quod valere. Sed distinguitur vtrum vnū fuerit legatū, vt lego Titio fundum. & tunc nō valet: vt ibi. an plura, vt puta Titio fundum, postea Titio domū: quia plura sunt legata, vtrumq; valebit: & vtrique rei medietas pro indiuiso debebitur: vt hic. Item contra. supra, de legat. ij. l. si quis seruum. §. si inter. vbi dicitur quod hęres debet eligere cui soluat, & sic valet. & ita est contra prout est hic, neutri. Sed ibi exponitur, debet: id est, potest. nam non tenetur. & secundum hoc est contra si habes hic, vtrique: quia dic quod ibi idem, hic diuersa fuerunt legata. Alij dicūt quod ibi voluit testator facere duos reos credendi, quod potest fieri etiam per testamētum, vt infra, de duoreis. l. eandem. Et adde quæ sunt in quæstione sabbatina domini Azonis quæ incipit, duo fuerunt fratres &c. & facit prout habes, neutri. ff. §. si quis Titio. ibi, sin autem nulli &c. & ff. de lib. & posthu. l. ij. & ff. de hære. instit. l. in tempus. §. j. & j. de manu. testa. l. cum ex pluribus. & ff. de testa. tut. l. duo. sed prout habes vtrique, & ad primum respon. est argu. contra. ff. de in rem ver. l. sed dicendum. Accursius.*

Infort.

y *Debetur*. & ita adēptio nulla. Sed contra. j. de reb. dub. l. si fuerit. ibi, ademptio autem &c. Solu. ibi. Accursius.

a *Magis quam verba.* Not.sensum &c.sic.C.de libe.præte.l.iij. &.ï.de condi.& demon.l.in conditionibus.&.s.de iureiur.l.sed & si possessori.§.sed & si rerũ.&.C.de constitu.pecu.l.ij.§.sed & sub.&.ï.de re iudi.l.in sũma,&.s.de iur.do.l.promittẽdo.in prin. &.ï.de verb.signifi.l.in conuẽtionibus.Sed arg.contra.s.de vsufruc.leg.l.si alij.[a] &.s.

a Dic vt ibi secundũ Bar.

eo.l.j.Ité facit.s.de eden.l.j.§.diem. in fine §.Accursius. *ADDITIO.* Dic secundum Barto.quod ibi adimebat quod non legabat, nec adscripserat.

Sed melius est sensum magis[a] quàm verba amplecti: & conditiones sicut adscribi,ita & adimi posse.

Dictio taxatiua in residua ademptionẽ inducit.Bartolus.

¶Cùm Titio centũ testamento legasset, & eidem codicillis ita legasset, *Titio quinquaginta dumtaxat, nec amplius hæres meus dato.* non amplius quinquaginta legatarium petiturum.

Nuda voluntate vel tacita & grauissimis inimicitiis legata & fideicõmissa reuocãtur: quæ his cessantibus restaurãtur.Bar.

¶Non solùm autem legata,sed & fideicõmissa adimi possunt, & quidẽ nuda[b] voluntate. Vnde quæritur, an etiam inimicitiis interpositis fideicõmissum non debeatur? Et si quidẽ capitales vel grauissimæ inimicitiæ intercesserint,ademptum[c] videri quod relictum est.sin autem leuis[d] offensa,manet fideicommissum. Secundum hæc & in legato[e] tractamus,doli[mali] exceptione opposita.[f]

IIII. IDEM libro trigesimotertio ad Sabinum.

QVod si iterum[g] in amicitiam redierũt,& pœnituit testatorem prioris offensæ: legatum vel fideicõmissum relictũ redintegratur.Ambulatoria[h] enim est† voluntas defuncti vsque ad vitæ supremum exitum.

V. GAIVS libro secundo ad Edictum Vrbicum.

SIcut adimi legatum potest, ita & ad alium transferri,[i] veluti hoc modo:*Quod Titio legaui, id Seio do lego.* quæ res in persona Titij tacitam ademptionem[k] continet.

VI. PAVLVS libro quinto ad legem Iuliam & Papiam.

TRãslatio legati fit quatuor modis. aut enim à persona[l] in personam trãsfertur: aut ab eo qui dare iussus est, transfertur, vt alius det: aut cum res pro re datur,vt pro fundo decẽ aurei:aut quod purè datum est, transfertur sub cõditione. Sed si id quod à Titio dedi,à Mæuio dem: quamuis soleant esse duo eiusdẽ rei debitores, tamẽ verius est hoc casu ademptum esse legatum. Nam cùm[m] dico, *Quod Titium dare damnaui, Seius damnas esto dare.* videor dicere, ne Titius det. Item si pro fundo decẽ legẽtur: quidã putant nõ esse adẽptũ prius legatum: sed verius est adẽptũ esse. Nouissima[n] enĩ volũtas seruaẽ.

VII. VLPIANVS libro vicesimoquarto ad Sabinum.

QVod si alij legeẽ sub cõditione,quod alij purè legatũ[o] est:nõ plenè[p] recessum exitum.nam tunc à primo legatario pure erit legatum ademptũ per translationem in alium sub conditione factã: licet adhuc nõ extiterit conditio.& ideo si viuo me testatore, q omni modo volui recedere à primo legatario purũ per secũdũ cõditionalẽ,mortuus fuit is cõditionalis:nõ propter hoc magis ptinebit legatum ad primũ legatariũ purũ.&.h.d.cũ tribus.ll.seq. Viuianus.

† *Voluntas defuncti est ambulatoria vsq; ad mortẽ. concor.c. cum Marthæ.extra de celeb. miss. & 12.q.2.cap. vlti.*

b *Nuda.* id est, tacita. & sic nuda à verbis: vt supra, de auro & argẽ. lega.l.iij. in fi.&.l.iiij. nimirum etiam relictũ quandoque præsumitur:vt.s.de pecu.lega.l. denique.§.interdũ.Vel dic nuda, scilicet à solennitate. voluntas enim fuit expressa. secus tamen videtur in hæredis institutione: vt. C. de testa.l. hac consultissima.§.si quis autem. & supra, de iniusto testa.l.ij.& institu. quib. mod.test. infir.§.ex eo. & infra, eo.l.ex parte. Sed contra videtur etiam in hæredis institutione: vt infra,de his qui. vt indig.l.cũ quidam.&.C.de testa.l.nostram. & de his qui.vt indig.l.hæreditas. &.s. de acquiren. hæredi.l. Claudius.quæ vix possunt ad concordiã reuocari. Sed dic, legata reuocantur tacita volũtate præsumpta priori voluntati contraria. hæredis vero institutio nõ:vt.ï.e.l.ex parte.Ité legata contraria voluntate & expressa etiã nõ solenni reuocãtur:hæredis vero institutio (quia magis quàm legata solẽnitas est)nõ sic reuocatur sola voluntate cõtraria & expressa:immo factũ defuncti interuenire oportet.Sed hoc magis ptinebit legatum ad primũ legatariũ purũ.&.h.d.cũ tribus.ll.seq. Viuianus.

c *Ademptum.* tacite:vt.ï.de his qui.vt indig.l.si inimicitiæ.sed aliud in institutione hæredis:vt.ï.eo.l.ex parte.quæ non sic facile vt fideicommissum reuocatur:vt.s.l.proxi.notatur.Accursius.

d *Leuis.* similis est distinctio in teste: vt in authen. de testi.§.si vero odiosus.

e *Et in legato.* non solum in fideicommisso, quæ olim differebant:hodie non:vt supra,de leg.j.l.j.distingue ergo in eo sit grauis vel leuis inimicitia.

f *Opposita.* non ergo ipso iure: vt.ï.de excep.do.l. apud.§.præterea.& facit supra,de lega.iij.l.si iure facto testamento. Sed arg. contra.C.de li.& eo.lib.l.ij.Accursius.

g QVod si iterum. facit.s. de lega.ij. l.antepe.§. Lucius. & de leg.iij.l.si chorus.§.pe.&.§.fina.

h *Ambulatoria.* vt &.s.de do.inter vi.& vxo.l.cum hic status.§. ait oratio.

Sicut adimi.] CASVS. Sicut illi cui legaui, possum legatũ adimere: vt dictũ est.s.eo.l.ij.§.si quis plus.vsq; huc, ita etiam & ad alium possum dictũ legatũ transferre hoc modo: Quod Titio legaui,id do lego Seio.quę translatio facta in Seium continet tacitam ademptionẽ in persona dicti Titij.Potest autẽ fieri trãslatio quatuor modis.aut enim à persona in personã transfertur: de qua iam dictũ est.aut ab eo hęrede qui dare iussus est,transfertur: vt alius puta cohæres det.aut cum res pro re datur:vt pro fundo legato dantur decem aurei. aut quod pure datum siue legatũ est, trãsfertur sub conditione. quod autẽ dixi in secũdo modo translationis, dixerunt quidã nõ esse verum,immo dixerunt quidã quod primus & secũdus hęres sunt duo rei insolidũ: sed verius est.s.quod sit adẽptũ: quia primus hæres non teneat,vt dixi.nã cũ dico,quod Titiũ dare dẽ naui, Seius dãnas esto dare.videor dicere,ne Titi[q] det.Ité quod dixi in tertio modo translationis, dixerunt quidã non esse verum: immo dixerunt non esse adẽptum prius legatũ, sed quod dixi, verius est, scilicet vt sit adẽptũ: quia nouissima voluntas debet seruari. quod autẽ dixi in quarto modo translationis,ita verum est si conditio sequens extiterit:nisi expresse appareat,testatorem hoc animo fuisse, vt omni modo putauerit à primo legatario recessum.nam tunc à primo legatario pure erit legatum ademptũ per translationem in alium sub conditione factã: licet adhuc nõ extiterit conditio.& ideo si viuo me testatore, q omni modo volui recedere à primo legatario purũ per secũdũ cõditionalẽ,mortuus fuit is cõditionalis:nõ propter hoc magis ptinebit legatum ad primũ legatariũ purũ.&.h.d.cũ tribus.ll.seq. Viuianus.

i *Transferri.* vt institu.eo.in prin.Accursius.

k *Ademptionem.* pro parte secundũ quosdã,ne sit contra,insti.de leg.§.si eadẽ res.Vel distingue vt dicitur.s.de leg.j.l.si pluribus. &.l.plane.in prin. *ADDITIO.* Ad euidentiã istius glo.dic secundũ Bar. quod ibi.in.d.§.si eadẽ res.legatur secũdo sine cõmemoratione primi legati:hic vero secundũ legatum fit sub commemoratione primi.hoc probatur in.l.nam ad ea.ï.de condi.& demon.

l TRanslatio. A persona. onerata.Et no.quòd hoc casu etiam si seruus non est capax, tamen primo ademptum est: vt.ï. eo.l.& si transferam.&.s.de leg.j.l.plane.in prin.

m *Nam cum.* bene dico ademptum.nam &c.

n *Nouissima.* sic. C. de pact.l. pacta nouissima. &.ï.eo.l. nihil prohibet.&.s.de leg.j.l.si mihi.§.in legatis.&.s.de alimen.lega.l. Mela.§.sed & si.

o QVod si. *Legatum.* est.s.prius. Si autem primo sub conditione pure transfertur,intelligitur conditio repetita:nisi conditio cohæreat primæ personæ:vt.ï.e.l.legatũ sub conditione.& facit.C.de leg.l.datum.

p *Non plene.* quod enim sub conditione adimitur,tale est ac si sub contraria conditione legatum sit: vt.ï.quando di.lega.ce.l. quod pure.&.s.si cer.pet.l.pecuniam.Azo.& facit.ï.eo.l.si legatum pure.&.l.rem legatam.

Cùm centum.] CASVS. Titius fecit testamentum,& in eo legauit Seio pure.c.& postea eidem Seio in eodem testamento reliquit eadem. c. sub conditione si nauis ex Asia venerit, & decesit. Certè si testator voluit hanc summam sub conditione

BIU Cujas

conditione legatam esse quasi aliam. i. primam: statim debentur Scio. c. quæ pure ei relicta sunt. & illud quod sub dicta conditione est ei adscriptum, debetur ei si conditio extiterit. Si autem eandem summam quā primo ei legauerat, mutata voluntate sub conditione ei reliquit: non debebuntur ei sub conditione nisi vltima c. quia hoc casu pura datio est effecta conditionalis. Quid ergo si in eodem testamēto in quo. c. ei legauerat, post ea cidē. l. reliquit? Certe si quidem alia voluit esse hæc. l. centū quinquaginta debentur ei. si vero. l. solum deberi voluit. l. tantum ei debebūtur. & omnia quæ dixi in testamento, habent locum in codicillis. Viuianus.

a *Cum centum quæ.* potest esse simplex relatio, & non simplex. Accursius.

b *Videbitur.* Sed quid in dubio? Respō. secundum Azo. distinguitur eadem scriptura vel alia: vt. j. proxi. §. no.

c *Tantum deberi voluerit.* quod præsumitur si in eodem testamento vel codicillis eisdem hæc legata reliquit: vt supra, de supel. leg. l. legata. in prin. & ſ. de lega. j. l. plane. §. sed si non. secus si in aliis: vt supra, de proba. l. quinquaginta. & de ali. & cib. lega. l. libertis. & ſ. de fun. instru. l. Seiæ. & supra, titu. j. l. Aurelius. §. testator ita. R. vel dic vt dixi in. l. illa, plane. de lega. j. Accursius.

Si legatū.]*CASVS.* S Legaui. c. Titio pure. & postea ademi eadem ei sub cōditione: & postea decesi. & postea pendente dicta conditione dictus Titius decesit, & postea defecit dicta conditio sub qua ademi ei legatum. numquid pertinet ad hæredem Titij dictum legatum? Et dicitur quod non. & est ratio, quia legatum sub cōditione ademptum videtur datum sub contraria conditione, id est, si defecerit conditio sub qua fuerit ademptum. si est vel videtur datum sub contraria conditione: ergo videtur datum sub conditione. si ergo pendente conditione contraria decesit legatarius, non transit ad hæredem eius, vt no. supra, de lega. j. l. iij. [*QVOD SI ITA.*] Seius legauit ita: Titio hæres meus. x. dato. & si Titio non dederit, eadem. x. Sempronio dato: & postea Titius decesit ante testatorem, & ita ante diem legati cedentem. certe poterit Sempronius petere dicta. x. debebit enim intelligi translatum legatum in Sempronium. Viuianus.

d *Ad hæredem Titii.* id est, omnino à primo legato recessum est ad tempus: vt supra, de condi. instit. l. Iulianus. §. vbi autem. & supra, de constit. pec. l. illud. ij. respon. Azo. & facit supra, de lega. j. si post mortem. §. fina. Accursius.

e *Adimitur.* hæc ademptio continet in se tacitam dationem sub contraria conditione: vt hic, & supra, si cer. pe. l. pecuniam. &. j. quando dies lega. ced. l. quod pure. quod enim tacite agitur, pro tacito, id est, expresso habendum est: vt. ſ. si cer. pet. l. quidam. & facit. ſ. eo. l. quod si alij. & de in diem addi. l. ij. Sed arg. cōtra. j. pro empto. l. ij. §. si in diem. Accursius. *ADDITIO.* Solu. secundum Bar. hic quod aliud est in contractibus: aliud in vltimis voluntatibus. nam in contractibus resolutio conditionalis non facit conditionalem primum contractum, sed in vltimis voluntatibus sic: vt not. in. l. contraria. sed plenius in. l. ij. §. j. de in diem addic. in glo. magna. & in. l. quibus dieb⁹. §. quidā Titio. de cōdi. & demō.

f *Diem.* scilicet cedentem. & facit supra. l. iij. §. j. &. §. sed & cum quis. &. ſ. proxi. respō.

SI legatum purè datum Titio adimatur sub conditione, & pendente conditione Titius decesserit: quamuis conditio defecerit, ad hæredem Titij [d] legatum nō pertinebit. Nā legatum cum sub conditione adimitur, [e] perinde est ac si sub contraria conditione datū fuisset. [Quod [si] ita legatum est, *Titio decem hæres meus dato: si Titio nō dederit, eadem decem Sempronio dato.* si moriatur Titius ante diem [f] legati, Sēpronius legatū vtiliter petet. translatum enim legatum intelligi debebit.

XI. IDEM libro quinquagesimoquarto Digestorum.

QVi hominem legat, & Stichū adimit: non perimit [g] legatum. sed extenuat.

XII. VLPIANVS libro quinquagesimo ad Sabinum.

VT Stichum [h] legatarius eligere non posit. [i]

In adimendo id quod à testatore conceditur, verbis testatoris statur. Bartolus.

XIII. MARCIANVS libro sexto Institutionum.

DIui Seuerus & Antoninus rescripserunt, cū testator postrema scriptura, quaqua [k] ratione motus pessimū libertum esse adiecisset: ea quę priore scriptura ei [l] relicta fuerant, adempta videri.

Quæ inducuntur ad deminutionem, non important augmentum. Bartolus.

XIIII. FLORENTINVS libro vndecimo* Institutionū.

LEgata inutiliter data, adēptione non confirmantur:

Qui hominem.]*CASVS.* Legaui tibi hominē in genere, & ita habes electionem quem de seruis meis eligas. & postea ademi tibi Stichum qui erat vnus de seruis meis. certe non videor perimere legatum, sed extenuare: vt scilicet dictum Stichum eligere non possis, sed vnum de aliis quem volueris. &. h. d. cum. l. sequen. Viuianus.

g *Non perimit.* contra supra, tit. j. l. non solū. §. j. sed ibi alternatiue, hic in genere. Accur.

h *VT Stichum.* aliàs lex: aliàs non est lex.

i *Nō possit.* ergo à cōtrario aliàs legatarius generis habet electionem: vt & not. insti. de lega. §. si generaliter. & supra, de pac. l. si vnus. §. sed si generaliter. & ſ. de opt. leg. l. hominē.

Dui Seuerus.]*CASVS.* Institui mihi hæredē Titiū, & legaui plura liberto meo, & postea aliqua ratiōe motus ego adieci dictū meum libertū esse pessimum. Certe videor ei ademisse priora legata. Viuianus.

k *Quaqua.* i. aliqua.

l *Ei.* scilicet liberto: vt infra, eo. l. libertus. &. C. de his qui. vt indig. l. hæreditas. Sed ar. contra supra, ad Silla. l. iij. §. j. *ADDITIO.* Dic secundum Barto. quòd hic testator volebat solum auferre beneficium à se concessum: ibi vero volebat pœnam imponere. *aliàs, primo

Legata.]*CASVS.* Institui mihi hæredem Titium: & seruo suo pure. c. legaui, & ita inutile fuit legatum. & postea seruo ademi dictum inutile legatū sub cōditione si nauis ex Asia venerit: & postea decesi: & postea defecit dicta cōditio ademptionis. numquid propter hoc confirmatum est dictum inutile legatum? Et videtur quòd sic: quia si legatum pure adimatur sub conditione, solet intelligi datum sub contraria conditione. Dictum ergo inutile legatum videtur propter hoc cōfirmari, id est, quia fuit ademptum sub conditione, & conditio non extitit: tamen dicitur hic quòd non est verum: quia ademptio solet interuenire ad hoc vt non debeatur legatum primo datum, & non ad hoc vt debeatur. cum ergo ponatur ademptio ad perimendum legatum quod valet, quo modo potest intelligi vt dicta ademptio confirmet & faciat conualescere legatum quod non valet? Certe non esset bonus intellectus. [*QVIBVS EX CAVSIS.*] Si legaui tibi viam pro parte ad fundum meum, non valet legatum: vt supra, de lega. ij. cum filius. in prin. Item si pro parte do libertatem seruo meo, nō valet, scilicet vt pro parte sit liber, & p parte remaneat seruus: vt infra, de lib. cau. duobus. & sicut non valet in dictis casibus legatū, ita nec in eis valet ademptio: puta si lego tibi viam, & postea pro parte adimo: vel si lego libertatem seruo meo, & postea pro parte adimo. Viuianus.

a *Si seruo.* institui Titium : & ab eo seruo eius legaui.non valet relictum: vt insti.de lega.§.an seruo.&.§.econtrario.

b *Nam pure.* merito hoc ita dixi, quia quibusdam videbatur secus tali ratione, nam &c.

c *Datum.* id est,non ademptum.Rog.

d *Confirmatur.* ratione mera: aut certe ironice loquitur secundũ Rog:

e *Ademptio.* remouet quòd confirmetur legatum ratione supradicta secundum Rog.

f *Interuenit.* Not. spectandum fore quare aliquid fiat.sic.ſ.ti.j.l. Aurelius.§. testaméto ita. & de fun.instr.l.si mancipia.in prī.&.j.de cõdit.& demon.l.cũ tale. §.fi.& ad leg.Falci.l.in ratione. §. cũ quidam. & de ope.no. nunti.l.j. §.inde quęritur.&.j.de manu. testa.l. Titia. §. Lucius.& facit.ſ.l.si legatum. Item facit.ſ.de hære.insti.l.ex facto etiam.&.l.si socius.

g *Habetur.* & econtra vbi legatum vtile,& ademptio vtilis est: vt.j. e.l.si seruo.&.l.si seruꝰ.

h *Adimas.* nã nec legari nec adimi pro parte via potest: vt.ſ.de serui.l.pro parte.§.pro parte.& de le.ij. cum filiꝰ. in princip.

i *Vetes.* si leges libertatem,& pro parte adimas: nõ valet.ad quod infra,de excep. rei iud. l.iudicatę.in prin.& de lib.cau.l.duobus. Acc.

veluti* si seruo [a] à domino hæredi instituto purè legatũ, sub cõditione adimatur. Nã purè [b] legatum si sub conditione adimatur,sub contraria cõditione datũ [c] intelligitur: & ideo cõfirmatur. [d] adẽptio [e] autẽ quò minus,non quò magis legatũ debeatur, interuenit. [f] ¶ Quibus ex causis datio legati inutilis est,ex eisdẽ causis etiã adẽptio ĩefficax habetur: [g] veluti si viã pro parte adimas, [h] aut pro parte liberum esse vetes. [i]

** Flo. veluti si domino hærede instituto, seruo purè leg.*

Legatum extinctum alienatione nõ restauratur, nisi de nouo probetur. Bartolus.

XV. PAVLVS libro singulari de adsignatione libertorum.

CVm seruus legatus à testatore, & alienatus, [k] rursus redẽptus sit à testatore: nõ debetur legatario, opposita exceptione doli mali. Sanè si probet legatarius nouã voluntatẽ testatoris, nõ submouebitur. [l]

XVI. IDEM ex libro singulari de Iure Codicillorum.

NIhil interest,inducatur [m] quod scriptum est,an adimatur.

XVII. CELSVS libro vicesimosecundo Digestorum.

NIhil prohibet priorẽ scripturam posteriore corrigere, [n] cõmutare,rescindere.

Alienatione voluntaria extinguitur legatum. Bartolus.

XVIII. MODESTINVS libro octauo Differentiarum.

REm legatam si testator viuus alij donauerit, omnimodo extinguitur [o] legatum: nec distinguimus vtrum propter necessitatem rei familiaris, [p] an mera voluntate donauerit: vt si necessitate donauerit,legatum debeatur: si nuda voluntate, non debeatur. hæc enim distinctio in donantis munificentiam non cadit, cum nemo in necessitatibus liberalis existat. [q] †

Legatum ademptum simpliciter manet apud hæredem cum onere suo. Bartolus.

XIX. IDEM lib.vndecimo Respon.

MOdestinus respondit,si adimendo legatum quod Mæuio relictum sit, fideicommissum ab eo datũ defunctus reuocare noluit : hæredes ex causa fideicommissi conueniri posse, [r] rectè probari.

A licet.&.C.de pac.l.pacta.Vel dic ecõtra quòd prima quandoque corrigit vltimam vel determinat: vt.ſ.de lega.j.l.si mihi & tibi.§. fin.& de lega.iij.l.si quis.in princi.Sed contra.j.de regu.iur.l.vbi repugnantia.Solu.ibi nescitur quod prius, & quod posterius sit factum.vel ibi est repugnantia propter prolixitatem verborum: vt supra, de condi.instit. l. si Titius. Accursius.

REm legatã.] CASVS. Legaui Titio equũ meũ : & postea vendidi eum Seio: & postea decessi.numquid dictus Titius potest equum prædictum ab hærede meo petere, vel eius estimationem? Et distinguitur: aut vẽdidi Seio propter necessitatẽ rei meæ familiaris: aut mera mea spõtanea voluntate.primo casu potest Titius petere legatum, secundo non præsumptione habita circa voluntatem testatoris in his duabus diuersis respõsionibus. secus si donassem equũ dicto Seio postquam [†] legaueram eum Titio: dico quia tunc omni modo extinguitur legatũ non cura inspecta dicta distinctione.dicta enim distinctio non cadit in munificentiam donantis : cum nemo dicatur liberalis in donãdo qui dat aliquid alicui ex dicta necessitate rei familiaris:& ita vna pars dictæ distinctionis non potest habere locum in donante : & ita merito non habet locum prædicta distinctio in donatione. Viuianus.

Dico secundum Bar. quòd aliud est in relicto libertatis, vt ibi: aliud in relicto proprietatis, vt hic.

CVm seruus.] CASVS. Legaui Titio seruum: & postea donaui eum Seio: & sic extinctum est legatum: vt.j.eo.l.rem legatam.& postea emi eum à dicto Seio,& postea decessi.& postea dictus Titius petit ab hærede meo dictum seruum. Certe potest hæres meus opponere ei exceptionem doli: nisi probet quòd ego ex noua voluntate volui eum habere dictum seruum. Viuianus.

NIhil.] CASVS. Legaui Titio.c. & postea cũ penna induxi verba legati. certe perinde est ac si verbis ademissem ei legatum: & ita non habebit legatum Titius. Item scias quòd prior testamenti scriptura corrigit quandoque posteriorem,& quandoq; commutat eam,& quandoque rescindit: quamuis quibusdam hoc non videretur. De primo da exemplum : vt quia testator dixit in prin.testaméti,si Titio.c.legauero,nolo ei deberi nisi.l.& ita innuit,& ita videtur corrigere. De secundo da exemplum : vt quia dixit in prin.testamenti, si Titio legauero, volo illud legatum dari Seio.& ita commutauit siue transtulit in Seium: vt.ſ.eo translatio. De tertio da exemplum, vt quia dixit in prin.testamenti, si Titio legauero,nolo ei aliquid deberi.& ita dicitur rescindere cum ex toto tollit.& ita hoc dico per.l.ſ. de lega.iij.l.si quis. in prin.test. Alij ponunt quòd vltima scriptura corrigit primam, & commutet, & rescindat: sed de illo non erat dubium. vnde prima positio mihi placet.&.h.d.cum.l.seq. Viuianus.

B

C

D

m *Inducatur.* quod dic vt not. C.de testa.l.nostram.&.ſ.de leg. j.si ita scriptum.& de his quę in testa.delen.l.j.§.& ideo.&.l.ij.in princip. Item facit.ſ.de petitio.hæredi.l.si quis liber.circa princi. & de iudi.l.& post.§.j. Accursius.

n *Nihil. Corrigere.* Corrigit vltima primam cum addit vel minuit.commutat quando transfert: vt supra, eodẽ,translatio.rescindit cũ ex toto tollit: vt supra.l.proxi.& facit.ſ.de alim. leg.Gaio.& de leg.& senatusco.non est.& de codicil.l.diui.§.

o *Extinguitur.* per exceptionem: non ipso iure : vt supra, eod. l.cum seruus.

p *Rei familiaris.* & non facit rescindi venditionem talis necessitas: vt.C.de rescin.vendi.l.non idcirco. Accursius.

q *Liberalis existat.* quasi dicat.qui dat aliquid ex necessitate,nõ dicitur id donare: vt.ſ.de dona.in.virum & vxo.si quis pro.&.C. de dona.nec ignorans.&.ſ.de dona.l.donari.quandoque tamen dicitur liberalitas vel donatio etiã quæ necessario fit, sed improprie: vt.C.de hæret.l.cognouimus.&.ſ.de admini.tuto. cum plures.§.in primis.&.ſ.de tut.& ra.detra.l.j.§.j.&.j.ad legem Aquil.si, si seruus seruum.§.si oliuam. Vel dic,nemo &c.id est,nemo indigens donat.sed tunc est arg.cõtra.ſ.si cer.pet.l.si ego. Item tertio nemo est liberalis ei qui indiget. Vnde versus: Cum fueris fœlix, multos numerabis amicos. Tempora dum fuerint nubila, solus eris. Sed prima vera.& facit.ſ.de auro & argento leg.scribit.§.itẽ. &.j.eod.l.legatum.§.fi. Sed quid si alienauit titulo non lucratiuo: ex voluntate tamen pura, vt fœneret? Respondent quidam semper videri fieri ex necessitate.arg.ſ.de procura.seruum quoq;.sed dicas tunc habere locum hanc distinctionem quam hic dicit cessare in donatione.q.d.aliàs habet locum.& sic intellige.ſ.de leg. iij.fideicommissa.§.si rem.& colligitur.j.eo.si seruo.& facit. instit.de leg.§.si rem. Accursius.

MOdestinus.] CASVS. Legaui Mæuio centum,& rogaui eũ Mæuium vt daret Titio quinquaginta per fideicõmissum. & postea ademi dictum legatum Mæuio:& non reuocaui expresse fideicommissum prædictum Titio per Mæuium dandum. Certè dictus Titius poterit conuenire hæredes meos vt dent ei dictum fideicommissum.propter ademptionem enim prædictã Mæuio factam redit legatum Mæuij ad hæredes meos. vnde ipsi debent sustinere onus fideicommissi. Viuianus.

r *Posse.* quasi cum onere redeat.sic.C. de cad.tollen.§.j. & supra,de alimen.lega.l.Gaio.in princip. Sed argu.contra infra,eod. l.si tibi. ADDITIO. Dic secundum Barto. quòd ibi in eadem persona,hic in diuersis.

BIU Cujas

Licet transferam.] CASVS. Legaui Titio centum, & postea transtuli dictum legatum in Seium non capacem, puta quia erat in metallum damnatus. vel transtuli dictum legatum in seruum meum proprium: & in illa translatione legati nō dedi eidem seruo libertatem. & sic in his duobus casibus nō valet legatum in persona illorū in quos translatum est: vt. ff. de his quæ pro non scrip. ha. l. iij. & C. de lega. l. seruis. Certe licet eis non debeatur legatum, vt dictū est: tamen non remanet apud Titium cui ademi. Et scias q̄ legatum nulli alij adimi potest, quàm illi cui datum est. Vnde si dictus Titius cui legaui, erat filius vel seruus alienus: nō possū adimere à patre vel à domino suo. & hoc dicit cum. l. seq. Viuianus.

a *Legatum.* idē in hæreditate: vt infra, de his quibus vt indig. l. cum quidam. Azo.

b *Sine libertate.* & ideo non valet: vt. C. de leg. seruis. & ff. de his quæ pro nō scrip. l. si in metallū. in fine. Sed cōtra ff. de leg. ij. l. si seruus. §. si seruus. sed alio casu loquitur. Itē & hic dicūt quidā valere offi. iudi. vt. C. de necess. ser. hære. institu. l. quidā. §. illo. Sed dic vt ibi.

c *Nec illi.* sic. ff. de lega. j. l. plane. in prin. & de iniusto testa. l. cum in secundo. §. penulti. & infra, eo. l. legatum. in fin. & supra, de mili. testa. l. milites. §. fina.

d *Legatum nulli alij.* sic supra, de vulga. substit. qui liberis. §. fin. & ff. de accep. l. an inutilis. §. fi. & ff. de verb. obli. l. fin. in princ. & ff. de condi. & demon. l. qui hæredi in princ. & institu. de stipu. ser. §. cum factum. Sed argu. contra. ff. de lega. j. l. legatum. & infra, de succ. edicto. l. j. §. per seruū. ADDITIO. Solue secundum Bartolum quòd hic loquitur in ademptione: contraria vero loquūtur in repudiatione. Ratio est, quia repudiatio fit postquam cessit dies legati. iam enim patri vel domino quæsitū erat: & ideo repudiare potest: sed ademptio fit viuo testatore: & sic ante diem legati cedentem: & ideo non potest adimi à patre vel domino: quia eis non erat datum.

Ex parte.] CASVS. Titius instituit sibi hæredes Gaium & Seium, & Gaio prædicto prælegauit. c. postea inter dictū Titium testatorem & dictū Gaium pro parte hæredē & legatarium ortæ sunt grauissimæ inimicitiæ: & propter hoc ipse testator proposuit facere aliud testamentum, & auferre ei quicquid dederat: & incepit facere secundum testamentum, & non perfecit propter mortem superuenientem: & in eo secundo testamento non perfecto nihil dixerat adhuc de dicto Gaio. nunc enim statim mortuo Gaio petit Gaius dimidiam hæreditatis, & prælegatum. nunquid habebit vtrumque? Et dicitur quòd non, immo medietatem hæreditatis tantum, & non legatum: quia legatum nuda voluntate tollitur, & non hæreditas. Viuianus.

e *Legatum.* id est, prælegatum. Accursius.

f *Instituisset.* in animo: non tamen fecit.

g *Præterit.* aliàs, præteriit, id est omisit, aliàs præterea.

h *Denegabuntur.* cōtra. C. de his qui. vt indig. hæreditas. & ff. de his qui. vt indig. l. cum quidam. Solu. hic nō ipso iure, sed ibi sic per sententiā. vel ibi expressa, hic tacita est reuocatio. Vel dic vt diri in dicta lege, cum quidam. Item nota. in legato secus: vt &. ff. l. iij. §. finali. Item quare secus? Respon. quia hæreditas semel data adimi non potest: in legato secus: vt. ff. de his quæ in testamen. delen. l. j. §. fi. & de milit. testa. l. milites. §. veteranus. Sed quare secus? Respō. quia cum institutio hæredis sit caput testamēti, non potest infirmari nisi certis modis solennibus [a], & quādoque nō solennibus: vt instī. quibus modis testa. infir. §. ex eo. & C. de testa. hac cō sultissima. §. pe. & l. sancimus. & l. nostrā. & ff. si tabu. testa. nul. extat. l. j. §. si hæres. & de hoc no. ff. l. iij. in fi. & facit. ff. eo. l. pen. Acc.

Pater.] CASVS. Titius instituit sibi hæredes duos suos filios, & vnam filiam suam: & facultates suas inter eos diuisit, paucis bonis communibus remanētibus indiuisis: & voluit dictā filiam accipere. ccc. aureos ex ratione cōmodorū primipili, id est, ex ratione lucrorū quę habebat ipse pater ex quadam publica administratione quā habuerat: & postea de pecunia commodorum cōparauit idem pater quādam possessionem: & dedit in ea possessione quadringentos aureos de dicta ratione cōmodorū. & ita. c. vltra quā filię prælegasset: & post ea decessit. nūc quæritur, an fratres prædicti & filiæ cohæredes teneantur præstare sorori fideicommissum siue prælegatū prædictum? Et videtur quòd non: quia. ccc. aurei cōmodorum cum aliis. c. aureis de dictis cōmodis sunt cōsumpti siue absumpti: & ita videtur extinctū legatum: vt. ff. ad Treb. Titius. Dicitur tamen hic q̄ bene tenentur ei præstare dictum fideicommissum: quia non videtur absumptum quod in corpus patrimonij est versum. habebit ergo dicta filia tantū de dicta possessione cōparata ante partem, quantū capiunt dicti. ccc. aurei. & superfluum dictæ possessionis debet diuidi inter eam & fratres pro hęreditariis partibus. nam cum pater diuisit inter filios patrimonium suum: quicquid remansit in hæreditate non diuisum, videtur voluisse pertinere ad omnes cohæredes. tota autē possessio empta post testamētum non fuit diuisa: cum diuisio fuerit facta in testamento, vt dictum est. vnde bene dixi quòd filia debet ante habere partem tantum de dicta possessione quantū capiunt dicti. ccc. aurei sibi prælegati: & superfluum dictæ possessionis debere diuidi inter eam & fratres pro hæreditariis partibus. nam & si dicti quadringenti aurei non fuissent dati in emptionem dictæ possessionis, sed fuissent relicti in bonis siue hęreditate: idem eueniret, scilicet vt. ccc. ex eis darentur filiæ ante partem: & superflui. c. diuiderentur inter eam & fratres pro hæreditariis partibus. Viuianus.

i *Primipili.* id est [b], cuiusdam administrationis in qua fuerunt multa commoda vel lucra. quasi dicat, ex tali negotiatione.

k *Voluit.* scilicet per præceptionem. Accursius.

l *Comparauit.* pluris quam. ccc. aureis: vt statim patet. Accursius.

m *Videtur.* sic supra, de lega. ij. imperator. §. fina. & l. sequen. & seq. & de peti. hæred. l. sed & si lege. §. j.

n *Indiuisas.* quædam enim indiuisæ remanserant.

o *Voluisset.* scilicet pater. Azo.

p *Vt in eam.* id est, in ea possessione percipiat filia nubens aureos. ccc. & de superfluo portionē accipiat hæreditariam. ad quod est. ff. fami. ercis. l. quæ pater. Sed contra. C. famil. ercis. l. in cognitione. vbi dicit viriliter. sed dic vt ibi Accursius. ADDITIO. Solu. secundum Barto. quia ibi dicit, quòd præcesit institutio æqualis, vel ex certis rebus, quod idem est: vt. l. ex facto. de hære. institu. secundum Dy.

q *Pecunia relicta.* vt. ccc. habeat ante partem, in reliquis hæreditariam: vt. ff. famil. ercis. hæredes. §. fina. & l. seq. & facit supra, de lega. iij. l. xj. §. si rem. Accursius.

Legatum.] CASVS. Titio. c. sub conditione si nauis ex Asia venerit, legaui: & postea transtuli dictum legatum in Seium, nō repetita dicta cōditione. Certe sub ea cōditione nihilominus

---

XX. POMPONIVS libro primo ad Quintum Mucium.

LIcet transferam legatum [a] in eum cum quo nobis testamenti factio non est, siue in seruum propriū, cui sine libertate [b] legauero: licet eis nō debeatur, nec illi [c] tamen debebitur cui fuerit ademptum.

Legatum filio vel seruo non potest adimi à patre vel domino. Bartolus.

XXI. LICINNIVS RVFINVS libro quarto regularum.

LEgatū nulli alij [d] adimi potest, q̄ cui datum est. Quapropter si filio aut seruo alieno legatum fuerit, domino aut patri legatum adimi nnn potest.

Inimicitiæ superuenientes, & testamentum imperfectum hæredis institutionem nō vitiant, sed legatum. Bartolus.

XXII. PAPINIANVS libro sexto Responsorum.

EX parte hæres institutus etiam legatū [e] acceperat. eū testator inimicitiis grauissimis persecutus, cùm testamentum aliud facere instituisset [f], neque perficere potuisset, præteriit [g]. Hæreditariæ quidem actiones ei non denegabuntur [h]: sed legatum si petat, exceptione doli mali submouebitur.

Si ex pecunia legata per testatorem aliquid ematur: legatum non extinguitur, sed ex re empta præstabitur. Barto.

XXIII. IDEM libro septimo Responsorum.

PAter inter filios facultatibus diuisis, filiam ex ratione primipili [i] commodorū trecētos aureos accipere voluit [k]: ac postea de pecunia commodorum possessionem cōparauit [l]*. Nihilominus fratres & cohæredes sorori fideicōmissum præstabūt. Nō enim absumptū videtur [m] quod in corpus [o] patrimonij versum est. Cùm autē inter filios diuiso patrimonio, res indiuisas [n] ad omnes cohęredes pertinere voluisset [o], ita possessionem ex cōmodis cōparatam diuidi placuit, vt in eam [p] superflui pretij filia portionē hęreditariā accipiat. hoc enim eueniret in bonis pecunia relicta [q].

Legatū videtur transferri cum cōditionibus suis: nisi cōditio personæ cohæreat. Bar.

XXIIII. IDEN libro octauo Responsorum.

LEgatum sub cōditione datum cùm transfertur, sub

Primipili. lus dicebatur decima legionis centurio: de quo Vegetius lib. 2. Vetus, inquit, cōsuetudo tenuit vt ex primo principe legionis promoueretur centurio primipili. hic tanquā caput totius legionis merita conseruatio quebat & pmia. hæc il. le. vt iā facilis sit hic locus. vide si libet Alcia. c. pe. ad 12. li. C.

videtur translatum in Seium.secus autem si conditio legato apposita cohæreat personæ primi legatarij: quia tunc non videtur repetita in persona illius in quem translatum est legatum: vtputa si legaui vxori meæ sub conditione si habuerit filios ex me:& postea transtuli legatum in Seium. nam in persona Seij non videbitur repetita dicta conditio quæ fuit necessaria in persona dictę mulieris. [PATER HORTOS.] Titius legauit filiæ suæ in codicillis hortos ĩstructos: & postea donauit vxori suæ quędã ex mancipiis dictorũ hortorũ. Certe ammodo nõ debebunt filię dicti serui, siue donatiões cõfirmauit in testamento quod postea fecit, siue nõ: & siue valeat dicta donatio, siue non. posterior enim volũtas in vxoré collata est potior q̃ legatũ filiæ relictũ. Viu.

a *Sublatis.* id est, si habuerit filios. Accursius.

b *Necessaria.* ad legatum habendum. & dic vt.j.de cõdit.& demõ. l.legatum sub cõditione. & sic non est contra.s.de hære.institu.l. sub conditione. & sic facit.C.de cadu. tollẽ. §.ne autem.&.j.de cõdit.& demon.l.legatũ. &.l.quæ conditio.&.j. de verb.oblig.l.Titia. §.idem respondit.

c *Voluntas.* collata in vxorem.

d *Filiæ.* aliàs, filij.i.filiæ. nam masculinũ cõcipit fœmininum: vt supra, de lega.iij.qui duos.&.j.eo.alumnæ. in fin.j.respon.& facit supra, de lega.j.Stichum.&.l.si ex toto. in princ. & de lega.iij. l.xj.§.si rem. &.s.de auro legato. l.scribit.§. item.& de fun.instru.quæsitum.§.fin.&.s.eo.translatio. &.l.nihil prohibet.&.l.& si transferam. Accursius.

eadem cõditione transferri videtur, si non conditio priori personæ cohæreat. Nam si quis vxori sublatis[a] liberis legauerit: repetita conditio non videbitur, quæ fuit in persona mulieris necessaria[b].

Per donationem inutilem inducitur legati ademptio. Bartolus.

PAter hortos instructos filiæ legauit: postea quædã ex mancipiis hortorum vxori donauit. Siue donationes[testamẽto]cõ firmauit, siue non confirmauit: posterior volũtas[c] filiæ[d] legato potior erit. Sed & si nõ valeat donatio: tamen minuisse filiæ legatum pater intelligitur.

Per adẽptionẽ prælegati vni ex hæredibus facti causa adæquationis, prælegatum alteri factum intelligitur reuocatum. Bar.

XXV. IDEM libro nono Responsorum.

ALteri ex hæredibus præceptionẽ prædij dedit[e]: mox alteri pręstari aduersus debitorem actiones ad eum finem mandauit, quo prædium fuerat comparatum[f]. Cùm postea prædio distracto[g], citra vllam offensam eius qui præceptionem acceperat, pretium in corpus patrimonij rediisset[h]: non esse præstandas actiones[i] cohæredi respondi.

Alienato seruo expressa libertate ademptio legati sibi iunctis tacitam reuocationem inducit. secus si adimatur ipso manumisso. Bartolus.

XXVI. PAVLVS libro nono Quæstionum.

SI seruo[k] cum libertate dato[l] legato[m] & alienato[n] adimatur libertas: quãuis alieno inutiliter adimatur[o], tamen legatum ad emptorem nõ peruenturũ[p]. & merito. constitit[q] enim ademptio, quia posit redimi: sicut datio[r], cùm in eum cõfertur qui testamẽti faciendi tempore fuit testatoris, deinde alienato codicillis libertas datur. Quid ergo, si eum quẽ liberum esse quis iusserat[s], manumiserit[t] viuus, deinde codicillis libertatẽ ei ademerit? videamus an perdiderit legatum vana ademptio libertatis. quod quidam putant[u]: sed superuacua scriptura nõ nocet legato.

XXVII. IDEM libro vicesimo primo Quæstionum.

k *Si seruo.* Testator Sticho libertatem in testamento reliquit, & eidem fundum: in sequenti die alienauit Stichum ex voluntate: & sic libertas & legatũ sunt reuocata tacite, tertio in codicillis expresse ademit libertatem. quęritur, an legatum fundi acquiratur emptori serui? Respõ. non, tum propter tacitam reuocationẽ libertatis, tum propter expressam, cum legatum fundi sine libertate esse nõ potest. Nec dicat quis inutilem expressam ademptionẽ libertatis quasi alieno seruo: quia immo est vtilis: quia potest redimi: & sic recõualescere libertas, nisi expresse esset adempta. Accur.

l *Dato.* id est, relicto.

m *Legato.* s. fundi.

n *Alienato.* seruo.

o *Adimatur.* scilicet expresse in codicillis.

p *Peruenturum.* aliud in hæreditate: vt institit. de hære. instit. §. quòd si alienatus. Accursius.

q *Constitit.* i. valet.

r *Sicut datio.* scilicet libertatis cõstitutæ, cũ in eum &c. tunc enim valet libertas: quia potest redimi: ergo & supra valet adẽptio: quia potest redimi: sicut ecõtra vbi nõ valet datio, nec ademptio: vt.s.eo. legatum.§.finali. & dic secundum Ro.& Azo. quod in princ. huius.l. allegabatur: quia solam libertatẽ ademit testator, quòd aliud legatum iam serui alienatione euacuatum silentio roboretur: idémq; de libertate diceremus, scilicet vt esset adẽpta etiam si expressim post alienationem serui non esset facta ademptio: vt institu.de hæred.instit.§.quòd si alienatus. Videtur ergo quòd illa ademptio expressa sit superuacua, sed non est: quia si facta non esset seruo ante aditam hæreditatem, hæreditati quæsito, vel à testatore redempto conualesceret libertas: vt.j.de testa.ma. l.verum est. sed hæc expressa ademptio operatur ne ammodo libertas redẽpto seruo suo data præsumatur. in legato vero nil operaretur expressa, quod non operaretur tacita. nec enim legatum præsumitur datum etiam redempto seruo: vt.s.eo.cum seruus. sed nec finis huius legis corrigit principium. nam in primo casu vitiatur legatum alienatione: nec cõualescere potest redempto seruo: quia sine libertate est. nam nõ videtur data, cum sit adempta: vt supra, de his quæ in testa. delen.l.j.& supra, eod.l.& si transferam. in alio vero casu cum libertatem habeat, nil prohiberet ipsum legatum capere: nec valet ademptio libertatis in vltimo casu, quia inciuile est casum liberi hominis expectare: non autem serui redemptionem: vt.j.de verbo.obliga. l.inter stipulantem.§. homo liber. Sed cur non præsumitur reuocatum legatum per dationem libertatis sicut per alienationem? Respon. quia datio libertatis non videtur alienatio: quia habet eum libertum.

s *Iusserat.* in testamento.

t *Manumiserit.* idem forte si alio modo sit liber factus: vt supra, de hære.institu.l.antepenul.

u *Putant.* sed male. & sic statim corrigitur: sed super &c. cui cõsonat.C.de testa.l.testamentum.& facit.j.eo.l.fin.& instit.de hære.institu.§.seruus.&.j.l.proxi.

Si seruus.] CASVS. Per Gaium legatus est Stichus seruus Titio in testamento: & ei seruo aliquid legatum est per eundem Gaium, puta fundus: & postea idem Gaius alienauit per venditionem dictum seruum in Seium, per quod reuocatum est legatum Titij de ipso seruo, & legatum seruo relictum: & postea fecit dictus Gaius codicillos: & in eis ademit dicto Sticho quod ei legauerat. nunquid valet dicta ademptio? Et videtur q̃ non: quia legatum iam erat reuocatum per alienationẽ serui in Seium.

legatum

BIU Cujas

legatum autem quod non valet, non potest adimi. Respon. tamen hic quod valet ademptio: quia & legatum prædictum potest sortiri effectum si redimatur seruus per dictum Gaium testatorem: & de nouo velit idem testator quod Titius prædictus habeat dictũ seruum ex causa legati: per quod posset per cõsequens dictus Titius habere legatum seruo relictum: nisi fuisset expresse in codicillis ademptum: & hoc secundum quòd est in litera, redimatur, sicut ego habeo. Alij aliter exponunt secundũ eandem literam: puta quia testator redemit seruũ à Seio, & hæredes testatoris spõte dederũt Titio prędicto tam seruum quàm fundum seruo legatum. Alij dicũt secundum eandem literam quòd dictum legatum seruo relictum potest sortiri effectum, si Titius legatarius proferat nouam voluntatem testatoris volentis quòd idem Titius habeat dictum seruum à Seio redẽptum, & etiã fundũ seruo legatum: vt ſ. eod. cum seruus in fin. Alij habẽt in litera, reddiderit: & tũc exponẽ vt notatur in glossa. [*SERVO LEGATO.*] Legaui Stichum seruum meum Titio in testamento meo: & eidem seruo legaui fundum: & postea eundem seruum inter viuos manumisi: per quam manumissionem tacite reuocatum est legatum Titio relictum de seruo, non autem propter hoc est reuocatum dictum legatum seruo relictum. & postea feci codicillos: & in eisdem expresse ademi Titio legatum de seruo, & postea decessi. nunc quæritur, an valeat dicta ademptio in codicillis facta? Et dicitur quòd non: quia legatum de seruo Titio relictum nõ potest resuscitari etiam si rursus in seruitutem reciderit: quia per nouam seruitutem nouus homo esse videtur. si ergo non potest conualescere legatum de seipso seruo: ad quid diceremus vtilem esse ademptionem prædictam? certe ad nihil. ipse ergo seruus liber inter viuos factus remanebit liber, & capiet legatum prædictum sibi à testatore datum. Viuianus.

SI seruus legat' *[a] est, & ei aliquid [b]: si alienato eo adimatur [c] quod ei [d] legatũ est, valet ademptio [e]: quia & legatũ [f] potest procedere [g] si redimatur [h].

Legato seruo alienato extinguitur quod ei legatũ est: tamen non erit inutilis ademptio illius legati facta in codicillis testatoris, si seruus redimatur à testatore.

SSeruo legato [i], & inter viuos manumisso [k], si legatum [l] adimatur nullius momenti ademptio [m] est: igitur legatũ [n] quod ipsi datum est, capiet [o]. nam etsi rursus [p] in seruitutem ceciderit, non tamen legatum [q] eius [r] resuscitabitur. nouus enim videtur homo esse.

Translatio legati facta de vno in eundem non videtur facta cum onere. Bart.

XXVIII. VALENS libro quinto Fideicommissorum.

SI tibi certam rem legauero, & rogauero te vt eam Titio restitueres: deinde eandem rem tibi fideicommisero [f], nec rogauero te vt alij eam præstares: quæritur, an in tua potestate sit ex causa fideicõmissi eligere vt fideicommissum non præstes [t]? Et magis posteriorem scripturam testamenti placuit spectari*.

Si testator appellauerit libertum in testamento ingratum in quo ei legauerat: videtur eidem ademisse legatum. hoc dicit.

XXIX. PAVLVS libro tertio Sententiarum.

LIbertus [u] qui in priore parte testamenti legatum acceperat, & ingratus postea eadem scriptura à testatore appellatus est: commutata voluntate, actionem ex testamento habere non potest.

Fideicommissum ab vno in alium transfertur cũ onere speciali: & onus primo iniunctũ in persona ad quam transfertur, in onere speciali non videtur repetitum. Bar.

XXX. SCAEVOLA libro vicesimo Digestorum.

ALumnæ suæ [Semproniæ] plura legauerat: quædã ex his abstulit: quædam vt præstarentur, ab hærede suo petiit: in quib' & viginti dari voluit, his

testate sit ex causa fideicõmissi eligere vt fideicommissum non præstes [t]? Et magis posteriorem scripturam testamenti placuit spectari*.

Si testator appellauerit libertum in testamento ingratum in quo ei legauerat: videtur eidem ademisse legatum. hoc dicit.

XXIX. PAVLVS libro tertio Sententiarum.

LIbertus [u] qui in priore parte testamenti legatum acceperat, & ingratus postea eadem scriptura à testatore appellatus est: commutata voluntate, actionem ex testamento habere non potest.

Fideicommissum ab vno in alium transfertur cũ onere speciali: & onus primo iniunctũ in persona ad quam transfertur, in onere speciali non videtur repetitum. Bar.

XXX. SCAEVOLA libro vicesimo Digestorum.

ALumnæ suæ [Semproniæ] plura legauerat: quædã ex his abstulit: quædam vt præstarentur, ab hærede suo petiit: in quib' & viginti dari voluit, his

ibi, non. Solu. hic post mortem testatoris recidit in seruitutem, nec post habuit nouam voluntatem ibi ante mortem, & post habuit nouam voluntatem: ad *nari. quod est supra, eo. cum seruus. in fin.

*Vulg. seruam

SI tibi.] CASVS. Legaui tibi infortiatũ meũ, & rogaui te vt illud restitueres Titio. & postea idem Infortiatum reliqui tibi per fideicommissum & in hoc secundo relicto nõ rogaui te vt alij restitueres. certe ex posteriori scriptura habebis Infortiatũ, & nulli illud restitues. Viuian [g]. ſ *Fideicõmisero.* id est, tibi per fideicom. reliquero. Azo.

t *Nõ præstes.* aliàs deest, non: & aliàs adest: & bene: & concor. j. si cui plus quàm per leg. Falcid. l. nisi. §. item si ipse. & C. de vsur. l. per retentionem. Sed contra. ſ. de proba. l. iij. Solu. ibi. Item argu. contra. ſ. de condit. institu. l. cum seruus. & infra, de cõdit. & demonst. l. auia. [a] & supra, de alimen. leg. l. Gaio. in princ. & facit. j. eo. alumnæ in fin. j. respon. &. §. ab hæredibus. &. §. qui filias. & de pecu. leg. l. si peculium. & supra, eod. titu. l. Aurelius. §. testamento. *ADDITIO.* Dic secundum Bartolum quòd hic loquitur de onere impositio in eodem legato: ibi vero loquitur de onere imposito institutioni an videatur repetitum in legato.

*Aliàs incipit, quia.

Libertus.] CASVS. Sticho liberto meo legaui. c. & postea dixi in eodem testamento in quo ei legaueram, quòd ipse erat mihi ingratus. certe mutasse videor voluntatem: & ideo legatum petere non poterit dictus libertus ab hæredibus meis. Viuianus.

u *Libertus.* facit. ſ. eo. diui. &. C. de iis quibus vt indi. l. hęreditas.

Lumnæ.] CASVS. Sempronius fecit testamentum, & instituit sibi hæredem quendam nomine Azum: & Semproniæ alumnæ suæ testatoris sororiq́ue dicti Azi hæredis plura legauit: & postea quædam ex his legatis ei alumnæ abstulit, & quædam ex his vt præstarentur ei petiit à dicto suo hærede. inter quæ legata xx. dare voluit eidem alumnæ, his verbis, hoc amplius do lego dariq́ue volo Semproniæ alumnæ meæ. xx. libras auri: & committo fidei tuæ ô Aze hęres meus vt in primis Semproniã sororem tuam alumnam meam pro tua pietate & regere & tueri velis: & si putaueris eam ad bonam vitæ consuetudinem reuersam. xx. auri libras ei alumnæ reddas cum morieris: & interim tu præstes ei reditus, id est, vsuras semisses de dictis. xx. libris auri. & postea fecit codicillos, & in eis transtulit eas. xx. lib. auri ad Mæuium, legando eas ei: & fidei eius Mæuij commisit in hæc verba. xx. libras auri quas in testamento Sęproniæ alumnæ meæ reliqui, eas dari volo Mæuio, cautionibus ab eo interpositis, vt ex ea summa eidem Semproniæ quamdiu vixerit ipsa Sempronia, præstet pro victu. v. denarios. omni mense, & pro vestiariis centenos quinos aureos, id est, quinquies. xx. omni mense, ídque fidei vestræ siue tuæ cõmitto ô Mæui. certus autẽ sum te Mæui pro tua pietate petiturum ab hærede tuo vt voluntas mea in persona alumnæ meæ duret. & postea decessit dictus Sempronius. nunc quæritur, an dictus Mæuius sit cogendus restituere Semproniæ dictas. xx. libras auri post mortem suam Sempronij, sicuti rogatus fuerat Azus hæres? Et respõ. quòd non: sed alia quæ relicta sunt alumnæ à Mæuio per testatorem, id est, menstruos denarios. v. pro victu, & menstruos quinquies. xx. aureos pro vestimentis deberi à dicto Mæuio & ab hæredibus eius eidem Semproniæ alumnæ donec ipsa viuet. Viuia-

Viginti

a *Si seruus legatus.* Titio puta.
b *Aliquid.* scilicet legatum est, puta fundus. Accursius.
c *Adimatur.* scilicet expresse fundus, quod tamẽ tacite per alienationem serui erat reuocatum: vt nota. ſ. l. proxi.
d *Ei.* scilicet seruo: quod legatum non cedit nisi ab adita hæreditate: vt. j. quando di. leg. ce. l. hæredis. §. fina.
e *Ademptio.* fundi expressa.
f *Legatum.* scilicet fundi.
g *Procedere.* id est, sortiri effectum.
h *Si redimatur.* alias est, si reddiderit: & tunc dic, id est, dederit dominus serui legatum legatario, scilicet Titio. licet enim pecunia cum effectu obstante exceptione non possit solui: si tamen soluatur, non repetitur, nisi ademptum sit legatum expresse. tunc enim soluenti per errorem datur repetitio: quia nulla inerat obligatio, vel dic: reddiderit proprie, scilicet seruus domino: & tunc procedit legatum si legatarius testatoris nouam proferat voluntatem: vt. ſ. eo. cum seruus. aliàs redimatur, scilicet seruus. & tunc dic vt. ſ. quia & datus sit Titio sponte tam seruus quàm fundus: vel si proferatur secunda noua voluntas.
i *Seruo legato.* puta Titio. & sunt ibi ablatiui absoluti.
k *Manumisso.* scilicet postea.
l *Legatum.* id est, ipse seruus expressim adimatur legatario.
m *Ademptio.* id est, superuacua: quoniam ademptio per manumissionem iam facta erat.
n *Legatum.* scilicet fundi seruo.
o *Capiet.* vt. &. ſ. l. proxi. in fine.
p *Nam & si rursus.* bene dixi superuacuam ademptionẽ per ma-

A numissionem: nam &c.
q *Legatum.* seruo.
r *Eius.* scilicet serui, id est, legatum quod est ipse seruus. & facit infra, de verbo. obliga. l. inter stipulantem. §. sacram. & de sol. qui res. §. aream. Sed contra. ſ. de lega. iij. l. si chorus. §. fin. si deest

B

C

D

BIU Cujas

a *Viginti auri.* non pure, sed post mortem vt subiicit.
b *Attij.* proprium nomen est hæredis, id est, fratris alūnæ. Azo. vt apparet. j. vel nō erat frater, sed fraterna charitate eam diligebat: vt. ff. de hære. instit. l. nemo. §. qui frater.
c *Ad Mæuiū.* aliàs est, ad Mæuiā legatariā, sed falsa est litera. nā in multis locis oporteret dici, Męuius, id est, Mæuia. aliàs est, Mæuium: & hæc vera.
d *Denarios quinq;* scilicet pro victu.
e *Cētenos.* dic cētenos & vicenos quinos, id est, quinquies viginti poni pro eodem. & dic menstruos.
f *Certa sum.* per hoc videtur relíquere fidei có. vt. ff. titu. j. l. vnū. §. fi. & de lega. j. l. filiusfa. §. vt quis. & de le. iij. l. Pamphilo.
g *Attius.* quod videbatur p verba superiora, certa sum &c.
h *Sed alia.* scilicet mēstrua. & sic posterior scriptura minime grauat. sic. ff. l. si tibi certā.
i *Et ab hærede.* quasi hæres legatarij sit rogatus: qđ valeret: vt. ff. de le. iij. l. si fuerit. §. fi.

Titia.]CASVS. Titia fecit testamētū, & instituit sibi hæredē in vna vncia Seiā libertā suā: & etiā suá collactaneā. fuerūt enim nutritæ de lactæ vni⁹ mulieris: & Seiū & Gaiū pone instituit sibi in. xj. vnciis: & postea Pāphilo suo liberto dedit prædia p fideicō. inter quæ dedit eidē Pāphilo synctesin. i. omnē pēsionē prædiorū quæ appellabatur circa Colonem. Iteē eidē Pāphilo liberto postea donauit per epistolā etiā alias res. inter quæ verba epistolæ ita locuta est dicta Titia de dicta Seia & de dicto Pamphilo: Ego Titia mitto salutē hæredib⁹ meis: & volo firma esse quæ in inferiori parte testamenti mei ordinata sunt: & quæcūq; inueni me fecisse in nomine Pāphili: & si dicta Seia collactanea mea mihi nolue rit hęres esse ex ea parte ex qua eā scripsi, id est, ex. xij. id est, ex vna vncia volo ei dari synctesin quæ est circa Colonē. & postea decesit dicta Titia: & postea dicta Seia liberta omissa parte in qua instituta fuit, elegit ex codicillis siue ex dicta epistola dictū fideicōmissum de dicta synctesi. dictus autē Pāphilus petebat dicta prædia quæ erant in synctesin, ex causa fideicōmissi sibi in testamento per Titiam relicti, quasi debeat concurrere cum dicta Seia. nunquid Gaius & Seius prædicti & etiā Seia prædicta possunt eum Pamphilum repellere exceptione doli? Et dicitur quòd sic: quia fideicommissum prædiorum in synctesin datum Pamphilo in testamento, videtur per epistolam translatum in Seiam. Viuianus.

† *id est, latifundium.*

k *Libertam.* quia eam manumiserat pater Titiæ.
l *Synctesin.* Græce synctesin, Latine dicit omnē possessionem.

verbis: *Hoc amplius do lego, dariq; volo viginti auri*[a] *libras.* & adiecit, *fideiq; tuæ Attio*[b] *cōmitto, vt in primis Sempronium sororem tuam pro tua pietate & regere, & tueri velis: & si putaueris eam ad bonam vitæ consuetudinem reuersam, ita viginti auri libras ei reddere cùm morieris: interim tamen reditus eius, id est, vsuras semisses ei præstes.* postea codicillis ad Mæuium[c] legatariū easdem viginti libras auri trāstulit, & fidei eius commisit in hęc verba, *Viginti libras auri quas testamento Sēproniæ alumnę meæ reliqui, eas dari volo Mæuio, cautionibus interpositis, vt ex ea summa eidem Semproniæ quamdiu aduixerit, præstet menstruos denarios quinque,*[d] *& vestiarij nomine denarios centenos*[e] *vicenos quinos: idq; fidei vestræ committo. certa*[f] *sum autem te Mæui pro tua pietate petiturū ab hærede tuo vt voluntas mea in personā alumnæ meæ duret.* Quæsitum est, an Mæuius legatarius cogēdus sit post mortē suam viginti libras auri Sēproniæ restituere, sicut rogatus fuerat Attius[g] hæres? Respōdit, secūdum ea quæ proponerētur, viginti quidem auri libras nō cogendum præstare, sed alia[h] quę ab eo alumnæ relicta sunt, deberi & à Mæuio, & ab hærede[i] eius, donec viueret alumna.

Si de rebus specialiter legatis, & sub nomine generali confirmatis vna alteri legetur, in totum videtur esse legata, & legatario primo adempta. Bartolus.

℣ Titia testamēto Seiam libertam,[k] eandemque collactaneā, ex parte duodecima hæredem instituerat. Pāphilo liberto suo prædia per fideicōmissum dedit, in quibus & σύγκησιν[l] prędiorū quę appellabat circa Colonem: eidē liberto postea per epistolam alias etiam res donauit, in quibus[m] & de Seia & Pamphilo ita locuta est Titia:† Τοῖς κληρονόμοις μου χαίρειν. Βούλομαι ἐβέβαια εἶναι τὰ ὑπὸ τεταγμένα, ὅσα ἐφθασα εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Παμφίλου ποιησάμενα. ἐὰν Σεία ἡ σύντροφος μου κληρονόμος μὴ γένηται, ἐξ ὧν γέγραφα αὐτῇ, μέρος: βούλομαι αὐτῇ δοθῆναι τῶν σύγκησιν τῶν περὶ Κολώνην. [id est, Hæredibus meis salutem:[n] Volo firma esse quæ inferi⁹ ordinata sunt, quæcūque in nomen Pamphili iam ante constitui. si Seia collactanea mea hæres non fiet ex ea parte ex qua eā scripsi, volo ei dari synctesin quę est circa Colonem.] Quæsitū est, cùm Seia liberta, omissa parte hæreditatis ei testamēto adscripta, ex codicillis fideicommissum, id est, σύγκησιν † circa Κολώνην eligat: an si Pāphilus ex causa fideicōmissi eadē prædia vindicet, doli mali exceptione summoueri debeat? Respondit, translatum videri fideicōmissum prædiorū, id est σύγκησιν quæ est circa Colonem.*

Per ademptionem oneris adiecti in vim modi, etiam legatū videtur ademptū. Bar.

℣ Seia liberta[o] ab hæredibus petierat vt si in prouincia decessisset, sexaginta Lucio Titio darētur, vt is corpus eius curaret in patriam reportari: & adiecerat hæc verba: *Cui cōcedi volo si quid ex ea pecunia supererit.* eadem die codicillos ad hæredes suos ita scripserat: *Peto à vobis vt siue in prouincia, siue in via aliquid mihi humanitus*[p] *acciderit, corpus meū curetis & in Campaniā & in monumētum filiorum meorum reportari.*[q] Quæsitum est, an id quod superfuerit ex sexaginta, à Lucio Titio tacitè ademerit? Respōdit, ademptum videri.[r]

m *In quibus.* id est, inter quæ verba epistolæ.
n *Salutem.* Hæc est epistola in Græco, quam quidam libri habēt translatam in Latinum per hæc verba, volo &c. Alij non habent, & exponunt Græcū quod significet, prędia quæ reliqui Pāphilo, Seiæ dono. & secundū istos petet Seia quasi ex donatione inter vitos: secundum primos per fideicommissum.

Seia.]CASVS. Liberta quæ erat de Cāpania, iuit in prouinciā: ante tamē quā iret, fecit testamentū, & instituit sibi hæredes Gaiū & Sēpronium, & petiit ab eis vt si ipsa in prouincia decederet, darētur per eos Lucio Titio. lx. vt is Lucius Titius corp⁹ eius curaret, & in patriā testatricis, id est, in Cāpaniam reportaret. Itē dixit, cui Lucio Titio concedi volo si quid ex ea pecunia supererit ei à prędictis faciendis. his factis fecit eadē die codicillos, in quibus ita scripsit: Peto à vobis hæredes mei vt siue in prouincia siue in via aliquid mihi humanitus cōtigerit, puta qa moriar: corpus meū curetis vos hæredes reportare in Cāpaniā, & in monumētum filiorum meorum. & postea decessit dicta Seia in prouincia, vel in via: & dicti hæredes sui reportauerunt corpus suū in Campaniam, & posuerunt in monumentū filiorum: & in eo faciendo expēderūt quadraginta, pone: & ita superfuerunt viginti, de dictis quadrugita, núc venit Lucius Titius & petit illa. xx. nunquid debentur ei? Et dicitur quòd nó: quia ademptū est ei per codicillos ad hæredes fictos. Vi.

o *Liberta.* habēt quidam, in Seiam libertā. & incipit. §. ab hæredibus. alij non habent, & subaudiunt, scilicet in Seiā libertam. & incipit. §. Seia liberta &c.
p *Humanitus.* expone vt institutio. de donationibus. §. primo.
q *Reportari.* ſ. curetis.
r *Ademptum videri.* cōtra infra, de conditio. & demonst. l. si quis seruum. Solu. ibi fauor libertatis. vel ibi onus seruo iniunctū fuit ademptum. hic autē onus impositum Lucio fuit impositū hæredibus, & adēptum Lucio. & facit. ff. eo. l. si tibi certā. & de fundo instructo. l. quæsitum. in fine. Argu. contra infra de conditio. & demonstra. l. si quis eum. Item argumen. contra supra, de testa. l. hæredes. §. & si quis. Solu. ibi. Item nota quòd onus concomitatur emolumentum, & econtra. sic. ff. de ali. lega. l. Gaio.

Qui filias.]CASVS. Titius habens in bonis. xl. pone, & habēs in ære alieno. l. pone, & habens duas filias, scilicet Primam & Secundam, fecit testamentum, & instituit sibi dictam Primam in. cc. id est, intantum de bonis, quòd capiebat. cc. & Secundam intantum quòd capiebat. c. & Seium & Gaium intantū quòd capiebāt alia. c.

BIU Cujas

alia.c.& postea inter eosdem hæredes & in eodem testaméto fecit diuisionem bonorum suorũ quasi omnium: ita quòd cuilibet hæredum assignauit quasdam res:& remanserunt à dicta diuisione.l.indiuisa,id est, tãtum de bonis quod valebat quinquaginta, & postea subiecit hæc verba in eodem testaméto : reliqua autem omnia bona mihi existentia & superantia à dicta diuisione, similiter & hæreditatis meæ onera erunt dictarum duarum mearum filiarum: quæ onera ex his meis bonis subsistunt. nam quædã ex meis oneribus satisfeci iam, & quædam non.postea fecit codicil. & in eis reformauit totam diuisionem quam in testamento fecit:id est, aliã formam ei dedit,id est, quasdã res quas per diuisioné filiabus dederat, dedit cohæredibus earum: & quasdã quas dederat cohæredibus, dedit filiabus: & quædam ex dictis suis bonis similiter indiuisa remanserũt, sicut & in diuisione in testaméto facta remanserũt quædam indiuisa:& postea decessit dictus Titius. nũc quæritur,an dictæ filiæ Titij possint cõsequi vt ipsæ solæ habeant ea quæ nominatim eis relicta sunt in diuisione quæ nouissimè à patre facta est,scilicet in codicil. quod quidem cohæredes earum negabãt? Et videtur quòd non, propter verba testamenti : per quæ verba testamenti aliter & aliter diuisioné fecerat.Respõ. tamẽ hic quòd bene possunt hoc consequi: quia per diuisionem in codicillis factam non videtur Titius recessisse à tota voluntate expressa in testaméto: sed ab his tantum rebus videtur recessisse quas reformauit in diuisione in codicil.facta.habebunt ergo filiæ malo velle cohæredum res quæ obtigerunt eis per diuisionem in codicil.factam: & cohæredes earum habebunt alias res quæ obtigerunt eis cohæredibus per diuisionem eandem in codicil.factam.tota autẽ alia voluntas in testamento scripta remanebit in suo statu,scilicet,vt ea bona quæ non sunt diuisa in testamento, nec in codicil.& vt onera hæreditaria quæ capiebant.l.vt dixi,sint solummodo dictarum filiarum.Viuianus.

Quantum ad res reformatas videtur testator voluntatem mutare, nõ quantum ad alias. Bartolus.

¶ Qui filias ex disparibus portionibus testamẽto hæredes instituerat, [a] pene omniũ bonorũ suorũ eodẽ testamento diuisionem fecit,deinde hæc verba adiecit: τὰ δὲ λοιπὰ πάντα τῶν ὑπαρχόντων μοι, ὁμοίως καὶ τὰ τῆς κληρονομίας βάρη ἐσαι μόναν τῶν δύο μου θυγατέρων ῥείμης καὶ Σεκούνδης, ἢ τῆς ἐξ αὐτῶν τοῦ μούσης. [id est, Reliqua autẽ omnia bona existentia mihi, similiter & hæreditaria onera erunt solũ duarum [b] filiarũ mearum, scilicet Primæ & Secũdæ, vel quæ ex his subsistent.]Postea codicillis longè aliam diuisionẽ fecit bonorum[suorum]inter easdem, inter quas & testamento diuiserat: quædam tamẽ nulli nominatim dedit. Quæsitum est, an Prima & Secunda filiæ ex verbis testamenti cõsequi possint, vt solæ [c] habeant ea quæ nominatim nulli relicta sunt in diuisione quæ nouissima à patre facta est? Respondit,non à tota [d] voluntate recessisse videri, sed his tãtũ reb⁹ quas reformasset.

Translatio à legatario facta occasione mortis sperata ex instanti infirmitate, ita demum habet effectũ si ex eadem infirmitate legatari⁹ moriatur,nõsi ex alia. Bar.

¶ Cùm post apertas tabulas testamenti [e] Prisscillianus vixerit, de cuius legato portionéq; hæreditatis mater epistola ita cauerat: *Quoniam cognoui Prisscillianum filiũ meum in extremis esse, iustissimũ & piissimum duxi portionem eius [f] hæreditatis quam ei testamento dederam,legare Mariano fratri meo, & Ianuario marito meo æquis portionibus. & si quid ei amplius legaueram, [g] vt, si quid ei humanitus [h] contigerit,do lego,dariq; eis volo:* postea [autem] ex eadẽ infirmitate [i] Prisscillianusdecessit: quæsitum est, an legatum quoque eius ad Ianuarium & Marianum ex causa fideicommissi pertineat? Respõdit,posse videri(si decessisset ex ea infirmitate) omnimodo & legatum ad eos de quibus quereretur,transtulisse.

Si seruus legatus transferatur in fundum,vt ibi perpetuo sit : legatum de eo factum videtur extinctum. Bartolus.

XXXI. IDEM libro quartodecimo Digestorum.

FIlio ex parte hærede*instituto, duos fundos cum mã- *Fl.hæredi

Prisscilliani hæreditatis quam ei testamento dederam,legare Mariano fratri meo, & Ianuario marito meo æquis portionibus, & etiam si quid amplius eidem Prisscilliano legaueram.vnde si quid humanitus ei Prisscilliano contigerit,puta quòd moriatur: do lego dariq; eis Mariano & Ianuario volo dictam portionem hæreditatis quã habuit à me in testamento Prisscillianus, & dictũ legatum quod ei dedi.& postea decessit dicta Titia testatrix:& postea fuerũt apertæ tabulæ testamenti sui : & postea decessit Prisscillianus ex dicta infirmitate.nunc quæritur,an ex causa fideicom.pertineant ad Ianuarium & Marianum etiam legata eius Prisscilliani, nedum portio eius hæreditatis? & dicebant quidã prædicta ad eos pertinere siue Prisscillianus decessit ex dicta infirmitate,siue ex alia. Respõ. tamẽ hic quòd ita demũ pertinẽt prædicta ad eos,si Prisscillianus decessit ex dicta infirmitate, & non aliàs.Viuianus.

a *Instituerat.*& quosdam alios:vt j.patet.

b. *Solum duarum.*q.d.non cohæredum: & sic duo dixit indiuisa pertinere ad filias,& ipsas subire onera æris alieni.

c *Vt solæ.*& non alij cohæredes.

d *Nõ à tota.*sic &.C.de testa.tu.& si à patre.& de rei vxo.actio. l.j.ꝟ.sciendum.Sed contra.ff.eo.l.si tibi certam. Sol.hic prius testamentum non rumpitur per codicillos: sed ibi vtrũque erat testamentum.Rog.vel vtrũque relictum in eodem testaméto.Item contra.ff.de testa.hæredes.ꝟ.si quid.Solu.secundum Azo.ff.de solennitate testamenti,hic de mutatione diuisionis. *ADDITIO.* Ista solutio displicet Barto. ideo dic aliter secundum Dy. quòd hic res assignata ex causa diuisionis,videtur capi tanquam prælegata,& prælegata potest in codicillis mutari &c. & in.l. contra volebat sine solennitate mutare. Accursius.

e *Testamẽti.* quod fecerat mater Prisscilliani, in quo ei portionẽ hæreditatis & quędam prædia legauit.Azo.

f *Eius.* scilicet Prisscillianiːid est,quã habet in hæreditate.

g *Legaueram.*sub.duxi legare.& adde adiectis his verbis, vt si quid &c.Accursius.

h *Humanitus.*per hoc videbatur quandocũque decederet, & ex quacũque infirmitate Prisscillianus, quod ei relictũ fuerat, etiam ad Ianuarium & Marianum translatum fuisse:quod remouet.

i *Infirmitate.*secus ergo si ex alia.R.& facit.ff.qui.ex cau.maio.l. ab hostibus.ꝟ.sed quod simpliciter.& de vulga.substi.l.in substitutione.&.l.filio.Sed arg.contra.ff.de libe.& posthu.l.placet.

Filio ex parte.] CASVS. Titius instituit sibi hæredem Seium filium suum,& vxorem suam Gaiam, & dicto filio duos fundos prælegauit cum mancipiis & omni instrumẽto dictorũ fundorum.Item dictæ suæ vxori prælegauit multa,inter quæ prælegauit ei Stichum & Damam seruos suos.postea cum cognouisset idem testator non esse aliquem villicum in altero ex fundis filio prælegatis, misit in dicto fundo Stichum prædictum vxori prælegatum,& præfecit siue præposuit eum tam rei rusticæ quàm rationibus fundi prædicti,& postea decessit idẽ testator.nunc quæritur,vtrum dictus Stichus pertinere debeat ad vxorem, an ad filium?& dicitur quòd ad filiũ.[*MATRI SVAE.*] Titius instituit sibi hæredẽ Seiam matrem suam, & Gaium, & prælegauit quatuor prædia dictæ suæ matri: & fidei eius matris commisit, vt ex his quatuor prædiis duo restitueret socero ipsius testatoris: & postea fecit codicillos, & in eis socero ademit dictum fideicommissum dictorum fundorum,& postea decessit idem Titius. nũc quæritur,vtrum nihilominus ad matrẽ pertineant dicti duo fundi?& dicitur quòd non.[*SEIA TESTAMENTO.*]Seia fecit testamentum, & in eo legauit Titio suo priuigno.x.pondo auri, & postea prædictus Titius accusauit eam,dicens quòd ipsa fecit occidi patrem suum Titj,maritumque quondã ipsius Seiæ. post institutam autem dictam accusationem dicta Seia fecit codicil.& non ademit dicto suo priuigno legatũ prædictum,& ante finem dictæ accusationis decessit ipsa Seia, & nihilominus quoad bona ipsius Seiæ confiscanda peracta non fuit causa prædicta homicidij: & postea pronũtiatum est patrẽ dicti Titij non esse interemptum scelere dictæ Seiæ.nunc quæritur,an ab hæredibus dictæ Seiæ debeat reddi legatum prædictum? Et videtur quòd

BIU Cujas

quòd sic: quia ipsa in codicillis prædictis non ademit ei. Respon. tamen hic quòd non: quasi tacite sit ademptum propter dictam accusationē de eo factam. [*FILIAE.*] Titius instituit sibi hæredem Seiam filiam suam quam habebat in potestate, & Sempronium & Gaium: & inter cætera quæ prælegauit eidem filiæ, prælegauit ei peculium ipsius filiæ. postea idem testator exegit. x. à quodam debitore, & pecuniam ipsius filiæ in suā patris rationem cōuertit: & postea decessit idem testator. nūc quæritur, an dicta filia possit agere cum cohæredibus suis eo nomine, id est, propter dictam pecuniā à debitore exactam? Et respō. quòd non, nisi probet exactā dictā pecuniam per testatorē animo non adimendi. Viuianus.

Fl. Stichū his prædiis, in quæ trās latus est, actorē cedere, nec vxorem &c.

a *Legauit.* id est, prælegauit prædicto filio.

b *Nec vxorem.* inspicitur enim tempus quo cedit dies legati: vt & ff. de fund. instru. l. pen. & argu. ff. de leg. j. l. qđ in rerum. §. si quis post. & de leg. ij. l. peculiū. in prin. & j. eo. l. fi.

c *Legauit.* id est, prælegauit.

d *Codicillis.* sic ergo quod testaméto relinquitur, in codicillis adimitur: [a] vt instit. eo. in prin. & not. ff. de testa. l. hæredes. §. j.

Flo. pertineret a Limita nisi filio iure institutionis legatū certa rei esset factū. quod & elegāter signauit Bal. in authē. ex causa. 6. q. C. de li. præte. vel exhær.

e *Cur ad matrem.* immo videtur apud matrem remanere: vt. ff. de ali. leg. l. pecuniæ. quæ est contra. Solu. ibi fideicommiss. fuit inutile morte fideicommissarij, hic pœnitētia testatoris: quæ patet in adimendo legato. hic grauando matrem videtur pœnituisse de eo quòd quatuor ei legauerat. Arg. ff. eod. l. quòd si. & l. & ideo. Vel hic ab initio nil plus nisi duo matri erat relicturus. Tu dicas quòd hic quoad illa duo mater vt ministra fuit electa: vt & ff. de leg. ij. l. si quis Titio. & l. si quis quos. & j. de dona. cau. mor. l. si filio. sed in contrario vt legatarius. Et eodem modo solue. C. de cadu. tol. §. pro secundo. & ff. de lega. ij. l. si fundum per fideicommissum. §. Iulianus. & de lega. iii. l. pater. §. Tusculanus. & j. de condi. & demon. l. si quis cum. quæ sunt contra. & dic vt. d. l. si quis Titio. apparet ex prædictis quòd id quod dicitur ademptum, non videtur datum: vt. ff. de his quæ in testa. delen. l. j. §. penul. quod verum est quantum ad illum locum cui est ademptum: non quantum ad locum de quo est ademptum: alioquin adempto legato illi ad quem trāslatum est, primus statim viam agendi consequeretur, quod hic negat secūdū Ro. & Azo.

f *Titio.* priuigno: vt. j. patet.

g *Accusauit.* incidenter cum hæres Seiæ dotē repeteret, vt eam priuignus lucraretur: vt. C. de repu. l. consensu. & ff. solu. matri. l. si ab hostibus. Vel dic quòd directo criminaliter accusabat. l. Corne. de sica. vt. C. de sica. l. is qui.

h *Acta causa.* post mortem Seiæ, & hoc ciuiliter excipiēdo. Vel dic etiam criminaliter quoad bona tantum, quod dic vt not. C. si reus vel accu. mor. fu. l. fi.

i *Non ademerit.* quia tacite videtur ademptum: vt. ff. eodem. l. ex parte. & l. iij. §. fina. & l. sequen. & facit. j. de his qui. vt indig. l. j. & l. indignum.

k *Probetur.* præsumitur enim ademptum: vt. ff. ea. l. in prin. & de leg. ij. l. eum pater. §. filia. & l. antepe. in prin. Azo. & de lega. iij. l. fideicommissa. §. si rem. & l. qui filium.

cipiis & instrumento omni legauit, [a] idem vxori plura legata & seruos Stichū & Damam legauit. sed cū in altero ex fundis filio prælegatis cognouisset villicum non esse, Stichum misit, & tam rei rusticæ quàm rationibus fundi præfecit. quæsitum est, Stichus vtrùm ad vxorem, an ad filiū pertineret? Respondit, cum memor erat eorū quæ testamēto cauisset: Stichū* ex his prędiis in quæ translatus est à testatore, non posse recedere: nec vxorē [b] posse Stichū ex fideicommissi causa petere.

Si fideicōmissum est adēptū ex dispositione testatoris expressa, legatum nō remanet penes grauatum, sed videtur ademptum. Bartolus.

Matri suæ hęredi ex parte institutæ quatuor prædia legauit, [c] & fidei eius cōmisit vt ex his duo socero restitueret: deinde codicillis [d] socero ademit fideicōmissum. Quæsitum est, an nihilominus ex prælegatione ad matrem pertinerēt?* Respondit, nihil proponi cur ad matrem [e] pertinerent.

Qui accusat testatorem de crimine capitali, videtur sibi capitaliter inimicus: vnde ei legatū videtur ademptum. Bartolus.

Seia testamento suo legauit [Titio [f]] auri pondo quinque. Titius accusauit [g] eam, quòd patrem suum mandasset interficiendum. Seia post institutam accusationem codicillos confecit, nec ademit Titio priuigno legatum, & ante finem accusationis decessit. acta causa [h] pronuntiatum est patrem Titij scelere Seiæ non interemptū.* Quæro, cùm codicillis legatū quod testamento Titio dederat, non ademerit: [i] an ab hæredibus Seiæ Titio debeatur? Respondit, secúdum ea quæ proponerentur, non deberi.

Per exactionem debitoris legatum de eo factum videtur extinctum nisi aliud appareat. Bartolus.

Filiæ quam in potestate habebat, inter cætera legauit peculium. idem post testamentum factū pecuniam à debitore filiæ exegit, & in suam rationē cōuertit. Quæro, an filia eo nomine cum hæredibus patris agere possit? Respondit, si probetur [k] ** non adimendi animo factum, agere posse.

XXXII. VENVLEIVS libro decimo Actionum.

DEtrahere legatis vel adiicere, si nihil præter numeratam pecuniam [l] legatum sit, promptū est. cum verò res corporales interueniunt: & scriptura difficilior † fit, & obscura portio. Cum libertas adimitur, legata seruis [m] relicta nihil attinet adimi.

¶ Si pater accusauerit testamentum, vel dominus: denegabitur ei actio, etiam eius quod filio eius vel seruo legatum est, si ad ipsos emolumentũ rei peruenturum est. quòd si personam illorum[a] spectet, diuersum dicendum est. ¶ Si seruum suum[b] rogatus sit manumittere qui legatum[c] meruit, vel etiam ipsi seruo vtrumque[d] datum sit: dicendum est non debere obesse seruo[e] factum domini[f], sed à fisco[g] redimendũ vt manumittatur, si tamen velit seruum vendere: quia nõ potest cogi qui iudicium spreuit[h] defuncti. ¶ Si filiusfamiliàs falsum accusauerit testamentum, videndum est, an denegari debeat actio patri[i]. Et puto, si inuito patre accusauit, non esse denegandam patri actionem.

Si is cui rogatus sum legatum restituere, falsum dixerit[k]: restituere id fisco debebo.

In iure quæsito post accusationem non dicitur quis indignus. Bartolus.

¶ Qui accusauit falsum, hæres legatario extitit, vel hęredi scripto. Nihil huic nocere dicendum est[l]. Similis[m] est ei, & qui inofficiosum dixit[n]. ¶ Aetati eius qui accusauit, ignoscitur: & maximè si tutor vel curator dicere falsum [testamentũ] vel inofficiosum velit. & ita imperatores Seuerus & Antoninus rescripserũt. ¶ His verò qui testimonio suo intentionẽ accusatoris adiuuauerũt[p], denegan da est actio. ídq; diuus Seuerus decreuit. Sunt qui putant, & rectè, & ei denegandã [esse] qui accusatori affuerit[q], vel fideiussor[r] pro eo extiterit. ¶ Quidam & prędsidem indignum putant[s] qui testamentum falsum pronuntiauit, si appellatione intercedente hæres scriptus obtinuit. ¶ Aduocatum fisci qui intentionem delatoris exequitur, in omnibus[t] officij necessitas satis excusat.

a *Illorum.* s. filiorũ vel seruorum. quo casu domino nõ quæritur: vt si sub conditione legatum est, si fuerit emãcipatus; vt. s. de mino. denique. §. si quid. Idẽ in suo: vt. & ff. proxi. §. & facit. ff. de bo. possess. contra tabu. l. sub conditione. §. fin. & de bo. lib. l. qui in seruitutem. & l. in seruitute. §. præterea. & s. de testa. tute. l. qui tutelã. §. j. & s. de inoffic. testa. Papinianus. §. eo autem solo.

Si seruũ.] CASVS. Legaui tibi centum, & rogaui te vt manumitteres seruum tuum Stichum: vel etiam seruo tuo legaui centum, & rogaui te quòd eũ manumitteres, quod quidem legatum seruo tuo relictũ tibi acquiritur. postea me mortuo tu accusasti testamentũ meũ de falso. certe non nocet hoc seruo tuo quin habere debeat libertatem. nam fiscus qui debet habere dictũ legatum de centũ eo quòd tibi aufertur vt indigno, debet seruum redimere à te: & manumittere, si tamen tu velis seruum fisco vendere. non autem potes cogi vendere, cum iudicium meum spreueris accusando testamentum meum de falso. Viuianus.

b *Si seruum suum.* scilicet legatarij.

c *Legatum.* fundi pone. Accursius.

d *Vtrumque.* id est, libertas, & legatum: & nihil domino.

e *Seruo.* alieno. Accursius.

f *Factum domini.* accusantis testamentũ de falso: & per hoc debet perdere quod ei vel seruo suo est relictum: vt. s. eod. l. j. §. j. Sed argu. contra. s. si quis aliq. testa. pro. l. j. sed expone vt ibi no.

ADDITIO. Dic secundum Bartolum quòd aliud hic, aliud ibi. ratio, quia ibi seruus vel filius non habebat voluntatem defuncti, cum testator in eadem voluntate decesserit, licet pater vel dominus nisus sit impugnare.

g *Sed à fisco.* id est, fiscus redimit seruum à domino serui, si vult eum vendere, vt subiicit: ad quem fiscum transiuit legatum fundi cum onere manumittendi: vt. s. de lega. j. l. quidam. §. quoties.

h *Spreuit.* alioquin, scilicet si accepisset relictum sibi vt manumitteret, cogeretur vendere, nisi esset minor: vt. C. de fideicom. lib. l. deberi. & s. de mino. l. si minor. xxv. ann. seruum suum. & facit instit. de singulis re. per fideicommiss. re. §. libertas. Accursius.

Si filiusfamilias.] CASVS. Legaui tibi centum in testamento meo, & decessi: & postea Seius filius te inuito accusauit dictum testamentum de falso. nũquid propter hoc denegabitur tibi actio legati? Et dicitur quòd non. si autem te Titium rogaui vt restitueres Gaio dictum legatum, & Gaius testamentum accusauit de falso, debes fisco restituere legatum.

i *Patri.* pro legato petendo ipsi patri relicto, vel etiam ipsi filio secundum iura vetera: secundum quæ patri acquirebatur. hodie secus: vt. C. de bonis quæ libe. l. penul. Item facit. ff. de bo. possess. contra tabu. l. sub conditione. §. fina.

k *Dixerit.* & vsque ad sententiã perseuerauit: vt. C. eo. l. aliam.

Qui accusauit.] CASVS. Legaui tibi centũ, vel institui te hæredem, & decessi. & postea quidam alius puta Seius accusauit testamentum meum de falso. postea tu decessisti, & extitit tibi hæres dictus Seius. nunquid capiet Seius hæreditatem meam, vel legatum quam vel quod inuenit in hæreditate tua sibi delata? Et dicitur quòd sic, & nihilominus idem si dictus Seius dixisset inofficiosum testamentum meum. Viuianus.

l *Dicendum est.* scilicet quòd prius dixit falsum.

m *Similis est.* prædictus accusator.

n *Dixit.* s. si postea instituto, vel legatario successit: vt supra, de inoffi. testa. filius. §. multo magis. & l. fi. §. fina. quæ videtur cõtra: sed expone vt ibi, & cum concor. Item facit. C. de peti. hæred. l. hæreditas.

Aetati eius.] CASVS. Quãuis ille qui accusat testamentũ de falso, perdat legatum in eo sibi relictum: vt dictum est supra, eod. l. quasi per totum. tamen si dictus accusator sit minor. xxv. ann. & per se vel per tutorem suum accusauit testamentum, potest imperator in integrum restituere, vt non amittat legatum. Viuianus.

o *Ignoscitur.* singulare in integrum restitutionis iure, & principe indulgente: vt. ff. eod. l. tutorem. in fine. sed iure communi perdit: vt C. eod. l. Polla. quæ est cõtra. Vel solue vt ibi. & facit infra, de bo. lib. l. qui cum. ij. respon.

His verò qui.] CASVS. In testamento meo reliqui legata Titio & Seio, & decessi. postea Gaius & Sempronius accusauerunt testamentũ meum de falso, & dictus Titius & Seius pro eis in hoc tulerunt testimoniũ volentes vel vrsi, vel fuerunt eorum aduocati. certe perdunt dicta legata. sed & si præsidi coram quo fuit facta accusatio, fuit in dicto testamento aliquid legatum, perdit illud si pronũtiauit falsum testamentum, & postea apparuit id testamentum non esse falsum in appellatione quam interposuit hæres in eo scriptus. Sed pone quòd in dicto meo testamento reliqui legatum aduocato fisci, postea hæres meus cõmisit aliquid propter quod debet hæreditate perdere: quæ causæ sunt multæ: vt. s. eo. l. j. & ij. & in multis legibus huius titu. venit Martinus, & detulit fisco hanc hæreditatem meam ei esse delatam, vel dixit testamentum falsum: & eidem delatori aduocatus fisci præstitit patrocinium, quod habet necesse facere: vt. C. de delatoribus. l. omnes. lib. x. certe non amittit propter hoc legatũ dictus aduocatus fisci: quia officium suum eum excusat. Viuianus.

p *Adiuuauerunt.* sponte: secus si coacte. argu. ff. eo. aduocatũ. & s. quemadmodum testa. ape. l. si quis ex. & facit. ff. ead. l. §. an libertas. & ff. de bo. lib. qui cum. §. sed si non.

q *Affuerit.* vt aduocatus vel procurator: vt argu. supra, de inoffic. testa. l. fin. in princip. Sed contra. ff. de bo. lib. qui cum maior. §. si patroni. vbi qui aduocat, non accusat, nec perdit contra tabu. Sed ibi erant quasi debita patrono bona liberti, ad quæ venit per contra tabu. hic verò lucrum est legatum quod perdit. & non est par ratio lucri ad damnum: vt. C. de codicil. l. fina. & de iure delib. l. fin. §. licentia. nec obstat huic solutioni dicta. l. de inoffic. testa. quia ibi est alia ratio: scilicet quia querela odiosa est. Accursius.

Lucri ad dã tio non est. num par ra

r *Et fideiussor.* de exequenda accusatione: vt. C. ad. Turpil. l. j.

s *Putant.* forte male, cum necesse habeant ius dicere: & hoc iurant: vt in authen. iusiuran. quod præ. §. & æquus. & argu. ff. l. proxi. Vel verius secundum vias literæ, cum à principio sponte receperit præsidatũ, & sic se posuit in necessitate. vel est ideo, quia apparet per appellationis sententiam eum male iudicasse: licet sit argu. contra. ff. de appel. l. j. in princ.

t *In omnibus.* vel cum præcedenti vel sequenti litera legi potest. & facit. C. de admini. tuto. l. cum quidam.

Qui

Qui principale.] CASVS. Filium meum impuberem mihi hęredem instituì in testamento meo quod dicitur principale testamentum: & in eodem testamento legaui Titio.c.& postea dicto impuberi substituì dictum Titiũ pupillariter,quæ substitutio dicitur secundum testamentum, siue secundæ tabulæ.& postea feci codicillos in quib⁹ forte legaui aliquid dicto Titio, & forte dictos codicillos confirmaui in dicto meo testamento:& forte nõ.& postea decessi.& postea dictus Titi⁹ accusauit dictum meum principale testamentũ de falso, & succubuit.certe non solũ repellitur ab his quę forte sibi in dicto testamento reliqui, sed etiã à substitutione impuberis facta in dictis secundis tabu. & etiã ab his quę ei in codicillis prędictis reliqui. Sed non est ita econtra. nam si secundas tabu.vel codicil.arguit de falso, non amittit relictum sibi in testamento principali. & est ratio:quia in hoc casu non videtur improbasse vtrũq; in secun.tabu.& per consequens principale testamentũ vel codicillos, & per consequens non principale testamentũ, sed testamentũ secun. tabu.vel tantũ codicil. q.d. in superiori casu bene videtur improbare vtrumq;. nam secũ. tabu.pendẽt ex primis, & non econtra:vt.ſ.de vulga.substi.l.ij.§.sed si eos.Viuianus.

Qui principale testamentum accusat, repellitur ab omni commodo quod sibi defertur ex eo,vel eius accessorio: secus si ex alia voluntate per se principaliter subsistẽte.sed qui accusat accessorium, non repellitur ab eo quod sibi debetur ex principali. hoc dicit cum seq.Bartolus.

¶ Qui principale testamentum arguit:& à secundis tabulis repellẽdus est, [a] item à codicillis ad testamentum [b] factis, licet non cõfirmatis. [c] Non idẽ sequendũ est si secundas tabulas vel codicillos coarguit: quia non vtrumq; hoc casu improbasse videtur. ¶ An libertas ei seruo data, [d] qui testimonio suo infringere voluerit testamentum, auferri debeat,videndum est.Fideicommissum [e] vtique non est dignus consequi: & de libertate diuus Pius iudicauit esse ea priuandum. [f] ¶ Ei qui tutor datus est, non prodest [g] ad excusationẽ quod falsum dixit:sed à legato remouetur. [h] ¶ Qui mortis causa donationem accepit à testatore, nõ est similis in hac causa legatario. [i] Alia causa est eius [k] qui numquid propter hoc amittit donationem prædictam causa mortis? Et dicitur quòd non,licet legatarij amittant legata si dicãt testamentum falsum.Secus si dictus Martinus qui debebat recipere equum à legatario, vel dictus Petrus qui debebat.x.recipere à statulibero,dixissent testamentum falsum: quia ipsi bene perderent prędicta. Item & si Seius prædictus à me hæres institutus dicat testamentum falsum, & succumbat, nõ poterit amodo detrahere Falcid.legatariis, quamuis reliquerim legata vltra dodrantem:vt dixi.Vi. i *Legatario*.sic in querela: vt.ſ.de inoffic.testa.l.etiam:sed aliud in contra tabu.vt.j.de bo no.possef. contra tabu. l.sub conditione.§.fin. &.j.de bo.lib.l.in seruitute.§.sed & si quid. quæ sunt contra, sed quare secus? Itẽ contra institu.de dona.§.j.sed † *Inquæ* ibi est fere propter hãc *ista.l.* differentiam & alias, vt *ut dicit* ibi nota.& sic etiã non *vulg.* obstat.C.ad legem Fal- *pannam.* cidiã.l.si mortis. & est *tenet ea* ratio quare secus in do *res: cum* natione quàm legato: *testatio* quia donatio morte cõ *in ea.* firmatur,non per testa- *nentis* mentum.Accursius. *& ibi*

propter testamentum à legatario vel à statulibero accipere iussus est.hic enim [l] vt indignus repelletur: & Falcidiæ beneficium hæredi scripto [m] auferri debere diu⁹ Pius & diuus Marcus putauerunt. ¶ Omnes qui vt indigni [n] repellentur, summouẽdi sunt à præmio [o] quod secundum edictũ diui Traiani datur his qui se [p] deferunt.

Pœna non debet egredi delictum.Bar.

VI. MARCELLVS libro viceſimoſecundo Digeſtorum.

REscriptum † est à principe, hęredem, [q] rei quam amouisset,quartam non retinere: & ideo si is qui quadringenta habebat, vniuersa quadringenta legasset, & hæres centum subtraxisset : trecentorum quartam[partem]retinebit, septuagintaquinque scilicet: & ducẽta vigintiquinq; dabit legatariis: [sed] ex centum quæ subripuit, legatariis quidem dabit septuagintaquinque : reliqua, id est, vigintiquinque ad fiscũ venient.

k *Causa est eius.*id est, extra, quàm eius cui mortis *sic.* causa est donatũ. & fa, *in Clar.* cit ad hoc supra,de in- *ibi Cur.* offic.testa.l.Papinian⁹. *de lega.* §.si conditioni.

l *Hic enim.*si testamẽtum velit arguere.

m *Scripto.* qui testamentum voluit arguere.& est ad hoc respon sum.j.ad Trebell.l.Marcellus.§.fi. &.C.ad legem Falcidiã.l.etiã. &.ſ.si quis ali.testa.prohib.l.ij.§.fi.&.ſ.de inoffi.testa.l.Papinianus.§.eo autem solo.Item facit.j.l.proxi.&.l.hæres qui.& infra, ad Trebel.l.Paulus respon.si certam.

Omnes qui.] CASVS. Ad euidentiam huius.§.nota quòd in quodam edicto diui Traiani continetur vt si quis antequam causa eius ad ærarium per aliquem deferatur, professus esset coram præfecto ærarij siue fisci eam rem quam possidebat ex causa legati ab alio sibi relicti, capere sibi non licere ex eo quòd aliqua de causa erat non capax eius rei : quòd ipse taliter se deferens debet habere dimidiam dictæ rei,& fiscus alteram dimidiam. Nunc pone quòd prædictus taliter se deferens vt dictum est,accusauit testamentum de falso in quo fuit ei relicta dicta res,& succubuit in accusatione : numquid amittit dictum benefitium diui Traiani? Et dicitur quòd sic. & facit ad hoc optime infra, de iure fisci.l. edicto in princip.Viuianus.

n *Vt indigni.* vt quia falsum vel inofficiosum accusauerunt, vel quia aliàs sunt indigni:vt.j.de iure fisc.l.edicto.§.eos.Accursius.

o *A præmio.*ſ. dimidiæ partis eius quod perdit: vt.C.de his qui se defe.l.j.vel tertiæ:vt ibi dicit.&.j.de iure fisc.l.edicto.in prin. &.§.extat.licet isti se deferãt innoxij: ergo deferẽtes habẽt dãnũ.

p *Qui se.*i.eam rem quam capere eis nõ licet,sed fallit quod hic dicit.ſ.e.l.j.quæ est contra:vel dic vt ibi.

Rescriptum.] CASVS. Titius habens in bonis quadringenta instituit sibi hæredem Seium, & vniuersa quadringenta quibusdam legauit, & decessit.postea hæres detraxit.c.de hæreditate.certe poterit retinere hæres cum soluit legata,quartã partẽ trecentorum.ſ.lxxv.nomine Falci.&.ccxxv.dabit legatariis.ex.c. autem prædictis quæ surripuit, dabit legatariis tres partes.i.lxxv. & quartam de dictis.c.id est.xxv.debet habere fiscus.& hæc ideo ita sunt,quia rescriptum est per quendam imperatorem hæredem non posse retinere quartam eius rei quam amouisset. Viuianus.

q *Hæredem.* facit infra, ad Trebel.l.Paulus respon.si certam.& institu.pro soc.§. manet.& infra,eod.l.hæres qui.§.sed si maior, & supra.l.proxi.§.penul.ibi,& Falcidiæ,&c.ſ.devulg.sub.l.ex facto.§.fi.&.C.de lega.l.non est.

a *Repellendus.* sic.ſ.de vulg.substi.l.is qui.&.j.de contra tabu.l. sub conditione.§.fi.& de bo.lib.in seruituté.§.si quis.&.j.de leg. præstan.l.v.§.si fratri.&.ſ.e.l.ij. in prin. Sed argu. contra.j.eo.l. qui Titij.Accursius. *ADDITIO.* Dic secundum Barto. quòd ibi neutrum est accessorium alterius:sed vtrumque principale.vel ibi impugnat accessorium:& sic nó obst.in glo.Vel dic quòd ibi non dixit testimonium,licet professus sit se velle dicere.

b *Ad testamentum.*i.ab eo qui fecit testamentum.

c *Non confirmatis.* quod non erat opus si post testamentum fiebant:secus si ante:vt insti.de codicil.§.non tantum.

An libertas.] CASVS.Institui mihi Titium hæredem,& Sticho seruo meo libertatem reliqui.postea me mortuo Seius accusauit testamentum meum de falso,& dictus Stichus tulit testimonium contra testamentũ:succubuit tamen postea accusator.numquid debet auferri dicto Sticho libertas? Et dicitur quòd sic, & etiam fideicommissum vel legatum si quod ei reliqueram in testamento. Sed quid si dictum Seium qui accusauerat testamentum de falso,dederam tutorem filio meo in eodem testamento?numquid excusabitur propter hoc à tutela, & à legato quod ei dederam,repelletur?Et dicitur quòd à legato tantum repellitur,& nó à tutela excusatur.Viuianus.

d *Data.*i.relicta directe.Accursius.

e *Fideicommissum.* scilicet pecuniarum : vt supra, eod.l.§. is vero.Accursius.

f *Priuandum.* immò contra:vt.j.de fal.l.eius.in fi. Solu. ibi.

g *Non prodest.*nam non debet pati pœnã,vt subiicit.nam debet habere præmium:quod dic vt.ſ.de nego.gest.l.siue hæreditaria.

h *Remouetur.* quia accusauit:vt supra,eod.l.j.§.j.nó quia se excusare voluit,cum effectum non habuit:vt supra, quod cuiusque vniuersi.l.j.in fine.Accursius.

Qui mortis.] CASVS.Causa mortis donaui Titio.c.& postea feci testamentum,& in eo instituì mihi hæredem Seium & legaui Gaio.c.si daret Martino equum. & dedi libertatem Sticho seruo meo sub conditione,si daret Petro.x.Itẽ multa alia legata reliqui quibusdã,ita quod habet.l.Fal.locũ.& postea decessi.postea dictus Titius accusauit testamentũ meũ de falso,& succubuit.

BIU Cujas

Qui Titii.] CASVS. Quamuis ille qui dicit testamentum falsum, &, succumbit, non possit esse hæres illi qui fecit dictũ testamentum: vt. ſ. eod. l. post legatum. §. qui principalis. non tamen prohibetur esse hæres hæredis illius qui fecit testamẽtum. Secundo dicit: Titius meus creditor instituit me hæredẽ, & ego adiui hæreditatem suã: sicq; per additionẽ confusa est actio mea quam habebam contra eũ. postea ex aliqua causa fui pronuntiatus indignus habere hæreditatẽ prędictã: puta quia accusaui testamentũ de falso: vt in prĩ. huius: l. vel fui testis vel aduocatus alicuius qui accusauit de falso testamentũ, & nihilominꝰ remãsit testamentũ firmum: & sic ablata est mihi p fiscum dicta hæreditas propter prędicta. numquid restituitur mihi dicta actio? Et dicitur q̃ non propter delictum meum. l. seq. plana est. Viuianus.

a *Qui Titii*. facit. C. de peti. hæred. l. hæreditatis. &. ſ. e. l. post legatum. §. qui accusauit. & §. qui principale.

b *Nec obtinuit*. i. succubuit: vt. C. eod. l. alia.

c *Indigno. Actiones.* quæ hæredi contra defunctum competebant, quę modo sunt confusæ: vt. ſ. de euic. l. si ei cui. §. fi.

d *Non oportet*. sic. j. eo. l. eum qui. §. bonis. & de iur. fisc. l. eius qui. §. fi. nisi in casu: vt. j. eo. l. §. hæredem. Item contra C. de inof. testa. l. si maritus. sed & ibi ignorauit institutam quærelã posse moueri: vt. d. l. j. e. hæredem.

Si inimicitiæ.] CASVS. Feci testamẽtum, & legaui Titio. c. & postea inimicitię capitales interuenerũt inter me & ipsum: & ita cœpit esse verisimile me nolle ei legatum præstari. & postea decessi. Certe non poterit Titius petere dictum legatum. Item erit dicendum si palam & aperte mihi viuenti maledixerit, & infaustas voces aduersus me iactauit. & his duobus casibus non applicatur legatum fisco: immo remanet apud hæredem meum. si autem mouit mihi quæstionem status, denegatur ei petitio legati, & datur fisco. Viuianus.

e *Non possit*. sic. ſ. de adimen. lega. l. iij. in fine. &. l. ex parte. &. C. de fideicom. l. si fideicommissum.

f *Voces*. ſ. vocando eum cucurbitam, seu cogosam.

In fraudem.] CASVS. Ad euidentiam huius. l. & seq. no. q̃ si hæres vel legatarius accommodat tacitam fidẽ testatori de restituenda hæreditate vel legato sibi relicta vel relicto alicui non capaci (qui multi sunt: vt no. insti. de le. §. legari.) debet perdere relictum sibi, & illud debet dari fisco. & hoc si fidem prædictam accommodat fraudulẽter. i. in fraudem iuris: vt. j. de iure. fisc. l. iij. in princi. &. §. j. ij. &. iij. &. ſ. de lega. j. in tacitis. Quis autem dicatur taliter in fraudem iuris fidem accommodare, plane dicitur in princ. huius. l. Sed quid si hæres vel legatarius sit rogatus restituere hæreditatem vel legatum ei qui capere poterat tempore testamenti, qui quidem postea tempore mortis testatoris inuenitur non capax? certe ei non tenetur restituere fideicomm. dictæ hæreditatis vel legati: & debet remanere apud eum rogatum: &

Accusans testamentum, non repellitur ab hæreditate hæredis scripti in ipso testamento, hoc dicit.

VII. MODESTINVS libro sexto Differentiarum.

QVi Titij[a] testamentũ falsum dixit, nec obtinuit: [b] hæredi eius hæres existere prohibendus nõ est: quia non principaliter in Titij hæreditatem succedit.

VIII. IDEM libro nono Regularum.

INdigno hærede pronũtiato, adẽpta hæreditate, confusas actiones[c] restitui nõ oportet.[d]

Propter inimicitias tacite videtur esse reuocatum legatum: & qui causam status mouet, legato est indignus, & fisco applicabitur. Bartolus.

IX. VLPIANVS libro quartodecimo ad legẽ Iuliam & Papiam.

SI inimicitiæ † capitales interuenerint inter legatariũ & testatorem, & verisimile esse cœperit testatorem noluisse legatum siue fideicõmissum prę-stari ei cui adscriptum relictũ est: magis est vt legatum [siue fideicommissum] ab eo peti nõ possit.[e] Sed & si palàm & apertè testatori maledixerit, & infaustas voces[f] aduersus eum iactauerit: idem erit dicendum. Si autem status ei* controuersiã mouit, denegatur eius quod testamento accepit, persecutio: ex qua specie statim fisco deferetur.

X. GAIVS libro quintodecimo ad legem Iuliam & Papiam.

IN fraudem[g] iuris fidem accommodat qui vel id quod

A non dari fisco. nam nulla fraus videtur interuenisse ex quo erat tempore testamẽti capax fideicommissarius. & hoc est verum nisi dictus hæres vel legatarius accommodauit fidem testatori in casum futurum. i. vt restituat fideicommissario dictam hęreditatem vel legatum: licet idem fideicommissarius cœperit prohiberi per leges capere fideicommiſ. Item pone q̃ Titius instituit sibi hæredem filium suum quem in potestate habebat: et rogauit eum quòd restitueret hæreditatẽ alicui non capaci: & filius accommodauit ei super hoc tacitam fidem. nunquid auferetur hæreditas dicto filio, & fisco dabitur? Et dicitur quòd non: quia habuit necesse parere patri. Scias etiam q̃ si hæres tacitam fidẽ accõmodauit testatori de restituenda non capaci dimidia parte hæreditatis, in ea tantum parte in qua fraudẽ adhibuit, non vtitur Falcidia aduersus legatarios, sed in alia parte sic. Viuianus.

g *In fraudem*. facit. j. de iur. fisc. l. iij. in prin. &. §. j. ij. &. iij. &. ſ. de le. j. l. in tacitis. Accur.

Hal. filio.

h *Videtur*. contra videtur. j. de iure fisc. l. iij. † *Huc pertinet elegãs disceptatio apud Gelliũ lib. 2. noct. Attı. ca. 7.* *Fl. parte, quæ*

B reliquitur, vel aliud tacitè promittit restituturum se personę, quæ legibus ex testamento capere prohibetur: siue chirographũ eo nomine dederit, siue nuda pollicitatione repromiserit.

Rogatus restituere capaci, licet tempore mortis sit incapax, legatum retinet: nisi tempore mortis expresse aliud actũ sit. Barto.

¶ Si quis ei qui capere possit, rogatus fuerit restituere, & is mortis tẽpore prohibeatur legibus hoc capere: non dubito quin & si deficit fideicommissum, apud eum tamẽ qui rogatus est restituere, manere debeat: quia nulla fraus eius interuenisse videtur: [h] nisi si in futurum casum fidem accommodauerit: id est, vt licet capere legibus prohiberi cœperit, restituat. ¶ Rectè[i] dictũ est, si pater filij* quẽ in potestate habebat, tacitam fidem interposuerit, non debere id filio nocere, quia parendi necessitatem habuerit. †

XI. PAPINIANVS libro quintodecimo Quæstionum.

C HAeres qui tacitã fidẽ contra leges accõmodauit: in ea parte in qua* fraudem adhibuit, Falcidia nõ vtitur.[k] & ita senatus cẽsuit. Sed si maior modus institutionis q̃ fraudis fuerit: [l] quod ad Falcidiã attinet, de supfluo quarta retinebitur.

Licet testamentum vltimum non valeat, tamen à scriptis in primo tanquam ab indignis auferetur hæreditas: non autem prælegata, nisi aliud testatorem voluisse appareat. Bartolus.

XII. IDEM libro sextodecimo Quæstionum.

i *Recte*. pater interposuit fidem filij consentiẽtis patri vt daret nõ capaci. parcitur ei, vt hic, & infra, ad leg. Fal. l. si tacitum. & arg. j. ad leg. Corne. de fal. l. filiꝰ emãcipatus. circa prin. &. j. de bo. lib. l. qui cũ maior. §. fina.

k HAeres. *Non vtitur*. nisi talis persona fuerit quæ parere necesse habuit: vt. j. ad le. Fal. l. si tacitum. Accursius.

D l *Fuerit*. quia fuit insolidum institutus. sed in dimidia contra legem fidem accommodauit. & facit. ſ. eod. rescriptum. &. C. ad legem Fal. etiam si. &. j. tit. ij. l. beneficio.

Cum quidam.] CASVS. Titius fecit testamentum, & in eo sibi hæredes instituit Seium & Gaium capaces. & Sempronium: & ab eis quibusdã legata reliquit: & prelegauit dicto Seio c. & equum suum. postea fecit secundum testamentum, & in eo instituit sibi heredes. P. &. M. quos non poterat instituere ex eo quòd non erant capaces forte. & postea decessit dictus Titius. nunc queritur, quis debeat habere hæreditatem eius? Et respon. quòd quanuis secunda institutio non valeat quantum ad cõmodum institutorum, & sic prius testamentum non sit ruptum per secundam institutionem prædictam: tamen hæredibus in primo testamento institutis, qui quidem non habuerunt pro se supremã voluntatem testatoris, iam pridem senatus abstulit hæreditatem tanquã indignis, & dedit eam fisco. & postea imperator Marcus cũ habuit corã se quæstionẽ de vno hærede cuius nomẽ peracto siue perfecto testamẽto testator induxerat vel cãcellauerat, cõmisit eã cognoscendã ad præfectos ærarij, reseruata sibi sentẽtia. & postea in ea iudicauit idẽ qđ in superiori casu. ſ. vt dicto hæredi

cuius

cuius nomen erat inductum, auferretur sua pars hereditatis, & daretur fisco. salua tamé iussit esse legata ab eo relicta. Item & præceptiones siue prælegata eidem hæredi relicta remanent similiter firma: nisi testator voluisset contrarium. Viuianus.

a *Cum quidam scripsisset.* in secundo testamento. Accursius.

b *Non valeret.* quantum ad instituti commodū: mero tamen iure est hęres, & adire potest hæreditatem. vnde & cōfunduntur actiones sibi competentes: quia solennia testaméti sunt in eo completa: sed tamen quia ipse nō est capax hæreditatis, aufertur ab eo hæreditas: vt.ſ.eo.l.indignū. &.j.eo.l.hęredem.&.ſ. de vulga. substitu. l.ex facto. §. Iulianus. &.j. de iure fis. l.eius qui.§. eum qui. &.§. obligationes. & infra, de donatio.quidam. §.donari.& de verb. significa. l.aliud est capere.& idé dico in eo cuius nomé cancellatur, vt subiicit.nam & ille mero iure est hæres: vt not.ſ. de his quæ in testa. delentur. l.j.§.sed cōsulto.in princ.&.C.de testa.l.nostrā. Quod autem subiicit, non esse superius testamētū ruptum, verum est considerato eo quòd secūdi hæredes efficaciter nō habent hæreditatem:& quia eo iure quo secundum est inualidum, primum videtur validum: sed tamen considerata alia ratione, quia secundū mero iure tenet, & quia primi hæredes non habent supremam voluntatem, potior est fisci causa in bonis auferendis. Azo.

c *Hæredibus tamen.* in primo testamento institutis, vt apparet per sequentia, sed videtur contra his quæ hic dicuntur insti.quibus modis testa.infr.§.posteriore.&.§.ex eo. sed ex his quæ dixi, & ibi not. apparet quòd non obst. Item contra.C.eo.hæreditas. sed dic vt ibi dixi.ad hoc est supra, de hæredi.instituen.l.patet filio. Item argu. contra ad id quod hic dicitur.C.de rei vxo.actio.

a Dic quòd illud est speciale fauore dotis: vt l.i.ſ.sol.matrim.secundum Bar.

in princ. a Item argu.contra.ſ.de in diem addi.l.ſi venditor.§.sed & neuter.&.§.sed si pater.

d *Iudicauit.* ad hoc videtur contra.j.ſi tabu. testa. nul.ex.l.j.§.ſi hæres. sed solu.vt ibi no.&.j.eo.l.cum tabulis.in fin.& supra, de his quæ in testa.delen.l.iij.& fi.H.

e *Ab eo legata.* cuius nomen testator induxit.

f *Manserunt.* vt.ſ.de his quæ in testa. delen.l.iij. &.j.de iure fis. l.iij.§.cum ex causa. nec ob.ſ.de leg.iij.l.ſi iure. quia in alio casu ibi loquitur. & est sic ad hoc quod hic dicit.ſ.de hæred.insti.l.ſi.

g *Denegabitur.* vt.ſ.de his quæ in test.delen.l.iij.&.j.de iure fis. l.iij.§.cum ex causa.nec ob.ſ.de leg.iij.ſi iure.vt.ſ.dixi.H.

C *Laudius.*]C *ASVS.* Mæuius fuit damnatus ad mortem propter adulterium quod commisit cum Sempronia.& postea aliquo casu euasit à custodia nuntiorum, ita quòd non periit.& dictam Semproniam non damnatam accepit postea in vxorem, & postea fecit testamentum idem Mæuius, & dictam Semproniam instituit sibi hæredem, vel ipsa eum hæredem instituit.nunc quęritur, an valuerit dictum matrimonium, & an vnus possit alteri succedere? Et respon. in vtroque quòd non. Sed pone quòd dictus Mæuius erat miles, & commisit stuprum cum dicta Sempronia, & postea accepit eam in vxorem de facto: & ita tenuit eam in suo contubernio. & postea ipse in militia adhuc existens fecit iure militari testamentum, & reliquit ei Semproniæ centum, & eam in totum vel pro parte hæredem instituit, & postea fuit absolutus à sacramento militiæ quo tenetur non euitare mortem propter salutem reipublicæ, vt not.ſ.ex quibus causis maio.l.penul.& sic rediit domum, & postea intra annum decessit.nunquid poterit dicta mulier petere illud quod sibi relictū est in dicto testamento? Et videtur quòd sic, quia ex quo miles decedit intra annum à tempore missionis, ita valet testamentum suum, ac si adhuc esset in militia: vt hic, & instit.de testa.§.quòd in castris. Respon, tamen hic quòd nō propter hoc poterit mulier, sed ad fiscum debet pertinere.& hoc dicit cum.l.seq. Viuianus.

CVm quidā scripsisset a hæredes, quos instituere non potuerat: quamuis institutio non valeret b, neque superius testamentum ruptum esset, hæredibus c tamen, vt indignis, qui non habuerunt supremam voluntatem, abstulit iampridem senatus hæreditatem: quod diuus Marcus in eius persona iudicauit d, cuius nomen peracto testamento testator induxerat. causam enim ad prefectos ærarij misit: verum ab eo legata e relicta salua manserunt f. De præceptionibus eidē datis, voluntatis erit quæstio. Et legatum ei non denegabitur g, nisi hoc euidenter testatorem voluisse appareat.

Non potest quis iustè ducere in vxorem eam quam polluit per adulterium: & à tali vxore tanquam ab indigna aufertur quod ei à viro relinquitur. Bartolus.

XIII. IDEM libro trigesimo secundo Quæstionum.

CLaudius Seleucus Papiniano suo salutem: Mæuius in adulterio Semproniæ damnatus h, eandem Semproniam nō damnatā duxit in vxorem: qui moriens eam hęredem reliquit. Quæro, an iustum matrimonium fuerit: & an mulier ad hæreditatem admittatur? Respondi, neque tale matrimoniū stare, neque hæreditatis lucrū ad mulierem pertinere: sed quod relictum est, ad fiscum i peruenire. Sed & si talis mulier virum hæredem instituerit, & ab eo quasi ab indigno hæreditatem auferri dicimus.

Quod relinquitur à milite ei quam stupro cognouit, à fisco vindicabitur. Bartol.

XIIII. IDEM libro trigesimo tertio Quæstionum.

MVlierem quæ stupro cognita in contubernio militis fuit, (etsi k sacramento miles solutus intra annum mortem obierit) non admitti ad testamentū iure militiæ factum: & id quod relictum est, ad fiscum pertinere, proximè tibi respondi.

h *Damnatus.* olim erat alia pœna adulterij quàm hodie. nam hodie gladio feritur: vt habetur. C.de adul.l.quāuis. in fin. vnde hodie hæc lex non habet locum. Accursius.

i *Ad fiscum.* Nota regulā. quod aufertur indigno, applicatur fisco: indigno vt.ſ.de inoffici. testa.l. *Fisco aufertur quod indigno.*

Papinianus. §. meminisse. quę fallit.ſ.eo.l.post legatum. §. amittere. & j.eo.l.ſi.§.ſi. & facit ad l.istam instit. de hære. insti.§.seruum. &.ſ.de vsufr.leg.l.vxori maritus.&.C.de ſcest. nup. l.qui cōtra legem.&.ſ. de ritu nupt. l. præfectus. Accursius.

k *Mulierem. Eſt.* id est, quāuis: scilicet decesserit intra annū: quia perinde est ac si in militia decessisset: vt.ſ.de mili. testa. l.quod constitutum. & facit in eod.titu. l.miles ita hæredem.§.mulier. Accursius.

HAeredi qui.]C *ASVS.* Instituit in testamento meo mihi tres hæredes: puta Titium & Seium & Sempronium: & postea feci codicillos in quibus iussi Sempronio & Seio quòd nomine prælegati darent Titio prædicto centum. Item iussi Titio quòd alia legata daret dictis cohæredibus suis ex tanta quantitate quòd extendebatur dodrans tertiæ partis. & ita in sua parte habet locum Falci. pro dictis legatis.& postea in eisdem codicillis feci diuisionem bonorum meorum inter dictos tres meos hæredes: & postea decessi, & postea dictus Titius accusauit dictos meos codicillos de falso, & succubuit.nunquid aufertur ei, & datur fisco sua pars hæreditatis quam dedi ei in testamento? Et dicitur quòd non, sed bene denegatur eidem Titio actio eius quod legatū ei fuit à cohærede siue à cohæredibus suis: sed pro ea parte prælegati denegatur ei actio.quam habet iure legati, id est, à cohæredibus suis. nam cum vni de cohæredibus prælegauit à testatore pro sua parte hæreditaria, non valet legatum: quia hæredi à semetipso legari non potest: vt.j.eo.l.cum qui.§.pro parte. vnde iure hæreditario retinet illam partem legati. pro parte autē hæreditaria cohæredū bene valet dictū legatum cohæredi eorum relictum: vt dicto.§. pro parte. tenebit ergo siue retinebit sibi dictus Titius ita quòd fisco non dabit legatum sibi relictum pro partibus hæreditariis in quibus legatum consistere non potuit, id est, pro parte sua hæreditaria, id est, sicut habet tertiam partem hæreditatis, ita & legati prædicti tertiam partem debet retinere iure hæreditario, ita quòd eam non det fisco. & sicut cohæredes sui habent alias duas partes hæreditatis, ita pro illis duabus partibus deberent Titiæ dare legatum si non dixisset falsos codicillos: sed quia dixit, falsos, pro illis duabus partibus amittit legatum, & datur fisco vt dixi. Expedita quæstione legati Titij, veniamus ad legata relicta cohæredibus à Titio in dictis codicillis: & quæramus vtrum dictus Titius possit vti beneficio legis Falcidiæ circa dicta legata, cum per ea legata, vt dixi, dodrans suæ partis exhaustus sit? Et respondetur quod non, si tantum erit vel est in amissis portionibus legati Titij, quòd recusaret siue excluderet Falcidiam siue Falcidiæ beneficium per æquitatem compensationis si dictæ amissæ portiones nō fuissent amissæ per Titium: non fuissent autē amissæ si non dixisset, falsos codicillos prædictos. sicut enim tunc opponerent Titio compensationes cohęredes quando nō essent amissæ dictæ portiones legati Titij, ita & nunc quando sunt amissæ per culpam Titij dicentis falsos codicillos, & succumbentis. oppositissent autem ita tunc cōpensationem Titio coheredes,

BIU Cujas

Tu vis à nobis detrahere Falcidiam de legatis quę nobis præstare debes: sed nos damus tibi duas partes legati tibi relicti, quæ valent tantũ quantũ illud quod vis nobis detrahere de nostris legatis nomine Falcidiæ. nõ ergo debes nobis detrahare Falcidiam: aut si vis detrahere, nõ dabimus tibi aliud de tuo legato. Si autem plꝰ esset in eo quod Titius vult detrahere nomine Falcidiæ de legatis à se relictis cohæredibus suis, quàm sit in portionibus legati Titij amissis per eum eo quòd dixit, falsos codicillos: illud plus bene poterit retinere Titius: nec in eo habet locum aliqua compensatio. & hoc vult dicere hæc lex, licet cum magna difficultate. Viuian.

Qui impugnat accessorium, non priuatur eo quod consequitur à principali: sed eo solo quod consequitur ab accessorio. Bart.

XV. IDEM libro sexto Responsorum.

HAeredi qui falsos codicillos esse dixit, neque obtinuit, hæreditas non auferturᵃ. si tamen aliquid à cohærede codicillis acceperitᵇ, eius actio denegabitur. Itaque si bonorum inter hæredesᶜ diuisionem defunctꝰ codicillis fecerit: partes quidem hęreditarias in quibus legatum consistere non potuit, tenebit: sed Falcidiæ beneficio non vteturᵈ, si tantum in amissisᵉ portionibus erit, ꝙ Falcidiam æquitate compensationis recusset.

Qui dicit pupillum fuisse suppositum, videtur secundas tabulas impugnare: & ideo quod in eis ei relinquitur, auferetur vt ab indigno. Bartolus.

a *Non auferetur*. cum eam ex codicillis non habeat. ad quod est. ff. eod. l. post legatum. §. qui principale. & l. reſcriptum. & l. hæres. & supra, de vulga. substi. l. ex facto. §. fina. & j. e. l. eũ qui. §. qui pro parte. Accursius.

b *Acceperit*. destinatione, vt prælegatum.

c *Inter hæredes*. nã instituit Titiũ & Seiũ æqualiter: & in codicillis dixit Titiũ citra, & Seium vltra Rhenũ habere debere. quos codicillos Titius vt falsos accusauit, & succubuit. & sic amisit dimidiã eiꝰ quod est citra Rhenũ, quam videbatur habere iure prælegationis: vt. ff. de hęred. instit. l. ex facto. & cõfiscatur, sed aliam dimidiã retinet iure hæreditario: cum cõtra testamentũ non deliquit. nõ vero iure legati vt ex codicillis: quia ei à seipso legari non potest: vt. ff. de leg. j. l. & quidẽ. Seius vero habebit totum vltra Rhenum. ſ. dimidiam iure hæreditario: aliam iure prælegati: de quo prælegato Titius Falcidiam nõ deducit si tantum est in parte confiscata quantum est in Falcidia quã vult retinere. ad quę est. j. titu. ij. l. Nesennius. Accur.

d *Non vtetur*. in partibus quas habet Seius iure legati.

e *In amissis*. id est, ablatis vt indigno, & fisco applicatis. Accur.

Cum tabulis.] CASVS. Titius habebat fratrem Seium, qui Seius habebat duos filios: & decessit dictus Seius relictis post se dictis duobus suis filiis. postea Titius prædictus habens vxorem & filium impuberem fecit testamentum, & in eo instituit sibi hæredem dictum suum filium impuberem, quæ institutio dicitur primum testamentum, siue primæ tabulæ. & postea pupillariter substituit dicto suo filio impuberi dictos filios Seij fratris sui, quorum ipse Titius erat patruus, & in ipsa substitutione dedit cohæredes dictis filiis fratris vxorem suam prędictam: & quosdam alios scilicet substituit dicto suo filio filios fratris, & vxorem suam, & quosdam alios, quæ substitutio dicitur secundum testamentum, siue secundæ tabulæ. & postea decessit dictus Titius & extitit ei hæres dictus filius impubes. & postea decessit dictus impubes in pupillari ætate, & sic vindicauit sibi locum dicta pupillaris substitutio in persona dictorum filiorum fratris Titij, & in persona vxoris Titij, & aliorum substitutorũ. Dicti autem filij fratris Titij cogitauerunt qualiter possent excludere consubstitutos eorum, & habere hæreditatem Titij ab intestato. vnde dictam vxorem Titij matrémque dicti impuberis accusauerunt de partu subiecto, id est, quòd ipsa finxit se peperisse dictum impuberem filium ex Titio viro suo, cum non esset filius Titij, nec eiusdem vxoris Titij. & sic pro posse eorum expugnauerũt principale testamentum in quo impubes fuit institutus, & succubuerunt in accusatione. nunquid debet eis auferri pars hæreditatis quæ cõtingebat eos ex dicta substitutione? Et dicitur ꝙ sic, quia non habent sententiam dictam secundũ se ex testamento siue per testamentum quod impugnare volebãt per dictam accusationem partus subiecti: imò habuerunt contra se, vt dictum est. Et ita nota quòd qui vult arguere principale testamentum, à secundis tabulis repellendus est: vt. ff. eod. l. post legatum. §. qui principale. Item nota quòd pauca sæpe stringere dicitur quicumque superfluum amplexatur. & ita plana est hæc lex in principio. Viuianus.

ff. Infort.

f *Fratris*. scilicet sui testatoris.

g *Datis*. scilicet aliis in substitutione pupillari.

h *Filii*. id est, filij fratris qui sunt substituti.

i *Pueri*. cui erant substituti.

k *Postulassent*. & per hoc testamentũ impugnabant patris: vt. C. de hæred. inst. l. si pater tuus. & per consequens pupilli: vt. ff. eod. l. ij. in prin. & l. post legatum §. qui principale.

l *Patrui*. à quo substituti erant filio suo.

m *Partem*. habebant enim cohęredes in substitutione qui non accusauerunt, & sic nihil perdunt. ad quod est. ff. l. proxi. in princip. cum suis cõcor. Accursius.

XVI. IDEM libro octauo Responsorum.

CVm secundis tabulis pater impuberi filio fratris[f] filios cohæredibus datis[g] substituisset. ac substituti fratris filij[h], post mortem pueri[i], matrem eius, partus subiecti ream postulassent[k], vt hæreditatem patrui[l] legitimam obtinerent: victis auferendã esse partem[m] hæreditatis ex causa substitutionis respondi: quia ex testamento sententiam secũdum se dictam non haberent.

Inimicitiæ inter legatarium & testatorem prouenientes absque legatarii culpa, eum legato non priuant. Bartolus.

Quoniam.] CASVS. Titius habebat cõcubinam nomine Seiam. & habebat libertã nomine Gaiam. dictꝰ Titius patronus appellauit dictam suam libertã vt esset similiter sua cõcubina. volebat enĩ tenere duas cõcubinas pro se. ipsa autẽ liberta refutauit dictum cõcubinatũ, & nupsit Sempronio. postea dictus Sempronius fecit testamentũ, & in eo reliquit centũ dictæ Gaiæ suæ vxori. nũquid eidem Gaiæ denegatur actio eius quod sibi relictũ est? Et videtur ꝙ sic: quia liberta refutans cõcubinatum patroni, & alij nubens, videtur cõmittere stuprum: vt. ff. de concubi. l. j. in prin. & §. pe. Cõmittentes autem stuprum nõ possunt aliquid sibi adinuicẽ relinquere: vt. ff. e. l. Claudius. & l. seq. Respõ. tamen hic quòd nõ denegatur ei actio: quia maritus qui accepit eam vel ipsa nõ videtur cõtrahere stuprum, cum patronus habeat aliam cõcubinam. nec enim potest patronus vel alius habere simul plures cõcubinas. sic & actio nõ fuit denegata libertæ quam patronus pro parte instituit hæredẽ in quodam casu qui fuit de facto corã duobus imperatoribus: qui casus fuit talis: Rufina ingenua mulier vulgo quæsiuit vnam filiam nomine Titiam: & postea fuit dicta Titia effecta ancilla Cocceij Cassiani clarissimi viri aliquo casu. & postea fuit effecta bona mulier dicta Rufina. & ita Cocceius prædictus accipit in cõcubinam dictam Rufinam. & cum plene eam diligeret, pro suo amore manumisit dictam Titiam suam filiam. & ita Titia fuit effecta liberta ipsius Cocceij. & pro suo amore etiam aluit eam Titiam & secum tenuit, & postea cum esset effecta Titia multum pulchra, appellauit eam idem Cocceius vt esset sua concubina: sed ipsa Titia non consensit Cocceio prædicto: & hoc ideo, quia habuerat in concubinam matrem suam, & postea idem Cocceius instituit sibi hæredem eandem Titiam, & quandã suam Cocceij neptem. & postea decessit idem Cocceius. & postea fuit quæsitum à quibusdam principibus siue imperatoribus, an dictæ Titiæ libertæ alumnæq; Cocceij denegari debeat actio eius partis hæreditatis, quam Cocceius ei reliquit: & allegabat neptis Cocceij cohæres Titiæ ꝙ debebat denegari actio Titiæ, ex eo quòd ipsa noluit esse concubina patroni. cum ipse de hoc ipsam appellaret. Responderunt tamen dicti principes ꝙ non debet ei denegari dicta actio: quia ista Titia habuit iustam causam quare recusauit concubinatum patroni &c. quia Rufina cõcubinas. mater sua fuerat eius cõcubina. & hoc secundum quòd habes. ff. j. ibi, cum hæredis &c. alij habent. §. vulgo quæsitum apparuit &c. & tunc expone vt notatur in litera. Item & alij aliter intelligunt hanc literam quàm dixerint. & circa hoc dic similiter prout notatur circa literam. Viuianus.

m *Partem*. habebant enim cohęredes in substitutione qui non accusauerunt, & sic nihil perdunt. ad quod est. ff. l. proxi. in princip. cum suis cõcor. Accursius.

n *In ea*. id est, cum ea.

o *Non placuit*. licet alij sit concubina.

p *Eius*. scilicet patroni.

q *Qui concubinam*. scilicet aliam.

r *Relictum est*. à patrono.

ſ *Non denegabitur*. scilicet libertæ. excusabitur ergo liberta si patrono suo nõ consentiat: cum ille cõcubinam aliam habeat. nec enim plures potest habere[a]: vt in auth. quib. mo. na. effi. sui. §. si competen.

a *Quis non potest simul habere plures cõcubinas. adde quid de iure ciuili, an hodie cõcubinatus sit permissus: vide Feli. in. c. cum sit. col. 7. ver. respõdeo cõcubi-*

Mali hoc fecit. A Faba 3. part. 64.

BIU Cujas

quis autem defunctus.col.vij.si autem nō habeat ille aliam, forte non excusatur: vt.ſ.de concubi.l.j.in prin.&.§.pen.Accursius.

a *Honore pleno.* vt cōcubinam tamē: sed vxor habetur plenioris dignitatē per virū habeat: vt.ſ.de leg.iij.l.item legato.§.pe.

b *Iudicauerunt.* scilicet vt valeat relictum. & dic q̄ Cassianus habuit Rufinam cōcubinam: & tandem instituit hæredem neptem suā, scilicet testatoris: & ei dedit cohæredem filiam Rufinæ, quam filiam appellauerat vt esset sibi cōcubina. & ita ponitur appellare.ff.de iniur. l.item apud Labeonem.§.appellare.& §.si quis virgines. sed ipsa non cōsenserat: quia cognouerat matrem. & bene fecit: vt supra, de cōcubi.l.j.§.pe.& ideo quærebatur, an amitteret suam partem hæreditatis. & construe, cuius filiam vulgo quæsitam nepti cohæredem datam testator Cassianus appellauit. quam alumnam apparuit, scilicet esse in domo Cassiani nutritam. sed hoc nō impediret: vt.C.de nup.l.si quis alumnam. Item nota q̄ quidā faciūt.§.vulgo &c. quòd non placet. Accursius.

idque in testamento Cocceij Cassiani clarissimi viri, qui Rufinam ingenuam honore pleno[a] dilexerat, optimi maximique principes nostri iudicauerunt[b]: cuius filiam, quā alumnam testamēto Cassianus nepti cohæredem datam appellauerat, vulgo quæsitam apparuit. ¶ Cum hæredis nomen mutata voluntate paterfamiliàs incisis tabulis induxisset[c], atque ideo fisco portionis emolumētum adiudicatum fuisset[d]: eam rem legatariis non obesse[e] qui retinuerant voluntatem, diuo Marco placuit: & ideo cū suo onere[f] fiscum succedere.

Qui non vindicat mortem defuncti, indignus est hæreditate: & actiones confusæ non restaurantur nisi ignorantia fuerit deceptus. Bartolus.

XVII. IDEM libro tertiodecimo Responsorum.

Cum hæredis.] CASVS. Institui mihi hęredem Titium filium meum impuberem in testamento meo, & postea feci ei secundas tabulas, id est, substitui pupillariter Gaium & Sempronium, & multa legata in secundis tabulis reliqui quibusdam: & postea pœnituit me substituisse Gaium. vnde induxi nomen eius tabulas secundas incidendo, & volendo excludere Gaium tantum: & postea decessi: & filius meus prædictus impubes extitit mihi hæres: & in pupillari ætate decessit. vnde vindicauit sibi locum dicta substitutio. & sic Gaius & Sempronius adiuerunt ex substitutione. & postea fiscus petiit portionem Gaij vt indigni: & de iure habuit. certe hoc non nocet legatariis quibus fuit legatum à Gaio: imò fiscus tenetur ei satisfacere. Viuianus.

a *Quid sit inducere, pulchrè Bal. ſ.de senato.d.vlt.*

c *Induxisset.*[a] cultello incidendo. vel prius induxit pennam, postea incidit. Accursius.

d *Fuisset.* imò venientes ab intestato debent habere: vt.j.si tab. testa.nul.ex.l.j.§.hæres. Solu. hic vt soli hæredi noceret: non vt intestatus decederet. poterit ergo adiri hæreditas: sed hæredi auferetur per fiscum. ibi autē voluit prorsus intestatus decedere, non soli hæredi nocere. Vel dic vt ibi. Accursius.

e *Non obesse.* vt & supra, de his quæ in testa.delen.l.iij.& fin. & supra, eo.l.cum quidam.in fine.

f *Suo onere.* vt.ſ.ad Sillan.l.cum fisco.&.j.ad Trebel.l.Marcellus.§.fina.&.j.de iure fisci.l.dicitur. Sed quid de ære alieno? Respon.vt.j.de iure fisci.l.non possunt. Accursius.

HAeredem.] CASVS. Titius debitor meus instituit me hæredem: & postea fuit à quibusdam occisus. & ego adiui hæreditatem suam, & fructus ex rebus hæreditariis percepi, cum scirem eum ita occisum. vnde per aditionem prædictam fuit confusa actio quā contra eum habebam: & nō vindicaui mortem suam proponendo accusationē contra cædis auctores. certe fiscus potest mihi auferre hæreditatem prædictam, & etiam omnes fructus ex ea à me perceptos siue ante controuersiam mihi per fiscum motam, siue post: & nō potero petere vt mihi restituatur mea actio per aditionem confusa. Si autem credebam eum esse mortuum naturaliter & non occisum, & ita errabam in facto: non teneor de fructibus perceptis ante motam controuersiam. & possum postulare vt mihi restituatur dicta mea actio confusa. Viuianus.

g *Restituere.* ad quod est.C.e.l.j.&.l.proxi.&.C.de agri. & censi.l.quemadmodum. Accuursius.

h *Nec probe.* hoc est secundum dictum, ad quod est.ſ.e.l.indignum. &.j.l.proxi.§.j.& infra, de iure fisc. l.eius qui.§.penult. & fina. Accursius.

i *Facti.* secus igitur si iuris. Argu.contra.ſ.de peti.hære.l.sed & si lege.§.scire. ADDITIO. Tu dic quòd ideo quia ignorantia A iuris quoad fructus non constituit quem in mala fide: vt.l.si fur. §.j.infra, de vsucap.secundum Barto.hic.

k *Defensionem.* qui lucratur pro cultura & cura: vt instit.de rerum diui.§.si quis à non domino.ita & hic lucretur.

l *Subducatur.* id est, subduci petatur.

HAeredem qui sciens defuncti vindictam [omisit, &] insuper habuit fructus: omnes restituere[g] cogendū existimaui: nec probè[h] desideraturum actionem cōfusam restituī. deceptum autem ignoratione facti[i], bonæ fidei possessoris defensionem[k] habiturū (ante motam scilicet controuersiam) si ratio fructuū subducatur[l]: nec improbè confusam actionem reddi postulaturum[m].

Qui tacitam fidem accommodauit de restituendo fideicommisso, tenetur ad fructus, & post litis contestationem ad vsuras istorum fructuum venditorum de rigore: secus de æquitate. Bartolus.

XVIII. IDEM libro quinto decimo Responsorum.

EVm qui tacitum fideicommissum in fraudē legis suscepit, eos quoque fructus quos ante litem motam percepit, re-

m *Postulaturum.* Nota resuscitatur actio. sic C.ad leg.Falc.l.in imponenda. &.ſ.ad Syllañ.l.propter veneni.§. neptis.&.l.iij.§.si ignorans.&.ſ.de acquir.hære.l.cum bonis.§.fin.& j.ad Trebel.l.pen. sed regulariter contra.j.de solu.l.qui res.§.aream.

¶Si seruus testamẽto manumissus[k], ante aditã hæreditatẽ decedat: hæredi quidẽ perisse intelligitur.Sed cuius[l] pretij erit, qui si viueret[m],non æstimaretur? Nã & eos qui moriẽte domino ea valetudine affecti fuerant,vt eos nõ posse viuere certo prædictum est,non æstimantur. an vero videatur perisse legatariis,vt tantũ minus videatur esse in hæreditate?Et dicitur ꝙ hæredi perisse intelligitur.Sed quantum debemus æstimare dictum seruũ valere?Videtur ꝙ nihil,& sic superior responsio nihil videtur valere: & est ratio quare videatur nihil debere æstimari:quia etiam si nõ viueret post aditam hæreditatem,non æstimaretur.nam esset liber si viueret.legatum enim libertis cedit ab adita hæreditate, & non ante, vt dixi: & dicitur infra,quando dies leg.ced.nam cum libertas. Et sic tunc æstimari non posset: quia liberum corpus non recipit æstimationem: vt.ŝ. de iis qui dele.vel effu.l.j.§.sed cum homo. Sed certe ad hãc quę stionem non respondet iurisco. sed tu subaudias, hoc modo respondeo: tanti æstimabitur quanti statuliber fuisse videtur: vt.ŝ. ea.l.§.j.& ad ea probanda quæ dixit, adducit duo similia.primum est ibi, nam & eos &c. Secundum est ibi, nec aliud &c. & ambo sunt satis plana.Viuianus.

a *Et bene. Bart. Paul. Ale.Vinc. licet Imo. contra.*

a *Retentiones.* id est, quia non fuit legatum, & sic remansit, vel inutiliter: vel si vtiliter,postea aliqua ratione sit inutile:vt.j.eod. l.non est.&.l.nec interest.&.l.ex asse.&.l.in ratione.§.pe.& fin.& l.in quantitate.in fin.Accursius.

b *Trahit.* vt videatur hæredi perisse.

c *Videbitur.* scilicet eo casu quo deficit cõditio,& sic seruatur dicta distinctio.Alij reprobãt eam per hęc verba,in cõtrariũ &c. quod non placet.& no.ex postfacto apparere quod in præteritum fuerit: vt & supra,de rebus dubiis.l.quædam.Sed arg.contra.ŝ.de noxa.l.j.aliàs,si hæres dolo.Item contra huic.ĩ.e.l.§.si seruus.Solu. vt ibi. *ADDITIO.* Dic quòd ille.§.concordat. Barto. Pau. Alexan.& Vincen.

Imperator.] *CASVS.* Hic.§.ponit regulam cuius potest poni exemplum in sequenti.§.regula est talis:Hæredes quibus pars bonorum ablata est,nõ tenentur nomine legatorũ ab eis relictorum in ampliorem partem quàm pro ea quæ remansit apud eos. Pone ergo ꝙ Titius commisit delictum propter quod fuit relegatus, & in sententia relegationis fuit ei adempta dimidia pars bonorum suorum. postea ipse appellauit à dicta sententia, & appellatione pendente fecit testamentum,in quo instituit sibi hęredem Seium, & multa ab eo quibusdã legata reliquit,& postea decessit. postea iudex appellationis pronuntiauit eum iniuste appellasse, & sic remansit sententia firma, in qua fuit ei adempta dimidia pars bonorum.Quæsitũ ergo fuit vtrum æris alieni loco pars dimidia bonorum quę cõtinebatur in sententia,ascenderet de bonis vt sola dimidia bonorũ residua videatur fuisse in bonis,vt sic de ea tantum teneatur hæres Titij legatariis, an videatur & verum sit ꝙ fuerit in bonis tempore mortis dicta dimidia quæ continetur in sententia, & sic hæres teneatur soluere solida legata mero iure: quia facta appellatione extinctum fuit pronuntiatum: vt.ĩ.ad Turpil.l.j. in fi.de æquitate autem succurri ei debeat,vt nõ teneatur præstare legata nisi pro parte quæ penes eum remansit. Et respon.quòd debet succurri bene hęredi prędicto modo:maxime cũ hanc opinioné admittat animus dicti Titij litigantis, & votum obtinendi in litigio.eo enim animo appellauit dictus Titius testator à dicta sententia cõtra se lata, vt vinceret,& bona sibi in sentẽtia adempta remanerent apud hæredem suum, & hæres de eis bonis solueret legata. non autem si non vinceret,& sic non remanerẽt bona penes hęredem. [*SI SERVVS.*] Titius instituit sibi hęredẽ Seium, & dedit Sticho seruo suo libertatẽ. & multa alia legata quibusdãre liquit,& decessit. postea dictus seruus decessit antequam hęres adiret hæreditatem, & sic antequam esset liber,& postea hæres adiuit hęreditatem.nũc est quęstio inter hæredẽ & legatarios cui perisse videatur dictus seruus,vtrum hęredi,vt sic tantum plus videatur esse in hęreditate,quantum valuit seruus,& sic minus detrahatur legatariis nomine Falcidiæ.

b *Trahit.* vt videatur hæredi perisse.

c *Relicta est.* id est, remansit penes eos.& facit.C.si pen.ap.l.iij. & supra,titu.j.l.Plautius.&.ŝ.de leg.iij.l.fi.§.fin.& de vulg.fub.l. & si contra.&.ĩ.proxi.§.

d *Imperator.* aliàs est.§.aliàs non.& intelligũt correctam proximam distinctionem.nam non distinguitur defecerit conditio vel non. Vel melius dic quòd refertur ad casum tantum quando deficit[b] conditio,vel facias hic.§.& omnia hæc cessant.

e *Relicta est.* id est, remansit penes eos.& facit.C.si pen.ap.l.iij. & supra,titu.j.l.Plautius.&.ŝ.de leg.iij.l.fi.§.fin.& de vulg.fub.l. & si contra.&.ĩ.proxi.§.

f *Adempta.* expresse.nam si tacite[c]& mortuo reo pendente appellatione vt crimen extinguitur,sic & quęstio bonorum: vt.C.si pen.appel.mors interue.l.iij.&.C.si reus vel accu. mor. fue.l.fi.& no.ꝙ relegato nõ debent auferri bona[d] in totũ vel in partem.ne causa:vt.ĩ.de interdic.& relega.l.relegatorum.§.ad tempus.

g *Testamento postea facto.* pendente appellatione, quod fieri potuit: vt supra,de iniusto testa. l.si quis exhæredatus.§.hi autem. & infra,de pœnis.l.ij.in fin.

h *Abscederet.* ipso iure.Accursius.

i *An vero.* id est,an videatur. & verum est quòd fuerunt in bonis tempore mortis, & sic iste videtur soluere solida legata mero iure: quia appellatione facta extinctum fuit iudicatum: vt infra, ad Turpil.l.j.in fine.sed de æquitate debet ei succurri, vt non teneatur præstare nisi pro parte quæ penes eum remanet[e]:quod verum est: vt.ŝ.proxi.§.& argu.supra,de iis qui notan.infa.l.furti.§. sed & si furti.H.

k *Manumissus.* id est,liber esse iussus.Accursius.

l *Sed cuius.* id est,quanti.

m *Viueret.* cum aditur hæreditas. nam tunc esset liber: vt.C.de cadu.tol.§.in nouissimo.& sic,non posset æstimari: vt.ŝ.de iis qui dele. vel effu.l.fin.vel lege interrogatiue. & respon.ꝙ quòd tanti æstimabitur quanti statuliber fuisse videbitur:vt.ŝ.ea.l.§.j.

BIU Cujas

tum esset: tamen si postea [a] moriatur, hereditati perisse [b] respõsum est. Nec aliud [c] in his qui sub eodem tecto fuerũt [d], cum dominus à familia necaretur.

In testamento patris & filii vna Falcidia locum habet, & legatorum & bonorum fit contributio: & in detrahenda Falcidia tempus mortis patris inspicitur, & bonorum augmentum vel deminutio post contingens non prodest nec nocet legatariis. Barto.

Quod vulgo [e] dicitur, in tabulis patris & filij vnam Falcidiam seruari, quam potestatem habeat, videndum est. Quamuis [f] enim substitutus [g], quę à pupillo [h] relicta sunt, cùm filius hæres extiterit, vt æs alienum [i] quodlibet debeat [k]: tamẽ propter ea quæ data sunt secũdis tabulis, contributioni [l] locus est. Secundum quæ [m] poterit euenire ne substitutus quicquam retineat, vel vt* longe plus habeat quarta paternæ hæreditatis. Quid ergo [n], si non sufficiat pupilli hæreditas [o] legatis, cum patris suffeciſſet? De suo quadrante nimirum [p] dabit substitutus quę* pater legauit de suo. Nec ad rem pertinet quòd ex nullo testamento præstatur vltra vires patrimonij: cum in hac parte iuris legata quæ tabulis secundis relinquuntur, quasi [in] primis sub conditione [q] relicta intelleguntur.

a *Postea.* id est, post mortem testatoris ante aditam hereditatem.
b *Perisse.* scilicet hæredi: & æstimabitur vt proxi. respon. dixi.
c *Nec aliud.* sub. est.
d *Fuerunt.* nam & hi si pereant, hæredi periisse intelliguntur: & tamen erant summo supplicio afficiendi: vt. ſ. ad Sillania. l. j. in princ. & æstimabuntur vt in superiori casu no. & no. quòd olim distinguebatur an sub eodẽ tecto erant, vel nó: sed hodie distinguit, potuerũt dominũ iuuare, vel nó: vt. C. de iis quibus vt indig. l. ij. Acc.
e *Quod vulgo.* Pater filium impuberem instituit, & ei pupillariter substituit, & tam ab instituto quàm à substituto legata vltra dodrantem reliquit: nunc decedente pupillo vult substitutus ex persona pupilli vnũ quadrãtem ex toto asse detrahere. Item ex residuo dodrãte ex persona sua vult Falcidiam. & pro eo facit, quia duæ sunt hæreditates, at legatarij vnam detrahi tantum posse fatentur: quia vnum est testamentum propter vnum testatorem. Item propter vnam solennitatem. vij. enim & non. xiiij. testes sunt necessarij: vt supra, de vulg. substitu. l. patris & filij. & pro vtrisque institu. de pupil. substitu. §. igitur. Vel etiam pone quòd ab instituto semissem, à substituto alium semissem legauit: & dubitabatur scilicet an duæ Falcidiæ detrahantur: quam dubitationem soluit vulgaris regula, scilicet quòd in tabulis patris &c. cuius prima potestas hæc est, vt sicut in vno testamento sit omnium legatorum contributio vel cumulatio, vt sic pateat excedant dodrantẽ vel non, ita & in hoc duplici testamento fit omnium legatorum cumulatio vel contributio, vt si pateat excedere dodrantem, fiat detractio. aliàs si remanet quarta pars hæreditatis, vel forte longe plus, solutis omnibus legatis tunc non detrahatur: sed vt æs alienum soluantur à pupillo relicta. & hoc dicit secundum quod, id est, ex quo fit contributio. Est & alia potestas regulæ, vt in hoc duplici testamento consideretur vnicum tempus an habeat locum Falcidia, & inquantum, scilicet tempus mortis patris: vt si tunc consideratis legatis & bonis non habeat locum Falcidia, licet postea viuente pupillo minuantur, vt quarta non remaneat, non tamen detrahat substitutus: sed de suo quadrante, id est, de eo quod tempore mortis videbatur habiturus, soluat legatariis. Nec ob. quòd soluit vltra vires, id est, vltra dodrantem: quia hoc duplex testamentum habetur loco vnius, scilicet primi. vnde sicut posterior deminutio bonorũ tunc non noceret legatariis: vt. j. e. l. in quantitate. in princ. ita nec nunc, & econtra. nam augmentũ non proficeret: vt. j. eod. l. in duplicibus. & not. quòd dicta regula facit vt filius nó habeat [f] duas quartas. quod dic vt hic, &. C. e. l. quãquam. ADDITIO. Dic quòd nihil facit: quia hic loquimur de duabus quartis vno iure debitis. Alexan.
f *Quamuis.* bene dixi, vnam. quamuis enim &c.
g *Substitutus.* pupillariter.
h *A pupillo.* instituto.
i *Vt æs alienum.* & sic non est detrahenda Falcidia: quod dicebat substitutus quòd posset. Accursius.
k *Debeat.* sed videtur hæc litera sibi cõtraria. si enim vt æs alienum detrahitur: quo modo potuit dici per Falcidiã minui? Respõ. non semper est vt æs alienũ: sed tunc quãdo omnia legata possunt solui non deducta Falcidia. Alij dicunt [g] quòd fit cõtributio, non vt defalcentur relicta à pupillo, immo vt æs alienum soluatur: vt C. de bo. aucto. iudi. pos. l. j. sed ideo vt appareat an omnia relicta simul iuncta excedant vires patrimonij patris. argu. ſ. de mili. testa. l. si vero. sed hoc esset contra hanc regulam.
l *Contributioni.* ad hoc vt appareat an omnia legata simul iuncta excedant vires patrimonij: vt. ſ. de mili. testa. l. si vero. Accursius.
m *Secundum quod.* Dicunt quidam [h], id est, quia vt æs alienum detrahuntur relicta à pupillo, eueniet quandoque vt institutus nil habeat de bonis, vt quia dimisit pupillo instituto quartam in fundo, & cætera omnia legauit: & hic fundus chasmate periit. nam cum semel habita est quarta, nó detrahitur plus. Sed tu dic [i] quòd, id est, quia fit cõtributio, potest euenire vt nó retineat scilicet de

A legatis à substituto relictis in secũdis tabulis nomine, scilicet Falcidiæ: vt si patris hæreditas locuples erat, ex qua quarta & longe plus poterat retineri: vt subiicit: pupilli autem est depauperata, quod fieri potest, vt subiicit: quid ergo &c. Sed alij [k] exponunt, vel longe plus: & est vt si patris hæreditas inops sit, filij autem à quo legata sunt relicta, locuples. nec enĩ propterea in plus tenet substitutus, sicut nec minuuntur si bona essent minuta apud pupillum: vt infra, eo. tit. l. in duplicibus.

B

C

D

poteſt: ſed ſequens eſt planior: & vel longe plus: & eſt vt ſi patris hæreditas inops ſit, filij autem à quo legata ſunt relicta, ſecũdũ Alexand. & Vincen: Et bene. Alex. Angelus. Pau. & Vincen.

**Flo. velus*

n *Quid ergo.* incipit secundus effectus regulæ. & quod dicit, si nó sufficiat: quia deminuta est &c. expone vt in prin dixi. sed Al. [m] dixit, non sufficit hereditas pupilli legatis. ſ. à substituto relictis: cum patris vsusfructus sufficit, scilicet relictis à pupillo. & quod subiicit de suo quadrãte, scilicet pupilli. vel, id est, subſtituti quem scilicet habet in bonis pupilli, tur tota, quin etiam vltra: ita tamen si de bonis habeat quartam vtrorumque bonorum. Accursius.

l Nihil eſt: immo inciſ. l. & quod dicit, ſi nó pit in verſ. ſic. ſecundũ quod. ſed Al. [m] dixit exẽplificatur ſetas Ang. Alex. & Vincẽ. licet Imo. cõtra.

o *Hæreditas.* quia deminuta est hæreditas.
p *Nimirum.* bene dicit substitutũ soluere de suo quadrãte quando bona sunt deminuta. & sic ex secundis tabulis præstatur vltra vires, id est, vltra dodrantem: vt. ſ. l. j. §. j. sed nihil ad rem pertinet, cum in hac &c. vt in prin. dixi. sed vltra patrimonium nó valent etiam in testamento militis [n]: vt. j. ad Treb. l. j. §. si is qui. creditoribus autẽ etiam vltra patrimoniũ tenetur: vt. C. de iur. delib. l. si te. sic hodie etiã in legatis si nó fiat inuentariũ [o]: vt in auth. de hære. & Fal. col. j. §. vero nõ. Item in eo q̃ hic fit cõtributio, est contra. j. ea. l. §. quæsitum. ibi, sed legata quę &c. Solu. vt ibi. & facit ad hunc. §. ſ. e. l. j. §. interdum. &. j. proxi. §. &. j. tit. j. l. j. in prin.

n *Plures P. Alexã. & Vincen.*
o *Idem B. Ang. Imo. Pau. Alex. & Vincen.*

ADDITIO. Dic q̃ in. §. quæsitũ. loquitur de relictis in primis tabulis tantum à duobus cohæredibus cõtribuendis. quæritur hic de relictis in primis & secũdis tabulis. Bar. Pau. Alex. & Vincen.

q *Sub conditione.* scilicet quòd si est deminutio postea facta, nocet substituto.

Si filio suo.] CASVS. Titius instituit sibi hæredẽ filium suum impuberem, & ab eo legata reliquit, & ei pupillariter substituit Mæuium & Seium, & à Mæuio in substitutione legauit vltra dodrantem portionis suæ: & ita onerauit eius partem, & à Seio similiter reliquit legata in substitutione: non tamen vltra dodrantem portionis suæ, & sic eius partem non onerauit. & postea decessit dictus Titius, & ei extitit hæres dictus impubes, & in pupillari ætate decessit: & ita vindicauit sibi locum dicta substitutio pupillaris: ita quòd Mæuius habet dimidiam hæreditatis, grauatam tamen: & Seius aliam dimidiam non grauatam. nunc quæritur, an Mæuius cuius portio erat legatis exhausta ex sua persona, possit detrahere Falcidiam legatariis quibus à se legatum est? Et videtur quòd non, tribus rationibus. Vna ratio est, quia si ponamus non peruenisse bona ad dictos substitutos, & ponamus ipsum impuberem vel tutorem eius soluere legata ab eodem impubere relicta: non posset ille pupillus detrahere Falcidiam: quia legata ab eo relicta non erant vltra dodrantem. Secunda ratio est, quia si ponamus pupillum vnum tantum substitutũ habuisse, non detraheret ille substitutus Falcidiam etiam si dimidia pars hæreditatis esset onerata legatis vltra dodrantem ipsius dimidiæ: quia bene remanet ei quarta totius hæreditatis: & satis plus. Tertia ratio est, quia dictum est. ſ. proxi. §. quòd legata in secundis tabulis relicta videtur relicta quasi sub cõditione in primis, & ideo de suo quadrante præstat substitutus legata. quod qualiter intelligatur, notaui in casu superioris. §. ibi, quid ergo &c. & ibi, nec ad rem &c. si ergo substitutus tenetur soluere de suo quadrante legata in casu superioris. §. ergo nõ potest detrahere Falcidiam, & ita nec hic videtur posse detrahere Falcidiam. Sed spretis dictis tribus rationibus verius est vt prædictus substitutus grauatus possit ex sua persona detrahere Falcidiam: sicut si ita Titio patri impuberis hęres extitisset, id est, ac si intantũ esset institutus à patre inquantum fuit substitutus impuberi, id est, in dimidia, vt dictũ est. quo qui-

BIU Cujas

dem casu si esset institutus in dimidia, sine dubio ex sua persona detraheret Falcidiam: vt.j.eo.l.in singulis hæredibus. & est ratio: quia sicut opes patris, & etiam pupillares, & contributio legatorũ relictorum ab impubere in principalibus tabulis, & relictorum à substituto in secundis tabulis: (de qua contributione dictum est supra, proxi.§.) inde, id est ex principalibus tabulis capiunt formã & originem: vt.ŝ.de vulga. & pupil.substl.ij.§. quisquis. ita dicti substituti de quibus dicitur in hoc.§.subducta psona pupilli, siue mortuo pupillo reuocãdi sunt ad intellectum institutionis: vt ita prædictus institutus oneratus posit ex sua persona detrahere Falcidiã, ac si institut[s] fuisset ipse sub alio prædicto substituto. Viso de vno substituto qui fuit grauatus, id est, de Mæuio prædicto: videamus de prædicto Seio, cuius pars nõ fuit grauata vltra dodrantẽ. & ponamus q dictus pupillus qui decesit, nondum soluerat legata à se relicta. & ponamus aliquid esse vltra dodrantem portionis dicti substituti nõ grauati in omnibus legatis, puta quia solutis legatis ab impubere relictis, & solutis legatis relictis ab eodem substituto non grauato, grauatur dodrans dicti substituti, qui quidẽ dodrans non grauabatur propter legata à se substituto relicta, vt dictum est. nunquid hoc casu dicemus ipsum substitutum non grauatum habiturum Falcidiam eorum omnium legatorum? Et videtur quòd quartam habere nõ debeat, propter duas rationes. Vna ratio est, quia habet idem substitutus quartam suæ partis vltra ea legata quæ sunt ab eo relicta: quia, vt dictum est, sua pars non erat grauata vltra dodrãtem. Secunda ratio est, quare non videtur posse detrahere quartam, quia hoc non patitur comparatio quæ facta est.ŝ.de substitutis ad institutos. dictum est enim.ŝ.quòd plures substituti subducta persona pupilli reuocandi sunt ad intellectũ institutionis. institutus autem qui habet quartã suæ partis, solutis legatis à se relictis non detrahit quartam. econtra autẽ propter vnam rationem videtur q dictus substitutus posit detrahere quartam: quia si negemus eum debere habere quartã, aliud aperte hic respondebitur, quàm quod vulgo probatum est à sapientibus.ŝ.proxi.§. vbi dictum est cõtributionem faciendã legatorũ relictorũ in primis tabulis à pupillo, cum relictis à substituto in secundis tabulis, & vnam Falcidiã detrahendam. & ita iste.§.esset cõtrarius illi: quod esse non debet. & secundum hanc rationem subaudi: debemus dicere q dictus substitutus nõ oneratus posit detrahere quartam. Itaque secundũ ea quæ dicta sunt à princ.§.vsque huc, apparet quòd ambo prædicti substituti detrahũt quartam in casibus supra positis. est tamẽ quædam varietas in dicto substituto onerato suo nomine, id est, tanquam substitutus: quia cum sit oneratus vt substitutus, habebit quartam velut institutus, vt dictum est: alter autem substitutus qui non fuit oneratus vltra dodrantem, licet eius portio largiatur solutionem integrorum legatorũ retenta sibi quarta suæ partis, non tamen cõuenietur ad solida legata præstanda quæ à se fuerunt relicta: immo retinebit ex eis quartam, vt dictum est: & hoc propter cõfusionem calculi.i.propter cõtributionem calculi siue rationũ vtrorũque legatorum. s. relictorum à se & ab impubere, & omniũ relictorum à dicto substituto non grauato: & vnam Falcidiam ex omnibus detrahet. Huic autẽ quod dictum est vtrũque dictorum substitutorũ Falcidiam detrahere posse: consequens est quidã casus quem tibi pono: Pone q dictus pupillus habens tutorem in vita sua soluit legata à se relicta: & tutor eius fecit legatarios cauere vt si substitutione prędicta locũ sibi vindicante appareat legatarios vltra habere q licuerit eis accipere per legem Falcidiam, restituerent: appareat dico propter legata à dictis substitutis relicta. & postea in pupillari ætate decesit dictus pupillus: & sic vindicauit sibi locũ dicta substitutio. certe quãuis dicta cautio pupillo cõmitti nõ posit: vt.j.eo.is cui.&.l.reperitur. cõmittetur tamẽ vt dicti duo substituti ex ea agere possint cõtra dictos legatarios,

Pro parte institutus in secundis tabulis, solus grauatur ex sua persona dumtaxat. cohæres vero qui contributione facta reperitur esse grauatus ex sua ac pupilli persona, Falcidiam consequitur. Bartolus.

Si filio suo duos substituerit[a], & alterius[b] portionẽ onerauerit: tractari solet, an ex persona sua Falcidiam possit inducere substitutus[c], quam[d] pupillus non haberet[e], vel vnus[f] pupilli substitutus. Et facile quis dixerit consequenter prioribus quæ de patrimonij[g] ratione dicta sunt, non esse Falcidiæ locũ, & vltra vires[h] portionis cõueniendum alterum substitutũ. Sed verior est diuersa sentẽtia, perinde huic[i] quartã relinquendam existimantium, atque si ita patri hæres extitisset[k]. Vt enim opes[l] patris, & contributio legatorũ inde capiũt & formam & originẽ: ita plures substituti subducta[m] persona pupilli reuocãdi sunt ad intellectũ institutionis[n]. Quid tamẽ dicemus de altero substituto qui nõ est operatus[o]? si forte nondum legata pupillus[p] à se relicta[q] soluerit, & aliquid vltra dodrantẽ sit[r]: in omnibus[f] & ipsum Falcidiã habiturũ? At qui[t] quartam habet, neque idẽ patitur[u]* instituti comparatio. Rursus si negemus[x]: aliud apertè quàm quod vulgo probatum est, respondetur. Itaque varietas existet[y], vt is quidem qui proprio nomine oneratus est, velut institutus desideret[z] quartam: alter autem qui nõ est oneratus, vt substitutus (licet portio eius

a *Substituerit.* pupillariter.

b *Et alterius.* scilicet tantum.

c *Substitutus.* cui[s] portio est exhausta.

d *Quam.* s. Falcidiã.

e *Nõ haberet.* vel quia ab eo nil fuit relictum: vel si eadẽ omnia quæ ab hoc substituto, non tamen minuebant dodrantem totius assis, licet minuat dodrantem medietatis. Accursius.

f *Vel vnus.* id est, si vnus tantum esset substi- *Flo. pa* tutus, licet dimidia esset onerata, non tamen haberet Falcidiã. Acc.

g *De patrimonii.* quia locus est cõtributioni, vel quia legata in secundis tabulis intelliguntur legata in primis sub conditione: vt.ŝ.§. proxi. in fin.

h *Vltra vires.* id est, vltra dodrantem medietatis.

i *Huic.* cuius quarta est exhausta. Accursius.

k *Extitisset.* id est, principaliter esset institutus cum alio, & sua exhausta esset.

l *Opes patris.* id est, testamentũ patris[z], quod de opibus suis facit instituendo filium pupillũ, & sub.& opes pupillares per cõsequentiam. simul enim ista capiunt vim. nam primum nõ habet vim, nisi sit solenne: & secundũ non habet vim, nisi valeat & primũ. Item capiunt formam, vt primo sibi, postea filio faciat. Item originem: quia ita demũ valet pupillare, si & sibi fecerit. & probãtur hæc.ŝ. de vulg.sub.l.ij.§.quisquis.&.§.prius. &.§.fi.&.l.qui plures libe- *primæ e* ros.§.fina.&.l.patris.&.l.sed & si plures.§.si ex asse. &.j.ad Treb. *fiunt.* l.apud Iulianum.§.idem Iulianus. vbi & hoc dixi. Item sicut contributio capit vim quando esset vnus substitutus, vt.ŝ.proxi.§.ita & quando duo, vt in nostro casu[b]. Nam relicta ab isto cuius pars est exhausta, cõtribuentur cum relictis à pupillo in testamento pa- *versic.* terno: non tamen omnibus, sed pro dimidia, & sic non contradicit.ŝ.proxi.§.quia ibi ideo omnia contribuuntur, quia vnus solus erat substitutus: hic autem erant duo.

m *Subducta.* id est, decedente in pupillari ætate.

n *Institutionis.* si habeas institutionis, plana est: sicut si essent duo instituti, & vnius pars exhausta detraheret Falcidiam: vt.j.eo.l.in singulis. aliàs est, substitutionis, & tunc dic scilicet vnius: vt sicut vnus substitutus omnia contribuit, sic iste pro dimidia[c]: sed pro alia dimidia non, sed Falcidiam detrahit.

o *Oneratus.* in secundis tabulis.

p *Pupillus.* qui decesit.

q *Relicta.* in primis tabulis, quæ tacite repetita intelliguntur à substituto: vt supra. de leg.j.l.licet.

r *Sit.* scilicet legatum, si soluantur quæ sunt à pupillo relicta.

s *In omnibus.* potest legi plane & interrogatiue.

t *At qui.* opponit, & dic habet, si à se tantum relicta soluit, nõ si à pupillo relicta soluit.

u *Patitur.* ideo quia institutus qui habet quartã: nõ deducit Falcidiã: rursus ergo nec iste, cũ ei cõparetur: vt.ŝ.ibi, sed verior &c.

x *Si negemus.* scilicet eum retinere quartam, dicemus contra ea quæ vulgo dicuntur, scilicet.ŝ.proxi. vbi dicit contributionem faciendam relictorum in primis & secundis tabulis, & vnam Falcidiam detrahendã. & dicitur.j.eo.l.in duplicibus. sed Al. dixit, probatum est in substituto qui est oneratus in pupillari substitutione. & aliud in eo qui non est oneratus, vt inferiora innuunt, & secundum hoc est probatum: vt.ŝ.e.§.

y *Existet.* nunc soluit, & est in subtilitate, non in vtilitate[g] hæc diuersitas. & est hic casus quòd variatio admittatur supra, de in- *nulla q* offic.testa.l.Papinianus.§.sed nec impuberi[h]. arg. contra. ŝ.j.tit.j. l.Titiæ si non.

z *Desideret.* quia pro instituto habetur: vt.ŝ.dixi. & sic detrahit quartam ex sua persona de legatis vt a se relictis.

BIU Cujas

a *Largiatur.* licet sufficiat inspectis legatis à se relictis. sic &.ſ. de mino.l.& ſi minor. Alij dicũt, largiatur, id est, exhauriatur inspectis legatis à pupillo & à se relictis.& secundũ primum puncta post dictionem, substitutus: secundũ alium post dictionem, eius.

b *Non solum.* conuenit ergo cum alio in effectu: quia vtrobique detrahitur Falcidia, sed

largiatur[a]) non insolidum[b] cõ ueniatur propter calculi cõfusionem. Huic consequens est, vt si pupillo[c] de Falcidia cautum[d] fuit[e], duobus[f] cõmittatur stipulatio, videlicet in eam quantitatẽ quam vnusquisque sibi retinere potuisset.

Legata relicta à pupillo in primis tabulis, & à cohærede sibi substituto in secundis, debent contribui. secus si ab vtroque in primis tabulis sint relicta. & eodem in diuersis partibus instituto contributio semper fiet. Bartolus.

B ℣ Quæsitum est, si quis pupillo cohæredẽ[g] substituisset[h], quẽ admodũ legis Falcidię ratio inquiri debeat, & quale sit quod vulgo diceretur, legatorum rationem separandã? Dixi quantum ad legata quę pater à filio, item à substituto reliquit, nullam fieri posse separationem, cum cõmuni calculo subiiciantur, & inuicem inducant contributionem[i]: sed legata quæ ab instituto*extero[k] data sunt, permisceri cæteris non oportet[l]: ideóque quartam pupillo datæ portionis habere substitutum[m], quamuis suam portionem habeat[n] vt institutus: & aliam causam esse eius qui ex variis portionibus[o] hæres scriberetur. Ibi enim legatorũ cõfundi rationẽ, non minus quàm si semel fuisset nuncupatus ex ea portione quæ conficeretur ex pluribus: neque referre, purè sæpe, an sub diuersis conditionibus sit hęres institutus. ℣ Si quis exhæredato filio substituit[p] hæredem institutum, & ab eo tabulis quoque secũdis[q] legauerit, necessariò ratio[r] confundetur: cum ideo legata valere dixerit Iulianus à substituto relicta, quòd idem patri hæres extiterit[s].

Potest hæres grauari vt Falcidiam sibi compenset indebito. Bartolus.

XII. IDEM libro trigesimo Quæstionum.

SI debitor creditore hærede instituto petiisset ne in ratio, & sic cõfusio bonorum, vt augeantur alterutra legata propter altera bona. non enim cohæres detrahit Falcidiam de pupilli bonis, si in suis habet Falcidiã: licet eam detraheret extraneus.& est ratio: quia extraneus nullo modo[h] habet Falcidiam, nec aliquid nisi ei per detractionẽ ex lege Falcidia consulatur: vt.ſ.de vulg. substitu.l.cohæredi.§.cohæres.

C

m *Substitutum.* eundémque cohæredem.

n *Habeat.* hic ergo accrescit grauata nõ grauatæ: vt modo nota.

o *Portionibus.* vt Titium instituo ex sex vnciis, & centum lego. Item instituo eundem in aliis sex, & ducenta lego. nam fit contributio ac si ex asse simul instituisset, & trecenta legasset.

Si quis exhæredato.] *CASVS.* Filium meum impuberem exhæredaui, & instituí mihi hæredẽ Titium, & ab eodem Titio in institutione legata reliqui, & eundem Titium substitui pupillariter dicto meo filio, quod bene facere potui: vt.ſ.de vulga. sub.l.j.§. substituere. & in hac substitutione siue in his secundis tabulis reliqui etiam legata à dicto substituto. certe necessario confunderetur siue commiscebitur ratio relictorum in primis tabulis à dicto Titio relictorum eidem in pupillari substitutione: vt sic vna Falci.de omnibus detrahatur. & bene dico cõmiscendam dictam rationem: quia vltima legata prædicta non valerent nisi esset institutio, ex qua institutione pendent prima legata: & ita multum sibi attinent, ita quòd separari non possent. nam non aliter valerent dicta legata à dicto substituto in substitutione relicta, nisi idem substitutus extitisset hæres mihi patri. Viuianus.

D

p *Substituit.* pupillariter, quod potest: vt instituit. de pu.sub.§. non solum.

q *Secundis.* aliter si primis: quia illa legata non cõfunduntur, nec fieret eorum cõtributio, nec augerentur propter hæreditatem pupillarem: vt.ſ.proxi.§.&.l.quod supra. *ADDITIO.* Glos. innuit quòd hic fit contributio bonorum testatoris cum bonis exhæredati, quod placet Pau. tamen displicet Rapha.& Alexan.

r *Ratio.* relictorũ in primis tabulis.ſ.ab instituto,& relictorum in pupillari substi.vt.ſ.de vulg.substi.l.cohæredi.§.cohæres[i].

s *Extiterit.* aliàs non valeret[k] relictum à substituto exhætedati: licet aliquid exhæredato fuit relictum: vt.j.eod.l.qui fundum.§. qui filios.&.C.de lega.l.cum quidam. & de fideicom.l.pe.& facit supra, de leg.j.l.plane.in princ.

SI debitor.] *CASVS.* Cum deberem Titio.c.instituí eum mihi hæredem,& multa legata ab eo reliqui, & petij ab eo ne in

A vel secundum Io.[b] etiam ibi substitutus non erat institutus: hic erat: & ita fit ibi contributio bonorum pupilli & patris & legatorum: hic autem nõ fit contributio portionũ. sed huic solutioni videtur obstare. ſ.de vulg.ſub.l.cohæredi.§.cohæres[c]. vbi fit contributio, & tamen erat institutus & substitutus. & eodẽ modo obstaret huic.§.in princ.[c] vbi not. tria secundum Azo. Primum[d], quia legatorũ: id est, relictorum à pupillo & ab eius substituto in pupillari substitutione fit contributio, siue substitutus erat ei cohęres, siue nõ: vt in prin. huius.§.& in contrario. &.j.eod.l.§. fina.[e] &.d.l.ſ.de vulg. sub.l.cohæredi.§.cohęres.in prin. Secundũ[f], quia relictorũ à cohærede impuberis, & relictorũ ab impubere in institutione, non fit cõtributio: vt hic, quod accipe cum portio impuberis sit grauata quæ aduenit substituto, vt hic subiicit. secus si succedentis portio sit grauata: vt.j.eo.l.quòd si alterutro. & dicitur.j. eo.l.qui fundum.§.qui filium.& distinxi.ſ.e.l. j.§.ſi cohæredis. Tertium[g], quia relictorũ à cohærede impuberis in institutione, & relictorũ in pupillari substitutione fit contributio ab hærede substituto, & sic cõfusio bonorum, vt augeantur alterutra legata propter altera bona. non enim cohæres detrahit Falcidiam de pupilli bonis, si in suis habet Falcidiã: licet eam detraheret extraneus.& est ratio: quia extraneus nullo modo[h] habet Falcidiam, nec aliquid nisi ei per detractionẽ ex lege Falcidia consulatur: vt.ſ.de vulg. substitu.l.cohæredi.§.cohæres.

b Displicet Bar. Alex. & Vin. eã tamen saltuat Pau.

c Immo die vbi not. tria secundum quòd non obstat: sed obstat iste tex. in prĩ. in verb. dixi. secundũ Alexan.

d Sequun. tur Barto. Pau. Alex. & Vincen.

e Nihil fa cit secundũ Alexã. & Vincen.

f Placet Alexã. & Vincen.

g Idẽ Alexã. & Vin.

h Substitutus qui non est cohæres. Alexan.

ratione legis ponenda cum legatariis reputaret creditũ suum legatariis, & ne ante partem illud de hæreditate detraheret, & decessi.postea fuit datus arbiter inter dictum hęredem & legatarios ad æstimationem patrimonij mei & legatorũ faciendam,& ad videndum per cõsequens vtrum habeat locum Falci.vel non.Dicit hæres coram dicto arbitro, ego volo detrahere Falcidiam de legatis: quia debitũ meũ debet extrahi de hæreditate, & eo extracto remanet ita parũ in hæreditate,quòd habet locum Falc. quòd autem debitũ meum debet extrahi, conceditur mihi per iura.ſ.C.eo. in imponenda. legatarij excipiunt cõtra eum dicentes: tu dolo facis q̃ non seruas voluntatem defuncti qui voluit q̃ tu nõ detraheres debitum tuum,quo quidem nõ detracto,non habet locum Falcidia: tantũ est in hæreditate. quæritur, quid iuris sit ? Et certe allegatio & exceptio legatariorum admittitur,& hæredis reprobatur.Viuianus.

tione legis Falcidię ponẽda creditum suum legatariis reputaret [a]: sine dubio ratione doli mali exceptionis apud arbitrum [b] Falcidiæ † defuncti voluntas [c] seruatur.

Qui est in potestate alterius, excusatur si ab eo tacitum fideicõmissum susceptt. Bar.

XIII. IDEM libro trigesimo septimo Quæstionum.

SI tacitũ [d] fideicõmissum seruus iniungẽte [e] domino susceperit: habiturum [f] eum legis Falcidię beneficium, quia parere domino debuit, cõstitutum est. Idémq; placuit in filio qui fuit in patris potestate [g].

Quod extra causam testamẽti capitur, in Falcidia seu Trebellianica nõ iputat. Bar.

XIIII. IDEM libro nono Responsorum.

PAter filiam quæ à viro duerterat [h], hæredẽ pro parte instituit: & ab ea petiit vt fratri & cohæredi suo portionem hæreditatis acceptam deducta sexta restitueret, admissa compensatione dotis in Falcidiæ ratione. Si pater [i] dotem consentiente filia non petiisset: Falcidiam quidem iure hæreditario, dotem autem iure proprio [k] filiam habituram respondi: quia dos in hæreditate patris non inueniretur [l].

Onus non deducendæ Falcidiæ ex alio testamento debitæ, cum alius legatis & aliis oneribus commiscetur. Bartolus.

QVia nepotib⁹ hæredibus institutis fideicommisit, vt omissa retentione quæ per legẽ Falcidiam loco illius mediæ vnciæ, & ita habeas dotẽ tuam & vnam vnciam tuæ partis hęreditatis meæ,& quinq; vncias restituas cohæredi tuo.& postea decessi.nũc quęritur,quid iuris sit circa prędicta? Et dicitur q̃ ipsa filia nihilominus poterit detrahere Falci. iure hæreditario de prædictis sex vnciis suis quas rogata fuit restituere fratri suo.i.vnciam & dimidiam iure proprio, & dotẽ nihilominus habebit: & hoc ideo,quia ego pater nõ fui litem cõtestatus super dote cõtra maritũ, vt dictum est:immo sũmodo petij per libellum: quia si litem fuissem cõtestatus, ad hæredes meos prædictos transmississem,& sic dimidiã dotis caperet filia mea iure hæreditario, & sic cõputaretur in Falcid.secundũ voluntatem meam,& hoc secũdum iura antiqua: hodie autem etiam lite per me patrem contestata contra maritũ habet pręcipuã dotem mulier: vt.C.de rei vxo. ac.§.& hoc ex rei vxoriæ.Viuianus.

† *Dicitur enim Fal. ex causa lucra tiua. Bald. in. l. iubemus. ϊ. ad Trebel. nec est ita debita sicut legitima. Bal. in.l.fi.§. in computatione. coll.pe. C.de iure deli.*

Falcidia in multis cessat.

a *Reputaret.* id est,ante acciperet: sed hoc non dicto, bene detraheret: vt.C.ad leg.Falcid.l.in imponenda.

b *Arbitrum.* qui in talibus datur: vt.ϊ.titu.j.l.j.§.cum dicitur.

c *Voluntas.* speciale est hoc etiam iure veteri vt cesset Falci. ex voluntate defuncti.sic & alias in casibus multis: vt not.ϊ.ad Trebell.l.Marcellus.§.quod autem. regulariter contra: vt.ϊ.e.l.quod de bonis.§.fina.&.l. Titia. Item huic.l.contra.s̈. de leg.ij.l.cũ pater.§. Titio.ibi,plane &c.vbi dicit iniquitatem occurrere.sed dicit R.quòd æquitas ibi præfertur, & sic remanet huic contra. Sed contra eum.ϊ.ad Trebell. l.Lucius.§.maritus. & ideo dic ibi esse iniquum inspecto iure communi: sed hic inspecta voluntate defuncti est æquum vt non habeat vtramque Falcid.scilicet Seianæ & Mæuianæ hæreditatis, quæ prævalet, vt hic dicitur.& facit.C. de hæredi.institu.l.si compensandi.

Si tacitum.] Ad euidentiã huius.l.nota q̃ si hæres institutus rogetur à testatore de præstando legato vel fideicom.alicui non capaci,& ipse hæres accommodet tacitam fidem testatori de dando legato vel fideicõmisso: fiscus debet habere illud legatum vel fideicommissum, & hæres ex eo non potest detrahere Falci. quãuis in aliis legatis habeat locum Falcidia: vt.ϊ.eo.beneficio.ij.respon.&.s̈. de iis qui. vt indig.l.hæres qui tacitam. *CASVS.* Pone ergo q̃ institui mihi hæredem seruũ meum, & dedi ei libertatem, & iniunxi ei q̃ præstaret legatũ cuidam non capaci: & ipse accõmodauit mihi tacitam fidem super hoc certe fiscus debet habere dictũ legatũ, & dictus seruus nũc liber detrahet de eo Falci. & hoc ideo,quia habuit necesse parere mihi domino.& quod dixi in seruo,habet locũ in filio vel filia in potestate patris cõstitutis.

d *Si tacitum.* quid hoc sit,dic vt.s̈.de iure fis.l.iij.in princ.

a Istã glo. sequit Vin. b Idẽ Paul. Alexã. & Vincen.

e *Iniungente.* i.necessitate imponente.secus [a] autẽ si seruus consentiret spõte.arg.s̈.si quis aliquẽ te.pro.l.j.§.j.nã nõ cõputatur [b] istud inter atrociora, & ita non imputatur seruo si ei pareat. alias secus:vt.ϊ.de reg.iur. l.ad ea.& de act.& obl. l.seruus.&.s̈.de noxa.l.ij.§.is qui.& ad le. Aquil.l.liber homo.in prin.Accursius.

f *Habiturum.* secus in libero homine: vt supra, de iis qui.vt indig.l.hæres.

g *Patris potestate.* secus in emancipato: vt.ϊ.ad.l.Cor.de fal.l.diuus.& supra, de iis quib. vt indig.l.in fraudem.§.fin. &.l.post legatum.§.si seruum.

Pater.] *CASVS.* Titia filia mea pro qua dotẽ dederã Seio marito suo,ab eo diuertit sine culpa sua mulieris: ego postea ea consentiente dedi libellũ marito pro recuperãda dote, non tamẽ litem fui cõtestatus,& interim feci testamentũ,& institui mihi hęredẽ dictam meã filiam & Gaium filiũ meum, quẽlibet pro dimidia.i.quẽlibet in sex vnciis, & petij à filia vt dicto cohæredi suo restitueret suam filiæ partem hæreditatis, retineret tamẽ sibi ex ea sextam partem.i.vnam vnciã: & dixi eidẽ meæ filiæ: bene scio q̃ posses retinere quartã partem tuæ partis hereditatis.i.vnciã & dimidiã: sed pro illa media vncia cõpensa tibi dotẽ tuam,& habeas

Si pater. nunc respon. & dic non petiisset ea consentiente,sed ea ignorante petiisset [c] Falci.quidem &c.& est ratio: quia mulier patre mortuo tanquam propriam incipit habere dotem,& petet à viro, & vir cum non sit liberatus, repetet à patre vel eius cohærede condictione indebiti, vel ob causam, vel sine causa: vt.ϊ.de solu.l.qui hominem.§.si gener. & argu.ϊ.l.proxi.§.ex donationibus. sic quidam [d]: sed non videtur posse procedere: quia cum ipsa hæres extiterit patri, videtur quòd in hæreditaria portione debeat ei obstare exceptio si velit petere à viro,cum iam eam soluerit patri: vt supra,solu.ma.l.si cum dotem.§.si pater.& de pig.act. l.solutum.§.solutam.& infra,de regu.iur.l.ex qua persona.&.s̈.de lega.ij.l.cum pater.§.qui dotale.&.§.fi. & de fun.dota.l.dotale.§. fina. Tu ergo dic [e] quòd non petiit nec exegit cum iudice,vel sine iudice. Quid autem si petiit, sed non exegit? Respon. aut lis fuit contestata,aut non.primo casu transmittit ad hæredes secundum naturam actionis ex stipulatu quam olim habebat,non quam hodie habet ab actione rei vxo. vt.C.de rei vxo. act.§.& hoc ex rei vxoriæ.& sic computat in Falcid.in secundo habetur pro non petita: vt infra, rem ra. hab. l.amplius. Item quid si ea consentiente? Respon.computatur in Falcid.vt.C.communia vtriusque iu.l.fi.secundum Azo.

Et bussus. *Et Bal. ne secus.* *Alexan.* *Dy.Bal.* *Ang.Bal.* *Alexã.* *Vincen.*

k *Proprio.* proprie loquitur hic de quarta iure institutionis: in qua computatur solum quod capitur iure hæreditario: vt.ϊ.eod.l. quod autem.&.l.id autem.&.l.in quarta.in prin.secus autẽ in debito iure naturæ,in qua imputatur & quod capitur iure legati,vel alio modo relicti,& sic dos: vt.C.de inoffic.testa. l.quoniam. & no.C.communia vtriusque iudic.l.fin.quæ sunt contra.

l *Non inueniretur.* sed extra, & quasi proprium patrimoniũ mulieris: vnde quæritur, an mulier sit domina rei dotalis [f]? Azo q̃ sic,argu.huius.l.Item an possit institui in dote sua? Videtur quòd non [g]: vt hic.sed plene dic de vtroque vt.s̈.de mino.l.denique.§. sed vtrum.in fi.& facit.ϊ.de coll.bo.l.j.in fi.&.l.seq.&.ϊ.ad Trebel.l.mulier.§.cum ꝓponeretur.&.l.à filia. &.C.de rei vxo.ac.§. & hoc. Item contra huic.l.s̈.e.l.si debitor. Speciale est in filia ne oneretur in Falcidia iure institutionis debita:hoc est vt eam cum debito dotis teneatur cõpensare, sicut & alio casu: vt.ϊ.l.prexi.§. cum fideicõmissum.Vel [h] est etiam hoc ideo,quia hic volebat pater compensare quod alius debebat, non quod ipse: vt ibi.

f Imm. g Vincen. Bar. Alex. Vincen. Imm. Bal. dam. h Ang. baiter

Auia nepotibus.] *CASVS.* Sempronius instituit sibi hæredem Titiam,& ab ea multa legata Titio reliquit:ita q̃ ipsa poterat ex eis Falcidiã detrahere:& decessit idem Sẽpronius:postea ipsa Titia fecit testamentũ,& instituit sibi hęredes quatuor suos nepotes, & duobus ex eis aliqua prælegauit,& rogauit illos quibus nõ prælegauit, vt solida legata soluerent illis quibus prælegauit, & vt Titio prædicto cui Falcidiam detrahere poterant sicut auia poterat, non detraherent Falcidiam: & postea decessit dicta Titia auia.quæritur,quid iuris sit circa prædicta?Et dicitur q̃ hoc casu videtur

BIU Cujas

videtur datũ fideicõmissum Titio ab istis nepotibus per dictam auiam, id est, hæc quarta quæ poterat ei detrahi, videtur legata. hoc ergo onus nepotibus datum siue commissum, id est, hoc legatum quartæ veniet in contributionem cum cæteris legatis à nepotibus prædictis relictis: vt & de hoc & de cæteris nepotes Falcidiam detrahant. Vi.

diam ex alio testamento cõpetebat, [a] solida [b] legata fratribus & cohæredibus soluerent. Rectè datum [c] fideicõmissum respõdi: sed huius quoque [d] onus in contributionem venire:

Si vnus pluribus substitutus vtrique directò succedit, contributio habet locum: secus si vni directò, alteri per consequẽtiã. Bar.

[f] Duobus [e] impuberibus substitutum, [f] vtrique hæredẽ existentem, in alterius hæreditate Falcidia* vti non cõuenit, si de bonis alterius [g] impuberis quartam partem hæreditatis patris quæ ad filios peruenerit, retineat. Quòd si frater fratri legitimus [h] hæres extiterit, & impuberi supremo substitut[o]: [i] portio quidem paternorum bonorum quam intestatus puer* accepit, rationi Falcidiæ non cõfundetur: [k] sed quartã eius tantum portionẽ substitutus retinebit, quã impubes [l] accepit [m] qui [n] substitutum habuit.

Falcidia resecat etiã liberationem factam ex causa legati, vel donationis causa mortis. Alexander.

XV. IDEM libro tertiodecimo Responsorum.

QVod [de] bonis iure Falcidiæ contribuẽdum est à debitore, [o] cui mortis causa pacto [p] debitum remissum [q] est, in factum cõcepta replicatione retinebitur.

Pactum factũ in vita defuncti de Falcidia non repetenda non valet. Bartolus.

a *Competebat.* scilicet auiæ. fuerat enim hęres instituta hæc auia, & legato puta relicto Titio & Seio erat grauata, & sic detractura erat Falcidiã quam noluit retinere suos hæredes, & sic est eis onus, & Titio & Seio vtilitas, quod onus vna cũ cæteris oneribus defalcabunt nepotes hæredes auiæ. Vel dic [a] quòd hi nepotes ab alio fuerãt instituti & grauati, sicque Falci. erant detracturi, sed auia instituẽdo eos prohibuerat. & dic vt prius.

b *Solida.* relicta in primo testamẽto. Idem si dixisset auia de relictis à se. nam nihilominus defalcarentur: vt. ĭ. l. proxi. §. fi. Sed contra. ĕ. eo. si debitor. vbi cessat Falcid. ex volũtate defuncti. Sed ibi speciale. [b] Alij quòd hic ex alio testamento, non ex testamento auiæ competebat his nepotibus hoc debitum, scilicet quartæ deductio. secus autem si ex testamento eodem competeret [c] debitum, vt ibi: sed tunc speciale ibi, vt dixi.

c *Datum.* de omissione Falcidiæ.

d *Quoque.* scilicet non deducta quarta in cõtributione: quia de eis hic tanquam de vno legato detraheret Falcidiam.

Duobus impuberibus.] CASVS. Duos filios meos impuberes mihi hæredes instituit, scilicet Titiũ & Seium, & à Titio legaui quibusdam vltra dodrantem suæ partis, ita quod habet locũ lex Falcidia: & à Seio legaui, sed non vltra dodrantem, vel à Seio nihil legaui, & ita eis substitutum dedi, si Titius impubes decesserit in pupillari ætate, substituo ei Sempronium: & si Seius impubes decesserit in pupillari ætate, substituo ei prædictum Sępronium. & sic singulis separatim fuit facta substitutio, & decesi. postea vterque dictorum impuberum decesit in pupillari ætate, & ita ex dicta substitutione succesit eis dictus Sempronius. nunc petunt legatarij legata ab eo. ipse vult detrahere Falc. de legatis relictis à Titio prædicto impubere, cum vltra dodrantem suæ partis sit ab eo legatum. legatarij autem dicunt ei, tu potes retinere quartam partẽ hæreditatis patris quæ ad impuberes peruenit de parte Seij alterius impuberis: quia ab eo nihil fuit legatum: vel si fuit ab eo legatum, ita parum fuit ab eo legatum, quod ex solutis legatis ab eo relictis remanet apud eum ex sua parte tantum quod capit dictam quartam hæreditatis patris. vnde cum possis habere quartam totius hæreditatis, non potes detrahere Falc. de legatis à Titio relictis. nunquid sunt audiendi legatarij? Et dicitur quòd sic. Secus autem esset si singulis non esset facta substitutio: sed ita dixissem, ego pater impuberum à me institutorũ ei ex filiis meis impuberibus qui vltimo morietur in pupillari ætate, substituo Sempronium. quia tunc si Seius impubes nõ grauatus legatis decedat in pupillari ætate, & sic Titius eius frater qui erat grauatus, sit eius legitimus hæres, & postea moriatur Titius grauatus, & ei Titio morienti dictus Sempronius substitutus hæres extitit: portio quidem paternorum bonorum nõ grauata quam Seius intestatus puta accepit à me patre, & quam habuit Titius eius frater qui ei ab intestato succesit, non cõfundetur siue commiscebitur rationi legis Falcid. cum parte Titij grauati, quamuis vtrãque habeat substitutus: quia non habet locum in ea substitutio: sed ab intestato fuit delata fratri grauato, id est, Titio. sed quartam tantum eius portionis grauatæ substitutus retinebit quã Titius impubes accepit à me patre qui Titius habuit substitutum Sępronium. substitui enim solummodo vltimo decedenti, & Titius grauatus vltimo decesit, vt dictum est. Viuianus.

e *Duobus.* à quibus legata reliquit. nec ob. ĕ. eo. l. in ratione. §. si filio. in prin. Sed ibi duo vni, hic econtra duobus vnus substituitur. præterea & ibi dicit postea fieri cõtributionem: sed magis videtur contra in eadem. l. §. quæsitum. ibi, sed legata. nam hic por-

ff. Infort.

tiones miscentur. Sed ibi idem erat substitutus, & in parte institutus: hic tantum substitutus.

f *Substitutum.* si ponas separatim substituisse, planum est: vt si primus hæres decesserit in pupillari ætate, eidem substituto talem vt Sępronium. Item si secundus decesserit in pupillari ætate, eidem substituo. nam siue simul siue diuersis tęporibus decedãt, vtrique est hęres substitutus: vt hic in prin. dixi. si autẽ dixit, si ambo decesserint in pupillari ætate: tunc distinguitur an simul moriantur, & tũc idẽ est quod in primo, quòd vtrique ex testamento succedat: vt hic in princi. §. aut diuersis tęporibus moriãtur: & tũc vltimo tantũ, vt hic, quòd si frater &c. &. ĕ. de vulga. substit. l. qui duos. &. C. de impu. & al. sub. l. penul. nec ob. ĕ. de iniusto. testa. l. penul. vbi vno decedente vocatur substitutus: sed ibi separatim substituerat. vel dic vt. d. l. C. de impub. & al. sub. l. pe. no. Item ad idẽ est contra. ĭ. ad Treb. l. hæredes. §. cum ita. Sed ibi in fideicommissaria. & facit infra, de bono. pos. secundum tabu. l. pe. in prin. &. ĕ. de vulg. substi. l. ex duobus. in princip. Sed arg. contra. ĭ. ad Trebel. l. cum.

Plures. ff. Falcid. non vt. tamen

Bona, quæ sine. C. quæ res pig. pos. dar. l. l.

Status pro. ff. prædi. l. l. Cuiacius. Hotom.

g *Alterius.* ex substitutione.

h *Legitimus.* quod est in eo casu quando non separatim singulis, sed coniunctim eis substituit, puta dixit, si ambo decesserint in pupillari ætate, substituo eis Sempronium. quoniam inuicem eis succedunt. & vltimo decedẽti succedit substitutus: vt. ĕ. de vulg. substi. l. qui duos.

i *Substitutum.* scilicet hæres extiterit.

k *Non confundetur.* quia in ea non habet locum substitutio, sed in testamento fuit delata fratri.

l *Impubes.* vltimo decedens.

m *Accepit.* vltimo decedens. nam primus non habuit substitutum, sed legitimum fratrem hæredem.

n *Qui.* impubes.

Quod de bonis.] CASVS. Titius habens debitorem in. c. per pactum remisit ei dictum debitum causa mortis. Item fecit testamentum, & instituto hærede Seio, multa quibusdam legata reliquit, ita quod habeat locum. l. Falc. vnde sicut ab aliis legatariis potest hæres detrahere quartã, ita à dicto debitore: vt. ĭ. eo. quærebatur. &. C. eo. si quis quadringẽtorum. & sic dicitur debitor contribuere cum aliis legatariis ad quartã hæredis iure Falcidiæ de bonis detrahendæ. certe illud quod ita cõtribuendũ est per dictum debitorẽ, retinebitur per hæredem nomine Falcidiæ concepta per hæredem cõtra debitorẽ replicatione in factũ. nam hæres petet ab eo quartã debiti: & si ipse excipiat deliberatione, hæres replicabit in factũ, & ita cogetur soluere hæredi quartam debiti, & hæres retinebit eam nomine Falcidiæ, & subaudi hic, illud quod contribuendum est &c. Viuianus.

o *Debitore.* cui fuit liberatio relicta, & cum posset Falc. retinere, in totum liberauit hæres.

p *Pacto.* maxime nã idẽ est si acceptilatione: vt. ĭ. e. l. quęrebatur.

q *Remissum.* à testatore vel ab hærede errore facti non interueniente. nam sic dicitur in legato: vt. C. ad. l. Fal. l. error. & donatio causa mortis similis est legato: vt. C. de dona. cau. mor. l. fi. & sic nõ ob. ĭ. eo. l. qui id quod. &. C. ad. l. Fal. l. fi. qa ibi sciẽs soluit vel promisit. & facit ad. l. ĕ. de leg. ij. l. cum pater. §. Mæuio debitori.

Donatio causa mortis legato similis est.

Frater.] CASVS. Titius instituit sibi hæredem sororem suam Seiam, & ab ea multa legata reliquit quibusdam, ita quod de iure habebit locum lex Falci. & alium puta Gaium cui donatum volebat causa mortis, pœnam de qua infra dicit, curauit idem testator stipulari ab ea ne Falcidia vteretur circa legata, & vt certam pecuniam præstaret eidem Gaio dicta hæres si contrà faceret: & ita stipulatus est Gaius prædictus à dicta hærede. modo quæritur, vtrum dicta soror habeat retẽtionem quartæ ex legatis? Et dicitur quod sic, quia priuatorum cautione non est legibus refragãdum, quæ leges volunt quod hæreditate grauata legatis vltra dodrantem, hæres possit detrahere Falcidiam: vt. ĕ. eo. l. j. vnde & actio

BIU Cujas

ex stipulatu denegatur illi cui donatum voluit testator contra sororem testatoris hæredem. Viuianus.

a *Donatum.* causa mortis, vt pœnam de qua subiicit.

t *Exercet.* in legatis & fideicommissis, nisi in casu: vt supra, de leg. j. l. cum filio. Azo.
u *Domino data sunt.* imò prius eorum quæ à seruo: vt supra, si quis omissa causa testamenti. l. Iulianus. ij. respon. quæ est contra. Solu. ibi recitat Iuliani opinionem. Vel ibi in patre, hic in domino. Vel melius relictorum institutióe omissa primo fit præstatio: vt hic, & dicta. l. Iulianus. j. respon. sed in relictis in substitutióe secus: quia prius soluũtur quę sunt à seruo vel filio relicta, quàm quæ à patre vel domino, vt ibi. ij. respon. vel dic, vt ibi. Itẽ nũquid detrahitur Falcid. de relictis institutione omissa? videtur quòd sic: vt supra, si quis omiſſ. cau. testa. l. duo. §. admonẽdi. & l. cui. in fine. & hic ibi, si patitur &c. si referas ad omnia, ad quid igitur consideratur hic ordo? sed respondet: Imnò poterit esſe quòd prima soluũtur, quia hoc patitur dodrans, & æs alienum: secunda non, quia propterea æs alienũ minuitur: vt supra, si quis omiſ. caus. testa. l. quia autem. in princip. & est hic notãdũ quod non contribuũtur omnia legata. sic &. ĩ. eo. l. & si post. est & tertius in. d. l. quia autẽ. in prin. aliàs contra: vt. ĩ. eo. l. in ratione. §. quod vulgo. &. j. eo. l. in quantitate. in fi. &. j. proxi. §. Accursius.

Si debitori. CASVS. Institui mihi hæredem Titium, & Seio debitori meo existenti non soluendo legaui liberationẽ, & multa alia legata aliis reliqui, & decesſi. nunc apparet quòd habet locũ Falcidia in legatis à me relictis. numquid dictum legatum liberationis computabitur in ratione legis Falcidiæ cũ aliis legatis: vt sic hoc plus videatur per me testatoré legatum quod legaui huic debitori non soluendo existenti? & respõdetur sic. igitur cę tera legata minuẽtur per hoc legatũ, & hoc ipsum legatũ minuetur per alia legata. nam dictus debitor nõ soluendo existens videtur ideo à me testatore capere, quòd liberatur à me, siue quòd ei liberationem relinquo. Sed retentis omnibus aliis quæ dixi, pone quòd prædictũ nomen debitoris non soluendo existentis legaui alij. certe in hoc casu nihil videbitur esſe legatũ illi cui legaui dictum nomen, nec cęteris legatis connumerabitur in ratione legis Falcidiæ. interim donec debitor est non soluendo. Viuianus.
x *Ex euentu.* scilicet si ampliatæ fuerint facultates: vt. j. e. l. cum quo de peculio. Azo.
y *Igitur si.* audi qualiter computatur.
z *Per alia.* & ideo legata dicuntur contribui & fideicommiſſa: vt hic. sed fallit in tribus casibus: vt not. supra, proxi. §. Item nota quòd inutilia non contribuuntur cum vtilibus: vt. j. cod. l. in ratione. §. fina. &. §. penul.
a *Nullum legatum.* s. interim, nisi vẽdatur alicui dubius euẽtus: quod fieri conceditur: vt. j. eo. l. quęrebatur. §. fi. vel nisi ex euentu conualescat: vt. j. quando dies lega. ced. l. cum istud. §. fina.
b *Contribuetur.* scilicet interim, vt ibi dixi.

Si fundus. CASVS. Titius legauit mihi fundum Titianum, & viam ad eum fundum per fundũm suum Seianũ, & pone q dictus fundus Titianus valebat triginta, & via valebat. x. & multa legata aliis reliquit, ita quòd legatis exhauſit hæreditatẽ suam

Sic posſũ vendere ius litis colliti-gatori, quãuis dubius aliquo tẽpore. l. fina. & ibi Bart. ĩ. de pecu. l. proinde. ĩ. si cer. pe.

vltra

BIU Cujas

vltra dodrantem, & postea decesſit. nunc hæres eius vult detrahere Falcidiam de legatis. dicitur ergo hic quòd pretium viæ æquiualet Falcidiæ detrahédæ de fundo Titiano, & de via. in hoc casu perit via, & fundus Titianus integer mihi debet dari. & hoc dicit in primo reſpóſo huius legis. Et ſi quæras extra caſum, quare non detrahitur Falcidia de fundo Titiano, & de via? Reſpon. quia ſi via conſtitueretur, fundo pro parte indiuiſa, & via pro parte etiam conſtitueretur, quod eſſe non poteſt: vt.j.eo.l.Plautius.in fi. &.ſ.de ſerui. vt pomũ. §.fi. &.l. & pro parte. &.ſ.eo.l.j.§.ſi vſusfructus. Et eodem modo reſpóndeo ſi queras quare Falcid.non detrahitur de ſolo fundo: quia ſic ſeruitus cõſtitueretur fundo pro parte indiuiſa, quod eſſe non poteſt, vt dictum eſt. & hanc rationẽ vocat infra coactam rationem. in ſecũdo reſponſo dicit: pone quòd viã ſim pliciter mihi legauit dictus teſtator, nec inuenitur ſoluẽdo hæreditas eius. certe non debetur mihi via, prædicta ratione. nam ſicut dictũ eſt in primo caſu perire viam exhauſta hæreditate legatis, ita dicẽdum eſt exhauſta hæreditate propter æs alienum perire viam, ſicut pereunt alia legata. In tertio reſponſo dicit: ponamus quòd via valet pluſquã ſit Falcidia quæ debet detrahi ex fundo & ex via. certe debeo capere fundum inſolidum, & totam viam. poterit tamen in hoc caſu hæres opponere mihi legatario exceptionem doli donec ſoluam ei tantum quantum erat detrahẽdum nomine Falcid. ex fundo & ex via. nam tunc intercidit via quando nomine Falcid. tantum eſt detrahendum de fundo & de via quantũ eſt viæ pretium, vel etiam plus. hic autem via valebat pluſquam eſſet de vtroque detrahendum nomine Falcidiæ. Viuianus.

Ne legatum pereat, vna res pro alia defalcatur. Bartolus.

XXIII. SCAEVOLA libro quintodecimo Quæſtionum.

SI fundus mihi legetur, & via: [a] in Falcidiæ ratione, ſi tantum ſit in via, [b] quanto amplius [c] eſt in Falcidia: integer fundus capietur, & via peribit. Sed ſi via legetur, nec ſoluẽdo ſit hæreditas, non debebitur. [d] Videndũ etiam, ſi fundo & via legato, minus ex vtroque deſideret, [e] quam ſit viæ pretiũ. & poteſt coacta ratione dici, non tantum fundum [f] ſolidum capi, ſed etiam vt doli exceptio tantum ſarciat, [g] quãtum deeſt: ne plus habeat, [h] quàm Falcidia deſiderat: vt tunc ſolum via intercidat, quotiens plus Falcidia deſiderat, quàm eſt viæ pretiũ. [i]

De re quam hæres ſubtraxit, Falcidiam detrahere nõ poteſt: & id quod ex re legata percipitur, in quartam imputatur, ſi res erat teſtatoris: ſecus ſi hæredis. h.d. tota lex. Alexander.

a *Et via.* ad eundem fundum per alium fundũ teſtatoris. & fundus triginta, & via decẽ valet. hæreditas eſt exhaũſta, & ſic emergit Falcidia. dic ergo aut pretium viæ æquiualet Falcidiæ vtriuſque: & tunc perit via, & fundus integer datur, vt in themate præmiſſo. Idem ſi æs alienum exuberet: quia extinguitur viæ legatum, vt cætera legata. aut via valet plus, & tunc petitur totus fundus, & tota via: ſed obiicitur exceptio niſi offeratur in pecunia quanta eſt Falcidia vtriuſque, aut via valet minus quàm Falcidia. & tunc via perit. Sed quare tam extraneus modus inuenitur? Reſpon. non poterat ſtatui quòd via præſtetur inſolidum, & Falcidia reſecetur de fundo: quia ſic legatarius haberet duas partes fundi pro indiuiſo, hæres tertiam, & ita inciperet ſeruitus deberi legatario pro parte indiuiſa, quod non poteſt eſſe: vt.ſ.de ſeruitu.l. vt pomum.§.j. &.l.pro parte. &.j.eo.l.Plautius.§.finali. Item de vtroque reſecari non poteſt: quia via eſt indiuidua: vt ſupra, eo.l. j.§.ſi vſusfructus. & hanc rationem vocat lex coactam. exigit ergo lex iſta vt via potius pereat in primo & vltimo caſu legis.

b *In via.* id eſt. viæ pretio.

c *Amplius.* quantum ad plus: quia nec plus, nec minus. Accur.

d *Non debebitur.* ſcilicet iure communi: quia nec alia legata debentur: vt.j.ad Trebellia.l.j.§.is qui.

e *Deſideret.* ſcilicet ratio Falcidiæ.

f *Fundum.* id eſt, fundum & viam.

g *Sarciat.* ſcilicet hæredi.

h *Habeat.* legatarius: vt ſupra, de legatis.ij.l.cum pater.in prin. Item nota quòd de vna re trahitur Falcidia etiam ex altera: vt.j.eod.l.plane.

i *Pretium.* ſcilicet tantum: vt in prin.legis.

Falcidiæ.] CASVS. Hæc lex ponit tres caſus. Primus eſt talis: Hæres Titij, in cuius Titij hæreditate habebat locũ lex Falcidia, ſubtraxit quaſdam res de hæreditate. certe perinde habenda eſt ratio Falcid. ac ſi dictæ res ſubtractæ non fuiſſent relictæ in hæreditate, quaſi dicat, non detrahet hæres de eis Falcidiam. Secũdus eſt talis: Inſtituit mihi hæredem Titium, & rogaui eum per fideicommiſſum vt duas pone meas ancillas daret vel reſtitueret Seio poſt mortem ſuam hæredis, & poſtea deceſſi. & poſtea dictus meus hæres ante mortem ſuam habuit partum dictarũ ancillarum: & poſtea deceſſit dictus meus hæres, nunquid hæres hæredis mei debet reſtituere dictum partum dicto Seio? Et dicitur quòd non. cõputat tamẽ eum partum ſibi in quartam, & quarte fructus, ſi habeat locum lex Falcidia. In tertio caſu dicit: Pone quòd rem hæredis mei perfideicommiſſum reliqui Seio, & poſt diẽ fideicommiſſi cedentem hę res percepit ex dicta re fructus. nunquid tenetur fructus fideicommiſſi reſtituere? Et dicitur quòd nõ: ſed remanet apud hæredem: & tamen non imputat eos ſibi in quartam, quãuis in ſuperiori ſecundo caſu computet, vt ibi dictum eſt. Vi.

XXIIII. PAVLVS libro quartodecimo Reſponſorum Reſpondit.

FAlcidiæ legis rationem (ſi haberi oporteat) ita habendam, ac ſi hæ res quæ ab hærede ſubtractæ ſunt, in hæreditate relictæ nõ fuiſſent. [k] Idem reſpondit, partus ancillarum [l] ante diem fideicõmiſſi editos, ad hæredes eius qui rogat[a] eſt, pertinere: eoſque in quartã & quartæ [m] fructus computãdos, ſi de lege Falcidia quæſtio intercedat. Idem reſpondit, fructus ex propria re hæredis quæ legata eſt, poſt diem fideicommiſſi cedentem perceptos, & ſi non ſint reſtituendi fideicommiſſario, [n] hæredi in quartam imputari non ſolere. [o]

Si portio non grauata accedit grauatæ, iure patriæ poteſtatis ſit contributio. Bar.

XXV. SCAEVOLA libro quarto Reſponſorum.

MAritum ſuum & filiũ cõmunẽ æquis partibus hæreſcriptum. & C. de lega.l.non eſt dubium.

k *Non fuiſſent.* in præiudiciũ hęredis vt Fal. non deducat: vt.ſ. de iis quib[9] vt indignis.l.

l *Ancillarum.* ſcilicet hæreditatis.

m *Et quartæ fructus.* ſic ergo partus eſt fructus. Sed contra inſtitu. de re. diui. §. in pecudum. Solu. ſecundum quid non eſt fructus, vt ad fructuarium pertineat: ſed ad bonæ fidei poſſeſſorem ſic: vt nota. ſ. de vſu. l. in pecudum. Item not. ante diẽ: ſecus ſi poſt diem: quia tũc diſtinguitur, vel ſuam, vel alienã rem legauit teſtator: vt no. ſ. de vſu. l. equis. & facit. ſ. eo. l. quod de bonis. §. fructũ. Partus dicitur fructus.

n *Fideicommiſſario.* vt &.ſ. de vſur. l. equis.

o *Non ſolere.* hoc dic vt. C. ad Trebel. l. Iubemus. in glo. quæ incipit, quarta &c. circa finem.

Maritum ſuum.] CASVS. Titia fecit teſtamentum, & inſtituit ſibi hæredes maritum ſuum, & filium eorum communem æquis partibus: & à marito multa quibuſdã legauit, ita quòd dodrantem partis mariti exceſsit. & à filio ſimiliter multa legata reliquit quibuſdam: nõ tamen vltra dodrantẽ partis filij. & poſtea deceſsit dicta Titia. vnde hæreditatem ſuam totam habet maritus, ſcilicet dimidiam ex ſua inſtitutione, & aliam dimidiam ex inſtitutione facta de filio, quæ quidem acquiſita eſt ei marito per filium: vt ſupra, de acquirenda hæreditate. l. placet. nũc illi quibus eſt legatum à marito, petunt ab eo legata, & volũt quòd in ratione legis Falcidiæ in legatis eorum ponendæ imputet ſibi maritus illud quod ad eum ex dicta hæreditate peruenit per dictũ ſuum filium: vt ſic tanto maiora præſtet eis maritus legata à ſe relicta, nunquid tenetur maritus taliter ſibi imputare? Et reſpon. quòd ſi dictus maritus tantum retineat ex inſtitutione filij ſolutis legatis à filio relictis, quantum ſatis ſit ad Falcidiam detrahendam de legatis ab eodem marito relictis, nihil eſt deducendum per ipſum maritum de legatis à ſe relictis nomine quartæ ſiue Falcidiæ.

[*A LIBERTO CVI FVNDVM.*] Titius fecit teſtamentum, & inſtituit ſibi hæredem Seium, & Sticho liberto ſuo fundum Titianum legauit, & per fideicõmiſſum rogauit eundem libertum vt daret omni anno Seiæ decem. Item & multa alia legata reliquit quibuſdam aliis, ita quòd habet locum Falcidia in teſtamento ſuo. vnde hæres mortuo teſtatore detraxit Falcidiam de fundo liberto legato, & eidem liberto dedit tres partes dicti fundi: ex quibus tribus partibus bene colligi poteſt tantum omni anno quantum annuatim libertus debebat præſtare Seiæ decem. nunc quæritur, an ita minuatur annuum fideicõmiſſum Seiæ prędictum, ſicut minutus eſt per legem Falcidiam, fundus liberto relictus? Et dicitur quòd non, niſi mens teſtatoris fuerit, vt etiam

fideicommiſſ.

BIU Cujas

fideicommiſſ. Seiæ minueretur.

a *Inſtituit.* mulier.

b *Filii.* nó grauati. & facit. ſ. eo. l. in ratione. §. quod vulgo. & l. ſi pupillus. §. finali. & ſic nota quòd ſit contributio.

c *Reditus.* ſcilicet fundi liberto legati.

d *Non videri.* infra, eo. l. pœnales. §. finali. contra. Solu. ſpeciale hic fauore alimẽtorũ.

Contra ſup. eſt decretũ l. pe. ff. de fil. qui pro gl. l. ſi quis ff. de leg. & de conſtit. & de conſtit. & de uſufr. ear. rer. l. finali. Item non ob. infra, eo. l. Plautius. in fine. quia ibi ſpeciale ꝓpter indiuiduitatem.

[a] redes inſtituit. [a] Quæſitum eſt, an in ratione legis Falcidię imputandum ſit marito quod ad eum ex eadem hæreditate per filium peruenit? Reſpondit, ſi ex inſtitutione filij [b] tantum retineat quantum ad Falcidiam ſatis ſit, nihil quartæ nomine deducendum.

Deminuto legato non deminuitur fideicõmiſſum à legatario relictum, ſi legatum remanſit ſufficiens ad onus. Bartolus.

ꝟ A liberto cui fundum legauerat, per fideicõmiſſum Seiæ annua decem dedit. Quæſitũ eſt, ſi lex Falcidia liberti legatum minuerit, an Seiæ quoque annuum fideicõmiſſum imminutum videatur, cùm reditus [c] largiatur annuam præſtationem? Reſpondit, ſecundum ea quæ proponerentur, non videri [d] minutum, niſi alia mens teſtatoris probetur.

XXVI. IDEM libro quinto Reſponſorum.

LIneam margaritorum trigintaquíque [e] legauit, quæ linea apud legatarium fuerat mortis [f] tempore. Quæro, an ea linea hæredi reſtitui debeat ꝓpter legem Falcidiam? Reſpõdit, poſſe hęredem conſequi vt ei reſtituatur: [g] ac ſi malit, [h] poſſe vindicare partẽ in ea linea, quæ propter legis Falcidię rationem deberet remanere. [i]

ꝟ Quæſitum eſt, an pretium [k] ſtatuarum Falcidiam pati debeat? Reſpondit, debere.

Conditio in fraudem legis adiecta pro non adiecta habetur.

XXVII. IDEM libro ſexto Reſponſorum.

SEius & Agerius, [l] ſi intra diem trigeſimum mortis meæ reipublicæ noſtræ cauerint, contentos ſe futuros tot aureis, legis Falcidiæ beneficio omiſſo, hæredes mihi ſunto: quos inuicem ſubſtituo. quòd ſi voluntati meæ non conſenſerint, exhæredes [m] ſunto, Quæſitum eſt, an hæredes inſtituti hæreditatẽ adire poſſint, ſi conditioni parere nolũt, cum habeant ſubſtitutos eadẽ conditione præſcripta? Reſpõdit, Seium & Agerium primo loco inſtitutos perinde adire poſſe, ac ſi ea cõditio quæ fraudis cauſa [n] adſcripta eſt, adſcripta non eſſet.

XXVIII. MAECIANVS libro primo Fideicommiſſorum.

PAter quoq; in legatis, quæ filius [o] ei dedit, [p] alio hærede [q] inſtituto, legis Falcidiæ rationem patitur. [r]

Quod hæres habiturus eſt, non iure hæreditatis, non imputatur in Falcidiã. Bar.

XXIX. PAVLVS libro ſecundo Fideicommiſſorum.

SI à me tibi fideicommiſſum vel legatũ eſt, tuque id poſt tempus rogatus ſis mihi reſtituere, non puto hoc imputandum eſſe in Falcidiam: [ſ] quia [t] incipio poſtea quaſi fideicom-

A mihi hæredes inſtituo ſub eadem conditione. poſtea deceſſit dictus Titius. nunc Seius & Agerius inſtituti volunt adire hæreditatem eius, & nolunt parere dictæ conditioni. nunquid poſſunt? Et videtur quòd non, cum habeant (vt dictum eſt) ſubſtitutos præſcripta eis eadem conditione. dicitur tamen quòd bene poſſũt hoc facere: & dicta cõditio quæ fuit apposita in fraudem, ſcilicet vt dicti primi hæredes nó detraherẽt reipublicę Falcidiã, habetur ꝓ non ſcripta: & ita malo velle teſtatoris detrahent reipublicę Falcidiam. nam etiam ſi filius emancipatus leget patri alio hærede inſtituto, patitur pater legis Falcidiæ rationem: nedum dicta reſpublica. & hoc dicit cum lege ſequenti. Vi. l *Seius & Agerius.* filij teſtatoris: quod patet. quia de exhæredatione dicit, inepta in extraneos: vt infra, de verbo. obliga. l. quidã.

m *Exhæredes.* ſubaudi, & alios inſtituo ſub eadem conditione.

n *Fraudis cauſa.* id eſt, cauſa vitandæ Falcidiæ, quod fieri non poteſt: vt hic, & ſupra, eodem. l. quod de bonis. §. j. & §. finali. niſi in caſibus: vt ſupra, eodem. l. ſi debitor. & infra, eodem. l. quod autem. vbi ſub modo: hic vero ſub conditione. Item nota de fraude legis, vel contra legem: vt ſupra, titu. j. l. hoc modo. & de condit. inſtitu. l. conditiones.

o *Pater. Filius.* emãcipatus.

p *Dedit.* id eſt, reliquit.

q *Alio hærede.* cum patre, vel ſine patre.

r *Patitur.* eſt ergo vt quilibet. ſic ſupra, quod cuiuſque vniuer. l. item eorum. in princip. Accurſius.

SI à me tibi.] *CASVS.* Titius inſtituit me hæredem, & à me hærede tibi Seio fideicommiſſum datum eſt, vel legatum per dictum Titium, & tu fuiſti rogatus per dictũ Titium teſtatorem vt mihi dictum legatum vel fideicõmiſſum poſt Paſcha reſtituere. nunquid ea ratione, quia debes mihi reſtituere idem legatum vel fideicommiſſum, imputabitur illud mihi in Falcidiam ad eam ſummouendam? Et dicit quòd non: Sed ad eam inducendam bene imputatur. & ſic ex eo detraham tibi Falcidiam, & eſt ratio quare tibi detraho: quia poſtea cum reſtituis mihi dictũ legatum vel fideicommiſſum, incipio id recipere quaſi fideicommiſſarius, & non quaſi hæres. Viuianus.

ſ *In Falcidiam.* vt ob hoc minus detrahatur nomine Falcidiæ. quaſi dicat in Falcidiam ſummouendam. ſimilis expoſitio eſt, licet ſit caſus diuerſus, ſupra, eod. l. ſi à ſeruo.

t *Quia.* ratio remotiua: vel dic ratio recta: ſed tunc ſubaudi. in in fine, non vt hæres. & eſt bona ratio: vt infra, eo. l. quod autem. & facit ſupra, ad Velleia. l. quamuis. §. ſi mulier.

IN ratione.] *CASVS.* Titius inſtituit ſibi hæredem Seium, & multa quibuſdam legata reliquit, ita quòd habet locũ lex Falcidia in hæreditate ſua, & deceſſit dictus Titius. poſtea antequã hæres ſuus detraheret rationẽ legis Falcidiæ cum legatariis, mortui fuerũt ſine culpa legatariorum quidam ſerui hæreditarij non legati alicui, vel etiam alia animalia non legata: vel aliquod aliud damnum euenit hæreditati ſine culpa legatariorum. certe hæredi pereunt legata prædicta, ita quòd propter hoc non detraheret

maiorem

BIU Cujas

maiorem Falci.legatariis.& est ratio: quia & si esset aliquid adquisitum hæreditati,non caderet in rationem legis Falci. scilicet vt propter hoc minor detraheretur Falcidia legatariis.& ponit plura leuia exempla de damno,& etiam de lucro contingenti hereditati ante contractam legis Falcidiæ rationem.

missarius id recipere.

Damna post mortem testatoris contingētia sine culpa legatarii, imputantur hæredi: & commodum seu lucrum legatariis non prosunt. Bartolus.

XXX. MAECIANVS libro octauo Fideicommissorum.

IN ratione legis Falcidię mortes seruorum,cęterorúmque animalium,furta,rapinæ, incēdia, ruinæ,naufragia, vis hostium, prædonum, latronum, debitorum facta peiora nomina, in summa quodcúque damnum (si modò culpa legatarij careant) hæredi pereunt: quēadmodū ad hæredis lucrū pertinent fructus, [a] partus ancillarum,& quę per seruos adquisita sunt, vt stipulationes, rerū traditiones, legata, hæreditatésve his datæ,cęteræ[que]donationes, itē seruitutes quibus liberata prædia pretiosiora fierent,actionésque adquisitæ,vt furti [b],damni,iniurię,similésq;: quorum nihil in rationem legis Falcidiæ cadit.

Qui iussit vendere vel emere, eatenus computat in legato, quatenus est excessus in re vel in pretio. Bartolus.

Vendere autē vel emere iussus certo pretio fundū,aliámve quampiam rem, in legis Falcidię ratione(cūm quantum sit legatum requiratur)tantum eo nomine inducetur,quanto pluris [c] minorísve [d] sit res ea quantitate, quàm quo pretio testator accipi daríve iussit. Sed [e] vt ei quidē portioni quæ legatis [f] deductis faciēda [g] erit,ampli⁹ [h] deducetur: quippe [i] nō nostri [k] causa capit pretiū: [l] sed eo deducto, reliquum legatum esse prorsus intellectum est.

Casus non liberat debitorem generis generalissimi,sed debitorem speciei sic. Item liberat debitorem generis subalterni illo genere perempto. Bartolus.

Diligēter [m] * animaduertendum est ne quod dicitur [n], dāna post mortem testatoris illata ad solum hæredem respicere: vsquequaque & sine vlla distinctione [o] recipiatur. Quod enim remota [p] lege Falcidia in totum [q] iuris foret, hoc idē fore,& in ea parte, quæ lege Falcidia constitueretur. [r] Hoc enim attinet [s] dāna postea facta

a *Fructus*. contra. ff. e.l.in lege Falcidia.Solu.vt ibi.Item non ob. j.co.l.qui quadringenta.§.fi.licet lo.aliter intellexerit eā: vt ibi no.

b *Vt furti*. quod contingit in casibus, vt iacēte hæreditate fiat furtum:vt.j.de furtis.l.hæreditariæ.vel quod ibi dicitur,intellige quando post aditam hereditatem furtum factū est. Item non ob.j. eod.l. cum quo. quia ibi non soluitur:sed secundum istam solues.Item facit institu.eo.§. quantitas. &.§.ex diuerso.

Vendere] CASVS. Institui mihi hæredem Titiū: & iussi ei quòd fundum meum Seianū qui valebat centū, venderet pro quinquaginta Gaio.vel præcepi ei quòd fundum Gaij qui valebat tantum quinquaginta, emeret pro c.& multa alia legata à dicto hærede quibusdam aliis reliqui : ita quòd habet me mortuo Falcidia locum in hæreditate mea.nunc detrahit hæres me⁹ rationem Falcidiæ cum legatariis:& quęritur inter eos quantum videatur legatū dicto Gaio in primo vel in secundo casu:vt sic scire possint quantū debeat detrahi eidē Gaio nomine Falci.Et respon.quòd tantum eo nomine inducetur per hæredem in rationem Falcid. quanto pluris sit dictus fundus quē iussit eum vendere Gaio prædicto.sit pluris dico ea quantitate, quam ego testator accipi iussi per hæredem nomine pretij à dicto Gaio emptore,quo pretio,id est, aliquo pretio per me testatorem statuto. sicut enim supra dixi,statui ego testator pretium quinquaginta in fundo meo qui valebat centum.& volui quòd tantum dicta quinquaginta acciperet hæres meus à Gaio emptore.& ita superflua quinquaginta videntur Gaio legata.hæc ergo superflua quinquaginta inducētur per hæredem cum aliis legatis in rationem legis Falcidiæ,& hoc quando ego testator iussi hæredem vendere minoris quàm res valeret.quando autem iussi hæredem meum emere fundum Gaij vltra quàm valeret, tūc tantum eo nomine,scilicet Falcidiæ inducetur per hæredem, quanto minoris sit res,siue fundus quem iussi hęredem meum emere à dicto Gaio.sit minoris dico ea quantitate quàm ego testator dare iussi per hæredem nomine pretij dicto Gaio venditori: quo pretio siue aliquo pretio per me testatorem statuto.sicut enim supra dixi, statui ego testator pretium centū in fundo Gaij qui valebat quinquaginta,& volui quòd integra centum daret hæres meus Gaio venditori.& ita superflua quinquaginta videntur Gaio relicta siue legata.hæc ergo superflua quinquaginta inducentur per hæredem cum aliis legatis in rationem legis Falcid.postea dicit quòd ei portioni quæ facienda erit legatis deductis, id est, separatis à rei pretio vendendæ vel emendæ per hæredem meum, amplius deducetur,id est, in secunda fiet deductio.prima enim deductio, id est,separatio facta est in separatione legati à iusto pretio rei vēdendæ vel emendæ per hæredem.& bene dico ex parte separata à iusto pretio rei vendendæ vel emendæ per hæredem fieri deductionem nomine Falci.& non ex iusto pretio rei prædictæ:quippe prorsus intellectum est non capi id verum pretium causa nostri qui sumus legatarij.sed deducto, id est, separato dicto vero pretio est intellectum à sapientibus pretium reliquum esse legatum. Viuianus.

c *Quanto pluris*. cum iussus est vendere pro.xx.animoso emptori quod valebat decem.Accursius.

d *Minoris*. cum iussus est emere pro decem à venditore volente abiicere rem quæ valebat.xx.

e *Sed vt ei*. aliàs est,sed vt.aliàs deest,vt:& melius.& dic,ei portioni legatæ, id est, ab ea portione.Accursius.

f *Legatis*.i.ex legatis.

g *Faciēda*.i.colligēda.

h *Amplius*. & sic secunda fit deductio.prima enim deductio.i.separatio facta est in separatione legati à iusto pretio. secunda est in detractione legis Falcidiæ ex legato.

i *Quippe*. bene dico à parte separata à iusto ptio fieri deductionē, & non à iusto pretio: quippe &c.

k *Non nostri*. scilicet legatarij causa.

l *Pretium*. scilicet iustum:sed eo &c.

Diligenter.]CASVS. Dictū est.ff. ea.l.in pri. ꝙ dāna post morté testatoris in hereditate il* lata ad solū hæredē re- spiciunt, ita ꝙ propter hoc non potest detrahere maioré Falc.legatariis.nunc animaduertendum est diligenter, an illud sine vlla distinctione verum sit?& certè videtur quòd sic:qa quod iuris foret remota in totum Falcid. id est, si non haberet locum Falcid. eo quòd haberet quartā non grauatam hæres, scilicet vt sit damnum hæredis: hoc iuris debet esse in ea parte quæ lege Falcidia constitueretur legatariis: vt scilicet hæredi pareat etiam legatariorum portio. hoc autem est dicere omnia damna post mortem testatoris facta non deduci per hæredem, ne amota siue perdita portio detrahatur legatis, siue fideicommissis. Quamuis autem secundum prædicta sine vlla distinctione videatur esse verum quod dictum est in princip. huius legis.tamen non est verum, immò distinguitur hoc modo: Aut est legatum in pondere,numero, vel mensura, vel etiam in genere : & tunc verum est quod dicitur in princip. huius.l.aut in specie,& tunc aut certa,& est legatarij periculum: vt.ff.eo.§.ibi,certis vero &c.aut incerta:& tunc aut certa de certis, aut incerta de incertis.Primo casu, si periit sine culpa hæredis, nihil debetur ex ea legatario,etiam quantū ad æstimationem:vt.ff.eo.§.ibi,incertæ autē &c.& ibi, res tamē &c. Secundo casu nihilominus debetur legatario:quia genus perire non potest. & ideo admissa lege Falcid.portio danda legatario eius quantitatis sumetur, quæ fuit in bonis testatoris eo tempore quo testator decessit: nec ad deminuendam eam portionem dandam legatario quicquam proficient hæredi damna postea incidentia : vt infra, eod.§.ibi, si vero argenti &c. Viuianus.

m *Diligenter*. aliàs.§.diligenter.aliàs incipit,prorsus diligenter.

n *Dicitur*.ff.ea.l.in princip.

o *Distinctione*. nam distinguitur sit legatum in pondere, numero, vel mensura, aut in genere : & obtinent prædicta: vt.ff.ibi, verum est &c.aut in specie:& tunc aut certa,& tunc est legatarij periculum:vt infra,eo.ibi,certis vero &c. aut incerta:& tunc aut certa ex certis, aut incerta ex incertis:vt infra, ibi:incertæ autem &c. Accursius.

p *Remota*. id est, si Falcidia locum non habet : quia hæres habet quartam &c.

q *In totum*. scilicet vt si damnum hæredis,si est relictum in genere, si non adeat.Accursius.

r *Constitueretur*. scilicet, legatarius vt hæredi pereat, etiam legatarij portio.

s *Attinet*. scilicet dicere.Accursius.

a *Non deduci.* per hæredem.
b *Ne amota.* id est, perdita.
c *Detrahatur.* hoc enim fieri non debet: vt in principio.l.& hic subiicit.
d *Verum est.* scilicet quod dictum est.
e *Corporibus.* scilicet relictis.
f *Ex his ipsis.* s. vino & oleo, & similibus.
g *Nihil.* quando totũ periit.& facit supra, de contrahé.empt.l. quod sæpe.§.in his.& supra, de leg.j.l.plane.§.ij. & hoc modo intellige.ff. de leg.j.l.non amplius. §.j.Accursius.
h *Elegerit.* puta vnũ ex ipsis scyphis suis quẽ elegerit.
i *Nihil debebitur.* sic.ff. de contrahen.empt.l.si in emptione.§.pe.
k *Relictum esset.* puta marcham vel vnũ scyphum duarũ marcharũ, cum nullum haberet.
l *Proficient.* quod ergo in genere debetur, non
m *Restamen.* in specie relictæ, vel verius quando incerta ex certis: vt.ff.eod.§.certis ve ro.&.§.incertæ.
n *Rationem.* subau.per.
o *Non computantur.* vt.j.eo.l.id autem.&.l.in quartam.
p *Non figura.* sed in vi modi.Accursius.
q *Restituere.* per venditionem.nam si intelligeres per fideicommissum, iam haberet locum quarta Trebellianica, & imputarentur hæc quæ in vi conditionis acciperet: vt infra, eod.titu.l.in quartam.& facit supra, de peti.hæred.l.nec vllam.§.quòd si quis. & facit.ff.eod.l.si dignum.
r *Et ipsius fideicommissarii.* quasi dicat, de hoc pretio dando sit ipse rogatus.
s *Non est.* immò videtur contra: vt supra, de lega.iij.l.xj.§.cum esset.Solu.ibi gratia vtriusque fuit relictum: vt supra, de liber.leg. Infort.

nõ deduci, [a] nè amota [b] portio legatis fideíve cõmissis detrahatur. [c] ¶ Verum [d] est autẽ his solis quæ pondere, numero, mẽsura constãt, nec damno postea incidente, ex portione quæ fieri [solet] ad æstimationẽ eorum bonorũ quæ mortis tempore fuerunt, quicquam detrahi. Certis verò corporibus [e] & his ipsis [f] ita relictis: *Pecuniam quam in illa arca, vinũ quod in illis doliis, pondus argenti quod in illis horreis habeo.* si sine culpa hæredis deperierunt, vel deteriora sunt facta: proculdubio aut [g] nihil debebitur, aut eorũ quæ extabunt, qualia erunt, ea portio debebitur, quæ per legem Falcidiam efficiatur ex æstimatione bonorum quæ mortis testatoris tempore fuerint. ¶ Incertæ autem res relictæ distinctionem recipiunt. Nã si ex suis rebus incertam rem testator reliquisset, veluti, *Argentum quod elegerit.* [h] & omne argentum testatoris interisset sine culpa hæredis, nihil deberetur. [i] Sin verò argenti pondus purè relictum esset: [k] quamuis omne argentum testatoris deperisset, admissa lege Falcidia portio ei[o] quãtitatis sumetur, quæ fuit in bonis eo tẽpore quo testator decessit: nec ad imminuendã eam quicquam damna postea incidentia proficient: [l] res tamen [m] quæ interierint, pro nulla parte, ac ne æstimatio quidem debebitur, nõ magis quam si omnes res per speciem enumeratæ relictæ essent.

Licet datum causa conditionis implendæ in Falcidiam non imputetur, tamen datum vt pretium imputatur. Bartolus.

¶ Tametsi* ante legis Falcidiæ rationẽ, [n] quæ conditionis implendæ causa hæredi sunt data, in quartam non computantur: [o] tamẽ id quod nõ figura [p] conditionis accipere iussus est ab eo cui hęreditatem restituere [q] rogatus est, Celso & Iuliano nostro placuit computari: quemadmodum si ea summa hæres vendere eas res iussus esset: quia non conditionis implendæ causa, sed quodammodo pro pretio inferre sunt iussi. Quo loco amplius quęsitũ est, an fideicommissarius quoque inuitus cogatur dare eam summam, & recipere hæreditatem, quasi & ipsius [r] fideicõmissum esset. Sed id verisimile nõ est: [s] cum talis oratio magis ipsius causa, quàm contra ipsum posita videatur.

Legata quæ non valent, non veniunt in computatione legis Falcidiæ. Bartolus.

¶ Cùm lex Falcidia interuenit, non veniunt in contributionẽ quæ ipsi hæredi à semetipso [t] vel seruo [u] eius legata fideíve commissa sunt. Alia causa est eorum quæ in diem certam [x] dantur. Nam si libertatis [y] dies cœperit cedere, ei [z] debebuntur, [a] & in contributionem [b] venient. Ac ne ea quidem quæ quis seruis suis [c] inutiliter sine libertate legauit, fideíve cõmisit, in computationẽ eius legis cedunt. ¶ Res quas † neque per fideicõmissum relinqui posse computationem eiusdem legis Falcidiæ ea quę testator meus prędictus inutiliter seruis suis sine libertate reliquit: quia & illa legata non valent, nec etiam ea quę per fideicommissum non possunt relinqui, vt est campus Martius. Viuianus.

A ga.l.si is qui duos.& infra, de fideicõmiss.lib.l.sed si alienare. Vel dic quòd ibi vterq; talis erat qui onerari à testatore poterat: quia vterque erat institutus hęres. at hic qui iussus erat dare pecuniam, non erat institutus, nec aliquid ei relictum: vnde non poterat onerari.& facit.C.de legi. & consti.l.quod fauore.& supra, si quis omis.cau.testa.l.si quis sub conditione.

Cum lex Falcidia.] CASVS. Titius instituit me hæredem, & mihi ipsi legauit.c.vel ser* uo meo legauit. c. & multa alia legata quibusdã reliquit ita quòd habet locum lex Falci. numquid venit in contributione illud quod mihi vel seruo meo est legatũ, vt propter hoc maiorem Falcid.detraham aliis legatariis? Et dicitur quòd non. non enim valent dicta legata: & ideo de hæreditate non detrahuntur. secus autem esset in his quę legasset testator seruo meo in diem certã, id est, expressam, incertam tamen: vt si nauis ex Asia venerit, vel si imperator Bononiam venerit (quod deus auertat) nam eo casu si dies libertatis dicti mei serui cœpit cedere tempore existentis conditionis legati eidẽ meo seruo per testatorem relicti, debebũtur legata siue debebitur legatum prædictum seruo meo relictum ei quondam meo seruo nunc liberto facto.& veniunt dicta legata seruo meo relicta in contributionem legis Falcidiæ, vt sic aliorum legatariorũ legata minuant. Sicut autẽ in primo casu huius.§.non venit in contributionem legis Falcidię legatum mihi vel seruo meo à testatore relictum, vt propter hoc detraham ego hæres maiorem Falcidiam aliis legatariis, vt dictũ est: ita nec cedunt in

Flo. Tauo metsi autẽ legis Falcidiæ ratione quæ condi. &c.

† *A cõtrario quæ possunt legari, possunt in Falci. cõputari. quod limita in legato debiti. quod quamuis iure legatum valeat. vt.l.si creditori.ff. de leg.1.nõ tamẽ detrahitur Fal.nisi appareat liquide de debito. Barto. singu.in.l. qui vxori.§. princi.ff. de auro & argen. leg.*

a *Semetipso.* hoc enim non valet: vt.ff.de leg.j.l.legatum.§.j.
u *Vel seruo.* à se domino instituto, scilicet data sunt eius seruo. nam nec hoc valet relictum pure. sed si in diem incertum vel sub cõditione, poterit deberi, si tũc erit liber: vt instituto.de leg.§. an seruo.& hic subiicit.
x *Certam.* id est, expressam. incerta est tamen: vt si nauis ex Asia venerit: vel si imperator venerit. aliàs si certa, tunc cederet à die mortis, sicut si esset purum: vt.C.de cadu.tollen.§.j.
y *Libertatis.* fuit relicta libertas, & legatum est sub conditione, vel in diem incertum.
z *Ei.* scilicet seruo.
a *Debebuntur.* legata ei relicta.
b *Et in contributionem.* scilicet legata, & non libertas: quia non minuitur per Falcidiam: vt supra, de inoffic. testa.l. Papinianus. §.quoniam autem.
c *Suis.* nec hæc valent: vt.C.de lega.l.seruis.& facit.ff.de leg.j.

BIU Cujas

l.quæsitum.§.j.&.ï.proxi.§.

a *Certum est.* vt fundum Albanũ & similia: vt.s.de lega.j.l.apud Iulianum.§.fi.& lege sequenti.&.s.eo.l.non est.&.l.sequenti. & supra,eo.l.in ratione.j.respon.in princip.

Si cui fideicommissum.] CASVS. Institui mihi Titium hæredẽ, & legaui Seio centũ pure, & multa alia legata quibusdam aliis reliqui sub cõditione, ita ꝙ si conditio existeret, haberet locum Falcidia, & decessi.nunc pendẽte conditione dictorũ legatorum petit Seius legatum siue fideicommissum suũ purum.certe non debet hæres aliter ei soluere, nisi ipse caueat eidem hęredi cũ satisdatione de restituendo ei quod amplius inueniretur cepisse tempore existentis conditionis aliorum legatorum, quam per legem Falcidiam ei licuerit capere.Et idem est in isto alio casu: Institui mihi pupillum filium meum hæredem,& ab eo reliqui legatum Seio: & substitui dicto pupillo Gaium: & multa legata reliqui à substituto, & decessi. certè non aliter soluet pupillus legatũ Seio, quàm si Seius ei caueat prædicto modo. & hoc propter ea legata quę à substituto impuberis sunt relicta.& ponit bonam rationem in litera quare in dictis duobus casibus debeat satisdari. Viuianus.

certum est, [a] in legis Falcidiæ computationem non veniunt.

XXXI. POMPONIVS libro secundo Fideicommissorum.

IS cui fideicommissum soluitur,sicut is cui legatum [b] est, satisdare debet, quod amplius ceperit,quàm per legem Falcidiam ei licuerit, [c] reddi: veluti cũ propter conditionem aliorum fideicommissorum vel legatorum, legis Falcidiæ causa pendebit. [d] Sed & (secundum Casij & veterũ opinionẽ) si à pupillo [e] fideicõmissa [f] capiantur propter ea quę à substituto erunt relicta: cauere debebit is cui soluatur.Nam quamuis repetitio [g] sit eorũ quæ fideicommissi nomine nõ debita soluerentur,tamen satisdato cautum debet esse ei à quo pecunia profiscereturne damnũ sentiat deficiente [h] eo cui solutũ erit.

Actiones in hæredes transitoriæ pœnales vel nõ,etiam si à persona hæredis incipiũt, ex parte actoris augmentum, & ex parte rei deminutionem patrimonii inducunt:secus si ad hæredem,vel contra hæredem non transeunt. Bartolus.

XXXII. MAECIANVS libro nono Fideicommissorum.

POenales actiones,siue legitimæ, [i] siue honorarię, [k] exceptis popularibus, [l] in bonis actoris nõ ideo minus computãdæ sunt, quia morte reorũ [m] intercidere possunt. Ecõtrario autem eædẽ actiones nihil bonis rei defuncto eo detrahũt. [n] Sed ne in actoris quidem bonis, defuncto eo iniuriarum actio poterit computari: [o] quia & ipsa simul cum eo intercidit, vt vsusfructus, & id quod in dies,menses,annósve singulos alicui quoad viuat,debeatur. [p] Etenim ea demum obligatio, rei bonis [q] deminutionem præstat,quæ in hæredem transit. [r] Nec contrarium est, quòd viuente reo,eo minus in bonis eius intelligebatur.Nam & si ita stipulatus esset, vt cum moreretur, deberi ei inciperet, tamẽ augerentur bona eius: quemadmodum si ipse sub eadem conditione promisisset, defuncto eo minuerentur. [s] Honorariæ quoque actiones,quę intra certum tempus [t] à prętore permittuntur:* cum bonis actoris, defuncto eo, augmẽtum rei, [u] decessionémve, (si tales erunt, vt in hæredem quoque transeant) præstabunt.

b *Legatum.* nam exæquata sunt per omnia: vt supra, de lega.j.l.j.

c *Licuerit.* scilicet accipere.

d *Pendebit.* quod contingit:vt.ï.eo.l.in quantitate.§. sed & legata.sed & videtur non totum solui purum: vt infra,eo.l.si propter ea.contra.Solu.ibi.

e *Si à pupillo.* ĩstituto,& similiter grauato legatis:& ei dato substituto,& grauato similiter legatis.

f *Fideicommissa.* integra.quia legata ab eo relicta non excedebant dodrantem.

g *Repetitio.* per condictionem indebiti: vt.C.eo.l.error.

h *Deficiente.* propter defectum facultatum.ad quod.ï.tit.j.l.j.§. hæc stipulatio.& facit.ï.eod.l.si is qui.circa prin.&.s.eo.l.j.§.interdum.&.l.in ratione.§.quæsitum.

POenales.] CASVS. Titius cui surrepta est res sua per furtum manifestum, vel non manifestum per Seium latronem, fecit testamentum, & instituit sibi hæredem Gaium, & multa legata quibusdam reliquit,ita quòd eo mortuo habet locum Falci.in testamento suo.numquid dictæ pœnales actiones quas habet idem Titius contra Seium,computantur in bonis eiusdem Titij,vt sic Gaius hæres eius minorem detrahat legatariis Falcid ? Et dicitur quòd sic,quamuis morte rei,scilicet Seij prædicti, possint intercidere.Secus autem esset in popularibus actionibus quas intẽdere posset dictus Titius.nam illæ non sunt in bonis alicuius ante litem contestatam. Sed quid si ponas dictum Seium latronem decessisse,& tractari in bonis suis de lege Falci.numquid eædem actiones pœnales contra eum competentes vidẽtur aliquid de bonis eius detrahere, vt sic hæres suus maiorem detrahat legatariis Fal?Et dico quòd non.ea enim demum obligatio rei bonis deminutionem præstat,quæ in hæredem transit.dictæ autem actiones non transeunt in hæredes nisi lite contestata, vel nisi peruenit ad hæredes ex eis lucrum . Sed opponitur.nonne viuente ipso Seio latrone tantum minus videbatur esse in bonis suis quantum erat astrictus per dictas actiones?certe sic.ergo eo mortuo idem deberet esse.sed certe hoc non obstat,quia non solum in hoc casu augentur bona per mortem rei,sed etiam in isto alio. Pone quòd stipulatus esset dictus reus à Sempronio decem cum ipse reus moreretur.certe mortuo reo augentur bona eius, & nõ ante.nam & si ipse reus promisisset decem Sempronio cum ipse reus moreretur:defuncto eo reo minuerentur bona eius,& non ante. Quid de actione iniuriarum Titio competente? numquid defuncto eo Titio in eius bonis computabitur? & certe nõ: quia & ipsa actio iniuriarum simul cum eo Titio intercidit: sicut intercidit cum eo vsus fructus quem habet in fundo alterius: & sicut intercidit cum eo id quod in dies singulos debeꝫ ei donec viuat, vel in mẽses,vel in annos singulos.Honorariæ quoque siue prętoriæ actiones pœnales quæ permittũtur à prętore actori intra annũ cum bonis actoris: defuncto eo actore augmentum rei sine bonis dicti actoris præstabunt, scilicet si mortuus est actor:& de Falcid.in bonis suis tractatur:& dictæ honorarię actiones cum bonis rei defuncto eo reo decessionem,id est,deminutionem præstabunt,sci* *Fle* licet si tales erunt dictę *mittun* actiones, vt in hæredẽ quoque transeant: vt quia lis sit contestata cum defuncto reo: vel aliquid ex eis peruenit ad hæredem. Viuianus.

i *Legitimæ.* vt furti non manifesti: vt instit.de noxa act.

k *Honorariæ.* vt furti manifesti: vt instit. de perpe.& temp.acti.§.furti.

l *Popularibus.* istæ non sunt in bonis nostris nisi lite contest.vt ï.de popu.act.l.populares.&.ï.de verb.sign.l.si cui.

m *Reorum.* aliàs reorum:& aliàs,eorum,scilicet reorum.Et no. quòd actio ex delicto datur hæredibus:sed non in hæredes regulariter:vt hic.& infra, proxi. respon. & instit.de perpe.& tempo. act.§.j.Accursius.

n *Detrahunt.*scilicet quando lis nõ est contestata,& quando nil ad hæredes peruenit:vt.ï.ibi,etenim &c.

o *Poterit computari.* ante litem contestatam:vt.ï.de iniur.l.iniuriarum.& est in hoc speciale vt non transeat ad hæredem: vt instit.de perpe.& tempo.act.§.excepta.

p *Debeatur.* vt & supra,de vsufruct.lega.l.patrimonij.& de capi.demi.l.legatum.

q *Rei bonis.* rei scilicet defuncti.nam in viuentis bonis sine dubio minuit,vt subiicit.

r *Transit.* vt sunt ex contractu, vel quasi.Item ex maleficio,vel quasi lite contestata : vel si aliquid peruenit ad hæredem:vt.C.ex delic.defun.l.j.

s *Minuerentur.* scilicet bona eius.nam licet actio ab hærede & contra hæredem incipere non possit,tamen ex contractu defuncti huius fit.& ideo bonis eius additur & deminuitur. Accursius.

t *Certum tempus.* vt intra annum:quales sunt omnes pœnales.sed rei persecutoriæ sunt perpetuæ:vt infra,de act. & oblig.l.in honorariis.Accursius.

u *Rei.* dic, ve, pro &.& repete, honorariæ actiones &c.& decessionem, id est deminutionem. & quod subiicit, si talis &c. vt quia sit lis contestata, vel aliquid peruenit ad hæredem.Et not.ex præmissis quòd plus fingitur in bonis esse, & minus quàm sit.vel plus dici in bonis quàm in hæreditate,& econtra.Item facit.s.tit. j.l.Plautius.§.j.Accursius.

Iulianus

BIU Cujas

Iulianus scribit.] CASVS. Instituit mihi hæredem Titium in octo vnciis hæreditatis meæ, & Seium in quatuor, & vtriusque partem exhausi legatis. legaui enim communiter ab ambobus vltra dodrantem totius hæreditatis, ita quòd non remanebat eis quarta. inter quæ legata erant quædã conditionalia, ita quòd pendente eorum conditione legatorum erat incertum vtrũ habeat locũ lex Falcidia, vel nõ. postea me mortuo dicti mei hæredes soluerunt legata illis quibus pure erat legatũ. Seius autem qui erat vnus de hæredibus meis, & erat institut[9] in quatuor vnciis, fuit ita stipulatus à legatariis puris prædictis tẽpore solutionis: quod amplius ceperitis, quàm per legem Falcidiam apparuerit postea vobis deberi, reddetis? & recepit fideiussores super hoc. quæ cautio est prętoria, id est à prętore introducta: vt supra, eo. l. is cui. & infra, titu. j. l. j. procedẽte postea tẽpore extitit conditio legatorum prædictorum sub conditione relictorum, & ita nunc apparet quòd habet locum lex Falcidia. & sic est commissa dicta stipulatio prætoria. nunc quæritur, vtrũ prædictus Seius stipulator habeat actionẽ cõtra dictos legatarios à quib[9] stipulatus est ęqualiter. i. pro parte sua, & pro parte cohęredis sui in octo vnciis istituti. an vero pro modo quẽ patiẽ sua pars hæreditatis? Et dicitur quòd pro modo suæ partis, & nõ æqualiter habet actionem ex dicta stipulatione. nam & rationem legis Falcidię habet pro modo quẽ patitur sua pars hęreditatis, & non æqualiter. crederet enim aliquis quòd habet actionem pro sua parte, & cohæredis: quia cum aliquis stipulatur simpliciter, licet sit ibi commodum alterius, tota tamen acquiritur stipulanti actio, & pro toto: vt infra, de acquiren. posses. l. possessio. §. fina. Itẽ forte crederet aliquis quòd dictus stipulator haberet actionem æqualiter, id est pro dimidia: sed nõ est verum: immò tantum pro modo quem potest portare sua pars hæreditatis, quæ fuit tertia: vt dixi. natura enim prætoriarum stipulationum est talis, vt si sint diuidæ, diuidantur earum commoda & incommoda: & nõ vni ex pluribus acquirantur, vel contra vnũ. Vnde pone quòd fui stipulatus ab aliquo iudicatũ solui, quę est prætoria: & continet tria. s. de re iudicata soluenda: & de causa defendenda: & vt absit dolus malus: vt. j. iudica. sol. l. iudicatũ solui. & postea lite pendente decessi pluribus hæredibus institutis, puta quatuor. & duo de hęredibus meis vicerunt in causa quã inceperã: & alij duo succubuerũt. certè illis solis duobus meis hęredibus institutis qui vicerunt, datur actio ex dicta mea stipulatione iudicatũ solui, & nõ aliis duobus qui succubuerunt. Item & si ille qui promisit mihi iudicatum solui, pendente lite decesit quatuor hæredibus institutis, & alij duo de hæredibus suis fuerunt à me absoluti, & alij duo fuerũt mihi condẽnati: illi duo qui fuerunt mihi condemnati, tenentur ex illa stipulatione, & alij non. & hæc quantũ ad vnã clausulã dictæ stipulationis iudicatũ solui. i. quod sonat verbũ, dictæ stipulationis. & idẽ est quantũ ad aliã clausulã dictæ stipulationis. s. de causa defendenda. nam si ego qui fui stipulatus iudicatũ solui, decessi quatuor hæredibus institutis pendente lite propter quam erat interposita stipulatio prædicta, & dictus meus promissor decessit quatuor similiter hæredibus relictis, postea duo de hæredibus ꝓmissoris bene defenderunt. certe illi hæredes promissoris qui non defenderũt, tenẽtur ex stipulatione hæredib[9] meis: & alij qui defenderunt, non tenẽtur. & econtra, si omnes hæredes promissoris bene defenderũt causam aduersus duos de hæredibus meis, & aduersus alios duos: nõ tenentur illis meis hæredibus aduersus quos non defenderunt, & non illis aduersus quos defenderunt. & hoc vult dicere litera huius. §. vt mihi videtur. Viuianus.

Stipulatio interposita ab vno ex hæredibus, ad alios non porrigitur. Item si pœna committitur ex stipulatione prætoria facto vnius hæredis, contra ipsum solum committitur, non contra alios. hoc dicit. Barto. & Alexander.

ꝑ Iulianus scribit, si vtriusq; hæredis pars exhausta est legatis, & alter ex hæredibus cautionẽ prætoriam [a] accepit à legatariis: non æqualiter, sed pro suo modo [b] legis Falcidiæ rationem, & actionẽ ex stipulatu [c] habiturum. Omnes enim prætorias stipulationes eiusdẽ interpretationis [d] esse. Nam constare, ex iudicatum solui [e] stipulatione, siue à parte actoris, siue à [parte] rei plures hæredes extitissent: [f] non omnibus, nec aduersus omnes, actionem contingere, sed dumtaxat his qui vicissent, [g] & aduersus victos: hísque a duersus quos res defensa non esset, aduersus eos qui rem nõ defendissent. ꝑ Annua bima [h] trima die aureis centenis legatis, ex omnibus [i] summis non tantum ex posterioribus portionem legis Falcidiæ detrahi placuit.

Pars legata à legatario eatenus minuitur, quatenus sibi deminutum est legatum: secus si in totum rogatus sit restituere, vel seruum manumittere. Bartolus.

ꝑ Si Titio [k] viginti [l] legatis, portio per legem Falcidiam detracta esset, cùm ipse quoq; quindecim* Seio rogatus esset restituere: Vindius noster tãtũ Seio ꝓportione ex quindecim* detraque parte.

[a] *Prætoriam.* de qua dicitur. j. titu. j. l. j. Accursius.

[b] *Pro suo modo.* id est, pro parte sua, non pro alterius: cum singulariter imponatur ratio legis Falcidiæ: vt. j. eo. l. in singulis.

[c] *Ex stipulatu.* i. ex stipulatione certi condictionẽ. sic. C. de pac. l. si pacto. & dic statim agi, si locum habet ab initio Falcidia. alioquin post agetur, cũ cœperit habere locũ: vt. j. eo. l. lex Falcidia.

[d] *Interpretationis.* vt diuidantur eorum commoda & incommoda, si modo sint diuidua. alias secus. j. de verbo. oblig. l. ij. & l. iiij. §. Cato. nec ob. quoniam vbi pœna adiecta est in stipulatione, licet stipulatio contineat diuiduum, puta pecuniæ dationem: aduersus omnes cõmittitur, & insolidũ propter vnum dantem: quia distinctio diuidui & indiuidui ad factum nõ ad dationem pertinet: vt infra, de verbo. obliga. L v. §. fina. & facit. s. fami. erciscun. l. inter cohæredes. §. quod ex facto. & §. si quis. & l. hæredes. §. an ea. & infra, rẽ ra. ha. l. si ꝓcurator.

[e] *Iudicatum solui.* quæ tria continet: vt infra, iudicatum solui. l. iudicatum solui. Accursius.

[f] *Extitissent.* stipulatione & lite pendente.

[g] *Vicissent.* per hoc apparet quòd dicit de clausula qđ sonat verbum. item quòd subiicit, defensa non esset, dicit de alia clausula in defendendo. recipiunt enim diuisionem ex vtraque parte.

Flo. quinque

quinque

Annua bima.] CASVS. Titius instituit sibi Seium hæredem, & multa legata ab eo quibusdam reliquit. inter quæ legauit Gaio primo anno post mortem suã testatoris centum aureos, & secundo anno alios centum aureos, & tertio alios centum. & ita trecentos aureos legauit dicto Gaio: & postea decessit testator. eo mortuo apparet locũ esse legi Falcidiæ. certe ex omnibus dictis summis debet statim detrahi Falcidia. non autem detrahitur tantum ex posterioribus summis, siue ex posteriori summa, vt quidam crebant. & h. d. hic. §. si autem nunc non esset certum locum habere legem Falci. soluerentur prima legata integra exacta à legatariis per hæredem cautione: vt supra, proxi. §. & s. eo. l. is cui. & j. eo. l. ex Falcidia. Viuianus.

[h] *Annua bima trima.* id est, in dieb[9] tertij anni: vt supra, de pac. dot. l. aliud. Azo.

[i] *Ex omnibus.* cum certum est statim habere locum Falci. aliàs soluentur prima integrè exacta cautione: vt. j. eo. l. lex Falci. & j. tit. j. l. nisi. in fin. §. si in plures. & §. quoties.

[k] *Si Titio.* Dominus Azo dicit quòd in litera debet esse triginta. Et ponit sic casum, quòd Titio triginta fuerunt legata: & rogatus fuit ex istis triginta restituere quindecim Seio, & ita medietatem. deinde propter Falcidiam deminutum est legatum in sex. & sic remanent vigintiquatuor in legato. numquid solida quindecim restituentur fideicõmissario? Certe non: sed de his quæ supersunt, præstabit medietatem in. xij. & hoc ex coniectura voluntatis. voluit enim quòd vna medietas resideret penes legatarium, cum ipsum de. xv. tantum præstandis rogaret. vnde de his quæ supersunt, præstabat medietatem fideicommissario. Alij vt H. colligunt hic quòd legatarius vnius rei detrahit Falcidiam de legato speciali: & mutant hic literam vt habeant viginti. & ita casum ponit: Quidam legauit viginti, & rogauit eum vt Seio. xv. restitueret: deminutum est legatum. xx. per Falcidiam in. v. sic remanent xv. numquid ergo solida. xv. restituet legatarius fideicõmissario? Certe non: immò quia hæres detrahit de legato quartam, & legatarius de. xv. quæ supersunt, quartã detrahet, & reliquũ fideicommissario præstabit. Prima verior, vt non iure Falcid. sed propter præsumptam voluntatem detrahat legatarius: vt dixi. sed & secundum istam literam. s. xx. posset poni vt prius: quasi quartam voluerit remanere apud legatarium, & pro hoc quòd legatarius specialis non detrahet Falcidiam. j. e. l. lex Falcidia si interueniat. §. nunquam. & j. tit. ij. l. ex asse. & no. C. communia de lega. l. j. Item no. quòd alia litera habet ibi. v. cum ipse quoq; &c. & est bona, & bene stabit in principio. xx. & erit casus: Legauit quis Titio. xx. & rogauit eum vt. v. præstaret Seio: & sic quartam legati: deinde minutum est legatum de viginti in quinq; per Falcidiam. numquid ergo solida quinque præstabit legatarius de. xv? Respon. non immò quartam eius quod superest: id est, quartam. xv.

Casũ ponit.

[l] *Viginti.* aliàs, triginta. secundum Azo.

a *Magis.* electiuè.& dic quàm contrarium.
b *Exemplo.* gaudet Bul. sed dic quòd non est per omnia idem: quia est idem quoad detrahendam: sed non quoad ius per quod detrahitur: cum alter iure Falcidiæ, alter ex coniectura voluntatis. Accursius.
c *Nec quia ex.* irascitur Bul. sed dicitur ex sua persona quãdo nõ est grauatus. Sed tu dic quod nullo modo iure Falcidiæ, sed propter æquitatem.& no. quòd habet per alium quod per se non potest: vt. ff. quę res pig. oblig. poss. l. Aristo. sic ergo patet minui fideicommissum per hoc quòd minuit legatum. Sed contra. ff. eo. l. maritum. §. j. &. ff. de annu. leg. l. liberto. §. j. vbi non minuitur fideicommissum, licet minuatur legatum per Falcidiam. Solu. refert an ex eodem legato relinquatur fideicommissum, vt hic: an extrinsecus, vt ibi. & probatur supra, de lega. ij. l. cum pater. §. j. quæ videtur contra. Et eodem modo soluitur. ff. titu. j. l. Plautius. & facit. ff. tit. j. l. videamus. &. ff. de lega. j. l. si mihi Stichus.
d *Restitueret.* nõ præcipit non detrahi Falcidiam, sed illud quod ex tacita voluntate poterat retinere propter Falcidiam sibi subtractã, & sic non est contra. ff. eo. l. quod de bonis. §. j.
e *Omnino.* quando suum constat, etiam si Falcidiã patiatur: vt. ff. de fideicommiss. liber. l. generaliter. §. si quis alienum. in alieno autem ita demum, si remanet vnde posset emi: vt ff. eo. l. sed si non est seruus. sed certè, immò potius Falcidia inde non detrahitur: vt infra, de fideicommiss. liber. l. decem. in fine.
f *Exprimit.* vt. ff. de re iudi. l. inter pares.

trahendum ait, quantũ Titio ex viginti detractũ esset. Quæ sententia & æquitatem & rationem magis [a] habet: quia exemplo [b] hæredis legatarius ad fideicommissa præstanda obligabitur: nec quia ex [c] sua persona legatarius inducere legẽ Falcidiam nõ possit, idcirco quod passus esset, non imputaturum: nisi fortè testator ita fidei eius commisisset, vt totũ quicquid ex testamento cepisset, restitueret. [d] Si autẽ manumittere seruum, vel suum, vel alienum rogatus sit: omnino [e] præstare debebit libertatem. Nec hoc contrariũ est superiori: quia fauor libertatis sæpe & alias benigniores sententias exprimit. [f]

Legatum libertatis vel serui vt manumittatur, non defalcatur nisi cum alia res defalcabilis sit legata. legatum vero pecuniæ vt seruus manumittatur, non defalcatur, si per hoc manumissio impeditur. aliàs secus. h. d. cum tribus. ll. seq. Bartolus.

XXXIII. PAVLVS libro tertio Fideicommissorum.

SI seruus tibi legat[g] sit, eúmque rogatus sis manumittere, nec præterea capias [g] vnde quartã quę per Falcidiã retinetur, [h] recipere [i] possis: senatus censuit cessare Falcidiam.

XXXIIII. MARCELLVS libro quadragesimo secundo Digestorum Iuliani notat. [k]

IN testatoris seruo [l] non erit Falcidiæ locus. Si verò pecuniã, aliúdve quid legauerit, fi-

g *Capias.* scilicet aliquid aliud pter seruũ.
h *Retinetur.* i. quã retinere vult hęres de seruo legato.
i *Recipere.* & dic, recipere. i. accipere & dare hæredi. nam nihil aliud est tibi legatum præter seruum. ad quod. ff. eo. l. plane. &. l. seq. §. si solus. & sunt hæc fauore libertatis. ad quod. ff. l. proxi. &. ff. l. proxi. in fi.
k *Iuliani notat.* approbãdo quod superiori. l. dictum est.
l *In testatoris seruo.* legato vt manumittat.

SI seruus tibi.] CASVS. Titius testator legauit tibi Stichũ seruum suum, & rogauit te quòd eum manumitteres: & nihil aliud tibi legauit, & decessit. nunc apparet locum esse Falcidiæ in testamento suo propter mũlta alia legata quæ reliquit. numquid poteris tu legatarius recipere siue detrahere Falcidiam ex hoc seruo, vt eam des hæredi? Et dicitur quòd non. & hoc censuit senatus. & Iulianus dixit idem. & hoc dicitur in hac. l. & sequen. vsq; ad. §. si vero pecuniam. Si autem aliquid legauit testator dicto suo seruo quem tibi legauerat vt manumitteres, puta. x. declarauit senatus & etiam Scæuola vt ex dictis. x. seruo legatis detrahatur Falcidia, & pro seruo, & pro ipsis. x. & idem si non legauit testator seruo quem tibi legauit vt manumitteres: sed legauit tibi etiã decem. nam & hoc casu ne libertas impediatur, quarta quæ debet detrahi de. x. & de seruo, detrahetur de. x. & licet non fuerit sibi legatum aliquid præter seruũ, totus seruus possit per te vindicari ab hærede vt des ei libertatẽ, ita quòd hæredi non remaneat Falcid. & hoc dicit in tota. l. plane si quid &c. &. l. sed si non seruus. §. si solus. vsque ad. §. si incertum. Et hæc omnia in seruo testatoris locum habent. si autẽ testator legauit tibi pecuniã, vel aliquid aliud, & rogauit te vt seruum tuũ manumitteres: locus erit Falcidiæ. sicque Falcidiam patieris in dicto legato, & nihilominus cogeris manumittere seruum tuum: quia accipiendo legatum defalcatum tanti videris æstimasse dictum tuum seruum. Si autem alienus erat dictus seruus quem rogatus fuisti manumittere, legata tibi pecunia, vel aliquo alio locus erit similiter Falcidiæ in dicta pecunia tibi legata, si seruus possit redimi per te deducta Falcidia de dicta pecunia: alioquin non debes cogi plus impendere ad redimendum eum, quàm accepisti ex legato pecuniæ defalcato. & sic tunc melius est dicere quòd non sit locus Falcidiæ, fauore libertatis, & hoc dicit. in. l. Iulianus. §. si vero pecuniã. &. l. sed si non seruus. vsque ad. §. fin vero hęres. & hæc omnia locũ habent, quando tu legatarius fuisti rogatus de manumittendo. si autem hæres rogatus sit manumittere seruũ alienum, pretium dicti serui deducitur vt æs alienum de hæreditate, ita quòd de eo non detrahitur Falcidia, si detracta de eo pretio Falcidia non potest redimi seruus. Viuianus.

deíq; legatarij commiserit vt alienum [m] seruum, vel legatarij manumitteret, locus erit. [n]

XXXV. VLPIANVS libro sexto Disputationum.

PLanè si quid sit præterea legatum ipsi seruo, [o] Falcidię locum fore senatus declarauit. Vnde Scæuola ait in eo quod præterea seruo legatum est, ita Falcidiam admittendam, vt inde [p] & quod pro seruo præstandum est, sumatur. [q]

XXXVI. PAVLVS libro tertio Fideicommissorum.

SEd si non seruus ipse legatus sit, sed pecunia, rogatúsque sit legatarius seruum suum manumittere, Falcidiam patietur. & nihilomin[s] cogetur manumittere: quia tanti [r] æstimasse videbitur seruũ suũ. Quid si alienus seruus fuerit? in eo non plus [t] quàm accepit, ad redimendum cogitur impẽdere. Sin verò hęres seruum rogatus sit manumittere, [t] placet pretiũ eius vt æs alienum, deducendũ esse. ℣ Si solus seruus legatus [sit,] & fideicommissa libertate donatus fuerit: licet Falcidia interueniente, totus vindicari petíve [u] potest. Sed & si aliud præterea capiat legatarius, adhuc seruus totus peti potest. Quartam autem vtriusque ex legato retinendã, ne impediatur libertas. [x]

m *Vt alienum.* licet hos duos casus contingat, tamen. ff. l. sed si nõ seruus. separantur: quia in seruo suo agnito legato indistincte patitur Falci. in alieno idem, si possit redimi deducta Falcid. alioquin cõtra: quia Falci. nõ detrahitur: vt. ff. l. sed si nõ seruus. §. quòd si alien[s].
n *Locus erit.* Falcidiæ. Accursius.
o *Plane. Ipsi seruo.* testatoris legato vt manumittatur: puta decem. & hic casus colligitur. ff. l. proxi. in prin. & dic idem si ipsi legatario: vt. ff. l. proxi. §. si solus. Accursius.
p *Vt inde.* i. ex decem ex quibus Falcidia detrahitur.
q *Sumatur.* Not. ergo quòd pro duobus legatis detrahitur [a] ex vno vtriusque Falcidia: vt. ff. eod. l. si fundus mihi legetur. &. ff. l. proxima. §. si solus. Accursius.
r *Sed si non seruus. Tanti.* sic. ff. de leg. ij. l. imperator. §. si centũ. &. ff. de fideicommiss. lib. l. generaliter. §. si quis alienum.
s *Non plus.* si ergo deducta Falcidia potest redimi, cogitur. aliàs secus. Falcidia non deducitur: vt no. ff. eodem. l. Iulianus.
t *Manumittere.* alienũ. & tunc est sensus q nõ deducitur Falc. si aliàs nõ potest redimi: vt. ff. de fideicõ. lib. l. decẽ. nã in seruo hæredis cogit, si deducto ære alieno aliquid ad eũ peruenit: vt. ff. de fideicõ. lib. l. generaliter. §. si quis alienũ. ibi pide Marcell[s]. sed & ibi testator in seruo hęredis pretiũ statuit: quod pretiũ vt æs alienũ forte deducitur. & in eo casu hic forte loquitur secundũ Azo.
u *Peti.* id est, legatarius totum petere potest.
x *Ne impediatur libertas.* quæ nõ minuitur per Falc. vt. ff. de inof. testest. l. Papinian[s]. §. quarta & facit. ff. l. proxi. & facit. ff. de le. ij. l. v. Ac.

Si incertum.] CASVS in hoc. §. figuratur cum. ll. seq. vsque ad l. veterani. Titius testator legauit tibi Stichum seruum suum pure, & rogauit te vt eum manumitteres sub conditione, si nauis ex Asia venerit, vel post tempus incertum, quod loco conditionis

BIU Cujas

tionis habetur, & decesſit. & apparet nunc locum esse Falcidię in testamemto suo propter multa alia legata quę reliquit. vnde quęritur: numquid incerto eo an præstetur libertas, cũ posſit aut seruus prædictus mori, aut cõditio libertatis deficere: interim, id est, pendente dicta conditione est admittenda Falcidia in legato ipsius serui. deinde cum libertas competere aut deberi cœpit seruo, eo quòd conditio libertatis extitit, tunc tu legatarius illam partem in seruo recipias quam de eo Falcidia detraxit? Et certe hoc Cęcilio iurisconsulto placebat, scilicet vt pendente conditione, vel die ſcerta admittenda sit Falcidia in legato serui, vt sic incipiat seruus esse communis tibi legatario & hæredi. aduenientе autem cõditione libertatis serui tui recipias partę de eo detractam nomine Falcidiæ, vt sic ei posſis dare libertatem sicut fuisti rogatus. Sed quid si hæres fuit in mora dandi tibi dictum seruum qui erat tibi pure legatus, & sub conditione manumiſſus, & medio tempore antequam existeret conditio libertatis, hæres fuit consecutus fundum valentem. xx. ex operis eius? nũquid illa. xx. debebit in Falcidię rationem erogare, vt tanto minus detrahat aliis legatariis nomine Falcidiæ? Et dicitur quòd sic. Sed certe Cæcilius male dixit in eo quod dixit quòd pendẽte conditione libertatis, vel die incerto admittenda sit Falcidia in legato dicti serui. nam dicti serui ęstimatio perinde fieri debet, ac si esſet statuliber. statuliber autem hæredis non auget Falcidiam siue substantiam: immò eius ęstimatio deduci debet de æstimatione hæreditatis tanquam æs alienum in ratione legis Falcidiæ. Sic etiam euenit, quando hæres rogatus est seruum alienũ manumittere. nam & tunc placuit sapiẽtibus, vt etiam huius serui pretium debeat deduci tanquam æs alienum æstimatione hæreditatis. Sed quid est de seruis quos testator habebat cõmunes cum alio, & nõ dedit eis libertatem? & certe in ratione legis Falcidiæ connumerantur in patrimonio vriusq; domini. sed ille seruus cui[9] vsusfructus est alien[9], in dominio proprietarij cõnumeratur circa rationem legis Falcidiæ. Pignori autẽ dati serui in debitoris dominio connumerantur. Serui autem distracti sub lege commissoria, in venditoris dominio connumerantur. in quo casu pone ita exemplum: Testator vẽdiderat Titio Stichum & Pamphilum pro viginti sub conditione, si solueret ei Titius pretium prædictũ vsq; ad mensem. & postea transiuit mensis antequam emptor solueret pretium, vel etiam non transiuit. certe adhuc est dominium venditoris. fuit enim facta venditio sub conditione, & non sub conditione resoluenda. Item serui addicti ad diem, venditoris in dominio connumerantur. in quo casu pone ita exemplum: Testator vendiderat Titio Stichum & Pamphilum sub conditione, si alius non attulerit meliorem conditionẽ intra mensem. & ita fuit conditionalis venditio: & non fuit resoluenda sub conditione. Scias etiam quod æris alieni loco deducũtur in ratione legis Falcidiæ, non solum pretia alienorum seruorum quibus libertas est data per testatorem ab hærede suo, vt dictum est in. l. eius. ij. respon. & eorum seruorum testatoris qui supplicio sunt affecti, eo quòd dominum eorum non iuuerunt cum occideretur, cum scirent eum occidi: sed etiam eius serui pretium æris alieni loco per hæredem deducitur, quem seruum prætor donauit libertate propter indicium proditæ mortis domini per seruum, vel propter indicium coniurationis domini per seruum: & propter indicium coniurationis reorum detectæ per seruũ, puta quia detexit seruus coram prætore reos, siue malefactores qui simul iurauerant occidere dominum ipsius serui: & prætor eum libertate donauit. & hoc dicit

Si seruus legatur pure vt manumittatur in diem, vel sub cõditione: hoc legatum interim defalcatur. sed quoad alios legatarios interim talis seruus exemplo statuliberi æstimatur. hoc dicit cum. l. seq. Bartolus.

¶ Si incertũ sit an libertas præstari debeat, veluti quòd sub conditione, vel post tẽpus data sit: [a] nũquid incerto eo an præstetur, cũ posſit, aut seruus mori, aut cõditio deficere, interim Falcidia admittẽda est? [b] deinde cùm libertas competere vel deberi cœperit, tum legatarius illam partem recipiat [c] quam Falcidia detraxit? Cæcilio placebat, si quid ex operis ei[9] medio tempore consecutus fuerit hæres: [c] pretium eius in id [e] * erogare eum debere propter legis Falcidiæ rationem.

XXXVII. VALENS libro sexto de Fideicommiſsis.

EIus serui [f] æstimatio perinde ac statuliberi [g] fieri debet. Sed & si hęres seruum alienum rogatus est manumittere: placuit vt etiam eius pretiũ ex æstimatione hæreditatis deduci [h] debeat.

XXXVIII. HERMOGENIANVS libro primo iuris Epitomarum.

STatuliber hæredis non auget familiam. [i] ¶ Communes serui in vtriusque patrimonio connumerantur. ¶ Cuius vsusfructus alienus est, in dominio proprietarij * connumeratur. Pignori dati, in debitoris: [k] sub lege commiſsoria distracti, item ad diem addicti, in venditoris. [l]

In computatione Falcid. habetur consideratio pretii seruorum quibus est data libertas: & etiam eorum qui supplicio vltimo sunt affecti: & eorum qui in præmium libertatem accipiunt. Alexand.

XXXIX. PAVLVS libro tertio Sententiarum.

AEris alieni loco deducuntur, non solùm pretia eorum [m] quibus libertas data est, & eorum qui supplicio sunt affecti: [n] sed & eius quem prætor propter iudicium proditæ mortis, vel detectæ coniurationis reorum, * libertate donauit. [o] †

Testamentum veterani, etiam si decesſit vsque ad. l. ad veterani. Viuianus.

a *Data sit.* seruus vero pure legatus sit. Azo.

b *Admittenda est.* in legato serui: vt incipiat communis esse hæredis & legatarij: vt. j. eo. l. Plautius. hoc tamẽ reprobari videtur. vt. ſ. eo. l. in ratione. §. j. &. j. e. l. eius. &. l. ſtatuliber. Azo.

c *Recipiat.* ipso iure translato in eum dominio ab hærede. Azo.

d *Fuerit hæres.* scilicet pro quarta portione seruí quam habuit occasione Falcidiæ quã pendente conditione libertatis lex permiſit detrahi: vt ſuperius dixi. Azo.

e *In id.* l. in Falcidia, vt tanto minus detrahat ab aliis legatariis. nam ob hoc certum est quòd non detrahit: vt ſ. eo. l. Iulianus. & facit j. eo. l. cũ quo. §. is qui. &. j. titu. j. l. iij. §. quotiens. &. ſ. eo. l. quod de bonis. §. fructus. * *Flo. proprietatis*

f *Eius serui.* legati pure, & sub conditiõe manumiſsi: vt. ſ. l. proxi. §. fi. dixi. Accur.

g *Statuliberi.* qui non auget familiã hæredis: vt. j. l. proxi.

h *Debeat deduci.* ſic. j. eo. l. æris. &. j. tit. j. l. j. §. in quibuſdam. & inſtitut. eod. §. cum autem. Accurſius.

i STatuliber. Familiam. id est, substantiam. ſic. C. de verbo. ſigni. l. fina. & est hoc verum quoad Falcidiam. vere tamen in dominio hæredis sunt pendẽte conditione: vt infra, de ſtatulibe. l. ſtatuliberi. compendium tamen medij temporis computatur in Falcidiam. & sic proficit cæteris legatariis: licet non ei cui legatus fuerit vt manumitteret: quia nec Falcidiam patiebatur: vt supra, eodem. l. ſed ſi non seruus. §. fina. ſed & ſi ponas aliam rem ei sub conditione legatam, compendium temporis proficit: vt. j. eo. l. in quantitate. §. magna. * *Flo. eorũ* † *Memorabile exemplum huius scemodi mæ numiſsionis refert Liuius li. 2. ab vrb. cond.*

k *In debitoris.* facit ad prædicta. ſ. ad Sillañ. l. j. §. j. &. ij. & qui ſatisda. cog. l. ſciendum. §. j. &. ij.

l *In venditoris.* immò in lege commiſsoria est emptoris: sed non soluta pecunia redit in dominium venditoris: vt. C. de pac. inter empt. & vendi. l. commiſsoriæ. contra. Sed dic quòd fuit tradita posſeſsio precaria: vt. ſ. eo. titu. l. qui ea legẽ. vel hoc accipe, quando iam ceſsauerat in ſoluendo. vel pone quòd fuit facta sub conditione, non autem reſoluenda sub conditione. Item ad pactum addictionis in diem est contra. ſ. de in diem addic. l. vbi autem. §. sed & Marcellus. vbi est in dominio emptoris. Solu. vt etiam prędictum contrarium ſolui.

m *Aeris. Eorum.* seruorum alienorũ: vt supra, eo. l. ſed ſi non. §. ſin vero. &. l. eius.

n *Affecti.* quia non iuuerunt dominum, cum esſent sub eodem tecto: vt. ſ. ad Silla. l. j. in princip.

o *Donauit.* hoc tamen casu ſoluit fiſcus pretium domino: vt argu. C. pro quib. cau. ſer. lib. l. antepe. Vel ibi est ſpeciale eo casu. Vel ſoluit de propria burſa fiſcus, ſed postea detrahit de hæreditate: vt hic innuit. & facit. ſ. ad Silla. l. iij. §. ſi ex ſtipulatione. &. l. domino occiſo. &. j. de bo. lib. l. ſi necem.

AD veterani.] CASVS. Titius paterfami. vel etiam filiusfami. fuit miles, & postea fuit remiſſus de militia: & sic fuit effectus veteranus. & post miſsionem teſtamentum fecit intra annũ miſsionis. numquid in eo habet locum lex Falcidia, si reliquit legata vltra dodrantẽ? Et dicitur quòd sic: & hoc siue decedat intra annum miſsionis, siue post. [*SI CVI, SI DECEM.*] Inſtitui mihi hæredẽ Titium, & multa legata ab eo reliqui, etiã vltra dodrantem: inter quæ legaui Seio fundum valentem. xx. sub conditione, si daret hæredi meo decem. certe dicitur hic quòd hic legatarius habetur legatarius in toto fundo, scilicet quantum ad hoc vt de toto fundo posſit detrahi Falcidia per hæredem: non

obstante quòd ipse dedit hæredi decem causa implendæ conditionis legati fundi. Viuianus.

a *Ad veterani.* i. eius qui missus de militia testatur: quia de iure communi eũ testari oportet. secus si in militia testatus sit, & intra annum decedat: vt. ĩ. eo. l. si miles. & l. fi. &. s. eo. l. si post.

b *Legatarius habebitur.* contra. s. de leg. j. l. non amplius. in princip. Solu. ibi vt non possit in plus grauari: vt. s. de le. j. l. ciuitatibus. §. fin. hic vt totum defalcetur. sic supra, eo. l. si à me. Item contra. s. eo. l. si dignũ. & l. in ratione. §. vendere. sed hic datur causa implendæ conditionis: ibi pretium est. ad quod infra, e. l. in quartam. in fin. & supra, tit. j. l. Plautius. in princip. &. §. diuersum. &. ĩ. eo. l. si fundus. & l. qui fundum.

Dolo carere.] CASVS. Instituimihi hæredem Titium: & multa legata ab eo reliqui. postea ponamus, natus fuit mihi posthumus, & sic ruptum fuit testamentum. egit iste posthumus contra dictum Titium hæredẽ, & petiit ab eo hæreditatem. interim Titius soluit legata dictis legatariis, & non accepit cautiones de restituendis sibi legatis, si euicta foret ei hæreditas. certe non videtur carere dolo ipse Titius quantum ad hoc. vnde euicta postea sibi hæreditate tenetur victori restituere legata prædicta, ac si ea haberet, & habeat damnum, si nó fecit sibi per legatarios caueri. Viuianus.

c *Cautionibus.* scilicet euicta hæreditate legata reddi: vt. C. de lega. l. si in fraudem. Item no. hic de dolo præsumpto. [a] sic. s. mãd. l. si procuratorem. §. dolo. & l. dolus. Sed argu. contra. C. de dolo. l. dolum. Item facit. ĩ. titu. j. l. hæc autem. §. fina. &. s. de peti. hære. l. quòd si possessor. & supra, ad exhi. l. Iulianus. §. si tibi. & supra, de peti. hæredi. l. fina. §. j.

[a] *Dolus præsumptus, & lata culpa, quo modo differant Bar. ff. l. qđ Nerua. s. depos. & ibidẽ. Alex. Bald. in l. pignus. C. de pignera. actio.*

In Falcidia.] CASVS. Hæc lex dicit quòd in ratione quam trahit hæres cum legatariis, ad sciendum, vtrum habeat locum lex Falcidia vel non, est facienda æstimatio pretij rerum hæreditariarum ex veritate, & non ex affectione alicuius. Viuianus.

d *In Falcidia.* facit. ĩ. e. l. in lege Falcidia. §. corpora. & l. pretia.

Erui qui apud.] CASVS. Tempore mortis testatoris qui multa legata reliquerat, erant quidam sui serui ab hostibus capti: & postea fuerũt reuersi post mortem testatoris. certe quantum ad rationem legis Falcidiæ faciunt dicti serui locupletiorem hæreditatem, vt sic minor legatariis Falcidia detrahatur: licet tempore mortis testatoris non essent in hæreditate. nam ex quo reuersi sunt, finguntur numquam capti fuisse. Viuianus.

e *Hæreditatem.* quia finguntur non fore capti: vt. ĩ. de capti. & postliminio reuer. l. postliminium. §. transfugæ. aliàs contra: vt. s. eodem. l. in ratione. §. j.

Falcidia.] CASVS. Instituimihi hæredem Titium, & multa legata ab eo reliqui, & seruo meo Sticho dedi libertatem sub conditione, si daret dicto meo hæredi decem. postea dictus Stichus qui dicitur statuliber, dedit dicta decem hæredi de alieno, & non de bonis mei defuncti. numquid dicta decem imputantur hæredi in Falcidiam, vt propter ea decem minorem aliis legatariis detrahat Falcidiam? Et dicitur quòd non. & idem est, si ego testator dedi libertatem Gaio liberto sub conditione, si daret hæredi meo decem: & ipse Gaius credens se esse seruum meum dedit decem hæredi de peculio quod non erat hæredis. nam & ista x. non imputat sibi hæres in Falcidiã, cum ea teneatur restituere dicto Gaio. Viuianus.

f *Non potest.* i. non imputatur hæredi in Falcidia. & no. de alie-

intra annum missionis, non est priuilegiatum circa detractionem Falcidiæ. Alexã.

XL. HERMOGENIANVS libro quarto iuris Epitomarum.

AD veterani [a] testamentum, siue paterfamiliàs, siue filiusfamiliàs sit: licet intra annũ missionis decedat, lex Falcidia pertinet. ℣ Si cui, si decẽ dedisset, viginti fundus fuisset legatus: is in toto fundo legatarius habebitur. [b]

XLI. PAVLVS libro nono ad Edictum.

DOlo carere non videtur, si iam mota quis controuersia hæreditatis, legata sine cautionibus [c] det.

XLII. VLPIANVS libro quartodecimo ad Edictum.

IN Falcidia [d] æstimatio pretij rerũ ex veritate facienda est.

Res quæ post mortem superuenerunt ex causa habente originem in vita testatoris, computantur in patrimonio. Alexand.

XLIII. IDEM libro nonodecimo ad Edictum.

SErui qui apud hostes sunt, post mortem testatoris reuersi (qđ ad Falcidiã ptinet) locupletiorẽ faciũt hæreditatẽ. [e]

A no. secus si de suo peculio: vt. ĩ. eo. id autẽ. & intelligitur de suo: vt. ĩ. de dona. causa mor. l. quod statuliber. Accursius.

g *Impleuit.* credens se seruum impleuit conditionẽ sub qua erat relicta libertas, & dedit de peculio quod non erat hæredis: vnde potest repeti: vt. s. de cõdi. ob causã. l. dedi. §. si liber. &. §. si quis. nam quia repetitur, patet quòd per Falcidiam non retinetur. Alij dicunt quòd alius liber homo dedit de suo proseruo cui erat relicta libertas, si decem daret hæredi.

XLIIII. IDEM libro vicesimoprimo ad Edictum.

FAlcidia interuenire non potest, [f] si statuliber de alieno dedit, non de bonis defuncti: vel aliàs est homo liber, qui cõditionem impleuit. [g]

XLV. PAVLVS libro sexagesimo ad Edictum.

IN lege Falcidia non habetur pro puro quod in diẽ relictũ est. medij enim tẽporis cõmodum cõputatur [h] in his legatis, quæ sub cõditione relicta sunt.

B Proculus putabat cum quæritur de lege Falcidia, tantũ esse in legato, quanti venire [i] posset. * Quòd si est, & deductio sic potest fieri, vt tantum videatur inde * deberi, quanti nomen venire potest. Sed hæc sententia nõ probatur. Cautionibus [k] ergo melius res temperabitur.

XLVI. VLPIANVS libro septuagesimosexto ad Edictum.

QVi quod per Falcidiã retinere poterat, voluntatem testatoris secutus spondit se daturum: cogendus

C est soluere. [l]

In lege Falcidia.] CASVS. Hæc lex dicit quòd in dicta ratione non habetur pro puro illud legatum quod in diem relictum est. commodũ enim medij temporis computatur hæredi in Falcid. Sed ponẽdi quòd quædam legata fũt relicta pure, & quædam sub condit. quid computabimus esse in legatis cõditionalibus *Fl. post cum trahitur dicta ratio legis Falcidiæ? Et certe dixerunt quidam *Fla. vitantũ esse in legatis cõ tm vi ditionalibus, quantum vi. Sed vendi possunt. & de il. hoc loco lo pretio quo vẽdi possunt sicut pro sunt, id est, habito respectu ad illud pretiũ quo vendi possunt, potest de eis hæres Falcidiam detrahere. sed hæc sententia reprobatur, imò melius est quòd res temperetur per cautiones, scilicet vt hæres incontinenti soluat legata illis legatariis quibus legatum est pure, & propter quorum sola legata non haberet locum lex Falcid. & non habeatur nunc ratio legatorum conditionalium, sed expectetur eorum conditio: & legatarij quibus legatum est pure, & quibus hæres soluit legata, caueant hæredi de reddendo ei quantum plus apparuerit eos accepisse tempore existentis conditionis legatorum conditionalium, quàm per legem Falcidiam eis accipere liceret. Viuianus.

h *Computatur.* vt &. s. eo. l. sed si non seruus. §. fi. & facit hic versum, in his &c. secundum alios, nó: sed ibi, Proculus &c. vt dicebat Azo. & facit. ĩ. eo. l. circa. &. l. in quantitate. §. in diem. &. l. qui quadringenta. §. fi. &. s. man. l. si mandauero tibi. in prin.

i *Venire.* sic. s. de condic. fur. l. si seruus. §. quòd si pendente.

k *Cautionibus.* vt reddat quãto plus accepit: vt. s. l. j. §. si in annos. &. ĩ. eo. l. lex Falcidia. sed contra. ĩ. eo. l. cum Titio. Solu. ibi.

D *Qui quod.*] CASVS. Hæc lex dicit quòd si hæres potest detrahere Falcidiam ex eo quod testator legauit vltra dodrãtem bonorum suorum, & nihilominus promisit legatariis se soluturum eis integra legata secundum voluntatem testatoris: cogendus est soluere integra. Viuianus.

l *Soluere.* sic. C. e. l. fi. &. s. de condic. indebi. l. fideicommiss. &. ĩ. de dona. l. si patronus. §. j. Sed argu. contra. s. eo. l. quod de bonis. §. j. *ADDITIO.* Dic secundum Barto. quod ibi loquitur eo viuo: hic post mortem.

Ex Falcidia.] CASVS. Instituimihi hæredem Titium, & multa legata quibusdam reliqui: inter quæ reliqui Seio annua decem, & ita habet se modus, siue quantitas dictorum legatorum vt nunc non habeat locum lex Falcid. sed si soluantur dicta decem annua per decem annos futuros, locum habeat Falcid. quæro, qualiter hæres meus habeat hic facere circa rationem legis Falcid. cum dicto Seio? & certe quamdiu Falcidia nondum locum habet, integræ pensiones annuæ dabuntur per hæredem dicto Seio, id est, integra decem omni anno: & debet cauere Seius hæredi de reddendo ei quanto plus apparebit postea eum accepisse, quàm licuerit ei capere per legem Falcid. aduenientе autem postea anno, quo anno, id est, propter solutionem cuius anni fit, vt contra legem Falcid. aliquid debeatur dicto Seio legatario,

euenit

BIU Cujas

eueniet vt retro minuantur omnia legata singulorũ annorum. & sic repetet hæres à dicto Seio legatario quartã cuiuslibet anni legati ex vi prędictę stipulationis. & ita ex postfacto apparet locum habere legem Falc. in omnibus pensionibus. [NVMQVAM.] Institui mihi hæredem Titium, & legaui. c. Seio: & rogaui Seium prædictũ vt dicta centũ restitueret, siue daret Gaio, & decessi. postea soluit hæres Seio. c. prędicta detracta ex eis Falc. vel non detracta, non facio vim. nũquid Seius cũ dat postea dicta centũ Gaio, potest ei detrahere Falcid? Et dicitur ꝙ non, & idem est si per fideicom. reliqui dicta centum Seio: & rogaui eũ ꝙ daret ea Gaio. Item idem est, si dictum meũ hæredem rogaui per fideicõmiss. vt restitueret hęreditatem meam Seio: & rogaui Seium ꝙ eam restitueret Gaio. nã si hæres restituat ex Trebelliano Seio hæreditatẽ detracta, vel nõ detracta quarta, non facio vim, nó detrahet quartam Seius Gaio prædicto cum restitueret ei hęreditatem. Viuianus.

Si legatum annuũ relinquitur: non ante defalcatur, quàm eueniat dies soluendi legatum per quod Falcidia interuenit. Alex.

XLVII. IDEM libro septuagesimonono ad Edictum.

LEx Falcidia, si interueniat, in omnibus pẽsionib[9] [a] locum habet: sed hoc ex postfacto apparebit [b]: vtputa in annos singulos legatum relictum est. quamdiu Falcidia nondum locum habet, integræ [c] pensiones annuæ dabuntur. Sed enim si annus venerit, quo fit vt contra legem Falcidiam vltra dodrantem aliquid debeatur: eueniet vt retro omnia legata singulorum annorum imminuantur. ¶ Numquam legatarius vel fideicõmissarius [d], licet ex Trebelliano senatusconsulto restituatur ei hæreditas, vtitur legis Falcidiæ beneficio.

Obligatio dupli inter hæredem vel testatorem consistens, hæredi & contra hæredem reseruatur in simplum ad excludendã Falcid. Barto.

a *Pensionibus*. id est, petitionibus.

b *Apparebit*. scilicet quandoque.

c *Integræ*. accepta cautione, quanto plus &c. vt. s. l. j. §. si in annos. & infra, eod. l. legis Falcidiæ. Sed contra. j. eo. l. hæreditatum. vbi ab initio fit computatio. Solu. ibi fit computatio propter cæteros legatarios: hic cum eo cui est relictum hoc annuum. & eodem modo solu. j. eo. l. cum Titio. & sic intellige. s. eo. l. pœnales. §. annua.

d *Fideicommissarius*. specialis vel generalis: vt subiicit. sed fallit in generali in duobus casibus, scilicet quando hæres sponte adiit, & sponte Falcid. non detraxit volens liberalitatem exercere in fideicommissarium: & hoc si ab hærede relicta sunt legata. cæterum si à fideicommissario nũquam detrahet Falcidiam. Item in alio, si coactus hæres adiit, tunc enim fideicommissarius detrahit Falcidiam: quia absurdum est legatariis plus præstari quàm præstaretur, si hæres sponte adiisset: vt infra, titu. ij. l. j. §. inde Neratius. & l. Marcellus. §. quòd si suspecta. & l. facta. §. si cum suspecta. facit ergo hic. §. pro opinione Azo. qui dixit legatarium non detrahere Falcid. Sed alij contra, si eis detrahatur: pro quibus est supra, eod. l. pœnales. §. fina. & C. communia de lega. l. j. §. j. quæ sunt contra. Sed dic vt in qualibet earum not. hanc autem intelligebant quando eis non detrahebatur.

CVm emptor.] CASVS. Titius vendidit mihi fundum pro centum, & promisit mihi de dupla nomine euictionis. postea fecit dictus venditor testamentum, & instituit sibi hæredem meipsum emptorem, & multa legata quibusdam reliquit etiam vltra dodrantem hæreditatis suæ, ita quòd habuit postea locum lex Falcidia. postea vel etiam ante mortem venditoris eiusdem testatoris Sempronius euicit mihi per sententiam dictum fundum: & ideo debeo recipere ex hæreditate venditoris in qua ipse venditor me instituit, duplum nomine euictionis. numquid ergo emptor idémque hæres venditoris debeo deducere de hæreditate venditoris duplum nomine euictionis tanquam æs alienum, vt sic maiorem Falcidiam detraham legatariis supradictis? an vero simplum tantum debeo deducere? Et videtur quòd duplum: quia duplum esset detrahendum, si alius hæres extitisset venditoris, & non ego emptor, & mihi emptori per hæredem venditoris præstandum. benignius est tamen in simplum mihi emptori imputari, vt scilicet illud tantummodo detraham tanquam æs alienum. & idem est econtra, si ego emptor institui mihi hæredem dictum venditorem, & multa legata quibusdam reliqui, & mihi euictus fuerit dictus fundus: scilicet vt dictus venditor hæres meus debeat sibi computare in hæreditate mea quam habet, simplum nomine euictionis, & non duplum: vt sic pro illo simplo taliter computato minorem legatariis detrahat Falcidiam: quamuis si alius hæres extitisset mihi emptori, duplum imputaretur ei in hæreditate mea, vt pro eo duplo taliter imputato tanto minorem Falcid. legatarij detraherent, quòd duplum ipse alius hæres meus recuperaret à venditore qui non esset meus hæres. Viuianus.

XLVIII. PAVLVS libro secundo ad Edictũ Aediliũ Curulium.

CVm emptor venditori, vel contra, hæres exstitit: euicto homine vtrum duplum in æs alienum deducere vel computare debeat, an simplũ [e]? duplum enim esset si alius hæres extitisset. Et benignius est eodem hęrede existente simplum ei imputari.

Spes defalcandi communis est hæredis & legatarii: & quod legatur seruo cõmuni, eis acquiritur quibus potest. Barto.

XLIX. IDEM libro duodecimo ad Plautium.

PLautius [f]. Seruo quem tibi legaueram, fundum legaui. Atilicinus, Nerua, Sabinus primum in seruo rationẽ legis Falcidiæ habendam: & quota pars ex eo decederet, eam partem in fundo legato inutilem futurã: deinde ex reliquis partibus fundi legis Falcidiæ portionẽ decessuram, sicut ex omnibus legatis. Simplum. imò duplum: vt supra, de hære. vel act. vendi. l. ij. §. si Titius. Sol. ibi. Item no. quòd non admittitur vt quilibet. sic supra, de euict. l. non tamen. Sed arg. contra. s. eo. l. si à me. Item facit C. eo. l. in imponenda. Accursius.

Plautius seruo.] CASVS. Ego institui Plautium mihi hæredem: & seruum meum Stichum legaui Titio à dicto Plautio meo hęrede, & decessi. postea Plautius hæres meus fecit testamentũ, & dicto Sticho fundum legauit ab hærede suo Plautij: & decessit idé Plautius. vnde hæres Plautij debet soluere legata à se relicta p Plautium, & relicta à Plautio per me. cum autem habeat locum Falcidia in legatis à me relictis, & in legatis relictis à Plautio hęrede meo, ex eo quòd vltra dodrantes legauimus: quæritur, qualiter deducto Sticho seruo meo, & deducto fundo Sticho per Plautiũ legato, debeat hæres Plautij detrahere Falcidiam? Et responderunt tres iurisconsulti, scilicet Atilicinus, & Nerua, & Sabinus, primo habendam rationem legis Falcidiæ in dicto seruo Sticho: & quota pars ex eo Sticho decederet per legem Falcidiã, eam partem, id est, quantum valet illa pars, futuram inutilem legatario in legato fundi. postea autem reliquis partibus dicti fundi dixerunt decessuram portionem legis Falcidiæ, sicut decedit ex omnibus aliis legatis. & ita dixerunt quòd de fundo detrahatur Falcidia pro seruo, & pro fundo. Cassius autem reprehendit eos dicens: Quando de seruo legato pars legis Falcidiæ decedit, quod est vbicumque habet locum lex Falcid. in hæreditate illius qui legauit seruum, incipit seruus legatus fieri communis hæredis pro quarta nomine Falcid. & legatarij pro tribus partibus eiusdem serui. & si sit legatum dicto seruo taliter communi sibi & legatario, vt dictum est, totum legatum seruo relictum pertinet ad socium legatarium: quia in ea persona scilicet legatarij socij, legatum consistere potest. q. d. non in persona hęredis qui legauit seruo communi sibi & legatario. quia ergo tali modo detrahitur Falcid. de seruo legato, vt efficiatur seruus communis hæredis & legatarij pro his partibus quas dixi, & quia totum legatum fundi relictum ab hærede dicto seruo pertinet ad solum legatarium, & non ad hęredem qui legauit vt dictum est, remanet pro constanti quòd ex fundo non detrahitur Falcid. nisi semel, id est, pro ipso fundo, & non pro fundo, & pro seruo legato. vnde male dixerunt dicti tres iurisconsulti. Vnde Paulus quintus iurisconsultus vtitur sententia Cassij reprehendentis dictos tres: & non vtitur sententia eorum trium. & dicit idem Paulus quòd diuus Pius imperator rescripsit idem in fideicommiss. relicto seruo communi per vnum de dominis quòd scripsit dictus Cassius in legato, scilicet quòd totum pertineat ad alium socium qui non reliquit seruo cómuni fideicommiss. & habeas talem literam in princi. huius legis qualem ego habeo: Plautius seruo quem tibi legaueram fundum legauit: Atilicinus &c. sed quidam habent talem literam: Plautius scilicet ait hoc quod sequitur: Seruo quem tibi legauerat, scilicet aliquis testator, fundum legauit. Atilicinus &c. sed mea litera est melior, & secundum eam posui vobis casum. Viuianus.

e *Simplum*. imò duplum: vt supra, de hære. vel act. vendi. l. ij. §. si Titius. Sol. ibi. Item no. quòd non admittitur vt quilibet. sic supra, de euict. l. non tamen. Sed arg. contra. s. eo. l. si à me. Item facit C. eo. l. in imponenda. Accursius.

f *Plautius*. scilicet ego. & habeas infra legaueram, & legaui. vel habeas, legauerat & legauit: & sic in tertia persona. & secundum primam testator format quæstionem. & facit supra, de leg. j. l. seruo legato. Accursius.

BIU Cujas

a *Cassius.* reprehendens prædictos.
b *Et legatarii.* sic ergo ipso iure Falcidiam resecat: vt &. ff. e. l. linea. &. j. e. l. in quantitate. §. in diem. in fin. §.
c *In eam.* quare ei totum legatum quæritur: sed in legato ei relicto locum haberet Falcidia. ergo & hic: vt subiicit. Azo.
d *Qua ratione.* quia totum legatum quæritur socio: ergo in eo toto locum habet Falcidia.
e *Ex fundo.* s. dotali.
f *Cassii.* reprobata sententia Neruæ, & Sabini, & Atilicini.
g *Diuus Pius.* non solũ Cassius. ad quod est supra, pro socio. l. verum. §. si seruo. Sed cõtra. j. de acquirẽ. rerum do. l. per seruũ. §. j. Sol. quòd ibi dicit fieri sociorũ quod donat vnus dominorum seruo cõmuni, verum est cæterorũ: non autẽ donanti aliquid remanet: & sic concordat. Item contra. j. de stipu. ser. l. proinde. §. si seruus cõmunis. sed aliud ibi in stipulatione quando stipulatur seruus cõmunis ab vno dominorum vt pro parte remaneat penes promittentem: quia stipulatio non fit ibi ex causa lucratiua: hic autem in legato vel in donatione est lucratiua. Accursius.

Interdum.] CASVS. Institui mihi hæredem Titium, & legaui Seio fundum Titianũ: & ad eum fundũ Titianũ legaui viam per aliũ meũ fundũ, puta Seianũ. & multa alia legata reliqui quibusdã, ita ꝙ excessi dodrãtem: & decessi. nunc hæres meus vult detrahere legatariis Falci. vnde quæritur, qualiter possit detrahere de fundo Titiano, & de via ei legata? Et dicitur ꝙ propter rationẽ legis Falc. de fundo detrahendæ sequens legatum. s. viæ extinguitur. nam cum pars fundi deberet remanere in hæreditate nomine Falci. si nõ esset ad eum legata via, ex eo. s. quòd posui locum habere Falci. in hæreditate mea: non potest procedere viæ legatum: quia per partem dimidiã seruitus viæ adquiri nõ posset legatario cui remanent tres partes fundi pro indiuiso. Si ex fundo detraheretur Falcid. quo modo ergo non potest procedere legatũ viæ hoc casu? Respondeo ꝙ legatarius debet capere integrũ fundum, & viæ legatũ debet perire, scilicet quando plus capit Fal. detrahenda de fundo & de via, quàm sit viæ æstimatio: vel etiam tantum, & nõ plus. si autem minus capit, Falcidia, quàm sit æstimatio viæ, tunc debet legatarius capere per totum fundum & totam viam: ei tamen legatario totam viam ad fundum petenti tãdiu per hæredem doli exceptio opponetur, quãdiu soluat hæredi legatarius tantum quantũ erat nomine Falcidiæ detrahendũ de fundo & via: vt hoc habes. ff. e. si fundum mihi. si autem de fundo nil nomine Falcidiæ erat detrahendum, valet legatum fundi & viæ, & non opponitur aliqua exceptio legatario viam petenti: quia tunc nõ dicitur adquiri seruitus viæ pro parte, vt hic colligitur, & dicta. l. si fundus mihi. Viuianus.
h *Fundi.* legati. Accursius.
i *Remanserit.* propter Falcidiam.
k *Hæreditate.* nomine Falcidiæ, ita vt æquiualeat æstimationi viæ, vel plus valeat. secus si min⁹ valet quod dic vt. ff. e. l. si fund⁹ mihi.
l *Non potest.* facit. j. de verbo. oblig. l. si sub vna. §. j.

NON est dubium.] CASVS. Titius libertus Seij instituit dictũ Seium patronum suum hęredem cum haberet hic libertus in bonis ducentos aureos: & legauit filio suo liberti centum viginti aureos. & cuidam extraneo non capaci reliqua octoginta: & sic

gatis. Cassius[a] ait, Quòd [si] seruo pars lege Falcidia decedat, incipere seruum fieri communem hæredis & legatarij[b]. communi autem seruo cum legatum sit, totũ pertinere ad socium: quia in eam[c] personam legatum cõsistere possit. qua ratione[d] semel ex fundo[e] partem legis Falcidiæ decessuram. Paulus: Cassij[f] sententia vtimur. nam & diuus Pius[g] rescripsit seruo communi fideicommissum datum, totum ad sociũ pertinere.

Vbi legatur fundus, & via ad ipsum: legatum viæ extinguitur, si tantũ est in Falcidia, aut plus quantum via. Alexan.

Interdum euenit, vt propter rationẽ legis Falcidiæ sequens legatum extinguatur: veluti si fundus, & ad eum via legata sit per alium fundum. Nam si pars fundi[h] remanserit[i] in hæreditate[k], non potest[l] procedere viæ legatum: quia per partem seruitus adquiri non potest.

Legata inutilia minuunt vel excludunt Falcidiam: siue sint inutilia à principio, siue ex postfacto. hoc dicit cum. l. seq. Alex.

L. CELSVS libro quarto decimo Digestorum.

NOn est dubium quin ea legata à quibus hæres summouere exceptione petitorẽ[m] potest, in quartã ei imputentur,

A nihil remanebat penes patronum hæredem: sicque habebat locum lex Falcidia si hæres solueret legatum extraneo non capaci. cum ergo non soluat non capaci, proficit hoc filio ad consequenda solida quæ ei legata sunt. nam non est dubium quin ea legata à quibus summouere hæres exceptione legatarium potest quacumque ex causa, ita ꝙ ea ei nõ præstat, in quartã * hæredi imputantur, ne cæterorũ legata minuantur. nec interest vtrum ab initio quasi inutile fiat legatum: an ex accidenti postea inutile fiat. & hoc dicit cum duabus. ll. seq. Viuian[n].

* *Fl. hoc ex rerũ leg. ta immun.*

m *Petitorem.* quia nõ sit capax. ad quod. ff. eo. l. in ratione. in prin. & l. in ratione. ij. §. pen. & fin. & l. si à seruo. & infra. e. l. id autem quod. & l. ex asse.

n *NEc interest.* quãdoque tamẽ interest: vt infti. de leg. §. ex cõtrario. & j. de verbo. oblig. l. pluribus. §. fina. Accursius.

ne cæterorũ legata minuãtur*.

LI. IVLIANVS libro sexagesimoprimo Digestorum.

NEc interest[n] vtrùm ab initio quasi inutile fuerit, an ex accidente postea in eum casum peruenerit legatũ, vt actio eius denegaretur.

Legatum inutile propter incapacitatem legatarii, prodest aliis legatariis. hoc dicit secundum vltimum intellectum glos. Bar.

B LII. MARCELLVS libro nono Digestorum.

EX asse patronum hęredem instituit libertus cum ducentos aureos in bonis haberet: & legauit filio[o] centum viginti, extraneo[p] reliqua. Deminutio legati quod extraneo præstatur*, proficit filio ad cõsequenda solida quæ ei legata sunt. Quacumque ex causa legata non præstantur, imputantur hæredi in quartam partem: quæ propter legem Falcidiam remanere apud eum debet.

LIII. CELSVS libro septimodecimo Digestorum.

C SI propter ea quæ sub cõditione legata sunt, pendet legis Falcidiæ ratio: præsenti die data nõ tota vindicabuntur[q].

A defuncto hæredibus debitum, vt as alienum detrahitur. Barto.

LIIII. MARCELLVS libro quintodecimo Digestorum.

o *EX asse. Filio.* sui testatoris. cæterum filio hæredis frustra legatur vt & seruo: vt instituit. de leg. §. an seruo. & quod sequitur, sic ordina: quia filio. cxx. & extraneo reliquit. s. reliqua, ita ꝙ locus est Falcidiæ. Vel dic. c. filio, & extraneo xx. & subaudi, & alia aliis. Si autem diceret. c. filio, & xx. extraneo legata, & nihil plus: non posset hæres vti Falcidia, cum habeat plus quarta. Itẽ quod subiicit deminutio legati extraneo relicti, dic per legem Falcidiam. prodest enim filio: quia si non posset defalcari legatum extranei, detraheretur de legato filij quod esset defalcandum de vtroque: secundum H. arg. ff. eo. l. plane. Vel dic quòd deminutio fit extraneo: quia est filius naturalis: vnde non potest capere nisi partem: vt. C. de natu. libe. l. ij. cum enim iure hæreditario remaneat penes hæredem, cõputantur ei in quartam: & eo minus detrahit aliis: vt. j. in. l. proxi. Et quod subiicit, ad consequenda legata solida, scilicet magis quàm consequeretur si de legato extranei nil deminueretur: non tamen forte insolidum consequetur filius.

* *Flo. præfiat legatis præfic.*

p *Extraneo.* secundum vltimam casus positionem dic extraneo, id est, filio naturali. duos enim habebat filios: vnum legitimum, D alium naturalem, qui vocatur extraneus. Accursius.

SI propter.] CASVS. Institui mihi hæredem Titium: & multa legata pure & sub cõditione reliqui: inter quæ reliqui Seio. c. pure, & fundum sub condi. propter conditionalia autem prædicta legata non possumus adhuc esse certi vtrum habeat locũ Falcidia, vel non. Seius petet ab hærede meo legatum sibi relictum: & offert ei cautionem de restituendo ei quicquid postea apparuerit eum accepisse vltra quàm patiatur lex Falcidia. nunquid hæres tenetur ei dare integrũ purum legatum? Et dicitur quòd non, immo potest in hoc dubio detrahere Falcidiam de eo. & si postea deficiant conditiones legatorum conditionalium, sicque appareat non habere locum legem Falcidiam, restituet hæres Seio quartam quam ei detraxit. Viuianus.

a *Nota ter hoc. cm: quia res quas agit cum galario, bet cum appenso de cautio*

q *Vindicabuntur.* cautione non præstita[a], sed ea præstita sic: vt ne: per ff. e. l. j. §. interdum. & §. si in annos. & l. is cui. & l. in lege Falcidia. & j. e. l. hæreditatum. & l. in quantitate. §. sed & si legata. & j. tit. j. l. j. §. si legata. quæ sunt contra. sed H. dicit referre, an purum vel conditionale sit ei relictum: & sic hic loquitur vt sit in electione hæredis an purum vni, & conditionale alij, & sic contraria vt purum petatur præstita cautione: vt in contrariis.

qua mut. tur hic. C. quæ leg. C. ff. e. tit. p. rum leg.

Pater

Pater filium.] CASVS. Titius habens filium Seium, & habēs ex eo tres nepotes, instituit sibi hæredem dictum suum filium, & commisit fidei eius ne fundū suum testatoris alienaret: & etiam vt in familia eum relinqueret: & decessit hic Titius. Postea filius decessit, & instituit sibi hæredes dictos suos tres filios: & multa legata ab eis reliquit, ita quòd habebat locū lex Falcidia: & decessit. nunc legatarij petunt legata ab istis tribus hæredibus: & ipsi in ratione legis Falcidiæ volūt deducere tanquam æs alienum æstimationem fundi debiti eis à patre ex testamento aui. Vnde quæritur, an omnino quasi creditores patris eorū propter dictū fundū qui debebat in familia remanere, vnusquisque eorum trium possit deducere aliquid in ratione legis Falcidiæ? Et videtur q̄ non: quia in potestate sua habuit pater eorum cui potius ex eis relinqueret dictū fundum. Sed certe si sequamur hāc rationem, nemo dictorum trium deducet quicquam in ratione Falcidiæ: quod certe durum esset: vnde dico quòd bene possunt deducere dictum fundum siue eius æstimationem tanquam æs alienum, vt tanto maiorem legatarius detrahat Falcidiā. & est ratio, quia pater eorum habuit dictum fundum in ære alieno. nam necessitate adstrictus fuisset relinquendi eum filiis. Viuianus.

PAter filium, ex quo tres habebat nepotes, hæredē instituit, fideíque eius cōmisit ne fundum alienaret, & vt in familia eum relinqueret, filius decedens tres filios scripsit hęredes. Quærendū est, an omnino quasi creditores [a] vnusquisq; in ratione legis Falcidiæ aliquid [b] possit deducere, quia in potestate [c] sua [d] habuit pater, cui ex his potius relinqueret? Sed hac ratione [e] nemo in Falcidiæ ratione quicquā deducet [f]. quod videndum [est] ne durè constituatur. vtique enim in alieno ære habuit fundum: necessitate quippe obstrictus fuisset filiis [g] eum relinquendi [h].

a *Creditores.* nam videntur creditores patris in eo fundo.
b *Aliquid.* aliud præter fundum.
c *Quia in potestate.* videtur quòd non: quia &c.
d *Sua.* cum habeat fundum.
e *Hac ratione.* scilicet mala.
f *Deducet.* cum aliqua pater disponat.
g *Filiis.* vel saltem vni: vt supra, de leg. ij. l. vnum ex. in princ. & §. si duos. & §. rogo. & l. cum quidam. & facit supra, de leg. j. l. filiusfamiliàs. §. penul. Accursius.
h *Relinquendi.* ergo hīc fundus non computatur eis in quartam: sed vt æs alienum eis debitum deducent: vt. C. eod. l. in imponenda. Accursius.

Cum Titio.] CASVS. Seius instituit sibi hæredem Gaium, & Titio in annos singulos viginti legauit: & multa alia legata quibusdam reliquit, ita q̄ excessit dodrantem hæreditatis suæ: & postea decessit dictus Seius. nunc legatarij coram iudice petūt eorum legata præter Titium prædictū. hæres autem dicit se velle eis Falcidiam detrahere, vnde iudex cœpit inter eos habere rationem legis Falcidiæ. quæritur, ergo hic quantum debeat æstimari lis quam posset facere hæredi dictus Titius pro. xx. annuis sibi legatis? Et distinguitur: aut viuit Titius, aut est mortuus. primo casu tanti debet dicta lis æstimari in dicta ratione legis Falcidiæ, quāti potest vendi id legatū: posito pro incerto quādiu sit victurus siue viuiturus Titius. Secundo autem casu non debet aliud spectari quàm quod debuit hæres Titio ex ea causa tempore mortis ipsius Titij, quia forte per triennium nō soluerat ei annuum legatum. quantum ad futurum tempus post mortem Titij nihil inspicitur: quia finitum est legatū morte Titij: vt. ś. de an. le. l. iiij. Viuianus.

i *Cum Titio.* aliàs incipit, Titio: aliàs, cum Titio.
k *Victurus sit.* nam eo mortuo finitur: vt. ś. de an. lega. l. iiij. Sed contra. ś. eo. l. in lege Falci. ij. Sol. quidam dicūt quòd hic est electio legatarij habeat totum præstita cautione, vt ibi. an fieri æstimationem vt hic: quasi sit fauor legatarij satisdari: quod est falsum: immo hæredis: vt. j. tit. j. l. j. Alij q̄ hic non poterat satisdare: ibi sic. Alij quòd hic de cōditionali: ibi de annuo. Vel ibi cum eodem: hic cum cæteris legatariis cōputat. Vel hic fuit sententia Proculi quæ ibi reprobatur. Item est contra. ś. eo. l. iij. §. fin. Solu. ibi speciale in re publica. Item contra. j. eo. l. hæreditatum. vbi fit per annos. Solu. ibi vt sciatur per quot annos fiet æstimatio: & ex eo scietur quantum valet, vt hic. Vel ibi in legato vsufru. & alimentorum: hic in alio annuo. Vel ad omnia dicas, secundū Hug. quòd in his tribus casibus alimentorum vsusfructus, & in alio annuo fit computatio tribus modis. s. vel vt hic dicit, vel vt. ś. e. l. si hæres. §. fi. vel vt. j. e. l. hæreditatū. vel etiā quarto, scilicet cōputatio potest fieri vt soluat totū cautione exacta: vt. ś. co. l. j. §. si in annos. & l. in lege Falcidia. in fi. & j. e. l. in quātitate. §. sed & si legata. & facit. ś. de do. cau. mor. l. mortis causa. §. fi. & ś. e. l. lex Falcidia.

l *Debuerit.* in præteritum ante mortem: quia per trienniū forte non soluerat hæres. ad quod. ś. de vsufr. l. quęsitum. Accursius.

Legatum annuum pendente dubio æstimatur inquantum vendi potest: sed eo finito inquantum debetur. Barto.

LV. IDEM libro vicesimo Digestorum.

CVm Titio [i] in annos singulos dena legata sunt, & iudex legis Falcidiæ rationem inter hæredem & alios legatarios habeat: viuo quidē Titio tanti litem æstimare debet, quanti venire id legatum potest: in incerto posito, quamdiu victurus sit [k] Titius. mortuo autem Titio, non aliud spectari debet, quàm quid hęres ex ea causa debuerit [l].

Augmentum facultatū hæreditarii debitoris quandocūque contingens prodest legatariis in Falcidia detrahenda. Barto.

Cum quo.] CASVS. Titi⁹ mutuauit seruo Seij in causam peculiarem. c. & sic idem Titius agere poterat de peculio contra Seium serui dominū, & petere dicta. c. ante autem quàm ageret contra eū, fecit testamentū idem Titius, & instituit sibi hæredem dictū Seium de peculio debitorem: & multa legata quibusdam reliquit, ita quòd excesit dodrātem hæreditatis Seij in legando: & postea decessit dictus Titius testator. nunc legatarij petunt à dicto Seio hærede debitoreq; legata eorum: & ipse vult & etiā potest eis detrahere Falcidiā: in qua quidē Falcidia debet fine dubio imputari hęredi debitoriq; de peculio peculiū dicti serui, si peculium est tantum quantū vel minus quàm sit debitum peculiare, ad quod tenebatur testatori idem hæres: vt. j. e. l. si creditor. Vnde si quæratur hic cuius temporis peculium dicti serui computari debeat dicto hæredi debitoriq; in lege Falcidia, id est, in quadrantē quem vult detrahere de legatis. & certe pleriq; putant inspiciendum illud quod tūc in peculio dicti serui fuit cum adiretur hereditas creditoris peculiaris per debitorē peculiarem, seruúmque dominum. Marcellus autem auctor huius legis dubitat vtrum debet inspici tempus aditæ hæreditatis: & hoc duabus rationibus. Vna ratio dubitandi est, quoniā in ratione legis Falcidiæ incunda placuit sapientibus obseruari mortis testatoris tempus: vt &. ś. e. l. in ratione. ij. in princi. Secunda ratio dubitandi est: quia videndum est, quòd si debitor hæreditarius alius sit factus pauperior post mortem testatoris ante aditam hæreditatem, eius hæredis est damnum, non legatariorū: vt & dicta. l. in ratione. secundo ergo idem deberet esse in nostro casu, vt videtur: scilicet vt si peculium dicti serui sit deminutum post mortem dicti creditoris eiusdémque testatoris, & ante aditam eius hæreditatem, debeat esse damnum hæredis, & non legatariorum. vnde secundum hoc etiam in nostro casu deberet inspici quantū sit in peculio serui tempore mortis creditoris, eiusdémque testatoris, & non tempus aditæ hęreditatis. In ista ergo secūda ratione dubitandi positi sunt duo casus. Vnus quando peculium serui deminutum est post mortem testatoris, & non ante aditam eius hęreditatem. Secundus quando quidam debitor hæreditarius factus est nō soluendo post mortem testatoris, & ante aditam eius hæreditatem. in quibus quidem duobus casibus videbatur quibusdam esse ad damnum hęredis, & non legatariorum: sicque mortis testatoris tempus inspiciendum, & non tempus aditæ hæreditatis. Sed econtra diceret aliquis, Quid si ante aditam hæreditatem auctum est peculium serui dicti debitoris hæredísque, & post mortem creditoris? nunquid incrementum peculij ipsius serui faciet pleniorem hæreditatem dicti creditoris, vt sic prosit legatariis quibus ipse creditor legauit, vt dictum est? Item diceret aliquis: quid si facultates alicuius debitoris hæreditarij qui non erat soluendo tempore mortis testatoris, fuerunt ampliatæ ante aditam hæreditatem eiusdem testatoris, vt sic prosit legatariis? Et respondeo sic quantum ad debitorem, cuius facultates sunt auctæ. Cum ergo in isto debitore hæreditario cuius facultates ampliatæ sunt ante aditam hæreditatem creditoris, placuit sapientibus ex postfacto videri vberiorem fuisse hæreditatem: sicut etiam euenit cum conditio sub qua promiserat aliquis defuncto, extitit post mortem, & ante aditam eius hæreditatem: ita etiam incrementum peculij serui dicti debitoris hæredísque factum post creditoris mortem vsque ad tempus aditæ eius hæreditatis facere debet pleniorem hæreditatē creditoris ad proficuum legatariorum. bene ergo dixerunt illi plerique qui putauerunt inspiciendum illud quod tunc in peculio dicti serui fuit cum adiretur

BIU Cujas

adiretur hæreditas creditoris peculiaris per debitorẽ peculiarem, seruiq́e dominum. quandoque etiam quod dictũ est, in dubium venit. Vnde dico extra casum tibi loquẽdo, quòd quãdoque non inspicitur tempus aditæ hæreditatis, sed tempus quo plus fuit in peculio, siue sit illud tempus mortis, siue tempus aditæ hæreditatis, siue tẽpus post aditam hæreditatem. & illud computabitur hæredi in Falcidiam, vt dixi.ſ. & hæc colligo in hac.l.ibi, quid enim interest &c. & infra, eod.l. ſi debitor. & est ratio, quia dominus serui idemq́; hæres creditoris serui mei sibi potuit & debuit soluere. Expedito hoc casu Scæuola adducit aliũ casum talẽ: Pone quòd prædictus seruus hæredis scripti à creditore peculiari debuit. x. de fundo creditori: & cuidam alij debuit alia. x. & vna. x. habuit dictus seruus in peculio tempore aditæ hæreditatis creditoris per dominũ suum ab eo institutum: nunquid hæreditas dicti creditoris quam habet dominus huius serui, augetur in his. x. quę habebat seruus prædictus in peculio, vt sic propterea tota & integra. x. maiora debeantur legata legatariis q̃bus legauit dictus creditor qui instituit sibi hæredẽ dominum serui, vt sic de his. x. aliis creditor serui nihil cõsequatur? Et respon. quòd sic. nam dicta. x. quæ defuncto creditori naturaliter debebantur per seruũ hæredis, in hæreditate eiusdem creditoris manent. & potest esse ratio, quia hic dominus serui institutus hęres à creditore eiusdem serui habet potestatem prædeducendi de peculio eiusdem serui illa. x. quæ seruus debebat creditori: & postea per cõsequens eidem hæredi creditoris debebat ea. x. seruus. cum ergo nihil habeat in peculio seruus nisi. x. & hæredi creditoris domino suo debeat. x. quę debebat creditori: & dominus suus ista. x. possit prædeducere de peculio: ergo alius creditor cui debebantur. x. nihil consequitur de illis. x. quæ erant in peculio, immo integra & tota dicta decem augebunt dictam hæreditatẽ creditoris quam habet dominus eiusdem serui, vt sic propter hoc maiora præstentur legata legatariis quibus idem creditor legauit. & hoc vult dicere hæc lex: licet non nimis plane. Viuianus.

*Fl. fuerũt

a *Poterat.* vt dominus serui.
b *Dubito.* hac ratione, quoniam &c. & hac alia, quid enim. Ac.
c *Debitor.* scilicet aliquis hæreditarius. Accursius.
d *Sit.* quo casu damnũ hæredis est: vt. ſ. eo. l. in ratione. in prin.
e *In isto.* debitore facto diuite.
f *Conditio.* sub qua promiserat quis aliquid defuncto. Accur.
g *Extitit.* de hoc constat: vt. ĵ. eo. l. in quãtitate. in. §. magna. Sed ad præcedens est contra. ſ. eo. l. in ratione. in prin. vbi tẽpus mortis inspicitur. Solu. dicunt quidam quòd ratiocinando hæc dicũtur, non soluendo. sed dic secundum Hugo. & Azo. quòd in hæreditariis rebus æstimandis tẽpus mortis inspicitur, vt ibi. in debitore hæreditario libero qui non est soluendo, euẽtus posterior quandocũque consideratur: vt hic, &. ſ. eo. l. Nesennius. §. ſi debitori. secus si est soluendo: vt in contrario in hærede debitore, aut ex sua persona: & tota debiti quãtitas computatur: vt. ĵ. eo. l. quærebatur. &. ſ. eo. l. j. §. si debitor. aut ex persona serui vel filij: & tũc non euentus posterior, sed quanti pluris fuit in peculio vel tẽpore mortis vel aditæ hæreditatis vel postea, computatur in Falcidia: vt hic, & infra, eo. l. ſi creditor. quia dominus idemque hæres sibi potuit & debuit soluere. sed in debitore non ita: quia nõ statim cum habet, potest hæres pecuniam extorquere. Accursius.

a *Sic in cõtractibus tẽpus contractus inspicitur. Bal. in l. 2. colum. pe. C. de rescind. vẽdi. idem in. l. ſi seruũ. ſ. ad leg. Aquil.*

LVI. IDEM libro vicesimo secundo Digestorum.

CVm quo de peculio agi poterat, [a] hæres creditori extitit. Quæris cuius temporis peculium computari oporteat in Falcidia lege? Plerique putant quod tunc in peculio fuerit, cũ adiretur hæreditas, inspiciendum. Ego dubito: [b] quoniam mortis tempus in ratione legis Falcidiæ ineunda placuit obseruari. Quid enim interest, peculium serui post mortem creditoris deminutum sit, an debitor [c] pauperior factus sit? [d] Aliquis dicet, quid ex contrario, si ante aditam hæreditatem adquisierit seruus? Et ego quærã, [quid] si debitoris qui tũc non erat soluendo, ampliatæ facultates fuerint? * Et cùm in isto [e] placuerit ex postfacto vberiorem videri fuisse hæreditatem, sicuti cum conditio [f] crediti extitit [g] post mortem, ita etiam peculij incrementum [h] pleniorem faciet hæreditatẽ. Scæuola notat, [i] Quid ergo si idem seruus [k] defuncto & alij dena [l] debuit, & vnà decem habuit? Augetur scilicet & his hæreditas, decem [m] (quæ defuncto naturaliter debebantur) in hæreditate manentibus.

B

Si seruus post tempus manumittẽdus legatur, vel etiam eidem directo libertas relinquitur, & interim proprietas aut eius vsusfructus legatur alteri: tantum dicitur esse in legato, quãtũ ex operis interim habetur: & ex eis Falcidia detrahitur. Alex.

F Is qui in bonis vnum dumtaxat seruum habebat, legauit eũ Titio, & fidei eius commisit vt post triennium manumitteret. Debet ex eo quod interim ex operis serui ad Titium peruenire potest, quarta [n] apud hæredem remanere: quẽadmodum si directo post triennium seruo libertatem dedisset, eiusque [o] vsumfructum ei [p] legasset, aut ei proprietatem [q] per fideicõmissum reliquisset.

C

Si legatum domini non sit defalcabile, de legato serui detrahitur Falcid. pro vtroque: & idem econtra. Alexand.

F Stichum tibi, seruo tuo decẽ legauit: vel contra, tibi decem, seruo tuo Stichum, libertatemq́e Stichi fidei eius [r] cõmisit. Lex Falcidia minuit legata. Redimere ab hęrede partem [s] debes, quemadmodum si tibi vtrumque legasset.

D

Stichũ tibi.] CASVS. Seius testator legauit tibi Stichũ, & seruo tuo Pãphilo legauit. x. vel econtrario tibi. x. legauit dictus testator: & seruo tuo legauit Stichum: & cõmisit fidei eius serui tui Pamphili libertatẽ dicti Stichi, & tot alia legata reliquit quibusdam aliis, quòd excesserit dodrantem bonorum suorum: & sic habet locum lex Falcidia. & decesserit dictus testator. & postea tu agnouisti legatũ tibi relictum, & relictum seruo tuo. modo quæritur, qualiter debet detrahi Falcidia de dicto Sticho & de te? Et dicitur quòd dominus Pãphili legatarius debet redimere ab hærede Seij partem Stichi prædicti: scilicet quartã quę de eodẽ Sticho esset resecanda si libertas eius non esset data. & hoc propter dictũ legatũ de. x. tibi vel seruo tuo relictum. & ita si bene inspicias, pro seruo & pro. x. detrahetur Falci. de dictis. x. & seruo Sticho libertatẽ dabis, sicut & si tibi legasset dictus testator dictum Stichum, & dicta. x. & nihil seruo tuo Pamphilo legasset: quo casu sine dubio redimere deberes ab hærede quartã partem Stichi: vt supra, eo. l. ſi seruus. cum legibus sequentibus. Viuianus.

Sæpius enenit.] CASVS. Seius habens centum aureos in bonis dedit Titio inter viuos. xxv. aureos de eisdem. c. aureis: & eũdem Titium

a *Incrementum.* quod est vsque ad aditam hæreditatem, nõ post: vt. ĵ. eo. l. ſi creditor. &. ſ. in prin. huius. l. sed in debitore etiam vltra, vt hic. Vel dic etiam in peculio idem: vt hic aperte dicit. Sed secundum vtrãque expositionẽ est contra, supra, de pecu. l. eo tẽpore. §. si creditor. vbi tempus mortis inspicitur. sed dic vt infra, e. l. si creditor. Accursius.
b *Notat.* id est, approbat quod sequitur.
c *Seruo.* hęredis scripti.
d *Dena.* id est. xx. vni, & totidem alij. ſic. ſ. de lega. j. l. ſi quis testamẽto. Vel melius, id est. x. vni, &. x. alij: vt statim patet ibi. x. quæ &c. sic infra, de solu. l. vbi.
e *Decem.* si tota decẽ augent, sic ergo nil alij creditori soluetur: qđ est ideo, quia hic dominus habet potestatem prædeducendi: vt. ſ. de pec. l. sed si damnũ. §. j. & facit. ſ. eo. l. serui. Ac.
f *Is qui in bonis.*] CASVS. Seius habẽs vnũ dũtaxat seruum legauit eũ Titio: & cõmisit fidei eius Titij vt post trienniũ eũ seruum manumitteret. & multa alia legata aliis reliquit ita q̃ excesserit dodrantem. certe de seruo nõ potest hæres detrahere Fal. sed ex eo quod interĩ ante triẽniũ ex operis serui ad Titiũ peruenire potest, quarta apud hæredẽ debet remanere: sicut eueniret si directo post triẽniũ dedisset Seius libertatẽ dicto seruo, & legasset eidem Titio vsumfr. eiusdem serui. nam ex eo quod interim ante triennium ad Titium peruenire potest de vsufru. quarta apud hæredem debet remanere: & sicut eueniret si similiter directo post trienniũ dedisset Seius libertatẽ dicto seruo, & ei Titio proprietatẽ plenã ante trienniũ per fideicõmissum reliquisset. nã & hic ex eo quod interim ante triennium ad Titiũ peruenire potest, quarta apud hæredẽ debet remanere. Vi.
g *Extitit.* de hoc constat: vt. ĵ. eo. l. sed si non seruus. §. vlti.
h *Incrementum.* plenam ante triennium.
i *Stichũ tibi.*] CASVS. Seius testator legauit tibi Stichũ, & seruo tuo Pãphilo legauit. x. vel econtrario tibi. x. legauit dictus testator: & seruo tuo legauit Stichum: & cõmisit fidei eius serui tui Pamphili libertatẽ dicti Stichi, & tot alia legata reliquit quibusdam aliis, quòd excesserit dodrantem bonorum suorum: & sic habet locum lex Falcidia. & decesserit dictus testator. & postea tu agnouisti legatũ tibi relictum, & relictum seruo tuo. modo quæritur, qualiter debet detrahi Falcidia de dicto Sticho & de te? Et dicitur quòd dominus Pãphili legatarius debet redimere ab hærede Seij partem Stichi prædicti: scilicet quartã quę de eodẽ Sticho esset resecanda si libertas eius non esset data. & hoc propter dictũ legatũ de. x. tibi vel seruo tuo relictum. & ita si bene inspicias, pro seruo & pro. x. detrahetur Falci. de dictis. x. & seruo Sticho libertatẽ dabis, sicut & si tibi legasset dictus testator dictum Stichum, & dicta. x. & nihil seruo tuo Pamphilo legasset: quo casu sine dubio redimere deberes ab hærede quartã partem Stichi: vt supra, eo. l. ſi seruus. cum legibus sequentibus. Viuianus.
k *Seruo.* hęredis scripti.
l *Dena.* id est. xx. vni, & totidem alij. ſic. ſ. de lega. j. l. ſi quis testamẽto. Vel melius, id est. x. vni, &. x. alij: vt statim patet ibi. x. quæ &c. sic infra, de solu. l. vbi.
m *Decem.* si tota decẽ augent, sic ergo nil alij creditori soluetur: qđ est ideo, quia hic dominus habet potestatem prædeducendi: vt. ſ. de pec. l. sed si damnũ. §. j. & facit. ſ. eo. l. serui. Ac.
n *Quarta.* facit. ſ. eo. l. sed si non seruus. §. vlti.
o *Eiusque.* serui.
p *Ei.* scilicet Titio.
q *Proprietatem.* plenam ante triennium.
r *Eius.* scilicet serui tui, vel etiam tuæ fidei.
s *Partem.* quartam quæ de sua esset resecanda si libertas non esset ei data. Azo. & hoc propter legatum. x. aliàs Falcidia non detrahetur: vt supra, eo. l. ſi seruus. Accursius.

BIU Cujas

Titium instituit postea hæredem, & dodrantem dictorum.c.aureorum legauit quibusdam, id est, lxxv.aureos, & decessit. nunc quæritur, an Titius hæres possit detrahere Falcidiã de dictis legatis? Et dicitur quòd non: quia testator in vita sua prouidit hæredi in quarta bonorum dando ei dictos.xxv.aureos. nam multoties euenit nedũ in isto casu, ne emolumentum eius legis Falcidiæ hæres consequatur. & de hoc pono tibi statim vnum aliũ casum: Titius q receperat à Seia centum in dotẽ, in testamento suo legauit Gaio dictã dotem, vt Gaius restitueret eam vxori. certe non debet hæres detrahere Gaio Falcidiam de dicta dote, vel si detrahat, tenetur eam Falcidiã restituere mulieri actione de dote. & sane & in hoc casu & in plerisq; ita obseruatur vt omissa persona interpositi, sicut fuit in hoc casu vbi interponitur Gaius, spectetur persona capientis, id est vxoris quæ debet habere dotem. & hoc dicit cũ.l. sequen. Viuianus.

Quarta in hærede testatore viuo collata, facit cessare Falcidiam. Bar.

℣ Sæpius euenit ne emolumẽtum eius legis hæres consequatur. [a] Nam si cẽtum aureorum dominus, vigintiquinque [b] alicui dederit, [c] & eum instituerit hæredem, & dodrantem legauerit: nihil aliud [d] sub occasione legis Falcidię interuenire potest: quia viuus videtur hæredi futuro prouidere.

Non debet inspici persona primi legatarii, sed fideicommissarii in quem vltimate debet legatum residere. Bar. & Alexan.

LVII. IDEM libro vicesimo sexto Digestorum.

CVm dotem maritus alicui legauerit, vt vxori restituatur: non habere legem Falcidiã locum dicendum est. [e] Et sanè in plerisque ita obseruatur, vt omissa interpositi, [f] capientis persona spectetur.

Potentiæ detrahendi Falcidiam nõ præscribitur longo tempore. Alexand.

LVIII. MODESTINVS libro nono Regularum.

LEgis Falcidiæ beneficium hæres etiam post longum tẽpus [g] mortis testatoris implorare non prohibetur.

Hæres qui agit vt legatum intercedat, priuatur Falcidia. idem in eo qui in se tacitam fidem assumpsit de restituendo nõ capaci. Alexand.

LIX. IDEM libro nono Pandectarum.

BEneficio legis Falcidiæ indignus esse videtur, qui id egerit, [h] vt fideicommissum intercidat. Præterea [ei] qui non capienti rogatus est restituere hæreditatem, senatusconsulto Planciano nõ cõceditur quartã retinere: [i] sed ea quarta quã non retinuit, ad fiscum pertinet ex rescripto diui Pij.

Prælegata relicta impuberi nõ imputãtur in Falcidiã substituto impuberis. Alex.

LX. IAVOLENVS libro quartodecimo ex Cassio.

CVm pater impuberi filiæ hæredẽ substituit: id quod ei [k] legatorum [l] nomine à patre obuenit (cũ hæreditas ad substitutos pertinet) in cõputationem legis Falcidiæ non venit.

Quod hæres plus soluit legatariis, in pœnam contumaciæ non nocet. Bartolus.

℣ Legato petito, [m] cũ in litem iuratũ est, ratio legis Falcidiæ, non eius summę in quam legatarius iurauit, haberi debet: sed eius quanti reuera id fuit, quod petitum est. Nam id quod pœnæ causa adcreuit, in legem Falcidiam non incidit.

Si hæres propter suã stultitiã plus soluit, non nocet legatariis. Bartolus.

LXI. IDEM libro quarto Epistolarum.

ALienus fundus tibi legatus est. hunc cùm hæres emere nisi infinito pretio non posset, emit multo pluris quàm quanti erat: qua emptione effectum est, vt legatarij ad legẽ Falcidiã reuocarẽtur. Quæro, cùm si [n] alienus fundus est tibi legatus ab eo hærede, & cũ dominus fundi nolet eũ vendere nisi infinito pretio siue nimis magno, hæres emit vltra quàm valeret: & ꝓpter dictã emtionem effectũ est vt habeat locũ lex Falcidia: quæ aliàs nõ haberet locũ: id superfluum in lege Falcidia imputari non potest aliis legatariis. nam poterat liberari idem hæres præstando legatario veram æstimationẽ dicti fundi. & hoc dicit cum lege sequẽti. Vi.

a *Consequatur.* vel ꝓpter qualitatẽ legati: vt ſ. proxi. §. vel propter traditã à defũcto quartam: vt hic. Azo. Item in aliis: vt not. C. eo. l. in testamento. Accur.

b *Vigintiquinque.* ergo quartam.

c *Dederit.* inter viuos: vt in fine subiicit. & hac mente, ne vtatur Falcidia. & ita repellitur exceptione vel replicatione. sic ergo qđ capit non hæreditario iure, imputatur in Falcidia: vt &. ĵ. eo. l. quod autem. in fi. si autem in vltima voluntate instituendo, non esset dubium: quia non habet locum Falcidia. Vi.

d *Nil aliud.* quia retinebit dicta.xxv. & facit. C. de leg. l. filia. & infra, si à paren. quis ma. fu. l. ĵ. §. si parens. Sed arg. contra. C. de inoffic. testa. l. si quando. §. ĵ. Solue vt ibi, secundum Bar. Accur.

e *Cvm dotem. Dicendum est.* immo vt. s̈. de do. præleg. l. ij. §. idẽ quærit. Solu. non habet locum vt hic inspecto exitu: quia quod detrahitur per Falcidiam, petitur per actionem de dote, vt ibi dixi. sed incommodum repræsentationis habet locum cum effectu: vt in contrario. in fi. §. &. s̈. eo. l. ĵ. §. si quis creditori. & facit. ĵ. eo. l. si vsusfructus. §. ĵ.

f *Interpositi.* scilicet persona &c. ad quod. s̈. de leg. ij. l. ei qui. & de inoffic. testa. l. Papinianus. §. eo autem. &. s̈. tit. ĵ. l. auia. §. Titio. &. s̈. si quis ali. testa. prohi. l. ĵ. §. sed si legatum. Accursius.

Legis Falcidiæ.] Casus huius. l. est clarus, & eam intellige vt. s̈. eo. l. ex Falcid. si interueniat. &. l. quod de bonis. §. non idcirco. &. §. fructus.

g *Longum tempus.* facit. s̈. eo. l. lex Falcidia. &. l. quod de bonis. §. non idcirco. &. §. fructus. Accursius.

Beneficio. CASVS. Si hæres cancellauerit testamentum, & ita fecit quòd periit fideicommissum ab eo relictum: videtur indignus beneficio legis Falcidię. nã & totam hæreditatem amittit: vt &. s̈. de iis quæ in testa. delẽ. l. ĵ. §. si vero alius. Itẽ & indignꝰ videtur beneficio eiusdẽ. l. quia accõmodauit fidẽ testatori de restituẽda hæreditate nõ capaci, immo eam quartã habet fiscus. Vi.

h *Egerit.* cancellando testamentũ. ad quod. s̈. de iis quib. vt indig. l. rescriptum. & infra, eo. l. hæreditatum in fi. & supra, de iis quæ in testa. delẽ. l. ĵ. §. si vero alius. &. s̈. si quis ali. testa. ꝓ. l. ij. Ac.

i *Retinere.* cum effectu, quia fiscus habet: vt hic, & infra, de iur. fisc. l. cum tacitum.

Cvm pater.] CASVS. Titius instituit sibi hæredes filiã suam impuberẽ, & Seiũ: & quædã prælegata filiæ dedit: & postea ab impubere prædicta multa legata reliqt quibusdã. & postea dictũ Seium substituit eidem impuberi. & decessit dictus Titius. & postea decessit dicta impubes in pupillari ętate: & ita hæreditas ad substitutũ pertinet. & ipse debet soluere dicta legata ab impubere relicta. nunquid dicta prælegata filiæ debet cõputare in ratione legis Falcidiæ? Et dicitur ꝙ nõ: immo debet hic substitutꝰ ea sibi habere præcipua, sicut nec ipsa impubes cõputaret: vt. ĵ. eo. l. qđ autẽ. [LEGATO PETITO.] Cum multa à Titio hęrede legata relicta essent, ita ꝙ habebat locũ lex Falcidia: Seiꝰ vnus de legatariis per actionẽ in rem petiit legatũ suũ: & quia hæres fuit cõtumax in soluendo ei legato, delatũ fuit legatario sacramentũ in litẽ, & iurauit vltra quàm valeret legatũ. nũquid hæres ponet in ratione legis Falcidiæ totũ quicquid debet dare dicto legatario: vt sic maiorẽ aliis legatariis detrahat Falcidiã? Et dicitur ꝙ nõ, sed id tantũ quantũ in veritate valuit dictũ legatũ super quo iuratum est. & ita debet hæres sibi imputare dãnũ quod sua culpa passus est. sic etiã imputat sibi damnum quod patitur propter suã negligẽtiã. nã si alienus fundus est tibi legatus ab eo hærede, & cũ dominus fundi nolet eũ vendere nisi infinito pretio siue nimis magno, hæres emit vltra quàm valeret: & ꝓpter dictã emtionem effectũ est vt habeat locũ lex Falcidia: quæ aliàs nõ haberet locũ: id superfluum in lege Falcidia imputari non potest aliis legatariis. nam poterat liberari idem hæres præstando legatario veram æstimationẽ dicti fundi. & hoc dicit cum lege sequẽti. Vi.

k *Quod ei.* scilicet impuberi. Accursius.

l *Legatorum.* id est, prælegatorũ in primis tabulis cũ haberet cohæredẽ. & dic pertinet, ex substitutione pupillari. nõ venit in cõputationẽ: quia substitutus nõ cõputat sibi in quartã quod impuberi fuerit prælegatũ: sed habet præcipuũ: sicut nec ipse impubes cõputaret: vt. ĵ. eo. l. quod autẽ. Alij dicunt ei: scilicet substituto, & legatorũ in secundis tabulis. & non venit in cõputationẽ scilicet Falcidiæ: quia nõ valet: vtpote à se sibi relictũ: vt. s̈. de lega. j. l. legatũ. §. j. sed totum cõputatur in quarta: vt. s̈. eo. l. non est. sed prima placet: quia dicit ei à patre. Item quod dicit, pertinet, exponunt quidam ex vulgari. & sic nõ cõputat substitutus: quia nõ habet: sed habet impubes: vt. s̈. de lega. j. l. qui filiabus. in fi. &. l. seq.

m *Legato petito.* per actionẽ in rẽ, in qua iuratur: vt supra, de in lit. iur. l. in actione. si autẽ actione ex testamento, nõ iuratur: vt. s̈. de in lit. iur. l. aliàs. nisi dicas quando res nõ extaret: vt. s̈. in eo. tit. l. in actionibus. §. plane. & facit in illo eo. titu. l. j. &. ĵ. de fideiuſ. l. fi. &. s̈. de lega. j. l. legatum. §. fundus. &. s̈. eo. l. in Falc. &. ĵ. l. proxi. &. l. in lege. §. fi. & argu. s̈. de procura. l. qui proprio. §. vt in cæteris. ibi, pœnam autẽ &c. &. ĵ. de reg. iur. l. quod quis ex culpa. Ac.

n *Alienus. Cũ si.* aliàs, sit: sed melius, si. & dic, quæro cum legata &c. & quod dicit, quãti reuera: scilicet valeret iusto pretio.

Reuera.

BIU Cujas

a *Reuera.*scilicet valeret.
b *Voluntate.*quæ fuit in emendo vt tam carum emeret.
c *Præstare.*vt &.ſ.de lega.iij.l.non dubium.§.fi.& facit.ſ.eo.l.j. §.fi.& de lega.j.l.ſi fideiuſſor.§. fi.&.ſ.l.proxi.§.fi. &.ſ.mand.l. ſi fideiuſſor. Item no. alterius.ſic.ſ. de noxa.l.electio.§.fi.& ſupra, de tranſac.l.iij.

IN lege.][CASVS.] Titius & Seius promiſerunt mihi.x. inſolidum, & ita ſunt duo rei promittendi.deceſſit dictus Titius inſtituto ſibi hærede dicto Seio, & multis ab eo legatis. nunc legatarij petũt ab eo legata. nũquid tota decem mihi debita detrahet de hæreditate tanquam æs alienum:vt ſic maiorem legatariis detrahat Falcidiam? an vero detrahet parte vel nihil? Et diſtinguitur: aut erant ſocij iſti duo rei promittendi,aut non. Primo caſu diuidi inter eos debet obligatio de dictis decem mihi debitis,vt reus promittẽdi hæres tãtum videatur minꝰ habere in bonis ſuis,quantũ eſt medietas eius quod mihi debebant: & illud non noceat vel proſit legatariis.Item tãtum minus videatur habere in bonis hæreditariis,quantum eſt alia medietas debiti:& illud legatariis noceat.Si autem non erãt ſocij,tunc in pendenti eſt de cuius debeat detrahi bonis iſtud debitũ totum tanquã æs alienum: ſcilicet vtrum de bonis teſtatoris,vt ſic noceat legatariis quãtum ad maiorem Falcidiam eis detrahendam.an de bonis hæredis: vt ſic nõ proſit nec noceat legatariis. Et ſi quidẽ hæres ſoluerit mihi totum hoc meum debitum tãquam debitum teſtatoris qui erat mihi cum eo reus debendi: tunc totum dictum debitum detrahetur de bonis teſtatoris: & ſic nocebit legatariis. ſi autem ſoluerit mihi tanquam debitum ſuum hæredis, tunc nihil nocebit legatariis.& non mireris ſi taliter poteſt ſoluere hæres prædictus,ſcilicet vel tanquam ſuum debitum,vel tanquam hæreditarium. nam ambæ obligationes in eum inſolidum concurrunt:vt argu.ſupra, de actio.empt.non eſt nouum.in fi.& in prædicto pendenti cum non erant ſocij,credo quòd hæres interim debeat ſoluere legata integra legatariis, & recipere ab eis cautionem de reſtituendo quod vltra acceperint quàm per legem Falcidiam eos accipere liceret.argu.ſupra,eod.l.is cui fideicommiſſum. Et idem per omnia diſtinguitur ſi ego debebã inſolidum.x.dicto Titio & Seio: & ita erant duo rei ſtipulãdi, & Titius inſtituit Seium hæredem, & multa legata ab eo reliquit. nam aut erant ſocij, aut non. Primo caſu diuidi inter eos debet obligatio de dictis.x. quæ ego eis inſolidum debebam, ſicut quilibet eorum partem dictæ pecuniæ à me debitore ſtipulatus eſſet:ſcilicet vt vnus reus ſtipulandi,ſcilicet Seius Titij hæres habeat in bonis ſuis medietatẽ eius quod ego debebam eis: & illa non proſit legatariis. aliam autem medietatem habeat in bonis hæreditariis, & illa proſit legatariis quantum ad Falcidiam vt minor eis detrahatur. Si autem non erant ſocij dicti duo rei ſtipulandi, tunc in pendenti eſt in cuius eorum bonis computari oporteat id quod ego inſolidum ei debebam: vt ſi ego ſoluam hæredi propter obligationem hæreditariam, computetur in bonis defuncti rei ſtipulandi, & ſic proſit legatariis. Si autem ſoluam hæredi propter obligationem qua ei inſolidum tenebar,tunc computetur in bonis hæredis: & ſic non proſit vel noceat legatariis. nam & hic vtraque obligatio durat vno reo ſtipulandi exiſtente hærede alteri:vt infra,de fideiuſſo.l. ſi reus.&.l. generaliter.§.j. [CORPORA.] Titius inſtituit ſibi hæredem Seium, & multa ab eo legata reliquit: & deceſsit. nunc hæres vult trahere rationem Falcidiæ cum legatariis. vnde omnia corpora quæ ſunt in bonis defuncti,debẽt æſtimari ad ſciendum vtrum habeat locum Falcidia,vel non. Certe ſecundum rei veritatem ſunt æſtimanda: hoc eſt ſecundum præſens pretium: non autem formali pretio, ſiue à contrahentibus formato, id eſt à defuncto, & ab eo qui ei vendidit. forte enim defunctus emit fundus tãti,quãti reuera[a] [eſt,] emptus eſſet, legata nõ fuerant exceſſura ius legis Falcidiæ: an hoc ipſo hæres inſtitutus partẽ reuocandi à legatariis ius habeat, quòd ex voluntate[b] defuncti pluris emerit fundum, quàm quanti erat? Reſpondit, Quod ampliꝰ hæres quàm pretium fundi legatario ſoluit, id* rationi legis Falcidiæ imputari non poteſt:quia negligentia eius nocere legatariis non debet: vtpote cùm is conſitendo veram æſtimationem præſtare[c] poterat.

*Flo.id lege Falcidia imput.

In duobꝰ reis ſociis debitũ vtriq; ꝑ parte videtur actiuè & paſſiue:ĩ nõ ſociis,eiꝰ videtur debitũ,qui debitum occupauerit. Bar.

LXII. VLPIANVS libro primo ad legem Iuliam & Papiam.

IN lege Falcidia hoc eſſe ſeruãdum Iulianus ait, vt ſi duo rei promittendi fuerint, [d] vel duo rei ſtipulãdi:ſi quidem ſocij ſint, in ea re diuidi inter eos debere obligationem, atque ſi ſinguli partem pecuniæ ſtipulati eſſent,vel ꝓmiſiſſent.quòd ſi ſocietas inter eos nulla fuiſſet:in pẽdenti eſſe,in vtrius bonis cõputari[e] oporteat id quod debetur, vel ex cuius bonis[f] detrahi. ℣ Corpora ſiqua ſunt in bonis defuncti: ſecundum rei veritatem eſtimanda erunt, hoc eſt ſecundum præſens pretium:nec quicquam eorum formali[g] pretio æſtimandum eſſe ſciendum eſt.

Res debet æſtimari communi æſtimatione,non ex affectione ſingulari.Item qui habet ius adeundi hæreditatem, nõ dicitur locupletior.Bartolus.

LXIII. PAVLVS libro ſecundo ad legem Iuliam & Papiam.

A dicta corpora vltra quàm valerent.Viuianus.
d *Fuerint.*quorum vnus alium ſibi fecit hæredem.Accurſius.
e *Computari.*quando ſunt duo rei ſtipulandi: vt fiat ſolutio in obligationem hæreditariam, tunc in bonis defuncti.ſed ſi hæredis,tunc in bonis hæredis.vtraque enim durat: vt infra, de fideiuſſo.l. ſi reus. &.l. generaliter.§.j.
f *Ex cuius bonis.* cum ſint duo rei promittendi.& facit infra, de fideiuſſo.l. Vranius. & ſupra, eod.l. ſtatuliber & de lib.le.l.iij.§.nũc.
g *Formali.*id eſt,formato à contrahentibus quãdo defunctus emit vltra quàm valeret,vel minus, & ita non ex præterita emptione: vt & infra, de iur.fiſc.l. iij.§.diui. Vel formali, id eſt, ſingulari, quod aliàs quandoque inſpicitur. vel ratione ſanguinis, vel vtilitatis: vt infra, eod.l. pretia. vel quia fuit maior: vt ſupra, de mino.l. ſi in emptione. vel ratione confinium:vt ſupra,de leg.ij.l. ſi cui fundus. & facit ſupra,eo.l.cum pater.§.j.

PRETIA rerum.][CASVS.] Hæc lex debet continuari cum.l.ſequent.& hoc vult: Non debent res æſtimari ex affectu vel vtilitate ſingulorum, ſed communiter. nec enim hæres qui filium ſuum naturalem natum ex ancilla teſtatoris poſsidet tanquam rem hæreditariam,tanto iudicatur locupletior vt proſit legatariis, quòd eũdem ſuum filiũ plurimo pretio quàm valeat redempturus fuiſſet ſi alius poſsideret eum. nec ille hæres qui filium alienum natum ex ancilla teſtatoris poſsidet tanquam rem hæreditariam, tantum habere iudicatur vt proſit legatariis, quantum eum poteſt vẽdere patri ſi pater vult ei dare pluſquam valeat communiter:nec expectandum eſt donec vendat patri,ſed in præſentia ſiue in præſenti æſtimatur quaſi homo ſiue ſeruus hæreditarius,& non quaſi filius alicuius: nec ille hæres qui poſsidet ſeruum qui commiſit noxiam, tantũ habere iudicatur vt proſit legatariis, quantum magis habet carum ex eo quòd deliquit. ſunt enim quidam qui tenẽt magis caros ſeruos ex eo quòd ſunt malefactores. ſed iudicantur tantum habere quantum communiter valet dictus ſeruus. nec enim fit aliquis ſeruus pretioſior ſi cõmittat delicta: nec ille hæres qui poſsidet ſeruum hæreditarium inſtitutum ab aliquo extraneo,poſt mortem teſtatoris eiuſdẽ hæredis tantum habere iudicatur vt proſit legatariis, quanto pluris vendi poteſt dictus ſeruus propter hæreditatem in qua eſt inſtitutus ab extraneo. nam & ſi ipſe hæres cum quo nũc tractatur de Falcidia,eſſet inſtitutus ab aliquo extraneo: non diceretur locupletior antequam adiret hæreditatem extranei: ergo abſurdum eſſet eundem hæredem eſſe factum locupletiorem antequam ſeruus hæreditarius ab extraneo inſtitutus adeat extranei hæreditatem: cũ multis caſibus accidere poſsit ne iuſſu eius hæredis adeat idem ſeruus. Ad id quod dictum eſt pretia rerum communiter æſtimari.poſſumus adducere & aliud exemplum: ſcilicet vt creditor cuius debitor ſoluendo non eſt, tantum videatur habere de dicto debito circa rationem legis Falcidiæ,quantum exigere poteſt à debitore ſuo.quamuis autem dixerit communiter debere æſtimari pretia rerum, tamen loca & tempora afferunt aliquando varietatem in pretio rerum.De locis pone tale exemplum:quia aliter æſtimatur oleum in Roma,& aliter in Hiſpania: quia carius eſt Romæ. De temporibus pone tale exemplum: quia continuis ſterilitatibus exiſtentibus per magnum tempus nõ æſtimatur tantidem oleum vel olei fructus quanti æſtimatur fœcundis ſiue vberrimis fructibus exiſtentibus continuis. nam plus exiſtimatur tempore cariſtiæ continuæ quàm abundantiæ continuæ. & bene dixi de continua abundantia & de continua cariſtia per magnum tempus: quia hic quoque, id eſt in computatione.l.Falcid. nedum in aliis cauſis conſtituuntur pretia non ex momentis temporũ:puta ex præterita cariſtia:nec ex ea caritate ſiue cariſtia quæ raro accidit etiam ſi tempore præſenti obtineat caritas.Viuianus.

Vtilitate.

BIU Cujas

PRetia rerum nō ex affectu, nec vtilitate [a] singulorum, sed communiter funguntur. [b]† Nec enim qui filiū naturalem [c] possidet, tanto locupletior est, quòd eum, si alius possideret, plurimo redēpturus fuisset. Sed nec [d] ille, qui filium alienū possidet, tantum habet, quāti eum patri vēdere potest. Nec expectandum est dum vēdat: sed in præsentia non qua [e] filius alicuius, sed qua homo [f] æstimatur. Eadem [g] causa est eius serui qui noxam nocuit. [h] Nec enim delinquendo quisque pretiosior fit. Sed nec hęredem post mortem testatoris institutū seruū, [i] tanto pluris esse, quo pluris venire potest, [k] Pedius scribit. Est enim absurdum, ipsum [l] hæredem institutum non esse locupletiorē [m] antequā [n] adeam. [o] si autem seruus hæres institutus sit, statim me locupletiorē [esse] effectum: cum multis causis accidere possit, ne iussu nostro adeat. adquirit nobis certè cū adierit. Esse autem præposterum, ante nos locupletes dici, quàm adquisierimus. ℣ Cuius debitor soluendo non est, tantum habet [p] in bonis, quantum exigere potest.

Ex loco & tēpore rerū pretia variantur: & caristia quæ modico tempore fuerit, non inspicitur. Bartolus.

℣ Nonnullam tamen pretio varietatē loca [q] temporaque adferūt. Nec enim [r] tantidem Romæ & in Hispania oleum æstimabitur. nec continuis [s] sterilitatibus tantidem, quanti secundis [t] fructibus: [u] dum hic [x] quoque non ex momentis temporū, nec ex ea quæ rarò accidat caritate, [y] pretia constituantur.

LXIIII. VLPIANVS libro tertiodecimo ad legem Iuliā & Papiā.

SI in testamēto ita scriptum sit, *Hæres meus Lucio Titio decē dare dānas esto: & quanto quidē minus per legem Falcidiam capere poterit, [z] tāto amplius ei dare damnas esto.* [a] sententiæ testatoris standum est. [b]

Si fundus legatur sub conditione si hæredi pecunia soluatur per legatarium: fundus totus est in legato quoad cōputationē Falcid. Alexand.

LXV. PAVLVS libro sexto ad legem Iuliam & Papiam.

SI fundus legatus sit quīquaginta dignus, sub hac cōditione, si quinquaginta hæredi dedisset: plerique putant vtile [c] esse legatum: quia conditionis implendæ causa datur. Nā cōstat etiam Falcidiam eum pati posse. Sed si quinquaginta aurei legati sint, si quinquaginta dedisset: dicēdū [est] inutile esse legatum, & magis ridiculū esse.

In legatis conditionalibus & in diē tāto minus dicitur esse in legato quantum facit ratio interusurii medii temporis. Alex.

LXVI. VLPIANVS libro octauodecimo ad legem Iuliam & Papiam.

CIrca legē Falcidiam in eo quod sub conditione vel in diem alicui relictum est, hoc obseruādum est: Si decem sub cōditione alicui fuerint relicta, caque cōditio post decennium fortè extiterit, [d] non videntur decem huic legata, sed minus [e] decem: quia interuallum tēporis & interusurium huius spatij quæ plerūque continguntur, iura aptātur: vt ſ. de legi. & sena. consul. l. nam ad ea.

SI in testamento.] CASVS. Ita dixit testator in testamento, hæres meus damnatus esto dare Lucio Titio. x. & quanto quidem minus per. l. Falc. capere poterit idē Lucius Titius, tanto amplius ei dare dānat [z] esto. & decesit testator. certe standum est sentētiæ testatoris: vt scilicet nō patiatur Lucius Titius Falc. Vi.

z *Capere poterit.* scilicet hæres, id est, detrahæ ab hoc Titio.

a *Esto.* de legatis cæterorum.

b *Standum est.* immo nō standū: vt hæres nō habeat Falci. vt. j. eo. l. Titia. contra. Sol. speciale hoc casu: vt & aliàs. ſ. eod. l. si debitor. hoc tamē nō nocet hæredi: quia alij legatarij & suum & hoc onus Falc. subeunt: vt. j. eo. l. qui quadringenta. §. si quid. Vel potest dici q hic non dicit detrahi Falcid. sed dicit quòd cum duo & dimidium possunt detrahi de decem nomine Falc. tantū, id est, duo & dimidium videatur ei iterū legare: & sic erunt. xij. & dimidium, ex quibus Falc. detrahitur: & hoc modo statur sententiæ testatoris, & Falc. retinetur. prædicta autem duo & dimidiū detrahit hæres de legatis cęterorū. vt dixi. Accur.

SI fundus.] CASVS. Legaui tibi fundū valentem. l. sub conditione si dares hæredi meo. l. certe valet legatum fundi, & potest hæres meus detrahere Falci. de fundo si habet locum Falci. in hæreditate mea: non obstante quod tu dedisti ei. l. causa implendæ conditionis legati fundi. sed si legaui tibi. l. aureos sub conditione si dares. l. aureos hæredi meo: non valet hoc casu legatum. Viuianus.

CIrca legem.] CASVS. Institui mihi hæredē Titium, & multa legata ab eo reliqui & pure, & in diem, & sub conditione: inter quæ legaui Seio. x. vsque ad. x. annos: vel sub conditione si nauis ex Asia venerit. & ea conditio extitit post decēnium. certe non videntur huic Seio legata. x. vt sic posit hæres aliis legatariis detrahere Fal. eo modo ac si dictus Seius habuisset. x. sed tātum minus de. x. videtur legatum dicto Seio quantū ad hoc quod hæres fuit lucratus medio tempore vsque ad diem vel condi. ex dictis. x. existentem. Secundo dicit quod sicut legata non soluuntur nisi deducto ære alieno, ita & donationis causa. Viuianus.

a *Vtilitate.* de affectu & vtilitate statim ponet exemplum. & plenius no. supra. l. proxi. in fi. Accursius.

b *Funguntur.* id est, communi pretio æstimantur res. quod ergo dicitur, res tantum valet quantum vendi potest, scilicet communiter: vt hic, &. ſ. eo. l. proxi. in fi. &. ſ. ad legem Aquil. l. si seruum.

Vel dic cōmuniter funguntur, scilicet pretia: id est statuuntur. & cōmuniter expone vt prius. Vel tertio fungūtur communiter, id est tale pretiū imponitur quod quiualeat rei, vt cōmune & quale sit habere rem, vel pretium.

c *Qui filium naturalē.* scilicet seruū suum: aliàs non posideret. & est exemplū de affectu.

d *Sed nec.* exemplum de vtilitate.

e *Quasi.* aliàs, quo, id est quanto: scilicet pretio. aliàs, qua, scilicet æstimatione.

f *Homo.* seru [9] aliquis nō habito respectu ad patrem.

g *Eadem causa.* vt æstimetur quātum communiter valet.

h *Nocuit.* defuncto cuius erat. per quod vidēbatur difficili [9] quòd venderet, ne puniendi adimatur facultas, & de sociis inquirēdi, arg. ſ. fimi. ercisc. l. Pomponius. circa prin. Vel dic nocuit extraneo in vita defuncti: & tunc nō fit pretiosior, id est, fit deterior: & sic prout valet. Accursius.

i *Seruū.* hæreditariū.

k *Venire potest.* quia iussu emptoris adiret: vt insti. de hær. insti. §. si autem.

l *Ipsum.* q.d. istud est dicere, me institutum non esse locupletē antequā adeā: quod quidem verum est, & si seruus hæreditarius instituatur, me fieri locupletē. neutro ergo casu fuit locupletior. H. Alij legūt interrogatiue vsque illuc, certe &c. q.d. non est absurdum me nō esse locupletiorē. Alij dicunt quòd si ego instituar, sum locupletior antequam adeam: cum & ius deliberandi & adeundi transmitto: vt &. C. de iure delibe. l. cum antiquioribus. Si seruus meus, nō. quos sensus litera nō bene portat.

m *Locupletiorem.* quod quidem verum est antequam adeam &c.

n *Antequam.* pro quamuis &c.

o *Adeā.* facias punctum loco copulæ. & repete, & ne nobis acquiri. certe & si adierit, puta si noster esse desinat: quod multis modis potest contingere, & hoc quoad Falci. aliàs cōtra supra ad legem Aquil. l. inde Neratius. &. ſ. de condic. furt. l. iij. §. j. &. j. de fur. l. si qs vxori. §. penul. sed illa odio furis, occisoris, & raptoris.

p *Habet.* creditor. & facit infra, eo. l. quærebatur.

q *Loca.* primo ponit de loco: secūdo de tempore. & facit ad locum. ſ. de eo quod certo loco. l. ideoque.

r *Nec enim.* de loco dicit. Accursius.

s *Nec continuis.* exemplum de tempore.

t *Secundis.* id est, vberrimis, scilicet existentibus. vnde dicitur: hæ nauis vadit ad secundā quādo vadit. j. aliter igitur æstimatur tempus caristiæ [a] quam vbertatis si diu durauerit. secus si parum: vt infra, subiicit. Accursius.

u *Fructibus.* vberrimis. fuit enim septem annis valde earum tempus, & septem sequentibus maxima vbertas.

x *Cum hic.* id est, in computatione Falcid. vel hic, id est, in æstimandis fructibus.

y *Caritate.* id est, etiam si tempore præsenti obtineat: quia ad ea *l. i. §. curā carnis. in se cūdo oppo. ſ. de offic. præfec. vrb. idē in. l. an nonā. j. de extraor. crimi.*

z *Tāto amplius.* scilicet v.

a *Sententiæ.* de legis. & sena. consul. l. nam ad ea.

b *Standum est.* de legatis cæterorum.

c *Vtile.* in toto fundo. nā totus legatus videtur: vt. ſ. eo. l. ad veterani. §. j. & dic contraria plene vt ibi not. & facit. ſ. de lega. ij. l. si cui fundus. &. j. eo. l. qui fundum. Accursius.

d *Extiterit.* & sic medio tēpore quīq; pcepit hęres de iterusurio.

e *Minus decem.* scilicet. v.

BIU Cujas

a *Quantitatem.* & secundum hoc Fal. detrahitur: vt. j. e. l. qui quadringenta. §. fina. & l. in quantitate. §. in diem. & facit. ff. e. l. in lege Falci. & no. institu. de act. §. plus.

b *Supersit.* vt. C. eo. l. successores.

c *Immodicũ.* i. magnũ, adeo quod nõ possunt solui donationes.

d *Aliud.* nisi quod supereſt deducto ære alieno. & facit. C. de testamili. l. in testamento.

Flo. aliquis

QVotiens.]CASVS. Institui mihi hęredem Titiũ, & filio meo naturali qui non poterat capere nisi duas vncias de iure, legaui tres vncias hæreditatis meæ. & multa alia aliis legata reliqui, ita quòd habet locũ. l. Fal. in hæreditate mea. certe prius debet detrahi Falc. de dictis tribus vnciis: & reliquum debetur filio si non sit vltra duas vncias. Viuia.

e *Licet.* vt naturali vltra vnicam vnciam: vt C. de natu. lib. l. ij.

f *Non excedat.* sed si excedat, ille excessus retinet adhuc præter Fal.

Filio de restituendo rogatus, duas quartas detrahere potest.

g *Debeatur.* hæc lex facit vt filius de restituendo rogatus possit detrahere duas quartas. quod dic vt. C. e. l. quãquam. facit. ff. tit. j. l. sed & si. §. j.

Casum ponit Accur.

h *Computationi.* Testator ab instituto reliquit legata: inter quę legauit Seio alimenta. nũc hæres cum Falc. non habeat, vult detrahere de cęteris legatis hoc planũ est. sed non de legato alimentorum, quod forte singulis annis valet. x. & poterat durare. x. annis vel etiam. xx. vel. l. annis prout viueret alimẽtarius. quæritur, secundum quam quãtitatem detrahere possit? Et dicit Vlpianus ꝙ si alimẽtarius est à prima ætate vsque ad. xx. an. puta: quia habet. xv. an. tunc æstimatur quantũ capit per. xxx. an. & sic æstimantur. ccc. tantum ergo de aliis detrahit ac si huic. ccc. fuissent legata danda hinc ad. xxx. an. s. per singulos an. vel si viuat plus, ei dabitur plus. & ecõtra si minus, detrahetur tantũdem. & de his detrahet per singulos annos. eodem modo & in sequentibus tẽporibus dicas. Sed an sit idem in vsufru. si dictus testator legauit Seio vsumfru. fundi? Et Vlpianus dicit idem, sed male: quia solitum est aliter dici à sapientibus in vsufru. s. vt à prima ætate vsque ad. xxx. an. æstimetur quantum valet per. xxx. an. & secundũ eam æstimationem quarta detrahetur de cæteris legatis.

i *In alimentis.* si quæratur quantum nomine alimentorum sit relictum alicui, & quantum nomine Falcidiæ detrahitur vel ex eo, vel propter illud ex aliis. Viuianus.

Aetates hominis quatuor.

k *A prima ætate.* quæ est vsque ad. xij. vel. xiiij. annos: vt. C. de impu. & al. sub. l. pe. & de iure delib. l. quidã. & dicitur impubes. secũda vsque ad. xxv. & dicitur adolescentia: vt. ff. de leg. iij. l. nõ aliter. in fi. exinde dicitur tertia vsque ad. lxx. & dicitur iuuentus: vt ea. l. non aliter. in fi. abinde senex vel senium: vt infra, de iure immu. l. maiores. sed quantum ad hanc computationem primæ ætati hic adiicit vsque ad. xx. an.

l *Triginta annorum computetur.* præsumitur quod tantum viuere possit, & ita finiantur alimenta: vt. ff. de transac. l. cum hi. §. modus. in fin. Sed quid si minus vel vltra viuat? Respon. vel repetit à legatario quod habuit vltra vitam, & prõficit aliis legatariis. vel dabitur legatario prout vixit vltra: sicut dico in vsufructu reipublicæ relicto. j. ibi, sic denique.

m *Vigintiocto.* scilicet quantitas alimentorũ computatur, & eius quantitatis Falcidia præstetur semper repete. Accursius.

minorẽ facit quantitatẽ[a] decẽ. ℣ Sicuti legata nõ debẽtur, nisi deducto ære alieno aliquid supersit[b]: [sic] nec mortis causa donatiões debebũtur, sed infirmantur per æs alienũ. Quare si immodicũ[c] æs alienũ interueniat, ex re mortis causa sibi donata nihil aliud d*cõsequitur.

Tantum dicitur consequi legatarius de legato, quantum consequitur cum effectu detracta Falcidia. Alexan.

B

LXVII. TERENTIVS CLEMENS libro quarto ad legem Iuliam & Papiam.

QVotiens cuidam amplius legatũ sit quàm ei capere liceret[e], & lex Falcidia locũ haberet: prius Falcidiæ ratio habẽda est, scilicet vt subducto eo quod lex Falcidia exceperit, reliquũ (si nõ excedat[f] sta tutã legi portionẽ) debeatur[g].

Legatum alimentorũ ad vitam relictum, & etiam legatum vsusfructus subiiciuntur Falcidiæ, & reputantur ascendere ad tantam quantitatẽ quantam cõprehendere potest tẽpus vitæ habita ratione ætatis. Alex.

LXVIII. AEMILIVS MACER libro secundo ad legem vicesimam Hæreditatum.

C

COmputationi[h] in alimentis[i] faciendæ hãc formam esse Vlpianus scribit, vt à prima ætate[k] vsq; ad annum vicesimũ quantitas alimẽtorum triginta annorum cõputetur[l], eiusque quantitatis Falcidia præstetur. Ab annis verò viginti vsque ad annũ vicesimũquintũ annorũ vigintiocto[m]. Ab annis vigintiquinq; vsq; ad annos triginta, annorũ vigintiquinque. Ab annis triginta vsque ad annos tigintaquinque annorũ viginti duo. Ab annis trigintaquinq; vsq; ad annos quadraginta, annorũ viginti. Ab annis quadraginta vsque ad annos quinquaginta, tot annorũ computatio fit quot ætati eius[n] ad annum sexagesimũ deerunt*, remisso[o] anno vno. Ab anno vero quinquagesimo vsq; ad annũ quinquagesimũquintũ, annorũ nouem. Ab annis quinquagintaquinque vsque ad annũ sexagesimũ, annorũ septem. Ab annis sexaginta cuiuscũque ętatis sit[p], annorum quinque. Eoque nos iure vti Vlpian[q] ait[q] & circa cõputationẽ vsusfructus faciendam. Solitũ est tamen à prima ætate vsque ad annũ trigesimum cõputationem[r] annorũ triginta fieri. Ab annis vero triginta, tot annorum cõputationem inire, quot ad annũ sexagesimum deesse videntur. nũquam ergo amplius quàm triginta annorũ computatio initur. Sic deniq; & si reipublicæ vsusfructus legetur: siue simpliciter, siue ad ludos triginta annorum computatio[f] fit.

C

Sicut subtrahens rem hæreditariã perdit Falcidiã in illa, ita negãs rem hæreditariã esse, si postea de mẽdacio cõuincatur. Alex.

℣ Si quis ex hęredibus rem propriã[t] esse cõtendat, deinde hæreditariã esse cõuincatur: quidã putãt eius quoque Falcidiã nõ posse retineri: quia nihil interest, subtraxerit, an hæreditariã[u]

n *Quot ætati eius.* vt si habet. xlij. annos præsumitur viuere. xviij. vno minus. Accursius.

o *Remisso.* id est, detracto. Azo.

p *Aetatis sit.* s. in antea.

ſ *Minuta.* dicũtur minuta vsque ad. x. aureos, vt hic subiicit: vel aliter vt. ſ. de dolo. l. ſi oleum. §. fi. &. l. seq. aliàs & aliter vt no. C. de sen. ex libello reci. auth. nisi.

t *Non eandem.* verba rescripti: & habeas in litera sic. alij habent, si nõ eadem &c. & dicunt q̃ abundat dictio, si. alij dicunt q̃ hæc dictio, si, refertur ad verba prœmiſſa & rescripta quę nõ habemus.

u *Libertis.* cæteris. Accursius.

x *Quibus.* id est, in quibus. x. aur. nec enim refertur ad verbũ, libertis. nam ipsi habent necesse satisdare secundũ Mar. vel potest dici vt liberti alimentarij nõ satisfdent fauore alimentorum: vt. ſ. de transac. l. cum hi. §. ſi in annos. & secundũ hoc sunt minuta ad arbitrium

arbitrium iudicis. sed quæ est ratio quòd non satisdatur pro minutis legatis? Respon. quia pauperibus consueuerunt talia relinqui: qui satisdare non possunt facile: vt.ff.e.l.cum non facile. vel quia nó est verisimile ꝙ fiant nó soluendo in tam modico propter quod stipulatio fit: vt.ff.e.l.j.§.hæc stipulatio. vel si ponas in alimentis vt dixi, est ratio alimentorum fauor. sed licet nó satisdetur, an habeat locum repetitio si Falci. emergat? Respon. si sciens soluerit, non: nisi hoc dicat: vt.ff.de condic.indebi. l.ij.in princ.&.j.proxi. §.Si autem ignorás, distingue inter facti & iuris errorē: vt.C.ad leg. Fal.error. Item núquid saltem cauebūt sine fideiussore? Respó. forte sic.arg.ff.de iudi. l.ij.§. sed si dubitetur. & forte etiá sub pœna: cum illud nó sit eis difficile. Item est arg.cótra.j.de dam.infec.l.si pprietarius.in fi.j.respó. Acc.

a *Nō pati.* sic.j.vt leg. nomi. caue. l.j.§.si ad fiscum.

b *Conueniri.* vel condic.inde. vel vtili ex stipulatu, quam sæpe lex tribuit, licet interpositanó fuerit: vt supra, de adop.l.his verbis. Azo.

c *Compelli.* sic in satisdatione iudic. sol. vt.ff. de procur.l.si minor.§. fi. secus in cautione de iudic.sisti: vt.ff.qui satisd.cog.l.sciendum.

d *Voluerit.* rescriptum. ad quod est.j.ea.l.§.fina.

Si legatarius.] CASVS. Hic loquitur de alia cautione quàm.ff. dictum sit. vnde pone quòd Titius instituit me hæredem, & legauit Seio.c.& decesit dictus Titius.postea Sempro. mouet mihi quæstionem hæreditatis vel minatur mihi mouere: & Seius legatarius petit à me legatum. vnde ego dedi ei legatum: & ipse cauit mihi de restituendo mihi legato si euicta mihi fuerit hæreditas,& postea Sempronius prædictus euicit mihi hæreditatē. nunquid cómittitur mihi dicta stipulatio contra legatarium? & dicitur ꝙ sic, si modo culpa abest à me hærede qui stipulatus fui ab eo: & si per partes euincatur mihi hæreditas, sæpius committetur mihi stipulatio contra legatarium. si autē ego hęres fui in negligentia vel in culpa vt mihi hæreditas euinceretur à dicto Sépronio, non cómitteretur mihi dicta stipulatio cótra dictum legatarium. si autē egomet mihi euici hęreditatem ex alia causa, bene cómittitur mihi stipulatio contra dictum legatariū, puta quia dictus Titius testator instituit me hęredem in alio sequenti testamento, in quo legatum dicto legatario non reliquit: & accepi hæreditatem ex secundo testamento, & nó ex primo. & sic videor euicisse mihi quantum ad primum testamentum. núquid si ego hæres solui dicto legatario, & non feci interponi dictam stipulationē: potero condicere condictione sine causa dictam cautionem, si ipse mihi non cauet? & dicitur quòd sic. nam ea quæ per errorem cómissa vel soluta sunt, condici possunt. dicta tamen cautio nó debet interponi nisi causa cognita. nam iniquum est omnino caueri hæredi per legatariū nondum illata hæredi per aliquem extraneū controuersia hæreditatis causa. possunt enim illusoriæ minæ fieri hæredi: quas quidē hæres timere nó debet. si tamen ego dicam me hæredem ex testamento, & alius qui vocatur sicut ego, dicat similiter se solum hæredem ex eodem testamento: legatarij, & etiá creditores possunt cóuenire me vel ipsum quécumque volūt. Et scias quòd tūc habet locum dicta cautio inter me hæredē & legatariū, cum ego do vel soluo legatario rem meam vel pecuniá siue ante motam mihi hæreditatis quæstionem, siue post. si vero soluam ei pecuniam hęreditariam, vel tradā ei rem hæreditariā ante motam mihi cótrouersiam hæreditatis, non est mihi cauendū per legatarium: quia etiá si sim postea victus de hæreditate, non teneor vincenti de eo quod solui legatario. non enim illud possideo quod

ff. Infort.

A solui legatario, nec dolo desiit possidere in hoc casu. si autē post motam mihi cōtrouersiam hæreditatis soluam legatario sine cautione pecuniā hæreditariam, vel tradam ei rem hæreditariam sibi legatam: teneor vincenti mihi hæredi de eo quod solui legatario, & hoc propter culpam meam. sed si ego dicā me hæredē ex testamento, & alius qui vocatur sicut ego, dicat similiter se solum hæredem ex eodē testamento, & ego tradam legatario rem hęreditariam sibi legatam: nunquid tunc debet mihi legatarius cauere? & dico ꝙ non: quia omnimodo ego liberor à legatario per dictam traditionē si inuenior postea hæres: vel liberāt ille qui vocatur sicut ego, & qui dicit se hęredem (vt dictum est) si inueniatur postea hæres: sicut & si soluissem alicui creditori hęreditario. Et idē credo si soluissem meā pecuniam, vel tradidissem rem meam: quia siue vincam, siue succūbam, habeo vnde retineam illud quod solui vel tradidi legatario, cum hæredi. possideā. Si autem ille qui à me petebat hæredi. & qui dicebat se hæredē, soluat suam pecuniā, vel suam rem tradat legatario vel creditori: necessaria est ei cautio, cum non habeat vnde retineat si ego vincam eum. Si autem soluat hæreditariam pecuniam, vel rem hæreditariam tradat: credo quòd non debeat ei caueri per legatarium vel creditorem: quia omnimodo aut ipse aut ego liberor per dictam solutionem, id est, ille ex nobis qui vincet hęreditatem. & hoc dicit vsque ad.l.videamus. Viuianus.

cautionem non pati[a], sed perinde conueniri[b] posse, ac si cauissēt. Cæteros autem, cuiuscūque dignitatis sint (licet iam legata perceperint) cōpelli[c] debere ad cauendum, diuus Pius rescripsit, ex quo rescripto etiā illud accipimus, quòd etiā post soluta legata voluerit[d] stipulationē interponi. ℣ Si legatarius hæredi qui cōtrouersiam hęreditatis patitur iam, vel sperat[e], de restituendo legato sibi præstito cauerit[f], & euicta hæreditas sit, sed negligentia vel dolo eius qui legatum pręstitit: dicemus non committi[g] stipulationem, propter viri boni arbitrium, quod inest huic stipulationi. ℣ Item si ipse qui præstitit legatū, ex alia causa sibi euicerit[h], vtputa quia inuenitur sequenti testamēto hæres scriptus[i], in quo legatum iste legatarius non acceperat: dicemus committi stipulationem, propter viri boni arbitrium. ℣ Et generaliter vbicumque hæreditatem[k] vel quantitatem vel emolumentum[l] præstitit is qui hac stipulatione sibi prospexerat, dicendum est ibi cōmitti eam: si modò culpa abest ab eo qui stipulatus est. ℣ Quæsitum est, an [&] sæpius committatur? Et placet etiam sæpius eam committi[m], si per partes ablata est hæreditas.

Hæc cautio debet interponi nedum ante legatum solutum: sed etiam postea si omissa fuerit. hoc dicit. B

℣ Si legatum fuerit præstitum[n] ante interpositam hanc stipulationem[o], an condici possit vt cautio ista interponatur? Mouet quæstionem, quòd ea quæ per errorem omissa vel soluta sunt, condici possunt. Et hic ergo quasi plus solutum videtur, ex eo quòd cautio intermissa est. Et ait Pomponius cōdictionem[p] interponendæ satisdationis gratia[q] cōpetere. & puto hoc, probandū quod Pōponius [ait,] vtilitatis gratia.

IIII. PAVLVS libro septuagesimoquinto ad Edictum. C

D

c *Sperat.* f. pati. nec erant illusoriæ minæ: vt.j.l.proxi. Accur.

f *Cauerit.* hæc cautio euicta hæreditate legata reddi, affinis est illi quæ in hoc titulo est posita: & fit de hac mentio. C.de lega. l.si in fraudem. & de petitio. hæredi. l.fi.§.j.& supra, qui satisda. cog.l.de die.§.item euicta.

g *Non committi.* sic.ff.de leg.j.l.si seruus plurium.§.j.& facit. C. de rerum permu.l.fi.&.ff.de euicti.l.si rem quam.§.j. Accursius.

h *Sibi euicerit.* id est, ipsemet sibi euicerit. nam cum cœperit scire se in secundo testamento institutum, cœpit tenere ex secundo: & sic videtur euicta ex primo: vt.ff.de eui.l.si vendideris. non autem dicas quòd euicerit ei qui ab eo prius euicisset: quia ille haberet exceptionem rei iudicatæ, licet postea inuenerit secundum testamentum: vt.C.de re iudic.l.sub specie.

i *Scriptus.* qui & fuerat in primo testamēto institutus. Et sic no. secundum Azo. per hanc legem bene probari reuocata esse legata per secundum testamentum: licet in eo non fiat mentio primi. sic supra, de adimen. lega. l.si tibi certam. & argu. supra, de procura. l.si quis cum procuratori. §.fin. secus in tacito fideicommisso: vt supra, de proba. l.cum tacitum.

Legata per secundū testamentum videtur reuocata.

k *Hæreditatem.* totam vel partē de qua erat mota lis: & sic proceditur in causa licet restituerit fideicommissario.

l *Vel emolumentum.* vt speciem.

m *Cōmitti.* idem in omnib⁹ prætoriis stipulationib⁹: vt in ratihabi. & dam.infec. vt.j.rem ra.ha. l.si procurator. Item si purum factū est in stipulatione: vt.j.de verb.obli. l.si sic. secus in pœnali stipulatione[a], quæ nó cōmittitur nisi semel: vt.ff.de arbi. l.si duo.§.fi.

a Quomodo & quādo cōmittatur stipulatio pœnalis: plenissime vide in Spec. titu. de act. sen. per §. sequitur. §. col. versi. quando autem.

n *Præstitum.* ab hærede legatario.

o *Stipulationem.* potes dicere de ea de qua dicitur. ff.ea.l.§.proxi. vel de illa. ff.ea.l.§. cæteros. Accursius.

p *Cōdictionem.* incerti, vel sine causa: vt.ff.de vsufructu ea.re.quę vsu consu. l.hoc senatus.§.j.& vsufru. quēadmo. ca.l.si vsufructus nomine.&.ff.de do.præle.l.pater dotem.§.si forte per errorem.

q *Gratia.* scilicet probauit. Azo.

BIU Cujas

a *Hæc autem satisdatio.* scilicet euicta hereditate legata reddi, de qua dicit. ff. l. proxi. §. si legatarius. Accursius.

b *Iniquum.* Not. quòd superuacua cautio non præstatur, sic. ff. de procura. l. non cogendum.

c *Litis.* scilicet de hæreditate. Accursius.

d *Minæ.* quæ curandæ non sunt: vt. ff. quod met. cau. l. metum autê non vani. secus si non elusoriæ: quia cauetur: vt. ff. l. proxi. §. si legatarius. *ADDITIO.* Ista glo. iuncto tex. præstat argumentum ꝙ propter minas factas ab vno nó debet præstari cautio: & determinatur per istum tex. quia aut sunt minæ illusoriæ, aut nó, & statur arbitrio iudicis. gl. est. C. quod met. cau. l. metum. secũdum Barto.

e *Vindicent.* id est, se esse hæredes asserant: quod tamen esse nõ potest: vt infra, de regu. iur. l. quod cótra. §. vni. & facit supra, de leg. ij. l. si quis seruum. §. si inter duos. &. C. de peti. hære. l. fi. §. fin autem ex contractibus. Sed contra. j. de excep. rei iudi. l. qui cum hærede. vbi à neutro petitur interim. Solu. ibi certũ erat vnum esse scriptum hæredem: sed dubitabatur de filio legitimo hærede ab intestato, an sibi daretur bonorum possessio contra tabu. hic autem non erat certum de aliquo illorum: certum tamen erat de vno. lex tamen illa corrigitur per. l. C. eo. l. fin. §. j. secundum Azo.

HAec autem satisdatio [a] locum habet si iusta causa esse videbitur. nam iniquum [b] erat omnimodo caueri, nondũ illata controuersia litis [c]: cum possint ei lusoriæ minæ [d] fieri. ideoque eam rem prætor ad cognitionem suam reuocat. ¶ Si duo ex testamẽto hæreditatem insolidum sibi vindicent [e], fortè quòd eiusdem nominis sint: tam in possessorem quàm in petitorem competunt actiones & creditoribus & legatariis.

Ista cautio debet præstari quando recipientis interest. Bartolus.

¶ Hæc cautio [f] vtique necessaria est si quis pecuniã suam soluat, vel [suam] rem tradat [g]. Si verò pecuniam hæreditariam soluat, vel rem tradat: quidam non putant cauendũ: quia nec teneri potest eo nomine victus: cum nõ possideat, vel dolo fecerit quò minus possideat. Hoc si ante motam controuersiam soluat. quòd si postea [h], tenebitur culpæ nomine [i]. ¶ Sed cũ de [k] nomine inter duos quæstio [l] est: numquid non sit cauendum ei qui hæreditariã rem tradat [m]: quia omnimodo vnus liberatur, quemadmodum si æs alienum [n] hæreditariũ soluatur? Sed si petitor [o] suam pecuniã soluat, aut rem suam tradat, nõ habet vnde retineat: & ideo necessaria est ei cautio.

Legatarius debet cauere hæredi, & fideicommissarius legatario, vel fideicommissarius hæredi causa euitandi circuitus. Bartolus.

V. MARCELLVS libro vicesimoprimo Digestorum.

VIdeamus an stipulatio [p], *Quod* amplius quàm per legem Falcidiam licuerit, ceperis, dari?* aduersus eum non sufficiat [q] qui legatũ alij restituere ex fideicommissi causa debet. Sufficiet autem dici, nihil eius fideicommissum esse [r]. Cauebit, scilicet legatario & is qui fideicommissum accipiet [s]: nisi fortè malit legatarius circuitu sublato hæredi caueri [t]. Sed & legatario præterea cauendum est, si (vt plerũque æquum est) prorata ex fideicommisso retinere ei concedendum est: quamuis tantùm ex legato apud eum sit remansurum, vt sufficere possit ad prestandum fideicõmissum.

Ei qui non potest satisdare, remittitur satisdatio. Bartolus.

VI. CALLISTRATVS libro quarto de Cognitionibus.

Jlud quod amplius ceperis quàm per Fal. licuerit tibi, dari? & videtur quòd non: quia tu legatarius nihil capere videris, cum alij restituere debeas. sed verius est vt cauere debeas perinde ac si non esses rogatus de dando alicui fideicom. & Sempronius prædictus cui debes restituere tũ legatum, cauebit tibi eo modo. Sed si tu legatarius velis vitare circuitum, & velis quòd solus Sempronius fideicom. caueat hæredi, & non tu. audiri debes. in casu tamen Sempronij fideicom. debet caueri, & etiam tibi legatario, puta quando hæres debet tibi legatario detrahere Falc. & tũc quando legatarius es, detrahere fideicõmiss. debes, quia tunc æquum est te legatarium Falc. detrahere: cum testator hoc dicit: vt. ff. c. l. j. §. sed & legatario. &. ff. titu. j. l. pœnales. §. fina. & non solum detrahis tu legatarius Fal. ex fideicom. à te dato cum æquũ est eo modo qui dictus est: & cũ de legato nihil apud te remansurũ est, soluto fideicom. à te relicto: sed etiam detrahis Falci. quamuis tantum ex legato apud te legatarium sit remansurum soluto integro fideicommiss. à te relicto, vt sufficere possit ad præstandũ integrum fideicom. puta quia legaui tibi legatario. xv. & rogaui te de præstandis Sempronio. xv. nam si hæres meus detrahat tibi. v. de. xx. tu detrahes fideicõmissario quartam de. xv. & sic hoc casu Sempronius fideicommiss. debet cauere tibi & hæredi. & hoc dicit. Viuianus.

f *Hæc cautio.* scilicet euicta hæreditate legata reddi: de qua loquitur principium legis. Accursius.

g *Tradat.* scilicet hæreditariam.

h *Postea.* id est, post controuersiam motam: licet non sit lis cõtestata: vt. ff. l. proxi. §. si legatarius. Azo.

i *Culpæ nomine.* vt. ff. titu. j. l. dolo. Item si hoc soluat sponte, non per sententiam: alioquin liberatus est ipso iure: sed tamen & tunc petit sibi caueri vt defendatur: vt supra, de rei vindi. l. is à quo. & l. à quo. &. C. depos. l. pe. in fin. licet illa corrigatur per authen. ibi positam. Item argu. contra. ff. de lega. ij. l. si quis Titio. §. fi. sed ibi vterque nititur ex voluntate: & ideo datur vtrique. hic alter nititur tantum ex voluntate, scilicet legatarius.

k *Sed cum de.* ff. ergo loquitur vbi vnus ex testamento defendebat hæreditatem: & ideo non est certum omnino deberi legatum: quia si legitimus obtinet, non liberatur: quia nec tenetur: sed hic vterque ex testamento: & sic est certum deberi quicũque eorum obtineat: vt. ff. eo. §. si duo.

l *Quæstio.* vt fuit supra, eo. §. si duo.

m *Tradat.* legatario, scilicet sine auctoritate, & etiam post litem motam. Et respon. non cauendum: nec imputatur ei si non petat caueri: quia &c.

n *Si æs alienũ.* quo casu etiã legitimus liberatur: & ideo nec hoc casu cum quæstio est de nomine, nec superiori cum inter scriptũ & legitimũ est quæstio, imputatur si non facit sibi caueri. Accur.

o *Petitor.* Sed quid si possessor? Respon. distingue vt. ff. soluit, suam, an hæreditariam. in primo casu cauetur ei, vt in princip. §. in secũdo subdistinguitur fiat quæstio de nomine: & tunc nõ cauetur ei quandocũque soluat: vt ibi. sed cũ de nomine, soluat &c. si autê aliàs, vt quia legitimus facit quæstionẽ scripto, vel ecótra: subdistinguitur sit lis mota, vel non: vt ibi, si vero pecunia &c.

VIdeamus.] Hæc lex reuertitur ad illam satisdationem de qua dictum est. ff. e. l. j. vsque ad. l. nisi, §. si legatarius. & ponit talem casum. CASVS. Institui mihi hæredem Titium, & legaui tibi Seio. c. & rogaui te Seium vt restitueres legatum tuum Sempronio, & multa alia legata quibusdam reliqui & pure, & sub cõditione: & postea decessi. tu Seius petis ab hærede meo Titio. c. prædicta. quæritur, nunquid debeas ei satisdare vt restituas ei illud quod amplius ceperis quàm per Fal. licuerit tibi, dari? & videtur quòd non: quia tu legatarius nihil capere videris, cum alij restituere debeas. sed verius est vt cauere debeas perinde ac si non esses rogatus de dando alicui fideicom. & Sempronius prædictus cui debes restituere tũ legatum, cauebit tibi eo modo. Sed si tu legatarius velis vitare circuitum, & velis quòd solus Sempronius fideicom. caueat hæredi, & non tu. audiri debes. in casu tamen Sempronij fideicom. debet caueri, & etiam tibi legatario, puta quando hæres debet tibi legatario detrahere Falc. & tũc quando legatarius es, detrahere fideicõmiss. debes, quia tunc æquum est te legatarium Falc. detrahere: cum testator hoc dicit: vt. ff. c. l. j. §. sed & legatario. &. ff. titu. j. l. pœnales. §. fina. & non solum detrahis tu legatarius Fal. ex fideicom. à te dato cum æquũ est eo modo qui dictus est: & cũ de legato nihil apud te remansurũ est, soluto fideicom. à te relicto: sed etiam detrahis Falci. quamuis tantum ex legato apud te legatarium sit remansurum soluto integro fideicommiss. à te relicto, vt sufficere possit ad præstandũ integrum fideicom. puta quia legaui tibi legatario. xv. & rogaui te de præstandis Sempronio. xv. nam si hæres meus detrahat tibi. v. de. xx. tu detrahes fideicõmissario quartam de. xv. & sic hoc casu Sempronius fideicommiss. debet cauere tibi & hæredi. & hoc dicit. Viuianus.

p *Stipulatio.* qua scilicet cauetur vt legatarius restituat quod amplius ceperit quàm ei licuerit, dari. Accursius.

q *Non sufficiat.* q. d. etiam si interponatur, non videtur cõmitti: quia cum promittat quod capit vltra quàm liceat, & ipse nihil capit, cum alij restituat: vt. ff. de verb. sign. l. aliud. ergo non committitur. sed contra est: quia cauet ac si non sit grauatus vt alij restituat. & hoc subiicit, sufficit &c. nam respon. ibi.

r *Esse.* q. d. caueat ac si nil sit eius fideicommissum.

s *Accipiet.* à legatario.

t *Caueri.* per illum cui rogatus est legatarius dare fideicommissum. Et no. de circuitu tollendo [a], vt &. ff. de condic. inde. l. domi. ff. de vsufru. quemadmo. ca. l. si vsusfru. mihi. patet & ergo per hanc. l. quòd legatarius hæredi & fideicommissarius legatario cauet. quandoque solus fideicom. hæredi causa euitandi circuitus, vt hic. quandoque cauet fideicõmissarius hæredi & legatario: veluti quando hæres debet detrahere Falcid. & legatarius similiter: puta vbi testator hoc dixit: vt no. ff. titu. j. l. pœnales. §. fina. & supra, eo. l. j. §. sed & legatario. & ita construe, cauendum est, sed & concedendum est ei retinere ex fideicom. pro rata vt plerumque æquum est: quia testator dixit, quamuis &c. vt quia mihi legauit. xx. & rogauit de. xv. restituendis. & de illis. xv. detrahit Falcid. si ei detrahatur. & facit. ff. de leg. ij. cum pater. §. j. Sed contra. ff. de an. leg. l. liberto. §. j. Solu. refert vtrum onus legatario iniungatur extrinsecus: vt tunc fideicõmiss. ei non teneatur cauere: vt ibi. an in partem eius quod legatur ei qui cogitur restituere: & tunc sic, vt hic. Accursius.

a Cito. ff. de iudi. l. si quis in testamento. &. ff. vsufru. quemadmo. ca. l. si vsusfru. mihi. patet & ergo per hanc. l. quòd legatarius hæredi & fideicommissarius legatario cauet. quandoque solus fideicom. hæredi causa euitandi circuitus, vt hic. quandoque cauet fideicõmissarius hæredi & legatario: veluti quando hæres debet detrahere Falcid. & legatarius similiter: puta vbi testator hoc dixit: vt no. ff. titu. j. l. pœnales. §. fina. & supra, eo. l. j. §. sed & legatario. & ita construe, cauendum est, sed & concedendum est ei retinere ex fideicom. pro rata vt plerumque æquum est: quia testator dixit, quamuis &c. vt quia mihi legauit. xx. & rogauit de. xv. restituendis. & de illis. xv. detrahit Falcid. si ei detrahatur. & facit. ff. de leg. ij. cum pater. §. j. Sed contra. ff. de an. leg. l. liberto. §. j. Solu. refert vtrum onus legatario iniungatur extrinsecus: vt tunc fideicõmiss. ei non teneatur cauere: vt ibi. an in partem eius quod legatur ei qui cogitur restituere: & tunc sic, vt hic. Accursius.

Cum

Cvm non facile.] CASVS. Hæc.l.loquitur de eadē cautione de qua dictū est.ſ.l.proxi. Pone ergo q̄ institui mihi hæredē Titiū,& multa legata reliqui & pure,& ſub cōditione.inter quos plures legatarios erat vnus qui nō facile posset inuenire fideiussores: & postea decessi.venit dictus legatarius ad hæredē meum,& petit ab eo legatū. hæres autē videns eū bonum hominē ideo petiit fideiussores ab eo, quia sciebat eū nō posse inuenire: & sic volebat eum auertere à petitione legati vel fideicom. sibi relicti. certe dicitur hic q̄ remittitur ei onus satisdationis, & legatū ab hærede consequitur. Viuia.

a *Cum non facile.* & sic videtur nō posse fieri: vt.ī.de verb. sig. l. Nepos Proculo. hoc ergo arbitrio iudicis relinquitur: vt ibi.

b *Ideo cautionē.* ſecus ſi nō ideo,ſed bona fide postulatur: quia persona ſuſpecta eſt.arg.ſ. de iudi.l.in omnib⁹.& qui satisd.cog.l.ſi fideiussor.ſ.fi.& C.de epiſc. & cle.auth.generaliter. H.ſed certe ſit ſuſpecta vel nō,ex quo non poteſt ſatisdare,ſtatim inquiritur de Falci.vt.C. de vſur.l.ij. & ſecundum hoc verbum,ideo, ſiue cauſatiue ſiue conſecutiue ponatur, non eſt vis. Iteē no.hac.l. remitti ſatisdationē pauperi: & ſic prodeſt paupertas.ſic.C.de epiſc. & cle.l.ſi quis ad declinādam.ſ.pe. Sed arg.contra.C.de epi.au.l.de creationibus.ſ.ſin autem.vbi à paupere, non à diuite exigitur ſatisdatio. Item facit ſupra,de offic.præ.l.illicitas. & de pig.act.l.ſi ſeruos. Item & in aliis remittitur: vt.ſ.eo.l.iij.ſ.quamuis.

CVm nō facilè[a] ſatisdationem offerre legatarius vel fideicōmiſſarius poſsit,& futurum ſit vt propter hoc à petitione liberalitatis ex teſtamēto ſummoueatur,nūquid onus ſatisdationis ei* remittendū erit? Quod videtur adiuuari reſcripto diui Cōmodi,in hæc verba: Is cuius de ea re notio eſt, aditus,ſi cōpererit ideo cautionē[b] à te exigi,vt à fideicommiſsi petitione auertaris, onus ſatisdationis tibi remitti curabit.

Merus executor non tenetur hæredi cauere. hoc dicit.

VII. PAVLVS libro ſeptimo ad legem Iuliam & Papiam.

DIuus Pius ab eo qui annua legata percipere* ad diſtribuendū iuſſus[c] erat, vetuit cautionem exigi, Ceſſantium[d] partes reddi. niſi apertè cauere iuſſus[e] eſſet.

VIII. MAECIANVS libro decimo Fideicommiſſorum.

SI hæres partem bonorū,vel etiam vniuerſa bona delata ad fiſcū diceret[f], conſtaret autem de fideicōmiſſo[g]: decretū eſt, vt petitori cauenti[h]. *Euicta hæreditate reſtituī iri**, ſolueretur.

Cautio vſufructu finito rem reſtitui, debet interponi ei ad quem pertinet proprietas, non hæredi tantummodo. Bartolus.

IX. IDEM libro duodecimo Fideicommiſſorum.

SI non in cōtrouerſia ſit proprietas, ſed vſusfructus[i] (poteſt enim[k] rei cuius proprietas Titio legata eſt, vſusfruct⁹ alij legari) tunc de eo reſtituendo, nō hæredi, ſed Titio caueri debet. Interdū & ſi ab hærede legetur vſusfructus, Titio[l] cauēdum eſt, veluti ſi detracto vſufructu proprietas ei[m] legetur, vſusfructus Seio. Quid enim attinebit hoc caſu hæredi caueri, ad quem emolumentum intercidentis vſusfructus non ſit ſpectandum[n]? Verum ſi vſufructu Seio legato, proprietas Titio ita legetur, vt cùm ad Seium pertinere deſierit[o], habeat proprietatem: tunc hæredi caueri oportebit à fructuario: ab hærede autē Titio, quia non ſit certum, vſufructu intercepto ad Titium proprietatem reuerſuram[p].

Si non in cōtrouerſia.] CASVS. Inſtitui mihi hæredē Petrum, *ſic Fl. pro* & Titio legaui ſolam *reſtitutū iri* proprietatē fundi mei Corneliani: & Seio legaui vſumfru. eiuſdem fundi, & poſtea deceſſi. venit nunc Sempro. & facit controuerſiam dicti vſufru. dicto Petro meo hæredi dicens ad ſe dictum vſumfructum pertinere. Item Seius prædictus cui legaui dictum vſumfructum petit ab eodē hærede vt dimittat eū vti frui dicto fundo Corneliano. certe ſi dictus Seius vult habere vſufru. ab hærede, debet cauere dicto Titio cui erat legata proprietas, de reſtituendo eidē Titio vſumfruc. ſi dictus Sēpronius vincat hæredē pro vſufru. non autem debet cauere hæredi: & eſt ratio quare debet caueri Titio proprietario,& nō hæredi: quia ſi ponamus quòd dict⁹ vſusfr. intercidat apud Sempronium prædictum qui faciebat hæredi cōtrouerſiam de eodē vſufru. quique poſtea vicit hæredem,& apud ſe habuit eundem vſumfructum emolumentū dicti vſusfructus intercidentis nō debet ſpectare ad hæredem, immo ad dictum Titium proprietarium. in caſu tamen cauere debet Seius cui legaui vſumfru. hæredi & nō Titio proprietario fundi. puta ſi legaui vſumfru. dicti fundi dicto Seio, & proprietatem eiuſdem fundi ita legaui dicto Titio, vt eandē proprietatē habeat idem Titius cum ad dictum Seium deſierit pertinere vſusfructus. & ita ſub incerta die dicto Titio legaui proprietatem dicti fundi qui habetur loco conditionis: vt.ſ.de lega.j.l.talis.ſ.ſed & ſi ſub conditione. & eſt ratio quare hoc caſu debet cauere hæredi,& nō Titio proprietario fundi, quia hoc caſu nō eſt certū vſufru. interempto apud dictum Sēpro. qui faciebat hæredi cōtrouerſiam de eo vſufru. quiq; ſuper hoc vicit hæredem, & apud ſe habuit eundē vſumfru. non eſt certū dico hoc caſu ad dictum Titiū proprietatem eiuſdē fundi reuerſuram, quia forte prius decedet Titius quàm vſufru. interimatur apud dictū Sēpro. & ita nō tranſmittit idem Titius ad ſuos hæredes legatū proprietatis dicti fundi: quia (vt dictum eſt) quaſi conditionale fuit legatū dictæ proprietatis eidem Titio relictum, eo quod ſub incerta die fuit ei relictum, vt dictum eſt. cōditionalia autem legata non tranſeunt ad hæredes: vt not.ſ.de lega.j.l.iij.& ſic eſt plana hæc.l.Viuianus.

Diuus Pius.] CASVS. Titius inſtituit ſibi hæredem Seium, & quibuſdam annua legata reliquit,& iuſsit quòd Sempronius recuperet ab hærede dicta legata ad diſtribuendum inter legatarios.& ita fecit dictum Sempronium ſuum commiſſarium: & poſtea deceſsit dictus teſtator. petit nunc cōmiſſarius ab hærede pecuniā ad diſtribuendū annua legata inter legatarios. dicit ei hæres, Bene volo tibi dare pecuniam: volo tamen quòd caueas mihi quòd reſtitues mihi partes legatariorum ceſſantium in receptione legatorum ſuorum: quia aliqui eorum morientur, ſicque deficient eorum legata. quæritur, nunquid taliter cauere debeat? Et dicitur quòd non, niſi teſtator præcepiſſet eum cauere. Viuianus.

c *Iuſſus.* hunc executorē teſtamenti vocāt Bonoñ. cōmiſſarium.

d *Ceſſantium.* verba cautionis.& dic, ceſſantiū, id eſt, morientiū: quia ſic extinguitur tale legatum: vt.ſ.de an.leg.l.in ſingulos. Sed argu.contra.ſ.de ali.leg.l.iij.ſ.debebit. vbi cauet. ſed ibi à cohæredibus: hic à teſtatore fuit electus. Item quæritur, an hic habeat aliquam actionem contra cohæredem? Item ſi quis legatariorum nolit, an reddatur hæredi? Reſpon. ad vtrūque. ſ.de leg.ij.l.Titio. Item quid ſi dubium eſt, an bene diſtribuat? Reſpon. iurat: vt C.de dona.l.pe.& facit.ī.de verb.ſigni.l.aliud eſt capere.

e *Iuſſus.* ſtatur præcepto defuncti de cauendo. ſic.C.ad Trebel. l.iubemus.ſ.in ſupradictis. & ſupra, de vſufru. ea. re. l.tribus. in princ. Accurſius.

Si hæres.] CASVS. Titius inſtituit ſibi hæredem Seium,& per fideicōmſ. reliquit centum Gaio,& deceſsit. petit nunc Gaius fideicommiſ. ab hærede. dicit ei hæres: Bona Titij teſtatoris delata ſunt fiſco. vnde ſi ſoluerem tibi fideicom. nihilominus fiſcus recuperaret à me vniuerſa bona dicti teſtatoris: vnde nolo tibi ſoluere. certe dicitur hic quòd tenetur hæres ſoluere dictū fideicōmiſſum dicto Gaio petitori cauenti eidem hæredi de reſtituendo fideicommiſſum euicta ſibi hæreditate per fiſcum. Viuianus.

f *Diceret.* non tamen adhuc erat lis conteſta. nomine fiſci: alioquin non ſolueretur etiam cautione præſtita: vt.ī.de iure fiſci.l. apud Iulianum. quæ eſt contra.& facit. C.de lega. l.ſi in fraudem. & ſupra.l.iij.ſ.ſi legatarius.&.C.de peti.hære.l.ſi.ſ.j.

g *De fideicommiſſo.* relicto puta Titio.

h *Cauenti.* Titio.

i *Sed vſusfructus.* id eſt, cautio pro vſufru. præſtanda. & ſic gratia ſimilitudinis tractat hæc lex de caut. illa quæ eſt.ſ. vſufru. quēadmo. caue.& ſic concor. in eo. titu. ſi tibi vſusfructus. Alij dicūt, quod quidam tertius mouet quæſtionem de vſufruc. & ſic loquitur de illa cautione de qua eſt.ſ.eo.l.hęc autem.in prin.& ſic proſequuntur vſque ad finem.

k *Poteſt enim.* interpoſitio eſt vſque illuc, tunc de eo &c. & facit infra.ſ.proxi.

l *Titio.* cui legata eſt proprietas: vt.ſ.proxi.reſpon.

m *Ei.* ſcilicet Titio.

n *Spectandum.* q. d. nihil.

o *Deſierit.* ſcilicet vſusfructus. & ſic ſub die incerta: & facit.ſ. vſufruc. quemadmo. ca.l.ſi tibi.& ſi vſufru. pe.l.fundus detracto.

p *Reuerſuram.* Titio interim moriēte,& ad hæredē non trāſmittente propter diem incertum: vt.C.de cadu.tol.ſ.ſin autē aliquid.

BIU Cujas

AD SENATVSCONSVLtum Trebellianum.

Duo senatusconsulta scilicet Pegasianū & Trebellianū tractauerūt de hac materia. Sed Iustinianus totū attribuit Treb. & quæ sunt propria cuiusque, habes institu.[a] de fideicommiss. hære. in princ. & §. restituta. & §. Pau. Alex. sed quia. Accursius.

a *Idē Bar.*

& Ias.

EXplicitus.] CASVS. Dominus Vlpianus continuat hunc titulū ad superiora, hoc modo: Cum explicitus sit tractatus qui pertinet ad fideicom. singularum rerum, scilicet. ſ. de lega. j. & de lega. ij. & iij. & vsque huc: bonum est vt transeamus ad interpretationē senatuscon. Trebelliani, quod tractat de fideicom. vniuersalibus. & sciatis quod dictum senatusconsultum fuit factum temporibus Neronis octauo kalendas Septembris consulibus existentibus quodā qui vocābatur Anneus Seneca: & alio qui vocabatur Trebellius Maximus. cuius senatuscō. verba sunt talia: Cum esset æquissimū in omnibus fideicō. hæreditatib⁹ si qua iudicia pēderent super bonis dictarum hæreditatū, ex his bonis eos subire dicta iudicia in quos vtilitas & commodū eorū bonorū trāsfertur. i. fideicōmissarios potiùs quàm cuiquam hæredi instituto periculosā esse fidem suam quā præstiti testatori de restituēda hæreditate fideicommiss. placet vt actiones quæ in hæredem dari solent creditoribus, & quæ hæredibus dari solent contra debitores: eas neque in eos hæredes, neque iis hęredibus dari qui restituissent sicut rogati essent fideicommissum fidei suæ, id est, hæreditatem non detracta quarta. sed & si pater Titij sit hæres institutus, & rogatus hæreditatem restituere Titio filio suo, & ipse ei restituat, idem erit quod dictum est. ſ. s. vt in patrem non transeant hæreditariæ actiones: sed hoc casu & superioribus & in eos fideicommiss. quibus ex testamento fideicommissum restitutum fuisset, dantur dictæ hæreditariæ actiones. & hoc ideo vt magis in posterum confirmentur summæ defunctorum voluntates, & obseruentur per hæredes institutos. nam si hæredes instituti non teneantur creditoribus hæreditariis facta per eos restitutione hæreditatis, vt dictum est: non dubitabunt adire, sicut dubitabant prius. & ita per superiora videre potest quòd non solum hæredi qui restituit hęredi. fideicommiss. subuenitur per dictum senatuscon. scilicet vt excep. vti possit contra creditorē hęreditarium contra eum agentem, sed etiam fideicom. scilicet vt possit agere contra debitores hæreditarios, quamuis hæres qui restituit hæreditatem eidem fideicommiss. repelleretur exceptione ab eisdem debitoribus hæreditariis si eos conueniret. hoc dicit vsque ad. §. hoc autem senatusconsultum. Viuianus.

**Fl. placet vt act.*

a *Explicito tractatu.* qui tractatus fuit à ti. de lega. j. vsque huc.

b Inchoata cū defuncto. secus si cū hærede.

b *Consulibus.* sic insti. eo. §. restituta.

c *Iudicia.* id est, controuersiæ [b] vel lites.

Bart. Pau. Alexā. & Ias.

d *Ex his.* scilicet bonis.

e *Subire.* dicta iudicia.

f *Fructúsque.* id est, vtilitas & commodum eorum bonorum, id est, illius fideicommissi vniuersalis. Hug.

g *Cuique.* hæredi instituto.

Digestorū

seu Pandectarum Liber trigesimusſextus.

AD SENATVSCONsultum Trebellianum.

TITVLVS I.

Facta restitutione fideicommissi vniuersalis transeunt actiones & iura actiue & passiue in fideicommissarium: & hæredi & contra hæredem paratur exceptio. Alex.

1. VLPIANVS libro tertio Fideicommissorum.

EXplicito tractatu[a] qui ad fideicommissa singularum rerū pertinet, trāseamus nūc ad interpretationē senatusconsulti Trebelliani. Factum est enim senatusconsultum temporibus Neronis octauo kalendas Septembris, Anneo Seneca & Trebellio Maximo cōsulib⁹ [b]: cuius verba hæc sunt: *Cum esset æquissimum, in omnibus fideicōmissariis hæreditatibus, si qua de his bonis iudicia[c] penderent, ex his[d] eos subire[e], in quos ius fructúsque[f] trāsferretur, potius quàm cuique[g] periculosam[h] esse[i] fidem[k] suam: placuit* actiones quæ in hæredes, hæredibúsque[l] dari solent: eas neque in eos, neque eis dari, qui fidei suæ commissum, sicuti[m] rogati essent, restituissent: [sed idem est & si ipsi filio[n] pater rogatus sit restituere[o]] sed his, & in eos[p] quibus ex testamento[q] fideicōmissum restitutum fuisset: quo magis in reliquum confirmentur suprema defunctorum voluntates[r].*

Per hoc senatusconsultū prouisum est hæredi pariter & fideicommissario. Alexan. & Barto.

¶ Sublata est hoc senatusconsulto[f] dubitatio eorū, qui adire hæreditatem recusare, seu metu litiū[t], seu prætextu metus[u] censuerūt. ¶ Quamquā autē senatus subuentū voluit hæredibus[x], subuenit tamē & fideicōmissariis[y]. Nam in eo quod hęredes si cōueniātur[z], exceptione vti possunt: hæredibus subuentum est. in eo verò, quòd si agant hæredes, repelluntur per exceptionem, quódque[a] agendi facultas fideicommissariis cō petit: proculdubio consultum est fideicommissariis.

Senatusconsultum locum habet siue ex testamento siue ab intestato quis sit rogatus de hæreditate restituenda. Item locum habet in testamento filiifamilias & in eo qui est hæres de iure ciuili vel prætorio. h. d. vsque ad. §. de illo. Alexan.

¶ Hoc autem senatuscōsultum locum habet siue ex testamento quis hæres sit, siue ab intestato, rogatúsque sit restituere

A h *Periculosam.* si conueniretur ammodo Accursius.

i *Esse.* aliàs, sim.

k *Fidem.* quia restituit.

l *Hæredibúsque.* si non restituissent.

m *Sicuti rogati.* id est, non retenta quarta. aliàs subiicit, pro rata: quod dic vt. j. ea. l. §. fi.

n *Si ipsi filio.* sed obiicitur: quia tunc non vt hæres, sed vt pater rogatus intelligitur: vt. ſ. de lega. j. l. cum filio. §. ipsi vero. non est ergo locus Treb. vt. j. e. l. mulier. §. fin. Sed respon[c] illud intelligendū quoad quartæ deductionē: vt dicit illa. l. cum filio, sed habet locū quoad hoc, vt ei & in eum transeant actiones: vt hic. nam interdum locus est Trebel. nec tamen quarta deducitur: vt. j. eod. l. ſi patroni. §. qui fideicōmissariam. Azo. Vel secūdū hoc dic quòd lex, cum filio. loquitur cum filius instituitur, & pater rogatur restituere: & sic non vt hæres, sed vt pater intelligitur rogari: hic autem pater instituitur, & rogatur restituere filio: & sic vt hæres intelligitur rogatus: & habet locum Trebel. quoad vtrumque cōmodum: vt hic, & j. eo. l. imperator. & l. cogi. §. ſi pater. & j. e. l. §. ſi filio. sed quod vt pater scilicet restituit, concor. C. de inoffi. testa. l. filius matrem. & j. eo. l. mulier. in prin.

c Ista est vera in illa. sed dicunt quod secundum Alexan.

d Idē Alexā. Ias. Bar. Pau. Alex. & Bart.

o *Restituere.* scilicet hæreditatē ex Trebellianica restitutione.

p *Et in eos.* scilicet dari actiones est æquissimum.

q *Ex testamento.* sub. vel ab intestato: vt. j. eo. §. hoc autem. & facit. ſ. ſi quis omiſ. causa test. l. antepenul. in fin.

r *Voluntates.* quia per hoc habetur fideicom. vt hæres.

f *Senatusconsulto.* Trebel. ideo quia non tenetur: vt. ſ. proxi.

t *Litium.* immo & ſi sine causa. satis est enim ſi putet sibi expedire: vt. j. eo. l. quia poterat. & l. sed ſi alio. §. quod ſi ſuſpectā. Acc.

u *Metus.* alicuius alterius, qui multi dicuntur in dictis. ll.

x *Hæredibus.* principaliter: vt. ſ. proxi.

y *Fideicommissariis.* secundariis.

z *Cōueniantur.* à creditoribus hæreditariis. & facit ad. §. j. eo. l. ita tamen. §. qui ex Treb. [c] Accursius.

a *Quódque.* pro, &. Accursius.

Hoc autem senatusconsultum.] CASVS. Siue instituā mihi Titium hæredem, siue ſit mihi hæres ab intestato, possum eum rogare de restituenda hæreditate mea Seio. & ſi ei restituat, habet locū dictum senatuscō. Trebellianum. ſ. vt transeant actiones hæreditariæ in dictum Seium. & eodem modo habet locum dictum senatuscon. Trebel. in testa. filiiſa. militis. instituit pone ergo ſibi hæredē Ti. Titium, & rogauit de restituenda hæreditate Seio: & eodem modo habet locum dictum senatuscon. non ſolum in hæredibus de iure ciuili restituere rogatis, ſed etiam in bonorum possessoribus qui sunt hæredes de iure prætorio. Sed quid ſi instituo mihi hæredem dictum Titium, & rogaui eum pure de restituenda hæreditate Seio, & rogaui eundē Seium ſub conditione ſi nauis Ex Asia venerit, de restituenda dicta hæreditate Gaio: & Titius restituit Seio, & Seius restituit Gaio ante conditionē existentem: nunquid Seius transfert in Gaium actiones hæreditarias? Et dicitur quod ſic. Item quid ſi dictum Titium quem instituo, rogaui restituere Seio & Gaio. ſ. Seio pure vel in diem: & Gaio ſub conditione: & idem

Ias. Bar. Pau. Alex. & Bart.

e Dic ſecundum finitum.

Facit cum ſupra. ſi ſtitui.

debet intelligi ante

Secundum Bar. in fi. Pau.

idem Titius non vult adire hære. eo quod dicit eam sibi suspectam? certe hoc casu debet idem Titius interim vniuersam hæreditatem[a]. In filij quoque familiàs militis iudicio, qui de castrensi peculio, vel quasi castrensi testari potest[b], senatusconsultũ locum[c] habet. Bonorum[d] quoq; possessores, vel alij successores ex Trebelliano restituere poterunt hæreditatẽ.

Fideicommissarius restituendo secundo fideicommissario, in eum actiones transfert. Barto. & Alexan.

¶ De illo quæritur, an is, cui ex causa fideicõmissi restituta est hęreditas ex Trebelliano senatusconsulto, ipse quoque restituendo ex eodẽ senatuscõsulto transferat actiones[e]? Et Iulianus scribit etiam ipsum transferre actiones[f]. quod & Mæcianus probat, & nobis placet.

In fideicommissarium partis cui facta est restitutio, insolidum transeunt actiones quæ ipso iure transibant in alium fideicommissarium conditione existente. Barto.

¶ Sed & quotiens[g] quis rogatus duobus restituere hæreditatẽ, alteri purè vel in diem, alteri sub conditione, suspectam[g] dicit: ei cui erat rogatus purè vel in diem restituere, interim vniuersam[h] hæreditatẽ restitui senatus censuit: cum autem extiterit cõditio, si velit alius fideicommissarius partem suam suscipere, transire ad eum ipso iure actiones.

Siue rogetur hæres, siue pater, vel dominus, vel administrator hæredis: locus est senatusconsulto. Barto.

¶ Si filio vel seruo hęrede instituto, rogatoque restituere hæreditatem, dominus vel pater restituat: ex Trebelliano trãsferuntur actiones. quod est etiã si suo nomine rogati sint[i] restituere. Idem est & si ipsi filio[k] pater rogatus sit restituere hæreditatem. Sed & si tutor vel curator adolescentis vel furiosi rogatus sit restituere hæreditatem[l]: sine dubio Trebelliano locus erit.

Pupillus non potest restituere tutori hæreditatem eo auctore: sed adultus suo curatori sic: quia auctoritas eius non est necessaria. Bartolus

¶ Fuit quæsitũ, si ipsi tutori rogatus sit restituere pupillus[m], an ipso auctore restitutionem facere posit? Et est decretum à diuo Seuero non posse[n] tutori se auctore restitui* hæreditatẽ: quia in rem suam auctor esse non potest. curatori tamẽ adolescentis ab adolescente poterit restitui hæreditas: quoniam necessaria non est[o] [curatoris] auctoritas ad restitutionem.

quòd sic, & idem si rogauit testator patrem vel dominum prædictum restituere hære. dicto Gaio. Item idẽ est & si dictus Titius pater rogatus sit restituere filio suo prædicto instituto. Sed quid si dictus Mæuius instituit sibi hæredẽ Sempro. pupillum, & rogauit Titium tutorẽ suum vt restitueret hære. Gaio, & tutor restituit? nũquid locum habet Tre. vt trãseant actiones? Et dicitur ꝙ sic. Item quid si dictus pupillus instituit rogatus sit restituere prædicto suo tutori? nũquid ipso tutore auctore restitutionẽ ei facere potest? Et dicitur ꝙ non. curatori tamẽ adolescẽtis ab ipso adolescente poterit restitui hęreditas: quia hoc casu auctoritas curatoris non est necessaria ad restitutionem. Item quid si dictus Męuius instituit sibi hęredẽ aliquod collegiũ vel corpus, & rogauit dictũ collegiũ vel corpus vt restitueret hære. Gaio & Sticho qui sũt de eodem collegio vel corpore? nũquid decreto eorũ qui sunt in dicto collegio vel corpore, poterit fieri restitutio dicto Gaio & Sticho? Et videtur ꝙ non: quia iam viderẽtur dictus Gaius & Stichus sibiipsis restituere: cum & ipsi sint de collegio, vt dictũ est. quod esse non debet. ſ. vt fideicõ. restituat sibiipsi hære. sed verius est ꝙ valeat dicta restitutio: nec videtur sibiipsi restituere dictus Gaius & Stich[p]: sed alij de eodem collegio vel corpore. nam illud quod est vniuersitatis, non est propter hoc singulorum de vniuersitate: & hoc dico inspecta persona eorum quibus debet restitui id inspecta persona Gaij per se vtrũ possit capere, vel non: & eodem modo inspecta persona Stichi. nam licet collegium non sit subnixum alicui speciali priuilegio, & sic non possit instituì: vt supra de rebus du. cum senatus. tamen cum capiet hære. vt restituat dicto Gaio & Sticho si capaces sunt: vt. ĩ. e. l. cogi. §. ij. qui solidum. Viuianus.

Sequuntur Barto.

Imo. Soſi. Alexã. & Iaſ.

Pupillo nõ currit præſcript. xxx. an. in adulto currit præ- ginta anno transfert in eum domi- niũ ex men te. Soſi.

a *Hæreditatem.* facit. ĩ. eo. l. recusare. §. meminisse. & instit. e. §. præterea. secus in singulari relicto iure veteri: sed hodie idem: vt. d. §. & C. communia de lega. l. penulti.

b *Testari potest.* de hoc constat: vt instit. qui. non est per. fac. testa. in prin. Sed quid de illis aduẽtitiis in quibus pater nõ habet vsumfru. quod est in casibus no. C. de bo. quæ li. l. cum oportet. & authẽ. item hęreditas? Respõ. quidã quod possunt testari: quod non placet: vt. ĩ. de dona. cau. mor. l. tam is. §. j.

c *Locum habet.* quoad alia remedia senatuscõ sul. non vt quarta[a] posit detrahi: vt. ĩ. ea. l. §. denique. & l. Marcellus. §. quod autem.

d *Bonorum.* facit. ĩ. eo. l. recusare. §. j.

e *Actiones.* non tamẽ quartã retinet[b]: vt. ĩ. c. l. ex asse. & l. si patroni. §. qui fideicõmissariã. Sed videtur contra. C. eo. l. pe. in fin. Sol. quidam dicunt[c], aut est in mora secundo rogatus, vt ibi: aut non, vt hic: quod non placet[d]: quia in primo rogato fit hæc differentia, vt ibi dicitur: & tamen ibi ponuntur vt duo casus diuersi. dic ergo secundum Io.[c] aut secundo rogatus, pure est rogatus: & tunc quod ibi. aut in diem, vel sub conditione: & tunc quod hic. non enim debet transire ante diem nisi sponte restituat, quod potest: vt. C. de fideicom. l. post mortem. & not. ĩ. eo. l. si ante diem.

f *Actiones.* non per restitutionem. nec enim potest restituere hic fideicommissarius, vtpote, cum non fuerit rogatus: sed solam possessionem rerum quæ sunt in fideicommisso, dabit fideicõmissario: vt. ĩ. e. l. cogi. §. Mæcianus. Sed an conditionalis fideicõmissarius coget pure institutum adire? Respon. sic. sed non restituere[f] nunc: vt. ĩ. e. l. ille. in princ. Item nota casum vbi ipso iure fit restitutio. Sunt & alij: vt. C. e. l. pe. notatur.

g *Suspectam.* scilicet hæreditatem.

h *Vniuersam.* quarta nõ deducta cõtra cogentem: vt. ĩ. e. l. cogi. §. idem Mæcianus. Et dic[g] aut vterque. ſ. coactus & cogens adire vult totum restitui, & obtinet quod hic. aut coactus tantũ: & tũc idem, ne remaneat in dãno propter partem quæ remanet: vt hic, & ĩ. e. l. cogi. §. si quis. &. §. sed si quis. aut ecõtra cogẽs vult tantũ restitui totum: sed rogatus vult retinere partem alterius: & tunc retinet, sed non vtitur Fal. vt. ĩ. e. l. ita tamen. §. qui suspectam. Aut cogens adire nõ curat sibi restitui nisi suam partẽ: & tũc coactus retinebit Falc. cõtra alium: vt. ĩ. e. l. cogi. §. idem Mæcianus. Item vt pro parte adeat tantum, cogi nõ potest[h]. Item aliud est in directis institutionibus, vt tunc pendente cõditione habeat partem tantum pure institutus. secundum Ir. argu. contra[i]. ĩ. si pars hære. peta. l. ij. & facit. ĩ. eo. l. ex asse. Accursius.

Si filio.] CASVS. Mæuius instituit sibi hæredem filium vel seruum Titij: & rogauit dictum filium vel seruum quod restituat hęreditatem Gaio: & decesit dictus testator. & postea dictus Titius pater vel dominus instituti restituit dictam hęre. dicto Gaio. nunquid transferũtur actiones hæreditariæ in Gaium? Et dicitur

i *Rogati sint.* ſ. pater & dominus hęrede instituto filio vel seruo.

k *Ipsi filio.* hic dic: vt. ĩ. eo. §. j. & facit. ĩ. de lega. j. l. cum filio.

l *Hæreditatem.* instituto pupillo hære. & facit. C. eod. l. etiam. & supra, de lega. ij. l. peto. §. mater. &. ĩ. eod. l. cum hæres. &. l. restituta. §. pupillus. &. C. eod. l. pen. Item qualiter fiat? Respon. vt infra, eod. l. restituta. §. j. Accursius.

m *Pupillus.* scilicet instítutus.

n *Non posse.* scilicet principaliter: licet per quasdã consequentias quandoque possit: vt supra, de auctor. tut. l. j. in fin. &. l. quod dicimus. in princ.

o *Necessaria non est.* adolescenti subau. seu pupillo sic: vt. ĩ. eo. l. restituta. §. pupillus. &. §. seq. sed nonne similes sunt: vt. C. de in integr. restit. mino. l. si curatore. &. ĩ. si cer. pet. l. certi condictio. §. idem erit? Sed certe[k] similes sunt cum agitur de eis obligãdis: secus si de liberandis: vt hic, & argu. ĩ. rem pu. sal. fo. l. non quasi. §. hanc autẽ. Item in pupillo non currit præscript. xxx. an. in adulto nec sic: vt. C. de præscript. xxx. an. l. sicut. sic &. C. de fal. mo. l. j. in fin. Item pupillus sui creditoris nõ facit pecuniã[l]: vt. ĩ. de sol. l. quod scriptio trisi forte. §. fi. sed hoc nõ reperitur in adulto. Item pupillus nõ potest facere testamentũ: adultus sic. vt. ĩ. de testa. l. si filius. & de libe. lega. l. Aurelio. §. Gaius. & instit. qui. non est per. fa. testa. §. præterea. Item adultus potest accusare curatorẽ suspectum: sed pupillus non tutorem: vt instit. de suspe. tu. §. impuberes. & est in casu huiusmodi legis ratio, quia cum adultus curatorem non habet, niũ ex men te. Soſi. obligari potest: vt. d. l. si curatorem. secus in pupillo: etiam si non

l *Id est,* nõ transfert in habet

BIU Cujas

habet tutorem: sed adultus quantũ ad hanc rem nõ videtur habere curatorẽ: cum eius officium & auctoritas in hanc restitutionẽ sit inhabilis. vnde quasi nõ habeat, restituit. si procedas: ergo cum curatore suo semper cõtrahet? Respõ. non sequitur: quia hoc fit ex necessitate sicut solutio, & etiã hæc restitutio. Solu. dici potest respectu restituẽtis, sed nõ eiꝰ cui fit restitutio: vt.j.l. restituta. in fi. & l. seq. Azo. Vel secundum Io.[a] aliter expone quod hic dicit, scilicet cum ipse adultus à prætore coactus fuit adire: nam tũc quia nullum emolumentum debet ad eum spectare, vt infra, eod. l. quia poterat. restituit ei sine curatoris auctoritate. aliàs secus erit. Sed nunquid adultus cum curatorem nõ habet, potest adire suo arbitrio hereditatẽ? In pupillo [b] enĩ certum est nõ posse[c]: vt institu. de auth. tu. §. neque. &. C. de iure delib. l. potuit. nisi in casu: vt. C. qui admitt. ad bon. pos. l. bonorum. & C. de iure delib. l. si infanti. in fi. & est arg. cp posit. j. de app. l. cum in vna. §. fi. Argu. cõtra C. de admini. tu. l. cum quidam. & dic rationem diuersitatis vt ibi no. in. d. l. cum in vna. Hug.

Collegium potest grauari vt restituat hæreditatem vni de collegio. Alexan.

℣ Si autem collegium vel corpus sit quod rogatum est restituere[a], decreto eorum qui sunt in collegio vel corpore[b], in singulis (inspecta eorum [c] persona) restitutionem valere. nec enim ipsi sibi videtur quis horum restituere.

Res quæ remanent apud hæredem, æstimantur cum qualitatibus suis: nec cautio interponitur. Bartolus.

℣ Si hæres præcepto fundo[d] rogatus sit hereditatem[e] restituere: ex Trebelliano senatusconsulto restituet hæreditatẽ. Nec multum[f] facit si fundus pignori datus est. Neque enim æris alieni personalis actio fundum sequitur[g], sed eum cui hæreditas ex Trebelliano senatusconsulto restituta est. Sed cauendum est hæredi à fideicommissario, vt si fortè fundus fuerit euictus[h], à creditore habeat hæres cautum. Iulianus autem cauendum non putat, sed æstimandum [fundum] quanti valeat sine hac cautione[i], hoc est quanti vendere possit sine cautione: & si possit tanti vendere non interposita cautione, quãtum facit quarta pars bonorum: ex Trebelliano transituras actiones. si minoris: retento eo[k] quod deest, similiter ex Trebelliano restitutionem fieri. quæ sententia multas quæstiones[l] dirimit.

Hæres hæreditatẽ restituens certa quantitate retenta sub nomine quotæ, tenetur legatariis in eo quod habet vltra quartam. si à fideicommissario legata exigi non possunt. Bartolus.

IN fideicommissariam hæreditatis[e] restitutionem cōstat non venire fructus: nisi mora facta sit, aut cùm quis specialiter fuerit rogatus & fructus restituere. Planè fructus in quartam imputantur, vt est & rescriptum. ¶ Quotiens quis rogatur hęreditatem restituere, id videtur rogatus reddere, quod fuit hæreditatis. Fructus autem non hæreditati, sed ipsis rebus accepto feruntur[f]. ¶ Si legatum[g] sit hæredi[h] relictum, & rogatus sit portionem hæreditatis[i] restituere, id solum non debere eum restituere, quod à cohęrede accepit. cæterū quod à semetipso ei relictum est, in fideicommissum[k] cadit. Et id diuus Marcus decreuit.

Fideicommissum ita relictum filiofami. vt ad eum perueniat: videtur dilatū in tempus existentiæ sui iuris. Bart. & Alexan.

XIX. Paulus libro tertio ad Sabinum.

Et est secundum hoc argumentum quòd si concedo feudum vel precarium tibi & tuis hæredibus, quòd de filiis videatur intellectum. aliàs duraret sine fine. pro hoc quod hæredes ponantur pro liberis, facit. ff. de vsufru. accre. l. si quis Titio. secundum vnam lecturam. Sed quid si reliquit liberos: sed non sunt hæredes, vel quia nolunt, vel quia non possunt, puta iuste exhæredati? Respō. deficit conditio, sicut si expresse dixisset, si decedas sine liberis: vt supra, de leg. j. l. filiusfamilias. §. cum quis erit. Accursius.

In fideicommissariam.] CASVS. Institui mihi hæredē Titium, & rogaui eum per fideicom. vt hæreditatem meam restitueret Seio sub cōdi. pone si nauis ex Asia venerit. & decessi. postea extitit conditio post quinque annos pone. nunquid tenetur Titius restituere Seio fructus quos percepit medio tempore? Et dicitur quòd non: & est ratio, quia fructus accepto feruntur rebus hæreditariis, & non hæreditati: Titius autē videtur à me rogatus restituere illud quod est hæreditatis: vt. j. in. §. quoties &c. dictos tamē fructus imputabit sibi Titius in quartam Trebellianicam. hoc tamen q̄ non teneatur restituere fructus, fallit in duobus casibus, puta quando est in mora hæreditatis restituendæ, & quando specialiter rogaui eum de fructibus fideicommissario restituendis. & h. d. vsque ad. §. si legatum. [SI LEGATVM.] Ad euidentiā huius. §. nota q̄ hęredi à semetipso legari non potest, sed à cohærede sic. vnde si instituo mihi duos hęredes, puta Titiū & Seium, & vni prælego fundum, puta Titio: Titius debet habere dimidiam fundi iure legati à cohærede suo, & aliam dimidiam iure hæreditario: quia (vt dixi) iure legati illam dimidiam non potest à se accipere: vt. ff. de leg. j. l. legatum est. §. j. Pone ergo q̄ dictum Titium rogaui vt suam partē hæreditatis restitueret Gaio, & decessi. certe de sua parte hæreditatis non est dubium quin debeat eam restituere dicto Gaio. Sed nūquid debet ei restituere dictum prælegatum totum? Et dicitur quòd non, immo illam tantū partem prælegati quā cepit iure hæreditario. partē autem quā accepit à cohærede suo iure prælegati, non restituet. non enim debet teneri restituere nisi illud quod habet iure hæreditario. Viuianus.

a *Decessisse.* quia non durauit: vt supra, de in rem ver. l. si pro patre. §. versum. sic &. j. eo. l. hæredibus. in princ. &. C. de libe. præte. l. iij. &. ff. de iniusto testa. l. posthumus. argu. contra insti. de exhære. lib. in prin. &. C. de institu. & substitu. l. antepenul.

b *Filium eius.* scilicet impuberem. sed secus in filio pubere, qui vt fortior præsumitur

Sic no. cōmūiter in cōmunitate ſuadmascu dicitur, cōmūiā ſi- ſuadmascum q̄ nā- quim l. Titia. §. Lucius. & Bart. ibidem de reb. dub. l. ſi fuerit. §. fi. & ſicut. j. eo. l. eum qui.

c *Fideicōmiſſi.* ne pereant. ſic. ff. e. l. cogi. §. nec ignoro. argu. contra. ff. de lega. ij. l. Titia. §. Lucius. probari tamē poteſt hic contra: vt. d. l. qui duos. in fi. Accur.

Vel ſi alite-

d *Sine hærede.* aliàs est, ſi ſine hærede: & aliàs, ſi alieno hærede, ſcilicet exiſtente &c. id est, extraneo. ſic. C. de lib. præte. l. iij. qualis est quilibet præter liberos. ſed prima verior. & hæc est ratio præſumptionis: quia raro occurrit quòd quis decedat ſine hære. cum ſaltem fiſcus ſit hæres: vt C. vnde vir & vxor. l. j.

e *In fideicommiſſariam hæreditatis.* Dic quòd fructus quandoque percipiuntur à rogato restituere hęreditatem iudicio testatoris: vt quando ſub conditione vel ex die rogatus est: vt. j. eo. l. mulier. §.

f *Accepto feruntur.* & ſic fructus non veniunt in restitutionem, niſi hæres fuerit in mora, vel niſi expreſſe vel tacite fuit rogatus de eis restituendis: vt in princ. huius. l. no. Item in alio caſu: vt infra, eo. l. ita tamen. §. ex aſſe. & ſupra, de vſur. l. iij. §. cum Pollidius. &. j. e. l. Baliſta. vel niſi percepti fuerint ante aditam hæreditatem: vt. j. e. l. poſtulante. §. ſed in his. &. l. deducta. §. pen. &. l. ita. §. ſi ſeruum. & facit ſupra, de condit. & demonſt. l. qui hæredi. §. j. & infra, eo. l. hæredes mei. in prin. Hug.

g *Si legatum.* id est, prælegatum. Accurſius.

h *Hæredi.* ſcilicet vni ex duobus, vt ſubiicit.

i *Hæreditatis.* id est, ſi dixerit hæreditariam: vt no. ff. eo. l. Marcellus. §. quidam. Hug.

k *In fideicommiſſum cadere.* vtpote cum iure hæreditario capiat: vt ſupra, de leg. j. l. legatum. §. j. & facit. j. e. l. deducta. §. nummis. & ſupra, de leg. ij. l. cum pater. in princ. & ad leg. Fal. l. id autē quod. &. l. in quarta. Sed contra videtur. C. fami. ercis. l. filium. vbi retinet. & hic reſtituit portionē hæreditatis quā habet iure hæreditario: ſed ſatis videtur reſtituere ſi ſibi in quartā cōputat. Item videtur cōtra. ff. de vſur. l. in fideicōmiſſi. §. cum Pollidius. vbi retinet eum fundū quem iure hęreditario habebat. Sed ibi expreſſe voluit eum

retinere. Vel ibi magis vt custos quàm vt hæres: & ideo cætera omnia restituit cum fructibus etiã non retenta aliqua quarta. Ac.

Vbi purè.] CASVS. Institui mihi hæredẽ Titium, & rogaui eum vt det filio suo hæreditatem meam: & vt ita faciat idem Titius vt ad dictum filium suũ perueniat dicta mea hæreditas, & decesi. certe debet expectari restitutio vsq; ad id tẽpus quo sui iuris fiat filius, sicque capere possit pro se. nam ante non valeret restitutio, cum patri acquireret. [*TE ROGO.*] Lucium Titium institui mihi hæredẽ, & ita fui locutus in testamento: te rogo Luci Titi vt partiaris hæreditaté meam cũ Titio. & decesi. certe Lucius Titius debet restituere primo dimidiã hæreditatis: & facta restitutione dimidiæ transeũt ex Trebelliano actiões in Titiũ. & ratio plana est in litera. [*QVI IN DISTRAHENDIS.*] Institui mihi hæredẽ Titium: & rogaui eum ꝙ restitueret hæreditaté meam Seio, cum ipse Seius habuerit liberos, & decesi. postea antequam Seius haberet liberos, dictus Titius fecit sumptũ in distrahẽdis quibusdam rebus hæreditariis quas expediebat vendere in conseruandis eis ad tẽpus. postea Seius habuit liberos, & Titius restituit ei hæreditaté. nũquid potest ei fideicõmissario imputare dictũ sumptum? Et dicitur quod nõ. Sed quid si ad dictũ tempus reliquit dicto Seio legatum, non autẽ hereditatem, & decesit Seius vxore prægnante? nũquid transfert ad hæredẽ suum petitionem legati? Et dicitur ꝙ sic. cõceptus enim pro iam nato est habẽdus. &. h. d. cum. l. seq. Vi.

†Huc pertinet locꝰ cõ DISTRAHENmunis Rhe- DIS. torũ de scripto & sententia, quẽ tractat Cic. lib. 2. de Inuen. Quintil. lib. 7. Institit. Orat.

Partis appellatiõe dimidia continetur.

VBi purè fideicõmissum datum estᵃ, si adiectum sit, *Rogo des filio tuo, faciasq; vt ad eum perueniat.* rescriptũ est videri in id tempus dari, quo capere possit, id est sui iuris fiatᵇ.

Rogatus partiri hæreditatem cum alio, videtur rogatus partem restituere. Barto.

¶ Te rogo Luci Titi, hæreditatem meam cum Attio partiarisᶜ. Ex senatusconsulto Trebelliano in eum, cui restituta est hereditas, actiones competere Aristo ait: quia pro hoc accipiendũ sitᵈ, *Rogo hereditatẽ illam restituas.* Nec verba spectantur senatusconsulti, sed sententiaᵉ quibuscumque verbis, dum testator senserit vt hæreditas sua restituatur. *¶ Qui in distrahendis cõseruandisve rebus hæreditariis sumptus factusᶠ est, imputari hæredi* debet.

Relictum in tempus liberorum verificatur, si fideicommissarius vxore prægnante decesserit. Alexand.

XX. VLPIANVS libro nonodecimo ad Sabinum.

a *Datum est.* id est, relictum vt detur à patre instituto filio ipsius.

b *Fiat.* quoquo modo: vt infra, tit. j. l. si ita esset. nec cogitur pater emancipare. Sed quid si expresse dixit hoc testator? Respon. nec tunc cogitur: vt no. ff. e. l. cogi. §. si pater. Item tõtra. j. eo. l. imperator. Sol. ibi dilapidat pater. Vel speciale ibi: quia filius erat miles, & forte testator. & facit. C. de fideicommiss. l. quamuis. &. j. eo. l. epistola. §. fi. & supra, de auro & arg. leg. l. filiam.

c *Partiaris.* id est, diuidas dando ei dimidiam: quia appellatione partis continetur dimidia: vt infra, de verbo. signi. l. nomen filiarum. §. portionis. Vel dic, partiaris, id est, cõmunices etiam pro indiuiso dando partem: vt. j. de verbo. signifi. l. recte. §. fi. Accursius.

d *Accipiendum sit.* q. d. hæc duo paria sunt: partiaris, vel rogo vt restituas ei dimidiam. Accursius.

e *Sed sententia.* sic. C. de fideicommiss. l. cum virum. &. ff. de adimen. leg. l. iij. §. conditio. &. C. de lib. prete. l. iij. Sed arg. contra. ff. de leg. j. l. iiij. &. j. qui & à qui. l. prosp exit. &. ff. de vsufru. lega. l. si alij. sed dic vt no. ff. eo. l. ille à quo. §. j.

f *Factus est.* ab hærede rogato restituere.

g *Hæredi.* id est, eidem qui fecit. Sed contra videtur. j. eo. l. mulier. §. sed & ipse. vbi à fideicõmissario recuperat. Sol. hic ad temporalem vtilitaté, & lucrabatur hæres fructus, quia iudicio testatoris erat dilata restitutio. Sed. j. ad perpetuã rei vtilitatem: arg. ff. de impensis in res do. fa. l. iij. §. nos generaliter. Vel dic hanc secundũ illam. & dic hæredi, id est, fideicommissario, qui in effectu hæres est: vt institu. de fideicommiss. hæredi. §. restituta. Alij dicũt quòd quidam tertius possidens fecit sumptus, quos ab hærede agente petitione hæreditatis recuperat: vt. ff. de peti. hære. l. si quid possessor. §. sicuti. sed tunc non facit ad istum ti. Accursius.

h *SEd & si.* Male stare videtur hic lex, tum quia de singulari relicto dicit, de quo nihil ad titu. Item quia videtur continuari præcedentibus, quod non facit: sed dic ex vigore copulæ etiam cõtinuari ad casum subauditũ. q. d. non solum si Scio voluit hæreditatem restitui cum liberos habuerit, sed & si legatum &c.

A i *Is.* scilicet legatarius: & dic vxor legatarij. Accursius.

k *Legatum.* quia extitit conditio, & cessit dies legati: quia pro nato habeí hęres: vt &. j. tit. j. l. is cui. & supra, de statu. ho. l. qui in vtero. & infra, de verb. signifi. l. intelligendum. Quid autem iuris sit cum quis vxori suæ legat in tẽpus liberorum, habes. ff. de cõdit. & demõ. l. solemº. &. l. cũ vir. &. l. si vir. Hug.

SEd & si[h] ad tẽpus liberorũ fuerit legatũ relictum, & is[i] vxore prægnante decesserit: ad hæredẽ suum transfert legatũ[k].

Hæres qui per errorem facti totum fideicõmissario restituit, cõdicendo vel possessiones adhuc vacantes occupando, seu debitoribus ne soluant denuntiando, recuperat. Alex.

XXI. POMPONIVS libro vicesimo secundo ad Sabinum.

B HAeres cùm debuerat quartam retinere, totam hæreditatem restituit: nec cauit sibi stipulatione proposita[l]. Similem eum esse Aristo ait[m] illis qui retentiones quas solas habent, omittũt[n]: sed posse[o] eum rerum hæreditariarũ possessionem vel repetere[p] vel nancisci, & aduersus agẽtẽ doli mali exceptione vti: posse eum & debitoribus denũtiare ne soluerẽt*.

Fideicommissim à matre relictum filio, & collatum in tempus mortis patris sui, in cuius potestate consistebat: debetur immediatè, cum filius qualitercumque factus sui iuris fuerit. Alexand.

XXII. VLPIANVS libro quinto Disputationum.

C

Hæres.] CASVS. Institui mihi hæredem Titium: & rogaui eum ꝙ restitueret hęreditaté meam Seio, & decesi. Titius postea restituit dicto Seio hæreditatem: & cũ deberet retinere quartam Trebellianicam, errore facti ductus non retinuit: & non fecit sibi caueri per fideicommissarium alia stipulatione de qua dicitur. ff. si cui plus quàm per legem Falcidiam licuerit, legatum esse dicatur. nunquid potest repetere possessionem rerum hæreditariarum à fideicõmissario, ad hoc vt possit retinere quartam quam omiserat? Et dicitur quòd sic. Labeo autem sue Aristo dixit quòd non, & assimilabat dictum hęredem illis qui omittunt retentiones quas solas habẽt non habentes actionẽ: sed illi repetere nõ possunt: vt supra, de condic. inde. l. si in area. in fin. ergo nec iste. sed ipse male dixit. hic enim hæres non habet solam retentionem per exceptionem doli mali: immo habet etiam repetitionem, vt dixi. Item & potest denuntiare debitoribus hæreditariis vt non soluant fideicommissario antequam ipse hæres detrahat quartam suam. Viuianus.

**Fla. soluere.*

l *Proposita.* quanto plus quàm per. l. Falcid. &c.

m *Aristo ait.* & male. Accursius.

n *Omittunt.* de quibus est exemplũ. ff. de condic. inde. l. si in area. in fi. & infra, de excep. do. l. Paulus.

o *Sed posse.* sub. puto, corrigens Aristonem.

p *Repetere.* si noluit errore facti, nõ iuris: vt. C. ad leg. Falc. l. error. &. ff. de iuris & fac. igno. l. regula. §. fi. & facit supra, si cui plus quàm per legem Falcid. l. j. §. hæc stipulatio. & supra, de condic. inde. l. si quis cum à fideicõmissario. &. l. qui exceptione. §. si pars. & institu. de fideicommiss. hære. §. sed quia stipulationes. &. j. e. l. cum hæreditas. & supra, de mino. l. in causæ. ij. §. Pomponius. & de lega. j. l. domus. &. l. seq. Accursius.

Mvlier.] CASVS. Titia habens duos filios ex Scio marito suo, scilicet Gaium & Sempronium, celebrauit diuortium cum dicto suo viro, & reliquit ei dictos duos filios quos quidem ipse habebat in potestate: & postea nupsit Petro: & postea instituit sibi hæredem dictum Petrum secundum maritum: & rogauit eum vt restitueret hæreditaté suam dictis duobus suis liberis quos habuerat ex Scio priore viro: scilicet vt post mortem eiusdem Seij eorum patris velit restituere ei dictorum filiorum qui supereſſet tempore mortis dicti eorum patris. & postea decesit dicta Titia, & postea Seius pater dictorũ Gaij & Sempronij emãcipauit eos, & postea dictus Petrus eorum vitricus restituit eis hæreditaté prędictam viuo adhuc Scio eorum patre: & postea viuo adhuc eodem Scio decesit Gaius vnus de dictis filiis Seij & testatricis: & postea decesit dictus Seius pater relicto superstite Sępronio prędicto suo filio. nunc hic Sępronius petit à dicto Petro suo vitrico partem quam ipse Petrus restituit fratri suo Gaio mortuo, dicens: Tu restituisti hæreditaté mihi & fratri meo præmaturè, id est, ante mortem Seij patris nostri. debebas enim nobis restituere tantum post mortem patris nostri secundum verba testamenti Titiæ matris nostrę, vel illi ex nobis qui supereſſet post mortẽ dicti nostri patris: ego sum ille qui supersum. da mihi partem quam dedisti præmaturè fratri meo. de illa autem quam dedisti mihi, non

facio

BIU Cujas

facio tibi quæstionem, ex quo eam habui; quamuis præmaturè similiter eam habuerim. dicit ei Petrus vitricus: Ego nõ solui præmaturè: immo recte solui vobis fideicom. & ideo à me nihil petere potes. mater enim vestra ideo dixit quòd restituerem vobis post mortem vestri patris, quia nolebat quòd pater vester haberet inde aliquod commodum: ideo nõ iussit mihi quod soluerem vobis fideicom. post emãcipationẽ factã à patre vestro de vobis: quia non credidit quòd pater vester vos emanciparet. si autem credidisset q̃ pater vester vos deberet emãcipare, bene iussisset mihi vt vobis restituerem post emancipationem, etiam ante mortem patris vestri: quia (vt dixi) ea erat sua intentio, vt pater vester nullum commodum haberet ex hæreditate sua. quæritur, cuius allegatio debeat prævalere? Et dicitur q̃ illa Petri vitrici. & sic iudicauit imperator Marcus in auditorio suo, vbi fuit similis quæstio cora eo vẽtilata. [*NON EST DVBITANDVM.*] Institui mihi hæredẽ Titiũ: & Sticho & Pãphilo seruis meis dedi libertatẽ directam vel fideicõmissariã, & rogaui eundẽ Titiũ vt restituret hæreditatem meam dictis seruis, & postea decessi. postea Titius nõ vult adire & restituere eidem Sticho & Pamphilo hæreditatem: nũquid possunt eũ cogere coram prætore? Et dicitur q̃ sic: & est ratio in litera plana. [*SI HAERES.*] Instituit mihi hæredem Titium: & rogaui eum vt restitueret hæreditatem meã Seio, non apposita die vel cõditione, & decessi. postea negligentia dicti Seij post multum tempus restituit ei Titius hæreditatem. certe bene potest detrahere quartam. Sed nunquid in dictam quartam cõputabuntur eidem Titio fructus quos percepit ex hæreditate medio tempore? Et dicitur q̃ non: nec eos Seio restituet, immo lucrabitur. secus autẽ si iudicio mei testatoris percepit Titius dictos fructus: quia tunc ipsos non restituit, computat tamen sibi in quartam, & in fructus quartæ, puta si rogaui eum vt restitueret post diem vel conditionem. Sed nũquid tenetur restituere res quæ interim peribunt? Et dicitur quòd non, nisi fuisset in lata culpa. & de hoc ponit duo exempla. Partus autẽ ancillarum hæreditariarũ & partuũ partus extantes tenetur restituere Seio fideicõmissario: quia non cõputantur in dictis fructibus. Quid si fecit dictus hæres sumptum ad perpetuã vtilitatem rerum hæreditariarum? certe detrahet cum restituet. Item quid si præscriptione temporis ædes hæreditariæ sunt alij interim acquisitæ sine culpa dicti hæredis? certe nihil propter hoc debet præstare fideicommissario. [*CVM PROPONERETVR.*] Instituit mihi hæredem filiam meam Titiam: & rogaui eam vt restitueret hæreditatem meam Seio si ipsa sine liberis decederet, & decessi. postea ipsa nupsit Sempronio, & dedit ei c. in dotem à dicta hæreditate. & postea ipsa eadem decedens sine liberis instituit sibi hæredem maritum suum prædictum. nũc Seius petit ab eo fideicommiss. & maritus hæres vult ei soluere, detracta tamen inde dicta dote. nũquid potest detrahere dotem? Et dicitur q̃ sic, perinde ac si rogata à me fuisset restituendo dicto Seio illud quod superfuisset de hæreditate mea à dicta dote. Sed quid si dicta mea filia tãtos fructus ex dicta mea hæreditate perceperit, vt ex eis possit dictæ doti satisfieri? certe dos videbitur esse de fructibus data, & integrum fideicõmiss. præstabitur: detracta tamẽ quarta Trebellianica intelligo. [*VT TREBELLIANO.*] Instituit mihi hæredem Titiũ, & legaui Seio dimidiã hæreditatis meæ, & rogaui eundẽ Seium vt dictam dimidiã restitueret Gaio, & decessi. certe si Seius accipiat dictum legatum, tenetur illud dare Gaio: non tamen ex Trebelliano: & ideo non poterit detrahere quartã. ad hoc enim vt habeat locum Trebellianum, non sufficit hæredẽ rogatũ esse restituere, sed quasi hæredem rogatũ esse oportet. in nostro autem casu nõ fuit ita. &. h. d. Viuianus.

Flo. dubitatum

Flo. quam

a *Patris.* à quo diuertit. Accursius.

b *Præmaturè.* oriebatur enim quæstio ex verbis testatoris. s. vel ei qui eorum &c. Accur.

c *Si morte patris.* ecce cõditio fideicommissi.

d *Emãcipauerat.* Brasidas pater.

e *Petebant.* s. filij. Ac.

f *Refert.* scilicet Scæuola secundum Dy.

g *Voluntate.* sic. j. e. l. quidam ita. in fine primi casus. Accursius.

h *Trahendũ.* i. sequendũ. sic. ſ. eo. l. apud Iul. §. fin. Et no. nõ referre quid ex æquipollentibus fiat: vt no. C. de institu. & substi. l. iij. &. j. titu. j. l. si ita esset.

i *Seruis.* hæreditariis. secus in hæredis seruo: vt. ſ. eod. l. cogi. §. si pater. in fi. §. Accursius.

k *Fuisset.* ita quod ab eodem hærede libertas & hæreditas. secus si ab vno hæreditas, & ab alio libertas sit relicta: vt. j. eo. l. si res. §. seruus. nisi aliud dicatur in duobus casibus. ſ. eo. l. apud Iulianum. §. fi. &. l. cogi. §. fin. & facit supra, de iudi. l. vix. Accursius.

l *Præsenti die.* id est, pure. Accursius.

m *Fideicommissum sit.* scilicet pure relictum.

n *Deducta quarta.* scilicet in omnibus rebus in quibus in quartã non computantur fructus, vt sequitur.

o *Videntur.* & ideo nõ imputantur in quarta, nec restituuntur.

p *Percepti videntur.* merito ergo in quartã imputantur: vt. ſ. eo. l. in fideicõmissariam. iiij. respon. & ad hoc quod iudicio defuncti percipi videantur. facit. C. de fideicõmissariis li. l. iij. si autẽ hæres est in mora, communi iure computat in quartam, & superfluũ restituit: vt no. ſ. eo. l. in fideicommissariam. in princ.

q *Et vel serui.* hæreditarij. Accursius.

r *Res.* hæreditariæ.

s *Reddere.* repete, placet. Accursius.

t *Proxima est.* scilicet latæ. illa enim est dolo proxima: vt &. ſ. si men. fal. mo. di. l. j. §. id autem. & infra, proxi. respõ. sed cum vertatur commodum vtriusque, scilicet hæredis quartam retinentis, & fideicommissarij dodrantem recipientis: videtur etiam quod de leui teneatur: vt supra, de lega. j. l. si seruus legatus. §. cum quid. quæ est contra. Solu. hic coactus adiit, & sic nullum commodum habet;

Mvlier quę duobus filiis in potestate patris[a] relictis, alij nupserat, posteriorem maritum hæredem instituit, eumq; rogauit liberis suis post mortẽ patris eorum hæreditatẽ suam restituere, vel ei qui eorum superesset. eisdem emancipatis à patre suo vitricus restituisse hæreditatem dicebatur mox alter ex filiis viuo patre decessisse. Quærebatur, an is qui supererat ex filiis, partẽ fratri suo restitutam petere possit, quasi præmaturè[b] datã? Scæuola diuũ Marcum in auditorio de huiusmodi specie iudicasse refert: Brasidas quidam Lacedæmonius vir prætorius, cùm filiis suis ab vxore diuortio separata, si morte[c] patris sui iuris fuissent effecti, fideicõmissum relictũ esset, eos emãcipauerat[d]. post emãcipationem fideicommissum petebant[e]. Decreuisse igitur diuum Marcum refert[f] fideicõmissum eis repræsentandum*, intellecta matris volũtate[g], quæ quia nõ crediderat patrẽ eos emancipaturũ, distulerat in mortem eius fideicõmissum, non dilatura id in mortalitatẽ si eum emãcipaturum sperasset. Secundũ hæc dicebam & in proposita quæstione decretũ diui Marci esse trahendum[h], & rectè fideicõmissum vtrisque solutum.

Seruus potest cogere hæredem adire & restituere, si ab hærede libertas, & fideicommissaria hæreditas per testatorem ipsi seruo relicta fuerit. Alexan.

Non est dubitandũ* cogi posse hæredem institutum adire & restituere hæreditatem seruis[i], siue directa, siue fideicommissaria libertas eis data fuisset[k], cum aspernari hæres non deberet personam cogentis. habet enim hic quoque aditum, vt qui nondum petere fideicommissariam libertatẽ possit, nec directã sibi vindicare, propter spem tamen libertatis & hæreditatis aditum ad prætorem & per se habeat.

Fructus percepti negligentia non petentis, non computantur in quartam. secus si iudicio testatoris. Bartolus.

Si hæres post multum temporis restituat, cum præsenti die[l] fideicõmissum[m] sit: deducta[n] quarta restituet. Fructus enim qui percepti sunt, negligentia petentis, non iudicio defuncti percepti videntur[o]. Alia causa est si sub cõditione vel in diem rogatus fuerit. tunc enim quod percipitur, summouet Falcidiã si tantum fuerit quantum quarta* facit, & quartæ fructus. nam fructus qui medio tẽpore percepti sunt, ex iudicio testantis percepti videntur[p].

Hæres tenetur fideicommissario vniuersali de dolo & lata culpa tantum. Barto.

Sed enim si quis rogetur restituere hæreditatem, & vel serui[q] decesserint, vel aliæ res[r] perierint: placet nõ cogi eum reddere quod nõ habet: culpæ pla nè reddere[s] rationem, sed eius quæ dolo proxima est[t]. & ita

Flo. quarta

BIU Cujas

habet: vt.ſ.eo.l.quia poterat. Vel dic, ibi de culpa in non exigendo ab hærede, quæ venit: hic in male conſeruando, quæ non venit. Item contra.ſ. de le.ij.l.cum pater.§.hæreditatem.ij.vbi non venit periculum etiam adminiſtrationis. ſed ſub. ibi, niſi ſit lata culpa. & ſic ſecundum iſtam. *ADDITIO.* Tu dic quod hic loquitur in fideicom. vero & puro: ibi autē loquitur in conditionali poſt mortem, vnde tenetur etiam de leui, ſecundum Raph. Alex. & Clau. hic.

Neratius libro primo reſpōſorum ſcribit. Sed & ſi cū diſtrahere deberet, nō fecit, lata culpa, [a] non leui, & rebus ſuis cōſueta negligentia: [b] huiuſmodi rei rationem reddet. Sed & ſi ædes vſtæ ſunt culpa eius, [huius rei] reddet rationem. Præterea ſi qui partus extāt, & partuum partus: [c] quia in fructibus hi non habentur. [d] † Sed & ipſe ſi quē ſumptum fecit in res hæreditarias, detrahet. [e] Quòd ſi ſine facto ei⁹, plixitate tēporis ædes [f] vſu adquiſitæ ſint: [g] æquiſimū erit, nihil eum præſtare, cum culpa careat. [h]

Filia poteſt res quæ ſubiacent reſtitutioni fideicōmiſſi, in cauſa dotis alienare: niſi de fructibus tantum ſupereſſet quod ad dotem ſufficeret. Alexand.

℣ Cùm proponeretur quidam filiam ſuam hæredem inſtituiſſe, & rogaſſe eam vt ſi ſine liberis deceſsiſſet, hæreditatem Titio reſtitueret, eaque dotem marito dediſſe certę quantitatis, [i] mox decedens ſine liberis hæredē inſtituiſſe maritū ſuū: [k] & quæreretur, an dos detrahi poſſet? dixi non poſſe dici in euerſionem fideicōmiſſi factū, quod & mulieris pudicitiæ, & patris voto congruebat. [l] Quare † dicendum eſt dotem decedere, [m] ac ſi quod ſuperfuiſſet, [n] rogata eſſet reſtituere. Quod ſi tantos fructus ex hæreditate mulier perceperit, vt inde poſsit doti ſatisfieri: dicēdum eſt potius fructibus hoc [o] expenſum ferendum, quàm fideicommiſſo.

Trebelliano ita demum locus eſt, quādo quis eſt rogatus vt hæres. h.d. Ale. & Bar.

℣ Vt Trebelliano locus ſit, nō ſufficit de hæreditate rogatum eſſe, ſed quaſi [r] hæredem rogari oportet. Deniquę ſi cui portio hæreditatis fuerit legata (legari enim poſſe etiam portionē hæreditatis placet nobis [q]) rogatuſque fuerit [r] hāc partem reſtituere: dubio procul nō fiet reſtitutio ex ſenatuſconſulto, [ſ] ideoq; nec quarta retinebitur. [t]

Portiones appoſitæ in inſtitutione videntur repetitæ in fideicommiſſo: niſi ex onere iniuncto vel expreſsione propriorum nominum aliud inducatur. h.d. cum. l ſeq. Ale.

XXIII. IVLIANVS libro trigeſimonono Digeſtorum.

℣ Quotiēs paterfamiliàs vnū vel duos hæredes cohæredibus ſuis reſtituere hæreditatē iubet, intelligitur eaſdem partes in fideicōmiſsis facere, quas in hæreditate diſtribuenda fecit. [n] Sed ſi iubeantur hi quibus fideicommiſſum datur, pecuniam numerare, atque proprietatē

Retinebitur. id eſt iſte legatarius non poterit quartam retinere: *denota. B.* vt.ſ.eo.l.j.§.ſi is qui quadringenta. &.§. idem Neratius. &.ſ. ad le. Falc. l.lex. Fal.§. nunquam. arg. contra in eo. tit. l. pœnales.§. fi. & *singulariter* facit bene.j.eo.l. Lucius.§. hæres. Sed nunquid hæres à quo eſt legata pars bonorū ſub his verbis, pars bonorum: poterit cogi per Trebel. adire & reſtituere? Reſpon. non, vt ſi dari. probari poteſt. ſ. de le. j.l. ampli⁹. §. fi. & l. ſeq. Nā legatarius talis nō videtur ſubnixus oneribus hæreditariis: quia bona dicūtur deducto ære alieno: vt.j. de col. bo. l. cum emāncipati. in princ. &.ſ. de iur. do. l. mulier. Item poteſt hæres liberare ſe dādo bonorum æſtimationē, & non dando partem reſ. vt. d. l. non amplius, *iſte text. ſing.* & ſecundum hoc facit *cuidā* ſ. eo. l. nam quod. §. nō omnis. &. l. cogi. §. ge. neraliter. arg. cōtra in. ſtit. de fideicom. hær. §. *leg.* poſtquam ſenatuſcon. ſed illud iure vetuſtiſſimo. Ité arg. contra. ſ. eo. l. nam quod. §. proinde. vbi dicit, ſi etiam bona &c. Item quid ſi ab hærede ſit legata pars hęreditatis ſub his verbis, pars hæreditatis: vt hic dicit: nūquid hæres cōpellitur adire & reſtituere per Treb. nam nulla hodie debet eſſe differētia dicat qs lego, vel fideicommitto: vt. C. communia de leg. l. ij. Sed videtur cōtra: quia non eſt rogatus vt hæres, & de hæreditate: ſed vt ab hærede legatū relictū. puto autem ſatis habere locum Trebel. cum ad fideicommiſſarium ſint tranſitura onera hæreditaria: quia dixit portionem hæreditariū. & bene videtur rogatus vt hæres. ſed in caſu huius. l. eſt quæſtio de legatario an ſit cogendus: & dic quod non. Accurſius.

Quotiens pater.] CASVS. Inſtituit ſibi hæredes paterfa. Titium & Seium & Gaium & Sępronium: & rogauit dictum Titium & Seium vt reſtituerent partes eorum cohæredibus ſuis, ſcilicet Gaio & Sempronio, & deceſsit. modo quæritur, pro qua parte debeat recipere fideicom. Gaius & Sempro. id eſt, quantum debeat reſtitui cuique eorum. & certe ſi fuerunt inſtituti pro æqualibus partibus, recipient fideicom. ſi autem ex diſparibus fuerunt inſtituti, ex ſimilibus inſtitutionis partibus capient fideicom. & hoc ex coniectura volūtatis patriſa. Item & alio modo poſſumus iudicare ſuper volūtate teſtatoris. quid enim ſi iuſsit illos quibus relinquebat fideicō. prædictum, ab eis recipere? certe ex quantitate pecuniæ quam quilibet eorum dare iubetur: voluntas teſtatoris eſt colligenda. nam ſi dicti Gaius & Sempro. quibus relictū eſt fideicom. ex diſparibus etiam partibus hæredes ſcripti æquales partes pecuniæ iuſsi ſunt dare grauatis, æquales partes de fideicō. percipient. ſi autem ſumma pecuniæ dandæ grauatis congruit portionibus hæreditariis fideicōmiſſariorū paribus vel diſparibus, debebūt fideicommiſſarij accipere fideicō. pro partibus inſtitutioni eorum ſimilibus. Item tertio modo poſſum iudicare ſuper voluntate teſtatoris. quid enim ſi dictos fideicommiſſarios inſtituit ex diſparibus partibus: fideicōmiſſum autem prædictum eis reliquit appellādo eos propriis nominibus, & non ſub appellatione hæredum? certe pro virilibus portionibus habebunt fideicom. & non pro hæreditariis. &. h.d. cum. l. ſeq. Viuianus.

---

a *Culpa.* [a] ſcilicet lata. aliàs culpæ ſcilicet latæ. nam de leui non tenētur, vt dictum eſt. & facit. ſ. de leg. j. l. dotmos. cum tribus ſeq.

a Culpa tripliciſ materiam ſupple per Saly. in. l. ſi nullā. C. de pig. act. & Bal. in. l. dign⁹. C. eo. titu.

b *Conſueta negligētia.* ſcilicet magna. & ſic lata culpa quę in ſuis tolerat̃ur, in alienis punitur. ſic .ſ. ſolu. ma. l. ſi conſtante. §. ſi maritus.

† *In hunc locū Cic. li. I. de finib. bonorū & malorum.*

c *Partuum partus.* ſub. & eorum reddit rationem. Accurſius.

d *Nō habētur.* & ideo veniūt in reſtitutione, quia non ſunt fructus: vt inſtitu. de rerum di. §. partus. nam ſunt nati ante dié fideicom. cedentem: vt. ſ. ad leg. Falcid. Paulus reſpō. §. j.

e *Detrahet.* ſ. eo. l. vbi pure. §. fi. cōtra. So. ibi.

f *Ædes.* hæreditariæ.

g *Acquiſitæ ſint.* ſcilicet præſcribenti. Ac.

h *Careat.* ſecus ſi poſſet ei culpa imputari: quia non interrumpit præſcrip. lit. cōteſt. quod potuit de iure, cum erāt hæres. aliàs ſecus eſſet: vt. ſ. de peti. hære. l. ſi quis poſſeſſor. §. pe. hic ergo de facto fuit impeditus. Item facit. ſ. de iure delibe. l. ait prætor.

b *Ibi loquitur in fideicōmiſſo particulari: hic autem in vniuerſali fideicō. ſecūdū Imol. & Alexan.*

† *Iſte text. reputatur ſing. in ſuo effectu ſecūdū Paul. de caſt. in authē. res quæ ſubiacēt. C. communia de leg.*

i *Quantitatis.* repete proponeretur. & dic dediſſe de dicta hæreditate reſtituenda. ſecus autem ſi viuus pater pro ea dotem dediſſet: quo caſu vt æs alienum deduceretur, nec compenſaretur cum fructibus, nec veniret in fideicom. vt infra, eod. l. à filia. & arg. j. eod. l. Lucius. §. maritus.

k *Suum.* ſcilicet proponeretur.

l *Congruebat.* cuius eſt officium filias dotare: vt. C. de do. promiſ. l. fina. §. vtramque. Accurſius.

m *Decedere.* id eſt, detrahi de hęreditate reſtituēda. & ſub. pinde.

n *Ac ſi quod ſuperfuiſſet.* ſcilicet de dote. vel dic quod ſuperfuiſſet de tota hæreditate tempore mortis. nam & tunc totam dotem detraheret de hæreditate: vt. C. eo. authen. contra rogatus. Idé eſt ſi ſimpliciter fuit rogatus reſtituere: vt. C. cōmunia de le. auth. res.

o *Hoc.* ſcilicet quod in dotem datum eſt. ergo totum fideicom. præſtabitur deducta quarta: & dos videbitur data de fructibus. ſic. ſ. de leg. ij. l. cum pater.§. Titio. & ad. l. Falcid. l. quod de bonis. §. quod auus. & ſic licet hos percipiat iudicio teſtatoris non lucri facit ſuperfluos à quarta, ſed computat ſibi in quartam, & quartæ fructus: vt & aliàs. ſ. ea. l. §. alia. & quod ſuperfluit, aliàs lucratur, vt dixi. ſ. eo. l. in fideicommiſſariam. in princi. ſed hic non lucratur, ſed computatur in debitū dotis vel quaſi. nam quaſi eſt à patre debitum filiæ dos, vt dixi. & eſt ſic quod ſolet dici quod bo. ſi. poſ. fructus lucratur, niſi cum computat in expenſis: vt. ſ. de rei vin. l. emptor. &. l. ſumptus.

c Sic in ſtatutis proprietatē nō im.

p *Quaſi.* c aſſertiuum veritatis, non ſimilitudinarium.

q *Placet nobis.* vt. ſ. de lega. j. l. non amplius. §. fi.

r *Fuerit.* ſcilicet legatarius. Accurſius.

ſ *Senatuſconſulto.* Trebelliano.

t *Retinebitur.* id eſt iſte legatarius non poterit quartam retinere: vt. ſ. eo. l. j. §. ſi is qui quadringenta. &. §. idem Neratius. &. ſ. ad le. Falc. l. lex. Fal. §. nunquam. arg. contra in eo. tit. l. pœnales. §. fi. & *singulariter* facit bene. j. eo. l. Lucius. §. hæres. Sed nunquid hæres à quo eſt legata pars bonorū ſub his verbis, pars bonorum: poterit cogi per Trebel. adire & reſtituere? Reſpon. non, vt ſi dari. probari poteſt. ſ. de le. j. l. ampli⁹. §. fi. & l. ſeq. Nā legatarius talis nō videtur ſubnixus oneribus hæreditariis: quia bona dicūtur deducto ære alieno: vt. j. de col. bo. l. cum emāncipati. in princ. &. ſ. de iur. do. l. mulier. Item poteſt hæres liberare ſe dādo bonorum æſtimationē, & non dando partem reſ. vt. d. l. non amplius, *iſte text. ſing.* & ſecundum hoc facit *cuidā* ſ. eo. l. nam quod. §. nō omnis. &. l. cogi. §. ge. neraliter. arg. cōtra in. ſtit. de fideicom. hær. §. *leg.* poſtquam ſenatuſcon. ſed illud iure vetuſtiſſimo. Ité arg. contra. ſ. eo. l. nam quod. §. proinde. vbi dicit, ſi etiam bona &c. Item quid ſi ab hærede ſit legata pars hęreditatis ſub his verbis, pars hæreditatis: vt hic dicit: nūquid hæres cōpellitur adire & reſtituere per Treb. nam nulla hodie debet eſſe differētia dicat qs lego, vel fideicommitto: vt. C. communia de leg. l. ij. Sed videtur cōtra: quia non eſt rogatus vt hæres, & de hæreditate: ſed vt ab hærede legatū relictū. puto autem ſatis habere locum Trebel. cum ad fideicommiſſarium ſint tranſitura onera hæreditaria: quia dixit portionem hæreditariū. & bene videtur rogatus vt hæres. ſed in caſu huius. l. eſt quæſtio de legatario an ſit cogendus: & dic quod non. Accurſius.

u *Fecit.* ſic. C. de impub. & ali. ſub. l. j. &. ſ. de vulg. ſubſtit. l. ſi in teſtamento. &. l. qui liberis. §. fi. &. l. ſeq. in prin. &. l. cohæredi. §. j. & inſti.

BIU Cujas

& insti. de vulga. substi. §. sed & si ex disparibus. Sed contra. C. de impub. & ali. sub. l. fi. Sol. immo concor. nam & duo separatim & impuberes fuerunt instituti & substituti: & ita habēt viriles in institutione, & similiter in substitutione. Accursius.

a *Partes.* de pecunia.

b *Viriles.* id est, p numero personarū: vt. C. de cadu. tollen. §. vbi autem legatarij. Ac.

c *Portionibus.* scilicet hæreditariis. & facit supra, de rebus du. l. vtrum. §. fi.

d *Nonnūquam. Ex voluntate.* scilicet præsumpta.

e *Nominibus.* & tunc pro viribus: vt. ſ. de statuli. l. ita. §. fi. idem & si propriis & appellatiuis, sed præcedentibus propriis: vt. j. de stipula. seruo. l. si communis seruus. & facit. C. de cadu. tol. §. sed vt manifestetur. & ſ. de leg. j. turpia. §. fi. & l. seru⁹. §. si ex pluribus. & l. si hæredes. Sed contra. j. de duo re. l. siue. Sed ibi distingue an nominentur hęredes nominibus propriis: vt à Titio & Seio. an appellatiuis, vt à primo & secundo hę rede lego. Accursius.

ita fideicommissa recipere: ex quantitate pecuniæ quam dare iubentur, voluntas patrisfamiliàs colligenda est. Nā si ex disparibus partibus hęredes scripti æquas partes [a] dare iubentur: propius est vt viriles [b] recipere debeant. Si verò summa pecuniæ dandæ congruit portionibus: [c] hæreditarias portiones accipere debebunt.

XXIIII. PAPINIANVS libro quintodecimo Quæstionum.

NOnnumquam autē ex voluntate [d] variè rescriptū, & iudicatum est: videlicet si non sub appellatione hęredum, sed propriis nominibus [e] expressis fideicommissum relinquatur.

Translatio fideicom. in dubio intelligitur esse facta, si prius fideicommissi restitutio facta non fuerit. Bartolus.

XXV. IVLIANVS libro trigesimonono Digestorum.

QVidam ita [in] testamento scripserat, *A te hæres peto, fideiq; tuæ cōmitto, vt quidquid ex hæreditate mea ad te peruenerit, [f] filio meo prima [g] quaque die, aut si prius quid ei acciderit, [h] matri eius des reddas.* Quæritur, cùm ante, quàm adeatur [i] hæreditas, puer decesserit, an fideicōmissum matri debeatur? Respōdi, si puer antè, quàm dies fideicommissi cedat, [k] decesserit: fideicommissum translatum esse ad matrem. postea autē quàm dies fideicōmissi cessit: * si decesserit, ad hæredē pueri fideicommissum pertinere. [l] Sed an ea voluntas fuerit patrisfamiliàs, vt si ante restitutum fideicōmissum puer decessisset, matri potius quàm hæredib⁹ præstaretur: prætor æstimabit ex persona matris, & ex persona hæredis pueri. [m] Marcell⁹. Sed testatoris volūtati [n] congruum est (quandocūque puer decesserit, siue ante quàm dies fideicommissi cedat, siue postea) ad matrem trāsferri fideicommissum. putādum à præcepto iudicis qui forte iusſit dicto filio meo viuēti vt intra certum tēpus iuberet seruū adire, & ipse nō iusſit ante mortem suam. nunquid in hoc casu tenebuntur dicti hæredes filij mei præstare hæreditatē Sempronij dictæ fideicōmissariæ ex causa fideicōmissi? & dicitur quod non: & est ratio: quia si dictus filius meus in vita sua iusſisset dictum Stichum adire dictā hæreditatem Sēpronij, ei filio meo acquisita fuisset. nō ergo habet dicta fideicommissaria vnde conqueratur si dicta hæreditas nō est adita. in superiori autem casu bene habet vnde cōqueratur de filio meo, vt modo dixi: & ideo non est mirum si in dicto superiori casu ipsa potest petere ab hæredibus dicti mei filij æstimationē serui, & hæreditatis Sempronij. & hoc dicit hic. §. licet obscure. Ideo autem posui in hoc vltimo casu quòd Stichus nō adiuit hæreditatem Sempronij ante libertatē suam nec post, & quod etiam nunc non potest adire: quia si nunc liber existens adire posset, vt quia non transiuerat in vita filij mei tempus à iudice ei statutum, bene posset conqueri fideicōmissaria in hoc casu de libertate data Sticho per filium meum: quia ita posset adire hæreditatem iusſu fideicommissariæ, & ei acquirere dictus Stichus si liber nō esſet, sicut in proximo superiori casu. Viuianus.

Flo. cedit

Quidam ita. CASVS. Titius instituit sibi hæredem Seium: & ita ab eo petiit. A te hæres peto, fideique tuæ committo, vt quidquid ex hæreditate mea ad te peruenerit, filio meo restituas cum ipse erit. xiiij. ann. pone. aut si filius meus prius moriatur, reddas matri eius. & postea decesit dictus testator. & postea decesit dictus filius impubes antequam dictus hæres adiret hæreditatē. & ita decesit antequam dies fideicommissi cederet, id est antequam ipse esset. xiiij. an. nunquid debetur fideicō. matri suæ? an vero hæredi pueri? & respon. quod matri debetur: si autē decesit postquam dies fideicōmissi cessit, pertinet ad hæredē eius fideicom. Ista autem respōsio mollificatur in versi. sed an &c. & postea tollitur eadē respōsio in versi. Marcellus &c. dicit ergo in dicto versi. sed an &c. quod prætor debet æstimare ex persona matris & pueri & hæredis sui an dictus testator voluerit præstari matri fideicō. potius quàm hæredibus pueri. puero decedēte ante. xiiij. an. vel post, & nō restituto ei filio adhuc fideicōmisso. quicquid tamē dictū sit, ista est veritas, dicit Marcellus, scilicet quod ad matrē transferatur dictum fideicōmissum si non est restitutum puero ante mortē sui pueri. & hoc est verū siue dictus puer decesit ante diem fideicōmissi cedentē, id est ante. xiiij. annos, siue post. & hoc dicit. licet obscure. [*SI SERVO HAEREDE.*] Instituī mihi hæredē Stichū seruum Titij, & ita potest acquiri Titio hæreditas per dictum suum seruum: & rogaui eundem Titium vt restitueret dictam hæreditatē dicto Sticho cū liber esset. certe valet fideicōmissum. [*SI QVIS FILIVM.*] Instituī mihi hæredē ex asse Titium filium meum in testamento meo, & postea feci codicillos in quib⁹ cōmisi fidei dicti mei filij, vt si sine liberis decederet, hæreditatem meā sorori suæ restitueret. Iteē præcepi quòd dicti codicilli nō aperirentur ante mortem dicti mei filij, & postea decesi. postea dictus meus filius nō habēs filios venit ad mortē: & sciēs illud quod ita in codicillis scripserā iusſit in testamēto suo liberum esse Stichū seruum hæreditarium, institutis sibi hæredibus Seio & Martino: & decesit. nunc venit dicta sua soror fideicōmissaria, & petit à dictis hæredibus eius, id est filij hæreditatē meam ex fideicōmisso. in quo fideicōmisso dicit debere cōtineri dictū Stichū, quasi nō valuerit libertas ei data. quæritur, quid iuris sit? & dicitur quòd de hæreditate nō est dubium quin eā habere debeat. Stichū autem non habebit, seruata libertate eidē Sticho fauore sui, id est, libertatis. habebit tamē ab eis iustū pretiū eiusdē Stichi. & idē est per omnia si dictus meus filius ignorabat tēpore quo fecit testamentum, fideicōmissum quod reliquit sorori suæ in codicillis meis. sed pone quòd Sēpronius qui erat extraneus, instituit sibi hæredē dictum Stichū antequā dictus meus filius daret ei libertatē in dicto suo testamēto. & postea idē filius dedit ei libertatē, & post libertatē adiuit dictus Stichus dictā hæreditatē Sēpronij, & sibi acquisiuit. nūquid dictus Seius & Martinus hęres dicti mei filij debēt præstare fideicommissariæ prædictæ nō solū æstimationem Stichi, sed etiā æstimationē dictæ hæreditatis Sēpronij? Et dicitur quod sic: quia si filius meus nō dedisset ei libertatē sicut dedit, potuisset adire eā iussu dictæ fideicōmissariæ, & ei acquisiuisse. Sed pone quod dictus Sēpronius qui instituit dictū Stichum, decesit filio meo prędicto adhuc viuente, post testamētum dicti filij mei, in quo reliquit libertatem Stichi: & ita tēpore mortis dicti Sēpronij non cōpetebat adhuc libertas Sticho ex testamēto filij mei: qa adhuc viuebat idē filius meus, & postea decesit idē filius meus, & sic fact⁹ est liber dictus Stichus: nō tamen adiuit adhuc hęreditatē dicti Sēpronij, nec ante libertatē suā, nec post, nec etiā nunc adire potest, quia trāsiuit tēpus adeūdæ hæreditatis Sēpronij, cō-

a *Pertinere.* ita responsio temperatur statim: sed postea ex toto emendatur: vt ibi dicit Marcellus &c.

b *Pueri.* ſic. ſ. eo. l. ex facto. §. si quis rogatus. Accursius.

c *Volūtati.* ſic. ſ. eo. l. mulier. §. Brasidas. nam similis est ibi interpretatio voluntatis in dubio: & hoc nisi contra probetur, quod potest:

a *Concor. glo. in. c. 2. & ibi latè per Panor. extra de re. ſpolia.*

BIU Cujas

potest: vt.ſ. eod.l.vbi pure.§.j.&.ſ.de condit.& demon.l.in conditionibus.&.C.de lib.præte.vel exhæreda.l.iij.

a *Acceperit.* ſcilicet bona: quia tũc trãſmittẽtur pure ad hæredẽ.

b *Dominus.* cui per eum quæſita eſt hæreditas. Accurſius.

c *Fideicommiſſum eſt.* nõ tamen locũ habet Trebel. quoad quartam deducẽdã: quia nõ vt hæres, ſed vt dominus eſt rogatus: vt.ſ.de leg.j.l. cũ filio. & dixi ſ.eod.l.j.§.j. &.l. mulier.§.fina. ſed quoad alia remedia locũ habet Trebellia. ſcilicet vt eo libero facto cogatur reſtituere, & tranſeunt actiones. non tamen dico quod cogatur manumittere, ſicut nec pater filium emancipare: vt.ſ. de lega.j.l. filius.§. ſecundum vulgarem. Accurſius.

d *Iuſſit.* ne ſoror inſidiaretur filio: vt inſtitut. de pupilla. ſubſtitu. §. igitur.

e *Fideicommiſit.* quod fieri poteſt: vt.C. de codi.l.ij.

f *Defuncti.* ſcilicet prędicti filij. Accurſius.

g *Fauore.* Sed quis eſt fauor, cum idem ſit in fundo vendito: vt.ſ.de leg.ij.l.fi.§.fi.&.l.ſi hæres rem. quæ ſunt contra? Solu. quãdo ignorat hæres, nõ eſt fauor: ſed quãdo ſciuit, ſic, vt hic, ſic & alias diſtinguitur ſciens ab ignorante: vt.ſ.de tranſ.l.fi. vel ſub.hic, maximè. & facit bene ad. §.j. de ver.obli.l. ſi ſeruum.§. de illo. & .j. de do.l.ij. Sed contra. j. qui & à qui.l. hæres. vbi hæres nõ poteſt manumittere. Sed ibi erat pure legatus. & ſic factus legatarij. hic ſub cõditione relictus, & ſic interim hæredis, & poteſt ab eo manumitti. ad quod facit. ſ. de lega. j.l. ſi quis inquilinos. §. j. & inſti. de lega. §. ſi res. ſed hoc nõ placet Ioan. quia & in illa. l. hæres. dicit in proprio hæredis. quare dic ibi, nil agitur, ſcilicet quo minus detur æſtimatio: ſed libertas tenet. Vel ibi inter viuos, hic in teſtamẽto hæres dedit libertatẽ. Iteꝫ adhuc cõtra. j. qui & à qui.l. generaliter. §. fi. Solu. vt modo dixi de alio cõtrario. Iteꝫ adhuc cõtra. ſ. de cõdic. indebi. l. in ſumma. §. penul. vbi diſtinguitur ſciẽs ab ignorãte. Solu. hic hæres eſt, qui intelligitur eadẽ perſona cũ defuncto: vt in auth. de iureiur. à mor. præ. §. j. col. v. vnde nõ permittitur ei ignorare quod defunctus ſciuit: ibi enĩ eſt extraneus. Sed obiicitur huic ſolu. j. de donatio. cauſa mor. l. ſi is cui. vbi etiã extraneus ignorãs donatarius tenetur. ſed ibi erat in culpa lata donatarius quãdo nõ cogitauit poſſe remoueri per cõualeſcentiã, & aliis modis. Item adhuc cõtra. C. cõmunia de leg. l. fin. §. ſed quia. vbi etiã hæres non manumittit. Sed ibi pure vel die certa: hic ſub cõditione, vel die incerta, quæ pro cõditione habetur: vt.ſ. de cõdit. & demõſtra. l. dies incertus. Sed tũc ob. in ea. l. §. ſinauté ſub conditione. Sed ibi nõ dicit, de manumiſsione, ſed de cæteris alienationibus quæ fieri nõ debent pendẽte conditione: & ſic eſt ſpeciale in libertate. nã & ſeruus alio modo alienatus cõditione pendente, ea exiſtente reuocaretur. Alij dicunt quod hoc corrigitur per illum. §. ſinautem. vt nõ poſſit manumitti, ſicut nec alio modo alienari.

h *Sui.* ſcilicet libertatis.

i *Pretium.* ſcilicet ſerui prædicti. Accurſius.

k *Afferat.* vt.ſ. de alie. iudi. mutã. cau. fac. l. j. in prin. & de noxa. l. electio. §. fi. argu. contra. j. de ſepa. l. j. in fi. j. reſpon. Hug.

l *A Sempronio.* ſcilicet quodam extraneo.

m *Hæreditatis.* ſcilicet fideicommiſſariæ.

ſum, ſi non iam puer hoc acceperit.[a] eoꝫue iure vtimur.

Valet fideicommiſſum per quod rogatur dominus reſtituere ſeruo inſtituto. Bar.

¶ Si ſeruo hærede ſcripto dominus[b] rogatus eſt eidem ſeruo reſtituere hæreditatẽ, cũ liber eſſet: vtile fideicõmiſſum eſt.[c]

Seruo qui ſubiacet reſtitutioni, cum vniuerſitate poteſt libertas teſtamẽto relinqui, & fideicõmiſſario æſtimatio debebitur. Bar.

¶ Si quis filium ſuum ex aſſe hęredẽ inſtituit, & codicillis quos poſt mortẽ filij aperiri iuſsit,[d] fidei eius commiſit,[e] vt ſi ſine liberis deceſsiſſet, hæreditatem ſuam ſorori ſuæ reſtitueret: & filius cùm ſciret quod in codicillis ſcriptum eſſet, Stichũ ſeruum hæreditarium teſtamento ſuo liberum eſſe iuſsit: hæredes filij pretiũ eius ſerui ſorori defuncti:[f] præſtare debent: libertate fauore[g] ſui[h] *ſeruata. Hoc amplius, & ſi ignoraſſet filius codicillos à patre factos: nihilo minus hæredes eius pretium[i] præſtare debebunt, ne factum cuiuſquam alteri damnum adferat.[k] ¶ Sed & ſi ſeruus iſte à Sẽpronio[l] hæres inſtitutus ſit, eãque hæreditatẽ poſtea quàm ex teſtamento fratris ad libertatem peruenerat, adierit: hęreditatis[m] quoque[n] æſtimationẽ hæredes fratris ſorori eius præſtare debent: quia* ſi manumiſſus nõ eſſet, iuſſu mulieris adire eam potuiſſet. Si verò viuente filio Sempronius deceſſerit, hęreditas in cauſa fideicommiſſi non deducetur:[o] quippe ab ipſo filio adire iuſſus hæreditatẽ, ei adquireret.

Ciuitatibus quæ non ſunt hoſtes imperii, poteſt hæreditas per fideicommiſſum relinqui & reſtitui, & agere poſſunt per ſuos ſyndicos. hoc dicit cum prin. l. ſeq. Ale.

XXVI. PAVLVS libro ſingulari de Senatuſconſultis.

OMnibus ciuitatibus[p] quæ ſub imperio populi Romani[q] ſunt, reſtitui debere & poſſe hæreditatem fideicõmiſſam, Apronianum ſenatuſconſultũ iubet. Sed & actiones in eas[r] placuit ex Trebelliano transferri. Sed & municipes ad eas admittuntur.[ſ]

XXVII. IVLIANVS libro quadrageſimo Digeſtorum.

ITa tamen, vt his* quibus reſtituetur hæreditas, actorẽ[t] eligant & ad agendum, & ad excipiendas actiones.

Quæſita per ſeruum poſt aditam hæreditatem ab hærede coacto, non veniunt in reſtitutionem. ſecus in quæſitis hæreditate iacente. Bartolus.

¶ Si ſeruum hæreditarium hæres qui coactus[u] adierit, iuſſerit adire hæreditatem ab alio[x]

Quoque. non ſolum ſerui: ſed videtur poſſe pœnitere quando ignorauit: vt.ſ. de interrog. act. l. de ętate. §. ex cauſa. Sed ibi actori cõſulebatur in alium: hic vero datur huic ſorori in aliũ recurſus ad hanc hæreditatẽ. Item adhuc nõ videtur nocere tantus error: vt inſti. de act. §. ſi quis agens. Sed ibi ignorantia ſe excuſat à damno quod haberet propter plus petitionẽ: hic nõ excuſat à damno hæreditatis. Accurſius.

*Flo. que

o *Nõ deducetur.* vt ipſa vel eius æſtimatio pręſtetur ſorori: vt. j. co. l. ita tamen. §. j. &. ſ. eo. l. in fideicommiſſariam. in princip. Accurſius.

Omnibus.] CAVS. Inſtitui mihi hæredẽ Titium, & rogaui eum vt eam reſtitueret cuidã ciuitati ſuppoſitę Romano imperio, & deceſsi. nunquid tenetur Titius reſtituere dictæ ciuitati? Et dicitur quod ſic: & ea reſtituta trãſeunt hęreditariæ actiones in eam & cõtra eam ciuitatẽ. & municipes qui morãtur in ea ciuitate, admittuntur ad eas actiones exercendas, & ad ſe defendendũ. debẽt tamẽ ad hæc explicãda habere actorem. h.d. cũ prin. l. ſeq. Vi.

p *Omnibus ciuitatibus.* *Vulg. li vel parti ciuitatis: vt.ſ. de lega. j. ſi quis à filio. §. fi. & etiã vicis: vt.ſ. de leg. j. l. ſi hæres. §. j. Iteꝫ econtra inſtitui, & de reſtituendo grauari poſſunt: vt.ſ. eo. l. recuſare. §. iteꝫ ſi municipes. & facit. j. de lib. vni. l. j. &.C. de hęre. inſti. l. hę reditatis. &.C. eo. l. iij. & .ſ. de lega. j. l. ciuitatibus. Accurſius.

q *Romani.* ſed ciuitates hoſtium ſic non ſunt capaces.

r *In eas.* ciuitates. & econtra eis dantur: vt ſubiicit, ſed &c. vt.ſ. eo. l. j. in princip. & continua cum. l. ſeq.

ſ *Admittuntur.* ſcilicet ad agendum.

Si postulante me.] CASVS. Titius instituit te Seium hæredem, & rogauit te vt mihi suam restitueres hæreditatem, & decesit dictus Titius. postea postulante me fideicommiſ. suspectam hæreditatem ex decreto prætoris adiisti. & postea ego nolo eam mihi per te restitui, nec volo me bonis immiscere. certe hoc fieri debet qđ Octaueno non inelegāter videbatur, scilicet vt à prętore perinde actiones hæreditariorum creditorū & legatariorum in me fideicō. dentur, ac si hæreditaté recepisse spōte. nam accipere cogor etiam inuitus. nō autē potero cōueniri interdicto fraudatorio à creditorib⁹ tuis, qui es hæres. quod est veri⁹ etiā si eo tempore quo creditorum tuorum hæredis fraudandorum cōsilium inieris, tu hæres expectasti adire donec cogereris: vt nec in quarta Trebellianica cōmodum eis afferres, cum esses nō soluēdo: qa citra periculū meū qui sum fideicō. interdicti fraudatorij hæreditaté suspectam adieris siue adiisses: & mihi restitueres. nō enim potero cōueniri à creditorib⁹ tuis prædicto interdicto ad reuocādam à me dictam quartam. & bene dico quòd non potero cōueniri, quia & remoto fideicōmisſo, id est, si solūmodo fuisses institutus, & non fuisses rogatus mihi restituere, liberū tibi fuerat nolenti adire hæreditatem, creditores tuos tali commodo fraudare: quia non vetitum est nō acquirere in fraudē creditorum, sed deminuere. & ego fideicom. nil turpiter faciā recipiendo à te eam hæreditatem quam creditores non potuerunt cōpellere te vt adires, remota hac mea postulatione: id est, si nō postulassem te hæredē cogi adire. Sed & si filiusfamiliās suus hæres patri existēs rogatus sit à patre restituere mihi hæreditaté, & tanquam suspectam ex decreto prætoris restituerit mihi, cum iniisset consilium creditorum suorum fraudandorū: vix, id est, non erit locus interdicto fraudatorio cōtra me fideicō. ad reuocandum per creditores filij quartam Trebellianicā: quam idē filius potuisset retinere si spōte adiisset. quo interdicto volebant agere dicti creditores filij cōtra me. & videbatur fortè quòd possent magis quàm in superiori casu: quia expectādo filius vt cogatur adire, & coactus adeundo, & sic non retinēdo quartam Trebellianicā de hæreditate patris, videtur deminuere de bonis suis in fraudem creditorū suorū, cum bona patris sint sua quodammodo: vt.ſ.de libe. & posthu. in suis. sed nō est verū quòd sit locus interdicto fraudatorio contra me: quia bona patris non sunt adeo filij. video enim cp si bona patris vendātur à creditoribus paternis qui impetrauerūt separationem forte bonorū paternorū à bonis filij hæredis: quod quidē facere potuerunt: vt.j. de separa.l.j. in prin. nihil propriū creditores eius filij ex ea hereditate ferre possunt: nisi forte debeāt audiri proprij creditores filij si postulent vt dimissis patris eius, scilicet creditoribus: id est, satisfacto ei, bona patris residua permittatur vendere sibi, id est, creditorib⁹ filij. [SI DONATIONIS CAVSA.] Institui mihi hæredē Titiū, & rogaui eum cp restitueret hæreditaté meā Seio: qui Seius nō poterat capere solidā hæreditaté siue integrā, & decessi. dictus autē Titius hæres meus volēs donationē facere dicto Scio nō capaci, dixit sibi esse suspectā hæreditaté meā. vnde coactus fuit eam adire: & eam restituit integram dicto Seio fideicom. certè auferetur eidē Seio id quod ex ea hæreditate capere nō potest. & idē est dicendū etiā si citra consiliū donandi dicto Seio fideicō. nō capaci, dict⁹ hæres meus fiduciarius, id est, cuius fideicō. vt restitueret Seio nō capaci, fecerit id quod dictū est, id est, dixerit suspectā hæreditatē, & coactus totam restitueret dicto Seio. nā aufertur dicto Seio id qđ capere nō potest, & applicabitur fisco: vt.ſ.de iis quib. vt indi.l.in fraudē.§.j. in fi.§. Vi.

LXVII. VALENS libro tertio Fideicommissorum.

SI postulante me, suspectam hæreditatē ex decreto prætoris adieris, [k] & nec ego postea eam mihi restitui velim, nec bonis me immiscere: hoc fieri [l] debet vt (quod Octaueno non inelegāter videbatur) à prætore perinde actiones in me dē-

k *Adieris.* tu hæres. Accursius.

l *Fieri debet.* adiunge, vt à prætore &c. quod est in medio, interpositio

BIU Cujas

terpositio est.

a *Recepissem.* nam & accipere cogor: & si decederē ante, hæres meus cogitur recipere. & si nō habeo hæredem, fit vēditio à creditoribus hæreditariis nomine meo ac si adiissem antequā decederem: vt. ſ. eo. l. postulante. in prin. & l. apud. §. fi. & l. illo à quo. in prin. & de separa. l. j. §. si quis suspectā. Item not. quòd prætor dat actionē alicui & in aliquā ac si esset adita. licet non sit. ſic. ſ. eod. l. facta. §. qꝝ si conditio.

b *Iustius.* aliàs, verius: & aliàs, iustius.

c *Eo tempore.* i. casu.

d *Fraudandorum.* hæredum.

e *Inieris.* tu hæres. nā in fraudē tuorum creditorū recusabas adire, vt nec in quarta cōmodū eis afferres, cum non sis soluendo.

f *Si.* aliàs, sic: aliàs, si, id est, quia.

g *Citra.* aliàs, citra: aliàs, intra pro citra. ſic C. de posth. hæred. instit. l. fi.

h *Periculum.* scilicet meum: quia conueniri ex hoc non potero. & de hoc interdicto fit mentio. j. de solu. l. pupilli debitor. & in arbore actionū domini Io. & dabatur etiam ad reuocandum alienata in fraudem creditorū: loco cui⁹ est hodie illud edictum, quæ in fraudē creditorū, quod induxit Paulianam, & in factum. Vel die quòd de hoc hic fit mentio, scilicet quę in frau. credi. hoc quidem non est timendum: quia non habet locū cum quis non acquirit, sed cū deminuit, vt. j. proxi. respō.

i *Adiisses.* aliàs, adibis: & aliàs, adiisses, scilicet tu hæres.

k *Fraudare.* a quia nō est vetitum non acquirere, sed deminuere: vt supra, quæ in frau. cre. l. qui autem. in prin. Accursius.

l *Mea.* id est, si non postulassem te cogi adire.

m *Suorum.* scilicet filij.

n *Iniisset.* scilicet filius.

o *Vix.* id est nō: vt in superiori casu, nisi in casu quem subiicit. ſic. ſ. ad Velle. l. tutor. in princip.

p *Venditis.* à creditoribus paternis qui impetrauerunt separationem bonorum paternorum à bonis hæredis, quod facere potuerunt: vt infra, de separa. l. j. in princip.

q *Creditores eius.* scilicet filij.

r *Dimissis.* scilicet creditoribus. Accursius.

s *Bona.* scilicet residua. & facit. j. l. proxi. in princip.

t *Si donationis.* quia volebat hæres totā restituere fideic. licet fideicō. partē tātū capere posset. ſic &. ſ. eo. l. j. §. inde Neratius. Ac.

u *Ei restituerit.* scilicet totam.

x *Auferetur.* à fideicommiss. tanquam ab indigno, & fisco applicatur: vt. j. de iure fisci. l. aufertur. §. j.

y *Fiduciarius hæres.* cuius fidei testator commisit: vt instit. de fideicom. hære. in princip.

z *Id fecerit.* id est, dixerit suspectam, & totū restituit coactus. nā sibi aufertur: & tunc applicatur fisco: vt. ſ. Accursius.

Si hæres ab eo.] CASVS. Titius nō soluendo creditoribus suis exist̄ instituit sibi hæredē Seiū, & rogauit eum qꝝ restitueret hæreditatē suā Titio & Sēpronio, & decessit Titius. nunc Seius ab eo institutus dicit esse sibi suspectā hæreditatē. quæro, nūquid possit cogi adire & restituere eam Sēpronio fideicōmissario hoc postulāti? Et videbatur fortè quibusdā qꝝ non: quia fideicōmissarius nullū inde lucrum est habiturus, immo damnū: nec de facili quis hoc desiderare solet. argu. ſ. ad legē Fal. l. iij. in prin. & leges adaptantur ad ea quæ frequētius accidunt: vt ſ. de legi. & senatusc. l. nā ad ea. dicitur tamē hic qꝝ bene potest cogi adire, & restituere ad postulationē fideicōmissarij. sed & si sua spōte adierit, restituturus est eādē hæreditatē fideicōmissario desiderāti. secus autē esset, si dicto Sēpronio nō reliquisset testator vniuersale fideicō. sed reliquisset ei fideicō. speciale, vel etiā legatum: quia illa nō tenetur ei soluere hæres. eo enim casu fungūtur vice hęredis superiores legatarij: cum cui. i. alicui eorū legatariorū relictū est fideicō. scilicet vniuersale, & nō aliàs. [*SI TOTAM.*] Titius instituit te Seiū hæredē, & rogauit te vt totam hęreditatē suā restitueres Gaio, & decessit. tu autē hęres spōte adiuisti hæreditatē suam: & restituisti eā dicto Gaio sine deductiōe quartæ partis. certe difficile quidem crederis hoc fecisse magis per ignorantiā, quàm causa explēdi fideicō. sed si probaueris per errorē facti te quartā nō retinuisse, poteris eam recuperare. Viuianus.

a *Hodie coactus.* quod raro fit, si est non soluendo. arg. ſ. ad legem Falc. l. iij. in princip.

b *Restituturus est.* ſ. hæres fideicō. desideráti.

c *Si legatū esset.* ſ. simpliciter: quo casu non valet: vt. ſ. eo. l. j. §. is q. ibi, neminē &c. &. ſ. de do. causa mor. l. & si debitor. & ad legē Fal. in ratiōe. §. qđ vulgo. sic ergo parificatur singulare fideicom. legato etiā hoc iure: vt hic, &. ſ. de lega. j. l. j.

d *Casu.* supra, proxi.

e *Legatarii.* scilicet vice.

f *Superiore.* scilicet in generali fideicommiss. vice &c. vt institu. de fideicom. hære. §. restituta. & hæreditas est, etiam si nō est soluendo: vt. ſ. ad legem Falc. l. iij. in prin. Accursius.

g *Rogatus.* tu hæres.

h *Per errorem.* scilicet facti, non iuris: vt. C. ad legē Falc. l. error. Itē nota præsumi sciētiam. sic. C. de præscrip. long. tēp. l. emptor. & l. super. & ſ. de pub. l. quæcūque. §. fi. Arg. contra. ſ. de proba. l. verius. & C. qui mili. non poſſ. l. ſuper ſeruis. & est hic ratio, quia nemo præsumitur iactare pecuniam: vt supra, de proba. l. cum de indebito. §. si vero ab initio. & facit. ſ. eod. l. qui totam. & l. hæres cum. & l. patronus. & l. postulante. §. fi. & de dona. inter virum & vxorem. l. si sponsus. §. si quis rogatus. Accursius.

Pecuniam nemo iactare præsumitur.

De euictione.] CASVS. Institui mihi hæredē Titium, & rogaui eum quòd restitueret hæreditatem meam Seio, & decessi. postea cum Titius restitueret hæreditatem Seio, Seius volebat quòd Titius caueret ei de euictione prædiorum, vel mancipiorum, vel cæterarum rerum hæreditariarum. certe non tenetur hoc facere Titius: immo econtrario tenetur fideicommissarius cauere hæredi de euictione eorū quæ ab ipso hærede vēdita sunt, &

tur, ac si hæreditatem recepissem: [a] quod est iustius [b]*etiā si eam restituisses eo tēpore [c] quo creditorū fraudandorum [d] cōsilium inieris, [e] si [f] citra [g] periculum [h] interdicti fraudatorij hæreditatem suspectam adiisses, [i] & restitueres mihi: quia & remoto fideicōmisso liberum tibi fuerat nolenti adire hæreditatem, creditores tuos tali cōmodo fraudare: [k] & ego nihil turpiter faciam recipiēdo eam hęreditatem quam remota postulatione mea, [l] creditores cōpellere te vt adires, non potuerint. Sed & si filius suus hæres patri, rogatus sit à patre hæreditatē mihi restituere, cum suorum [m] creditorum fraudandorum consilium iniisset, [n] tanquā suspectam ex decreto prætoris restituerit mihi, vix [o] fraudatorio interdicto locus erit: quia bonis patris eius vēditis [p] nihil propriū creditores eius [q] ex ea hæreditate ferre potuerint: nisi fortè proprij creditores filij audiri debeant si postulent vt dimissis [r] patris, eius bona [s] vendere sibi permittatur.

Non potest per hæredem restitui fideicōmissario plus quàm posset à defuncto capere. Bartolus.

℣ Si donationis [t] causa suspectā hæreditatem sibi hæres dixerit, & restituerit [u] ei qui solidū capere nō possit: auferetur [x] ei id quod capere non potest. Idem dicendum est, & si citra consilium donandi fiduciarius hæres [y] id fecerit. [z]

Fideicommissum vniuersale valet hæreditate existente nō soluendo. secus in fideicommisso singulari. Bartolus.

LXVIII. IDEM libro quarto Fideicommissorum.

SI hæres ab eo qui cùm moreretur soluendo non fuerit, rogatus hæreditatem restituere, suspectam sibi dicat: dubium non est, quin hodie coactus [a] ex Trebelliano senatusconsulto restituere possit. Sed & si sua sponte adierit, ex eodem senatusconsulto restituturus est: [b] quāuis quum summa aut certum corpus per fideicōmissum ab eo qui soluendo nō fuit, datum est, perinde non debeatur, atque si legatum esset. [c] Eo enim casu, [d] legatarij: [e] superiore, [f] hęredis vice fungi eū cui fideicōmissum relictū est.

Qui in restituendo quartā non detrahit, non præsumitur errasse, nisi probetur. Bar.

℣ Si totam hæreditatem rogatus [g] restituere, tu sponte adieris, & sine deductione quartæ partis restitueris: difficile quidē crederis per ignorantiam magis, nō explendi fideicommissi causa hoc fecisse. Sed si probaueris per errorem [h] te quartam non retinuisse, recuperare eam poteris.

Hæres institutus non cauet de euictione: sed sibi cauetur à fideicommissario. Bar.

LXIX. MAECIANVS libro octauo Fideicommissorum.

DE euictione prædiorum, vel māncipiorū, vel cęterarum

sunt,& quorum pretium soluit hæres fideicommissario.Viuianus.

a *Non debet.*nec venditor hæreditatis cauet de singulis: vt.C.de euict.l.j.nec hæres legatario speciei: vt supra, lega.j.l.si à substituto.§.finali.

b *Venissent.*dum tamen pretiũ sit refusum fideicom.ad quod est supra,de hære.ven.l.ij. §.sicut.&.ſ.de peti.hære.l.si quid possessor.§. bonę fidei.& supra,eo. cum hæreditas ex.&.l. cogi.§. inde quæritur. in fine.§.

SI hæres instituꝰ.]CASVS. Institui mihi hæredem Seium,& rogaui eũ quòd pure restitueret hæreditaté meã Titio: & rursus rogaui eundem Titium vt restitueret dicto hæredi hæreditatem meã post Pascha pone, & decessi.& Seius restituit hæreditaté Titio:& postea transiuit Pascha.certe nõ est opus quòd fideicom. Titius restituat hæreditatem Seio: immò sufficiunt eidem hæredi directæ actiones quæ remanserũt apud eum cum restituit hæreditatem fideicommissario.[*SI HÆRES.*] Institui mihi hæredem Titiũ, & rogaui eũ quòd restitueret hæreditatem meam Seio,& decessi.& Titius antequam restitueret hæreditatem dicto Seio, alienauit aliquid ex hæreditate: aut manumisit seruum hæreditariũ : aut rupit aliquid vel fregit,vel vsit siue combussit: & postea restituit hæreditaté.certe non cõpetit in eum hæredé actio legis Aquiliæ vel alia ciuilis : sed rum rerum, cauere hæres cum restituit hæreditatem, non debet: [a] quinimmo in contrariũ caueri hæredi oportet, si quid ex his euictum esset,quæ ab ipso hærede venissent. [b]

In eum qui habet directas, non transeũt vtiles.Bartolus.

LXX. POMPONIVS libro secundo Fideicommissorum.

SI hæres institutus, Titio rogatus fuerit restituere [c] hęreditatem,& rursus Titius hæredi post tempus: [d] sufficiunt directæ [e] actiones hæredi.

Pro damno dato ab hærede ante restitutionem, tenetur hæres actione ex testamento:post restitutionem,actione legis Aquiliæ.Bartolus.

Si hæres antequam fideicommissam hæreditatẽ restitueret, alienauerit quid ex hęreditate, aut seruum hæreditarium manumiserit, aut ruperit quid vel fregerit vel vsserit: non competit in eũ vlla ciuilis actio, [f] restituta postea hæreditate ex Trebelliano senatusconsulto: sed ex fideicõmisi causa erit hoc quod deperierit, [g] persequendum. [h] Sin verò [i] post restitutã hæreditatem horũ quid admiserit hæres:dicendũ est lege Aquilia cum eo agi posse, si seruum fortè hæreditariũ aut vulnerauerit,aut occiderit.

Negligentia hæredis nocet fideicommissario.Bartolus.

Si temporalis actio in hęreditate relicta fuerit : tempus quo hæres experiri ante restitutam hæreditatem potuit, [k] imputabitur ei [l] cui restituta fuerit.

Hæres non obstante tempore ad deliberandum, cogitur statim adire: sed ex effectu deliberationis apparebit,an possit deducere quartam.Bartolus.

LXXI. MAECIANVS libro decimo Fideicommissorum.

OMnes q de hæreditate deliberãt, desiderante eo [m] qui suo periculo velit adiri hæreditatem, cogũtur adire, [n] sed non statim restituere: sed vt cõpleto tempore deliberationis, si expedire sibi cõpererint hæreditatem,sentiãt commodũ [o] testameti eo iure quo si sponte adiissent.sin verò cõtra onerosam crediderit, restituta ea exonerẽtur actionibꝰ hæreditariis.

Si hæredi restituenti fundus retẽtus euincatur,actio ei de euictione datur.Barto.

LXXII. POMPONIVS libro quarto Fideicommissorum.

HAeres præcepto fundo [p] rogatus erat hæreditatem restituere.fundus alienatus* erat.Aristo aiebat videndum,vtrum eũ omnimodo penes hæredem fundum esse voluerit testator:an ita demũ, si ipsius est. sed sibi superi [q] placere.ideóque æstimatio eiꝰ retinẽda [r] est.

1 *Ei.* facit.j.pro emp.l.ij.§.si defunctus.Sed quid si tũc fuit cõpleta præscriptio ante restitutionem? Respon.si fuit negligens,tenetur:vt.ſ.eo.l.mulier.§.sed enim.in fi.

OMnes qui.]CASVS. Institui mihi hæredem Titium,& rogaui eũ quòd restitueret hæreditatem meã Seio, & decessi. Titius autẽ petiit tempus ad deliberandũ vtrum expediret sibi adire hæreditatem meam, vel non,& habuit tempus.certe etiam dũ deliberat,potest Seius fideicommissarius facere eũ cogi adire hæreditatẽ: sed non tenetur Titius prædictus statim restituere hæreditatem eidẽ Seio,sed expectari debet donec compleatur tempus deliberationis. & tunc si cõpererit Titius expedire sibi hæreditatem,sentiet cõmodum testaméti citra detractionẽ quartę Trebellianicæ,ac si sponte adiisset hæreditatem.si vero econtrario crediderit Titius onerosam hæreditatem, ea restituta Seio fideicõmiss.nulla retenta quarta, exoneretur Titius actionibus hæreditariis.& qđ dixi in Titio,habet locum in omnibus qui de hæreditate deliberant. Viuianus.

† *Vide hic quid de nepote Barto. & Bart. de Neapoli.*

m *Eo.* scilicet fideicommissario.

n *Adire.* sed non statim, sed post tẽpus deliberationis:vt infra,eo. l.sed & si.§.plane. Hu. sed certe hic dicit contra,& ibi non fuit coactus statim.

* *Fl. alien.*

o *Commodum.* in retẽtione quartæ. & facit C. de inoffic.testa.l.scimus.§.fina.

HAeres percepto.]CASVS.Gaius instituit sibi hęredẽ Titiũ, & rogauit eũ qꝺ restitueret hæreditaté suã Seio pcepto sibi hęredi fundo Titiano,& decessit.nũc reperiũ quòd dictꝰ fundus erat alienus,& nõ Gaij testatoris.certe hoc casu Aristo aiebat vi dẽdũ esse vtrũ Gaius testator voluit eũ fundũ omnino esse penes hæredem:an ita demũ voluit esse penes hęredẽ,si ipsius Gaij testatoris est fundus.sed aiebat dictus Aristo sibi Aristoni superi [p] placere,id est,sibi placere illud quod dictum est supra,in primo mẽbro suæ diuisionis,scilicet quòd omnino fundum habeat hæres: & ideo æstimatio huius fundi retinenda est per hæredem cum restituit hæreditatem fideicommiſ.scilicet si ante restitutionem hæreditatis est euictus dictus fundus hæredi.Viuianus.

p *Fundo.*certo.aliàs nulla est deductio:vt.j.de verbo.obliga.l. ita stipulatus.

q *Sed sibi superius.* ſ. quòd omnino fundum vel æstimationem habeat hæres:vt supra,eo.l.j.§.si hæres.

r *Retinenda.*aliàs, remittẽda vbi ante restitutionẽ est euictus.aliàs,restituẽda,si post restitutionẽ euincatur.& de hoc etiã cauet: vt.ſ.eo.l.cũ hęreditas ex fideicõ.&.l.de euictione.Sed cõtra.huic l.ſ.de leg.ij.l.cum pater.§.euictis.Solu.hic habetur loco quartæ, saltem pro rata onerosæ:vt.C.eo.l.j.ibi est simpliciter legatũ sine onere.Et eodem modo solue aliud contra.C.de lega.l.cum alienam.vbi distinguitur sciam vel non.Accursius.

SI hæres.]CASVS.Institui mihi hæredem Titium, & rogaui eum quòd restitueret hęreditaté meam Seio,& decessi.postea dictus Titius hæres mutuauit pecuniam hæreditariã Gaio, & accepit pignora in eã causam.& postea restituit hæreditatem dicto Seio fideicõ.certe non competũt dicto fideicõ.actiones aduersus ipsa pignora. Sed quid si ego defunctus mutuaui dictã pecuniam Gaio,

BIU Cujas

Gaio,& non accepi ab eo pignus:sed dictus meus hæres accepit propter hoc pignus?certe idem erit:scilicet vt non competant dicto fideicom.actiones aduersus dicta pignora.verumtamē habet fideicom.prędictus ex fideicómisso actionem aduersus hęredē vt ei cedat hæres actionē pro cōmodo dicti pignoris.[*CVM EX TREBELLIANO.*] Prædium meum Titianum debebat seruitutē prædio tuo Seiano.ego autem instituto hæredem, & rogaui te quòd restitueres hęreditatem meam Seio, & tu adiuisti hæreditatem meam, & ipsa aditione fuit confusa seruitus quam prædiū meum debebat tuo. certe cum restituis hæreditatem meā fideicó. Seio, potes ab eo petere vt *Flex.def. redimponatur seruitus prædio meo, sicut erat antequam adires hæreditatem meam. & ita nihilomin⁹ amodo valebit seruitus prędicta, quamuis hæreditatem meam adieris. & idem est econtra,si tuū prædium debebat seruitutem meo. Viuianus.

Actiones quæ competunt hæredi ex sua prouisione, non transferuntur facta restitutione per Trebellianum: sed noua cessione opus est. Bartolus.

LXXIII. MARCIANVS libro tertiodecimo Fideicōmissorum.

SI hæres pecuniam hæreditariam crediderit, & in eā causam pignora acceperit: actiones non cōpetunt ei cui restituta fuerit hęreditas, aduersus ipsa pignora. [a] Sed aliqua dubitatio remanebit,si in eum cōtractum qui à*defuncto fuerit interpositus,hæres antequam restitueret hæreditatē, pignus acceperit. Sed nec sic quidem ipse admitteretur: [b] ex fideicommisso tamē habet [c] aduersus hęredem actionē, vt ei cedat pro pignoris commodo actionem. ¶ Cùm ex Trebelliano senatusconsulto restituitur hæreditas:seruitutes quas mutuo prædia hæredis & testatoris habēt, nihilominus valent. [d]

Qui jubet aliquem non facere testamentum, videtur rogare de hæreditate restituenda hæredibus venientibus ab intestato. Bartolus.

LXXIIII. PAVLVS libro secundo Decretorum.

QVi filium & filiam habebat,testamentū fecerat,& ita de filia sua cauerat: Ἐντέλλομάί σοι μὴ διατίθεσθαι, πρὶν τίνα σοὶ γενίσθαι.*[id est,Mando tibi nō testari donec liberi tibi deceſsisset filius, præcepit restitui dictæ Honoratæ eam hæreditatem. & decesit dictus Sabinus Antoninus testator. postea dicta Iulia Valeriana mater dicti Antonini filij testatoris & Honoratæ, decesit intestata legitimis hæredibus sibi relictis dicto Antonino & Honorata sua sorore, qui erant ambo sui filij, vt dictum est. & dictus Antoninus accepit medietatem eorum quę erant in hæreditate dictæ eorum matris, & Honorata accepit aliā medietatem: & ita per consequēs habuit quilibet eorum medietatem bonorum Sabini Antonini testatoris, q instituerat sibi hæredē dictam Iuliam Valerianam matrem prædictorum. postea dictus Antoninus filius testatoris agens plenum nonumdecimum annum, & ingressus.xx.annum, necdum tamen eo vicesimo anno expleto decesit relicta hærede filia Fauia Valeriana: quæ forte fuit vocata Valeriana propter prędictam Iuliam Valerianam suam auiam, id est, matrem patris.à qua Fauia Valeriana filia Antonini filij testatoris amita sua Honorata, quæ erat soror patris (vt dictum est) petebat fideicommissum ex testamento patris ipsius Honoratæ, id est, prædicti Sabini Antonini, scilicet dimidiam portionem hæreditatis ipsius Sabini Antonini: quam dimidiam possidebat dicta Fauia Valeriana tanquam hæres patris sui Antonini filij dicti Sabini Antonini testatoris: qui Antoninus filius testatoris habuerat dictam dimidiā portionem hæreditatis Sabini Antonini à matre sua Iulia Valeriana, quæ fuerat instituta à dicto Sabino Antonino, vt dictum est: & quæ reliquerat hæredes ab intestato dictum Antoninum filium testatoris & Honoratam, vt dictum est: & allegabat ita pro se coram præside dicta Honorata amita Fauiæ Valerianæ: Domine, Sabinus Antoninus pater meus in suo testamento voluit restitui hæreditatem suam filio suo Antonino meo fratri, & patri quondam istius Fauiæ Valerianæ, cum ad annum vicesimum ætatis peruenisset: & præcepit restitui mihi Honoratæ eam hæreditatem si ante. xx. ann. decesisset dictus meus frater. dictus autem meus frater decesit nondum completo vicesimo anno: ergo decesit ante vicesimum annum: ergo debet mihi restitui dicta hæreditas patris mei. hæc autem Fauia Valeriana filia fratris mei prædicti habet dimidiam: & ego aliam dimidiam habeo ex successione matris meæ, quæ fuit instituta à patre meo. debet ergo hæc filia fratris mei restituere mihi illam dimidiam, quam habet tanquam hæres patris sui hæredis pro dimidia matris meæ rogatæ mihi restituere hæreditatem patris mei eo modo qui dictus est. Item allego vobis domine præses prouinciæ tale argumentum pro me: Video quòd septuagenarij excusantur à tutelis: & tamen diuus Marcus non excusauit eum à tutela qui ingressus fuisset septuagesimum annum ætatis, & eum non compleuisset. ergo à simili frater meus qui decesit nondum completo vicesimo anno, quem ingressus erat, videtur decesisse ante vicesimum annum: & ita vindicauit sibi locum fideicommiss. prædictum relictum mihi à patre meo. Præses autem motus prædictis allegationibus tulit sententiam contra dictam Fauiam Valerianam filiam Antonini filij testatoris: & ita apud eundem præsidem obtinuit dicta Honorata. Tutores autem dictæ Fauiæ Valerianæ appellauerunt à dicta sententia: vel aduersus eam sententiam in integrum restitutionem petierunt: & coram imperatore cognoscente de appellatione vel de in integrum restitutione ita allegauerunt pro dicta Fauia Valeriana pupilla, in primis quòd ipsa pupilla erat pauper.Secundo allegauerunt constitutionem diui Hadriani,in qua constitutione quantum ad munera municipalia iusserat idem diuus Hadrianus eum annum quem quis electus ad dicta munera ingressus esset, numerari pro impleto: vt infra, de mu. & ho.ad rempublicam. Tertio allegauerunt pro dicta pupilla verba testamenti dicti Sabini Antonini: quæ verba fuerunt talia vt in princip.§. dictum est, reliquam omnem hæreditatem filio Antonino cum ad annum. xx. ætatis peruenisset, volui restitui &c.

Vel sic, Demādo tibi, ne prius testamentum facias, quām liberos habeas. Gregorius Haloand.

a *Pignora.* nec aduersus debitorē personales,nec cedendę sunt: tamen ex fideicó.tenetur fideicómissario: vt.ſ.eo.l.ſi hæres.§.j.& hoc cum mutuauit hæres suo nomine.aliud si nomine hæreditario,volens negotium hæreditarium gerere:quia tunc personalis & hypothe.trāsit per restitutionē, cum sint hæreditariæ:vt.C.per quas perſo.no.acqui.l.fi.&.ſ.de peti.hære.l.item veniunt.§.j.

b *Ipse admitteretur.* scilicet fideicom. sine speciali cessione: vt subiicit.Sed contra.j.de fideiuſ.l.hęres à debitore.in prin.vbi dicit obligationem fideiussoris accepti transire.Solu. verū est facta cessione,non ipso iure: vt hic dicit.Alij dicunt, transit vtilis,vt ibi:nō directa,vt hic.Alij,quòd aliud in fideiussore,qui plus sequitur personalē,vt ibi, quàm pignus:quod patet: quia quandoq; remanet pignus principali sublata:vt.C.de lui.pigno.l.intelligere.quod in fideiussore non inuenitur.vel ideo secus in pignore, quia aliquam vtilitatē hæres potest habere,puta retentionem pro debito chirographario:vel fructus ex pacto, quos restituere non tenetur,cum ex sua astutia habeat:vt.ſ.ad.l.Fal.l.iij.in prin.quod in fideiussore non est.Vel ideo est,quia obligatio fideiussoris pendet ex bonis defuncti.nā id ab eis petitur quod debuerat reus defuncto.at pignora nec fuerāt defuncto debita: nec etiam proprie possunt dici aliquid debere:quia tamen sunt accidētia, fit cessio, vt subiicit.Item contra.ſ.de consti.pecu.l.ſi post.Solu.ibi per cessionem decernitur,non ipso iure.& sic intellige.ſ.de hære.ven.l. ij.§.non solum.&.l.emptori nominis.scilicet fieri per cessionem. &.j.de contra tabu.l.cum emancipatus.in prin.Item contra.ſ.de pac.l.ſi tibi.§.cum possessor.vbi non proficit quod fecerat hæres: sed die ibi male putant,vel nō prodest,nisi facta cessione, vt hic dicit.vel verius ibi non erat verus hæres qui paciscebatur:hic sic. Et eodem modo respon.ſ.de transact.l.imperator.§.fi.

c *Habet.* scilicet fideicommissarius.

d *Valent.* extinctę quidem sunt aditione hæreditatis,& in restitutione hæreditatis debent iterum imponi:vt supra, de serui.l.Papinianus.& de serui.vrba.prædi.ſi quis ędes.in prin.& de fun.do. l.ſi maritus.j.respō.&.§.j.& de leg.j.l.ſi seruus Titij.& de acqui. hære.l.eum qui.§.fina.

Qui filium.] *CASVS.* Titius habebat filium Seium,& filiam Sempronium:& instituit eos sibi hæredes, & ita cauit in testamento suo de dicta sua filia:Mando tibi filiæ meæ vt non facias testamentum de his quæ tibi reliqui.certe perinde habenda est ea scriptura testamenti, ac si rogasset eam restituere partem hæreditatis in qua erat instituta, dicto suo fratri. [*SABINVS ANTONINVS.*] Sabinus Antoninus fecit testamentum, & exhæredauit Antoninum filium suum impuberem, & Honoratam filiam suam, & Iuliam Valerianam matrem prædictorum instituit hæredem, & ab ea Iulia Valeriana reliquit dictæ Honoratæ suæ filiæ trecenta, & quasdam alias res, & voluit restituere prædictam Iuliam Valerianam dicto Antonino suo filio cum ad annum vicesimum suæ ætatis peruenisset, reliquam omnem hæreditatem: quia si ante. xx. annum

BIU Cujas

quæ verba possunt intelligi & fonare vt ad annum vltimũ venerit, qui tamen intrauerit: sicut qui peruenit ad vltimum ferculum statim cum corã eo proponitur per scutiferos, vel famulos, vel alios. Vnde imperator prædictus super hoc cognoscés motus prædictis allegationibus tutorum, & motus argumentis legis Aeliæ Sentiæ prolatis à Paulo cõditore huius legis & suis sequacibus corã eodem imperatore, dicentibus corã eo quòd lex Aelia Sentia prohibet minorem.xx.an.ma numittere: vt instit.qui ma.non poss.§.eadem. dicitur etiam quòd minor.xx.ann.non est qui diem supremũ agit anni.xx.quamuis eum.xx. an.non compleuerit: vt infra, de manumiss.l.j. & motus dictus imperator aliis quibusdam prolatis à dicto Paulo & suis sequacibus, pronuntiauit contra dictã Honoratam petitricẽ: cuius pronuntiationi ego credo standum. Vi.

a *Scriptura*. rogo te vt illum hæredem facias: vt.ſ.eo.l.ex facto. in princip. vel illa, mando non testari. sed huic l.est contra.ſ.de leg.ij. l.cum pater.§. mando. sed hic præceptum, ibi consiliũ: vt patet ibidẽ.

b *Ab ea*. Valeriana.

c *Amita*. scilicet Honorara.

d *Portionem*. scilicet dimidiam. nam aliã habebat etiam de volũtate matris. Accursius.

e *Prætendebant*. corã principe cognoscente ex appellatione: vel qa petebatur in ĩteg. restit. sic. ſ. de mi. l. Aemilius. & no. quòd hęc est prima ratio pauptas: vt. C. de episc. & cleri. si quis ad declinandã. §. penul.

f *Numerari*. vt rem pupil. gerat: vt. j. de mune. & hono. l. ad rem.

† *Ad hũc locum spectat dictũ Spurinnæ auguris, cuius memi*nit Suetonius ĩ *Cæsare.*

g *Rei*. id est, pauperatis. Accursius.

h *Et verbis testamẽti*. scilicet his, ad annum &c. quæ verba possunt sonare vt ad annũ vltimũ venerit q eũ intrauerit: sicut qui venit ad vltimum ferculũ, statim cũ ei proponitur. & hæc est tertia ratio.

i *Fuisset*. vt & supra, de excusa. tu. l. excusantur. in princip. & accipe hic contra petitricem.

k *Nobis*. scilicet Paulo cum nostris sequacibus proferẽtibus argumenta &c. vt & infra, de ma. l. j.

Argumẽtis quandoque causa decidi-tur.

l *Aelia Sentia*. vbi inceptus habetur pro impleto: vt infra, de ma. l. j. & no. ex argumentis causam decidi.

m *Et alia*. scilicet de testamento: vt. ſ. de testa. l. qua ætate & de vsucap. l. j. & de diuer. & temp. præ. l. in vsucapione. & quia est de liberis. arg. C. de his qui ante aper. tab. l. j. & quia possidebat: vt. j. de reg. iur. l. fauorabiliores. §. j. item &. j. de manu. test. l. si ita. licet ibi sit fauor libertatis. sed cuius sententia præualet? vtrũ præsidis, vel principis? Respon. principis, vt maioris & vltimi, & rationes plures reddentis. sed pro prędicte est. C. quando dies leg. ce. ex his. in fi. l. & ſ. de leg. j. l. fi cui. & ſ. de condi. & demon. l. non putabã. quæ plene dic vt not. ſ. de mino. l. iij. §. minorem. Accursius.

sint.] Pronũtiauit imperator fideicõmissum ex hac scriptura a deberi: quasi per hoc quòd ꝓhibuisset eam testari, petisset vt fratrem suum hęredem faceret. sic enim accipiendam eã scripturam, ac si hæreditatem suam rogasset eam restituere.

Fauore filii annus cœptus habetur pro completo. Bartolus.

B ⁋ Fabius Antoninus impuberẽ filiũ Antoninũ & filiã Honoratam relinquẽs, exhęredatis his, matrem eorum Iuniam Valerianam hęredem instituit: & ab ea b trecenta & quasdam res filiæ reliquit: reliquam omnem hæreditatem filio Antonino, cum ad annum vicesimum ætatis peruenisset, voluit restitui. quòd si ante annũ vicesimum decessisset filius, eam hęreditatẽ Honoratæ restitui præcepit. mater intestata decessit, vtrisq; liberis legitimis hæredibus relictis. postea filius annum agens plenum nonũdecimũ, & ingressus vicesimũ, necdum tamẽ eo expleto decessit, filia hęrede Fauia Valeriana sua relicta: à qua amita c fideicõmissum & ex testamento patris portionẽ d hæreditatis petebat, & apud præsidem [prouiciæ] obtinuerat. tutores Valerianæ filiæ Antonini egestatem eius prætendebãt, e & recitabãt diui Hadriani constitutionem, in qua (quantũ ad munera municipalia) iusserat eum annũ quẽ quis ingressus esset, pro ĩpleto numerari f †. Imperator autem noster motus & equitate rei, g & verbis testamẽti, h *Si ad annum vicesimum ætatis*, quamuis scire se diceret à diuo Marco non excusatum à tutela eum qui septuagesimum annum ætatis ingressus fuisset, i nobis k & legis Aeliæ Sentiæ l argumenta proferentibus, & alia m quædam, contra petitricẽ pronuntiauit.

Defectus causæ de futuro facit legatum deficere. Bartolus.

LXXV. SCAEVOLA libro octauodecimo Digestorum.

E Pistolam n ad hæredẽ suũ in hæc verba scripsit: *Titio Cornelio hæredi suo salutem: A te peto Corneli, quoniã ad te deuoluta o est pars matris meæ, p item pars Sẽpronij q curatoris quondam mei, contraria fortuna r vsi, & per hoc totus as meus apud te esse speratur, vti reddas s restituas Gaio Seio vncias quatuor.* Quæsitum est, cum Sempronius in integrũ restitut' sit ab Imperatore [à] quo fuerat deportatus, & adierit hęreditatem [eius qui rogauerat:] an is quoq; rogatus sit, vt ex sua portione restituat hæreditatem? t Respõdit, Sẽproniũ quidẽ nõ proponi rogatũ: Corneliũ autem hæredẽ debere pro rata u portione maternarũ x defuncti rerum restitutionẽ Seio facere.

In dubio quando quis rogatur restituere ei à quo accepit, est intelligendum post mortem suam. Bartolus.

⁋ Mulier hæredis y instituti fidei commisit, vt retenta parte quarta reliquã partẽ restitueret nurui z quondã suę, cuius a fidei cõmisit in hæc verba: *Rogo te vt id quod ad te ex bonis meis peruenerit, facias peruenire ad filium tuum.* Quæsitum est, quando hoc fideicõmissum restituere debeat, vtrum ne post mortẽ suã, an * antea? Respondit, nunc b ad tẽpus quo nurus moreretur, c fideicommissum aptandum esse.

n *Epistolam*. Casum dic quòd Titius testator instituit æquali- *Casus posi-*
ter sibi hæredem filij matrem, & Sempronium quondam tio *secundũ*
suum curatorem, & Cornelium in vita Titij. decessit mater. item *Accursium.*
Sempronius contraria fortuna est deportatus, & sic habetur mor- *vsq; ad.§.*
tuus: vt. j. de bo. lib. l. si necem. §. si deportatus. & sic speratur quòd *mulier.*
tanquã in causa caduci deuoluãtur partes eorũ ad Corneliũ: vt. C. de cadu. tol. l. j. §. pro secũdo. hoc autem vidés testator fecit epistolam, qua grauauit Corneliũ vt de portionibus matris & Sempronij det quatuor vncias Seio: quod fieri potuit: vt. C. de fideicõ. l. & in epistola. si redeat deportatus per in integ. resti. & sic adeat hæreditatem, quod fieri potest: vt. C. de sen. pas. l. j. nõ tenẽ ad duas vncias, vtpote nõ rogatus: sed Cornelius tenẽ ad alias duas. Alij ponunt quòd tantum duo, scilicet mater & curator fuerũt instituti: sed Cornelius substitutus, propter finem vbi dicit, pro rata portione & c. q. d. tãtũ portionem matris habeat, & nihil iure suo scilicet habeat. Accursius.

o *Deuoluta*. aliàs, deuoluenda.

p *Matris meæ*. quæ erat quarta pars.

q *Sempronii*. quæ erat altera quarta pars.

r *Fortuna*. vt quia est deportatus.

s *Vti reddas*. & hic accipe, peto, quod est. ſ.

t *Hæreditatem*. i. duas vncias de hæreditate.

u *Pro rata*. scilicet ad duas vncias. nam ęquales erant partes. & facit supra, de hæredi. instit. l. fina. Accursius.

x *Maternarum*. id est, duas vncias.

Mulier.] CASVS. Titia habebat filiũ Seium, & Seius habebat Gaiam vxorem, quæ erat nurus dictæ Titiæ. ex isto autem Seio & Gaia natus fuit Sépronius. decessit dict' Seius. postea Titia fecit testamentũ, & instituit sibi hæredem dictũ Sempronium natum ex Seio mortuo, & Gaia viua. & eius Sépronij fidei cõmisit vt retenta quarta parte hæreditatis eiusdẽ Titiæ testatricis, reliquam partem restitueret nurui quondam suæ testatricis. i. dictæ Gaiæ. nurus fidei cõmisit in hæc verba: Rogo te nurum meã quondã, vt id quod peruenerit ad te ex bonis meis, facias peruenire ad filiũ tuũ Semproniũ. & decessit dicta Titia testatrix. quæsitũ est, quando hoc fideicom. restituere debeat nurus filio suo Sépronio, vtrúmne post mortẽ suã nurus: an vero ante etiã? & respondet quòd post mortẽ, & non ante. Vi.

Nunc? Respondit, ad tẽpus &c.

y *Hæredis*. i. nepotis quem ex filio præmortuo habebat.

z *Nurui*. id est, matris hæredis instituti. Azo.

a *Cuius*. scilicet nurus.

b *Nunc*. id est, in hoc casu.

c *Moreretur*. sic supra, de leg. iij. l. si legatarius. in fi. Sed cõtra. ſ. eo. l. vbi pure. in princip. Sol. ibi fideicommiss. erat in potestate rogati: hic non, quia fœmina est rogata. Item contra. ſ. de condir. & demonst.

BIU Cujas

demonst.l.j.vbi dicit quòd pure debetur, nisi sit dies vel condit. Sed dic quòd hic est cõditio tacite à iure præsumpta ex voluntate defuncti. Accursius.

Cæuola.] CASVS. Martinus filium suum Gaium impuberem ex asse scripsit heredem in testamento suo, & alium suũ filium puberem Petrum exhæredauit pone, & postea fecit codicillos, & in eis ita dixit: Si Gaius filius meus impubes mihi hæres erit, & in pupillari ætate decesserit, substituo ei Titium, & Mæuium, & Seiũ. & ita in codicillis directo & pupillariter substituit prędictos dicto impuberi, & decessit dictus Martinus. postea dictus impubes decessit in pupillari ætate. numquid dicti substituti hæreditatem nanciscí possunt? & videbatur quòd nõ, ea ratione, quia codicillis hæreditas, neque dari, neque adimi potest directo. de benignitate tamen dicendum est, vt si non valebat iure directo, valebat tamen iure fideicõmissi, id est, vt impubere mortuo in pupillari ætate, frater impuberis prædictus, q ab intestato eidem impuberi successit, ex eo quòd dicta pupillaris substitutio directa in codicillis facta nõ valuit, obligetur ex fideicommisso dictis substitutis ad restituendam eis hæreditatem. & sic cũ trahitur ad fideicommissum, possit dictus frater detrahere quartam. sumus enim in eo tractatu vbi detrahitur quarta de fideicommissis vniuersalibus. Sed pone quòd dictus Titius & Mæuius & Seius qui in codicillis erant substituti impuberi pupillariter & directo fuerunt inuicem substituti, & in eisdem codicillis per dictũ Martinum, & sic inter eos fuit facta breuiloqua substitutio, sicq; fuit directa vulgaris, quæ non potest fieri in codicillis: quia codicillis hæreditas neque dari neque adimi potest directo, vt dictum est. & pone quòd dictus impubes decessit in pupillari ætate: & ita cum non valuerit substitutio ei pupillariter & directo in codicillis facta, frater eius successerit ei ab intestato, & teneatur idem frater impuberis restituere per fideicommiss. hæreditatem dictis substitutis, vt dictum est. certe placet valere dictã breuiloquam substitutionem, substitutorum etiam in fideicõmisso prædicto, quod dictus frater impuberis debet dictis substitutis, vt dictũ est. vnde vno de dictis substitutis mortuo, duo substituti qui supersunt, totum siue totam hæreditatem, ita quòd non detrahitur pars substituti mortui, accipiunt ex causa fideicommissi de manu dicti fratris pupilli, qui impuberi ab intestato succesſerat eo modo qui dictus est: detracta tamen quarta: vt. &. ff. dixi. Viuianus.

Facit ad hanc l. glo. in ca. l. fu. per verbo, absque de. dicit. ibi. an. ff. ubi, si quis. de te. lib. 6.

Mater nu. Flo.

Substitutio directa facta in codicillis, trahitur ad fideicommissariam, etiam si sint fratres in medio. Bartolus.

LXXVI. IDEM libro nonodecimo Digestorum.

SCæuola † respõdit, Si pater filium suum impuberem ex asse scripserit hæredem, eíque codicillis substituerit, [a] deinde filius impubes decesserit: licet substitutio inutilis [b] sit (quia codicillis hæreditas, neq; dari, neque adimi potest [c]) tamen benigna interpretatione placet, vt frater qui * ab intestato pupillo successit, substitutis fideicõmisso obligetur. [d] Quòd si inuicẽ fuerint substituti: [e] & in fideicõmisso substitutionẽ valere. vnóq; eorum mortuo, qui supersunt, totum accipiunt. [f]

Conditio de educandis liberis, nõ requirit liberos mortis tempore superfore. Bart.

LXXVII. IDEM libro vicesimo Digestorum.

HAeredibus institutis filiis vtriusq; sexus, singulos rogauit, vt qui sine liberis decederet, partem suã hæreditatis sorori fratríve restitueret: aut, si frater sorórve non esset, matri suæ: & hæc verba adiecit, *Vósque liberi charißimi hoc fideicommisso teneri inuicẽ volo donec binos liberos educaueritis.* [g] Quæsitum est, si quis ex liberis duos filios procreauerit, quamuis superstites non reliquerit, an hæredes eius fideicommissum debeant? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, videri fideicõmissi onere liberatos.

Verba. si decesserit sine liberis, debẽt intelligi de his quos rogat habere potest. Bar.

† Titius nepotes ex filia, [h] & furiosam filiam suam hęredes instituit: & fidei commisit filiæ, [i] vt si sine liberis [k] decessisset, pars ei data perueniret ad cohæredes. [eã] furiosam ipse Titi in matrimonio [l] collocauit, & enixa est filiam * post mortẽ patris. Quæsitum est, defuncta furiosa, superstite ex huiusmodi coniunctione parta filia, an fideicommissum ad cohæredes pertineret? Respõdit, cùm filiã reliquisse proponeretur, fideicõmissum nõ deberi. Claudius: Nam etsi matrimoniũ cum furiosa nõ fuit, satis tamen factũ est eiusmodi conditioni. [m]

Possunt aliqui grauari de bonis inuicẽ communicandis. Bartolus.

LXXVIII. IDEM libro vicesimoprimo Digestorum.

Accipiunt. scilicet ex causa fideicommiss. de manu fratris pupilli: vt. j. eo. l. Lucius. §. pater. & infra, de suis & legi. hære. l. si ex pluribus. & hoc detracta quarta: vt dixi. & facit supra, de vulga. substi. l. si mater ita. in princip.

Aeredibus.] CASVS. Titius instituit sibi hæredes filiũ suũ Seium & filiam suã Sęproniam, & rogauit dictum Seium vt si sine liberis decederet, partem suam hæreditatis sorori suæ Semproniæ restitueret: aut si soror non supereſſet, restitueret Bertæ suæ matri. Item rogauit eandem Sempronìam vt si ipsa sine liberis decederet, partẽ suam hæreditatis fratri restitueret: aut si frater non supereſſet, restitueret dictæ suæ matri. & hæc verba adiecit postea dict⁹ Titius, vósq; liberi charissimi hoc fideicommisso inuicem volo teneri donec binos liberos educaueritis. & postea decesit dict⁹ Titi⁹ testator. quæsitum est, si quis ex filiis duos liberos procreauerit, quamuis superstites eos post mortem suam non reliquerit: an hæredes sui fideicõmissum prædictum debeant? & respon. quòd non debent. [TITIVS.] Titius instituit sibi hæredes nepotes ex filia sua præmortua: & aliam filiam suam furiosam: & fidei filiæ furiosæ commisit, vt si sine liberis decesisset, pars ei furiosæ data pueniret ad dictos suos cohæredes. *Flo. filia*

postea ipse Titius collocauit Seio in matrimonio eam furiosam de facto, licet non de iure, quia furiosa non potest contrahere matrimonium: vt. ff. de rit. nupt. l. oratione. §. fi. & enixa est dicta furiosa filia post mortem dicti Titij sui patris: & postea decesit dicta furiosa superstite filia nata ex huiusmodi coniunctione. quæsitum est, an fideicommiss. prædictum pertineret ad dictos cohæredes furiosæ? & respon. quòd nõ, & est ratio, quia licet dictũ matrimonium non tenuerit de iure ex quo matrimonio nata est dicta filia furiosæ, tamen satisfactum est huiusmodi cõditioni apositæ per Titium patrẽ furiosæ circa fideicom. cohæredibus furiosæ præstandum, id est, satisfactum est voluntati eiusdem Titij qui apposuit dictam conditionem. voluit enim quòd hæredes non haberent fideicommiss. si furiosa cum liberis decederet, ex eo quòd dixit quòd pars furiosæ data perueniret ad cohæredes si sine liberis decesisset furiosa. Viuianus.

a *Substituerit.* directo pupillariter: vt infra patet.

b *Inutilis.* quia directo facta.

c *Adimi potest.* vt. C. de codicil. l. ij. & insti. de codicil. §. penul.

d *Obligetur.* patet hic quòd fuit pupillaris directa, & trahitur ad fideicom. sic. ff. de condit. insti. l. penul. in fi. & C. de impub. & ali. substi. l. ij. & l. quamuis. & l. precibus. in fi. & de testa. l. hac consultissima. §. pe. & ff. de lega. ij. l. cum quis decedens. §. Seia. & de codicil. l. illud. §. j. & sic detrahetur quarta: vt. ff. de codicil. l. ij. §. fin. Item hoc quòd trahitur ad fideicommiss. est verum, si nullo tempore potuit valere iure directo. aliàs nõ trahitur nisi in milite: vt supra, de pupil. substi. l. centurio.

e *Substituti.* scilli qui pupillo erant substituti: & fuit breuiloqua, vt. ff. de pupil. substi. l. Lucius. & sic directa vulgaris quæ non potest fieri in codicillis, sed trahitur ad fideicommiss. vt subiicit.

f *Accipiunt.* scilicet ex causa fideicommiss. de manu fratris pupilli: vt. j. eo. l. Lucius. §. pater. & infra, de suis & legi. hære. l. si ex pluribus. & hoc detracta quarta: vt dixi. & facit supra, de vulga. substi. l. si mater ita. in princip.

g *Educaueritis.* per hoc apparet volũtas defuncti. vnde alia est. ff. eo. l. ex facto. §. si quis autem suscęperit. cum suis concor.

h *Filia.* præmortua. aliàs nõ bene conueniret quod subiicit, vt si sine liberis &c. Accursius.

i *Filiæ.* furiosæ.

k *Sine liberis.* immò etiã & si cũ liberis decederet, nõ esset faciẽda restitutio: quia dũ fuit in furore, hęres nõ fuit: vt. C. de cur. fur. l. fi. §. fin autem. nisi dicas speciale quia filia, arg. in ea. l. §. j.

l *In matrimonio.* de facto, non de iure: vt supra, de his qui sunt sui vel alie. iur. l. patre. & j. dicit.

m *Conditioni.* hoc ideo, quia filia quoad matrem est vt legitima, licet sit naturalis, nisi sit mater illustris: vt. C. ad Orfi. l. siqua illustris. & insti. ad Orfi. §. nouissime. & insti. de suc. cog. Itẽ quia pater taliter copulauit: per quod videtur voluisse filiã ex tali coniũctione natã extinguere fideicõ. Itẽ quia aliter hęc furiosa non potuit habere maritũ. vnde parcitur ei si habuerit qualiter potuit: vt j. de verb. signi. l. quęret aliquis. Sed si quis instituat masculũ filiũ, & substituat, si sine liberis decedat: vel etiam hoc non exprimat, si

BIU Cujas

sine liberis.& ipse decedat filio tantũ naturali superstite, quid iuris sit plene no.in vtroq; casu.ſ.eo.l.ex facto.§.ſi quis rogatus.& C.de instit.& substi.l.generaliter.in fi.& facit.ſ.de pu.sub.l.ex facto quærit.in prin.&.C.de impu.& ali.sub.l.humanitatis.

Lvcius Titius.] *CASVS.* Lucius Titius intestatus moriens siue moriturus, cum haberet vxorem, & ex ea filiam à se emancipatã, fecit codicillos, & in eis hæc verba inseruit: Pertinent hi codicilli ad vxorẽ & filiam: itaque rogo quicquid ego reliquero, aut vosip sæ habetis, cõmune vobis sit:quod,si ego non rogarem, vos pro vestra pietate faceretis: id est, facere deberetis.& decesit dictus Lucius Titius. & filia accepit bon.pos.vnde liberi eiusdem Lucij Titij intestati mortui. quæsitũ est,an aliqua pars hæreditatis ei[a] debeatur matri à filia ex causa fideicommisi?& respon.q debetur.& ego subaudio, dimidia: si tamen vxor parata sit conferre bona sua in commune.& habemus hanc.l. quasi de verbo ad verbum.ſ.de leg.ij.l.fin.§. Lucius. vnde non erat necesse quòd hic scriberem casum: cum ibi scripserim satis competenter.scripsi tamen & hic. superfluũ enim nõ credo vitiare ĩ hac parte.Viuianus.

LVcius Titius intestatò moriturus, cum haberet vxorem,& ex ea filiam emancipatam, codicillis hæc verba inseruit: *Pertinẽt autẽ hi codicilli ad vxorem & filiã.itaque rogo,quidquid aut ego reliquero,aut vosipsæ habeatis,* [a] *cõmune vobis sit:quod si nõ ego rogarem,vos pro vestra pietate faceretis.* filia intestati patris bonorum possessionẽ [b] accepit.quæsitum est,an aliqua pars hæredi B tatis Lucij Titij ex causa fideicõmisi à filia matri debeatur? Respondit, secundum ea quæ proponerẽtur, deberi, [c] si etiã vxor parata sit in cõmune bona sua conferre.

Nudi executores testamentorum de his quæ non sunt ad pias causas, contra hæredem actionem non habent. Bartolus.

¶Mæuia duos filios hæredes reliquerat,& eodem testamẽto ita cauit: *Fidei autem hæredũ meorum committo, vti omnis substantia mea sit p depositio* [d] *sine vsuris,apud Gaium Seium, & Lucium Titium: quos etiam, si licuisset,* [e] *curatores substantiæ meæ dedissem, remotis a-*

a *Habeatis.*nam cum erat emancipata filia,etiam iure veteri aliquid habere poterat.

b *Bonorum possessionem.* vnde lib.vt.C.qui admit.ad bono.pos. l.emancipata.

c *Deberi.* dimidiam.vt.ſ.de leg.ij.l.fi.§.Lucius.

Mæuia duos.]*CASVS.*Mæuia fecit testamentũ,& instituit sibi hæredes duos suos filios,& intentio eius quòd in eodẽ testamento cauit,est talis,vt mihi videtur: Fidei autem hæredum meorum committo vti omnis substantia mea sit pro depositio siue pro custodia sine vsuris apud Gaium Seium & Luciũ Titiũ:quos dedissem curatores substãtiæ meæ,si licuisset siue licitũ de iure fuisset, remotis aliis tutoribus vel curatorib[b] datis à patre.& vt hi Gaius Seius & Lucius Titius restituãt nepotibus meis natis ex alio filio meo præmortuo:vt quisquis eorum nepotum ad annos.xxv.peruenerit,pro portione scilicet rata,siue numero personarum:vel si vnus.ſ.tantum ex dictis meis nepotibus peruenerit ad. xx.ann. vt quia alij prædecesserunt,ei qui solus peruenerit ad.xxv.an.omnẽ substantiam meã restituãt Gaius Seius & Lucius Titius.& decesD sit dicta Mæuia. quæsitum est postea,an fideicommissum debeat præstari à dictis hæredibus prædictis Lucio Titio & Gaio Seio? & respõ.quòd dicti Lucius Titius & Gaius Seius nõ possunt pe-

a *Curator quibus personis,& rebus & ad quid detur: vide ĩ Spec. de actore: & ti.de cura.§.2.& 4. & an det ad merũ factum. Bal.in.l.fi. §.sin autem C.de bo.quæ libe.*

tere ab hæredibus dictum fideicommiſ.cõmissarij enim siue executores testamentorũ non habent actionẽ contra hæredes in hoc casu.& hanc credo esse intentionẽ huius.§.licet plura verba posuerim quàm sint in tex.ad euidentiorem intellectum.Viuianus.

d *Pro deposito.* id est,in custodia.Accursius.

e *Si licuisset.*de iure.nam testamento curator non datur:vt insti. de cu.§.j.& no.substantiæ: quia datur substantiæ: [a] vt supra, de tute.l.muto.§.fina.

f *Aliis.*à patre datis tutoribus vel curatoribus.& quandoque in hoc magis sequenda est voluntas matris:vt.C.ſi cõtra ma.voluntatem tu.detur.l.j.

g *Nepotibus.* natis ex alio filio forte præmortuo.

h *Peruenerit.* qualiter hoc intelligas, dic vt not. supra,eo.l.qui filium.§.Sabinus.

i *Pro portione.* scilicet tantum pro rata,id est,pro virili.

k *Vel si vnus.*ſ.tãtũ peuenerit ad.xxv.an.quia alij prædecesserũt.

liis, [f] *vt hi restituãt nepotibus* [g] *meis prout quis eorum ad annos viginti-quinque peruenerit,* [h] *pro portione:* [i] *vel si vnus,* [k] *ei omnem.* [l] Quæsitũ est,an fideicommissum præstari à scriptis hæredibus Lucio [m] Titio & [Gaio] Seio [n] debeat? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, Lucium Titium,item Gaium Seium fideicommissum petere nõ posse. [o]

Portio in qua est institutus seruus per fideicommissum manumissus, ei debetur iure directo,non per fideicommissum.Item quod iure fideicommissi percipitur,venit in fideicommisso per generalia verba relicto.Bar.

¶Tres hæredes scripsit: [p] Mæuium fratrem suum ex dodrãte: [q] Seium ex sextãte: [r] Stichũ eiusdem Seij seruũ, filium autẽ naturalem Mæuij, ex vncia: & fidei cõmisit Seij vti Stichũ manumitteret, in hæc verba: *A te peto Sei vti tu Stichũ manumittas. dedi vndefaceres.* [s] Sed & codicillis ita cauit:*Vnciam ex qua feci Stichum hæredem,si quam Seius con*C *trouersiam mouerit,* [t] *ad Mæuium* [u] *fratrem meum reuerti volo.tu frater*

l *Omnem.*aliàs,omne.ſ.patrimonium.aliàs,omnem.ſ.substantiã.

m *Lucio.* depositario.

n *Seio.* domino Stichi.

o *Non posse.* hic not.quòd cõmissarij,seu executores testamentorum,non habent actiones cõtra hæredes,cũ sint vt ministri:vt hic,&.ſ.de ali.lega.l.filio.§.matri suæ.nisi relictum sit ad pias causas:vt.C.de epi.& cle. l.nulli.& supra, de ali. leg.l.alio hærede.secus si ipse est aliquid commodi habiturus: quia tunc nõ est simplex minister:vt supra,de lega. iij.ſi legatarius.& facit supra,de leg.ij.l.ſi quis Titio. &. l. codicillis. in princi.& de leg.iij. l.pater.§.Tusculanus.

Tres hæredes.] *CASVS.* Titia faciens testamentum, tres hæredes scripsit,scilicet Męuium fratrem suum ex dodrante siue ex nouẽ vnciis hæreditatis suæ. Seium vero scripsit hæredem ex sextante, siue ex duabus vnciis. Stichum autem seruum eiusdem Seij cundémq; filium naturalem prędicti Męuij ex vncia scripsit hæredem. & fidei dicti Seij commisit vti dictum Stichum manumitteret.nam cõmisio nẽ fecit in hæc verba: A te peto Sei vti Stichũ manumitteres. dedi vnde faceres.& postea fecit codicillos dicta Titia,& in eis ita cauit:Vnciã ex qua feci Stichũ hæredem, si quam Seius cõtrouersiã mouerit,ad Mæuiũ fratrem meũ reuerti volo.tu frater secundũ fidẽ & pietatẽ tuã quicquid ad te peruenerit ex hæreditate mea,Sticho filio tuo restituas.quod vt facias, fidei tuę cõmitto.& postea decesit dicta Titia,& prędictus Seius adiuit hęreditatẽ eius pro ea parte quę tãgebat eũ:& propter hoc quòd adiuit,& sponte,manumisit Stichũ cõpulsus de hoc à prætore.nunc quæritur,an vnciam hæreditatis Titiæ ex qua Stichus prędictus ab ea Titia institutus fuit,eidẽ Sticho manumisso restituere debeat dictus Seius ? Et dico q̃ non: quia non fuit rogatus per Titiam ei Sticho restituere per verba testamenti vel codicillorum supradictorũ.sed quãuis non teneatur Seius Sticho restituere dictã vnciã,quia de hoc non fuit rogatus: tamẽ si faciat idẽ Seius de hac vncia controuersiã quo minus eã habeat Stichus,dictus Mæuius eandẽ vnciã cõsequi potest à Seio ex causa fideicõ. ita quòd non remanebit Seio. nam dixit dicta Titia in codicillis:vnciam ex qua feci Stichum hęredem:siquam Seius controuersiam mouerit,ad Mæuium fratrem meum reuerti volo.vt.ſ.vidisti.Sed numquid dictus Mæuius consecutus dictam vnciam prædicto modo debet restituere dicto Sticho hanc solam vnciam,an vero dodrantem ex quo ipse Męuius institutus fuit?Et respon.de omni eo restituendo dicto Sticho quod ad Mæuium quoquo modo peruenit,testatricem sensisse.nam vt.ſ.vidisti,dixit in codicillis dicta testatrix loquendo dicto Mæuio:Frater secundũ fidẽ & pietatem tuã quicquid ad te peruenerit ex hæreditate mea,Sticho filio tuo restituas . quod vt facias,fidei tuæ committo.debet ergo Męuius restituere Sticho dictã vnciã,& dictum dodrantẽ.Viuia.

p *Scripsit.* quædam mulier.

q *Dodrante.* id est.ix.vnciis.

r *Sextante.*i.duabus:vt insti.de hære.insti.§.hæreditas.

s *Faceres.* id est,facere posses.

t *Mouerit.*de illa vncia : vt.j.patet.& dic de iure vel de facto in iudicio vel extra.sic.C.de euic.l.ſi post.&.j.ré ra.ha.l.amplius nõ peti.in prin. Arg.cõtra.C.de transac.l.ſi quis maior.& dicit quis mouere controuersiã etiã resistẽdo:vt.C.de testa.l.j.&.ſ.de procu.l.non solũ.§.ſi statua.&.C.de euic.l.ſi cõtrouersia. Accursius.

u *Ad Mæuium.* patrem naturalem Stichi.Accursius.

Compulsus.

BIU Cujas

secundum fidem & pietatem tuam quidquid ad te peruenerit ex hæreditate mea, Sticho filio tuo restitues: quod vt facias, fidei tuæ committo. Quæsitum est, cùm Seius adierit hæreditatẽ, & propter hoc compulsus [a] Stichum manumiserit: an vnciam hæreditatis ex qua Stichus hæres institut[9] est, Sticho manumisso restituere debeat? [b] Respondit, non proponi Seium rogatũ vnciã ei restituere. [c] Idem quæsiit, an si aliquam controuersiã Seius de vncia hac ex qua Stichus institutus est, facere velit, & Mæui[9] vnciam ex causa fideicommissi à Seio fuerit consecutus: vtrùm hanc solam vnciã ex qua Stichus institut[9] est, an verò & dodrantẽ ex quo ipse Mæuius institutus est, eidem Sticho restituere debeat? Respondit, de omni [d] [eo] restituẽdo quod ad Mæuium quoquo modo peruenit, testatricem sensisse.

Portio deficiens accrescit pro portionibus hæreditariis pro quibus facta est institutio. Bartolus.

¶ Pater puerum & puellã [e] hæredes instituit, eósque inuicem substituit: & si neuter hæres esset, eis plures substituit: [f] substitutósque inuicẽ substituit, his verbis: *Substitutos hæredes inuicẽ substituo*. eorumdẽ filiorum fidei commisit, vt qui eorum vita supereſſet, * & sine liberis intra annum trigesimum moreretur, hæreditatem his quos hęredes substituerat, restitueret. filius vita sororẽ superauit, & intra trigesimum annũ sine liberis decessit. Quęsitum est, ex substitutis vno defuncto ante filium, pars eius [g] quæ ad cæteros substitutos qui superuiuerent pertineret, [h] vtrùm pro virilibus, an pro hæreditariis portionibus quibus essent substituti, pertineret? Respõdit, consequẽs esse pro his partibus quibus substituti essent, fideicommissum pertinere. [i]

Fideicommissum relictum fratribus sub nomine appellatiuo, pro hæreditaria portione debetur. Bartolus.

¶ Mæuia filium hæredem instituit ex quincunce, [k] Titiam filiam ex quadrante, Septicium filium ex triẽte, cuius fidei cõmisit in hæc verba: *Te rogo fili Septici, si intra vicesimum annum sine liberis morieris, quidquid ex hæreditate mea ad te peruenerit, hoc fratribus tuis restituas*. Quæsitum est, Septicio filio defuncto intra vicesimum annum sine liberis, hoc fideicommissum vtrum pro portionibus hæreditariis ad fratrẽ & sororem [l] eius pertineat, an verò æqualiter? Respondit pro parte hæreditaria. [m]

Si fundus pignoratus dolo vel lata culpa hæredis alienatur, fideicommissario hæres tenetur. Bartolus.

¶ Titia ex asse hæres scripta partem dimidiam hæreditatis Mæuiæ rogata restituerat, fundum à testatore obligatũ luere noluit, sed eum vendente creditore mandauit redimendum Seię. Quæsitum est, an Titia ex causa fideicommissi Męuiæ teneatur? Respondit, cùm rogata hæreditatem restituere proponatur, nihil proponi cur nõ teneatur. [n] Claudi[9]: Subest enĩ præstari oportere id, quãto pluris fundus fuit, [o] quàm ad creditorẽ peruenire oportuit.

a *Compulsus.* Sed sponte adiuit: ad quod per seruum cogi nõ potest: tum quia suus seruus: vt supra, eo. l. cogi. §. si à seruo. & quia ab alio habet commodũ hæreditatis, ab alio libertatis: vt supra, eod. l. si res. §. j.

b *Debeat.* scilicet Seius.

c *Ei restituere.* sed eo manumisso ipse est hæres in ea directo.

d *De omni.* quid ergo si monacho reliqui vt abbas nõ faciat ei quęstionem, aliàs relinquo extraneo? competit extraneo petitio si abbas eum molestet, per hanc l. licet quidam contra.

Pater puerum.] CASVS. Titius instituit sibi hæredes puerum & puellam suos filios, & eos inuicẽ substituit. & si neuter eorũ hæres esset, eis plures substituit ex disparibus partibus, & dictos substitutos hęredes inuicẽ substituit his verbis: Substitutos hęredes inuicem substituo. & commisit fidei eorumdem suorum filiorum, vt qui eorũ superesset altero præmortuo, & moreretur sine liberis intra tricesimũ annũ, restituat hæred. his quos hęredes substituerat ex disparib[9] partib[9]: vt. ſ. dixi de disparibus partibus. & decessit dictus Titius pater: & postea decessit dicta sua filia: & fili[9] remãsit postea: & decessit postea vnus de dictis substitutis: & postea decessit idem filius sine liberis intra tricesimum annum. Quæsitum est, an pars eius substituti qui decessit, quę pertineret ad cæteros substitutos si superuiuerent, pertineat ad eos substitutos superuiuentes pro virilibus portionibus, an vero pro hæreditariis portionib[9] quibus substituti sunt dicti filij testatoris? Et respon. pro his partibus quib[9] substituti essent, fideicommissum ad eos pertinere. Viuianus.

pertineret

b *Debeat.* scilicet Seius.

c *Ei restituere.* sed eo manumisso ipse est hæres in ea directo.

d *De omni.* quid ergo si monacho reliqui vt abbas nõ faciat ei quęstionem, aliàs relinquo extraneo? competit extraneo petitio si abbas eum molestet, per hanc l. licet quidam contra.

e *Puellam.* id est, filium & filiam.

f *Plures substituit.* ex disparibus partibus: vt. ſ. patet.

g *Pars eius.* scilicet decedentis quæ erat sua spe, non re: vt. C. de cad. tol. §. si autem. Accursius.

h *Pertineret.* non autem ad hæredem decedẽtis: vt infra, de suis & legi. hære. l. si ex pluribus.

i *Pertinere.* vt. C. de impube. & aliis substi. l. j. & supra, eo. l. quoties. no. & facit infra, proxi. §.

Mæuia.] CASVS. Mæuia instituit sibi hæredem filium suum Gaium ex quincunce, siue ex quinque vnciis hæreditatis suæ. & Titiam filiam suam ex quadrante siue ex tribus vnciis, & Septicium suum filium ex triente siue ex quatuor vnciis. & ita inter eos diuisit pro quota parte totam hæreditatem suam: & commisit fidei prædicti Septicij instituti ex quatuor vnciis in hęc verba, Te rogo Septici fili si intra. xx. ann. sine liberis moriaris, quidquid ex hæreditate mea ad te peruenerit, hoc fratribus tuis restituas, id est, Gaio & Titio prædictis. & decessit dicta Mæuia. & postea

k *Ex quincunce.* hæc nomina expone vt institu. de hære. institu. §. hæreditas.

l *Sororem.* Not. appellatione fratris contineri sororem. sic supra, de pac. l. tres fratres.

m *Hæreditaria.* sic. ſ. proximo. §.

Titia ex asse.] CASVS. Gaius instituit sibi hæredem Titiam ex asse, & rogauit eam restituere Mæuiæ dimidiam hęreditatis. & decessit dictus Gaius testator. postea dicta Titia hæres noluit luere fundum à testatore obligatũ Sempronio pone, sed eum fundũ mandauit redimendũ Seiæ, creditore illum vendente: & ipsa Seia emit. Quæritur, an dicta Titia hæres teneatur Mæuiæ fideicommissariæ ex causa fideicõmiſ? & respon. quod sic. & est ratio: quia cũ Seia emerit mandato Titiæ pignus, ipsa Titia emisse videtur. vnde oportet eandem Titiã præstare dictæ Męuiæ fideicõmissariæ dimidiam eius quod valuit dictus fundus vltra id quod dictus creditor debebat recipere super eo fundo: medietas enim hæreditatis tãtum erat restituẽda Męuiæ, vt dictum est. Viuianus.

n *Non teneatur.* tenetur enim, quia cum mandauit emi, ipsa emisse videtur: vt supra, manda. l. si mandauero. §. si eorum. at ipsa emere non potest, vt potest suam rem: vt. ſ. manda. l. si mandauero. §. si hi quorum. & aliàs nõ admittitur vt quilibet: vt C. de dolo. l. j. &. ſ. de leg. ij. l. fi. §. quatuor. sed si extraneus sine mandato emisset, nõ teneretur nisi fuisset in culpa, vel nisi fuerit in dolo: quod voluit: vt supra, eo. l. mulier. §. sed & ei. & l. deducta. §. fina.

o *Fuit.* id est, quanto valuit vltra debitum, & illud pro dimidia: quia tantũ medietas hæreditatis est restituenda. item hoc cũ mandauit, vel etiam fuit in dolo vel culpa: non aliàs vt dictum est.

Caio Seio.] CASVS. Martinus pone instituit sibi hæredẽ Gaiũ Seium ex semisse siue ex sex vnciis hæreditatis suę, & Titiam siue Luciam Titiam ex quadrante siue ex tribus vnciis, & Titium & Semproniũ ex reliquis partibus, id est ex tribus vnciis residuis: & postea ita cauit in suo testaméto dictus testator: Fidei autẽ vestræ mando Gai Sei & Lucia Titia, vt post obitũ vestrũ reddatis, restituatis Titio & Sempronio semissem patrimonij & portionis eius quã portionẽ vobis dedi. & postea decessit dict[9] Martinus testator, & dicti hæredes ab eo instituti adiuerũt eius hæred. & postea dict[9] Gai[9] Sei[9] decessit, ĩstituta sibi hęrede dicta Lucia Titia sua cohærede. Quæsitũ est, an hæc Lucia Titia protinus debeat restituere

BIU Cujas

tuere dicto Titio & Sempro.parte dimidiã semissis quã rogatus erat dictus Gaius Seius per Martinũ testatorẽ restituere prædicto Titio & Sépro.an debeat dicta Lucia Titia restituere dictis Titio & Sépro.vniuersum fideicommissum tam ex sua Luciæ Titię persona quàm ex persona Gaij Seij datũ demũ post mortẽ suam Luciæ Titiæ? & respõdetur Luciã Titiã statim teneri vt partem dimidiã semissis ex persona Gaij Seij restituat dicto Titio & Sépronio.Viuianus.

Si duo post mortem eorum restituere rogantur:vno mortuo statim pro parte competit fideicommissi petitio.Bartolus.

¶Gaio Seio ex semisse, Titia ex quadrãte, & aliis ex reliquis portionibus hęredibus institutis ita cauit: *Fidei autẽ vestræ mando Gai Sei & Lucia Titia vti post obitum vestrum reddatis, restituatis Titio & Sempronio* [a] *semissem patrimonij, & portionis* [b] *eius quam vobis dedi.* Quæsitum est, cum vtrique adierint hæreditatem, & postea Gaius Seius defunctus sit,Lucia Titia hærede instituta:an hæc Lucia Titia partem dimidiam semissis quam rogatus erat Gaius Seius restituere,protinus debeat:an verò post suam demum mortem vniuersum fideicommissum tam ex sua persona quàm ex Gaij Seij datũ restituere debeat?Respondit Luciã Titiã statim teneri, vt partẽ dimidiam semissis ex persona Seij restituat.

Verba enuntiatiua commemoratiua alicuius modi præcedẽtis restringũtur ad illum.item in fideicõmisso vniuersali relicto per mulierem veniũt res dotales. Bartolus.

¶Filiam [c] suam hæredem scripsit: & nepotem quem ex ea habebat, ei substituit, & ita cauit: *Lucio Titio fratris mei filio genero* [d] *meo ducentos aureos relinquo: quo legato scio illum contentum esse, quoniam scripsi vniuersam rem meam, eo quod filiam meã & nepotem meum hæredes scripsi vniuersam substantiam ei communicasse: quos inuicem commendo.* & decessit dictus Sempronius. dicta autem Titia sua filia adiuit hęreditatem eius & postea diuertit à dicto Lucio Titio marito. Quæsitum est, an Titius siue Lucius Titius quondam maritus eius filiæ testatoris nomine suo vel filij sui prædicti Gaij nepotis testatoris posit consequi communionem bonorum testatoris ex fideicommisso propter dicta verba testatoris, siue sit viua dicta sua vxor quæ diuertit ab eo,siue sit mortua?& respon.quod nihil proponitur datum dicto Lucio Titio genero testatoris nomine fideicommissi præter ducentos aureos: & sic non potest petere cõmunionem bonorum testatoris nomine suo vel nomine filij sui qui fuit substitutus matri per dicta eius verba,quo legato scio &c.vsque illuc,filia &c.hunc credo fuisse intellectum testatoris siue verborũ eius cõfusè ibi positorum, scilicet quod gener suus ideo poterat esse contentus de legato ducentorum aureorum sibi relicto,quoniam idem testator satis videbatur eidẽ genero communicasse reliquam suã substantiam, eo quod filiã & nepotẽ suũ testatoris eundem filium dicti generi hæredes scripsit.cum enim instituit dictus testator filiam suam eandemque vxorem dicti generi,& cum instituerit nepotem suum testatoris ex dicta filia natum,eundemq; filium dicti generi substituẽdo eundem suum nepotem eidem filiæ vt dictum est:satis videtur dicto genero communicasse vniuersam suam substantiam:cum quicquid habeat vxor ex institutione prædicta,videatur habere maritus:& cũ quicquid speret habere filius ex substitutione prædicta, videatur sperare pater.vnde nihil faciunt dicta verba ad hoc quod dictus Lucius maritus posit consequi communionem bonorum testatoris suo nomine,vel nomine filij sui substituti matri:nec etiam faciũt ad hoc dicta verba,quos inuicem cõmendo &c.quia hoc sonãt, quos scilicet filiam institutam & nepotem ei substitutum, & maritum filiæ cui legaui ducenta,inuicem commendo, scilicet vt se diligant.quæ etiam verba ita legas,si placet: quo legato, scilicet ducentorum aureorum, scio illum scilicet generum meum contentum esse, scilicet ea ratione quoniam scripsi vniuersam rem meam.i.scripsisse videor eidẽ genero meo eo quod filiam meam & nepotem meum hæredes scripsi,scilicet substituẽdo nepotem filiæ subaudi.& dic,sic vniuersam substantiam, scilicet meam ei, id est,genero meo cõmunicasse, scilicet videor quos inuicẽ commendo &c. Sed pone quod dicta Titia vxor *Floria Lucij Titij quæ diuertit ab eo,& quæ erat filia testatoris,vt dictum est:fecit postea testamẽtum,& scripsit sibi hæredem dictũ suum maritum quondam, & fidei eius commisit vt cũ moreretur idem maritus, restitueret omne quod ad eum maritum ex hæreditate sua peruenisset,filio eorũ communi, nepotique dicti Sépronij testatoris.nũquid illę quoque res & possessiones quæ in dotẽ datæ marito & post diuortium restitutę mulieri fuerant per maritum,contineatur fideicõmisso dando per maritum quondã filio cõmuni?Et respon. quod sic. nam siue restitutæ sunt res dotales mulieri per maritũ facto scilicet diuortio, computantur in bonis mulieris, sicque cadunt in dictum fideicommissum filio communi dandũ: vt & dictum est, siue non sint restitutæ mulieri, computantur in hæreditate mulieris: vt sic cadant in dictum fideicommiss. quia sunt restituẽdæ mulieri per maritum quondã ex stipulatiõe interposita de dote reddẽda.Viuian[o].

Filiam suam.] CASVS. Sempronius pone instituit sibi hæredẽ filiam suã Titiam, quæ erat vxor Lucij Titij: qui Lucius Titius erat filius fratris testatoris, id est huius Sépronij. & Gaium nepotẽ quẽ ex ea habebat, ei substituit.& ita postea in eodem testamento cauit: Lucio Titio fratris mei filio genero meo ducẽtos aureos relíquo.quo legato scio eum contẽtum esse:quoniam scripsi vniuersam rem meam,eo quod filiam meã & nepotem meum hæredes scripsi vniuersam substantiam ei communicasse: quos inuicem commendo. & decessit dictus Sempronius. dicta autem Titia sua filia adiuit hęreditatem eius & postea diuertit à dicto Lucio Titio marito. Quæsitum est, an Titius siue Lucius Titius quondam maritus eius filiæ testatoris nomine suo vel filij sui prædicti Gaij nepotis testatoris posit consequi communionem bonorum testatoris ex fideicommisso propter dicta verba testatoris, siue sit viua dicta sua vxor quæ diuertit ab eo,siue sit mortua?& respon.quod nihil proponitur datum dicto Lucio Titio genero testatoris nomine fideicommissi præter ducentos aureos: & sic non potest petere cõmunionem bonorum testatoris nomine suo vel nomine filij sui qui fuit substitutus matri per dicta eius verba,quo legato scio &c.vsque illuc,filia &c.hunc credo fuisse intellectum testatoris siue verborũ eius cõfusè ibi positorum, scilicet quod gener suus ideo poterat esse contentus de legato ducentorum aureorum sibi relicto,quoniam idem testator satis videbatur eidẽ genero communicasse reliquam suã substantiam, eo quod filiã & nepotẽ suũ testatoris eundem filium dicti generi hæredes scripsit.cum enim instituit dictus testator filiam suam eandemque vxorem dicti generi,& cum instituerit nepotem suum testatoris ex dicta filia natum,eundemq; filium dicti generi substituẽdo eundem suum nepotem eidem filiæ vt dictum est:satis videtur dicto genero communicasse vniuersam suam substantiam:cum quicquid habeat vxor ex institutione prædicta,videatur habere maritus:& cũ quicquid speret habere filius ex substitutione prædicta, videatur sperare pater.vnde nihil faciunt dicta verba ad hoc quod dictus Lucius maritus posit consequi communionem bonorum testatoris suo nomine,vel nomine filij sui substituti matri:nec etiam faciũt ad hoc dicta verba,quos inuicem cõmendo &c.quia hoc sonãt, quos scilicet filiam institutam & nepotem ei substitutum, & maritum filiæ cui legaui ducenta,inuicem commendo, scilicet vt se diligant.quæ etiam verba ita legas,si placet: quo legato, scilicet Qui habebat.] CASVS. Titia habẽs maritum Titium,& habens ex eo filium Gaium Seiũ, & habens ex eo filio nepotẽ Seiũ, qui filius & nepos erant in dicti eius mariti potestate:scripsit sibi hæredem maritum ex asse,& commisit fidei eius in hæc verba: Si Titius maritus meus mihi hæres erit,peto, fideique eius cõmitto, vt quicquid ex hæreditate mea ad eum peruenerit:cum mori cœperit,id restituat Gaio Seio filio nostro:ita tamen, vt decẽ quidẽ

vncias

a *Titio & Sempronio.* qui erant alij cohæredes,vel non erant.

b *Portionis.*i. patrimonij. sic, Pateris libabat & auro.i.pateris aureis. & facit ad.§.ẽ.eo.l.hæredes.§.j.Accursius.

c *Filiam.* quæ in maritum habebat filium fratris testatoris.

d *Genero meo.* quod matrimonium valet secundum leges: vt institu.de nupt.§.duorum. secundum canones secus.

e *Nepotem meum.* aliàs est,mei,scilicet qui scripsi omnia aliàs, meum,scilicet generum,eo quod filiam & nepotem instituí,scilicet substituendo nepotẽ.& ex quo filia habet,& vir habere videtur:vt.C.de pact.conuen.l.hac generali.& sub.& sic vniuersam, sub.ei scilicet genero:non tamen hoc expressit. aliàs esset secus: vt.ẽ.ea.l.in prin.&.j.de dona.ex hac.&.ẽ.de hęre.instit.l.ex facto quęritur.arg.cõtra.C.de dona.l.si donatio.aliàs est,meum.& dic quem scripsi &c.& sub.& eo &c.vel sub.& sic vniuersam &c.& habeas,ei,scilicet genero:vt dixi.aliàs est,eis: & dic.i.filiæ & nepoti.vel dic etiã filiæ & nepoti & genero.& quod subiicit,quos, scilicet institutos,commendo.i.vnum de aliis rogo: vel quos tres rogat vt se diligant,non dico quod hæreditatem restituant.vt.j. de verbo.signifi.l.commendare.Accursius.

f *A marito.* filio fratris,testatoris nomine,qui & nepos est.Acc.

g *Nihil fideicommissi.*i.nullum fideicommissum.

h *Hæredi.* filio fratris testatoris.

i *Auctiorem.* aliàs,eo auctore.i.Claudio.& facit.j.de col.do.l.j. §.j.& de col.bo.l.cum emancipati.§.id quoque.

BIU Cujas

vncias Gaius habeat: duas autem vncias Seius nepos habeat. quod vt fiat, fidei eius Titij hæredis mei cõmitto. & decessit dicta Titia testatrix: & pater dicti Gaij Seij maritúsque dictæ Titiæ testatricis emãcipauit Gaium Seium prędictum. sic enim euenit de facto. & dictum nepotẽ amisit: quia decessit idem nepos: & decessit dictus pater superstite filio. Quæsitum est, an per priorem partẽ scripturæ testatricis, quæ incipit ibi, si Titius maritus meus &c. & durat vsque illuc, ita tamẽ vt decem &c. debeatur filio vniuersa hæreditas matris. s. Titiæ prædictæ, ex causa fideicommissi: & an illa sequentia verba testatricis quę hic materialiter ponũtur, ita tamẽ vt decem vncias filius, nepos autem duas habeat &c. ex voluntate defunctæ testatricis ita demum locum haberent, si die fideicõmissi cedente per mortem mariti filius & nepos eorum essent in rerum natura. cum autem nõ superuixerit ad diem fideicommissi dictus nepos, cesset dicta sequens scriptura testatricis quæ incipit, ita tamen vt. x. &c. & dicitur quod non debetur filio vniuersa hęreditas matris quamuis nepos sit mortuus: immo habebit. x. vncias dumtaxat: & duas vncias residuas habebit hæres dicti mariti. Viuianus.

Paria sunt, ab initio per partes relinquere, vel relictum simpliciter per partes modificare. Bartolus.

¶ Quæ habebat filium, & ex eo nepotem, vtrosq; in mariti potestate: maritum ex asse scripsit hæredem, eiúsque fidei cõmisit in hæc verba: *Si Titius maritus meus mihi hæres erit, peto, fideiq; eius cõmitto, [vt] quidquid ex hæreditate mea ad eũ peruenerit, cum mori cœperit, det restituat Gaio Seio filio nostro: ita tamen* [a], *vt decem quidem vncias Gaius habeat, duas autem vncias Seius nepos habeat. quod vt fiat, fidei eius Titij hæredis mei committo.* pater emancipauit [b] filium: nepotem amisit [b]: & superstite filio decessit [d]. Quæsitum est, an priore parte scripturæ vniuersa patris hæreditas ex causa fideicõmissi filio debeatur: & illa sequentia verba, *Ita tamen vt decẽ vncias filius, duas autem nepos habeat*: ex voluntate defunctæ ita demũ locum haheant, si die fideicommissi cedente [e] filius & nepos eorum in [rerum] natura sint: cum autem non superuixerit ad diem fideicommissi nepos, sequens scriptura cesset [f]? Respondit, ea quæ proponerentur, ostẽdere [g] decem dumtaxat vncias filio datas.

Fideicommissarius detrahit quatenus sibi detractum est. Bartolus.

¶ Hæres institutus, vxori [h] rogatus totam hæreditatem restituere, restituit detracta quarta. Quæsitum est, cum vxor quartam partem hæreditatis præsenti die, & reliquam post tempus alij rogata à testatore fuisset restituere: an id quod hęres ei detraxisset quartæ nomine, in restituẽdo fideicõmisso imputari posit? Respõdit, quatenus cepisset [i], fideicõmisso obstrictã.

Si dilatio adiiciatur in fauorem fideicommiss. fructus interim percepti veniunt in restitutionem. Bartolus.

¶ Hæredum fidei commisit vt quidquid ex parte tertia hæreditatis peruenirẽt ad eos, id rederent Gaio Mæuio alũno testatoris cum fuerit annis quindecim, & subiunxit hæc verba: *Interim ex reditu* [k] *paupertatis* quæ ad vos peruenerit, alatis eum [ex] vsuris pro quantitate nummorum* [l] *redactis. hoc amplius* [m] *eidem alumno meo hominẽ collactaneum* & vernam sutorem* [n], *qui eum artificio suo mercede data alere poterit.* Quæsitum est, cum alimẽta multo minora præstiterint hæredes scripti, quàm vsuræ summæ redactæ [o] cõpetebant: an & residuas præstare cõpelli debeant totius tẽporis: an ex [eo] die quo quintum decimũ [annũ] explesset [p]? & cum serui legati [q] ei specialiter vt ex mercedibus aleretur, statim venierint [r]: vtrùm mercedes, an vsuras petere debeat*? Respõdit, secundũ ea quę proponerentur, testatorem videri de omni reditu & mercede seruorũ restituenda [s] sensisse.

Hæredum.] CASVS. Sempronius instituit sibi hęredes primũ & secundum & tertium pone, & cõmisit fidei eorũ, vt quicquid ex parte tertia hæreditatis peruenerit ad eos, id rederẽt Gaio Mæuio quẽ aluerat idẽ testator, cũ fuerit idẽ alũnus annorũ. xv. & subiunxit hæc verba dictus testator: Interim ex reditu siue refectu paupertatis quę ad vos peruenerit, alatis eum ex vsuris pro quantitate nummorum redactis. i. dicere, alatis eum alumnũ interim, id est, donec peruenier ad. xv. annos, ex reditu siue refectu paupertatis quę ad vos peruenerit, scilicet ex vsuris pro quãtitate nũmorũ redactis ex vẽditióe dictæ tertiæ partis hæreditatis hæreditatis. Itẽ subiunxit hæc verba dict⁹ testator: hoc amplią eidem alũno meo hominẽ collactaneũ & vernam sutorem qui eum artificio suo mercede data alere poterit. subaudi, per fideicommissum relinquo. & decessit dictus Sępronius testator. Quæsitum est, postea cũ aliméta multo minora prętulerint dicto alũno hęredes scripti, quàm competebant vsuræ summæ redactæ ex vẽditione tertię partis hęreditatis: an & residuas vsuras præstare cõpelli debeãt hęredes toti⁹ tẽporis. i. ante. xv. annum alumni, & post, an ex die quo. xv. annum explesset alũnus, & non ante. & quæsitum est, cum dicti serui legati ei alumno specialiter vt ex mercedibus operum eorundem suorum aleretur dictus alumnus: statim venierint siue venditi fuerint ab eisdem hęredibus testatoris: vtrum petere debeat dictus alumnus mercedes, an vsuras pretij redacti ex venditione seruorum? Et respondetur testatorem videri sensisse de omni reditu summæ redactę ex venditione tertiæ partis hæreditatis restituendo dicto alumno per hæredes: & videri sensisse de restituenda alumno per hæredes omni mercede dictorum seruorum. Viuianus.

** Fl. ex refiue tertiæ partis quę ad fectu pauvos peruenerit, scilicet pertatis qui ad &c. * Hal. refeditióe dictæ tertiæ partis hæreditatis, qui tatis, qui ad &c. * Fl. homidem alũno meo homi- nem Cale. nem collactaneũ & ver tanum * Flo. debeant?*

a *Ita tamen.* nunc determinat quod dixerat.
b *Emancipauit.* idem & si non emancipasset.
c *Amisit.* quia decessit nepos.
d *Decesßit.* scilicet maritus institutus.
e *Cedente.* id est, tempore mortis mariti.
f *Cesset.* i. euanuerit, & non habeat locum.
g *Ostendere* [a]. scilicet videntur verba testamenti &c. residuũ habebit hæres mariti. & sic vltima scriptura restringit præcedentẽ: vt infra, de manu. testa. l. Stichus.
Hæres institutus.] CASVS. Titius instituit sibi hæredẽ Seium, & rogauit eum q⁹ Semproniæ vxori eiusdem Titij restitueret totam hæreditatem, item rogauit dictam suam vxorem vt quartam partem prædictæ hæreditatis præsenti die restitueret Gaio, & reliquam restitueret eidem Gaio post Pascha pone. & decessit dictus Titius, & Seius eius hæres restituit hæreditatem dictæ vxori testatoris detracta quarta Trebellianica. Quæsitum est, an dicta vxor posit imputare in restituendo fideicõmisso dicto Gaio id quod hæres ei vxori nomine quartæ detraxit? & respondetur eatenus obstrictam dictam vxorem fideicommisso, quatenus cepisset siue accepisset ipsa vxor ab hærede testatoris. & ita restituet Gaio integras tres partes hæreditatis restituras sibi pet Seium hæredem testatoris: & ei Gaio quartam nõ detrahet. sed & aliter posset intelligi, vt alibi notaui. Viuianus.
h *Vxori.* scilicet testatoris.
i *Quatenus cepisset.* id est, totum restituet vt quartam non detrahat: vt &. ŝ. eo. l. j. §. inde Neratius. &. l. ex asse. in fi. nisi in casibus: vt eisdem legibus not. & facit. ŝ. ad. l. Falcid. l. lex Falcidia. §. nunquam. &. ŝ. de leg. j. l. filiusfamilias. §. apud. &. ŝ. eo. l. mulier. §. fina. in fin. potest etiam intelligi secundum Hug. vt pro rata deminuatur fideicommiss. ab vxore relictum pro qua est deminutum sibi relictum: quod posset dici si onus esset extrinsecus: vt. ŝ. c. l. facta. §.
k *Ex reditu.* aliàs, ex refectu. & idem est. & dic paupertatis, id est, dictæ tertiæ.
l *Nummorum.* redactorũ ex venditione tertiæ partis hęreditatis.
m *Hoc amplius.* hoc verbo etiam superiora repetuntur: vt supra, de leg. iij. l. si pure.
n *Sutorem.* sub. per fideicommiss. relinquo. & dic quoad vsum eos legatos, non quoad proprietatem. aliàs non possent hæredes vendere. & dicitur verna ex ancilla domi natus: vt institu. de lega. §. huic proxima.
o *Redactæ.* scilicet ex venditione tertiæ partis hæreditatis.
p *Expleßet.* nam & tunc certum est quod hæredes sunt in mora extunc.
q *Legati.* ad vtendum.
r *Venierint.* ab hæredibus.
s *Restituenda.* hoc ideo, quia dixit in prin. §. quicquid peruenerit.

a Adde ad istam glos. ostẽdere dicũ Bal. in l. omnium. in fin. C. de ßsta. vers. dic no. quod testamẽtum omne dicitur vltimũ nisi contrarium probetur. vide eum.

BIU Cujas

rit.& facit.ſ.co.l.baliſta.Sed arg.cõtra.ſ.e.l.hæredes mei.in prin. Sed hoc ideo,quia dilatio in.xv.annũ facta fuit fauore alũni: vt.ſ. de leg.ij.l.ſi ita.§.Pegaſus.& no.ſ.eo.l.in fideicõmiſſariã.in prin.

Pluribus hæredibus.] CASVS. Gaius inſtituit ſibi hæredes Seiũ & Sempro.in tribus vnciis hereditatis ſuæ pone,& Otacilium libertum ſuum & duos alios ſuos libertos inſtituit hæredes ex dodrãte ſiue ex.ix.vnciis, & eiſdẽ tribus libertis fundos per præceptionem dedit ſiue prælegauit:& petiit ab his libertis ne eos fundos alienarent: & vt ille libert[a] qui vita ſupereſſet, alios obtineret ſolidos eoſdem fundos. Item prælegauit dicto Oticilio.xx. aureos. poſtea cõmiſit fidei vnius ex his libertis,ſcilicet Otacilij, vt quicquid ad eũ peruenisſet ex hæreditate bonísve ſuis teſtatoris,reſtituat Titio deducto ære alieno pro ea parte quę.ſ.ad eum Otaciliũ peruenit, & deductis.xx.aureis legatis ſibi Otacilio per eundẽ Gaium teſtatorẽ.& deceſſit dict[a] teſtator.nũc Titius fideicommiſ.petit à dicto Otacilio vt reſtituat ei quicquid ad eum peruenit ex hæreditate bonísve teſtatoris. & Otacilius bene vult ei reſtituere: vult tamẽ in reſtitutione deducere ſibi non ſolũ æs alienũ prædictũ,&.xx. aureos prędictos,ſed etiam tertiam partẽ fundorũ prædictorũ prælegatorũ eidem Otacilio cum collibertis ſuis prædictis. nũquid poteſt deducere prędicto modo? Et dicitur quod ſic, cum ipſe teſtator non voluiſſet excipere fideicommiſſo dando Titio per Otacilium etiam legata ſiue prælegata, nedum æs alienum prædictum. Viuianus.

† *Quomodo æſtimetur ſi deicommiſſum vniuerſale, no.ſ.l. Marcellus. in princ.& ibi Barto. eod.ti.*

Fl. & legata excipi voluiſſet.

Prohibita alienari non veniunt in fideicommiſſo vniuerſali. Bartolus.

¶ Pluribus † hæredibus inſtitutis, in quibus & libertis tribus ex dodrãte,eiſdem [a] fundos per præceptionem dedit: & ab his petiit ne eos alienarẽt: & vt qui vita ſuperaſſet [b], ſolidos eoſdem fundos obtineret. deinde vnius ex his libertis Otacilij [c] fidei commiſit,vti quidquid ad eum ex hęreditate bonísve peruenisſet, deducto pro ea parte ære alieno & legatis, & ſibi viginti aureis, reſtituat Titio. Quæſitum eſt, an etiam partes tertias fundorũ prælegatorum cum collibertis [d] eidem deducere deberẽt? Reſpõdit,ſecundum ea quę proponerentur,nõ debere reſtituere præceptionẽ: cum ipſe teſtator legata [e]* excipere voluiſſet.

Dos prælegata non cadit in fideicommiſſo niſi ſpecialiter ſit dictum, & quarta ad dotem ſufficiat. Barto.

¶ Maritus vxore inſtituta hærede ex parte tertia,& pluribus ei fideicommiſsis datis, dotem quoque prælegauit [f], his verbis: *Seiæ vxori meæ dari volo à filiis meis ſummam dotis eius quæ mihi pro ea illata eſt.* eiuſdémque vxoris fidei cõmiſit, vt partem hæreditatis, & quæcũque ei legaſſet, poſt mortẽ ſuam Titio filio cõmuni reſtitueret. Quæſitum eſt, an ſummam quoque dotis inter cætera legata ex cau

Maritus.] CASVS. Sempronius inſtituit ſibi hæredem Seiam ſuam vxorem ex tertia parte hæreditatis ſuæ pone, & Titium & Seium filios eorum cõmunes ex duabus partibus & plura fideicõmiſſa reliquit eidẽ vxori:inter quæ dotem prælegauit ei, his verbis, Seiæ vxori meæ dari volo à filiis meis ſummã dotis eius quæ mihi pro ea illata eſt.& cõmiſit fidei eiuſdẽ vxoris vt partẽ hæreditatis,& quæcũq; ei legaſſet, poſt mortẽ ſuã filio cõmuni Titio reſtitueret.& deceſsit dict[a] Sępronius. Quæſitũ eſt,an dicta vxor debebat reſtituere dicto ſuo filio ex cauſa fideicõmiſi etiã ſummam dotis, ſicut eſſet prælegata ſibi vxori à marito data? & reſpõdetur nõ aliàs debere vxorẽ reſtituere filio ſummã dotis, niſi manifeſtũ eſſet teſtatorẽ ſenſiſſe etiã de dote reſtituẽda per vxorẽ filio cõmuni:ſed etiã ſi fuerit approbatũ eum teſtatorẽ ſenſiſſe hoc, id eſt, quòd vxor reſtituat dotẽ filio, ita etiam ſiue demũ reſpondetur fore Titio petitionẽ eius quoq; dotis,ſi non minus foret in quãtitate quę remaneret apud vxorẽ vel hęredẽ eius nomine Falcidiæ.i.quartæ Trebellianicæ, quàm in quãtitate dictæ dotis. Vi.

f *Prælegauit.* quod valet propter repræſentationem:vt inſtit.de leg.§.ex contrario.

ſa fideicommiſsi filio ſuo reſtituere debeat? Reſpondit, non aliàs niſi manifeſtum eſſet, de dote quoque reſtituenda teſtatorem ſenſiſſe [g]: atque etiam ſi ſenſiſſet,& hoc fuerit approbatum: ita eius quoque petitionem [h] fore, ſi nõ minus in quantitate [i] quę Falcidiæ nomine remaneret, foret, quàm in quantitate dotis.

Inſtãtia cœpta cum hærede, facta reſtitutiõe, durat cõtra ipſum & hæredẽ eius. Bar.

¶ Rogatus [k] hæreditatem reſtituere Septitio cùm erit [l] annis viginti. interea fũdos quos defunctus pignori acceperat, vendidit [m]: & propterea pignoratitio* iudicio à debitore conuentus, deceſsit,hærede relicto Sempronio: & iudicio nõdum finito, reſtituit [n] hæreditatem Septitio. Quæſitum eſt,an[eo] iudicio nihilominus ipſe condemnari debeat, cùm potuerit retinere,vel cauere ſibi [o][in] id quod ex cauſa iudicati præſtaturus eſſet? Reſpondit, iudicij executionem [p] nihilominus aduerſus hæredem & poſt reſtitutam hæreditatem manſiſſe.

Res de nouo repertæ non reſtitutæ debent reſtitui, niſi prima reſtitutio per modum tranſactionis fuerit celebrata. Barto.

¶ Hæres eius qui poſt mortem ſuam rogat [q] erat vniuerſam hæreditatem reſtituere: minimam quãtitatem, quam ſolam in bonis ſuiſſe dicebat, his quibus fi-

g *Senſiſſe.* quia hoc expreſſe dixiſſet : vt.ſ.ad l.Falc.l.ſi debitor.aliàs non:vt.ſ.de leg.ij.l.cũ pater.§.fidei tuæ. &.C. de iure dot. l.cũ pater. & facit.ſ.ad le.Fal. l.pater.in prin.&.l.ſi vſusfructus.§.dos.in princ. &.ſ.e.l.mulier. §. cum proponeretur. &.l.à filia.Accurſius.

h *Petitionem.* ſub.dicam eſſe.

i *Quantitate.* vel in fructibus quos ex ſua tertia hereditatis parte recepiſſet.nã fructꝰ quoque ſi qui medio tempore percepti fuerint, in Falcidiam imputantur:vt.ſ.de leg.ij.l.cum pater.§.Titio.

*Fl.pigneratitia

k *Rogat.* reſtituere.] CASVS. Titius inſtituit ſibi hęredem Seium,& rogauit eũ quod reſtitueret hæreditatẽ Septitio cum erit Septitius xx.annorum. & deceſsit dictus Titius teſtator. interim autẽ antequam Septitius peruenire ad.xx.annos, dictus Seius hæres vendidit Gaio pone fundos quos Titius defunctus acceperat pignori à Martino pone ſuo debitore: & propterea actiõe pignoratitia à dicto Martino cõuentus dictus Seius hæres deceſsit relicto hęrede Sępronio,& prędicto iudicio pignoratitio nõdum finito reſtituit dictus Sempronius hæres Seij hæredis rogati dicto Septitio hęreditatem. Quæſitũ eſt,an dicto iudicio pignoratitio nihilominus debeat cõdemnari ipſe Sępronius? & reſpon. quod ſic.nam cum reſtituit hæreditatẽ Septitio,potuit retinere id quod ex cauſa iudicati præſtaturus eſſet dicto martino : vel ſi volebat reſtituere totam hæreditatẽ Septitio, & nihil ſibi retinere propter id quod iudicari poterat, ad minus poterat facere ſibi caueri per eundem Septitium de eo quod poterat iudicari pro Martino in dicto iudicio pignoratitio. & ſi nõ fecit aliquod prædictorum duorum,ſibi imputet. Puto tamen extra caſum quod dictus Sempronius poterit recuperare à dicto fideicommiſſario illud quod præſtiterit dicto Martino debitori: vt.ſ.e.l.hæres cum debuerat.&.j.eo.l.matrem.Viuianus.

l *Erit.* Septitius.

m *Vendidit.* hæres.

n *Reſtituit.* ſcilicet Sempronius hæres hæredis.

o *Cauere ſibi.* vt ſupra,eod.l.de euictione.&.l.cum hæreditas ex fideicommiſſi.

p *Executionem.* quia ſententia dabitur cõtra hæredem,& in bonis eius fiet executio.ſecus in tutore: vt.ſ.ſi quis cau.l.ſi.Arg.contra.ſ.fa.erciſcun.l.in iudicio. ſed hic hæres recuperabit à fideicõ. vt.ſ.eo.l.hæres cum debuerat.&.j.eo.l.matrem.Accurſius.

Hæres eius.] CASVS. Titius inſtituit ſibi hæredem Seium,& rogauit eum quod reſtitueret hæreditatem ſuam Titij vniuerſam poſt mortẽ ſuã Seij domino Gaio & Sępronio: & deceſsit dictus Titius:& poſtea deceſsit Seius eius hæres:& reliquit dictus Seius

ſuum

BIU Cujas

suum hęredē Martinum pone. Martinus autem restituit dicto domino Gaio & Sempronio quibus fideicōmissum debebatur, minimam quantitatē quam solam in bonis fuisse dicebat. postea repertis instrumētis hæreditariis apparuit quadruplo amplius in hæreditate Titij fuisse q̄ Martinus hæres Seij hæredis restituerit dicto domino Gaio & Sempronio. Quæsitū est, an dictus Martinus possit cōueniri in reliquū nomine fideicōmissi? Et respon. quod sic, si non interceſsit trāsactio inter dictū Martinū & dictos dominū Gaium & Semproniū: quia si trās egissent p eo quod soluit Martinus, non possent amplius cōuenire eundē Martinum in reliquū hæreditatis nomine fideicōmissi. Viuia.

a *Posse.* ergo à cōtrario si est transactū, non potest contrauenire. & sic est contra. ff. de trāsact. l. qui cum tutore. §. qui per fallaciā. sed ibi fuit in dolo ille cui est transactū: hic nō. Item adhuc cōtra. ff. de trāsact. l. ij. §. j. vbi repertis codicillis irritatur trāsactio. Solu. hic alia instrumenta cautionalia sunt reperta de nouo: ibi codicilli, vel alia vltima voluntas: vt. j. eo. titu. l. de his. vel vt ibi. Ité cōtra. C. de rescin. ven. l. ij. &. j. de verbo. oblig. l. si quis cum aliter. in fin. nam hic vltra dimidiā iustæ æstimationis fuerat deceptio, licet re ipsa: quia vltra quadruplum, vt dicit. sed certe non per hoc fuit deceptio vltra dimidiā: quia dubius euentus fuit remissus. est enim dubius iudicij euentus: vt. ff. de pecu. l. quod debetur. aliàs fere omnes transactiones rescinderentur. & facit ad. §. C. de transact. l. sub prætextu specierum. & infra, de except. rei iud. l. si ex testamento. & C. de fur. l. posit decisionem. Alij soluunt omnia cōtraria, subaudiendo hic, maxime. Accursius.

Vsu. abstinetur

b *Si pupillus.*] CASVS. Titius habens plures creditores instituit sibi hæredē Seium suum filium pupillum, & rogauit eum quod restitueret Gaio dimidiam hęreditatis suæ pone. & decesit dictus Titius, & dictus suus filius extitit ei hæres: & restituit dimidiam hæreditatis dicto Gaio: & aliam dimidiā sibi restituit, & postea petiit in integrum restitutionem vt abstineret. & habita restitutione abstinuit à dicta dimidia hæreditatis quā sibi retinuerat. certe optio siue electio deferenda est fideicommissario prædicto, vt aut portionem quoque pupilli agnoscat, aut à toto siue à tota hæreditate discedat: aut si fideicommissarius nolit prędicto modo eligere, sed velit retinere tantum partem sibi restitutam, (quod pro eodem habeo ac si à toto expresse discederet, cum partem retinere non possit, vt dixi) omnino bona dicti Titij testatoris vendenda sunt pro satisfaciendo dictis creditoribus eiusdem Titij, ita scilicet vt id quod superfluum est soluto ære alieno, seruetur dicto pupillo in integrum iterum restituto, vt se immiscеat hæreditati patris à qua per in integrum restitutionē abstinuerat. Sed quid si dicta bona quæ dixi vendenda, non possunt vendi insolidum: quia non inuenitur emptor qui omnia velit ea emere, sed partem tantum forte vult emere? nunquid in superfluo in quo non inuenitur emptor, erunt denegandæ hæreditariæ actiones dicto fideicommiss. & videbatur forte quibusdam quod non. sed certe omnino sunt ei denegandæ, siue omnia bona quæ sunt vendenda, possunt vendi, siue pars eorum tantum. & est ratio: quia in potestate illius fideicommiss. est suscipere vniuersum siue vniuersam hæreditatē ex quo pupillus ab ea abstinuit, & seruare pupillo in integrum restitutionem vt rehabeat hæreditatem si quid erit plus in hæreditate exsoluto ære alieno subaudi: & est in eius potestate à toto abstinere, vt dictum est. si habet prædictam electionem, vt dictum est, & eam non capiat, immo permittat bona vendi vt & dictum est: merito denegandæ sunt ei actiones etiam partis bonorum, quæ non possunt vendi. Vitianus.

Si pupillus.] quia sibimet videtur contraria hæc lex: ideo dixit Ro. extitit, id est, existere potuit: vel extitit nomine, non re: quia suus erat: vt supra, de acquirren. hære. l. necessariis. aliàs si se immiscuit, non posset postea abstinere: vt. C. de repu. hære. l. sicut. quod tamen. j. dicit. Ité quod dicit, restituit. i. restituere debuit. nā cum nō adiuit, vt dixi, quo modo potuit restituere? Vel dic secundo, quod vere adiuit, & vere restituit: & quod abstinuerit, fuit per in integrū restitutionē. Ité quod subiicit portionē pupilli: scilicet quartā quam retinuit. vel dic quod fuerat rogatus de dimidia tantū restituēda: vnde alia dimidia est sua portio. Ité quod subiicit, pupillo seruetur: scilicet in integrū restitutio: vt se immisceat qui etiam per restitutionem abstinuit: vt. ff. de mino. l. & si sine. §. restitutus.

c *Parēti.* pro dimidiat quia sic fuit rogatus.

d *Portionem.* scilicet dimidiam.

e *Vendenda.* à fideicommissario.

f *Denegandæ erunt.* si velit in totū abstinere. à parte enim nō potest vt hic dixit. sed quo modo qui iā acceperit, potest dimittere? Respon. occasione partis pupilli: vt. ff. de acqui. hære. l. cum hæreditate.

g *Si quid plus.* sua dimidia.

h *Seruare.* per in integrū restitutionē denuo nisi habeat, vt dixi. & facit. ff. e. l. cogi. §. si quis hæres. &. §. sed & si quis. &. §. idē Mæcianus. &. l. qui totum. &. l. nam quod. §. j. &. l. ita tamen. §. fi pater.

Si pupillus sine testamento decesserit, & fideicommissum debebatur, restituit. postea repertis instrumentis apparuit quadruplo amplius [in] hęreditate fuisse. Quæsitum est, an in reliquum fideicōmissi nomine conueniri possit? Respondit, secundū ea quæ proponerentur, si non transactum esset, posse[a].

Etiam post restitutionem potest fideicommissarius fideicommissum dimittere propter partem hæredis quæ incipit de nouo vacare. Bartolus.

LXXIX. IDEM libro Singulari Quæstionū publicè tractatarum.

SI pupillus[b] parenti[c] suo hæres extitit, & fideicommissam hæreditatis partē restituit, mox abstinet* paterna hæreditate: optio deferenda est fideicōmissario, vt aut portionem[d] quoque pupilli adgnoscat, aut [à] toto discedat: aut omnimodo bona vendenda[e] sunt, vt id quod superfluum est, pupillo seruetur. & si insolidum bona venire non possunt, omnimodo actiones fideicommissario denegandæ erunt[f]. erat enim in potestate illius, vniuersum suscipere: & si quid plus[g] erit, pupillo seruare[h].

Venditio facta causa interuertendi fideicommissum, non imputatur hæredi in eo quod sibi defunctus debebat. Bartolus.

LXXX. IDEM libro quinto Digestorum.

MAtrem & auunculū, eosdémque creditores suos, hæredes scripsit Lucius Titius[i]: & eorum fidei cōmisit, vt post mortem restituerent quod ex re familiari testatoris superfuerit[k], Septitio. hæredes non modicam[l] partem bonorum testatoris cōsumpserunt, & multos hæredes reliquerūt: quibus scientibus[m], multa corpora quę remanserant ex bonis Lucij Titij, Septitius[n] possedit. Quæsitum est, an id quod Lucius Titius debuit matri & auunculo, hæredes eorū à Septitio petere possint? Respondit, non posse. Claudius[o]: Aditione enim hæreditatis confusa obligatio occasione partis pupilli: vt. ff. de acqui. hære. l. cum hæreditate.

i *Titius.* debitor.

k *Superfuerit.* hoc casu poterat olim alienare nisi causa interuertendi fideicommissi. hodie vero quartam cogitur seruare fideicommissario: vt no. ff. eo. l. Titius.

l *Modicam.* sed magnam.

m *Scientibus.* per quod videtur hæreditas restituta: vt. ff. eo. l. restituta. in princi. Accursius.

n *Septitius.* fideicommissarius.

o *Claudius.* confirmauit prædicta adhibita ratione: aditione enim &c. vt. ff. eo. l. debitor. in princ.

Matrem & auunculum.] CASVS. Lucius Titius scripsit sibi hæredes matrē suam & auunculū suum. i. fratrē matris, quibus ipse debebat centū pone: & cōmisit fidei eorū vt post mortē eorum restituerent Septitio illud quod superfuerit ex re familiari ipsius Lucij Titij testatoris. & decesit dictus testator. & postea dicti sui hæredes cōsumpserūt non modicam partē bonorū eius. & postea decesserūt dicti hæredes relictis multis eorum hæredibus: quibus hæredibus dictorū hæredū scientibus Septitius prædictus fideicō. possedit multa corpora quæ remāserāt in bonis dicti Lucij Titij: ita q̄ nō fuerūt cōsumpta à dictis hæredibus Lucij Titij. i. à matre eius & auūculo. & sic videtur per eos hæredes hæredum restituta hæreditas dicto Septitio fideicō. quæsitū est, an id quod Lucius testator debuit matri & auuūculo suis hæredibus. i. dicta. c. hęredes eorū matris & auūculi possint petere à Septitio fideicō? & respō. q̄ nō. & Claudius iurisc̄ōsultus cōfirmat prædicta, & addit circa ea rationē, quia obligatio dictorū. c. cōfusa per aditionē hęreditatis. i. ex eo q̄ dicta mater & auūcul⁹ creditores dicti Lucij Titij adiuerūt eius hęreditatē, interciderat. & quāuis generaliter in tali casu sit repetitio fideicōmissi hæredibus hæredū, ex eo quod ipsi hæredes hæredū non deduxerūt illud quod debebatur per testatorē dictis hęredibus: tamē æquitas dictę repetitionis fideicōmissi defecit his matri & auūculo hæredibus qui ꝓponūtur cōsumpsisse multa ex hæreditate dicti testatoris. & si defecit hæredibus, ergo & defecit hæredibus eorū hæredū. Viuianus.

BIU Cujas

a *Repetitio.* quasi plus debito restituisset: vt. ff. eo. l. hæres cũ. & l. cum hæreditas. & ff. de hære. ven. l. ij. §. penul. Hug.

b *Æquitas defecit.* sic. ff. ad Sila. l. propter. §. neptis. & infra, de iis quib. vt indig. l. hæres qui sciens.

c *Multa.* hoc quando vltra dodrãtem consumpsit. nam dodrantem iure suo licuit cõsumere, vel etiam iure nouo vt dixi secũdum quosdã. sed B. dixit sufficere si tantum consumpserit quantum eis debebat. sibi enim imputetur si potiꝰ voluerit voluptatis causa erogare, q̃ sibi in suo debito satisfacere. innuit igitur quod si nõ multa consumpsit, non extinguitur petitio debiti: vt arg. ff. eo. l. debitor. & l. si hæres. §. fi.

Vlius. CASVS. Iulius Phœbus habens tres filios, scilicet Phœbum & Heraclią duos ex eadem matre natos, & Polycratem natum ex alia: fecit testamen-
g *Sicuti.* adducit simile ad rescriptũ edictum de col. quia ibi debet cauere emancipatus iis qui sunt in potestate, de conferendis iis quæ non cõparent. aliàs denegãtur ei actiones hęreditariæ, & trãsfertur possessio ĩ fratres si modo ipsi cauerunt de reddendo quãdo cauebit. sed si neuter cauet, sequestratio fit, vt subiicit. caue tamen quia aut propter inopiã non cauet, & tunc modico tempore elapso fit dicta translatio. si vero per contumaciam, tunc incontinenti: vt infra, de col.bo.l.cum emancipati.§.fin.&.l.j.§.si frater.

*Flo. addidit

*Flo. riuit

Non enim [a] exigitur à legatario vice mutua cautũ: sed vicaria [b], custodiæ gratia, possessio datur: & qui obtinuit [c], in possessionem per prætorem aut præsidem inducitur [d]. Sed prætor [e] quidem in omnium rerum possessione quæ in causa hęreditaria permanent, omnimodo fideicommissi seruandi gratia esse permittit. princeps autẽ earum rerum nomine de quibus fuerat iudicatum [f], mutuas admittit* cautiones: sicuti [g] cum de bonis suis conferendis filius accepta[bonorũ] possessione [h] cauere nõ potest, quia denegamus ei actiones [i], defertur conditio cauendi fratribus ex forma iurisdictionis [k], Quod ex portione fratris fuerint consecuti, cum bona propria cõferre cœperit [l], se restituturos. Sed si nec [m] ipsi cauere possint: vtiliter probatum est virum bonum ab vtraque parte eligendum, apud quem vt sequestrem fructus deponantur [n], quiq́ vtiles actiones à prætore datas exerceat. Possessio autẽ ex rescripto supra relato non aliter ad eum, qui fideicõmissum petit, transfertur, quàm si cauerit: tametsi maxime aduersarius [o] non per inopiam, sed per contumaciã cauere noluerit [p]. Sed si is qui vicit [q]*, non possit cauere: vel res deponenda, vel iurisdictio restituenda erit.

h *Bonorum possessione.* vnde liberi: vt.C.de col.posthumo.Acc.

i *Actiones.* vt &.d.l.posthumo.&.l.filiæ.&.l.filiam.

k *Iurisdictionis.* ſ.edicti de col.vt.j.de col.bo.l.cũ emãcipati.§.fi.

l *Cœperit.* frater emãcipatus. Et no.quod licet asimilet rescriptum hoc & edictũ de col.differunt tamen. quia pro rescripto cauetur etiam ei qui cauere noluit: vt.j.proxi.§.possessio &c. at per edictum de col. ei demum cauetur qui propter inopiam non potest cauere, vt hic vbi dicit, non potest &c.

m *Sed si nec.* i. nec emancipati suis, nec econtra cauere possunt.

n *Deponantur.* speciale: sed regulariter est prohibita sequestratio: vt.C.de prohi.seque.pe.l.j.& ibi no.

o *Aduersarius.* id est, hæres.

p *Noluerit.* in hoc differt ab edicto de col. vt modo notaui. Acc.

q *Qui vicit.* fideicommiſ. vniuersalis non potest cauere hærede etiam non cauẽte legatariis: vel deponitur: vel est restituenda iurisdictio: id est, debet fieri ius vt mittatur legatarius in possessionem secundum primum: sed secundum alium remanet apud hæredem, nisi sit suspectus: quia tunc deponitur: & hoc dicit.

Si dies.] CASVS. Titius ponamus instituit sibi hæredẽ Seium, & decessit. venit postea Gaius, & dicit q⁹ dictus Titius legauit ei, vel per fideicõmissum reliquit. c. vsque ad Pascha. vel dicit quod reliquit ei sub cõdit. si nauis ex Asia venerit: & sic dicit, quod dies aut cõditio differt petitionẽ actionémve legati vel fideicõmissi: & ideo idẽ Gaius desiderat sibi ab hærede satisdari de legato vel fideicõmisso sibi per hæredẽ dando aduenięte die vel cõditione, hæres autem cõtendit postulari satisdationẽ per calumniã, & negat relictũ legatum vel fideicommissum. certe nõ aliter audiẽdus erit dictus Gaius qui caueri postulat, quàm si exhibuerit scripturã: quam scripturã affirmet relictam à dicto Titio cõtinentẽ dictũ legatum vel fideicõmissum. Vi.

r *Exhibuerit.* nam nec trãsactio aliter tenet: vt ſ.de transac.l.de his.

Legatario non debet caueri nisi scripturam testamenti ostendat. Barto.

¶ Si dies aut conditio legati, fideicommissi petitionem actionémve differre dicatur, & ideo satisdatio desideretur, hęres autem per calumniã postulari cõtendat, & relictum neget: non aliter audiendus erit qui caueri postulat, quàm si scripturam qua relictum adfirmet, exhibuerit [r]. ¶ Cum quęrebatur vbi fideicõmisi seruandi causa caueri oporteret, imperator Titus Antoninus rescripsit, si domicilium Romæ non haberet [s] hæres, & omnis hæreditas [t] in prouincia esset, ad satisdationem fideicommissi nomine in prouinciã fideicõmissarium remittendum esse. Quare si hæres in eum locum cauendi gratia remitti desideret vbi domicilium habet, legatarius autem ibi caueri postulet, vbi est hæreditas: non erit hæres remittendus [u]. idq́ue imperator Titus Antonin⁹ rescripsit. quibus literis adiectum [est,] & si bona iam distracta sunt vel testatoris permissu [x], vel concedente legatario, pretium eorum fideicõmisi seruandi causa in depositio habendum [y].

VI. VLPIANVS libro sexto Fideicommissorum.

SI quãdo incerta summa est fideicommissi [z]: [eius] qui cognoscit, taxatione quoque

Cum quærebatur.] CASVS. Titius ponamus instituit sibi hæredem Seium Bononiẽsem, & fideicõmissum reliquit Gaio de.c. ponamus, & decessit idem Titius: postea fuit quæsitũ ponamus vbi Seius hæres deberet cauere dicto Gaio de fideicõ. eidem Gaio soluendo. Et dicitur q⁹ si omnis hæreditas est in prouincia, remittẽdus est fideicõmissarius in ꝓuinciam, vbi. ſ. est hæreditas, ad satisdandũ nomine fideicõ. Sed pone q⁹ hæres prædict⁹ Bono. desiderat remitti gratia cauendi Bononiã vbi habet domiciliũ. legatarius autẽ fideicõmissarius. ſ. postulat ibi caueri sibi vbi est hęreditas, & hæres non habet domiciliũ Romæ: posito q⁹ hæreditas erat in prouincia vt dictũ est. certe nõ erit hæres remittẽdus. ſ. Bononiam vbi habet domicilium, sed debebit cauere in ꝓuin. Sed quid si bona hæreditaria in prouin. existẽtia sunt iã distracta per hæredem permissu testatoris, vel etiam concedente legatario siue fideicommissario prædicto, & nõ cauet hæres eidem legatario vel fideicom. de legato vel fideicommisso prẽstando? certe pretium eorum bonorum est habendum in depositio siue sequestro causa seruandi fideicommisi, cum bona hæreditaria nõ sunt apud hæredem. Viuianus.

s *Non haberet.* speciale. at cõmune quilibet ibi habet: vt.j.ad munici.l.Roma. sed certe & si speciale haberet, posset petere mitti in municipium: vt.ſ.qui satisda.cog.l.de die.§.hæres.

t *Hæreditas.* vel maior pars hæreditatis, vel etiam ipsa res legata nomine cuius petitur satisdari: vt supra, de iudiciis. l.de eo. &.l. sed & si susceperit.§.fina. Hug.

u *Remittendus.* etiã si hęres prętendat ibi satisdare nõ posse, cum nullũ sit damnũ passurus: cum si non caueat, mittitur legatarius in possessionem: vt.ſ.de iudi.l.de eo.&.l.sed & si susceperit.§.fi.H.

x *Permissu.* quia testator permisit: vt.ſ.de re.eo.l.j.§.si defunctus.

y *Habendum.* No.de sequestratione: vt dixi supra, eod.l.j.§.imperator. in fin.§.

z *Si quando. Fideicõmissi.* ſ. relicti. Et dic casum q⁹ testator legauit annuum: quod quia hæres soluere noluit, iudex taxauit. i. præfiniuit vt certam summã daret: quod facere debuit: aliàs legatum esset nullum: vt.ſ.de an.leg.si cui. & arg.C.de act.empt. & vend.l.si traditio. & si quis al.vel sibi.l.cum propria. nunc cauẽte legatarius postulat sibi caueri ab hærede pro ea summa danda siue coram eodem iudice, siue coram alio. certe petuntur fideiussores

Casum ponit Actor.

subaudi

subaudi taxatione eiusdem iudicis qui cognoscit super petitione satisdationis. hoc autem ideo dicit, quia nō solum prius facta fuit taxatio cum fuit petita fieri: sed etiam nunc fit alia taxatio. i. parificatio fideiussorū ad summam taxatam. Vel dic, annuū certum fuit legatum, & fiet taxatio secundū quod potest viuere legatarius: tales sunt fideiussores: vt arg. ff. ad leg. Falc. l. hæreditatum. nam cū vita finitur: vt. ff. de annu. lega. l. iiij. sed vbi esset simplex legatum, non exigitur tanta inquisitio in taxādo. & facit. ff. in ius vo. vt eāt. l. j. &. ff. qui satisda. cog. l. arbitro. &. l. si ab arbitrio. & infra, de verbo. sign. l. quos. §. locuples.

fideiussores petuntur. ¶ Admonendi autē sumus, rebus publicis[a] remitti solere satisdationē fideicōmissorum, etiam si quando necessitas dādi intercedat[b]. Repromissio[c] planè exigenda est, volūtati defuncti statuiri*.

Sic Flo. pro statum vt.

Filius non potest petere satisdationem à patre, vel seruus à domino à quo ei legatum est sub conditione. si tamen pater emancipet filium, vel dominus seruum: tunc possunt petere sibi caueri simplici cautione sine fideiussoribus.

VII. PAVLVS libro secundo Manualium.

FIlio[d] vel seruo sub conditione à patre dominóve hæ rede instituto legatū est. Huius legati satis petere non possunt. Sed pendente cōditione, emancipatus vel manumissus si satis petant: quæritur, an audiendi sint si *beneficium[e] patris dominíve ipsis[f] onerosum sit: an sibi[g] imputare deberēt, qui dederunt eis postulandi aduersus se facultatem? Sed melius est per mediocritatem causam dirimere, vt cautioni[h] † tantum cum hypotheca suarum rerum committantur.

*Flo. ne beneficium

VIII. VLPIANVS libro quadragesimo octauo ad Sabinum.

CVm legatorum nomine satisdatum est: simul [ac] dies legatorū [nomine] cessit[i], protinus iisdem diebus etiā ex stipulatione debentur[k].

IX. PAVLVS libro duodecimo ad Sabinum.

NOn tamen vt statim peti possint[l]. deberi enim dicimus & quod die certa præstari [aduersario] oportet, licet dies nondum venerit.

X. POMPONIVS libro vicesimosexto ad Sabinum.

SI à te hærede legatum mihi sit sub conditione, tuque postquā adieris hereditatem[m], remittit satisdationem, tamen cauetur. non ergo vbi testator remittit: vt infra, eod. l. fin. quia mitius est præceptū legis quàm testatoris. sic supra, de arbi. l. Celsus.

Legis præceptum mitius est quā testatoris.

CVm legatorum.] CASVS. Ponamus quod Titius instituit sibi hæredem Seium, & legauit Gaio centum, & Sempronio alia centum vsque ad Pascha, & decessit. postea Seius hęres satisdedit nomine legatorū dictis legatariis. certe postquam dies cessit nomine legatorū scilicet, & venit, scilicet quia venit Pascha, & ita cessit & venit dies taliter quod habet locum actio ex testamento contra hæredem pro legatis, protinus eisdem diebus debentur dicta legata etiā ex stipulatione qua promisit hæres legatariis legata, non tamen vt statim peti possint ab hærede dicta legata, sed cum aliquo temperamento temporis: vt argu. ff. de solu. quod dicimus. & nō mireris si statim non possint peti legata, quāuis cum effectu debeātur: quia & id quod die certa præstari oportet, dicimus deberi, licet dies nondum venerit, sicque cum effectu peti non possit. h. d. cum. l. seq. Viuianus.

SI à te.] CASVS. Ponamus quod Titius instituit te Seium hæredem, & mihi legauit centum sub cōditione, si nauis ex Asia venerit: & quibusdam aliis legauit. & decessit dictus Titius. & tu hæres adiuisti eius hæreditatem: & postea satisdedisti nomine legatorum: & postea decessisti: & ante aditam hæreditatem tuam extitit conditio mei legati: quia venit nauis: & postea hæres tuus adiuit hæreditatem tuam. certe fideiussores quos mihi dedisti pro legato meo, tenentur mihi: quia omnimodo dari oportet legatum scilicet mihi ab hærede tuo: & quia in rem esset cōcepta stipulatio, scilicet quā promisisti mihi soluere legatum à Titio mihi relictum, & super qua dedisti mihi fideiussores. non ergo fuit dicta stipulatio concepta in personam tuam tantum, sed etiam in rem: & ideo tenetur mihi ad legatum hæres tuus, non solus tu, & per consequens fideiussores mihi à te dati. Viuianus.

† *In cautione idonea inspicitur quantitas & condtio personarū: quod signāter no. Bal. in authen. cui relictū. 3. col. C. de indi. vidu. tol. idem in l. serui. C. quorum app. pel. nō reci.*

a *Rebus publicis.* singularum ciuitatum. sic infra, de publ. l. sed & hi. §. præterea. arg. contra. j. de verb. sign. l. eum qui.

b *Intercedat.* quia ciuitas instituta & fideicommisso grauata est suspecta. Accursius.

c *Repromissio.* fiscus nil: vt supra, eo. l. j. §. si ad fiscum. priuatus satisdat: vt in princi. huius. l. ciuitas repromittit, vt hic. & facit. j. titu. j. l. municipio.

d *Filio vel seruo.*] CASVS. Seius ponamus instituit sibi hæredem Titium, & rogauit eundem Titium quod daret legatum: puta centum seruo vel filio suipsius Titij sub cōditione puta, si nauis ex Asia venerit: & decessit dictus Seius. certe dictus seruus vel filius Titij non possunt petere satis siue satisdationé ab eodé Titio hærede hui[9] legati scilicet nomine. Sed quid si pendēte dicta cōditione legati dictus Titius emācipet dictum suum filium, vel manumittat dictum suum seruum, & ipsi filius vel seruus quondam petant satisdationem à dicto Titio nomine dicti conditionalis legati, & pendente adhuc cōditione? nunquid sunt audiendi? Et videtur quod sic: quia pater emancipando filium, vel manumittendo seruum, dat eis facultatem postulandi aduersus se patrem vel dominum, cum ante emancipationem vel manumissionem non possent aduersus eos in iudicio postulare vel petere. vnde videtur quod possint petere satisdationé. econtra videtur quod non, nec pater vel dominus deberent sibiipsis imputare qui dederunt eis filio vel seruo facultatem postulandi aduersus se, scilicet patrem vel dominum, scilicet emancipando filium, vel manumittendo seruum. deberent imputare sibi dico si patris dominíve beneficium, id est, emancipatio vel manumissio sit onerosum ipsis patri & domino, quia bene est eis onerosum generaliter aliàs. sed certe quicquid dixerim, melius est dirimere causam per mediocritatem siue per quādam mediam viam, scilicet vt pater & dominus prædicti committantur tantum cautioni nudæ sine fideiussoribus cum hypotheca rerum suarum, vt sic. ff. non satisdetur filio emancipato vel seruo quondam nunc manumisso nomine legati, nec etiam dictis filio vel seruo nō sit cautum à patre vel domino. cauebunt ergo non cum fideiussore, sed cum hypotheca tantum. Viuianus.

e *Si beneficium.* videtur quod non, si. i. quia. ff. de offic. eius cui māda. est iurisdi. l. j. §. j.

f *Ipsis.* patri & domino.

g *Sibi.* id est, patri & domino. ad quod. C. de liber. & eorum libe. l. si manumissus.

h *Cautioni.* scilicet nudæ sine fideiusso. ff. l. proxi. in fi. hic tamen est hypotheca: ibi non. sed hoc quo modo: vt infra, de præto. stipu. l. prętoriæ. vbi nō exigitur pignus? sed hic speciale: quia releuatur à fideiuss. arg. ff. de iureju. l. eum qui. Itē no. quod eligit via media. quod dic vt no. in arg. contra. ff. de neg. gest. l. Nesennius. in fi. Itē videtur contra. C. ad Treb. l. iubemus. §. j. vbi pater filio nō satisdat, sed tātum hic cauet. vel hic in singulari fideicommiss. item & ibi rogatus erat filius rogantis: hic non. Item ibi fideicōmissarius erat in potestate rogati: hic non. Item nota quod vbi lex

i *Cessit.* vt habeat locum actio ex testamento.

k *Debentur.* non tamen &c. vt. j. l. proxi. & facit. ff. eo. l. j. §. si quis sub conditione.

l *NOn tamen. Peti possint.* scilicet cum effectu: vere tamē cessit & venit dies: sed. j. prox. casu ibi, deberi &c. cessit, sed non venit: vt. ff. tit. j. l. si dies. & infra, de verb. sign. l. cedere. quantum autem hic differat peti, dic vt. j. de solu. l. quod dicimus.

m *Hereditatem.* alioquin secus: quia non adita hæreditate nihil in testamento relictum valet: vt supra, de testa. tut. l. si nemo. & infra, de contra tabu. l. filium. §. sed cum. & infra, titu. j. l. j. §. fi. & l. seq. & hæreditatem non aditam regulariter nemo transmittit: vt. C. de cadu. tol. §. in nouissimo.

Et si

BIU Cujas

a *Et si in rem.* non in personam tantum: & ideo tenetur hæres tuus, non solum tu.sic.ſ.de pac.l.ſi tibi.§.pactum.& l.hæredi.§.fi. &.l.idem in duobus.§.personale.& facit.j.tit.j.l.j.§.non exegit.

Si legatarii.]*CASVS.* Ponamus quod Titius instituit me hæredem, & quibusdam legata reliquit, & decesſit. postea cum ego nollé satisdare legatariis de legatis eis soluendis,ipsi aduersus me hæredem sunt missi in possessionem causa legatorú seruandorú: & postea procurator meus cauit siue satisdedit eisdem legatariis nomine meo pro dictis legatis,vel etiá aliquis alius cuius habebo ratá cautionem siue satisdationé ponamus.certe perinde mihi prætor accómodat interdictú quo iubeantur legatarij discedere de possessione in qua erant legatorum seruandorum causa, ac ſi egomet cauissem siue satisdedissem eisdé legatariis.Viuianus.

b *Interdictũ.* vti pos. vt.j.quib.ex cau.ĩ pos. ea.l.hoc auté.§.fi.in fi.

c *Discedere.* quod est verum si erant tantum missi.ſecus ſi iam habebant quaſi in ſolutú ex ſecundo decreto, nisi per in integrum resti. vt infra, de dam.infec. l.ſi finita.§.item videamus.&.§.postea autem. &.§.ſi forte.H. & fa.j. tit.j.l.ſi pecuniæ.§.j.

satisfecideris legatorum [nomine,] & post mortem tuam ante aditam tuã hæreditatem condi tio legati extiterit:Sabin⁹ ait fideiussores mihi teneri:quia om nimodo dari oportet legatum, & ſi in rem[a] esset concepta ſtipulatio.

XI. GAIVS libro tertiodecimo ad Edictum Prouinciale.

SI legatarij aduersus me in possessionem legatorũ seruandorum causa missi sint,[&] procurator, vel quis alius meo nomine cauerit: perinde mihi prætor accommodat interdictum[b] quo iubeantur discedere[c] legatarij[de]possessione,ac ſi ego cauissem.

Si cautio de facto petatur, conditio non petendæ cautionis deficere nõ dicitur. Bar.

XII. MARCIANVS libro ſeptimo Institutionum.

LIcet[d] vtnõ petatur cautio [legatorum,] conditio testamento ſcripta fuerit,non videtur[e] cõditio:& ideo licet desiderauerit[f] quis caueri ſibi, nõ videtur cõditione defectus:[g] quia postquã remitti talẽ cõditionem[h] *iure publico placuit, nec on⁹ cautionis ſequitur[i], ne quidẽ conditio intellegitur.[k]

Qui potest conueniri ex edicto, ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti: ad hanc cautionẽ tenetur. Bartolus.

XIII. NERATIVS libro ſeptimo Membranarum.

EI quoq;,[l] cui legatorum actio datur in eum qui prętermiſſa institutione[m] ab inteſtato poſsidet hæreditatẽ, legatorũ[nomine]ſatisdatur: & niſi ſatisdabitur, in poſſeſsionẽ legatorum ſeruandorũ causa mittetur.[n] nam hæc quoq; prætor perinde ſalua esse vult,[o] atque ea quæ iure ciuili[p] debentur. idem Aristoni placet.

XIIII. VLPIANVS libro ſeptuageſimonono ad Edictum.

HAec ſtipulatio & in fideicommiſsis locũ habet, ſi purè[q] fideicommiſſum ſit relictũ: ſiue ex die certa,[r] vel ſub conditione:ſiue res aliqua,ſiue hæreditas,[ſ] ſiue ius[t] aliquod relictum eſt.

*Conditione defectus.*quia non legitime tunc factũ pro nõ facto est:vt.C.ſi manci.ita fue.ali.l.ea quidem.&.ſ.tit.j.l.quod pupille.

h *Conditionem.* id est,cautionem de præstando legata.vel id est quod in conditione cõtinetur.id est cautione ipſa:& quod dicit, iure publico,ſcilicet legũ:vt.C.eo.l.ij.aliud in cautione fructuaria.& est ratio, vt not. C.eo.l.penulti. Vel dic remitti conditionem ſcilicet appoſitam remanente voluntate nõ cauendi. qui enim dicit, vt vel ſi non caueat, vult non caueri: vt &.C.de condit. inſer. l. ij. remanet ergo voluntas non cauendi. ſic ſupra, ad Trebel.l. mulier.in princi. ſic & aliàs conditio tollitur, & legatum remanet purum: vt ſupra,de cõdit. inſtit.l.quæ ſub conditione.in princip.

*cautionẽ Fla.

i *Sequitur.*legatarium vel hæredem:nam non ſatisdat hæres.

k *Intellegitur.* immò purũ remanet quaſi duo dixerit, pure.ſ.lego Titio.x.item veto Titiũ petere ſatisdationem.

EI quoq;.]*CASVS.* Titius ponam⁹ inſtituit ſibi hęredem Seium, qui Seius erat ei ſucceſſurus ab inteſtato etiam ſi eum non inſtituiſſet:& legauit Gaio plura.& deceſsit dictus Titi⁹, poſtea Seius inſtitutus cum poſſet ex teſtamento adire prætermiſſa inſtitutione cœpit poſsidere hæreditatem ab inteſtato in fraudé Gaij legatarij.certe ei quoq; Gaio legatario datur actio legatorũ in eum Seium inſtitutum.& hoc adeo verũ eſt,vtſatisfetur eidé Gaio per Seium legatorũ ſeruandorũ causa.& ſi nó ſatisdabitur ei,mittetur idé Gaius in poſſeſsionẽ bonorum causa legatorum ſeruandorum.nam prætor perinde vult eſſe ſalua hæc quoq; legata quæ poſſunt peti ab eo qui prætermiſſa inſtitutione ab inteſtato poſsidet hæreditaté,ſicut vult eſſe ſalua ea quę debẽtur iure ciuili,adita.ſ.hæreditate ex teſtamento.Viuianus.

l *Ei quoque.* cui ab inſtituto eſt relictum.

m *Inſtitutione.* per fraudem,cum poſsit adire ex teſtaméto.ſecus ſi adire non poſſet:vt.C.ſi quis omiſ.cau.teſta.l.ij.

n *Mittetur.* legatarius.

o *Vult.*per edictum.ſ.ſi quis omiſ.cauſa.teſtamen.l.j.in prin.

p *Ciuili.* quia hæreditas ex teſtamento adiretur.

HAec ſtipulatio.]*CASVS.* Dicitur hic quod hęc ſtipulatio.ſ. legatorum ſeruandorum causa, in qua dat hæres legatarius fideiuſſores,habet locum & in fideicommiſsis.ſ.ab hærede relictis,ſiue ſit relictum fideicommiſſum pure, ſiue ex die certa, puta poſt Paſcha:vel ſub cõditione,puta ſi nauis ex Aſia venerit:ſi res aliqua ſcilicet relicta eſt ab hærede per fideicommiſſum,ſiue hæreditas.ſ.relicta eſt ab hærede per fideicommiſſum: ſiue eſt relictum ius aliquod.ſ.per fideicommiſſum,puta nomen vel ſeruitus. in omnibus enim iſtis habet locum hęc ſtipulatio.Sed quid ſi certum eſt non eſſe locum fideicommiſſo ab hærede relicto? Certe per quàm ſiue valde iniquum eſt onerari hæredẽ ſuperuacua cautione ſiue ſatisdatione.& ita non ſatisdabit fideicommiſſario pro fideicommiſſo quod eſt euidens non deberi.Viuianus.

q *Pure.* vt.j.l.proxi.

r *Certa.* vel incerta.& poſtea ſubiicit de conditione.licet.Io.illud habeat cancellatum.Accurſius.

ſ *Hæreditas.*cõtra.ſ.de vulgari ſubſtitu.l.ij.§.plane.&.ſ.ad Trebel.l.ita.§. à patre. &.j.titu.j.l.is cui.§. ſi ab impuberis.Sed hic non de hæreditate viuentis,ſed de cautione eſt ſolicitus:vt.C.e. l.cum Archimedoram.&.C.ad Trebel.authen.contra qui rogatus.eſt tamen argu.contra etiam ad cautionem infra, de col.bon. l.j.§.ſi impuberi.Accurſius.

t *Ius.* vt nomen,vel ſeruitus:vt inſti.de leg.§.cum autem.

Superuacua.

BIU Cujas

a *Superuacua.* quia sit euidens non deberi, vt dixi. & sic not. ſ. de procurato. l. non cogendum. §. fina. & ī. tit. j. l. ſi is à quo. §. j. & ſupra, de arbi. l. non diſtinguemus. §. penul. Sed argu. contra. ſupra, de neg. geſt. l. ſi pupilli. §. j. item facit. ī. de Carbo. edic. l. Carbonianum. §. cauſæ. & ſ. ad exhiben. l. in hac actione. §. ibidem.

Variis cautionibus nō eſt vtendum: nec debent interponi cautiones quæ non relevant. Bartolus.

Tiam.] CASVS. Hæc ſatiſdatio legatorum ſeruandorum cauſa non ſolum habet locū in legatis relictis ſub conditione & in diem, ſed etiā habet locum de preſenti ſiue pure legato. ſ. vt hæres ſatiſdet legatario ſi hoc vult legatarius, de ſolpſuus reſe uēdo ei legato pure recidis, vt ex licto. ſed hoc quo modo poteſt eſſe, cum poſ ra de ma- ſit legatarius petere ab nu. & obe. in hærede legatum nō ſu ca. cū glo. ſpenſum die vel condi super verb. tione? reſpō. Suſceptio aiuentus. iudicij ſcilicet pro le- Flo. exer- gato petēdo habet nul- citio las ſiue aliquas moras: & ideo non eſt mirum ſi hæres tenetur ſatiſdare legatario. [*SI ET AB HAERE-DE.*] Ponamus quod Titius inſtituit ſibi hæredem Seium, & per fideicommiſſum rogauit eū quod reſtitueret hæreditaté Gaio: & legauit Sempronio ſub cōditione. c. & deceſsit. poſtea Sempronius legatarius accepit à Seio hærede ſatiſdationē quę interponi ſolet legatorum ſeruandorū cauſa: & poſtea dictus Seius hæres reſtituit hæreditaté Gaio fideicommiſſario Trebelliano. i. cum debebat reſtitui per Trebellianū. & hoc fecit detracta vel non detracta quarta: non facio vim. & poſtea dictus Sempronius legatarius accepit ſimiliter ſatiſdationē à dicto Gaio cui reſtituta eſt hæreditas. certe ſi poſtea extitit conditio legati eidē Sempronio relicti, cōmittetur vtraq; ſtipulatio. i. vna contra hæredem Seium, & alia contra Gaium fideicōmiſſarium: ſed hæres tuebitur ſe exceptione contra legatariū quāuis cōmiſſa ſit aduerſus eum ſtipulatio: quia cauere ſiue ſatiſdare non debuit legatario, vt ex facto apparet. nam poſt ſatiſdationē reſtituit hæreditaté fideicommiſſario, vt dictū eſt. vnde fideicommiſ. tenetur ad ſolida legata: vt. C. ad Trebel. l. fi. & no. ſ. ad Trebel. l. j. in fin. ſecus ſi reſtituta ſit pars hęreditatis per hæredem fideicōmiſſario. ſ. quia teſtator rogauit eum de parte tantum reſtituenda. nam tunc cauēdum eſt per ſatiſdationem legatario ab vtroq; .i. ab hærede, & fideicommiſſario: & ſi caueant, committetur poſtea ſtipulatio adueniente conditione legati, & non habebit aliquis eorum exceptionem. vltimo ſcias quia hæc ſtipulatio legatorum, vel fideicommiſ. ſeruandorum cauſa locum habet etiam ſi fideicommiſ. debeatur ab inteſtato, puta in codicillis. hoc dicit. Viuianus.

b *De præſenti.* id eſt, pure: vt. ſ. l. proxi. in princip. Sed contra. ſ. eo. l. j. §. ſi cui. in fin. §. ſed ibi ſpeciale ne inuitetur aliquis ad malignandum. præterea etiam conditionale eſt ibi.

c *Exceptio.* id eſt, ſuſceptio iudicij: vt &. ſ. de pecu. l. quod debetur. item ad hoc. C. ad Turpil. l. fi. arg. contra. ſ. de iud. l. ſi debitori. *ADDITIO.* Dic quod dicta l. ſi debitori. loquitur quando debitum eſt purum & liquidum iudici per confeſsionē partis. hic autem licet legatum ſit purum, tamen hęres diffitebatur, nec dicebat, hodie conſtat, hodie agatur, ſecundum. l. is à quo. infra, titu. ij. ſed petebat libellum. vnde cum ordinariè procedat, debet habere longum tractatum: ideo præſtatur cautio: vt. l. poſtquam. §. imperator. ſ. eo. tit. ſecundum Bart. hic.

d *Si & ab hærede.* ante reſtitutionem.

e *Fideicommiſſario.* poſt reſtitutionem, quod fieri debuit: vt ſupra, eod. l. j. §. non ſolum.

f *Non debuerit.* vt ex poſt facto apparet: & hoc ſi totam reſtituit. Idē ſi quartā ſolā retinuit: vt. C. ad Trebel. l. fi. ſi autē vltra quartam, tunc tenetur pro rata: vt. C. ad Trebel. l. ij. & cū effectu remanet obligatus. ſequitur enim ex hoc ſtipulatio naturā actionis ex teſtamēto: vt &. ſ. eo. l. j. §. ſi quis ſub cōditione. &. §. qui minorē.

Diuus quoq; Pius reſcripſit, quotiens euidens res eſt, vt certum ſit nullo modo fideicommiſſo locum eſſe: perquam iniquum eſſe, ſuperuacua a *cautione* † *onerari hæredem.*

† Not. de ſu

XV. PAVLVS libro ſeptuageſimoquinto ad Edictum.

Tiam de præſenti b *legato locum habet hæc ſatiſdatio: quoniam nonnullas moras exceptio* c * *iudicij habet.* † *Si & ab hęrede* d *inſtituto legatorum ſatis acceperit legatarius, & à Trebellianeo fideicōmiſſario:* e *vtraq; quidē ſtipulatio cōmittetur: ſed exceptione ſe tuebitur hæres, quia cauere nō debuerit.* f *Sed ſi pars hæreditatis reſtituta ſit: ab vtroq;* g *cauendum eſt.* † *Etiam ſi ab inteſtato* h *debeatur fideicommiſſum, locū habet hęc ſtipulatio.*

g *Vtroque.* ſcilicet hærede & fideicommiſſario pro parte quæ penes vtrumque eſt, vt dixi.

h *Ab inteſtato.* puta codicillis. Sed quid in donatione cauſa mortis? Reſpon. idem ſi non fuit tradita à defuncto: cum æquiparetur legatis: vt inſtitu. de donat. §. j.

XVI. GAIVS libro viceſimoſeptimo ad Edictū Prouinciale.

SI duo eiuſdem nominis i *[de] legato contendant, vtriſque ſatiſdatur: nec onerari hæredem, cum poſsit eoſdem fideiuſſores ad vtramque ſtipulationem adhibere: qui & ipſi* k *non onerantur, cum futurū ſit vt vni teneantur.* l

XVII. PAVLVS libro quadrageſimooctauo ad Edictum.

SI ab vno ex hæredibus, legatorū ſatis acceperim°, m *cùm ab omnib° hæredibus nobis legatum eſſet, [&] ſi pars cohæredis adcreſcat promiſſori: in totum fideiuſſores tenentur, ſi ſolidum legatum is* n *cœperit debere.*

Satiſdatio remiſſa non poteſt peti etiam ſi hæres dilapidet. ītē qui petit quod reſtituturus eſt, ex interuallo exceptione dolo facis, non repellitur. Bartolus.

XVIII. SCAEVOLA libro viceſimonono Digeſtorum.

SI duo.] CASVS. Ponamus quod Titius inſtituit hæredem Seium, & ita dixit, Gaio lego centum ſub conditione ſi nauis ex Aſia venerit. & deceſsi. nūc duo quorum quilibet vocatur Gaius, conteruntur de dicto legato, & quilibet dicit de ſe teſtatoré ſenſiſſe in legato: vnde quilibet eorum petit ſatiſdationē ab hærede de legato ſibi ſoluendo exiſtente conditione. certæ hæres debet vtrique ſatiſdare: nec oneratur hæres propter hoc, cum poſsit adhibere eoſdem fideiuſſores ad vtramq; ſtipulationem: quia & ipſi ſcilicet fideiuſſores non onerantur: cum futurum ſit vt vni de dictis legatariis teneatur ſcilicet cum effectu, id eſt illi cui debebitur legatum. cui enim debeatur, dic vt no. ſ. de leg. ij. l. ſi quis ſeruum. §. ſi inter duos. Viuianus.

i *Nominis.* quod quandoq; contingit: vt. ī. pro leg. l. pro legato. &. ſ. ſi cer. peta. l. ſi eum.

k *Et ipſi.* fideiuſſores. & facit. ī. de præto. ſtipula. l. Paulus. §. j. & ſupra, eo. l. ſed & ipſis. cum ſuis concor. Accurſius.

l *Teneantur.* cum effectu: ſed an debeantur legata, dic vt. ſ. de lega. ij. l. ſi quis ſeruum. §. ſi inter. Accurſius.

SI ab vno.] CASVS. Ponam° quod Titius inſtituit ſibi hęredē Seium & Gaium, & legauit mihi & tibi Sempronio centum ſub conditione, ſi nauis ex Aſia venerit: ab omnibus hęredibus. i. mihi quinquaginta, & tibi alia quinquaginta: & deceſsit. poſtea ego & tu legatarij accepimus ſatisfactionem ſiue ſatiſdationem legatorum nomine ab vno de hæredibus, puta à Seio prædicto. ita ſcilicet quod fideiuſſores ab eo nobis dati ſimpliciter ſe obligauerunt nobis: non autem pro parte legatorum noſtrorum tantum quæ continebat dictum Seium hæredem qui eos fideiuſſores nobis dedit. poſtea ita accidit quod pars Gaij cohæredis accreuit promiſſori. i. Seio qui promiſit nobis legatariis, & fideiuſſores dedit. certe fideiuſſores prædicti tenentur nobis legatariis in totum, ſi id eſt, quia ſolidum legatum cœperit deberi his id eſt nobis legatariis à dicto Seio cui accreuit pars cohæredis. & hæc videtur eſſe intentio huius. l. ſi autem habeas in litera, is cœperit debere: tunc videtur mihi eſſe planior litera. Viuianus.

m *Acceperimus.* ſcilicet ſimpliciter.

n *Is.* vel habeas, his, cū aſpiratione, & dic. ſ. legatariis: & habeas, deberi. vel habeas, is, ſine h. & habeas, debere cœperit. ſ. promiſſor. & facit. ī. de fideiuſſori. l. ſi quis pro eo. §. ſi nummos. &. l. amiſſi. §. fideiuſſores. &. ī. rem pupil. ſal. fo. ſi poſtea. Sed argu. contra. ī. ad municipa. l. Lucius. §. Paulus. ſic & deminuta parte deminuitur & onus: vt. ſ. eo. l. j. §. qui minorem.

Qva filium.] CASVS. Ponamus quod Titia habebat patrem nomine Seium à quo erat emancipata: qui quidem eius pater erat eiuſdem Titiæ collibertus, puta quia ambo fuerunt manumiſsi à domino eorum: vt. ſ. de leg. ij. l. cum pater. §. nolo dari. & habebat hæc Titia filium legitimum ponamus nomine Gaium ex marito ſuo Sépronio: qui maritus viuus erat & habuerat pro ea in dotem. c. apud quem maritum depoſuerat ipſa quaſdam res non exacta ab eo cautione depoſitionis. hæc Titia ponamus fecit teſtamentum, & dictum ſuum patrem ſcripſit hæredé ex aſſe, & fidei eius cōmiſit vt quicquid ad eum ex hęreditate eius peruenisſet, cum moreretur ipſe pater teſtatricis, reſtitueret filio eiuſdem teſtatricis: qui filius teſtatricis erat nepos eiuſdé patris teſtatricis. nā dictus pater teſtatricis erat eius auus maternus: & hæc

verba

BIU Cujas

verba adiecit dicta Titia testatrix, satisfactioné à Seio patre meo exigi veto. Item ponamus quod ipsa præcepit qnod dicta dos remaneret apud dictũ suum maritum: & decesit dicta Titia. Nunc quæro, an pater Gaij fideicommissarij, id est, dictus Sempronius maritus Titiæ qui erat legitimus administrator dicti Gaij fideicõmissarij filij etiam testatricis, possit compellere Seium patrem defunctæ testatricis ab ea institutum vt dictum est, ad satisdationé nomine fideicõmissi per eum Seium præstandi dicto Gaio filio testatricis eiusdem Sempronij? Et videtur quod sic, cum Seius pater testatricis dissipat substantiã suã, & cum veretur dictus pater fideicom. ne constituatur inane dictum fideicommissum propter dictam dissipationem Seij. Respon. tamen non cõpellendum cauere, scilicet dictum Seium. Item nunquid dictus Sempronius maritᵒ debet restituere patri eiusdem Titiæ hæredi ab ea instituto dictas res apud eum maritum per eum depositas: an vero debeat remanere apud maritum tanquam apud legitimũ administratoré filij sui qui erat fideicommissarius apud quem maritum dico dos testatricis remansit scilicet sicut præcepit testatrix? & videtur quod apud maritum debeat remanere nomine filij: quoniam emolumentum totius hæreditatis testatricis defunctæ ad filium eiusdem defunctæ & mariti sui reuerti debet, cum scilicet patris eius defunctæ ab ea instituti fideicõmiserit defuncta vt quicquid ad eum ex hæreditate eius peruenisset, cum moreretur restitueret filio testatricis nepoti suo, vt dictum est. quamuis autem ita videatur: tamen dicendum est restituendum esse per dictum maritum dicto patri testatricis hæredi illud quod mulieri remansit, & quod in dotem prædictam non fuisset: & ita per consequens debent ei restitui res depositæ apud maritum. [*TVTOR.*] Hunc.§.habemus quasi de verbo ad verbum supra, quando ex facto tutoris.l.fin.vnde dicas casum vt ibi. Viuianus.

a *Patrem.* suum testatricis nomine Seium: & hic filius erat ex marito viuente: vt.ĭ.patet. & no. quod potest habere patrem collibertum, quia ambo fuerunt manumissi: vt institu. qui manumit. non pos.§.ea demum.

b *Suo.* scilicet aui materni.

c *Patrem.* qui est eius legitimus administrator: vt.C.de bo.ma.l.j.

d *Non compellendum.* quia testatrix vetuit, quod potuit: vt supra, eod.l.licet. sed dicam compelli statim restituere: vt argu. supra, ad Trebell. l.imperator. vel fiet sequestratio: argu. supra, qui satisda. cog.l.si fideiussor.§.fi. vel præstanda est nuda cautio: arg. supra, eo.l.filio. licet ibi de patre rogato filio restituere, hic de auo materno loquatur.

e *Cauere.* aliàs, compelli eum cauere.

f *Testatricem.* sub.pone, & retine priorem casum. H.

g *Patri.* testatricis.

h *Reuerti.* ex causa fideicommissi.

i *Maritum.* nomine filij vt apud legitimum administratorem.

Dos viro filiis extantibus quãdoque remanet.

k *Remansisset.* gaudet M. quod hic extãtibus filiis remanet dos viro: sed Ioan. dicit quod sic fuerat pactũ: vel hic testatrix sic præcepit: erat enim emancipata: aliàs nõ poterat testari: vt.j.de do.cau. mor.l.tam is.§.filius. & secundum hoc non ob.C.so.ma.l.dos.

l *Haredi.* acti. depos. vel rei vindi. vt.ŝ.titu.j. l.Firmio.§.j.no. vel etiam peti.hære. quia debitor est hæreditarius, & possidet id ius pro hærede vel pro possessore: vt supra, de peti.hære.l.nec vllam.§.fina. & l.quod si in diem.§.non solum.

m *Cauit.* nomine suo, & tutorio nomine pro pupillo. & facit.ŝ. si quis cau.l.fi.&.C.de admi.tu.l.cum quædam.

VT IN POSSESSIONEM LEGA. &c.

Sub.cauetur edicto prætoris.

QVæ filium legitimum relinquebat, patrem[a], eundémque collibertũ ex asse scripsit hæredem: fideique eius cõmisit, vt quidquid ad eũ ex hæreditate eius peruenisset, cùm moreretur, restitueret filio testatricis nepoti suo[b], & hæc verba adiecit: *Satis à Seio patre meo exigi veto.* Quæsitũ est, cùm iste Seius substantiã suam dissiparet, & vereretur pater fideicõmissarij ne inane fideicommissum cõstituatur: an ad satisdationem fideicõmissi nomine patrem[c] defunctæ cõpellere possit? Respondit, secundũ ea quæ proponerentur, non cõpellendum[d] cauere[e]. ℣ Idem quæsiit, testatricem[f] apud maritũ suum ex quo filiũ reliquerat, res deposuisse nõ exacta cautione depositionis: an ea res patri[g] hæredi restitui debeat: an verò quoniam emolumẽtum totius hæreditatis ad filium defunctæ reuerti[h] deberet, apud maritum[i] remaneret, apud quẽ dos remansisset[k]? Respondit, quod mulieris mansisset, nec in dote fuisset: restituendũ esse hęredi[l]. ℣ Tutor, qui & cohæres pupilli erat, absente pupillo, cum admonerẽt* eum legatarij, fideicõmissi nomine insolidum ipse cauit[m]. quæsitum est, an in pupillum adultum factum danda sit vtilis actio? Respondit, dandam.

*Fl.admonuerunt

VT IN POSSESSIONEM legatorum vel fideicõmissorum seruandorum causa esse liceat.

TITVLVS IIII.

Cautio quæ non debet præstari, præstita scienter non condicitur: sed per ignorantiam facti, condicitur quoad plenam liberationem: & per ignoratiam iuris, condicitur quoad liberationem fideiussorũ tantum, quibus etiam exceptio competit. Barto.

SI quis cùm.] *CASVS.* Ponamus quod Titius fecit testamentum, & instituit sibi hęredem Seium, & legauit Gaio centum sub conditione, vel ex die: & vetuit Gaio eidem accipere satisdationem de legato ab hærede præstando, & decessit dictus Titius: & postea dictus legatarius accepit satisdationem ab hærede. nunquid potest remitti satisdatio ista, & hæres condicat liberationem? & distinguendum est vtrũ hæres sciẽs sibi esse remissam satisdationem, & eam posse remitti, cauit indebitũ. i. indebite legatum? an vero ignorauit sibi esse remissam, aut sciuit sibi esse remissam, & credidit in iure errando, eam nõ posse remitti. Primo casu nõ potest repetere: secũdo & tertio sic. Sed quid si stipulatio sit commissa ex eo quod venit dies vel conditio legati relicti dicto Gaio antequã hæres repeteret ab eo satisdationem, vel condiceret liberationé in dicto primo vel secundo casu? nũquid fideiussores quos hæres dedit legatario pro dicto legato ei soluendo, possunt vti exceptione aduersus dictum legatarium? & dicendum est quod sic: quia ex ea causa interceserit satisdatio, ex qua non debuit intercedere. [*NON EXIGIT.*] Si alicui legatum vel fideicommissum relictum est, hæres debet ei satisdare de eo soluendo: & si non satisdet, debet legatarius vel fideicommissarius venire, & mitti in possessionem bonorum illius qui reliquit legatum siue hæreditatem: vt datur intelligi. ŝ.titu.j.l.j.iij.respõ. & infra, eo.l.is cui.§.qui in possessionem. Vult ergo hic dicere siue monstrare quòd ad hoc vt legatarius mittatur in possess. non exigit prætor illud tantum, vt stet per hæredem quo minus ei caueat cum est hæres, qui interpellatur à legatario vel fideicommissario cautionis nomine: quo casu non debet offerri legatario per hæredem satisdatio ad hoc scilicet vt in poss. non mittatur legatarius: sed sufficit ad hoc vt legatarius mittatur in pos. si legatarius desideraverit sibi caueri, & hæres non cauet ei: & contentus fuit prætor non stare per legatarium siue fideicommissarium quo minus ei caueretur cum non est hæres qui interpelletur cautionis nomine: quo casu sufficit ad hoc vt legatarius siue fideicõ. mittatur in pos. si nõ habet à quo satisdationem desideret, quasi scilicet ipsa hæreditas debeat satisdare: & sic sufficit ad domum nũtiari. Et quod dictum est in hærede, idem intelligitur in cuiuslibet alterius nominis successore, vt dat intelligere litera ibi, hoc est is à quo &c. &.ĭ.eo.is cui.§.si hæres non sit &c. & circa hoc videtur intelligere hic.§. [*SI DEBITORI.*] Ponamus quod Titius instituit sibi hæredem Seium: & Gaio debitori suo Titius legauit siue reliquit liberationem, & decesit. certe non est exigenda cautio per dictum legatarium ab hærede quæ solet exigi per alios legatarios, vt dixi supra, proxi.§.quia hic legatarius habet penes se legatum. nam si conueniatur ab hærede pro eo quod debuerat testatori, potest vti exceptione doli mali. [*EI CVI.*] Hæres soluit legatum legatario eidem debitum: vult forte legatarius vt idem hæres satisdet eidem de non reuocando vel non petendo ab eo legatum. certe non tenetur satisdare, cum constet legatum non deberi ammodo legatario ex quo est ei solutum, vel die quo soluit hæres legatario legatum quod nõ erat ei relictum, vel erat sic ei relictum vt nullo modo valeret: & ita constabat non deberi: & sic hæres repetit dictum legatum condictione indebiti, & legatarius petit satisdari sibi ab hærede. certe non auditur, quia etiam si non esset solutum legatario per hæredem, & cõstare non deberi, non satisdaretur: vt supra, titu.j.l.hæc stipulatio. in fine. [*TVNC ANTE.*] Quamuis regulariter debeat satisdari legatariis ab adita hæreditate, vel agnita bonorum possessione: tamen quandoque ante aditam hæreditatem satisdandũ est per hæredem de legatis legatariis: puta cum dubium adhuc est an hæreditas

BIU Cujas

ditas adeatur per hæredem, est tamen spes quòd adeatur, quia hæres deliberat: sed códitio institutionis nondum extitit. si autē certum sit hæreditatem nondum aditam fuisse, subaudi nec adeundam esse creditur, quia nemo de ea deliberat, & tamen nemo repudiauit vel abstinuit: non habet locum satisdatio, nec missio in possessionem si nō satisfiatur. Si autem sit certum repudiatum vel omissam esse hæreditatem ab extraneis hæredibus institutis, vel sit certum necessarios hæredes esse abstentos ab hæreditate, frustra imploratur per legatarios hoc edictū, quod loquitur de satisdatione per hæredem legatariis præstanda: & si nō præstetur vt mittantur in possessionem ex quo repudiata est vel omissa hæreditas, vel abstenti sunt ab ea necessarij hæredes: certum est non deberi legatum vel fideicommissum. & hæc videtur esse intētio huius. §. cum l. sequen. Viuianus.

a *Si quis cum vetitus.* à testatore: quod fieri potuit: vt. ſ. titu. j. l. fin. & l. licet.

b *Acceperit.* satisdationem de legato præstando ab hærede.

c *Indebitum.* id est, indebite legatum. erat enim debitum.

d *Non potest.* sic supra, de condic. indebiti. l. j. Accursius.

e *Remissam.*[a] hic fuit error facti alieni. Acc.

f *Condicere.* cōdictione sine causa: vt supra, de cōdic. sine causa. l. j. vel incerti, quę idē est: vt eo. titu. l. qui sine.

g *Crediderit.* hæres: & sic ignorauit ius. est enim ignorantia alia iuris, alia facti: vt. ſ. de iuris & fac. igno. l. j.

h *Condici posse.* immo videtur teneri cum effectu, licet interponi non oportuit: vt. ſ. familiæ erciscun. l. qui erat hæres. sed certe ibi tenetur ex stipulatu ad id ad quod tenetur actione emptionis, siue ex stipulatione, scilicet ad interesse, non ad duplum: hic sine hac promissione fideiussor in nullo tenetur, nec hæres ad eum dandum. vel refert remittitur cautio à lege, vt ibi: aut à testatore, vt hic. sic. ſ. titu. j. l. filio. &. l. fin. Vel ibi naturaliter venditor tenetur de euictione: vnde cauendo non repetit cautionem: vt C. de iuris & facti ignoran. l. cum quis. hic nec ciuiliter nec naturaliter debebat caueri ex quo testator remiserat. vnde etiam error iuris non nocet: vt hic, & not. d. l. cum quis.

i *Exceptione.* immo videtur ipso iure non teneri: vt infra, de fideiuſ. l. ſi quis post. Sed ibi pro eo quod non debebatur, fideiubebat: hic debebatur legatum. & facit supra, ſi quis cau. l. sed & ſi quis. §. finali.

k *Ei.* legatario. Accursius.

l *Legatario.* ad hoc vt in possessionem non mittatur. sic nec hæres legatario agenti interdicto quorum legator. vt. j. quorum lega. l. ſi. §. j. sic nec libertus operas incertas præstare tenetur nisi indicantur: vt infra, de ope. lib. l. cum patronus. in princ. Sed argu. contra. C. de contrahen. stipu. l. magnam. &. C. de iure emphy. l. ij. §. penul. &. j. de noui. ope. nun. l. stipulatio. §. j.

m *Sufficit.* ad hoc vt fiat missio.

n *Non habeat.* quasi ipsa hæreditas debeat satisdare: & sic sufficit ad domum nuntiari [b]. sic. j. de noui ope. nun. l. de pupillo. §. ij. &. j. de dam. infec. l. iiij. §. abesse. &. C. de an. excep. l. pe. Accursius.

o *Cautio.* non ergo fit missio si non cauet, vt faciat ad titu. sic dicam in aliis qui non tenentur cauere: quos no. ſ. titu. j. l. j. in prin.

[a] *In hac glo. & sequenti errant, ignorāt, & dubitant quo modo differunt, vide Bald. in l. falsus. C. de fur. glo. in l. Aelianum. ſ. de testa.*

[b] *Quid in citato corā non competenti iudi-*

ff. Infort.

I. VLPIANVS libro quinquagesimo secundo ad Edictum.

SI quis, cum vetitus[a] esset satis accipere, acceperit[b]: an repeti satisdatio ista possit, vt hæres condicat liberationem? Et quidem si sciens hæres indebitum[c], cauit: repetere nō potest[d]. Quid deinde si ignorauit remissam[e] sibi satisdationem? Potest condicere[f]. Si verò hoc non potuisse remitti crediderit[g], numquid condicere possit qui ius ignorauit? Adhuc tamen benignè quis dixerit satisdationem condici posse[h]. Quid deinde, si commissa sit stipulatio? fideiussores putamus exceptione[i] vti posse, an non? Et magis est vt vtantur exceptione: quia ex ea causa intercessit satisdatio, ex qua nō debuit. Non exigit prætor vt per hęredem stet quo minus caueat: sed contentus fuit per legatarium vel fideicōmissarium non stare quo minus ei[k] caueatur. Quare si non fuerit qui interpelletur cautionis nomine, hoc est, is à quo legatum fideíve cōmissum relictum est: omnimodo poterit legatarius vel fideicommissarius in possessionem ex hoc edicto mitti: quia verum est, per eum cui caueri oportebat, non fieri quo minus caueatur. Non tamen & satisdatio debet offerri legatario[l]: sed sufficit[m], siue desideraverit, ei non caueri, siue non habeat[n] à quo satis desideret. Si debitori liberatio sit relicta, non est exigenda cautio[o], quia habet penes se legatum: quippe si cōueniatur, exceptione doli mali vti possit[p]. Ei cui legatū solutū est, cum constet legatum non deberi[q]: diuus Pius ad Aemilium Equestrem rescripsit nō debere prætorem satisdationem[r] admittere. Tunc ante aditam hæreditatem satisdandum de legatis est, cùm adhuc dubium[s] est an hæreditas adeatur[t]. Cæterùm si certum sit repudiatam vel omissam hæreditatem, vel abstentos necessarios hæredes, frustra hoc edictum imploratur: cùm certum sit legatum vel fideicommissum non deberi[u].

II. IDEM libro septuagesimo nono ad Edictum.

SI autem[x] certum sit hæreditatem necdū aditam fuisse[y]: nec satisdatio, nec possessio locum habet.

In causis summariis exceptio quæ requirit altiorem indaginem, admittitur si excipiens paratus est incōtinenti probare. Bar.

p *Vti possit.* sic supra, de eo per quem fac. er. l. j. ſ. ſi reus. Item & habet act. ex testamento, vt acceptilatione liberetur: vt. ſ. titu. ij. l. cum sine. §. fin.

q *Non deberi.* vtpote solutum: sed de quo tunc petit satisdari? Respon. forte vt non reuocet hæres. vel dic non deberi, vtpote non relictū: vel sic relictum est vt nullo modo valeat, & sic repetit condictio indebiti: & de legatarius qui petit satisdari, nō auditur: quia si non esset solutum, & constat nō deberi, non satisdatur: vt. ſ. titu. j. l. hæc stipulatio. in fine.

r *Satisdationē.* i. satisdationis postulationē.

s *Dubium.* per deliberationem factam ab hærede.

t *An adeatur.* id est, adita sit: secus si certū est nō aditā: vt. j. l. proxi. secūdū Azo. sed H. dicit si est dubium sit adeūda vel non, est tamen spes quòd hæres deliberat: vel conditio institutionis nondū extitit, & tunc satisdatur: vt hic. Si autē non est spes, nec tamē est repudiata, tunc obtinet quod. j. l. proxi. dicitur. & facit. ſ. e. l. ſi à te.

u *Non deberi.* vt. ſ. de test. tu. l. ſi nemo.

x *Si autem.* Hāc expone: vt. ſ. l. proxi. in fin. not.

y *Fuisse.* nec spes est eam adiri. Accursius.

Si ita quo. CASVS. Ponamus q Titius instituit sibi hæredem Seium, & fideicōmissū de. c. reliquit Gaio, & decessit. nunc Gaius petit à Seio hærede satisdationem de fideicōmisso sibi soluendo. is autem hæres à quo petitur satisdatio, offert cognitionem de fideicōmisso dicendo coram iudice coram quo petebatur satisdatio per fideicommissum: hodie constat de fideicommisso, id est, tibi fideicommissario non deberi: hodie agamus. certe dicendum est cessare satisdationem, scilicet interim donec per iudicem cognoscatur vtrum fideicommissum debeatur, vel non: cum possit & debeat ante constare de fideicommisso valeat, vel non, quàm de satisdatione quam petit fideicommiſ. scilicet qui sunt fideiussores idonei, & qui non. nam & id exigit causę cognitionem, & aliquam dilationem. Sed nunquid hæres poterit implorare à iudice vt cognoscat vtrum fideicommiſſ. petat satisdationem ab eo per calumniam: si forte dicatur per hæredem peti per calumniam satisdationem? & certe sic: & de hoc debet iudex cognoscere summatim: & ita sufficiet iurare legatariū vel fideicōmissarium non petere satisdationem animo calumniandi. hoc enim est commune omnium satisdationum, scilicet vt iudex apud quem petitur satisdatio, debeat explorare an petatur satisdatio per calumniam. diuus Pius scripsit eum apud quem satisdatio petitur, debere explorare si satisdatio petatur. de qua re summatim debet cognoscere. duas ergo cognitiones implorare potest hæres à quo fideicommiſ. petit fideicommissi satisdationem, antequam satisdationem ei præstet, vel fiat missio in possess. an per calumniam petat satisdationem fideicōmissarius, vt quia sciat vel credat fideicommissum sibi non deberi, vel non petat per calumniam: & vt iudex cognoscat an sit fideicommissum, vel non. [SI PROCVRATOR.] Ponamus quòd Titius instituit sibi Seium: & legauit Sempronio centum, & decessit. venit quidam nomine Gaius, nomine Sempronij legatarij desiderans ab hærede satisdationem legatorum, siue quæ solet interponi nomine legatorum. certe si ei mandatum est à legatario vt satisdationem ab

BIU Cujas

hærede petat,non habebit necesse cauere hæredi quòd legatarius habeat ratum : sed erit ei procuratori satisdandum per hæredem sine aliqua cautione de rato. si vero dubitetur an legatarius mandauerit de accipienda satisdatione ab hærede, vel non mandauerit:cautio de rato erit exigenda per hæredem ab illo Gaio qui satisdationem legati ab eo petebat. [*SI SEMEL.*] Ponamus q̃ hæres satisdedit legatario de legato ei soluendo,& fuerunt ei dati per hęredem fideiussores : & legatarius accepit eos ex certa scientia. nunquid debet caueri rursus legatario ? & certe magis est vt caueri non debeat.hoc enim diuus Pius scripsit sic Pacuuię Licinianæ, quæ acceperat forte ex certa scientia fideiussores egenos, scilicet vt non debeat ei rursus caueri.ipsa enim Pacuuia Liciniana debet ferre expensum facilitati suæ quæ accepit fideiussores minus idoneos : non enim oportet onerari eum à quo satisfactio siue satisdatio petitur, per singula momenta. plane si noua causa allegetur per legatarium quòd accepit fideiussores, veluti quòd fideiussores decesserint, aut etiã quia amiserint omnem rem familiarem impetu inopinatę fortunæ,æquũ erit prestari cautionem rursus dicto legatario.

III. IDEM libro quinquagesimosecundo ad Edictum.

u *Non detur.* à Trebel. successore. & facit. ſ. eod. l. is cui. §. qui in possessionem. &. §. si hæres. &. ſ. tit. j. l. etiam. §. j. &. l. si ex causa.
x *Hæreditate.* per Trebellia.

BIU Cujas

ETiam.] CASVS. Si legatarius petit legatum ab hærede, puta.c.ei legata, & hæres condemnatus est ei in ea pecunia, & post condemnationem non soluat hæres legatario dictam pecuniam, nec ei satisdet de ea soluenda subaudi: potest legatarius desiderare mitti in possessionem rerum hæreditariarum ex hoc edicto. nam & pro præsenti legato satisdatur: vt supra, titu.j.in prin. [CVM SVB CONDITIONIBVS.] Legauit Titi[9] Seio domum Titianam ponamus sub conditione, si nauis ex Asia venerit vsque ad mensem: & eandem domum legauit Gaio sub conditione, si nauis ex Asia non venerit vsque ad mensem. certe si non caueatur eis per hæredē, vterq; mittitur in possess. scilicet ex edicto hoc. & hoc potest dici extra casum quòd si caueat eis, sit eis cauendum sub conditione: vt si teneatur vni, non teneatur alteri: vt not. supra, titu.j.l. sed & ipsis.ij.responso.Viuianus.

*Flo.si nulla

a *Etiam.* facit.titu.j. l.j.§.plane.&.l.etiam.

b *Sub conditionibus.*& facit supra, titu.j.l. sed & ipsis.cum concor.

SI inutiles.] CASVS. Si hæres non satisdat legatariis vel fideicommissariis, & propter hoc debet mitti in possessionem rerum hæreditariarum: vt supra, eod. l. is cui. §. qui in possess. & res hæreditariæ sint inutiles in quas legatarij vel fideicommissarij mittantur, siue mitti debeant, ita scilicet sint inutiles vt legatarij vel fideicommis.in earum poss. venire non possint, vt quia sunt incorporales, quæ non possidentur: vt infra,de acquiren.re.domi.seruus.§.incorporales. puta quia sunt in hæreditate nomina siue actiones tantum, in rem siue in res quidem hæredis mitti non possunt ante sex menses: sed per prætorem denegantur hæredi hæreditariæ actiones, & legatarij eas possunt persequi: dicas tamen extra casum quòd post sex menses bene possunt legatarij mitti in possess.rerum hæreditariarum: vt.s.eo.l.is cui.§.imperator. alij habent principium huius legis,si nullæ sint res &c.& tūc dic nullæ,scilicet corporales: sed incorporales sic:& erit similiter plana.Viuianus.

*Flo.facit

c *Si inutiles.*aliàs, si nullæ.aliàs,si inutiles, quod tantundem valet:vt.s.quòd cuiusque vniuersi.no.l.j.§.pe.cum concor.

d *Res.*corporales.

e *Hæredis.*nisi post sex menses ex constitutione Antonini:vt.s. eo.l.is cui.§.imperator.

f *Ipsi legatarii.* & est sic.j. de re iudica.l. à diuo Pio.§.j. &.§. sic quoque.&.s.quod cuiusque vniuer.l.ciuitates.

SI fideicommissum.] CASVS.Titius(ponamus)instituit sibi hęredem Seium,& tibi Gaio reliquit legata vel fideicommissa,& mihi reliquit equum suum per fideicommissum,& decessit dictus Titius:& tu Gaius petiisti à Seio hærede vt satisdaret tibi de legatis vel fideicōmissis relictis: & cum tibi non satisdaret,fuisti missus in possessionem rerum hæreditariarum causa seruandorum legatorum,vel fideicommissorum:inter quas res hæreditarias tenes eam rem quæ erat mihi relicta per fideicommissum,id est,dictum equum.certe verius est me cui eaipsa,scilicet res relicta est, eam habere, scilicet debere potius quàm te qui esses ingressus in eam quoque rerum possessionem legatarius mittendus erit, quę dolo malo eius cui restituta est hæreditas,in hæreditaria causa[esse]desierunt.

IX. IDEM libro nonodecimo Quæstionum.

ETiam[a] si condemnatus hę res fuerit, nec pecuniam soluat:legatarius potest desiderare mitti in possessionē. ℣ Cū sub cōditionibus[b] cōtrariis eadem res duobus legatur:si non caueatur, vterque mittitur in possessionem.

X. PAVLVS libro tertio Sententiarum.

SI inutiles[c]*sint res[d] hæreditariæ in quas legatarij vel fideicommissarij mittantur: in rem quidem hæredis[e] mitti nō possunt, sed per prætorem denegatas hæredi actiones ipsi[f] persequentur.

XI. HERMOGENIANVS libro quarto Iuris Epitomarum.

SI fideicommissorum vel legatorum seruādorum causa missus in possessionem, eam rem teneas quæ mihi per fideicommissum relicta esset:ęquius est[g] me eam habere, cui ea ipsa relicta est: quàm te,qui alterius fideicommissi nomine ingressus in eam esses. Nam & si mihi sub conditione legatum sit, & tu medio tempore in possessionem eius missus*fueris legatorum seruandorum causa, deinde conditio impleta sit:non denegabitur mihi eius rei integra persecutio.[h] Sic enim & si statuliberū ex eadem causa[i] possidere cœpisses,*impleta conditione iustam libertatem eius impedire non potes.[k]* Si rei seruādæ causa in possessionem missus[l] esset proprius creditor hæredis,[m] & rei per fideicommissum mihi relictæ adept[9] fuerit[possessionem:]nihil me per eum lædi oportere conuenit: non magis quàm si ab ipso hærede eam rē pignori accepissem.

*Flo. cū

*Flo.posse

XII. MAECIANVS libro duodecimo Fideicommissorum.

MVnicipio fideicommissum[n] relinqui posse, dubium non est. Sed si non caueatur:[o] aduersus municipes[p] quidem non dubitabimus ex hoc edicto iri in possessionem posse.ipsos[q] verò municipes, si his non caueatur, non idem adsecuturos:[r] sed extraordinario remedio opus erit, videlicet vt decreto prætoris actor[s] eorum in possessionem mittatur.

Etiam pro re minima legatarius mittitur in possessionem omnium bonorum hæredis.

XIII. CALLISTRATVS libro tertio Edicti Monitorij.

QVamuis minima res legata sit, vel per fideicommissum relicta: tamen

a *Etiam.* facit.titu.j. l.j.§.plane.&.l.etiam.

b *Sub conditionibus.*& facit supra, titu.j.l. sed & ipsis.cum concor.

c *Si inutiles.*aliàs, si nullæ.aliàs,si inutiles, quod tantundem valet:vt.s.quòd cuiusque vniuersi.no.l.j.§.pe.cum concor.

d *Res.*corporales.

e *Hæredis.*nisi post sex menses ex constitutione Antonini:vt.s. eo.l.is cui.§.imperator.

f *Ipsi legatarii.* & est sic.j. de re iudica.l. à diuo Pio.§.j. &.§. sic quoque.&.s.quod cuiusque vniuer.l.ciuitates.

g *Aequius est.* sic. C. de pigno.l.fi. & authē. ibi posita. & supra, de pecu.l. ex facto.§. plane si ex republi. & de tribu.l. procuratoris.§. sed & si dedi.Hugo.

h *Persecutio.*id est, actio in rem quæ contra quemlibet tenētem datur: vt supra, de rei vindi. l. officium. sed an actio ex testamento datur? & videtur quòd sic: vt.C.communia de lega.l.j. &.ij. & supra, tit.j.l.j.§. plane. &.l. is cui.§.fina.Hug.

i *Ex eadem causa.*scilicet legatorum.

k *Non potes.* aliàs, nō potest,scilicet talis missio:vt.C.communia de lega.l.fina.§.sin autem. & authen.ibi posita.

l *Missus.* in omnia bona:vt.j.eo.l.quamuis.

m *Hæredis.* secus in hæreditario:quia præfertur mihi:vt.C.de iure delibe.l.fi.§.sed & si legatarij.& facit ad.§.principium huius legis.Accursius.

MVnicipio.] CASVS. Municipio bene potest relinqui fideicommissum. & si municipibus non caueatur per hæredem nomine fideicommissi, non assequuntur municipes vt mittantur in possessionem rerum hæreditariarum ex hoc edicto: sed erit opus extraordinario auxilio, videlicet vt decreto prætoris actor eorum in possess.mittatur: sed si municipium sit institutum hæres,& ab eo legata vel fideicommissa relicta, & non caueatur à municipio legatariis vel fiddeicommissariis: aduersus municipes quidem non dubitamus posse iri in possessionem ex hoc edicto.Viuianus.

n *Fideicommissum.*vniuersale:vt.s.ad Trebel.l.omnibus. & singulare:vt.s.de leg.j.l.fi hæres.§.j.&.l.ciuitatib.Accursius.

o *Si non caueatur.* à municipio instituto hærede vel successore per Trebellia.alicui singulari legatario.

p *Municipes.*si ipsi debeant legatum.

q *Ipsos.*cum eis est legatum,vel ipsi municipio.

r *Assecuturos.*scilicet possessionem: quia vniuersitas facile consentire non potest: [a] vt.j.de lib.vniuer.l.j.cum concor.

a *Vniuersitas non de facili cōsentit: sic nec facile cōgreditur.l.2.*

s *Actor.*vel seruus : vt.j.de acquir.poss.l.ij.&.s. quod cuiusque vniuer.no.l.fi.& ad Trebel.l.ita tamen.in princip.

QVamuis.] CASVS. Si hæres non soluat legatum vel fideicommissum legatario vel fideicommissario, vel eo nomine non caueat cum satisdatione legatario vel fideicommissario, cum scilicet caueri oportet:prætor mittit legatarium siue fideicommissarium in possess. omnium bonorum quæ sunt ex ea hæreditate

§. deinde quia diffic

BIU Cujas

tile.ſ. de origi.iur. & alibi opus eſt quòd ſint duæ partes ad minus antequã fatiant actũ. vide per gl. in.l. nulli. quod cuiuſque mnium. allega. in.l. ſuũ.§. bodie.de pac.

hæreditate cauſa legatorum ſeruandorũ.& hoc eſt verum,quamuis minima ſit res legata, vel per fideicommiſſum relicta quam non vult hæres ſoluere vel eo nomine cauere cum ſatiſda. cum ſcilicet eſt cauendum cum ſatiſdatione. nam quandoque non eſt ſatiſdandum: vt not.ſ.tit.j.l.j.ij.reſpon.

a *Omnium bonorum.* vt infra, qui. ex cau. in poſſeſ.ea.l.j. & facit ſupra, ſi quis omiſ.cau. teſt.l. & ſi non totam. &.l.ſequen.& ſeq. Sed arg. contra. ſupra, de dolo.l.ſi oleum. in fin. &.l.ſeq. Et nota quòd de alia miſsione in rẽ loquitur. C. commu. de lega. l. j. ſcilicet in ipſam rẽ legatã, quàm hic dicatur.

Quæ legatorum.] CASVS. Ponamus quòd Titius legauit filiæ ſuæ non nuptæ centum: & cum nõ caueretur,miſſa eſt in poſſeſ.bonorũ hæreditariorum. nunquid poteſt deminuere de bonis in cauſa veſcendi? & dicas quòd ſic: ſi non habet quicquam, ſiue vnde alipoſsit. & idem dico in nepte eiuſdem Titij,& pronepte,& vxore.Viuianus.

ſi non ſoluantur ab hęrede,vel eo nomine caueatur, cùm cauerioporteat: in poſſeſsionem omnium bonorum [a] quæ ex ea hæreditate ſunt, legatarium ſiue fideicommiſſarium prætor legatorum ſeruandorum cauſa mittit.

XIIII. LABEO libro ſecundo Poſteriorum à Iauoleno Epitomatorum.

QVæ legatorum ſeruandorum cauſa in bonis eſt: in cauſa veſcendi deminuet,ſi filia, [b] neptis, [c] pneptis, vxórve [d] ſit, nec nupta ſit, nec ſuum quidquam habeat.

In tribus contentis in litera non mittitur legatarius in poſſeſsionem rerũ hæredis,licet hæres alienet res hæreditarias.hoc dicit.

XV. VALENS libro ſeptimo Actionum.

b *Si filia.*ſcilicet defuncti legatarij eſſet miſſa:& ſic de aliis ſequentibus.Accurſius.

c *Neptis.*ex filio vel filia.idem in pronepte,ſiue ex nepte,ſiue ex nepote.

d *Vxórve.* ſcilicet defuncti: ſed quidam dicunt de filia hæredis,dum dicit,filia neptis & cætera.& ſic de aliis,quod nõ placet: quia dicit nec nupta ſit: quod ad vxorem hæredis non poteſt referri. Sed quid dices de maribus deſcendentibus? Reſpon. non idem, quia non ſunt vitæ ſequioris vel debilis vt fœminæ. argu. ſupra,de tranſact.l.cum hi.§.ſed & perſonarum.& patet: quia in multis ſunt alterius conditionis quàm mares: vt ſupra, de ſta.homi.l.in multis.Item quid dices ſi ſit alia fœmina de liberis? videtur idem, cum eadem ſit ratio:ergo idem ius:vt ſupra,eo.l.is cui. §.conſtitutio.& argu.infra,de Carbo. edic.l.ſed & is.in princip. &.§.an autem. & de ven.in poſſeſ. mitten.l. vbicumque.§.j. vel forte aliud in remotioribus.arg.C.de quæſtionibus.l.diuo.extranei autem omnia debent ſeruare ex edicto:& nihil deminuere etiam cauſa veſcendi:vt ſupra, eo.l.is cui.§.qui legatorum. vel in legatis & vſuris computare ex conſtitutione: vt ſupra, eod.l. is cui.§.quæri.& ad hoc infra,de Carbo.edic.l. de bonis.§. qui pupillis.&.§.non ſolum.Item eſt hic argu. quòd vxor intra annum à tempore mortis viri ſit alenda: quod dic vt not.C. de rei vxo. ac.l.cum autem.hic autem alio caſu loquitur, quando ſcilicet eſt vxor in poſſeſ.cauſa legati.Item facit ad.l.ſupra, de inoffic.teſt.l. ſi inſtituta.§.de inofficioſo.&.C.de or.cogn.l.ſi.Accurſius.

Interdum.] CASVS. Si legatario non ſatiſdat hæres de legato ſoluendo,debet mitti legatarius in poſſeſsionem rerum hæreditariarum: hoc eſt earum rerum quæ in cauſa hæreditaria manent. earum autem rerum quæ in cauſa hæreditaria non erunt, non mittitur in poſſeſ.quàm ſi dolo malo, ſcilicet hæredis vel alterius qui debet,in ea cauſa, ſcilicet hæreditaria eſſe deſierint: vt ſupra,eod.l.is cui.§. qui in poſſeſ. & ita debet mitti legatarius in poſſeſſ.rerum hæreditariarum quæ deſierunt eſſe in hæreditate dolo hæredis.hoc tamen fallit in tribus caſibus.Primus eſt ſi hæres fecerit locum hæreditariũ religioſum, puta in eum mortuum inferẽdo: & ita fit nullius, & ſic deſinit eſſe in cauſa hæreditaria: vt argu. inſtitu. de re. di.§. nullius. &.§. religioſum. Secũdus eſt ſi hæres cõſecrauit quid, id eſt aliquid hæreditarium publicè permiſſu ſcilicet Imperatoris, nam & illud deſinit eſſe in cauſa hæreditaria. Tertius eſt ſi manumiſerit hæres aliquẽ ſeruum hæreditariũ in fraudem creditorum,id eſt legatariorũ qui debẽt mitti in poſſeſsionem rerum hæreditariarum.nam & ille ſeruus deſinit eſſe in cauſa hæreditaria: & hoc ſi habes in litera, aut ſi aliquem in fraudẽ creditorum manumiſerit: vel habeas, aut ſi aliquem non in fraudem creditorum manumiſerit &c. tunc ſubaudi: ſed manumiſerit in fraudem legatarij vel legatariorum. nam ſi in fraudem creditorum hæreditariorum vel creditorum hæreditarij manumiſiſſet ſeruum hæreditarium,nulla eſſet manumiſsio: vt inſtitu.qui ma. non poſſeſ.in princip.&.§.in fraudem. & ita non deſiiſſet eſſe in cauſa hæreditaria.Viuianus.

INterdum [e] licet dolo malo fecerit hæres quò minus res in cauſa hæreditaria maneant, nõ poterit in poſſeſsionem earum legatarius mitti: veluti ſi locum religioſum [f] fecerit, aut quid publicè cõſecrauerit,permiſſu [g] ſcilicet Imperatoris,aut [ſi] aliquem non in fraudem [h] creditoris manumiſerit.

Finit quinta pars Digeſtorum ſeu Pandectarum de teſtamentis, deq; his,quæ ex cauſa teſtamentorum pendent.

SEQVITVR SEXTA pars de bonorum poſſeſsionibus &c.

e *Interdum.*regulariter enim eſt contra:vt.ſ.eo.l. is cui.§.qui in poſſeſsionem.&.§.ſed non omnem.

f *Locum religioſum.* inferendo in ſuum locum ſit nullius:vt inſti. de re.diui.§.nullius.& deſinit poſsideri:vt.j.de acqui.poſſeſſ. qui vniuerſas.§.j.& ſic deſinit eſſe in cauſa hæreditaria.

g *Permiſſu.*exponit publicè: ſed certè immo videtur per pontifices etiam ſine principe: vt inſtitu. de rerum di.§. ſacræ. niſi ſit locus publicus:vt.ſ.de rerũ di.l. ſacra. in principio. ſed dices hic ſpeciale,cum alij præiudicet:vel illas intellige ſecundum iſtam.

h *Non in fraudem.* ſi autem in fraudem, ipſo iure non valet: vt inſtitu.qui ma.non poſſunt. in princi.fuit ergo dolus quoad legatarios,prout in principio.l.patet. non ergo quoad creditores: & eſt ſpeciale his caſibus. Alij dicunt factam manumiſsionem in fraudem vnius legatarij,alterius non:vt ille mittatur in poſſeſsionem in cuius fraudem fit,alter non: vt argu.j.ex qui.cau. in poſſ. ea.l.Fulcinius.§.ſi aduerſus.quod non placet: quia libertas tenet, vt hæc lex dicit.Item no.hic argu.quòd legatarius non eſt creditor: [a] vt.j.de act.& obli.l.is cuius.&.ſ.eo.l.is cui.§.ſi plures.Item ad totum titulum eſt cõtra infra,quæ in frau.cre.l. pe.§.j.vbi cõditionalis creditor non mittitur in poſſeſsionẽ.Sed illud in conuentionali:& eſt ratio,quia iſte qui de lucro certat,plus timet hæredem ne reſiſtat quàm verus creditor.Accurſius.

Finit liber XXXVI. Digeſtorum.

a *Habetta men tacitã hypothecam p legato etiã iure digeſtorum.l. creditoribus j. de ſepara tio.Bart. in l.is cui. § poſtquã.ſ. vt in poſ.le. & in.l.i.ſ. de leg.i.*

BIU Cujas

DE BONORVM POSSESSIONIBVS.

Dictum est de successionibus ex testamento de iure ciuili vniuersalibus & singularibus: sequitur de his qui iure prætorio succedūt. sic supra, de bonorum possess. hæred. pet. l. i. & quiæ hoc fit per bonorum possessideo de his primo dicit in genere: postea per species.

Digestorū

seu Pandectarum Liber trigesimusseptimus.

DE BONORVM POSSESSIONIBVS.

TITVLVS I.

In hac lege cum sequenti iurisconsul. ponit effectum bonorum possessionis agnitæ: quē effectū probat duabus rationibus. Bart.

I. VLPIANVS libro trigesimonono ad Edictum.

Bonorū possessio admissa, [a] commoda & incommoda [b] hereditaria, itēq; dominiū [c] rerum, que in his bonis sunt, tribuit. nam hæc omnia bonis sunt coniuncta. [d]

II. IDEM libro quartodecimo ad Edictum.

IN omnibus [e] enim vice [f] hæredum bonorum possessores habentur.

III. IDEM libro trigesimonono ad Edictum.

BOna autem [g] hic (vt plerūque [h] solemus dicere) ita accipienda sunt, vniuersitatis cuiusque successionem qua succeditur in ius demortui, suscipitúrque eius rei commodum & incommodum. Nam siue soluendo sunt bona, siue non sunt, siue damnum habent, siue lucrum, siue in corporibus sunt, siue in actionibus: in hoc loco [i] propriè bona appellabuntur. ¶ Hæreditatis autem bonorūve possessio [k] (vt Labeo scribit) non vti rerum possessio accipienda est. est enim

Bonorū] Ad euidentiā not. q̄ ius bonorum possessionis. i. bon. possess. quæ est ius. ſ. persequendi retinendiq; patrimonij, siue rei quæ cuiusque cum is moritur, fuerit: vt. j. eo. l. iij. §. bonorum. ergo &c. introductum est à prætore emendandi gratia veteris, id est ciuilis iuris. i. supplendi, quia minus plene dixerat ius ciuile non cognoscēs emancipatos: vt insti. de hære. quæ ab intesta. §. emancipati. vel dic emendādi propriè, vt in agnatis fœminis, vbi ius prætorium cōtra ciuile dixit: vt institu. de leg. agna. suc. §. sed qa. neque solum in intestatorum hereditatibus vetus ius eo modo prętor emēdauit sicut. ſ. dictum est: sed in eorum quoq; qui testaméto facto decesserunt. nam si alienus posthumus hæres fuerit institutus, quamuis hæreditatem iure ciuili adire non poterat, cum institutio non valebat, honorario tamen iure bonorum possessor efficiebatur, videlicet cum à prætore adiuuabatur: vt insti. eo. in prin. Est autem posthumus alienus, qui natus inter suos hæres testatori futurus non est: ideoque ex emancipato filio conceptus nepos extraneus erat posthumus auo: vt insti. de leg. §. posthumo. aliquando tamen neque emendandi, neq; impugnandi veteris iuris, sed magis confirmandi gratia pollicetur bono. pos. nam illis quoq; qui recte facto testamento heredes instituti sunt, dat secundum tab. bono. possess. Item ab intestato suos hæredes & agnatos ad bono. pos. vocat: sed & remota quoque bono. poss. ad eos hæreditas pertinet iure ciuili: vt insti. eo. §. aliquādo. Item nota quòd bono. pos. habet similitudinem cum hæreditate: quia vt hæreditas commoda & incommoda habet: vt. j. de verb. sign. l. hæreditatis appellatio. ita & bo. pos. vt hic. immò & si nō sint soluēdo bona, dicitur hæreditas vel bo. poss. & vtriusq; idem est effectus. solum differunt in eo quòd hæreditas auctoritate iuris ciuilis nititur: vt dicto. §. aliquando. ibi, sed & remota &c. nec desiderat aditio hæreditatis auctoritatem iudicis viuētis. nam extraneus hæres testamento institutus, aut ab intestato ad legitimam heredi tatem aliquis aduocatus potest aut pro hērede gerendo, vel etiam nuda voluntate suscipiendæ hæreditatis hęres fieri: vt insti. de hę re. quali. & dif. §. fi. & dic vt ibi. at bono. poss. nititur auctoritate iuris prætorij: vt arg. in dicto. §. aliquando. & exigit agnitio eius præsentiam iudicis. prætor enim non potuit facere heredem: quia hoc fit lege & senatusconsulto, sed bonorum possessorem loco hæredis constituit: vt insti. eo. §. quos auté. Est ergo possessio alia edictalis: vt quæ ex edicto prętoris mortui decernitur. alia decretalis, quæ à viuo prætore decernitur. vel hodie, quia nō est necessarium eā decerni vel dari, dicitur iudicialis à iudicis præsentia, quę in eius agnitione exigitur: vt. j. e. l. iij. §. à municipibus. & si tabulæ testamenti nullæ exta. l. j. §. j. & C. eo. l. fina. & insti. eo. §. fin. & C. de cu. fu. l. fina. §. j. Item not. quòd plures sunt bono. possess. vt no. hic super litera. Ponamus ergo hic quòd Titio delata est bono. possess. & ipse admisit eam. certe hæc bono. possess. per eum admissa tribuit ei commoda & incommoda hæreditaria scilicet quæ sunt iuris. Item tribuit ei dominium rerum quæ in his bonis sunt, in quibus scilicet bonis est delata ei bono. possess. & per eum admissa. nam hæc omnia sunt coniūcta bonis. & bene dico quòd bono. poss. admissa tribuit prædicta. nam bonorum possessores habentur in omnibus vice hæredum. ſ. fere. hæredi autem bene tribuuntur prædicta. bona autem hic accipiēda sunt sicut plerumq; solemus dicere successioné vniuersitatis cuiuscunq; qua siue per quam succeditur in ius mortui, & suscipitur eius rei commodum & incommodum. nam siue bona sunt soluendo, siue nō: siue damnum habent bona, siue lucrū: siue sunt in corporibus bona, siue in actionibus: ꝓprie appellabuntur bona in hoc loco. subaudi, quāuis aliàs bona quæ debeantur, dicātur ea quæ nullum incommodum habent, sed solum commodum: vt. j. de verbo. signi. l. bonorum appellatio. j. &. l. propriè. &. l. subsignatum. §. bona. Scias autē quòd hæreditas bonorúmve possessio nō vtique est accipienda. ſ. taliter quòd sit siue dicat possessio rerū quæ sunt in hæreditate mortui. bonorum enim possessio est magis possessio iuris q̄ corporis. i. iuris, & nō corporis. denique & si nihil corporale sit in hæreditate, attamen Labeo ait rectè agnitā bo. pos. ei. ſ. mortui. Quo modo ergo definiemus bono. poss? certe sic: Bonorum possessio est ius persequendi retinendique patrimonij, siue rei quæ cuiusque cum is moritur, fuerit. & dicas quòd est ius, scilicet prætorium, & non ciuile: & est ius propter quod persequimur: non autem quo persequimur: vt super litera. not. nemini autem inuito acquiritur bono. possess. h. d. cum duabus. ll. sequen. vsque ad. §. à municipibus. Viuianus.

Bonorum possessio quid est.

Casū suscipit.

a *Admissa.* quæ olim etiam cum solennitate: & dicebatur decretalis. quod dic vt infra. l. iij. §. sed & si nemo. hodie non: vt. C. e. l. penul. & vlti.

b *Incommoda.* quæ iuris sunt: vt actiones: vt & C. de iure delibe. l. si sorori. & non facti: vt infra, de acquir. possess. l. cum hæredes. sic supra, ad Trebellia. l. facta. &. C. vnde lega. l. non hoc. Item hæc sunt vera in bonorum possess. quæ tribuunt ius: quæ sunt. vij. duæ ex testamento scilicet secundum tabul. & contra tabul. quatuor scilicet ab intestato, vnde liberi, vnde legitimi, vel agnati, vnde cognati, vnde vir & vxor. Item. vij. extraordinariæ: vt insti. eo. §. sunt autem. &. §. septima. at tres sunt quæ non tribuunt ius: vt Carboniana. Item ventris. Item quæ datur filio emancipato gratia agnoscendæ litis: de quibus hic non dicit. Nam primæ cum causæ cognitione dantur, istæ non, vt dices infra, eo. l. iij. §. si causa.

Bono. poss. quæ ius tribuunt. sunt septem.

c *Itemq; dominium.* vtile. nam directum solus hæres habet: vt. ſ. de mi. l. & si sine. §. sed quod Papinianus. ibi, & quod ait &c. hic autem non hæres, sed loco hæredis est: vt insti. e. §. quos auté. &. j. l. proxi. quæ huic continuatur. &. j. de reg. iur. l. prætor. Accursius.

d *Coniuncta.* vt infra. l. iij. in prin. Arg. contra supra, de iure do. l. mulier. H. sed ibi in contractu.

e *In omnibus.* fere, sub. vt. j. l. iij. §. inuito. &. §. acquirere. Azo.

f *Vice hæredum.* non autem vere sunt hæredes: vnde non habent peti. hæredi. directam, sed vtilem: vel bono. possess. Item vtiles actiones hæreditarias: ciuiles tamen remanent: vt no. supra, de bono. pos. hære. pe. l. j. &. ij.

g *Bona autem.* Iurisc̄ōsul. volens definire quid sit bonorum possessio, ante omnia vult ostēdere significationem huius verbi, bonorum, & huius verbi, possessio, quæ sunt simul composita. Primo ponit expositionem vsque ad. §. inuito. & sic habet tres partes: vt in eo patet. Secunda ibi, Hæreditas autem. Tertia ibi, Bonorum. Barto.

Diuisio.

h *Plerumque.* sic. ſ. ad Treb. l. nam quod. in fi. &. l. si legatum. §. si quis. &. j. quorum bo. l. j. §. j. &. j. de verbo. signi. l. bonorū. ij. &. ſ. de pe. hære. l. item veniunt. §. ait senatus. his enim legibus bona & hæreditas idem est quantum ad effectum. Accursius.

i *In hoc loco.* alias non: sed ea tantum quæ sunt sine incommodo: vt infra, de verbo. signifi. l. bonorum. j. &. l. propriè. &. l. subsignatum. §. bona.

k *Bonorúmve possessio.* pro vna dictione ponitur bono. poss. nec enim idem est possessio bonorum, & bo. poss. Accursius.

BIU Cujas

a *Magis.* electiuè, non comparatiuè. sic. ff. cõmuni diui. l. si conuenerit. Idem in aliis quæ in iure consistunt: vt instit. de re. cor. vel incor. §. j.

b *Labeo ait.* vt. ff. de peti. hære. l. hæreditas.

c *Ius persequendi.* Dic prætorium non ciuile, vt differat ab hereditate. & sic non ob. j. de verbo. signifi. l. nihil aliud. Item dic ius propter quod psequimur, non quo persequimur, ad differentiam bono. possess. pe. hære. sic enim non est instrumentum agendi. nec enim dicit ago bono. possess. vnde liberi vel alia: sed ago pet. hæred. vtili, vel alia actione hæreditaria propter bonorum possess. vnde liberi quam agnoui. & hoc etiam patet: quia competit possidenti: vt subiicit, retinẽdi &c. &. j. de contra tabu. l. si præteritus. &. j. de secun. tabu. l. j. §. si sub. & argu. ff. de inoffic. test. l. Papinianus. §. si filius. quod non esset si esset instrumentum agendi: quia nulla actio datur possidenti: vt. j. vti possess. l. j. §. interdictum. Sed si agnoui bonorum possess. vnde liberi probando me filium, & alius veniat vt agnoscat, & probet me non filium, an auditur? Et videtur quòd non postquam habui decretalem: vt infra, de acquiren. poss. l. iuste. &. ff. de relig. l. at si quis. §. j. in princip. Sed dic contra: quia sub hac cõditione videtur prætor dedisse, si filius est. arg. C. de diuer. re. l. vniuersa. & de insti. & sub. l. generaliter. §. j. Itẽ quia res inter alios acta non præiudicat. & facit ad hoc quod not. C. quorum bono. l. j. itẽ expressum est. j. de leg. pres. l. filium. §. si quis. Item an sit aliquis vocandus, dic vt. j. eo. l. j. §. penul.

Hanc bonorum possessionis definitionẽ elegãter explicat & tuetur Alcia. para. 4. cap. 1.

Possidenti nulla datur actio.

d *Rei.* id est, patrimonij. pro eodem autem ponitur. nam rei appellatio etiam hereditatem continet: vt insti. de re. cor vel incor. §. j. Vel dic rei etiam singularis. nam & pet. here. pro re minima tota datur: quia in totum hæres est: vt. ff. de peti. hære. l. regulariter. & l. licet. & idem in interdicto quorũ bono. vt. j. de fur. l. hoc amplius. & l. seq. nec ob. j. quorum bon. l. j. §. j. quia subau. ibi tantũ. vel dic rei quando vna sola res est in hæreditate: vt supra, de hæredi. instit. l. ex facto. §. dicebam. Accursius.

e *Inuito.* secus in hæreditate quandoque: vt insti. de hære. qua. & dif. in princip. &. §. sui. Item hoc verum nisi sit rogatus restituere alij: vt supra, ad Treb. l. j. §. bonorum. Item hoc verum de decretali. Sed quid de edictali? secus, vt infra, proxi. §. sed & si nemo & cætera. sed Ioan. contra. dicit enim edictalem non acquiri ignoranti, sed veluti pomũ offerri. Azo. Item hoc verum directo vel per obliquum, vt per filium vel seruum: vt supra, ad Trebel. l. si legatum. §. si filio. & l. seruo. in principio. &. §. j. sed alia lucra per obliquum inuito acquiruntur, nõ directo: vt supra, de nego. gest. l. soluendo. & facit. C. de iure deli. l. nec emere. &. C. vnde leg. l. fi. & infra, de reg. iur. l. inuito. Accursius.

A municipibus.] *CASVS.* Ponamus quòd Titius instituit sibi hæredem aliquod municipium, & decesit. numquid bonorũ possessio potest adgnosci à municipibus? Et certe sic: proinde siue actor municipum admittit bonorum poss. nomine eorum, siue quis alius puta syndicus eorũ, vel cui ex lege permittitur, siue administrator municipij: recte competit bonorum possess. sed & si nemo petat vel adgnouerit bono. poss. nomine municipij: habebit municipium bonorũ poss. edicto siue per edictum prætoris. s. mortui. i. habet edictalem bono. poss. & quod dixi in municipio, idem dicendum est in societatibus & curiis & corporibus. Viuia.

Societas cel legium, & corpus, differunt.

f *Municipibus.* & corporibus decurionum. & est differentia: quia societas est quando non simul cohabitant. collegium quando sic. corpus est genus.

g *Quis alius.* vt syndicus, vel is cui ex lege permittitur, siue administrator municipij: vt supra, quod cuiusque vniuer. l. j. §. quibus &. l. nulli. &. l. ciuitates. vel etiã in defectũ extraneus idoneus tamen: vt supra, quod cuiusque vniuer. l. j. §. penul. & infra, de no. ope. nun. in prouinciali. §. fina. & l. sequẽ. & dic quòd municipio & ciuitati tantum secundum tabu. potest quæri. fisco autem & societatibus & corporibus & curiis etiam ab intestato: vt supra, ad Trebel. l. recusare. §. si fisco. &. §. itẽ. &. l. omnibus. &. C. de hæred. decu. per totum.

h *Prætoris.* scilicet mortui. & hæc dicitur edictalis, vt hic. alia est decretalis quæ à vno prætore decernitur, de qua habes. j. de suc. edi. l. j. §. decretalis. vel dic quòd vna est edictalis, sed non habet effectum, nisi decernat iudex dicendo, decerno eum bono. possess. sicut dicitur in rescissoria: vt. C. quib. ex cau. ma. l. fin. sed hodie iudicialis potest dici quę olim dicebatur decretalis: vt no. ff. l. j. in princip.

Bo. poss. alia edicta. lia alia decretalis.

iuris magis [a] q̃ corporis possessio. Deniq; & si nihil corporale est in hæreditate: attamen rectè eius bonorum possessionẽ adgnitam Labeo ait. [b] ℣ Bonorum igitur possessionem ita rectè definiemus, ius persequendi [c] retinẽdiq; patrimonij, siue rei [d] quæ cuiusque, cũ moritur, fuit. † Inuito [e] autem nemini bonorum possessio adquiritur. ℣ A municipibus [f] & societatibus & decuriis [g] & corporibus bonorũ possessio adgnosci potest. Proinde siue actor eorum nomine admittat, siue quis alius: [g] rectè competet bonorũ possessio. Sed & si nemo petat vel agnouerit bonorum possessionem nomine municipij, habebit municipium bonorũ possessionem prætoris [h] edicto.

℣ Dari autẽ bonorũ possessio potest tã patrisfamiliàs quàm filiifamiliàs: si modò [i] ius testãdi habuit de peculio castrensi, vel quasi [k] castrensi. Sed & eius qui apud hostes decessit, bonorum possessionẽ admitti posse (quãuis in seruitute decedat) nulla dubitatio est. [l] ℣ Adquirere [m] quis bonorũ possessionẽ potest vel per semetipsum, vel per aliũ. [n] Quod si me nõ mandante bonorum possessio mihi petita sit: tunc cõpetet, cũ ratũ habuero id quod actũ est. Deniq; si ante decessero quàm ratum habeã, nulla dubitatio est quin nõ cõpetat [o] mihi bonorũ possessio: quia neq; ego ratũ habui, neq; hęres meus ratũ habere potest, cũ ad eũ non trãseat [p] ius bonorum possessionis. ℣ Si apud hostes decedat, nulla dubitatio est posse admitti eius bono. poss. quamuis decedat in seruitute.

i *Si modo.* restringit in filio ad testamentariam tantum: quia si intestatus decederet, pater iure peculij occupat etiam castrense: vt infra, de castrensi pecu. l. ij.

k *Vel quasi.* de vtroq; potest testari: vt. C. de inoffi. testa. l. fina.

l *Dubitatio est.* quia fingitur mortuus ante captiuitatem: vt. ff. de vulga. substi. l. lex Cornelia.

Adquirere.] *CASVS.* Per semetipsum & per alium potest quis acquirere bono. possess. Quid si me non mandante sit mihi petita bono. poss. per alium? certe tunc mihi cõpetit cum habuero ratum id quod actum est per eum. s. qui mihi petiit bono. possess. Quid si ante decedam quàm ratum habeam? certe neq; mihi competit, neque hæredi meo potest competere si velit habere ratum tanquam meus hæres, cum ad eum non transeat bono. possess. Et ad euidentiam. §. si causa. nota quòd quandoq; datur bo. pos. causa cognita, vt in illis bono. possess. quæ tribuunt ius: & quandoque sine causæ cognitione, vt in his quæ non tribuunt ius: vt infra, quis ordo in bono. possess. seruetur. l. ij. §. dies. &. §. in bonorum. & de Car. edi. l. iij. §. causę. De quibus tribuẽtibus & nõ tribuentibus ius notandum est supra, eod. l. j. Dicit ergo hic. §. quòd si bono. possess. detur causa cognita, non dabitur alibi quàm pro tribunali scilicet iudice sedente. & est ratio: quia neque de plano & sine causæ cognitione potest interponi decretum iudicis qui decreuit & dat alicui bono. possess. immò debet interponi cum causæ cognitione, neque potest dari vel decerni bono. possess. causa cognita alibi quàm pro tribunali. Viuianus.

m *Adquirere quis.* liber homo patersfamiliàs & maior. xxv. annis, vt dices infra, eo. l. seruus.

n *Per alium.* scilicet procuratorem qui habebat etiam generale mandatum: vt. j. de solu. l. vero. & arg. ff. de admini. tu. l. si duo. sed hic exigitur speciale, arg. ff. de acquiren. hære. l. si quis mihi bona. §. iussum. sed illud in hæreditate ciuiliter acquirenda: vbi etiam iussus debet præcedere, vt ibi: quod hic non est necesse: vt supra, ad Trebel. l. seruo. in prin. Item contra. ff. de acquiren. hæredi. l. Paulus. Sed ibi in hæreditate quæ nuda voluntate acquiritur. & sic statim ex quo constituo procuratorem: sum hæres, & ita nil habet facere: sed hic opus est eam peti.

o *Quin non competat.* id est non competat. vt probat statim, & supra, de acquiren. hęre. l. si quis alicui. & infra, rem ra. ha. l. si is. &. l. bonorum.

p *Non transeat.* not. non adgnitam non transmitti: vt. C. eod. l. emancipata. Sed contra. j. de cõtra tab. l. illud. §. si quis. &. §. quod maxime. cum. l. seq. sed ibi duo sunt speciales casus. & patet ibi ratio, & eadem ratione est speciale. j. de Car. edict. l. scriptus. &. ff. de acqui. hære. l. ventre. quæ sunt contra. Item nõ ob. ff. de acqui. hære. l. Pan-

BIU Cujas

re.l.Pantonius.Sed ibi iure in integr.resti.petit hæres, non communi iure: vt & ibi dicit.Item contra infra,de suc.edic.l.j.§.quibus.Sed ibi defertur sequenti gradui, non hæredi primi gradus. Item sic est in hæreditate de iure ciuili,vt non adita nō transmittatur,nisi in casibus:vt.C.de cadu.tol.§.in nouissimo.

a *Dabitur.* quæ ius tribuit.

b *Pro tribunali.*ſ.iudice sedente,non de plano.vnde cum causa cognita & per officiū iudicis detur, non potest delegari:vt.ſ.de off.p consul.l. nec quicquā. §.j.secus in his quę nō tribuunt ius: vt Carb. & ventris: quoniam de plano dari possūt si sesemiplena causæ cognitio interuenit:vt infra, quis or.in bono. poſſ. ser.l.ij. §. dies. &. §. in bonorum. & infra, de Carb. edi.l.iij. §. duæ. Item secus in manumissione, quæ de plano similiter fieri potest: vt instit.de libertinis.§.in multis.hodie autem sufficit agnitio coram iudice sine petitione & datione bono. poſſ. vt C.e.l.penul.& fi.&.C. de cura.fu.l.fi.§.ij. Sed numquid vel petitio olim vel agnitio hodie fieri debet altera parte præsente & contradicente in forma iudicij?quod videtur:vt supra,de mino.l.in causæ.§.causa.Item cum dies vtiles computentur : vt.d.§.dies,id est, in quibus est copia aduersarij & iudicis: vt infra, de diuer. præscrip.l.j.igitur aduersarius est vocandus. Sed certe lex illa loquitur quando exigitur vocari aduersarius.dicas ergo non in forma iudicij,cum seruus possit quandoque petere: vt infra,eo.l.seruus & pupillus.&.C.eo.l.bonorum.Item si appareat eum nō potuisse poſſ.petere, non ob.vt no.ſ.§.bonorum. Item quia peti potest ab aliquo non existente hærede: vt infra, de contra tabu.l.illud.in prin. quis ergo vocaretur ex diuersa parte?

causa cognita bonorū possessio detur,non alibi dabitur,[a] q̄ pro tribunali:[b] quia neq; decretū de plano interponi,neq; causa cognita bonorū possessio alibi q̄ pro tribunali dari potest.

In bonorum possessionibus locum habet ius adcrescendi. Item portio deficiens adcrescit ei qui suam agnouit,sine noua agnitione,si eodem iure succedebant:secus si diuerso.hoc dicit vsque ad.l.sed cū patrono. §.bonorum.Bartolus.

[c] In bonorū possessione sciendum est ius esse adcrescendi. [c] Proinde si plures sint quib⁹ bonorum possessio cōpetit, quorum vnus admisit bonorū possessionē,cæteri nō admiserunt:

IIII. GAIVS libro octauo ad legem Iuliam & Papiam.

VEluti quòd spreuerunt ius suum, aut tēpore bonorū possessionis finito exclusi sunt,

In bonorum.]CASVS. Ponamus quòd Titio & Seio & Gaio competit bono.poſ.in bonis Sempronij mortui,& Titius admisit bono.poſ.Seius autē & Gaius nō admiserunt,veluti quia spreuerunt ius suum:aut sunt exclusi finito tempore bon.poſ.aut sunt mortui antequam petierunt bono.poſ.numquid in hac bon.poſſ. erit ius adcrescendi,vt scilicet Titio qui admisit.bo.poſſ.adcrescant hæ portiones quæ dictis Seio & Gaio competerent si ipsi petissent bo.poſ?Et certe sic.Sciendū est enim in bo.poſ.ius esse adcrescendi.& hęc vera sunt quando omnes vocantur eodē iurè ad bono.poſ.secus autem si non eodē iure vocantur. vnde pone talem casum:Stichus ponamus libertus Titij fecit testamentum, & instituit sibi hęredes Seium & Gaium,& Titium patronū prę-teriit,& decessit dictus libertus Stichus:& postea vn⁹ de his quos instituit,puta Seius adiuit hæreditatē,& ita patronus petiit bono. poſ.contra tab.in bonis liberti,& consecutus fuit debitā sibi portionem in bonis liberti:puta dimidiā:vt.j.de bo.li.l.j.&.ij.§.j.vel hodie tertiā:vt instī.de suc.liber.§.sed nostra.nisi enim ad minus vnus de institutis adiisset,non potuisset patronus petere contra tabu.vt.j.de bo.lib.l.etiā.§.vt patronus.& postea dictus Gaius qui fuit alter de institutis à liberto,repudiauit:etiam postea Seius qui adiuit,omisit,quod facere potuit: vt.ſ.de acquir.hære.l.cum hæreditate.numquid accrescet patrono pars vtriusq; scilicet Seij & Gaij prædictorum, quæ est altera pars hæreditatis liberti à parte patroni quam suam patroni partem iam ipse patronus habet per contra tabu. & certe dictæ alterius partis à parte patroni conuenit non esse ius accrescendi patrono.& hoc ideo,vt dixi,quia patronus non vocabatur eodem iure ad bono.poſ.in bonis liberti cum institutis à liberto:immò patronus vocabatur per cōtra tab. & scriptus siue scripti per secundū tabu.igitur in dicto casu pollicetur prætor patrono nominatim bono.poſ.scilicet vnde legitimi in dicta altera parte à parte patroni.i.in parte vtriusque.ſ. Seij & Gaij prædictorū: & ita inuenitur patronū petiisse bis bo. poſ.in bonis liberi:vna vice bon.poſ.contra tab.& alia vice bo. poſ.vnde legitimi:cum cęteri,quibus scilicet est ius accrescendi, A debeant semel agnoscere bo.poſ.& non plus.& hæc videtur esse intentio vsq; ad.l.sed cū patrono.§.j.Possēs etiā alio modo intelligere,scilicet quòd vnus de institutis à liberto,puta Seius,adiuit pro sua parte,& numquam postea omisit:& dictus Gaius suā partem repudiauit.certe portio Gaij defecta obuenit Seio cohæredi iure accrescendi: patrono autem quia non vocatur eodē iure, obuenit per bo. poſ.vnde agnati, siue vnde legitimi,quā nominatim oportet eum petere pro defecta parte,id est,pro parte Gaij qui repudiauit.& hunc vltimū intellectū elicio ex summa quando non petentium partes petentibus accrescunt.Viuianus.

aut antè mortui sunt,quàm petierunt bonorū possessionem:

V. VLPIANVS libro trigesimonono ad Edictum.

EI qui admisit,adcrescent etiam hæ portiones,quæ cæteris competerent, si petissent bonorum possessionem. [d]

VI. PAVLVS libro quadragesimoprimo ad Edictum.

B SEd quum patrono quidem contra tabulas certę partis [e] bonorū possessionem [f] prætor polliceatur, [g] scripto autē hæredi secundū tabulas alterius partis: conuenit nō esse ius adcrescendi.Igitur non petente scripto [hærede] secundū tabulas: alterius quoq; partis[&]nominatim patrono possessionē pollicetur,cū cæteri [h] quibus adcrescendi ius est,semel debent ad-

c *Adcrescendi.* vt infra,sequentibus duabus legibus, &. C. quando non pe.par.l.j.& infra, de coniungen. cum eman.lib.l.j.§.si quis ex nepotibus.& instit.eo. §.fi.sic est & in succedentibus de iure ciuili: vt.C.de cadu.tol.§.hisita.& infra,de su.& legi.l.si ex pluribus.& supra,de mili.testa.l.si ex duobus.

d EI qui. *Bonorū possessionem.* scilicet suæ partis: vt infra.l.proxi.

e SEd cū patrono. *Partis,* tertię: vt inst.de succes.li.§.sed nostra.

f *Possessionem.* id est,bonorum possessionem.

g *Polliceatur.* quam ergo petet pro ista parte?contra tabu.non: quia non competit ei nisi ad debitam partem quam iam habet,secundum tab.non:quia non est scriptus.Respon.vnde legitimi:vt infra,vnde leg.l.ij.§.fi.&.l.seq.& instī.de suc.li.§.multis. Vel secundum quosdam secundū tab.quæ competit repudianti in cuius locum succedit.vel dic septimam extraordi.vt.j.vnde legi.l.iij. in fi.&.j.vt ex leg.senatúsve consul.& instī.eo.§.septima.sed cū institutus adierat.aliàs enim patrono non daretur contra tab.vt.j. de bono.poſ.contra tab.l.illud. in princi. &.j.de bonis lib.l.etiā. §.vt possessio. quo modo desinit esse hæres script⁹:vt.C.de repu. hæred.l.sicut.& supra, de mi.l.& si fine.§.sed quod Papinianus? Respon.per in integrum restitutionem:vel quia filius erat liberti qui abstinuit:vt infra,de bo.lib.l.etiam si ex modica.§.fi filius.vel forte duo fuerant scripti:vnus adiuit, & ita patronus petiit cōtra tab.potuit enim:vt.d.§.vt possessio.alter repudiat:& ille qui adiuit repudiat,quod potest: vt supra, de acqui.hære.l.cum hæreditate.& ita patronus petet portiones vtriusque.

h *Cæteri.* siue sint bonorum possessores,siue hæredes de iure ciuili:vt supra,de acquir.hære.l.fi solus.in fi.j.respon.&.ſ.eo.l.iij. cum sequen.&.C.quando non pe.par.l.j.& facit infra,de bo.lib. l.si libertus.in princip.& infra,de iure pa.l.siue.§.ex duobus.Patet ergo ex præmissis quòd refert sit delata bon.poſ.pluribus eodem iure,vt tunc ipso iure accrescat:an diuerso: & tunc non nisi per nouam petitionem bonorum.

Bonorum possessionis.]CASVS. Beneficium bonorum possessionis est multiplex.nam quædam bonorum possessiones competunt contra voluntatem scilicet defunctorum,vt cōtra tab.quædam competunt secundum voluntatem defunctorum,sicut est secundum tab.necnon competunt quędam bonnrū possessiones ab intestato habentibus ius legitimū,vel non habentibus.siue legitimum propter capitis deminutionē.quamuis enim liberi qui desierunt esse sui hæredes propter capitis deminutionem.i.emancipationem deficiant iure ciuili,tamen prætor propter æquitatē rescindit eorum capitis deminutionem,subaudi & dat eis bon.poſ. dat etiam prætor bo.poſ.causa tuendarum legū: vt ecce mater aliis in testamento institutis filiis,postea in puerperio decessit,& filium quē gestabat in vtero,præteriit.præsumitur enim hic filius institutus:vt.C.de inoffi.test.si mater.& poterat admitti ad bono. poſ.secundū tab.causa illius legis tuendæ:vel ad bo.poſ.vnde legitimi potuit admitti dictus filius.nā vbicunq; per aliquā.l.quis vocatur ad hæreditatem,causa illius legis tuendæ prætor dabit ei bono.poſ.vnde legitimi:vt.j.vnde li.l.iij.§.fi.&.l.seq.idē vbi est insti-

BIU Cujas

institutus vere, quandoq; dicitur dari bo.pos. causa confirmandi iuris ciuilis & tuendi: vt insti. eo. §. aliquando. Sed quid si aliquis est institutus in tabulis scriptis per notas quę nó sunt literæ. i. per abbreuiaturas inusitatas & confusas? nũquid istæ tabulæ continebuntur edicto. s. vt ex his detur bo.pos? Et dicitur quòd non. Vi.

gnoscere bonorum possessionem. ℣ Bonorũ possessionis beneficiũ multiplex est. Nã quædã bonorũ possessiones cõpetunt contra voluntatẽ, [a] quędã secundũ voluntatẽ [b] defunctorum: necnõ ab intestato habentibus [c] ius legitimũ, [d] vel nõ habentibus propter capitis demi nutionẽ. [e] Quãuis enim iure ciuili deficiãt [f] liberi, qui propter capitis deminutionem desierũt suí hæredes esse: propter æquitatẽ tamẽ rescindit [g] eorũ capitis deminutionẽ prætor. legum quoq; tuendarũ [h] causa dat bonorum possessionem. ℣ Notis [i] scriptæ tabulæ non continentur edicto: [k] quia notas, literas nõ esse Pedius libro vicesimoquinto ad edictum scribit.

a *Contra voluntatẽ.* vt contra tabulas.

b *Secundum voluntatẽ.* expressam.

c *Habentibus.* hi habent voluntatem tacitam: vt. ſ. de codicil. l. conficiuntur. in princi. sed his videtur nil proficere si decernatur bo no. possess. quia hoc ipso quòd eam petũt vel agnoscũt, videntur gerere pro hærede: vt. C. de iu. delib. l. puberem. Quid ergo facit data postea bon. possess? Respon. videtur gerere pro hærede iure prætorio, non ciuili: & licet gerat, non tamẽ gerit plene nisi decernat: quod tamen hodie nó est opus: vt. C. eo. l. penul.

d *Ius legitimum.* scilicet l. xij. tabularum.

e *Propter capitis deminutionẽ.* etiam minimã. tollitur enim ius legitimũ [a] .i. l. xij. tab. vt instit. de legi. agna. tu. §. fina.

f *Deficiant.* id est, non succedant.

g *Rescindit.* dando bon. pos. vnde lib. vt. ſ. vnde lib. l. liberi. & quandoq; contra tabu. vt insti. de hære. ab intest. §. eadem. & quãdoque vnde cognati datur liberis: vt & eo. tit. §. admonendi.

h *Tuendarum.* Pone casum vt. C. de inoffi. test. l. si mater. nã cũ habeatur pro instituto filius ille, habet secundũ tabu. causa tuendę l. illius, vel vnde legitimi. & vbicunq; per aliquam legẽ vocatur ad hæreditatem, causa tuendæ legis illius datur bo.pos. vnde leg. vt. j. vnde leg. l. ij. in fi. & l. seq. & insti. e. §. septima. ité & vbi quis vocatur per. l. xij. tab. vt instituti &; liberi & adgnati: datur bono. pos. causa tuendæ. l. xij. tab. vt insti. de bo.pos. §. aliquando.

i *Notis.* i. signis numerorum, vt algorismus: vt in auth. de testa. imperfe. §. j. & C. de vete. iu. enuc. l. ij. §. penul. vel sicut faciunt notarij Romani qui nomen suum instrumentis per vnam literam habentem multos ramos denotant.

k *Edicto.* vt eis detur secundum tabu. nisi sit militis testamentũ: vt. ſ. de testa. mili. l. Titius. nec obſt. C. de testa. l. hac consultissima. in fi. quia Græcæ literæ possunt intelligi & legi.

Eruus.] CASVS. Ponamus quòd delata erat Titio domino Stichi bo.pos. in bonis Sempronij. numquid dictus Stichus potest recte admittere bo.pos. petẽdo domino bo.pos? Et dicitur quòd sic, si prætor corã quo petiit Stich[o] bo.pos. [p] dicto suo domino, certus sit de eius. ſ. Stichi conditione, id est, certus sit quòd Stichus sit seruus. & bene dictum est prætoré certum esse debere de conditione serui petentis nomine domini sui. nã & absenti & non petenti datur bo.pos. si prætor non ignoraret hoc ipsum, scilicet quòd deferatur bo.pos. absenti & non petenti. poterit ergo & fœmina petere & alij bo.pos. ſ. si prætor euidenter voluit dari bon.pos. illi pro quo fœmina petiit eã: licet aliàs fœmina nomine alterius nó admittitur ad agendũ nisi in quibusdã casibus: vt. ſ. de procur. l. fœminas. [IMPVBES.] Impubes patré non habens, nec potest admittere bo.pos. sibi delatam sine auctoritate tutoris: nec potest accipere iudicium sine auctoritate tutoris. & est ratio quare bo.pos. non potest admittere impubes sine auctoritate tutoris, quia tutor potest petere bo.pos. pupillo siue impuberi scilicet sine impubere siue pupillo. q. d. nó impubes sine tutore vel sine auctoritate tutoris. & occasione tutoris valentis petere bonorum pos. pupillo, ponit de patre, qui pater potest petere bonorum possess. filio suo infanti eidem filio delatã. Et scias quòd dies quibus tutor sit pupillo, & dies quibus pater sit: filio cedunt, scilicet quoad pupilli vel filiisamil. commodum, id est, quantũ ad hoc vt petere possit bonorum poss. pater pro filio, & tutor pro pupillo, non quoad hoc vt excludatur si non petierit. & hoc secundum illam literam quæ habet, sit. si autẽ est in litera, scit, dico quòd hoc modo dies quibus tutor scit, subaudi delatam esse bo.pos. pupillo, cedere placet scilicet, quoad pupilli cõmodũ, vt dixi: & dies quibus pater scit, subaudi delatã esse bo.poss. filio suo, cedere placet, scilicet quoad filij commodũ, vt dixi. nam circa tempora bo.possessionis patris scientia ignoranti filio non nocet: vt. j. e. quis ordo in bo. poss. seruetur. l. circa. & arg. j. tit. iij. l. j. iij. respon. quamuis autem tutor possit petere pupillo bono. pos. ei competentem, tamen eã repudiare non potest. & hoc vsq; ad. l. si plures.

l *Seruus bonorum possessionem.* domino delatam. & sic nomine domini. vel ipsi seruo qui fuit ab alio institutus, & sic nomine suo. vtroque tamẽ casu oportet dominum habere ratum: vt. ſ. ad Trebel. l. seruo. Quid autẽ si extraneo delatam seruus petat nomine extranei? quidã dicũt idẽ, ar. hui[us] l. & ar. j. de acquir. pos. l. si me in vacuam. in fi. sed H. cõtra ad similitudiné hæreditatis. Acc[ipere] m *Admitti potest.* id est, ei decerni potest.

n *De conditione.* id est, eum esse seruũ, & cuius nomine petat, & de hoc sit cert[us] vt iudex: vt. ſ. de offi. preſi. l. illicitas. §. veritas. ecõtra q[uod] nõ: quia seruus nõ potest esse in iudicio, sed hic potest: q[uia] nó in forma iudicij fit: vt no. ſ. e. l. iij. §. si causa.

o *Et nõ petenti.* bona illatio, quia ipse est nullus: vt infra, de regu. iur. l. quod attinet. & hæc datur nulli petenti, cui tamen prætor sciat delatam: & dic siue seruus petat pro eo domino absente, siue nullus.

p *Ergo.* quia seruus potest petere, & fœmina pro alio [b] petet: licet in iudicio alius pro alio esse non potest nisi in casibus: vt. ſ. de procu. l. fœminis. & l. neq;. & facit. C. de preci. impe. offe. l. vni uersis. & infra, eo. l. penul.

q *Accipere potest.* nisi prætor certus &c. vt. C. eo. l. bonorum. & facit. C. qui leg. per. l. j. & ij. & de auct. præ. l. clarum. Accursius.

r *Pupillo.* vt. j. l. proxi. & C. de iu. deli. l. potuit.

ſ *Infanti.* id est, minori. vij. an. vt. C. de iur. delib. l. ſi infanti. & j. titu. ij. l. j. ij. respon. sic ergo no. seruũ non admitti, nisi vt in prin. l. dicitur. Ité nec impubes, vt hic: de adulto dic idem si habeat curatorem: alias potest: vt. C. de in integ. restitu. mi. l. si curatorem. de filiofamil. dic vt. j. §. proxi. dices.

t *Scit.* aliàs, sit: quia pupillus tutorem, filius patrem habet. aliàs, scit, scilicet delatam bono. pos. filio & pupillo: & quod dicit, cedere, scilicet quoad patris & pupilli commodum, scilicet vt possit peti: non incommodũ vt excludatur si non petierit: vt. j. titu. ij. l. j. §. j. & j. quis ord. in bo.pos. serue. l. circa. & l. cum filiofami. & C. de iure delib. l. ſi infanti. Vel dic mero iure cedit in præiudiciũ patris & pupilli: sed pupill[o] ipso iure, scilicet sine restitutione admittitur. sic & dicitur. ſ. de acquir. hære. l. impuberibus. & l. necessariis. secundum Io. & Azo. & adde quod not. C. eo. l. j.

u *Vtor. Non potest.* sic. j. de suc. edic. l. j. §. tutor. & C. de pac. l. pactum. Sed contra. ſ. de auth. tu. l. ſi ad pupillum. vbi repudiat tutor. Sed dic cum pupilli consensu. arg. C. de iure deli. l. potuit. secundũ H. sed Azo etiã amicis eius, & iudice scientibus, nõ solus tutor, vt hic. Ité sunt arg. cõtra. j. de reg. iur. l. iij. & l. qui potest. §. quisquis. & ſ. de acqui. hęre. l. ſi is potest. sed illę regulæ fallunt in his administratoribus, quia non videntur tutores quando pupillum spoliant: vt. j. pro empt. l. qui fundum. §. ſi tutor.

Si plures.] Ad euidentiã huius l. no. quòd successio fit quãdoq; de capite in caput, quandoq; de gradu in gradum. Est autem successio de capite in caput, cũ deficiente primo capite liberorũ vocatur secundum caput agnatorũ: & cognatis deficientibus succeditur quarto ordine per vnde vir & vxor, vt. j. ſi tabulæ testa. nullæ exta. l. j. Successio autem de gradu in gradum est, quando plures personæ sunt in eodem capite in diuersis gradibus, vna prior,

VII. VLPIANVS libro primo ad Sabinum.

SEruus bonorum * possef-

*Flo. Seruus bonorũ possessionẽ recte admittere potest.

b *Sic per procuratorẽ agnoscitur no. in. l. 3. §. acquirere. j. de acquir. vel amitten. pos. quod verũ est etiam si non habeat speciale mãdatum. glo. & Bal. in l. ſi maritus. C. man.*

VIII. PAVLVS libro octauo ad Plautium.

TVtor autem bonorum possessionem pupillo competentem repudiare nõ potest: [u] quia tutori petere permissum est, non etiam repudiare.

IX. POMPONIVS libro tertio ad Sabinum.

BIU Cujas

prior, altera posterior. nam prima repulsa tẽpore vel repudiatione, sequẽs succedit: vt.j.de suc.edi.l.j.§.quibus. Pone ergo quòd plures gradus sunt admittẽdæ bonorũ poss. puta quia plures personæ sunt in eodem capite: puta liberorũ vel agnatorum, vel cognatorum in diuersis gradibus. certe quamdiu incertum sit petierit, nécne, scilicet bonorum pos. ille qui est in primo gradu existẽs intra tẽpora præstituta ad bono.pos. petendam, constat non procedere posteriori, id est, ei qui est post eum diem, scilicet petendæ bono. pos. & ita non currit interim tempus petendæ bono. poss. ei qui est post eum in gradu. & scias quia liberis & parentibus tam naturalibus quàm adoptiuis in petenda bono. poss. anni spatiũ, cæteris autem agnatis vel cognatis datũ est cẽtum dierum: quod dic vt insti.eo.§. cũ igitur.&.§. liberis.&.j. de suc. edic. l.j.§.largius.&.§. si intra.&.§.quod dicimus. &.C.eo.l.bonorum.& est vtile tempus bonorum possessionũ admittendarum: quòd dic vt.j.quis ordo in bonorum possess.seruetur.l.ij.in princip.Viuianus.

SI plures gradus sint [bonorum] possessionis admittendæ: quamdiu incertũ sit petierit nécne, [a] posteriori diem nõ procedere constat.

x. PAVLVS libro secundo ad Sabinum.

IN bonorũ possessionibus iuris ignorãtia nõ prodest quo minus dies cedat. Et ideo hęredi instituto [b] & ante apertas tabulas dies cedit. Satis est enim scire mortuum esse, seque proximum cognatum fuisse, copiamque eorum quos consuleret, habuisse. Sciẽtiam enim nõ hanc accipi quæ iuris prudentibus sit: sed eam quam quis aut per se habeat, aut consulendo prudentiores [c] adsequi potest.†

xi. GAIVS libro quartodecimo ad Edictum Prouinciale.

SI pupillo tutor bonorũ possessionẽ petierit, & plus incommodi quàm cõmodi hæc bonorum possessio habeat, tutor tutelæ iudicio tenetur. [d]

xii. VLPIANVS libro quadragesimooctauo ad Edictum.

NOn est ambigẽdum, quòd plerumque & contra fiscum, [e] & contra rempublicam admitti debeant quidam, [f] vt puta venter, [g] item furiosus, [h] itẽ is qui captiui bonorũ possessionem petit. Vbicumque [i] lex vel senatusconsultum * vel cõstitutio capere hæreditatem

a *Nécne.* prior gradus: vt.C.eod.l. quamdiu. &.l. pe. & fin. & insti.eo.§.fi.

Diuisio. *IN bonorum.*] Diuiditur in tres partes. Primo ponit dictũ in genere. Secundo ponit exemplum in bonorum possessione ex testamento. Tertio in bonorum possessione ab intestato. Secunda ibi, Et ideo. Tertia ibi, Satis. Bart. *CASVS.* Liberis & parentibus tam naturalibus quàm adoptiuis in petenda bonorũ pos. anni spatium, cæteris autem agnatis vel cognatis datum est. c. dierum: vt dixi. §. l. proxi. Sed quid si per ignorantiam iuris permisit labi tempus petendæ bono. possess. ille cui bono. pos. deferebatur? certe cedit ei dies siue tẽpus, vt scilicet amodo non possit petere bono. pos. & ideo cedit scilicet dies siue tempus petendæ bo. pos. secundum tabu. hæredi instituto etiam ante apertas tabu. in quibus fuit institutus, si sciat mortuum esse testatorem, & tabulas esse in quibus institutus fuit, & habeat copiam eorum quos cõsulat, cum non putet se bono. pos. petere posse ante apertas tabu. sicq; in iure erret. & idẽ est si ille cui deferebatur bo. pos. ab intestato proximi sui cognati, sciat mortuum esse dictum suum proximum cognatum, & sciat se fuisse proximum cognatum eius: copiamq; eorum quos consulat habeat: & antequã petat bo. pos. permittat labi diem siue tempus petendæ bo. pos. nam cedit dies ei, siue tempus bono. pos. petendæ, ita scilicet quòd nõ possit eam amodo petere, quamuis nesciat proximitatis nomine bo. pos. sibi deferri, sicq; in iure erret. scientiam enim illius cui defertur bo. pos. ex testamento vel ab intestato, quæ quidem scientia præiudicet ei si permittat labi tempus bono. pos. petendæ: non illam accipere debemus, quæ insit prudentibus iuris, sed eam quam habeat per se ille cui defertur bo. pos. aut eam quam assequi potest consulẽdo prudentiores: & ita si erret in iure, vt dictum est, & possit consulere prudentiores, non prodest ei iuris ignorantia: cum tractetur hic de lucro captando. in damno enim quamuis copiam iurisconsulti habeat, tamen sibi subuenitur: vt supra, de iuris & fa. igno. l. iuris ignorantia. &. l. error facti. in fi. Viuianus.

b *Instituto.* scilicet in assem, nisi sit suus: quia tunc non requiritur sit ex asse, vel ex parte: vt.§. de iur.& fac. igno. l. j. in fi. Sed hodie est ius commune vt etiam ex parte hæres possit adire ante apertas tabu. vt. C. de cadu. tollen. §. j.

c *Prudẽtiores.* hæc distinctio, potuit aut nõ potuit cõsulere peritiores, raro fit: quia tãtũ hoc casu quãdo tractamus de lucro: vt.§. de iur.& fac. igno. l. regula. §. sed iuris. & facit. j. quis or. in bono. poss. ser. l. ij. in fi. &.§. de instit. l. sed & si pupillus. §. proscribere.

SI pupillo.] *CASVS.* Dictum est.§. eo. l. seruus. §. impubes. &. l. tutor. quòd tutor potest petere pupillo bonorum poss. scilicet eidem pupillo competentem. nunc autem dicit quòd si tutor petierit pupillo bonorum possessio. & hæc bonorum possessio habeat plus incommodi quàm commodi: tenetur tutor iudicio tutelæ, scilicet pupillo si fuit in culpa tutor. Viuianus.

d *Tenetur.* si fuit in culpa: vt supra, de auct. præ. l. si ad pupillum.

NOn est.] *CASVS.* Ponamus quòd Titius ab intestato decessit, cum non haberet liberos natos, nec haberet agnatos vel cognatos, sed habebat vxorem prægnantem. quis præfertur inter fiscum vel rempublicã & ventrem? & certe non est ambigendum quòd véter cõtra fiscũ & cõtra rempublicam † admitti debet, scilicet *in hanc sen* ex edicto de ventre in tẽtã *Exas*. pos. mittẽdo. Itẽ natus *mus Clita*. poterit petere bonorũ *dis secunda* poss. vt.j. ad Terryl. l. *puerb.454.* ij.§. si qs ex liberis. sed *Ne sibi nec* & si dictus Titius qui *alius*. ab intestato decessit, reliquit filium furiosum, admittetur hic furiosus contra fiscum & cõtra rempublicam. sed & si dictus Titius fuit captus ab hostibus, & ibi decessit ab intestato, & filius suus non furiosus qui remãsit in ciuitate, petat bonorum possessionem, admitti debet cõtra fiscum & contra rempublicam. & recor- * *Flo. Sende-* deris de eo quod dicitur. tur.§. eo. l. iij. §. sed eius qui apud hostes &c. licet autem dicatur hic de ventre & furioso, & eo qui captiui bonorũ possessionẽ petit: idem tamẽ est de omnibus institutis, & ab intestato veniẽtibus: nam fiscus vltimus est successor: vt. C. de cadu. tollẽ. §. fi. & ad hoc. C. vnde vir & vxor. l. vnica. & quod ibi notatur, sed de his magis dubitabatur. [*VBICVMQVE.*] Vbicũque lex prohibet capere hęreditatem, scilicet de iure ciuili, & bonorum possessio cessat. ecce enim si patronus nõ aluerit libertum, lex Aelia Sẽtia adimit ipsi, scilicet patrono & liberis eius hæreditatem, scilicet liberti, nisi sit hæres institutus, & adimit bonorũ possessionẽ præterquã secũdum tabulas: vt.j. de bonis libertorũ. l. si patronus nõ aluerit. Item hæres institutus si putet testatorem viuere, quãuis defunctus iam sit, adire hæreditatem nõ potest. sed si scit se hæredẽ institutum, sed ignorat vtrum pure an sub cõditione sit institutus, non poterit adire hæreditatem, licet pure hæres institutus sit: & si fuerit sub cõditione institutus, licet euenerit conditio. Sed & si de cõditione testatoris incertus sit, pater fami. sit, an filius fami. nõ poterit adire hæreditatem, etsi, id est, quamuis eius cõditionis sit in veritate scilicet testator, vt testari potuerit: vt.§. de acqui. hæredi. l. hæres institutus si pubes. sicut autẽ in dictis casibus non potest adire hæreditatem, sic & bonorũ pos. cessat per hunc.§. Itẽ vbicũque senatusconsul. prohibet capere hæreditatẽ, & bono. possess. cessat. vnde sicut ille qui rei capitalis damnatus neque restitutus est, ex senatusconsulto Orficiano ad matris hæreditatem nõ admittitur: vt infra, ad Tertul. l. j. §. qui operas. &.§. capitis. in fi. ita & cessat bonorũ pos. quoad eum per hunc.§. ad quod facit. j. l. proxi. Item pone exemplum in senatusconsulto Liboniano: vt supra, de iis quæ pro nõ scriptis ha. l. j. Itẽ vbicũq; cõstitutio prohibet capere hęreditatẽ, & bono. possess. cessat. & de hoc da exemplum vt. C. de hæreti. & Ma. l. Manichæos. &.§. si quis aliquẽ testari prohi. l. j. in prin. Vi.

e *Fiscum.* fiscus & respubli. Romanorum idem est. Accursius.

f *Quidam.* licet de quibusdam dicat, idem tamen de omnibus institutis, & ab intestato venientibus. nam fiscus vltimus est successor: vt. C. de cadu. tol. §. fi. sed de his magis dubitatur.

g *Venter.* ex edicto de ven. in possess. mit. Item natus petit bono. possess. vt.j. ad senatusco. Tertul. l. ij. §. si quis ex liberis. Item impubes cui mouetur quæstio status per Car. vt infra, de Carbo. edi. l. j. §. sed & si quis. in fi. §. Accursius.

h *Furiosus.* huic dixit Ioan. dari bono. possess. quæ facti est, non iuris: vt hic, &. C. de cura. fur. l. fi. §. tali. & pro eo. infra, ad Tertul. l. ij. §. si quis ex lib. alij etiam eam quæ iuris est: arg.§. de lega. ij. l. Licinius. §. fi. & no. C. de cura. fur. l. fi. §. j.

i *Vbicumque.* de lege da exemplum. j. de bo. lib. l. si patronus nõ aluerit. & supra, de acquir. hære. l. hæres institutus. & ad senatusconsul. Tertullia. l. j. §. qui operas. & supra, de iis quæ pro non scrip. l. j. de constitutione dic.§. si quis ali. te. prohi. l. j. in princip. &. C. de hære. l. Manichæos. & facit supra, de contra tabu. l. iij. §. liberi. & supra, de secun. tabu. l. hi. Sed contra videtur in emancipato qui repellitur à iure ciuili, sed admittitur per prætorem: vt supra, eod. l. sed cum patrono. §. j. sed dic quòd ius ciuile non assistebat,

BIU Cujas

sistebat, sed resistebat. Item idem erat in posthumo alieno qui à iure ciuili repellebatur, sed per prætorem admittebatur: vt instit. eo. in princi. sed dic vt dixi in alio. Item illud ibidem statim corrigitur. item facit. ff. l. proxi.

Edicto.] CASVS. Si aliqui sunt damnati capitalis rei, id est, alicui[9] delicti siue criminis capitalis, vel alicui[9] accusationis capitalis, neque sunt in integrum restituti: denegatur eis bonorum possess. edicto prætoris. is autē intelligitur damnatus rei capitalis cui sit pœna mors, aut interdictio ignis & aquę. cum autem in relegatione quis erit, admittitur ad bonorum possessionem. Viuianus.

a *Qui rei.* id est, delicti.

b *Restituti.* quia tunc esset secus: vt. ff. de iure pat. l. fili. j. §. j. & instit. quib. mod. ius pa. po. sol. §. cum autem.

c *Interdictio.* in cuius locum hodie succesit deportatio: vt. ff. ad le. Iul. pecu. l. iij. & facit ff. de verb. signi. l. licet capitalis. & ff. de iure pa. l. cum patronus. §. j.

d *Quis erit.* nam hic retinet ciuitatem & libertatem: vt infra, de publi. iudi. l. ij. & facit. ff. l. proxi.

prohibet, & bonorum possessio cessat.

XIII. AFRICANVS libro quinto Quæstionum.

EDicto prætoris bonorum possessio his denegatur qui rei[a] capitalis damnati sunt, neque in integrū restituti[b] sunt. Rei autem capitalis damnatus intelligitur is, cui pœna mors, aut aquæ & ignis interdictio[c] sit. Cùm autē in relegationem B quis erit, [d] ad bonorum possessionem admittitur.

Qui dicit testamentum falsum, videtur bonorum possessionem agnoscere si de testamenti viribus certus erat. h. d. & est notabilis lex. Bartolus.

XIIII. PAPINIANVS libro tertiodecimo Quæstionum.

CVm quidam propinquus[e] falsum testamentum accusaret, [f] ac post lōgum spatium temporis probasset: licet dies ei

Cum quidam.] CASVS. Ponamus quòd Titius ab intestato decessit, cui erat propinquus Seius, & in eiusdem Titij bonis petere poterat bonorum poss. intra centum dies, vt dixi. ff. eo. si plures. apparet nunc vnum testamentum in quo continetur quòd dictus Titius instituit sibi hæredē Gaium. dictus autē Seius propinquus incepit accusare falsum dictum testamentum, scilicet intra tempus petendæ bono. possessionis, & post longū spatium tēporis probauit falsum dictum testamentum, & obtinuit, & in dicto longo spatio temporis cucurrerunt centū dies intra quos poterat petere bonorū poss. si non apparuisset aliquod testamentum. nunquid est exclusus dictus Seius à bonorū possess? Et dico quòd non. nam licet dies petendæ bonorum poss. quam bonorum poss. forte petere debuerit certus accusationis: id est, si cert[9] esset quòd esset falsum testamentum, esset cœpta accusatio falsi vel non, cessisse videtur: attamen quia hoc proposito accusationem instituit vt seruet sibi suum ius, nō immerito videbitur agnouisse succession, scilicet hoc ipso quòd falsi accusationē cœpit: & sic prouidendo sibi in vno, & in alio sibi prouidere videtur. Viuianus.

e *Cum quidam propinquus.* scilicet defuncti.

f *Accusaret.* & incepit accusare intra tempus petēdæ bono. poss. quod est annus vel centum dies: vt instit. eo. in fi. Sed quid si post finitum tempus incepit, & ad finem perduxit, quia hucusque fuit incertus, & vincit in falso? Respon. idem: quia dies petendæ bo. poss. vtiles sunt: vt instit. eo. §. fi. ergo non currit antequam constet falsum: vt. C. eo. l. quamdiu.

g *Quam.* scilicet bono. possess.

h *Certus.* id est, si certus esset quòd esset falsum, statim petere poterat bo. poss. sit cœpta accusatio vel non. sed vbi incertus, non potest cum effectu antequam fiat certum per sententiam: vt. ff. de acquir. hære. l. cum falsum. & hic.

i *Cessisse.* non tamen cessit, quia non potuit repetere. ad quod. C. de an. except. l. j. in fi. & C. de inoffic. testa. l. cōtra maiores. & no. quòd prouidendo in vno, & in alio sibi prouidere videtur: vt. C. de iis qui à non do. l. fi. Sed argu. cōtra, infra, vi bo. rap. l. si seruus. Sed videtur etiam accusatione pendente tempus bonorum poss. cedere, sicut tutori currit tempus excusationum dum vnum exercet: de institu. de excu. tu. §. qui autem. sed ibi omnes simul statim poterant proponere sine obstaculo: vt supra, de excu. tu. l. scire. §. scire. hic non. vel quia non erat certus in sua conscientia, tamen ei resistitur in dicta accusatione: & sic non bene poterat simul vtrumque auxilium implorare.

k *Videbitur.* hoc ipso quòd falsum accusat: vt. C. de repu. hære. l. suus. & hoc verū si incepit accusare intra tempus. Sed quid si post A tempus, quia fuit certus de falso? dicam quòd nec videtur eam agnouisse, nec petere posse: vt hic colligitur.

Paulus.] CASVS. Mater ponamus petiit pro filia impubere bonorum possess. eidem filiæ competentem. nunquid acquisiuit filiæ bo. possess? Et dicitur quòd sola petitio matris nō acquisiuit filię impuberi bono. poss. nisi is qui dederit eam, scilicet bo. poss. euidēter voluit dari eam scilicet bo. poss. impuberi, scilicet filiæ prædictæ. Viuianus.

petendæ [bonorum] possessionis, quàm[g] fortè certus[h] accusationis petere debuit, cessisse[i] videatur: attamen quia hoc proposito accusationem instituit, *vt suum ius sibi seruet, agnouisse successionem nō immeritò videbitur.[k]

XV. PAVLVS libro vndecimo Responsorum.

PAulus respondit, solam petitionem matris non adquisisse[l] filiæ impuberi bonorum possessionem: nisi si is, qui eam dedit, euidēter voluit eam impuberi dari.

XVI. IDEM libro tertio Sententiarum.

QVotiens[m] is cui bonorum possessio ab altero postulata est, furere cœperit: magis probatur ratum eum videri habuisse. Rati enim habitio ad confirmationem prioris

l *Nō acquisisse.* Sed cur dominiū rei singularis accipiendo ei acquirit: vt. ff. depos. l. die? Respō. hic maior requiritur solēnitas: quia mai[9] cōmodū: immo quia & incōmoda affert: vt. ff. eo. l. j. Vel ibi extra ius: hic in iure, vbi nō admittitur pro alio nisi in certis casibus: vt not. ff. eo. l. seruus. ij. respō. & no. q̄ idē dicā in qualibet fœmina, & etiā in mare: nec exigo ratihabitionem, quia prætor supplet.

*Fl. ĩstruit

Quotiēs.] CASVS. Ponamus q̄ Titio cōpetebat bo. poss. in bonis Seij. Gaius autē nullo præcedēte mandato Titij postulauit Titio prędictorū bo. poss. postea idē Titi[9] cœpit furere ante dationē bo. poss. & antequā haberet ratā petitionē. certe magis ꝓbatur, scilicet quàm cōtrariū, videri eum, scilicet Titiū habuisse ratū, scilicet quod fecit Gaius in petēdo ei bonorū poss. scilicet propter furorē Titio superuenientem. rati enim habitio, scilicet tacita propter furorē, pertinet ad cōfirmationē prioris postulationis, scilicet factæ per Gaium ꝓ Titio de bono. possess. ad quā positionē est arg. ff. sol. matri. l. ij. circa fi. Vel intellige q̄ nō præcessit mādatū, & fuit habita rata petitio antequā decerneretur bonorū poss. & cœpit furere Titi[9] ante eā decretā. Vel dic q̄ Gaius postulauit Titio bonorū poss. præcedēte Titij mādato. & postea furere cœpit Titius. perinde est ac si petiisset Gai[9] Titij nomine nullo mādato præcedēte, & ipse Titius ratū habuisset ante furorē suum. rati enim habitio, scilicet Titij quæ esset facta non præcedēte mādato Titij, quāuis nō fuerit in hoc casu, immo præcessit mandatū, pertinet ad cōfirmationem prioris postulationis. Vim *Quotiens.* pone quòd petita est cū mandato: & quod subiicit, magis &c. mutat casum quando sine mandato. q. d. perinde est ac si petita esset sine mādato, & dominus habuerit ratum ante furorem. nam isti duo casus pares sunt. vel secundo totam intellige sine mandato, & fuit habita rata petitio antequam decerneretur, & cœpit furere ante decretā. quem casum habes. ff. de acquir. hære. l. si quis alicui. & facit. ff. rem ra. habe. l. bonorum.

SI TABVLAE TESTAMENTI EXTABVNT.

D *Nota quòd differt hic titu. ab illo. ff. si tab. testa. nul. ex. quia hic dicit, extabunt: ibi, non extabunt. Item no. quòd hic titu. communis est bono. possess. secundum tabu. & contra tabu. superior vero generalis omnium bono poss. dic ergo communia vtriusque, scilicet secundum tabu. & cōtra tabu. & primo casu cui competat vtraque: & quidē capacibus: nō capacibus non: vt. ff. de cōtra tabu. l. 3. §. liberi. Secundo ex cuius tabulis. & dic eius qui potuit testari: vt. ff. de secun. tab. l. 1. §. exegit. cū sequentibus. Tertio ex quibus. & certe quacūque materia scriptis: vt infra, de secun. tab. l. 1. in prin. & §. 1. Quarto ex quo testamēto: & dic scripto & nō scripto: & tunc dicatur secundū nuncupationem, vel contra nuncupationē: vt. C. de secun. tabu. l. 1. & de bo. poss. contra tab. liberti. l. 1. Item quinto quādo detur: & certe cū tabulæ sunt tēpore mortis, licet postea intereāt: vt infra, de secū. tab. l. 1. §. sufficit & infra, hac. l. in multis autē differūt: vt ecce. ff. de cōtra tab. l. illud. §. ad testamēta. & in multis aliis cōueniūt & differunt: vt patebit infra, in specialibus tit. & de cōtra tabu. & secun. tabu.*

Hæredi.] CASVS. Ponamus igitur quòd Titius in testamento suo instituit sibi hęredem Seium, & ante mortem Titij prædicti nomen dicti Seij ita deletū fuit incōsulto, id est, non ex voluntate dicti Titij, vt penitus legi nō possit. nunquid potest dari bo. poss. dicto Seio hæredi? & certe minime: quia ex

BIU Cujas

quia ex coniectura.i.ex prę|sumptione non proprie scriptus videtur.præsumitur enim non scriptus,cum legi non possit, quamuis competat bo.poss.si testamentum sit deletu post tabulas prolatas, scilicet in publicum apud iudicem,vel etiã quemlibet priuatum, mortuo tamen testatore. & vere competit bonorum pos.si testamentum sit deletũ post tabulas prolatas, scilicet in publicum apud iudicẽ, vel etiam quẽlibet priuatum,mortuo tamen testatore.nam & si mortis, scilicet testatoris tẽpore tabulæ fuerint subaudi, quamuis non prolatę apud iudicem vel alium,competet bonorum pos. licet postea interierint, scilicet dictæ tabulæ: quia verum fuit tabulas extare, scilicet tempore mortis testatoris.semel enĩ extitisse tabulas mortuo testatore desiderat. nam & si extare desierunt, quãuis postea interciderunt, bonorum pos.poterit peti: vt.ĩ.de bono.posses.secundum tabulas.l.j.§.semel. Vi.

*Flo.postulati

postulationis* pertinet.

SI TABVLAE TESTAmenti extabunt.

TITVLVS II.

1. PAVLVS libro tertio ad Sabinum.

HAeredi, cuius nomen inconsultò [a] ita deletum sit [b] vt penit' legi [c] nõ possit, dari bonorũ possessio [d] minimè potest: quia ex coniectura [e] non propriè scriptus videretur: quãuis,si post prolatas [f] tabulas deletũ sit testamentũ, bonorum possessio competat. Nam & si [g] mortis tẽpore tabulæ fuerint: licet postea interierint,cõpetet bonorũ possessio: quia verum fuit tabulas extare.

DE BONORVM POSsessione furioso, infanti, muto, surdo,cæco competente.

TITVLVS III.

a *Inconsulto.*id est,nõ ex voluntate testatoris. sed quid si cõsulto? Respon.idẽ multo magis: vt nõ detur bono. possess. vel si detur , auferatur vt indigno : vt not. C. de testa.l.nostram.

b *Deletum sit.*s.ante mortem.nam post deletũ non nocet: vt.ĩ.de secun.tab.l.j.§.sufficit.sed secus quoad petitionem legatorũ quæ durat,licet sit deletũ in vita inconsulte,& ita quòd nõ potest legi: vt.ĩ.de his quæ in testa.delen.l.j.§.sed & si legi.&.§.seq.

c *Legi.*id est,oculis perspici,non dico non intelligi:& supra,de his quæ in testa.delen.l.j.§.j.

d *Bonorum possessio.*secundum tabu.vel contra tabu.

e *Ex coniectura.*id est,præsumptione.prę|sumitur enim nõ scriptus,cum legi non possit.argu.contra.ĩ.de codicil.l.fi. [a] &.C.de testa.l.errore. Accursius. *ADDITIO.* Dic quòd ibi fuit nomẽ hæredis scriptum : hic fuit omissum,hæres esto.Vel ibi quantum ad aditionem de iure ciuili : hic quantum ab bonorum posses. secundum tabu.secundum Barto.

a Dic quòd immò cõcordat secundum Bar.

f *Prolatas.* id est, publicatas in publicum apud iudicem : vt.C. de test.l. publicati . vel etiam quemlibet priuatum, mortuo tamen testatore.

g *Nam & si.*vere post prolatum & mortem.nam & idem si non prolatum.& facit infra,de secun.tab.l.j.§.si linũ.&.§.si rosæ.&.ĩ. de mili.testa.l.in fraudem.§.j.&.C.de testa.l.si vnus.

DE BONORVM POSSESSIONE FVRIOso, infanti,muto.surdo,cæco competente.

No.quinque personas.de primis duabus tractat prima.l.scilicet de furioso,de quo dic vt.ĩ.titu.2.l.non est ambigendum.& de infante,de quo dic vt.ĩ.tit.2.l.fernus.in fi.aliæ vero tres procedunt iure communi in petenda bonorum possess.& in die cedenda:vt infra,eo.l.2.

Diuisio.

FVrioso.]Primo ponit edictum.Secundo respondet tacitæ obiectioni. Tertio format vnam quæstionem, & eã determinat. Secũda ibi,Nec si curator. Tertia ibi, Quid ergo si curator.ratio primi dicti est quòd furioso non cedit tẽpus, nisi quia non potest agnoscere . Item instituto non currit donec excludatur substitutus.& ad hanc rationẽ opponit hic iuriscõsultus in secunda parte legis.Barto.*CASVS.* Ponamus quòd Gaius instituit sibi hæredẽ Seium furiosum, & substituit eidem furioso Titium,& decessit dictus Gaius.numquid tempus bonorum possessionis,scilicet petendæ in bonis Gaij: (de quo tẽpore dixi supra,titu.ij.si plures) cedit furioso prędicto instituto,vel Titio ei substituto quamdiu est furiosus in eadem conditione,id est in furore? & certe non : neque spatium tẽporis,scilicet prædicti quod præfinitum est scientibus,scilicet illis quibus competit bono.possessi.idcirco videbitur cedere,si id est quia curator,scilicet furiosi potest accipere bonorum possess. nomine furiosi . nam & pater accipit bono.posses.filio infanti: quo scilicet patre tamen cessante, scilicet in petenda bonorum possess.filio suo infanti intra dictum tempus,non excluditur infans,scilicet filius eius.Quid ergo si curator furiosi accipere nolit? est ne iustius atque vtilius dari pos.proximo cuique,id est,dicto substituto quicunq; sit ipse substitutus, ad eumdem modum, id est, sicut daretur curatori furiosi si curator furiosi nomine potest accipere possessionem ad hoc scilicet vt bona dicti testatoris nõ iaceant subaudi? & certe sic. quo scilicet substituto proximo admisso, scilicet ad bono.posses. substitutus,id est,ipse substitutus proximus admissus cogit præstare cautionẽ omnibus his quibus bona dicti testatoris restitui debent: puta quia fuit hic substitutus admissus: quia, vt dictũ est, rogatus à testatore prædicto vt restitueret bona testatoris quibusdam,& forte vt quasdã res testatoris daret aliquibus nomine legati, scilicet si ipse substitutus ex substitutione succederet. deberẽt autem restitui bona fideicommissariis vniuersalibus legatariis prædictis per substitutum:si forte furiosus instítutus in eodem furore decesserit superstite dicto substituto, aut compos mentis factus dictus furiosus ante mortem obierit, quàm hæreditatem agnoscereet superstite eodem substituto.quibus duobus casibus habet locum substitutio.Item cogitur dictus substitutus,id est, ipse substitutus proximus admissus ad bonorum posses. vt dictum est, præstare cautionem venientibus ab intestato.nam & fieri potest vt viuo furioso instituto substitutus idemq; admissus (vt dictum est) decedat, & sic non possit amodo vindicare sibi locum substitutio,nec restitutio bonorum per substitutum facienda,nec legatorum solutio per eumdem substitutum facienda,nec tamen furiosus obstet cæteris, scilicet ab intestato venientibus si prius & ipse scilicet furiosus decesserit quàm hæreditatem acciperet:puta quia decesit in eodem furore, aut compos mentis effectus ante mortem obiit quàm hæreditatem agnoscereet : quo casu vindicãt sibi locum venientes ab intestato,& agerent ex cautione eis facta per substitutum contra hæredes substituti : vt hæredes substituti restituant eis bona dicti Gaij,ad quorum bonorum possessionem admissus fuerat dictus substitutus viuente dicto furioso, vt dictum est.Viuianus.

1. PAPINIANVS libro quindecimo Quæstionum.

FVrioso Titi' substitutus est.bonorũ possessionis tẽpus, quãdiu furiosus in eadẽ conditione est, neq; instituto, [h] neque substituto cedit. Nec si [i] curator furiosi nomine possessionẽ accipere potest, [k] idcirco spatium tẽporis quod scientibus [l] præfinitũ est, videbitur cedere.Nã & pater infanti filio possessionem accipit: [m] quo tamẽ cessante, infans non excluditur. [n] Quid ergo si curator accipere nolit? nónne iustius atq; vtilius erit ad eumdẽ modũ proximo [o] cuiq; [bonorum] possessionẽ dari, ne bona iaceãt? Quo admisso, substitutus [p] cautionẽ præstare cogitur omnibus [q] his quibus bona restitutis factus dictus furiosus ante mortem obierit, quàm hæreditatem agnoscereet superstite eodem substituto.quibus duobus casibus habet locum substitutio.Item cogitur dictus substitutus,id est, ipse substitutus proximus admissus ad bonorum posses. vt dictum est, præstare cautionem venientibus ab intestato.nam & fieri potest vt viuo furioso instituto substitutus idemq; admissus (vt dictum est) decedat, & sic non possit amodo vindicare sibi locum substitutio,nec restitutio bonorum per substitutum facienda,nec legatorum solutio per eumdem substitutum facienda,nec tamen furiosus obstet cæteris, scilicet ab intestato venientibus si prius & ipse scilicet furiosus decesserit quàm hæreditatem acciperet:puta quia decesit in eodem furore, aut compos mentis effectus ante mortem obiit quàm hæreditatem agnoscereet : quo casu vindicãt sibi locum venientes ab intestato,& agerent ex cautione eis facta per substitutum contra hæredes substituti : vt hæredes substituti restituant eis bona dicti Gaij,ad quorum bonorum possessionem admissus fuerat dictus substitutus viuente dicto furioso, vt dictum est.Viuianus.

h *Neque instituto.* scilicet furioso.

i *Nec si.* id est,quamuis,vel quia.

k *Possessionem accipere potest.*cõtra.ĩ.de suc.edi.l.j.§.furiosi.sed quantum ad commodum delata est furioso,& ei potest peti,scilicet vt habeat fructus,nõ quantum ad ius vt habeat dominium: vt ibi,&.C.de cura.fur.l.fi.§.tali.& statim dicam.

l *Scientibus.* scilicet tantum, subaudi : vt.ĩ.quis or.in bonorum posses. ser.l.ij.in princip.

m *Accipit.* vt &.ĩ.tit.ij.l.seruus.§.impubes.Sed numquid eam quæ iuris est? Respon.sic: vt.C.de iure delibe.l.si infanti.§.j.&.ij. secus secundum has leges : quia nil quæritur filio nisi castrẽse vel quasi:& si quærat,nec momento apud eum stat:vt.ĩ.de acquiren. hære.l.placet.Item quæritur de ea quæ furioso est delata : sed ibi facti tantum vt fructus capiat.vnde factus sanæ mentis repudiat. Item decedens non transmittit ad suos hæredes: vt.C.de cura.furio.l.fi.§.tali.alij contra,vt ibi nota.Item legata bene quęruntur vt eadem.l.§.legatis.quia tantum commodum: sed bonorum possess.etiam onus: vt supra,mand.l.si hæreditatem.

n *Excluditur.* vel ipso iure, vel per in integrum restitutionem: vt no.ĩ.titu.ij.l.seruus.§.dies.

o *Proximo.* vt substituto.

p *Substitutus cautionem.* id est, ipse admissus cautionem præstare cogitur.nec ob.C.de cur.fur.l.fi.§.omni satisdatione.quia ibi tollit eam quam curator præstabat aliis.

q *Omnibus his.* id est: venientibus ab intestato, si substitutus decedat nõ domin' factus delata hæreditate,hoc est ante furiosum: vt in

BIU Cujas

vt in fi.huius.l.dicitur.Item ex testamẽto veniẽtibus cauet, si defertur eis hereditas prius moriẽte furioso:vt statim subiicit. Azo.

a *Decesserit.* ante substitutum.

b *Agnosceret.* furiosus factus sanæ mentis: & sic ante substitutum:quo casu cum habeat locum substitutio,caueat fideicommissario vniuersali & legatariis qui veniũt ex testamento.

c *Nam & fieri.* mutat casum quando substitutus ante decedit:quo casu venientibus ab intestato est cautũ ipsis stipulatibus, vel seruo publico:argu.supra, de adop.l.non aliter.

Mutus.]CASVS. Dictum est.ff. l. proxi.de furioso infante:nunc autem dicit de muto & surdo & cęco, de quibus omnibus fit mentio in rubrica.dicit ergo quòd mutus, surdus,cæcus possunt admittere bono. possess.si intelligant quod agitur.Viuianus.

† *Mutus, audiens, id est non surdus, potest contrahere & testari nutu ad pias causas,non aliis. Bal. Lpe.C.qui te.fa. pos. & an & quando mutus potest cõtrahere,vide plene p Bar.in.l.1. in fi.& ibidem Alex. de verbo. oblig.*

d *Intelligant.* nam & adire possunt: vt insti.de hære.quali.& diffe.§.fi.

DE BONORVM POSSESSIONE contra tabulas.

Quare in.C.primo posuit de secun.tabu.& hic primo de contra tabulas? Respon.vt no.C.de bono.possess.contra tabu.in rubrica.

IN contra tabulas.]CASVS. Quia liberi quandoq; præteruntur à parentibus,& opus est subueniri eis per prętorem:ideo ponitur de bonorũ possessio contra tabu. No.ergo quòd hæc bonorũ possessio defertur liberis naturalib⁹ & legitimis,vel legitimis tantũ,puta adoptiuis. Itẽ natis & nascituris. Itẽ emancipatis pręcipue,& etiam his qui erant in potestate defuncti: vt hic,&.C.de liberis præteritis.l.maximum. dati autem in adoptionem à patre naturali non habent hanc bono.pos.cõtra testamentum patris naturalis, nisi instituantur ab eo hęredes,& alius ei cõmittat edictum: vt.ï.e.non putauit.§.in adoptionem datos.&.§.vt autẽ.&.l.si in adoptionẽ.&.l.si post mortem.§.j.Item in liberis omnibus distingue si possunt instituí hæredes,aut non. si enim non possunt instituí,denegatur eis bono.possess.contra tabu.quod mortis tempore debet spectari: vt.ï.e.l.iij.§.liberi. Si autem possunt instituí,si quidem instituti sunt hæredes, denegatur eis contra tabu.quod enim bonum est eis contra tabulas dari, cũ secun.tabu.possint habere?hoc,nisi alius præteritus cõmittat edictum contra tab.instituto.alius enim potest ei cõmittere edictũ, siue ille qui præteritus est,sit natus,siue nasciturus,vt etiam antequam nascatur,cõmittatur edictum instituto: vt.ï.e.l.iij.§.si quis ex liberis.&.l.illud.§.fi.& adeo proficit præteritus instituto, vt & si institutus erat in minori parte quàm virili,per beneficiũ contra tabulas habeat virilẽ.Si autem ex maiori quàm virili esset hæres institutus,redigeretur ad virilẽ: vt.ï.eo.nó putauit.§.fi.vbi autem liberi exhæredati sunt,non habent bono.poss.hanc: vt.C.eo.l.ij. & hic.& hoc si exhæredati sunt ab omnibus gradibus testamenti. Nam si exhæredati sunt ab vno, & instituti in eo non extiterint hæredes:contra gradũ alium à quo prętеritus est,petet bono pos. Item hæc vera sunt quando exhæredatio facta est pure, non sub conditione,nisi in casu cũ institutus sub conditione casuali, & in defectum eius exhæredatur.Itẽ debet fieri non à re vna vel ab hę rede vno,licet possit fieri ab vno gradu,sed ab hereditate tota: vt ï.eo.non putauit.j.respõ.&.§.j.&.ij.&.iij.&.ï.de libe.& posthu. l.si pepercerit.§.pure.&.C.de lib.prætеri.si pater. Quod autẽ dictum est in exhæredatis,serua in prætеritis, si eorũ prætеritio habeatur pro exhæredatione: quod est in eo casu.Quãdoq; prætеruntur à matre, vel ab ascendẽtibus per matrẽ:vt insti.de exhær. li.§.mater.& ideo dicit lex non habere locum hanc bono.possess. in testamento fœminarum: vt.ï.eo.l.illud.§.ad testamenta.His visis dicas quòd in petenda contra tabu bono.pos.debemus accipere liberos, siue naturales, subaudi & legitimos, siue adoptiuos.ſ. vt possint petere eam bonorum possess.si neq; instituti neq; exhæredati sunt.liberi autem vocantur ad bono.possess.contra tabulas eo iure quo vocãtur ad successionem de iure ciuili: id est,vt qui repelluntur iure ciuili, repellantur & isto,& eo ordine quo vocantur ad successionem de iure ciuili, scilicet vt prior in gradu

ff. Infort.

stitui debẽt, si forte institut⁹ in eodẽ furore decesserit, [a] aut cõ pos mentis effectus ante mortẽ obierit,quàm hæreditatẽ agnosceret [b].Nam & fieri [c] potest vt viuo furioso substitutus decedat, nec tamen furiosus obstet cæteris, si prius & ipse decesserit q̃ hæreditatem adquireret.

II. VLPIANVS libro trigesimonono ad Edictum.

MVtus, † surdus,cæcus,bonorum possessionem admittere possunt, si quod agatur, intelligant. [d]

DE BONORVM POSSESsione contra tabulas.

TITVLVS IIII.

Primo ponit mentem edicti prætoris de contra tabulas. Secundo exponit edictum. Secunda ibi,Hæc autẽ clausula. Bartolus.

I. VLPIANVS libro trigesimonono ad Edictum.

IN contra tabulas bonorum possessione [e] liberos [f] accipere debemus siue naturales, [g] siue adoptiuos, [h] si neq; instituti, [i] neq; exhæredati [k] sunt. ¶ Vocãtur autẽ ad cõtra tabulas bonorũ possessionẽ liberi eo iure [l] eóque ordine [m] quo vocãtur ad successionẽ ex iure ciuili. ¶ Hæc autẽ clausula [n] etiã ad posthumos prius habeat.hæc autem clausula,scilicet quòd liberi qui sunt naturales & legitimi,possint petere bonorum possessionem contra tabulas si nõ sunt instituti neq; exhęredati,sed prætеriti,& eo iure eóq; ordine vocentur ad contra tabu.bono. poss.quo vocãtur ad successionem de iure ciuili: hæc clausula dico videtur pertinere etiam ad posthu. scilicet prætеritos vt cum erunt nati,possint petere contra tabu.bono.possess.nam licet sit rescissum testamentum iure ciuili:vt.C.eo.l.ij. in prin.ęquitate tamen prætoria est aliquod i vnde infirmatur eo iure quo substistere fingitur.sed & si filij scilicet prætеriti qui erãt apud hostes tępore testamenti patris, redierit ab hostibus postliminio: putat Pomponius eos admittí ad bonorum pos. contra tabu. Sed quid si ex tribus filiis prætеritis à patre vnus sit captus ab hostibus? certe duobus qui sunt in ciuitate, competit bono. possess.ſ.contra tab.bessis.i.pro bessẽ.i.pro octo vnciis, siue pro duabus partibus:& ita captus ab hostibus fecit partẽ duobus in ciuitate existẽtibus.& idem quod dictum est in capto,est & in posthumo, scilicet vt faciat partem duobus fratribus suis natis etiam antequam ipse posthumus nascatur,si erant nati duo : sicut supra duo erant in ciuitate.nam quamdiu posthumus speratur,in ea causa est vt partem faciat.& ita faciet partẽ in hoc casu,id est,faciet quod duo fratres sui non habeant in totum bonorum possess.contra tabu.sed pro parte,cum ipse posthumus & duo sui fratres nati fuerunt prætеriti à patre:nõ tamẽ habebunt duo fratres pro bessẽ bono.possess.contra tabu.interim,cum possint nasci tres : vt.ï.si pars hæ.pe.antiqui.in fi. immò forte pro duabus partibus, posito quod diuidatur hæreditas in quinque partes, argu.dictæ.l.antiqui.in fi.Sumus autem in hoc versic.idem & in posthumo &c. Si autem esset posthumus,& vnus tantummodo natus,& posthumus & natus essent prætеriti:posset natus interim petere bono. possess. contra tabu.pro quarta parte,cum possint nasci tres: vt.d.l.antiqui.& ita secundum hoc est idẽ in posthumo quod in capto : sed non per omnia idem.nam vnus & alter facit interim partem, sed non eandem.Viuianus.

e *Possessione.* petenda quam prætor defert liberis: vt.ï.eodem.l. non putauit.§.vt autem.

f *Liberos.*nunc exponit liberos.

g *Naturales.*subau.& legitimi.item subaudi,sui,vel emancipati: vt.C.de libe.præ.l.fi.§.sancimus itaque.& insti.de hære. quæ ab intest.§.eadem.at naturalis tantum licet succedat ex voluntate, quandoque tamen nõ admittitur contra voluntatem: vt.C.de natu.lib.l.humanitatis.& authen.licet.

h *Adoptiuos.*vt.ï.eo.l.iij.§.filium.sed contra testamentum patris naturalis non habet,nisi instituatur hæres, & per alium aperiatur ei edictum:vt.ï.eo.l.non putauit.§.in adoptionem.& facit.ï.si tabu.test.nul.ex.l.j.§.liberos.sed hodie contra in vtroq;.nam contra testamentum adoptiui extranei non habent, sed contra testamentum naturalis sic:vt.C.de adop.l.pe.§.sed ne articulum.

i *Instituti.* pure, siue sub conditione potestatiua, nisi alius committat edictum : vt.ï.e.l.iij.§.si quis ex liberis.secus si sub casuali vel mixta,nisi sit in defectum eius exhæredatus.nam habetur pro non instituto:vt.C.de insti.& sub.l.iij.

k *Neque exhæredati.*scilicet rite.nam tũc haberẽt querelã inoffi. testa.vt.ï.eo.l.non putauit.§.nõ quęuis.&.l.si post.§.exhæredati.

l *Eo iure.* nam nó eodem iure, quia illi ciuili, isti prætorio.sed dic,id est,vt qui repelluntur illo iure, repellantur & isto, vt supra,de bonorum possess.l.non est.§.fina.

m *Ordine.* vt prior in gradu prius habeat:vt.ï.e.l.iij.§.filiũ.&.l. illud.§.j.item in stirpẽ.vt & ibi,&.ï.eo l.si in adoptionẽ.§.fi.Sed contra.ï.ea.l.§.qui habebat filium.&.ï.eo.l.iij.§.j.sed ibi dices.

n *Hæc autem clausula.* ad omnia supradicta potest referri.& dic quod ad posthumos prætеritos cum erunt nati,non ante.sed quo modo,cũ ipso iure rumpant?Respon.vt no.C.e.l.j.itẽ antequam nascant,habet locũ.ï.de vẽ.in pos.mit.l.j.in prĩ.& facit.ï.de ver. sig.l.nomẽ filiarũ.& insti.q dari tu.pos.§.fi.&.ï.de assig.li.l.fi.§.j.

BIU Cujas

mos videtur pertinere. Sed & si ab hostibus postliminio redierint[a] filij, Pomponius putat ad contra tabulas bonorum[b] possessionem eos admitti.

Facit partem ille qui sperat admitti ad partem. Bartolus.

¶ Si ex tribus filiis[c] vnus ab hostibus captus sit: duobus qui sunt in ciuitate, bessis bonorũ possessio cõpetit. Idem[d] & in posthumo. Nam quãdiu posthumus sperat, [e] in ea causa est, vt partẽ[f] faciat. ¶ Et sui iuris factos liberos, inducit in bonorum possessionẽ prætor. Siue igitur emãcipati sunt, siue aliàs exierũt[g] de patris potestate, admittuntur ad bonorũ possessionẽ. sed adoptiui patris nõ potest. [h] vt enim admitti possit, ex liberis[i] esse eũ oportet.

Filius non capax sicut mortuus, nõ obstat sequentibus in gradu. Bartolus.

¶ Qui habebat filiũ, habebat & nepotẽ ex eo. filiũ emãcipauit, & adoptauit in locum nepotis: deinde emancipauit. quæritur, an nepoti obstet? Et mihi magis videtur hũc nepotẽ nõ excludi: siue pater eius in adoptione mansisset quasi nepos, siue emãcipatus esset. puto enim & emancipato patre, nepotem quoq; cũ patre suo ex edicto[k] admitti. ¶ [Quidã] filiũ habuit, & ex eo nepotẽ. filio[o] emãcipat[o], vel in potestate manens, deportatus est. quæritur, an nepoti noceat? Et verius est in vtroq; casu nepotẽ admittẽdũ. [l] Deportatos enĩ, mortuorũ loco habẽdos. [m] ¶ Si & [n] pater & filio[p] deportati sint, & ambo restituti, dicemus ad bonorũ possessionem admitti filium. Sed & si filius in metallum damnatus, vel alia pœna quę seruum efficit, [o] restitutus sit, nihilominus admittetur. [p] aliter non.

II. Hermogenianvs libro tertio Iuris Epitomarum.

IDémque est, [q] & si pater pœnæ seruus efficiatur, & postea restituatur.

III. Vlpianvs libro trigesimonono ad Edictum.

NOn tantũ autẽ ipsi emãcipati admittũtur ad bonorũ possessionẽ, verumetiã hi [r] quoque qui ex his nati [s] sunt.

Si aliquis ex liberis adoptetur, durante adoptione succedit prout adoptatus est: ea finita succedit prout naturaliter vocatus est. Bartolus.

¶ Si duos habens nepotes, alterum emancipatum loco filij adoptauerit, videndum [est] an solus ille quasi filius admittatur. Quod ita scilicet

a *Redierint.* ſ. quocunque modo: vt. ĩ. de capti. l. nihil.

b *Bonorum.* quia tempus non currit: vt infra, de secund. tabu. l. qui ex liberis. §. j.

c *Si ex tribus filiis.* emancipatis & præteritis: vt faciat ad titulum.

d *Idem &.* immò non idem: vt. ſ. si pars hære. pet. l. antiqui. in fi. & ideo quod dicit in fi. partem. ſ. quartam si vnus erat natus. vel vt sit per omnia idem, pone casum vt infra, de coniun. li. l. j. §. sed & si posthumus. &. §. si postliminio.

e *Speratur.* facit. ĩ. de secũ. tab. l. ĩj. §. quãdiu. & quis or. in bo. posſeſ. ser. l. ij. §. pen. & vnde legi. l. pen. in fi. & vnde cog. l. j. §. si quis. sic & ſ. familiæ erciſcun. l. si hæres vnus.

f *Partem.* id est, natũ admitti ad partẽ, nõ ad totũ. sic. ſ. de inof. test. l. qui repudiãtis. in prĩ.

Et sui iuris.] *CASVS.* Prętor inducit in possessionem etiã liberos factos sui iuris. siue ergo emãcipati sunt. ſ. liberi, siue aliàs exierũt de potestate patris, vt per dignitatem, admittuntur ad bonorum poſſ. scilicet contra tabu. si præteriti sunt. sed adoptiui patris, subaudi ad bonorum poſſ. non potest subaudi admitti filius adoptiuus emancipatus. vt enim admitti possit aliquis ad bono. posſeſ. contra tab. oportet eum esse ex liberis. iste autẽ adoptiuus non est ex liberis ex quo est emãcipatus à patre adoptiuo: vt. ĩ. vnde lib. l. liberi capite minuti. Vi.

g *Siue exierunt.* vt per dignitatem: vt insti. quibus mo. ius pa. po. solu. §. sed ex constitutione.

h *Non potest.* ab eo emãcipatus: vt hic, &. ĩ. si ta. test. nul. ex. l. j. §. liberos. & vnde li. l. j. & insti. de exhær. li. §. adoptiui.

i *Ex liberis.* suis vel emancipatis. licet enim emancipati desinãt esse sui: [a] non tamen desinunt esse liberi: vt insti. de hære. ab intesta. §. eadem.

Qui habebat.] *CASVS.* Ponamus quod Titius habebat filium Seium, & ex eo filio habebat nepotem Gaium. emãcipauit dictus Titius dictum suũ filiũ Seium, & adoptauit idẽ Titius dictũ suũ filium in locũ nepotis. deinde emancipauit dictum suũ filium, & ita bis emãcipauit eũ. quæritur, an nepoti scilicet prædicto Gaio obstet scilicet dictus Seius filius in petenda bono. posſ. contra tabu. si dictus Titius eos præteriuit, vt excludatur prædictus nepos scilicet Gaius à dicta bono. posſ. & admittatur solus filius? & magis videtur hunc nepotẽ. ſ. Gaium nõ excludi scilicet à dicta bo. posſ. siue pater eius scilicet nepotis. id est, dictus Seius in adoptione mansisset quasi nepos, ita quòd Titius pater eiusdem Seij non emancipasset eũ Seium postquã eundẽ Seium adoptauit in locum nepotis: siue emancipatus est. ſ. dictus Seius à patre suo postquam ab eo fuit adoptatus in locum nepotis: sicut in veritate in nostro casu fuit emancipatus à patre suo postquam ab eo fuit in locũ nepotis adoptatus. puto enim emãcipato patre scilicet nepotis, sicut in veritate fuit emancipatus pater nepotis antequam idem pater nepotis adoptaretur in locum nepotis, puto dico nepotem quoq; cum patre suo ex edicto scilicet de coniungẽdis cum emancipato liberis admitti scilicet ad bono. posſ. contra tab. quicquid ex prædictis contingat in patre nepotis post emancipationem ipsius patris nepotis primo de eo factam. bis enim fuit emancipatus in nostro casu. Viuianus.

k *Ex edicto.* de coniung. lib. vt. ĩ. de coniung. lib. l. j. in prin. & facit. ĩ. si tab. testa. nul. ex. l. j. §. antepenul. Sed arg. contra. ſ. ea. l. §. vocantur. Solu. vt. ĩ. l. iij. §. j.

Quidam filium.] *CASVS.* Ponamus quòd Titius habuit filiũ Seium, & ex eo habuit nepotẽ Gaium. dictus filius emãcipatus vel in potestate manens deportatus est, & sic amisit ciuitatem, & non libertatem. quęritur, an nepoti noceat scilicet dictus filius deportatus ita quod admittatur ad bono. posſ. contra tab. ante nepotem, cum ambo sint præteriti à dicto Titio? & verius est nepotem admittendum scilicet ad bono. posſ. contra tabulas in vtroque casu: id est, siue erat in potestate, siue emancipatus filio[q] qui fuit deportat[o] subaudi. & nepotem filium deportatum admittendum. deportatos enim mortuorum loco habẽdos, repete verius est. Sed & si pater dicti nepotis & filius, id est dictus nepos deportati sunt, & ambo restituti scilicet sunt: dicemus ad bonorum posſeſ. admitti filium scilicet solum. Sed & si filius Titij, id est pater nepotis damnatus in metallum vel damnatus alia pœna quæ seruum efficit, restitutus sit: nihilominus admittetur scilicet ipse solus, ita quod non filius eius. Seq. vide per te vsque ad. l. illud quia sunt clara. Viuianus.

l *Admittendum.* & nihil seruatur filio. Sed cur secus in capto: &. ſ. eod. §. si ex tribus? Rñ. propter spem postliminij: vt. ĩ. de bo. li. l. si necesse. §. si deportatus. &. ĩ. de assig. liber. l. fi. §. pe. Ioan.

m *Habendos.* vt. ſ. pro socio. l. actione. §. publicatione. Arg. contra. ĩ. de verbo. oblig. l. ex parte. §. in insulam. &. ſ. de leg. ij. l. cũ pater. §. hæreditatem. &. ſ. ad Trebel. l. ex facto. §. ex facto.

n *Si &.* pone in duabus personis. ſ. patre & filio, & tũc dic patrẽ fecisse testamentũ, & præteritionẽ post restitutionẽ in integrum, aliàs autẽ testamentũ factũ esset irritũ capitis deminutione testantis: vt insti. q. modis test. infir. §. alio. Sed nõne cõualescceret: vt. ſ. de iiust. test. l. si quis ex. §. pe. & secũdũ hoc loquit sequẽs. §. & lex. Vel melius pone in tribus personis. ſ. auo & patre nepotis, & ipso nepote, & pater semper stetit in ciuitate: & tũc dic admitti filiũ. ſ. solum. & sic sequentia intelliges. & continuatur cũ superioribus.

o *Efficit.* sed deportatio tantum ciuitatẽ aufert: vt insti. quib. mod. ius pat. po. sol. §. cum autem. &. §. serui. sed hodie nemo bene natus ex supplicio fit seruus: vt in authen. de nupt. §. quod autem prius.

p *Admittetur.* simpliciter accipe si ponas in duabus personis. si autem in tribus, subau. solum: vt. ſ. proxi. dixi.

q *Idemque est.* Vel pone in duabus personis & dic post restitutionem factum testamentũ: vel pone in tribus: vt. ſ. l. proxi. no. §. penul. Sed huic legi & fini superioris. l. est contra insti. de capi. de. §. quod autem. &. ĩ. vnde cog. l. is qui. vbi non restituitur cognatio per seruitutem amissa. Solu. ibi manumissio, hic fuit in integ. resti. per quam omnia pristina iura restituũtur: vt. C. de sen. pas. l. j. &. l. fi. Arg. contra insti. de serui. cog. vbi etiam manumissio prodest ad ius cognationis. Sed ibi de nouo acquiritur, nõ vetus restauratur. Item arg. contra. ĩ. de pœ. l. aut damna. §. fi. Sed ibi fuit indulgentia, non restitutio in integrum.

r *Non tantum. Verumetiam hi.* ordine seruato: vt supra. l. j. §. vocantur. Azo.

ſ *Nati.* Not. ex his, quia secus si ex filiabus vel nepotibus etiam ex filio

a Tamẽ hodie quantũ ad multa, emãcipati, et sui, ad æquã tur. Bart. in l. 3. ſ. de leg. tut. & hoc in tutelis. idẽ in collatione. Bal. ſ. l. si emãcipati. 4. op. C. de collabo. dicit tamẽ idẽ Bal. in. l. meminimus. C. de legit. hære. quod est tãtum similis suo.

BIU Cujas

ex filio natis. & est ratio, quia pro exhæredatis habentur: vt dices infra. eo. l. illud. §. ad testamenta.

a *Procedit.* vt quasi solus filius admittatur.

b *Melius est autem.* autem, pro quia: aliàs pro, sed. vt corrigatur distinctio superior. ſ. adoptauerit in patrem huius nepotis, an simpliciter. sed secundum hoc non ita vocantur vt de iure ciuili: quia eo iure cum filio vocatur alterius fratris filius: vt insti. de hære. quę ab inte. def. §. cum filius. & in authen. vt fra. fi. §. j. & sic est contra supra, eo. l. j. §. vocantur. Sol. potest dici quod ibi in contrario loquitur de liberis qui sunt in potestate, & qui veniunt ad contra tabu. nam & in illis idem habet seruari ac si de iure ciuili succederent: vt infra, tit. j. l. is qui. in princi. & sic non remanet ibi aliquod contrarium.

*Flo. qua

c *Quasi filius.* sed quasi nepos. Azo. & dic vt ſ. l. j. §. qui filium.

d *Finita sint.* vt. C. de adopt. l. pe. §. sed hoc.

e *Filium habens.* scilicet ego.

f *Admittentur.* tanquã filij.

g *Non admittetur.* nam per emancipationẽ dissoluitur adoptio: vt supra, proxi. §.

h *Quæsitum.* sed superiori casu ante fuit quæsitus: & facit. ſ. e. l. j. §. q filium. &. j. de coniun. lib. l. j. §. si pater ita.

†Vide quæ ad huius. §. interpretationẽ scripsit Viglius ſ. coment. ad tit. de inof. testa. circa princip. Infortiat. lib. 2.

i *Ducta.* quod fieri potuit: vt. ſ. de ritu nup. l. filius. sed non impune, vt quando ignominiosam: quia poterit exhæredari secundũ hęc iura: vt statim dicet. Acc.

k *Mortuo.* secus si viueret, quia præcederet: vt. ſ. ea. l. §. filium.

l *Per rescissionem.* auiti testamenti. & dic qđ respõ. tacitæ obiectioni hoc modo: Filius emancipatus testamentum aui rescindit per contra tabu. ac si pater eius in aui manssisset potestate: vt supra, in princip. huius. l. sed si mansisset in potestate hic nepos, iustus non esset, vt pote vxore ducta sine patris consensu: vt supra, de statu ho. l. Paulus. ergo & nunc non est iustus, cum perinde sit, ac si mãsisset: sed non est ita. nam rescisio non debet facere, vt qui iustus est filius, desinat esse filius vel nepos: quia sic repelleretur, & rescisio non fit per prętorem, vt hic excludatur, sed magis vt admittatur. alioquin quod fauore eius introducitur, ad læsionem eius retorqueretur: quod esse non debet. & ex contrario contrariũ in vera hypotheca sequitur. simile est electio. C. de secun. nupt. l. generaliter. §. in his. secundum Ioan. Aliter alij formant tacitam obiectionẽ, hoc modo: Si filius emancipatus non admittitur propter rescisionem patrię potestatis, ergo nec nepos. sed prima falsa, & rescisio patriæ potestatis non facit, vt nepos non sit iustus, immò magis vt sit iustus. Vel sic secundum H. lege, non enim is nepos qui iustus est, per rescisionem patriæ potestatis (nam aliàs non esset nepos iustus) non debet dico fieri iniustus.

*Flo. admittantur

m *Cum rescissio.* accipe, adhibeatur, quod est infra, quo magis &c. non quo minus admittatur.

n *Nam & si tam.* opponitur secundo, quia ignominiosam duxit vxorem, & contra velle patris, sed nõ nocet. nam & si tam &c. vel non mirum. nam si ita est, quando duxit honestã, idẽ si inhonestã.

o *Exhæredare.* ſ. filium. sed ista hodie non est de causis ingratitudinis quæ sunt in authen. vt cum de ap. co. §. causas. cum seq. §. Alij dicunt nepotem quasi contrahat originem ex delicto patris, quod non placet: vt. C. de inoffic. testa. l. si quis in suo. §. fin. &. j. de bo. dã. l. fina. in princip. & ſ. de in ius vocan. l. adoptiuum. §. fina. Sed arg. contra. C. de quæstio. l. diuo. sed dic vt ibi. Accursius.

p *Merita.* nepos enim meretur institui eo ipso quod non demeretur: vt. ſ. de leg. ij. l. cum quidam. sed pater deliquit accipiendo talem vxorẽ: vnde potest exhæredari. admittet ergo nepotem ad contra tabulas, sed non admittet filium ad querelam, cum extraneus sit institutus. & facit in authẽ. vt cum de ap. cog. §. si alicui.

†Cic. tamẽ in lib. epist. ad Brutum acerbũ esse censet parẽtum scelerato nepotem ad filiorum postulationis lui.

q *Ante petitam.* secus si post: vt. j. vnde lib. l. fi. Item secus si est institutus, & commisso edicto petat contra tabu. vt. j. eo. l. si post mortẽ. in prin. quæ est cõtra. & est ratio: quia iura testandi nõ tolluntur minima capitis deminutione: vt. ſ. de capi. de. l. tutelas. in prin. vel melius, quia puenit in eũ casum à quo incipere non potest. nam prætorito adoptiuo non datur contra tabu. sui patris. nisi sit adoptatus ab auo paterno, vel similibus: vt. j. eo. §. idemque est. &. l. fi. §. idemq; iuris. sed instituto adoptiuo datur: vt. j. eo. l. non putauit. §. in adoptione. Item adhuc contra infra, ad Tertyl. l. j. §. proinde siue quis. &. ſ. de cap. de. l. tutelas. vbi dicit non tolli per emãcipationem alia iura, nisi quæ per. l. xij. tab. deferuntur. sed dico quod contra tabulas hic defertur non simpliciter filio, sed emancipato. cum ergo non remaneat emancipatus, amittit contra tabulas.

*Flo. quia &

*Flo. alia

r *Si quis filio suo.* datiui casus.

f *Potuit.* & quia in aliena familia non fuit: vt infra eo. l. fina. §. penul. & facit. j. eo. l. si emancipatus. &. j. §. proxi.

t *Idemque est.* econuerso.

u *Nam & hic.* id est, hoc casu.

x *Patris sui.* naturalis. & facit supra, proxi. & infra, eo. l. si retentus. Sed huic & superiori respon. videtur contra infra, eo. l. si emancipatus. §. fina. ibi, tamdiu &c. & institu. de hæred. ab intest. §. eadem. &. §. at hi. & infra, vnde lib. l. j. vbi dicitur quod dum est in adoptiua familia, non succedit patri naturali. Solu. dixit Guil. & Ioan. quod hic non tenuit adoptio, sed remansit in potestate cuius erat ante. Vel distingue sit datus extraneo, vel non extraneo: vt infra, e. l. fina. §. penul. sed secundum hoc si est datus non extraneo, corrigitur: quia adoptiuum tunc respicit: vt infra, de adop. l. penul. §. si vero pater.

y *Filius non.* quia ante erat emancipatus: vt. j. eo. l. si pater se.

z *Bonorum possessionem.* contra tab. de qua loquimur. Accur.

*Flo. admittatur

*Vide quæ ad huius. §. interpretationẽ scripsit Viglius ſ. coment. ad tit. de inof. testa. circa princip. Infortiat. lib. 2.

*Flo. qua

*Flo. admittantur

*Flo. alia

*Flo. admittantur

*Flo. admittantur

*Flo. admittantur

a *Admittatur.* sed quo modo, cum non potuit testari, vt pote in potestate arrogatoris: vt.ſ.de adop.l.ſi pater? Respon. adoptiuus pater erat mortuus, & tamen dicitur adhuc in eius familia: vt.j.e. l.vtrum. Vel dic quòd dicit in quasi castrēſi: in quo licet quibusdam permissum erat testari, non tamen cessabat querela, vel contra tab. licet hodie semper cesset: vt.C.de inof fi.testa.l.fin. Vel dic cp hic nō tenuit adoptio, & semper dices adoptiua familia. ſ. putatiua.

Opinio plerumque ponitur pro vero.

nam pro vero plerumque ponitur quod est ī opinione: vt.ſ.de peti. hære.l. pro hærede. in castrensi vero non potest dicere, quia tūc cessaret contra tabu.vt.ſ. de mili.testa.l.ſi à milite.§.fina.&.l.ſeq.

b *Non possunt.* vt deportati: vt.C.de hęred. instī.l.j.&.ſ.e.l.j.§. deportatos. idem multo magis damnati in metallū: vt.j.de pœ.l.quidam. item hæretici: vt C.de hæreti.l.iiij. Item mulier nubens intra tēpora luctus: vt.C.de secū.nup.l.j.& facit.ſ.de bon.poſ.l.non est.§.fi.

c *Mortis.* ſi dicas de suis, planum est: quia vnū tēpus tantū inſpicitur, ſcilicet mortis: vt instī. de hære.qua.& diffe.§. ſui. ſi de emācipatis, tūc tria tēpora debent inſpici: vt instī. de hęred. quali.& diffe.§. in extraneis. ſed ibi instituti, hic præteriti. & facit infra, de lega. præſt.l. interuenit.

tentiam, vt filius hic (quamuis non sit in eadem familia in qua pater) ad bonorū possessionē tamē eius admittatur. [a] ℣ Liberi qui instituī hæredes iure non possunt: [b] nec contra tabulas bonorum possessionem petere possunt. Hæc autem verba, *instituī non possunt*, ad mortis [c] tempus referuntur. ℣ Si quis ex liberis hæres scriptus sit, ad contra tabulas bonorū possessionem vocari non debet. cum enim posīt ſecundum tabulas habere [bonorū] possessionē: quò bonū [d] est, ei contra tabulas dari? Planè ſi alius committat [e] edictum: & ipse [f] ad contra tabulas bonorū possessionem admittetur. ℣ Sed ſi sub conditione [g] scriptus sit, bonorū possessionē cōtra tabulas accipere nō potest. [h] & ita Iulian⁹ quoque libro vicesimotertio Digestorū scripsit. Quid ergo ſi defecerit conditio? Verū est eum cōtra tabulas accipere [i] bonorū possessionē. ℣ Si sub ea conditione filius emācipatus [k] hæres sit instītutus, quæ in ipsius † potestate [l] nō est, quia scriptus hæres est: bonorū possessionē ſecundum tabulas accipere potest, [m] & debet: nec cōtra tabulas [n] potest. Et ſi fortè defecerit cōditio, tuendus erit à prætore in tantum quantū ferret, ſi contra tabulas bonorū possessionem accepisset. [o] Sed & ſi nepos [p] sub huiusmodi cōditione scriptus sit hæres, idem erit dicendum. ℣ Si quis ex liberis nō sit script⁹ hæres, sed ſeruus eius scriptus sit, eúmque iusserit [q] adire hæreditatem: denegari ei debet bonorum possessio contra tabulas. Idémq; est, & ſi legatum relictum ſibi, vel ſeruo ſuo, elegerit. nā & hic [r] dicimus bonorum contra tabulas possessionem debere denegari.

IIII. PAVLVS libro quadragesimoprimo ad Edictum.

ILlud notandū est, quod bonorū possessio cōtra tabulas quæ liberis ꝓmittitur, locū habet, siue quis hæres extiterit, [s] siue non: [t] & hoc est quod dicto: vt.j.eo.l.ſi in adoptionem.&.ſ.de leg.iij.l.ſi.§.fina. Item hic sub conditione instītutus non potest adire de iure ciuili ea pendente: vt.ſ.de acquir.hęre.l.is qui.in prin.ergo nec ſecundum tabu.debet dari: vt.ſ.de bono.possess.l.non est.§.fin.ſed ibi de alio impedimento ratione suæ personæ, vel alio: non de impedimēto conditionis. Item contra.ſ.de acquir. hæred. l. Clodius. Solu. ibi.

† *Adde etiam ſob nn possibili cō ditione re-stitutis po-ſſumus bonorum poſ-ſessio. ſecundum tabu. ſe testamen fuit vtilis: vt.l. ij. §. ſi sub cōditione.j.de bono.possess.ſecundum tabu.& ſic potest in aliū conuerti, vt hic: ibi autem prima cōditio fuit vtilis: vnde nō conuer titur in aliam vtilē ſecundum Barto. hic.*

ADDITIO. Dic qd ibi nihil dicitur de hac l.& ideo dic quod hic petitio bonorum poſ-ſessio. ſecundum tabu. fuit vtilis: vt.l. ij. §. ſi sub cōditione.j.de bono.possess.ſecundum tabu.& ſic potest in aliū conuerti, vt hic: ibi autem prima cōditio fuit vtilis: vnde nō conuer titur in aliam vtilē ſecundum Barto. hic.

Bare. Bar. in.l.i. vi. colū.ſ. de condi.instī. & in.l.ſi quis testa-mēto.eo.tit.

n *Nec contra tabu. potest.* sed ſecundum tab. ſic.vt.j.de ſecun.tab.l. ij.§.ſi sub conditione.

o *Accepisset.* vt.j. de ſecun.tabu.l.ij.§.ſi sub conditione. &.l.ſi sub conditione. ſed numquid iure bonorū possess.contra tabu. Ité facit.ſ.de inoffic. testa.l. mater.& de leg.iij.l.ſi. §. fina. &.j. de bon. libe.l.cum duos.&.j. de col.do.l.iij. Accurſius.

p *Sed & ſi nepos.* siue ſuus, siue emancipatus: vt.ſ.de hæ.instī.l.ſuus. &.l.ſed & ſi in conditione.§.nepotes. H.

q *Iusserit.* idem ſi non iusserit: quia non videtur ſibi posse cōmittere edictū: vt.j.e.l.non putauit.§.ſed ſi ipse.& facit.ſ.de inoffi.test.l.nihil.&.j.e.l.ſi post. §.ſi in adoptione.&.j.de bo.lib.l.ſi vero.§.ſi ſeruo. Accurſius.

r *Nam & hic.* vt.j.tit.j.l.filium.§.in omnibus.

ILlud notandum.] CASVS. In principio huius legis notatur differentia inter bonorum possess. contra tabu. quæ datur liberis præteritis, & patronis præteritis, ſi parens me præteriit: & alium instituit, siue instītutus adiuit, siue non: ego præteritus potero petere contra tabu. ſed patronus præteritus à liberto non poterit petere contra tabulas, nisi ex illo testamento adita sit hæreditas. hoc dicit. contra est: vt.j.de bonis lib. liberis competit. siue paterna hæreditas est adita, siue non, quæ datur patrono præterito, & datur ſi hæreditas sit adita. ratio est illa, quia ſucceſsio parentum magis debetur liberis infra, vnde liberi.l.ſcripto. Item nota aliam differentiam bonorum possessio. quia quæ datur patrono, rumpit testamentum pro debita portione. quæ datur liberis, reducit rem ad causam inteſtati. C.de bonorum possess. quæ præſta. paren.l.j.& C.de colla.l.vt liberis.& prędicta est ratio, quia patrono debetur ex lege.xij.tabu. liberis iure naturæ. [*SI QVIS.*] Habebam filium in potestate: instītui eum, vel exhæredaui. nepoté vero præterij. non erit locus bonorum possess. contra tabul. vt quia filius præcedit eum in gradu. [*AD TESTAMENTA.*] Si mater mea vel auus maternus me præteriit, non vocor ad contra tabu. [*SI QVIS.*] Filium iam natum instītui: posthumum præterij. numquid instītutus filius iam natus petet cōtra tabu? ſic, quia ſecundum tabu. non petet, quia ſperatur moueri contra tabu. quid ſi interim intra tempus ad petendam bonorum possessio. deceſsit? numquid bonorum possessionem nō agnitā ad ſuos hæres transmittet? & regulariter non transmittitur. hoc caſu ſic, quia impeditus fuit iuſta ratione non petere ſecundum tabu. cum ſperaretur moueri contra tabu. Viuianus.

a *Quod * bonum.* id est dicere, ſatis est, ſi habet ſecundum tabu. non autem intelligas ſimpliciter. nam vtilitas eſſet quod nō teneretur præſtare legata, niſi certis perſonis: vt.j.de leg.præſtā.l.j. Ité & alia poſſet eſſe vtilitas: vt.j.eo.tit.l.ſi ex duobus.§.ſed illud. ſed intellige quod hic dicit, cum ipſe ſolus est instītutus, quando nihil ei prodeſſet petere contra tabulas: vt.j.tit.j.l.is qui.§.ſed ſi ſolus. no. ſimile verbum huic.ſ.ad Velleia.l.aliquando.§.fina.

**quò, vt eſt Floren. reposuimus.*

e *Committat edictum.* i. aperiat edictum de contra tabu. instītuto: quod facit petendo præteritus, licet non proſequatur: vt.j.eo.l.ſi post mortem.§.fi. ſic & ſtipulatio conditionalis committitur. i. incipit ex ea agi posse cum conditio exiſtit.

f *Et ipse.* ſcilicet instītutus, & ſic habet per aliū quod per ſe nō poteſt. & plene dic vt.ſ.quæ res pigno.obli.poſ.l.Ariſto.

g *Sed ſi sub conditione.* loquitur hic.§.in filio in potestate conſtituto, & instītuto sub potestatiua conditione, quæ potest impleri vltimo vitæ ſpiritu, & ſic valet testamentum: vt.ſ.de hæredi.instīt.l.ſuus.§.j. qualiter ergo potest deficere conditio? dic in illo.ç. quid ergo. loquitur in emancipato. vel totus loquitur in emancipato instītuto sub conditione caſuali. & dic quod habebat cohæredem: alioquin deficiente cōditione rediret ad cauſam inteſtati. & facit bene ad hunc.§.ſeq.j.e.l.ſub cōditione.j.rñ.&.l.filiū. H.

h *Non potest.* an hic potest alij committere edictum? Reſpō. potest: vt.j.eo.l.ſi in adoptionem.

i *Accipere posse.* ſ. ſi pendente conditione nō accepit ſecundum tabulas: vt.j.ea.l.§.& ſi forte.

k *Emancipatus.* ſecus in ſuo: quia nō valeret testamentum: vt.ſ. de hæredi.instī.l.ſuus.§.j.&.C.de instī.& ſubſtī.l.ſi pater.

l *Potestate non est.* idem ſi in potestate: vt.j.de ſecun.tabu.l.j.§. ſi sub conditione. & ideo ſubaudi hic, maxime. arg. contra infra, de cura.bon.dan.l.j. *ADDITIO.* Dic quod in alio caſu loquitur ſecundum Dy. & Bartolum.

m *Potest.* quid ſi instītutus filius repudiet ex testamēto? an quaſi præteritus petet contra tabu? videtur quod ſic posſit eligere: vt.j. tit.j.l.filium.§.omnibus. ſed H. contra per.l.ſ.eo.l.j.in prin.ibi, ſi neq; instī.&c.&.C.de poſthu.hęre.instī.l.fi.in fi. Item quod dicit non posse peti contra tabulas, verum est, niſi ab alio cōmiſſo edi-

s *Extiterit.* puta instītutus.

t *Siue non.* & ita contra tab. locum habet adita hęreditate, & ante: ſecus in querela inoffi.testa.vt.ſ.de inoffi.teſta.l.Papinianus.§. ſi conditioni. & ſi ante aditā, facit ipſo iure non valere teſtamentum. ſi autē poſt, valet de iure ciuili, ſed de æquitate prætoria rumpitur: vt not.C.de col.l.vt liberis. item dic, siue non, dum tamen

poſsit

BIU Cujas

possit existere: vt. ff. eo. l. quod vulgo. sed cum instituti expectant præteritos: vt. ff. de secun. tabu. l. ij. §. expectandi. ergo semper ante aditam hæreditatem. sed dic quod expectant vt non petant secundum tabu. adire tamen possunt de iure ciuili, & sunt hæredes, arg. contra. ff. e. l. j. in fi. vbi etiã iure ciuili prohibentur. *ADDITIO.* Dic secundum Bart. hic quod ibi erat duplex impedimentũ, quia expectabatur contra tabu. & impedimentum erat de iure ciuili: hic vnum tantum.

a *Cõtra ipsum testamentum.* sic. ff. vt in possess. leg. l. j. §. nõ exigit. in fi.

b *Contra est.* quia oportet esse aditam: vt. ff. de bo. lib. l. etiam si. §. vt patronus.

c *Non est.* nũquid ergo erit locꝰ edicto successorio in hac bonorũ possess. contra tabu. si filius repudiauit? Respõ. est argu. contra supra, de inoffi. testa. l. si is q. Azo. & facit. ff. eo. l. j. §. vocantur.

d *Non habent.* id est, habere non possunt: vt instit. de hære. quali. & diffe. §. cæteri. in fi. Vel dic, suos, large, scilicet tales quibus datur hæc bonorum possess. quos dic, vt supra, eod. l. j. in princi. & sic tollitur oppositio de emancipatis. Est & alia ratio, quia

a *Sed quare dicitur potius in fœmina exhæredatio, quã in masculo: dic, quia nõ dicitur contrauri deminium in bonis mabis, vt in bonis patris. Bart. in. l. pater filiũ. col. versi.* præteritio[a] fœmanarũ habetur pro exhæredatione: vt instit. de exhæred. lib. §. mater. sed exhæredatis non datur hæc contra tabu. vt. ff. eod. l. non putauit. in princip. & ff. l. j. in prin. ibi, sed neque &c.

e *Neque.* quasi scriptũ. quod videbatur: vt ff. de secũ. tab. l. ij. §. expectandi. & dic bono. possess. secundum tabu. sed cur hic non datur secundum tab. vt infra, de secund. tabul. l. ij. §. si sub conditione? Respon. quia in dubio benignius præsumitur: vt infra, de regu. iur. l. semper. id est, quod nascatur posthumus: & ideo quasi eo nato datur contra tabu. sic ergo aperitur edictum instituto per natum & nasciturum. sic non est contra. ff. eo. tit. l. j. in princip. vbi non datur instituto. Item & secundum tabu. videtur dari quæ dari consueuit pendente conditque creditur extitura: vt di. §. si sub conditione. secundũ Azo. Item non obst. ff. de bono. lib. l. si filius. §. cũ filius. vbi expectat patronus alios. sed verũ est priores: hic autẽ erant eodẽ gradu natus & nasciturus. vnde nõ est ibi iniquitas. hic esset expectare tantũ.

*sicut dicimꝰ ff. de inoffi. testamento. & l. ff. suis. & ff. de liberis & posthu. *Hal. quia*

f *Moriatur.* quam petat bo. pos. contra tab. vel secundum tab. & facit. ff. l. proxi. apparet ergo quod potest petere de æquitate. & si differt volens iuri communi deseruire, transmittit.

g *Quod maximè.* electiue ponitur. nam aliud est in suo: vt supra, de acquiren. hæredi. l. ventre. H.

h *Adire.* propter posthumum præteritum, vt dicunt. sed certe hoc non impedit: quia in pari gradu est cum posthumo: vt. ff. de acquir. hære. l. eum qui. §. j. immò quia aditio est de iure ciuili, cui emancipatus erat incognitus. Azo.

i *Sed & si decesserit. Iniquum.* immò videtur iniquum, cum poterat petere contra tabu. sed non est: quia iuri communi voluit deseruire.

k *Vel contra tabu.* hæc disiunctiua pro altera parte vera est, scilicet quia habet contra tabu. non autem secundum tabu. vt supra, l. proxi. §. fina. sed Azo dixit ibi etiam secundum tabu. dari. Et no.

ff. Insort.

cimus, contra ipsum testamentum[a] liberis competere bonorum possessionem. quod in patrono cõtra[b] est. ℣ Si quis filiũ quem in potestate habuit, instituerit hæredem, vel exhæredauerit, & ex eo nepotem omiserit: bonorum possessioni locus non est:[c] quia non esset nepos suus hæres futurus. Eadẽ sunt, & in sequẽtibus gradibus. ℣ Ad testamenta fœminarũ edictum contra tabulas bonorum possessionis nõ pertinet: quia suos hæredes non habent.[d]

Institutus filius beneficio præteriti nati vel nasciturꝰ potest petere contra tabulas, & eo casu decedens ante eã petitam transmittit. Bartolus.

℣ Si quis eum qui in vtero est, prætermiserit: etiam nondum nato eo alius qui hæres institutus est, bonorum possessionem contra tabulas admittere potest: (quia iniquum est, neque quasi scriptũ[e] posse petere bonorum possessionem quamdiu contra tabulas peti potest, nec contra tabulas quamdiu nõ nascitur præteritus) vt & si ante moriatur,[f] bonorũ possessionis beneficiũ ad hæredẽ transmittat. quod maximè[g] necessarium est in filio emãcipato scripto hærede, qui * nec hæreditatem interim adire[h] potest.

V. IVLIANVS libro vicesimoquarto Digestorum.

SEd & si decesserit antequã peteret bonorũ possessionem: non est inquum[i] prætorem decernere, hæredibus eorum saluum fore commodum bonorũ possessionis secundũ tabulas, vel contra tabulas.[k]

VI. PAVLVS libro quadragesimoprimo ad Edictum.

SI emancipatus filius nepotẽ procreauerit,[l] & ita decesserit, deinde auus eius[m]: nepos ad aui bonorũ possessionem venire potest.[n] ℣ Quod si & filium & nepotem[o] emancipauerit, viuente quidem filio nepos nõ veniet: post mortem autem eius ad bonorum possessionẽ aui veniet. Nepote quoque solo emancipato, & auo mortuo, deinde patre eius, nepos præteritus accipiet patris bonorum possessionem: quia suus[p] hæres esset futurus[q] patri,[r] si [de] potestate aui nõ exisset. ℣ Filio emancipato, si nepos retentus sit, & vtriq;[ſ] præteriti: vtriq; accipient bonorũ possessionem. ℣ Si filius[t] emancipatus in adoptiua familia nepotẽ sustulerit, ne nepos quidem ad bonorum possessionẽ aui naturalis veniet.[u] Sed & si emancipatus[x] filius procreatis nepotibus in adoptionem se dederit, vt eum filij sequãtur:[y] idem erit. Planè si is qui apud adoptiuum auum procreatus est, emancipatus sit, veniet ad bonorum possessionem aui naturalis. Adoptio [enim] quod regulariter bonorum possess. vel hæreditas non adita vel non agnita non transmittitur: vt supra, de bono. possess. titu. general. l. iij. §. acquirere. sed fallit hic, si distulit deseruiendo iuri communi. Item fallit in liberis. Item intra annum deliberationis: vt. C. de cad. tol. §. in nouissimo. & in alio: vt supra, ad Silla. l. si quis graui. §. eleganter. Item. C. de inofficioso testamen. l. si quis filiũ. Item supra, de acquir. hære. l. Pantonius. Sed ibi propter restitutionem in integrum. Item fallit infra, de Carbo. edic. l. scriptus. in fi.

Si emancipatus.]C *ASSVS.* In principio huius legis dicit: Filius emancipatus post emãcipationem procreauit nepotem: tandem decessit filius. decessit auus, nepos inuenitur præteritus. nũquid vocabitur ad contra tab. in bonis aui? Respon. quod sic. Sed quid erit? filium & nepotem emancipauit. viuo filio decessit auus, nepote præterito. numquid nepos vocabitur ad contra tabu. viuo filio? nõ. Sed quid erit? mortuus est. filius bono. possess. contra tabu. non petit. numquid nepos poterit petere contra tabu? Certe sic. Sed si solus nepos emancipatus est, & præteritꝰ, & ipse vocabitur: quid erit? filiũ emancipauit, nepotem in potestate retinuit: numquid filius vocabitur ad contra tabu? sic: & nepos similiter ex alterius pſona. Sed quid? filius est datus alteri in adopt. numquid venit ad contra tabu? sic, si desinit esse in alterius familia. similiter & nepos admittetur. [*PLANE.*] In. §. isto dicitur: Filius emancipatus dedit se alicui in arro. nepos ex eo natus est apud patrẽ adoptiuũ. nũquid iste nepos vocabitur ad contra tab. aui naturalis? sic: & si est præteritus ab eo nõ durante adoptiua familia. quod intelligendum est, si iste nepos est natus viuo auo. secus si post mortẽ eius.

l *Procreauerit.* secus si adoptauerit: vt insti. de hære. ab intesta. §. cum quæritur. in fi. & ff. de in ius vo. l. sed si hac. §. si filius. Azo. & supra, de in ius vocan. l. quæsitum.

m *Auus eius.* scilicet decesserit.

n *Potest.* ex lege Velleia non: quia neq; filius neq; nepos erant in potestate. quod est opus vt illa lex locum haberet: vt institu. de exhæreda. lib. §. posthumorum.

o *Nepotem.* sed quæ erat hic dubitatio? Respon. quod hoc edictum maxime propter emancipatos est inductum: sed certe idem, & si alio modo sint sui iuris: vt. ff. l. j. §. & sui iuris. in fi.

p *Quia suus.* respondet tacitæ obiectioni quæ fieri potest ex eo quod est. ff. eo. l. illud. §. testamenta.

q *Futurus.* sic. ff. e. l. illud. §. si quis.

r *Patri.* numquid auo? respon. vt. C. vnde libe. l. qui se. Azo.

ſ *Vtrique.* vt. ff. de coniung. lib. l. j. in prin. & ff. de inoffic. testa. l. si proponas. & ff. de col. bo. l. filius emancipatus.

t *Si filius.* extranei.

u *Veniet.* vt. ff. eo. l. iij. §. si quis filio. sed hic extraneo fuit datus.

x *Sed & si emancipatus.* à patre naturali.

y *Sequantur.* vel sequuntur: vt. ff. de adopt. l. si pater. sed contra huic respon. ff. eo. l. iij. §. idemque. sed hic extraneo se dedit.

BIU Cujas

a *Tamdiu.* vt instit.de exhære.lib.§.qua ratione.&.ff.de ven.in pos.mit.l.j.§.si filius.&.ff.eo.l.si ex duobus.§.filius.&.C.de adopti.l.penul.§.si vero pater.&.§.si hoc. & ex hoc collige idem esse in proximo superiori casu.Accursius.

b *Viuis.* facit instit.de hæred.ab intesta.§.at hi.&.§.eadem.&.§. admonendi.

c *Emancipatũ.* nepotem ab auo adoptiuo.

SI retẽtus.] CASVS. Si pater habens filium, & ex eo nepoté, filiũ emãcipauit, nepoté in potestate retinuit, filius emãcipatus præteriit suum filiũ: & viuo auo nepos vocatur ad cõtra tab.patris sui. Ex lege ista colligetis arg. pro sententia Accur.& Azo.qui dixerunt:si habeo filium,& ex eo nepotem: eoipso quod emancipaui filium, non videor nepotem emancipare:vt hic,&.C.de adopt.l.liberũ.licet quidã cõtradixit.arg. eius quod legit.C.de adop.l. si pater.sed illud debet intelligi,si pater emãcipauit filiũ cũ nepotib⁹.

d *Si retentus.* facit.ff.de ven.in poss.mit.l.j.§.j. & de col. bon.l.si quis filium.& si ta.testa.nul. ex.l.si pater.

NON putauit.] CASVS. Si pater vel auus paternus, vel prouauus liberos suos præteriit, liberi præteriti nõ veniunt ad contra tab. sed possunt dicere testamentum inofficiosum liberi præteriti. Sed vnũ sciatis, quia ad hoc vt filius repellatur à cõtra tab.non sufficit aliã partem testamenti scribi,sed debet exhæredari ab eo gradu quo petitur bonorũ possessio. [NON QVÆVIS.] Habuisti supra quod exhæredatio habet repellere liberos à contra tabulas.quod est intelligendum de rite facta, non de rite non facta. non enim quæuis exhæredatio repellit filium à contra tabulas. Si ab vno ex hæredibus est facta,non rite facta,non repellit à contra tabulas. Si ab omni gradu rite facta est, repellit à cõtra tabulas.Sed quid? filius est exhæredatus à primo gradu:est institutus in secundo gradu.nũquid poterit petere contra tabulas?si ex persona fratris committentis edictum,potest à primo gradu præteriri,à secũdo exhęredari, & econtra : & vbi præteritur, contra illum gradum petit contra tabulas vbi exhæredatur:non potest contra illum gradum bonorum possessio. petere. [SI QVIS.] Paterfamilias filium emancipatum exhæredauit, eundem arrogauit. numquid repellitur à contra tabulas? sic,quia iura naturalia in eo præualent.secus in extraneo. Quid erit? filium dedi in adoptio. deinde eum exhæredaui: postea emancipatus est. numquid nocebit ei exhæredatio? sic. Vnum sciatis: Si dedi filium in adoptionem, tenet si eum exhæredo, quamdiu est in adoptiua familia: quia non videtur esse filius. aliàs sic: Sed quid si institutus est per quem quæritur hæreditas: numquid admittitur ad contra tabulas? sic, si sit præteritus. [VT AVTEM.] Præteriti qui volunt admitti ad contra tabulas, debent esse de liberis. si dati sunt in adoptio. non admittuntur ad contra tabulas patris naturalis, nisi sint scripti, & alius committat edictum. [NON EST NOVVM.] In.§. isto ponitur casus in quo aliquando expedit instituto peti bonorum possess. contra tabulas.& est talis: Ponamus, testator te filium suum instituit ex vna vncia: me filium emancipatum tamdiu[a] nocet, quãdiu quis in aliena familia est. Cęterũ emãcipatus ad bonorũ possessionẽ parentum naturaliũ venit: sed emancipatus viuis[b] eis, non etiam post mortẽ eorum. Hoc enim verius est, post mortẽ eorum emancipatũ[c] nõ admitti.

VII. GAIVS libro quartodecimo ad Edictum Prouinciale.

SI retentus[d] fuerit in potesta te nepos, filio emancipato: admittitur nepos viuo auo ad patris bonorum possessionem. B

VIII. VLPIANVS libro quadragesimo ad Edictum.

NOn putauit[e] prætor exhæredatione notatos & remotos, ad cõtra tabulas bonorum possessionẽ admittendos: sicuti nec iure ciuili testamenta parentum turbant.[f] Sanè si velint inofficiosi querelam instituere, est in ipsorum arbitrio. ¶ Aliqua parte tabularũ exhæredẽ[g] scribi nõ sufficit,[h] sed eo gradu contra quem petitur bonorũ possessio.[i] Vnde si à primo gradu exhæredatus sit filio, à secundo præteritus, & primo gradu scripti non petierint bonorum possessionem, poterit[k] contra tabulas accipere bonorum possessionẽ. ¶ Non quęuis exhæredatio summouet filium à contra tabulas bonorum possessione, sed quæ rite[l] facta est. ¶ Si ab vno ex hæredibus sit filius exhæredatus: Marcellus libro nono Digestorum scribit filiũ non videri exhęredatũ:[m] idcirco contra tabulas bonorum possessionẽ peti posse contra vtrumq; hæredẽ. ¶ Si exhæredatus sit[n] filius, & institutus obtinente eo gradu in quo institutus[o] est, puto cõmisso edicto ab alio filio contra tabulas bonorũ possessionẽ eũ petere posse.[p] ¶ A primo gradu præteritus est filius: à secundo exhæredatus. Si in primo gradu scripti, non sint in rebus humanis mortis testatoris tempore: dicendũ est contra tabulas bonorum possessionem præteritum petere nõ posse. Hęreditas enĩ in secundo gradu versatur, non in primo, ex quo neq; adiri hæreditas, neq; bonorũ possessio peti potest.[q] Sed si post mortẽ testatoris decesserint hæredes scripti: idem Marcellus putat contra tabulas bonorum possessionẽ semel natam competere. Sed & si defecerit conditio[r] institutionis, adhuc tantundem dicit præteritum ab eo gradu filium cõtra tabulas bonorum possessionẽ petiturum. Idẽ scribit,& si posthumus qui institutus fuit, non fuerit natus. nam adhuc contra tabulas bonorum possessionẽ cõpetere[s] filio Marcellus ait. ¶ Si quis sua manu se exhæredẽ scripsit, an præteriit. si ego non peterem contra tabulas, tu haberes vnam vnciam. si peto contra tabulas, rescindo testamentum, & res reducetur ad causam intestati:tu institutus habebis partem virilem. si alius institutus hæres erat de liberis, habebit quatuor vncias,& ita profuit tibi quod petij contra tabulas. sed si alius institutus esset extraneus: tu haberes semissem,& ego semissem. nam sicut expedit instituto petere contra tabu. ita contra damnosum est.præterea si filius in potestate est institutus insolidũ, ego filius emancipatus sum præteritus: si peto contra tabulas. vel econtra, hic deterior causa est sua:quia si nõ petij, institutus peteret secundum tabu. & haberet totum: quia petij contra tabu. ipse habebit semissem,& ego semissem.Viuianus.

e *Non putauit.* vt.C.l.j.in princip.

f *Turbant.* scilicet alio modo quàm qui sequitur: vel non turbãt ipso iure, vt non contradicat sibiipsi. & facit supra, de lib.& posthu.l.filio.

g *Exhæredem.* scilicet filium suum.

h *Non sufficit.* vt hæc bonorum possess. cesset.Azo.

i *Bonorũ possessio.* secundum tabulas.

k *Poterit.* scilicet filius. Sed quid econtra si filius à primo gradu præteritus,à secũdo exhæredatus, institutis tẽpore mortis existentibus,& postea repudiantibus: numquid sufficit peti contra tab. vt etiã substitutio rumpatur? quod videtur: vt.C.de lib.& posthu.l.si posthumus.&.C. de iniusto testa.l.nam & si sub cõ

l *Rite.* id est solenniter,licet non recte,quia non meruit exhæredari.quandoq; tamen vnum pro altero ponitur: vt.C.de inoffi. testa.l.ij.&.C.de lib.& posthu.l.& si pepercerit. secundum Azo. sed in solẽnitate refert,deficiat vitio testatoris: vt.ff.eo.l.sub conditione.an hæredis: vt.ff.ea.l.§.si quis sua.Hug.

m *Exhæredatum.* vt.C.de lib.& posthu.l.& si pepercerit.§.fili⁹.

n *Si exhæredatus sit.* à secundo gradu.Azo.

o *Institutus.* scilicet in primo.Azo.

p *Posse.* cõtra videbatur propter duo: & quia institutus,& quia exhæredatus erat.& facit.ff.eo.l.si post.§.penul.

q *Peti potest.* facit.ff.de ventre.in possessio.mit.l.j.§.si venter.& §.seq.&.ff.de Carbo.edic.l.si impubes.§.interdum.

r *Conditio.* nũquid & si nullus alius sit institutus?quod videtur: vt.ff.eo.l.filium.Azo.& facit.ff.eo.l.quod vulgo.&.ff.tit.j.l.sed & si.§.non omnia.&.C.de iniusto testamen.l.nam & si.

s *Competere.* sed numquid admittetur vt præteritus, vel vt exhæredatus? Respond. vt præteritus. Item contra quos? Respond. contra

contra institutos in secudo gradu: nec tamen repellent eum, quia dicant exhæredatum: vel potest dici contra ipsum testamentum: vt.s.eo.l.illud.in fine.

a *Nocere.* quia rite facta est.nec ob.senatusconsul.Libonianum quod dicit non valere, quando aliquis sibi adscribit aliquid: quia hic contra se, non pro se. ad quod.s.de interroga.act.l.de ætate.§.j. &.j.de fal. l.vxori.§.j. Sed an possit agere de inofficioso? dic quòd non: vt.j.de bo. lib.l. quæritur.&.j.de interdic.& releg.l.relegatorum.in fin.&.C.de decur.l.ne quis. &.C.de hære.l.curiales.Sed argu. cõtra.s.de iis quib. vt indig. l.j.& not. de hoc. C.de inoffi. testa. l.si quando.in fin.

b *Iura naturalia.* quia filius erat, nec rumpitur testamentum per arrogationẽ quoad hoc: licet secus sit in extraneo alio, vt subiicit, quia rumpitur testamẽtum per arrogationem puta fratris: qui potest exhæredari, & agere querela turpi persona instituta: vt.C.de inofficio. testamen.l.fratres.vel dic quòd prorsus extraneus fuerit, & fuit adoptatus & exhæredatus, & tandẽ emancipatus. & iterũ adoptatus.& secundum hoc non ob.j.de verb.obliga.l.quidam cum filiũ. vbi dicit quòd exhæredatio res est inepta in extraneis: quia prædicti non sunt extranei prorsus. sed cum hoc secundo casu sit ruptum, vt dicis, quo modo petitur iterum rumpi per contra tabu? Respon. ruptum est de iure ciuili, non prætorio: vt.C.eod. l.ij. sic ergo hoc casu petitur cõtra tabu. sed superiori querela inoffi. testa.

c *Nocere.* vt non habeat contra tabu. & facit.s.de libe.& posthu. l.filio. &.C.de iis qui ve.æta.l.fin. Accursius.

d *Postliminio.* facit supra, de iniusto testa.l. sed nec.

e *Nocebit.* vt non habeat contra tabu. nec enim omnino extraneus est: vt.j.proxi.§. & institu.de hære.ab intesta.§.eadem.in fi.

f *Extranei.* extraneis ergo hæredibus institutis non cõmittitur edictum: vt.j.ea.l.§.vt autem.& facit.j.de ven.in posses.mit.l.j.§. si filius.ij.Sed certe & non instituti videntur habere contra tabu. vt.j.de colla.bo.l.j.§.is quoque.Solu.ibi erat institutus, vt & hic. neo dicas, ergo non conferet: vt.j.eo.l.filium.§.& hoc sit consequens. quia illud de rigore, secus de æquitate: vt infra, de col.do. l.si filia. secundum Ioan. Vel ibi erat adoptatus ab auo materno: hic ab extraneo: vt dixi.s.e.l.iij.§.si quis filio.

g *Accipient.* alio committente edictum: sed ipsi committent, vt subiicit. Accursius.

h *Sed si ipse.* scilicet datus in adoptionem.

i *Contra tabulas.* cur ergo adoptiuus filius scriptus hæres patri

contra tabulas bonorum possessionem possit accipere, videamus. Et Marcellus libro no no Digestorum nocere[a] ei hãc exhæredationem ait: quia senatus hoc pro non scripto non facit quod contra eum est. ℣ Si quis emancipatum filium exhæredauerit, eúmque postea adrogauerit: Papinian[o] libro duodecimo quęstionum ait iura naturalia[b] in eo prævalere: idcirco exhæredationem nocere[c]. sed in extraneo [adoptato] Marcelli sententiam probat, vt exhæredatio ei adrogato postea non noceat. Postliminio[d] autem reuerso filio, dicendum est exhæredationẽ antè factam nocere. ℣ Si filium in adoptiua familia constitutum pater naturalis exhæredauerit, deinde sit filius emancipatus, nocebit[e] ei exhæredatio. ℣ In adoptionem datos filios nõ summoueri prętor voluit, si modò hæredes instituti sint: & hoc iustissimè eũ fecisse Labeo ait. nec enim in totum extranei[f] sunt. ergo si fuerint hæredes scripti, accipient[g] [quidem] contra tabulas bonorum possessionem, sed ipsi soli non committent edictum, nisi fuerit alius prætéritus ex liberis qui solent committere edictum. Sed si ipse[h] scriptus non sit, sed alius qui ei adquirere hæreditatem potest: non est in ea causa vt eũ ad bonorũ possessionẽ contra tabulas[i] admittamus. ℣ Vt autẽ admittãtur[k] ad bonorũ possessionem ex liberis esse eos oportet. Cæterùm si adoptiuum filium dedi in adoptionem, & hæredem scripsi: cõmisso per alios edicto, bonorum possessio[l] contra tabulas ei non dabitur.

A suo adoptiuo committit edictum, quod videtur: vt infra, eod.l.si post.§.si in adoptione? Respon. in filio secus est: quia licet stricto iure committat edictum patri, tamen quantum ad effectũ non patri, sed filio quæritur.

k *Vt autem admittantur.* dati in adoptionem alij. Azo.

℣ Datur autẽ ei qui[m] in adoptiua familia est, contra tabulas bonorũ possessio[n] si eo gradu hæres scriptus sit, contra quem peti potest bonorum possessio. ℣ Non est nouum vt emãcipatus prætéritus plus iuris scriptis hęredibus patris sui* tribuat, quàm habituri essent si soli fuissent: quippe si filius qui in potestate patris [sui] est, ex duodecima parte hæres scribatur[o], emancipato prætérito: dimidiam partem beneficio emancipati occupat: qui si emancipatum fratrem non haberet[p], duodecimam partem habiturus esset. Nam* si ex parte minima sit hæres institutus: non pro ea parte qua institutus est, tuendus est commisso edicto: sed amplius[q] per bonorũ possessionem habere potest. Prætori enim propositum est cùm contra tabulas bonorum possessionem dat, eas partes vnicuique liberorũ tribuere, quas intestato patre mortuo in hæreditate habiturus esset, si in potestate mansisset: & ideo siue emancipatus, siue is qui in potestate mansit, siue in adoptionem datus ex minima parte hęres scriptus sit, non redigitur ad eam portionem ex qua institutus est, sed virilem accipit.

l *Bonorũ possessio.* alio committente edictum:

m *Qui.* datus à patre naturali.

n *Bonorũ possessio.* alio committente edictum. & facit.s.ead. l.§.si ab vno. Sed contra.j.eo. l.cũ emancipatus.§.qui duos. Sed hic in filiis: ibi in nepotib⁹: quia est qui eos antecedebat.

o *Hæres scribatur.* & ex duodecim vnciis alius.

p *Non haberet.* scilicet iste testator, aliàs frater: & tunc melior.

q *Sed amplius.* facit.j. eod. l.cum emancipatus. & supra, de inoffi. testamen. l.mater.in fi. & supra, de leg.iij.l.fi. &.j.eo.l.filiũ.§. & hoc sit consequens. Sed cõtra.j.eo.l.si ex duobus. §.sed & illud. & infra, tit.j. l.filium.§.ad eum. vbi non potest habere plus quàm habebat ex institutione. Solu. ibi, iam adiuerat ex institutione, quo casu non potest petere contra tabulas: & sic maiorem partem consequitur, quàm ex institutione: vt infra, eo.l.si ex duobus.§. quod si is.

*Flo. hæredib. fratribus suis tribuat

*Flo. Sed si

IX. GAIVS libro quartodecimo ad Edictum Prouinciale.

VTrùm autem pater adoptiuus viuat, an defunctus sit, nihil interest: nam hoc solùm quæritur, an in adoptiua familia[r] sit.

Filius datus in adoptionem, potest vocari ad contra tabulas ex persona hæredis committentis edictum. idem in filio dato in adoptionem auo materno. hoc dicit.

X. VLPIANVS libro quadragesimo ad Edictum.

r *Vtrùm. Familia.* potest poni habito respectu ad patrem naturalem: id est, quando de eius hæreditate agitur. nam non habet filius cõtra tabu. contra testamentũ patris naturalis, si est in familia adoptiua tẽpore mortis naturalis patris: siue viuat post cum petitur contra tabulas, siue non viuat pater adoptiuus: vt institu. de hæredi. ab intestato.§. eadem. H.

†Dic tamen remanere filiũ adoptiuum in potestate patris naturalis, nisi adoptetur ab auo. Bal. in l.cũ in adoptiuis.col.1. C.de adop.

SI post mortem.] CASVS. Paterfami. filium suum instituit. iste se dedit alteri in adop. nũquid poterit vocari ad cõtra tab? Et respõ. quòd adoptio non nocet ei quin vocetur ad contra tabu. [*SED ET SI FILIVS.*] Pater filium suum dedit in adop. auo materno, filium suum instituit, alium prætériit. nunquid ex persona fratris committentis edictum poterit accipere bonorum possessionem contra tabu? sic: vt potius habeat q̃ pater adoptiuus, cuius iussu adiuit hæreditatem. [*ALIAS AVTEM SI QVIS LEGATVM.*] Si filius prætéritus legatũ sibi relictũ agnouit: repellitur à cõtra tab. vnum sciatis, illi liberi vocantur ad contra tab. qui pro liberis habentur. vnde exhæredati liberi vocantur ad cõtra tabu. cum habeant querelam, etiã si alius cõmittat edictum. [*HI QVI.*] Si sum institutus hęres, & frater meus emancipatus est prætéritus. possum petere cõtra tabu. ex persona fratris cõmittentis edictũ, siue velit bo. pos. petere vt prætéritus, siue non: quia ex quo sum admissus, debeo petere pos. eo inuito. Viuianus.

BIU Cujas

SI post mortē testatoris hæres institutus filius[a] in adoptionem se dederit, bonorum possessionē contra tabulas accipere potest[b]: quia scriptis hæredibus institutis*non solet nocere adoptio. ℣Si filius in adoptionem datus auo materno[c], hæres institutus sit à patre naturali: commisso per alium edicto, magis[d] est, vt bonorū possessionem accipere possit. Nec enim exigimus[e] vt adeat hæreditatem, sed sufficit vt ei delata sit, adquiriq́ue possit[f]. ℣Si in adoptionem datus, postea quàm iussu patris adoptiui hæreditatem[g] adiit, emancipatus fuerit: potest contra tabulas bonorum possessionem accipere: hæreditatémque ipse potius habebit, quàm pater adoptiuus. ℣Illud[h] notandum est, quòd & si adierit hæreditatē[i] in adoptionem datus, contra tabulas ei detur[k]. Aliàs autē si quis[l] legatum[m], siue* portionem sibi datam adgnouerit: à contra tabulas bonorum possessione repellendus[n] est. ℣Liberi qui contra tabulas habere non possunt[o]: nec partem faciūt, si per alios cōmittatur edictum. Quò enim bonum est eis fauere, vt partē faciant nihil habituri[p]*? ℣Exhæredati liberi quemadmodum edictum non committunt[q], ita nec commisso per alios edicto, cum illis veniunt ad bonorū possessionem[r]: vnáque eis querela supereſt, si de inofficioso dicant.

Beneficio mihi competenti ex iure alterius possum vti contra alium. h. d. & est notabilis, & menti tenendus. Barto.

℣Hi qui[f] propter alios contra tabulas bonorū possessionem petunt, non expectant vt præteriti bonorum possessionē accipiant: verùm ipsi quoque bonorum possessionem contra tabulas petere possunt. Cū enim semel beneficio aliorum ad id beneficium fuerint admissi, iam non curant[t], petant illi nécne bonorum possessionem.

XI. PAVLVS libro quadragesimoprimo ad Edictum.

SI in adoptionem datus, sub conditione scriptus sit hæres à naturali patre: alio committente cōtra tabulas edictū, & ipse veniet[u]. sed si defecerit conditio, repellitur ab ea possessione. Idem[x] puto, & in eo qui purè quidem, sed non iure scriptus sit hæres. ℣Exemplo iuris legitimi[y], & bonorū possessio contra tabulas distribuitur. Igitur nepotes ex vno filio, vnam partem habebunt.

Ius accrescendi habet locum inter bonorum possessores. hoc dicit.

XII. GAIVS libro quartodecimo ad Edictum Prouinciale.

SI duobus filiis, & ex altero[z] filio duobus nepotibus bonorum possessio cōpetat, & alter ex nepotibus nō petat, pars eius[a] fratri adcrescit. Si verò ex filiis alter non petat, tam fratri, quàm nepotibus[b] id prodest. nāque tunc duo semisses[c] fiunt, ex quibus alterum filius, alterum nepotes consequuntur.

Per secundum testamentum, in quo filius est præteritus, si in eo sunt scripti venientes ab intestato, rumpitur primum. Barto.

℣Si[f] prius testamentū extet iure factum, quo filius[d] exhæredatus est: sequēs imperfectum, in quo præteritus sit filius: posteriore testamēto præteritus[f], rectè petet bonorū possessionem, si remoto quoque filio[e], potiores sint in ea hæreditate posteriore testamēto scripti hęredes[f]: & ita ius habet, vt cùm is contra quem filius petit bonorum possessionem, nepos ex alio vocatur ad successionem. ab intestato. ita est & in contra tabulas. si habeo duos filios, & ambos præteritos, ambo vocantur. sed si habeo duos filios, & ex altero præmortuo habeo nepotes, indubitanter sicut duo filij vocantur cum nepotibus ad suc. ab intestato, ita erit in contra tab. nam quo iure liberi veniunt ad suc. ab intesta. eodem iure debent venire ad contra tabulas si sunt præteriti. h. d. cū prin. l. seq. Viuianus

a *Filius.* altero præterito.

b *Potest.* præterito cōmittente edictum. aliàs contra. ſ. eod. l. iij. §. si emancipatus filius præteritus.

c *Auo materno.* idem & si extraneo, & multo magis. Sed hic cōtra videbatur quasi omnino adhuc patrem adoptiuum respiceret, nec in aliquo respiceret patrem naturalem.

d *Magis.* electiue ponitur.

e *Exigimus vt adeat.* aliàs, habeat. i. adeat ex testamento. immo ecōtra exigimus vt non adeat. aliàs contra tab. ei non daretur: vt. j. e. l. si ex duob⁹. in prin. Azo.

*Flo. instituti

f *Possit.* aliàs nō datur ei cōtra tabu. vt. j. eod. l. si in adoptionem.

g *Hæreditatem.* patris naturalis qui eū instituit, alio præterito qui commisit edictum.

h *Illud.* repetit quod dixerat, vt denotet illud esse speciale.

i *Hæreditatem.* patris naturalis qui eum instituit. & dic, iussu patris adoptiui. aliàs enim nō potest: vt. ſ. de acquirē. hęredi. l. si quis mihi bona. §. iussum.

k *Ei detur.* commisso edicto ab alio præterito, & sic excusat eum iussus patris. Argu. cōtra. j. de fal. l. si quis. j. re

*Fl. si quis port.

spō. *ADDITIO.* Dic secundū Bar. q ibi nō debuit petere pater, cū esset illicitum: hic debuit, cum esset licitum.

l *Si quis.* sui iuris scilicet.

m *Legatum.* accipe, agnouerit.

*Flo. habiturū?

n *Repellēdus.* sic. ſ. eo. l. iij. §. fi. &. j. e. l. si duobus. in prin. &. j. de bo. lib. l. & si ex modica. §. fi. &. ſ. de inof. test. l. Papinian⁹. §. si cōditioni.

o *Non possunt.* vt exhęredati: vt. j. eo. l. proxi. &. ſ. l. j. in princi.

p *Habituri.* vt. ſ. de inoffic. testa. l. qui repudiantis. in prin. quādoque qui nō admittitur, alij nocet: vt. C. de na. li. in authē. licet. vt no. supra, de le. j. l. huiusmodi. §. si Titio.

q *Non cōmittunt.* scilicet per se: vt supra, eo. l. iij. in princ.

r *Possessionem.* vt &. ſ. proxi. &. ſ. de libe. & post. l. fi.

ſ *Hi qui propter alios.* vt instituti propter præteritos. nam instituti eo ipso quòd alij sunt præteriti, habent bonorum possess. contra tabu. Azo.

t *Iam non curant.* immo curant: quia nullo alio petente contra tabu. tenentur scripti ad integra legata, ac si adiuissent: vt. j. tit. j. l. nonnunquā. &. l. is qui. §. sed si solus. dic ergo, non curant quantum ad hoc quin eam possint petere. & facit infra, de separa. l. j. §. sed & si quis. &. C. de non nume. pecu. l. penul.

SI in adoptionem.] CASVS. Filius datus in adop. scriptus est hęres sub condit. à patre naturali. alius committit edictū. nunquid veniet ad contra tabu? sic. veruntamen si deficeret conditio, non veniet. [EXEMPLO.] Sicut si habeo filium in vulgo. sed tamen distinguitur, an sunt instituti in secundo, qui aliàs poterant succedere ab intestato, vt alij filij. quo casu licet non valeat vt testamentum, valet vt voluntas, & rumpit primum iure. C. & sic poterit peti contra tabu. nam filio præterito non petente scripti in secundo remanent: & hoc proba, vt. C. de testa. l. hac consultissima. an extranei, & sic filio præterito non petente scripti in primo sunt hæredes: & tunc non petitur contra tabu. & secundum hoc improprie dicit contra tabu. vel dic q respexit ad ius authen. secundū quod valet etiam iure testamenti: vt. C. de testa. authen. hoc inter. alij dant hic vnde liberi: quod non placet.

u *Veniet.* ante conditionē: secus si alius non committat edictum: vt supra, eo. l. iij. §. quid ergo. quæ est contra.

x *Idem.* scilicet vt nō admittatur ad cōtra tabu. & sic ad proximum, vel dic vt admittatur. & sic ad primum. & pone eum emancipatum, & non in adoptionem datum. H.

y *Legitimi.* id est, ciuilis. & facit. ſ. eo. l. j. §. vocantur. & in authen. de hæred. ab intesta. §. si enim. &. §. si verò neque fratres. Sed argu. contra. institu. de legi. agna. suc. §. nos vero.

z *Si duobus. Ex altero.* id est, alio. tres enim erant. Accur.

a *Eius.* quia cū vnius personæ vice funguntur, coniuncti sunt: vt supra, de lega. j. l. plane. j. respon. Azo.

b *Quàm nepotibus.* hoc tam varie, quia frater cum fratre: cùm vterque suam portionem, & suo iure habeat, vice vnius vt coniuncti non funguntur. Azo.

c *Duo semisses.* partis accrescētis. & facit infra, de coniung. li. l. j. §. si quis ex nepotibus. Accursius.

d *Filius.* Pater instituit extraneum sibi hęredem, filium exhæredauit in testamēto perfecto. secundo, in testamento non perfecto filium præteriuit, & alium instituit. quęritur, an filius possit petere contra tabu. secundas? videtur quòd nō: quia debet valere testamentum, contra quod petitur contra tabu. saltem ab initio: vt. j. e. l. quod vulgo. sed tamen distinguitur, an sunt instituti in secundo, qui aliàs poterant succedere ab intestato, vt alij filij. quo casu licet non valeat vt testamentum, valet vt voluntas, & rumpit primum iure. C. & sic poterit peti contra tabu. nam filio præterito non petente scripti in secundo remanent: & hoc proba, vt. C. de testa. l. hac consultissima. an extranei, & sic filio præterito non petente scripti in primo sunt hæredes: & tunc non petitur contra tabu. & secundum hoc improprie dicit contra tabu. vel dic q respexit ad ius authen. secundū quod valet etiam iure testamenti: vt. C. de testa. authen. hoc inter. alij dant hic vnde liberi: quod non placet.

*Casum primit Accur.
†Hunc. §. pulchre explicat Vigl.
in cōmē. ad §. eo autem solo. quia. mod. testa. instit. lib. 2.
†Vide quæ in hunc locum cum scribā ab initio: vt. j. e. l. quod Ant. Aug. emen. lib. 2. cap. vlt. cer ca finē. quo loco hactenus

e *Filio.* præterito ab hæreditate: quia non vult venire ad eam per contra tabulas.

f *Scripti hæredes.* in secundo, potiores dico scriptis in primo.

Non

a *Non posit.* quia sit extraneus.
b *Excludatur.* scilicet à contra tabulas, quia exhæredatus est.

CVm emancipatus.]CASVS. In principio huius legis tractatur quis sit effectus bonorum possessionis contra tabu. certe si pater instituit hæredem, filium emancipatum præteriit, & filius emancipatus cõtra tab. petiit: hic est effect⁹ bono. pos. contra tabu. vt eadẽ omnia restituantur per hæredem ei qui petiit cõtra tab. [QVI DVOS.] Paterfa. habebat duos filios in potestate: ex altero nepoté habebat: illum dedit in adop. & eum hæredem instituit, alterum filium præteriit. quæritur, qualiter isti veniũt ad suc? Respõ. q̃ iste nepos in adop. datus si pater eius viuit, nõ admittitur ad contra tabu. cum pater eum præcedat. sed si pater eius antequam peteret bo. poss. decesserit: similiter nõ admittitur ad cõtra tab. [SI PATER.] Paterfami. habebat tres filios, vnum emancipatum, & illum præteriit. duos quorum vnũ dedit in adop. alterũ in potestate retinuit. ex illo dato i adop. habebat duos nepotes quos præteriit. qualiter vocantur ad cõtra tab. filius emãcipatus pro tertia, alius pro tertia, à patre filius in adop. datus cum nepotibus pro alia tertia: & ipse habebit sextanté, alium sextantem habebũt nepotes. [SI PATER EX DVOBVS.] Pater habebat duos filios, alterum filium habenté filios emancipauit, vnũ ex nepotibus quem habebat antequam emanciparet, eum in locum filij adoptauit. postea emancipauit eum. eo emãcipato decessit. qualiter veniunt isti ad cõtra tabulas? & certe veniunt: quia filius qui remansit in potestate, petet vnam tertiam. alteram petet qui est adoptatus in locũ filij. aliá petet emancipatus cum filio suo. sed si filij⁹ mortuus sit, & alter ex nepotibus in locum filij adoptatus est, tres partes sient, & prædicto modo diuidetur. Viuia.

norum possessionẽ, amoto filio posit obtinere hæreditatẽ: filius quoq; rectè videatur petere bonorum possessionem. si verò ille non posit [a] obtinere hæreditatem, filius quoque excludatur [b].

Quæ hæres adquirit iure ciuili effectus hæres: ea ipsa adquirit bonorum possessor iure prætorio effectus. hoc dicit.

XIII. IVLIANVS libro vicesimotertio Digestorum.

legatum. Si legatū elegerit, eo iure vtimur, ne petat bonorum possessionē contra tabulas. ¶ Si quis cōtra tabulas bonorū possessionē acceperit, deinde postea apparuerit eum ex his liberis[a] non fuisse qui eam bonorum possessionem accipere possint, ex his tamen esse quibus legata præstentur: obtinuit non esse ei denegandam petitionem legatorum, siue ordinariam bonorum possessionē petierit, siue Carbonianam[b]. ¶ Non solùm autem legatum denegatur ei qui bonorū possessionē accepit: verumetiam si quid aliud ex voluntate[c] acceperit[d]. Cui consequens est quod Iulianus scripsit, si fratri suo[e] impuberi substitutus sit, acceperítque cōtra tabulas bonorum possessionem: denegari ei persecutionē hereditatis fratris [sui] impuberis mortui cui à patre substitutus est. ¶ Si legata fuerit relicta liberis & extraneis[f], licet vtrorúmq; præstatio [legi] Falcidiæ locū faceret[g], legataq; liberorum recideret[h]: tamē nunc ob hoc* quòd extraneis non præstantur[i], legata liberorum augentur[k]. ¶ Sed & si portio hæreditatis fuerit ei adscripta[l] qui ex liberis parentibúsve est, an ei cōseruanda sit, vt solent legata? Et Iulianus sæpissime scripsit, in portione quoque hereditatis idem quod in legato, probandū. cuius sentētia rescripto diui Pij cōprobata est: cum hæreditate non modò honestiore titulo, sed & pleniore[m] honore tribuantur. Ad eum autē modū talibus personis[n] succurrendum est, vt ampliore quidē quàm virili portione hæreditatis data, vsque ad virilem tuean tur: in minorem[o] autem eatenus actiones his tribuātur, quatenus scriptæ sunt[p]. Idem obseruatur & circa legata fideíve commissa quæ his data fuerint, & in mortis causa donationibus[q]. ¶ Is autem cui portio[r] hæreditatis cōseruatur, vtrùm omnibus, an tantum exceptis personis legata cogatur præstare? Et magis ꝓbatur, exceptis personis solis[s] præstanda. nec tamen solius[t] cōmodo id cedit. Nam si legatis onerata sit portio[u] tam liberorum parentúmve, quàm extraneorum: id[x] quod extraneis non præstatur, liberis parentibúsque profuturum[y] non dubitamus. Igitur[z] ita demum quod extraneis nō præstatur, communicatur cum eo qui contra tabulas petit, si non legatariis liberis parentibúsque dandum[a] sit.

Vi quibus legatum vel portio hæreditatis conseruatur, vltra virilem non admittuntur. h.d. cum l. seq. Barto.

VI. IVLIANVS libro vicesimotertio Digestorum.

SAluius Aristo Iuliano salutem: Qui filium emancipatum habebat, præterito eo patrem suum & extraneū hæredē instituit, & patri legatū dedit. filius cōtra tabulas bonorū possessionem petit[b]. Quæro, si aut vterque[c] hæreditatem adisset, aut alter ex his, aut neuter[d]: an, & quantū legatorū nomine patri debeatur? Respondit, Sæpe animaduerti hanc partē edicti qua emācipatus[e] accepta cōtra tabulas bonorū possessione, liberis & parentibus legata præstare iubetur, habere nonnullas reprehensiones. Nam si dodrās legatus[f] fuerit, plus habiturus est is cui legatū erit, quàm emācipatus. Decreto[g] itaque ista petunt contra tabu. vnusquisque habebit tertiam. Sed quid erit ponamus: vnus est de liberis qui accepit contra tabu. plures alij sunt quibus legata sunt relicta. nunquid legata debentur? Certe sic. hoc dicit cum duabus. ll. seq. vsque ad. §. si quis ex. Viuianus.

Aluius Aristo.] CASVS. In. l. ista ponitur quæstio talis: Quidam habebat filium emancipatum qué præteriit: patrem suum & extraneum instituit. patri dedit legatum. filius petiit contra tabu. modo quæritur, qualiter debet præstari id quod relictum est patri? Et respon. si vterque adiuit hæreditaté, indubitanter seruatur portio quæ debet patri. si neuter adiuit, non videtur quòd aliqua portio seruetur. si non est petita bon. pos. secus si petita bon. poss. si alter adiuit, alter non: illud quod patri est relictū, debet seruari ei. nam secundum cōstitutionem diui Pij, & si liberi & parentes sunt scripti, & præteritus contra tab. petit, debet ei seruari virilis portio. verbi gratia, pone testator vnū filium instituit, duos præteriit. duo præteriti

a *Liberis.* puta nepos ex filia: vt. ſ. tit. j. l. illud. §. ad testamenta.
b *Carbonianam.* quæ dicitur extraordinaria, & quia non tribuit ius in dominio: vt. j. de Carbo. edic. l. iij. §. missum. in fin. §. & no. supra, de inoffic. testa. l. Papinianus. §. j. & facit. C. si manci. ita fue. ali. l. ea quidē. &. ſ. quod quisq; iur. l. j. in fi. Arg. cōtra. ſ. de cōdi. insti. l. mulier. §. j. *ADDITIO.* Dic secundū Bar. q̄ ibi fiebat secundū volūtatē testatoris: hic ecōtra. Iteē si sufficit ad cōmodū, nō autem ad incommodum.
c *Ex voluntate.* defuncti. Accursius.
d *Acceperit.* vt de fideicom. vel dona. causa mor. & facit. ſ. titu. j. l. sub cōditione. §. j. & supra, de vulg. substi. l. is qui. & de acqui. hære. l. quęsitū. &. ſ. ea. l. §. omnibus. &. ſ. ad Treb. l. si patroni. §. sed nec illud.
e *Suo.* secus in alieno instituto: vt supra. e. l. in princi.
f *Extraneis.* à testatore qui instituto extraneo filium præteriuit.
g *Faceret.* quod esset si institutus adiret, & præteritus contra tab. nō peteret. at vero prēterito petente, & sic annihilatis legatis relictis extraneis, non habet locum Falcid. vt &. ſ. ad leg. Falcid. l. in ratione. ij. respon.
h *Recideret.* præterito non petente.
i *Non præstātur.* quod *Codex Me dicit, tamen non ob hoc.* est quando præteritus non petit contra tabu. Item est cōtra. j. ea. l. §. fina. Solu. ibi.
k *Augentur.* & sic est lucrum præteriti. & sic est contra. j. e. l. §. fi.
l *Adscripta.* iure legati: quod potest: vt. ſ. ad Treb. l. mulier. §. fin. & secūdū hoc quod subiicit legata, scilicet singularum rerum. vel dic adscripta iure institutionis: vt &. j. eo. l. nam secundum. &. l. sed & si pro dote. in princip. & quod subiicit legata. ſ. quantitatis vel singularia. & secūdū hoc quod dicit hæreditates relinqui qui honesto titu. i. legati. & honestiore: id est, iure institutionis.
m *Pleniore.* hac ratione. iure institutionis est filio relinquendū: vt in auth. vt cū de ap. cog. §. aliud. & no. quòd honor est cui datur: & dedecus cui aufertur. sic instit. per quas perso. no. acqui. §. & hoc quoque. &. ſ. manda. l. si remunerandi. in princ.
n *Personis.* id est liberis & parentibus scriptis hæredibus. Azo.
o *In minorem.* scriptis his personis hæredibus.
p *Scriptæ sunt.* huiusmodi personæ. & dic, si iam adierunt. aliàs augetur: vt not. ſ. titu. j. l. non putauit. §. fina. & facit. j. de cōiung. lib. l. qui duos. sed in eo. titu. l. fin. contra.
q *In donationibus.* vt si talibus titulis ei plus quàm virilis relinquitur, reducitur ad virilem, sed non augetur si minus: vt supra, proxi. §. & infra, eo.
r *Cui portio legata.* vt. ſ. proxi. §.
s *Solis præstanda.* & est ratio: vt. j. e. l. is qui. §. sed si scriptus. Sed contra. ſ. tit. j. l. si ex duobus. §. sed illud. vbi dicit quòd omnibus. Sed ibi præteritus & institutus erant emancipati: hic institutus erat in potestate.
t *Solius.* cui conseruatur virilis, & prēterito petente cōtra tabu.
u *Portio.* hæreditatis legata.
x *Id.* aliàs, hoc.
y *Profuturū.* imò nō: vt. ſ. e. l. §. si legata. quæ est contra. Sol. nō proficit aliis iure accrescēdi, sed iure nō amissionis. Alij quòd hic coniunctim liberis & extraneis: ibi disiunctim. quod non placet: vt. ſ. e. l. iij. §. sed & si cōiunctim. Alij quòd ibi fit quæstio, sed nō soluitur. sed soluetur vt hic. Vel dic quòd hic socij, vel legatum indiuiduū: ibi secus: vt no. d. §. sed & si coniunctim.
z *Igitur.* infert ex omnibus prædictis. nam si quod extraneis subtrahitur, datur cōiunctis, vt proxi. dixi: itē & cōiuncti nō habent vltra virilem, igitur &c.
a *Dandum.* aliàs, dandum. aliàs, datū, id est, dandum.

b *Bonorum possessionem petit.* & in totum rumpit testamentum, quia præcedit patrem: vt. ſ. de inoffi. testa. l. pater. Accursius.
c *Vterque.* pater & extraneus.
d *Neuter.* quia & tunc datur contra tabu. vt. ſ. titu. j. l. illud. in prin. &. l. quod vulgo.
e *Qua emancipatus.* præteritus qui per contra tabu. rumpit in totum: & hoc inspectis verbis edicti.
f *Legatus sit.* alicui de liberis.
g *Decreto.* scilicet facto, non faciendo: vt supra, eod. l. filium. §. ad eum. Accursius.

BIU Cujas

a *Præstet.* legatario coniuncto fratri instituto: vt.ĭ.patet.
b *Legatorum.* relictorum coniunctis personis.
c *Am secundum.* continuatur cum præcedenti. Accursius.

Virilis.] Casum in hoc prin. vide.s.ĭn casu proxi. [*SI QVIS EX LIBERIS.*] Testator aliquem ex liberis instituit, & ei aliquid prælegauit, filium emãcipatum præteriit, & petita est contra tabu. bono. pos. nunquid illi ex liberis legati portio cõseruatur? non vtrumque, sed datur electio sibi quod velit: vel vtrũque conseruatur vsque ad virilem portionẽ. Sed quid hæres institutus adiuit: hæres præteritus petiit contra tabu. legata debentur certis personis. nunquid libertates cõpetunt? Dicitur quòd sic. sed si fuit denuntiatum hæredi, noli adire: & ipse adiuit dolo, act. de dolo poterit conueniri ad interesse. [*SI QVID VXORI.*] Hucusque tractatũ est de legatis relictis liberis & parentibus & extraneis, incipit tractare de legatis relictis vxori vel nurui dotis causa: & dicitur, sicut debetur liberis, ita vxori & nurui: vnum sciatis, nurus appellatione ℞ nurum cõtineri. & debẽtur legata solida, nõ pro virili portione: ℞ dos debetur vt æs alienum. debetur ergo vxori & nurui dotis causa: siue dos prælegatur, siue res pro dote, siue pecunia: siue tãtum legatur quãtum est dos, siue vltra. sed si ℞ dote relinquitur certa portio, similiter in illa portione debet tueri, & cõsideranda sit nurus vel vxor tẽpore mortis. si ergo aliquis legat vxori constante matrimonio, non valet: quia nõ potest petere dotẽ cõstante matrimonio. sed quibus casibus potest petere dotem cõstante matrimonio, ita legatũ relictũ vxori & nurui. h. d. cum. ll. seq. vsque ad. §. non omnia. Vi.

d *Virilis.* Continuatur cum præcedẽti. & facit. ĭ. de verb. signi. l. virilis. &. C. de cadu. tollen. §. sin autem. Accursius.
e *Vnum.* cui sit legatum. Accursius.
f *Cæteri omnes.* sic ergo fiat ex omnibus portionibus parẽtum vel liberorum vna coaceruatio: vt supra, de iurisd. om. iu. l. si idem. §. fi. Azo. & arg. s̈. de pact. l. si plures. & instit. de excu. tu. §. item tria. & in authen. de sanc. episc. §. sportularum.
g *Acceperit.* à cohærede.
h *Vt vtrumque.* contra. ĭ. eo. l. bonorum possess. in ſ. Solu. potest dici quòd hic loquitur in liberis & parentibus qui bono. possess. contra tabu. petere nõ possunt: ibi de iis qui possunt: quod verum est. nam nec dicit ibi de parentibus. Sed quare deterioris cõditionis esset filius qui contra tab. petere potest: posset tamẽ illud tolerari si petat cõtra tab. vt. s̈. eo. l. filiũ. §. omnibus. Sed vbi adiit hæreditatem, cur legatum nõ habet præcipuũ? Azo. dic ergo. vt ibi.
i *Competent.* & directè & pure datæ, licet vnus hæres tãtũ adeat: vt infra, de fideicommiss. lib. l. cum vero. §. apparet. & de manu.

temperari debebunt, vt & hæreditatis partem emancipatus præstet, [a] ita, ne scriptus hæres amplius habeat quàm emancipatus: & legatorũ [b] modus temperetur, vt nihil plus ex legatis ad aliquem perueniat, quàm apud emãcipatũ bonorũ possessionis nomine remãsurum est.

VII. TRYPHONINVS libro sextodecimo Disputationum.

NAm secundum [c] constitutionẽ diui Pij ad Tusciũ Fuscianum Numidiæ legatum, placuit parentes & liberos hæredes quoq; institutos tueri vsque ad partẽ virilem, exemplo legatorum: ne plus haberent ex institutiõe tales personæ, quàm ad eum peruenturum esset, qui contra tabulas bonorum possessionem accepit.

VIII. VLPIANVS libro quadragesimo ad Edictum.

VIrilis [d] portio quemadmodum accipienda sit, videamus. Pone duos esse qui contra tabulas bonorũ possessionẽ accipiant: vnũ [e] esse ex liberis parentibusque. virilis tertia erit portio. Sed si tres sint qui contra tabulas [bonorũ possessionem] acceperũt, quarta erit virilis. Hoc idẽ & in legatis obseruabitur. Sed si vnus sit ex liberis qui accepit cõtra tabulas bonorum possessionem, plures sint qui ex liberis parẽtibusque legata acceperunt: sic hoc accipiendum est, vt filius præteritus semissem habeat: cæteri omnes [f] qui sunt ex liberis parentibúsve, semissem. ℣ Si quis ex liberis parentibusque & hæres institutus sit, & legatũ accepe-

A testa. l. testamento. §. testamẽto. & de sta. lib. l. ij. ij. respõ. Sed quo modo valent rupto testamento per contra tabu. vt. s̈. de inoffic. testamen. l. Papinianus. §. si ex causa. quæ est contra. Solu. ibi.
ADDITIO. Dic quòd ibi rumpitur per querelam: hic per cõtra tabu. & sic remanet testamentum validum de iure ciuili secũdum Barto.

rit: [g] vtrùm tantùm portionem ei cõseruamus, an verò & legatum, an alterutrum quod elegerit? Et magis est, [vt] vtrũque [h] conseruetur: sed sic, ne amplius in vtroque quàm virilem habeat. Si adierit hęreditatem is cui virilis conseruatur: libertates competent [i] ex necessitate per additionem. Veruntamẽ videndum est, an de dolo [k] actione teneatur qui adiit. Et magis est vt si denuntiante eo qui præteritus accepit contra tabulas bonorum possessionem, hic adiit [l] hæreditatem, pollicente eo portionẽ virilẽ: [m] sit quod ei imputetur, & de dolo [malo] actione teneatur. damno enim adficit hæreditatẽ, dum cõpetunt libertates. ℣ Si quid vxori nuruíque fuerit legatum præter [n] dotem: accepta contra tabulas bonorũ possessione, non præstabitur. [o] Nurus [p] autẽ appellatione, & pronurum, cæteráque contineri, nulla dubitatio est. Cùm autẽ dotis nomine legatur: [q] non puto ad virilem vxorẽ nurúmve reducendam, [r] cum [f] mulier ista ad æs alienum [t] veniat. ℣ Non solùm autem dotem prælegatam prętor complectitur, verumetiã si pro dote aliquid fuerit relictũ: vtputa si dos in reb⁹ sit, & pro rebus ei quantitas relinquatur, vel cõtra: dũ tamẽ hoc nomine tur [u] quod ℞ dote relinquitur.

IX. PAVLVS libro quadragesimoprimo ad Edictum.

SEd & si plus sit in legato q̃ in dote, dabitur illis [x] actio.

X. VLPIANVS libro quadragesimo ad Edictum.

k *De dolo.* sed nonne licuit ei suo iure vti: vt infra, de reg. iu. l. nullus? Respon. non: cum sibi non prodest, & alij nocet: vt infra, de aqua plu. arcen. l. j. §. deniq;. & no. de vi denuntiationis: vt. ĭ. quę in frau. cre. l. ait prætor. §. si os particeps. & supra, de rei vin. l. si fundum.
l *Adiit.* scilicet institutus.
m *Virilem.* præterito.
n *Præter dotem.* inclusiuè ponitur istud, præter. nam & dotem & aliud legauit. sic supra, de pign. act. l. j. in fin. Accursius.
o *Non præstabitur.* cõtra. ĭ. l. proxi. Solu. ibi.
p *Nurus.* sic infra, de verbo. signifi. l. si nurus. & supra, qui satisda. cog. l. ij. §. nurum.
q *Legatur.* vt fundus valens. c. pro dote quæ erat cẽtum, vt & infra, proxi. §. & hoc casu habet locum edictum de alterutro, nisi aliud senserit testator: vt supra, de dote præleg. l. cum quis. &. C. de rei vxo. act. §. sciendum.
r *Reducendam.* aliàs, redigendam. Accur.
s *Cum.* pro, quando: vt quia cõcurrit legatum cũ dote. secus ergo est si plus est in legato. nec obstat. ĭ. l. ℞ xi. vt ibi not.
t *Aes alienũ.* sic. s̈. ad legem Falcid. si vsusfructus. §. dos. & supra, ad Trebel. l. cum hæredes.
u *Nominetur.* aliàs vtrũq; deberetur: vt. C. de rei vxo. act. §. sciendum. nec ob. ĭ. eod. l. is qui. §. ei qui. sed ibi nulla erat dos.

[a] *Cũ præstet cũ, ℞ quia. Bar. ind. t. C. in qui. cau. cess. li. xi.*
[t] *Aes alienũ. sic. s̈. ad lẽp. præced. Gl. & Card. in Cle. sepe. in prin. de testa. & quo modo differ. revi. de omnib. per Ale. in l. stipu. j. de verb. obli.*

1 *SEd & si plus. Illis.* vxori & nurui: sed non plus quàm dos facit. & sic non obst. s̈. l. proxi. §. si quid vxori. &. §. cum autem. &. s̈. eo. l. j. circa princi. ibi, vxoribus &c. Accursius.

SEd & si.] Casus in principio huius. l. cõtinuatus est casui præcedenti. [*NON OMNIA.*] In. §. isto determinantur multa quæ dicta sunt in superioribus. dictũ est enim quòd petita bono. possess. contra tabu. debentur legata certis personis. determinat: si ergo ab vno gradu est legatum relictum, ab alio petita bono. pos. legatum non debetur. verbi gratia, testator fecit duos gradus, primum hæredis instituti. secundum substituti. si est præteritus à primo gradu, petit bonorum possess. legata non debentur. si ab vtroque gradu, si viuit aliquis de institutis, legata debentur certis personis. si autem nullus viuit, res reducitur ad causam intestati. Sed quid erit? post mortẽ testatoris ante aditam hæreditatem instituti decesserunt. nunquid legata debentur? Non, sed relicta à substitutis. Sed quid erit? aliqui sunt instituti, & aliqui substituti. nemo adiuit. nunquid legata debentur: Non, nisi relicta ex testamento. Sed quid erit? aliquis plures instituit. quidã adierunt: quidam non.

legata

BIU Cujas

legata debentur ab iis qui adierunt. Sed quid erit? legatum est ab instituto sub conditione, & à substituto pure. deficitur conditione institutus. si non fuit conditio in ipsius potestate, legata relicta ab instituto debentur. si autem voluit adire, nullū emolumentum sibi debetur. hoc dicit cū tribus. ll. seq. vsque ad. l. nonnunquā. Vi.

a *Sed & si pro dote.* facit. ff. eo. l. filium. §. sed & si portio. Accursius.

b *Mortis.* adeo vt nec aliter relictum valeat. vel si valeat, non præstetur petita bonorum possess. contra tab. vt. ff. de auro & argen. leg. l. iij. & de leg. iij. ité legato. §. pe. Azo. & facit j. eo. l. interuenit.

c *Prælegauerit.* socer.

d *Nupta sit.* scilicet filio adhuc. Accursius.

e *Nullum legatum est.* scilicet interim. Sed nū quid erit cum poterit? Respon. erit. Arg. ff. de solu. l. sub conditione. H. & facit. ff. de dote præleg. l. si socer. in princip.

f *Dabitur actio.* quod est si vir sit exhæredatus: vt. ff. solu. ma. l. si cōstante. §. j.

g *Gradibus.* institutorum & substitutorum.

h *Relicta sunt.* liberis & parentibus: aliis autē relicta nunquam præstantur. Azo.

i *Gradu.* secus in querela: quia illa omnes gradus rumpit ipso iure: vnde ex nullo gradu præstātur legata: vt ff. de inoffic. testa. Papinian⁹. §. sed nec. & §. si ex causa. & l. Titia. hic vero non ipso iure nisi ante aditam hæreditatē detur cōtra tabu. vt. C. de col. l. liberis. & l. filiæ do. Azo. & ff. de manu. testa. l. testamento liberi.

k *Petita.* nō dicit data: quod cautè notādū est. Azo.

l *Iulianus ait.* respondendo, & plures casus apponendo & præmittendo. Azo. & in fine. l. soluet.

m *Viuit.* tēpore mortis testatoris: & qui repudiauit hæreditatem, præstabit præteritus accipiens contra tabulas.

n *Eorū.* qui sunt instituti. in primo gradu.

o *A sequenti.* scilicet relicta sunt, præstabit hic præteritus qui petet contra tabu.

p *Ab intestato.* sed quo modo hoc casu, cum tēpore mortis extiterint tabulæ: vt. ff. titu. j. l. quod vulgo? sed hic nullo tēpore adire potuit: nec viuo testatore: vt. ff. de acqui. hered. l. neminē. nec post mortē: quia nō supersunt instituti vel substituti. Sed quid si trāsmittatur ad hæredem: vt. ff. titu. j. l. sed & si decesserit? Respō. idem quod in defuncto: vt. ff. de regu. iu. l. in omnibus. §. nō debeo. Azo.

q *Bonorum possessionem.* vnde liberi.

r *Quòd si post mortem.* ecce casus quos prædixit. ff. ibi, sed nonnunquam &c.

s *Sed quæ à substitutis.* sed cur tam varie? Respō. propter præteritum qui habuit contra tab. nō potuerunt substituti adire: & sic legatarij per præteritum amiserūt. det ergo præteritus hæc legata. sed institutus non adiuit morte præuentus, non timore præteriti: & ideo ea non soluit præteritus. Quid autē si repudiat institutus? Respō. timore præteriti facere videtur: vt. ff. eo. l. cū propter. ideo præterit⁹ soluet, vt ibi: Iulian⁹ ait &c. Sed nōne relicta ab instituto videtur repetita à substituto: vt. ff. de leg. j. l. licet. & sic semper præstanda? Respō. hic voluit esse repetita, quod ex multis coniecturis [a] *a Voluntas* potest apparere: vt in *ergo testato* ea. l. licet. & facit. ff. tit. *vis ex conie* j. l. qđ vulgo. & l. illud. *cturis colli-*

t *At vbi. Ab institu-* *gitur. sic a-*
to. aliàs, ab insti- *libi ex eius*
tuto: & tunc facit. ff. l. *vsu & con-*
proxi. ibi, Iulianus ait. *suetudine.*
& aliàs, ab intestato. *glo. & doc.*

u *Siue autē. Omiserint.* cū antequā omit- *in. l. legata.*
terent, & petita & data *§. fi. in ver.*
esset bo. possess. secus si *volūtatē.* ff.
tantū est petita: vt. ff. de *de supel. le.*
hær. insti. l. seru⁹. Azo. *l. si seru⁹.* §.
x *Eis.* scilicet institutis in primo gradu. *fi. ff. de leg. i*

y *Item à substituto. Dicimus.* petita contra tabu. pendente conditione: vt. ff. titu. j. l. si in adoptionem. Azo.

z *Noluit adire.* vt quia ab instituto legata debebuntur: vt. ff. eo. l. siue. Azo. & facit. ff. de hær. insti. l. in suis. Ac.

Nonnunquam. ¶ *Accursius.* In prin. huius. l. ponitur casus in quo q petit cōtra tab. habet eam iure bonorū poss. secūdum tab. verbi gratia: Quidā filius emancipatus fuit institutus, alius filius emancipatus præteritus. modo quæritur, si vnus emancipatus est institutus, alter præteritus: institut⁹ potest petere cōtra tab. ex persona præteriti. petiit eā emancipatus, qui petiit. retinebit nō iure contra tab. sed secundum tab. [*SI AB VNO*, &c.] Cū testator plures filios instituit, & ab vno nominatim aliqua legata legauit parentibus: postmodum accepta bono. possess. contra tabu. nūquid debētur legata parētibus? & respō. quòd sic. Viuianus.

a *Iure.* id est, effectu: quia idem est effectus ac si accepisset bono. possess. secundum tabu. Azo.

b *Accepit.* contra tabu. quod potuit beneficio præteriti si adhuc non adierat: vt. ff. titu. j. l. si post mortem. §. fin. aliàs secus: vt. ff. titu. j. l. si ex duobus. §. sed illud.

c *Apertissimum.* vt. ff. l. proxi. §. sed si solus.

d *Lucro.* vt exoneretur à legatis nisi coniunctis: vt. ff. eo. l. filium. in princip. & §. fi. & facit. ff. de colla. do. l. si fuerit.

e *Cum aliis.* scilicet præteritis, quod potest: vt supra, titu. j. l. si post mortem. §. fi.

f *Melius est.* immo cōtra. cum enim relicta præstari debeant, cur

Sed & si pro dote [a] ex parte aliqua eādem hæredē scripserit, tuendam esse puto. ¶ Esse autē vxorem mortis [b] tempore exigemus. Si nurui dotē prælegauerit, [c] eaque mortis tempore nupta sit, [d] nullum legatum est: [e] quia dos nondum debeatur. Sed cum & constante matrimonio aduersus hæredes soceri dabitur actio, [f] dicendū est etiam prælegatæ dotis petitionem dari debere.

Ea legata debentur ex hoc edicto quæ sunt relicta ab eo gradu contra quem petita est bonorum possessio, si propter timorem bonorum possessionis contra tabulas nulla efficiantur. sed si aliàs de iure communi, debebuntur etiā legata ab alio capite. h. d. vsque ad. l. nonnunquam. Bartolus.

¶ Non omnia quæ ab omnibus gradibus [g] relicta sunt, [h] legata præstare eum oportet qui contra tabulas petit: sed ea sola quę in eo gradu [i] data sunt contra quem bonorum possessionem accepit. Sed nonnunquam cōtra alium quidem gradum petita [k] est bonorum possessio: ex alio verò legata præstāda sunt: vt ecce duos *gradus hæredum fecit, [&] emancipatū præteriit: ab vtroque tamen gradu liberis & parētibus legata adscripsit. [&] Iulianus ait, [l] si quidē aliquis ex primo gradu viuit: [m] ea legata præstabit, quæ liberis & parētibus à primo gradu data sūt. Sin verò nemo viuit eorū, [n] ea quę à sequenti. [o] Quòd si neque ex primo gradu, neq; ex secundo quisquam in rebus fuerit humanis, cum testator moritur: tūc ab intestato [p] magis bonorū possessionē [q] præterito filio competere, nec legata cuiquam præstāda. Quòd si post mortem [r] testatoris ante aditā hæreditatem instituti decesserint: contra ipsos quidem videri petitam: *veruntamē ab eis relicta legata non esse præstanda, sed quę à substitutis [s] relicta sint.

*Flo. duo

*Fl. petitū

xi. Paulvs libro quadragesimoprimo ad Edictum.

At vbi instítutus & substitutus viuunt: licet nemo adeat hæreditatem, ea tamē legata deberi dicimus, quę ab instituto [t] data sunt.

xii. Vlpianvs libro quadragesimo ad Edictum.

Siue autē omiserint instituti, siue nō omiserint: [u] dicēdum est legata quæ ab ipsis relicta sunt, præstanda, quamuis secūdo gradu instituti omittētibus eis [x] adierint hæreditatē.

xiii. Tryphoninvs libro secundo Disputationum.

Item à substituto legata deberi dicimus, [y] si institut⁹ cōditione defect⁹ esset, quæ in ipsius potestate non fuit. Nā si eā quæ in ipsius potestate fuit, nō impleuit: ꝓ eo habēd⁹ erit, qui noluit adire [z] hęreditatē: quādo nihil habiturus emoluměti, cōditioni merito non paruerit.

xiiii. Vlpianvs libro quadragesimo ad Edictum.

Nonnunquam cōtra tabulas bonorum possessionē quis habet iure [a] secundum tabulas bonorū possessionis: vtputa hæres institutus est emancipatus filius, alius emācipatus filius pręteritus. institutus accepit [b] contra tabulas bonorum possessionē præteritus omisit. Apertissimum [c] est vt cogatur omnibus perinde legata præstare, atque si commissum edictum non fuisset. Nec enim occasio emancipati præteriti debet institutum lucro [d] adficere, cū præteritus iure suo non vtatur. ¶ Si ab vno ex filiis hærede instituto nominatim alicui ex liberis parentibusque legatum datum sit, & acceperit bonorū possessionē cōtra tabulas cum aliis: [e] melius est [f] probare om-

non sic præstantur vt testator voluit? Respon. quia per bo. possess. fit detractio partis: vt ff. tit. j. l. filiũ. §. legata. & l. non putauit. §. fi. Sed si quid si ei nõ detrahatur, sed addat per bonorũ possessionẽ? Respon. tunc secus: vt. j. de colla. do. l. si fuerit. Azo. Item cõtra. j. eo. l. nepos. Solu. hic etiam institutus petiit cõtra tab. ibi non. sed hoc nõ placet: quia tũc magis deberet teneri institutus. H. dic ergo vt ibi. Accursius.

Plo. quia & non

Plo. & Vulg. no-cent

Plo. quia effectu fratris

[IS qui.] CASVS. In princ. huius. l. ponitur casus in quo petita bo. poss. cõtra tab. personis exceptis in edicto non præstantur legata. verbi gratia, pater filium in potestate cõstitutum præteriit: aliis liberis legata reliquit. filius vult dicere aliquid, & rũpere per cõtra tab. nunquid legata præstabit? non: quia nõ videtur per contra tab. rũpere, cum posset dicere nullum. Sed quid erit? pater filium in potestate constitutũ præteriit, emancipatũ præteriit: in potestate constitut[a] petiit cõtra tab. debẽtur legata. & certe legata quæ relicta parentibus à filio in potestate constituto non debentur, ab emãcipato videntur deberi. sed si emãcipatus petat cõtra tabulas, non videtur petere insolidũ: sed pro dimidia debet legata. Sed quid si institutus adiuit, emancipatus petiit contra tabu? non est dubium quòd debet legata liberis & parentibus non insolidum, sed pro dimidia. [EI QVAE.] Si vxor vel nurus non habuit dotem, & ei legatur dotis causa, illud legatum non debetur ei. hoc dicit petita bonorum poss. contra tabu. secus si dotẽ habuit, & sub nomine dotis plus legatũ est. ff. eo. l. ij. §. fi. [SI EXTRANEO.] Si hęres instituitur extraneus, & exceptis personis legatur si hæredi decem dederit, legatum debetur exceptis personis si dederit decem præterito qui petit cõtra tab. Vi.

a *Petierit.* qđ & potest: vt. C. de li. pręteri. & exhęr. l. fi. §. fi. Ac.

b *Exceptio.* id est, replicatio. Accursius.

c *Quia bonorum possessionem.* sic econtra. j. ti. j. l. si filius. Sed quo modo competit contra tabu. cum testamentum ipso iure sit nullum? vt insti. de exhære. lib. in princip. & oportebat tales esse tab. ex quibus adiri potuit hæreditas: vt. ff. tit. j. l. quod vulgo? Respõ. secundum R. est nullum, si hoc vult dicere: vt. ff. de iniust. te. l. filio. x. & sic etiã fit repletio ipso iure de quarta: & tamẽ per filium debet peti & fieri prout conuenerit: vt. C. de inoffic. test. l. sancimus. §. repletionem. & l. si quando. §. illud. Itẽ & ipso iure fit cõpensatio: si tamen ab homine petatur: vt no. insti. de ac. §. in bonæ fidei. & facit. ff. tit. j. l. filium. §. sed cum. & de libe. & posthu. l. fi.

d *Existimant.* sed male: vt infra, eo. l. si duo.

e *Affectu.* aliàs affectus: scilicet emancipatus patris, sub. quadam iniuria: quia scilicet præteritus aufert suo dimidiam, quam suus libere habiturus erat cum testamentum non valet: vt infra, eo. l. si duo. & ff. proxi. aliàs est, effectus: & tunc sub. patris successor per contra tabulas aufert &c.

f *Verius est.* vt testamento ipso iure non valente nil soluat de

nes qui contra tabulas bonorũ possessionem acceperunt, cogendos id legatum præstare.

XV. PAVLVS libro quadragesimoprimo ad Edictum.

IS qui in potestate est, præteritus legatũ nõ debebit præstare, etsi contra tabulas bonorum possessionẽ petierit: [a] qui* etiam non petita bonorũ possessione intestati hæreditatem obtineret. nec enim exceptio [b] doli mali huic nocebit: * & absurdũ est eum cogi legata præstare, quia bonorum possessionem [c] petierit: cum & sine hac hæreditatem habiturus sit suo iure. Vnde si duo præteriti sunt, emancipatus, & is qui in potestate est: quidam nec emãcipatũ præstare debere legata existimant, [d] qui affectu [e] patris* aufert partẽ dimidiam: cùm & si hic non peteret, suus solus rẽ habiturus esset. Quid ergo est vbi præteritus sit suus? Verius est [f] quod dictum est. Vbi verò scriptus est, [g] & voluntatem patris habet: debet teneri legatariis, etiã si omiserit [h] bonorum possessionem. ℣ Sed si vnus emancipatus hæres scriptus sit, alter præteritus, & vtrique contra tabulas bonorũ possessionẽ acceperint: & institutus eadẽ [i] præstat quæ præteritus. Sed si solus [k] hęres institutus contra tabulas bonorũ possessionem acceperit, omnibus debebit legata præstare perinde, atque si adisset hęreditatẽ. Sed si scriptus quidẽ adierit hæreditatem, præteritus autem bonorũ possessionẽ acceperit: hic quidem qui bonorũ possessionem acceperit, certis personis [l] legata debebit. De scripto autẽ quæritur? Et complures putant certis personis & eum prętare debere. quod puto verius esse. Nã & prætor hac ratione eum tuetur, quòd ex liberis est qui cõtra tabulas petere potuerunt. ℣ Ita autem [m] tuẽdus est in partem dimidiam, si aut ex maiore parte quàm dimidia hæres institut[us] sit, aut ex semisse. Quòd si ex minore parte quàm dimidia [hæres] institut[us] sit: dicimus non ex maiore parte quàm institutus sit, tuendum eum esse. Qua enim ratione maiorẽ partem habere potest, cum nec bonorũ possessionem acceperit, [n] nec ex maiore parte institutus sit? ℣ Ei quę dotem non habet, nullum legatum debebitur, licet sub prætextu [o] dotis legetur.

Conditio debet impleri in persona eius qui petiit contra tabulas. Bartolus.

℣ Si extraneo hærede instituto, sub hac cõditione exceptæ personæ legatum sit, si hæredi decem dederit: ita ei legatorum actio dabitur, si ei qui cõtra tabulas bonorũ possessionẽ acceperit, [decem] dederit: nõ si hæredi instituto: quia absurdum [p] est, illum commoda hæreditatis habere, alium onera sustinere in præstando legato. Sed & si Titio [q] iussus fuerit dare, non illi, sed filio [r] dare debet. [f]

g *Scriptus est.* hæres scilicet suus.

h *Etiam si omiserit.* siue acceperit bo. possess. beneficio pręteriti, præstat legata: vt supra, in hoc eo. titu. l. filium. in princi. siue omiserit, & acceperit ex institutione, idem est, vt hic. & facit supra, si quis omis. cau. testa. l. si filius. & l. quia autẽ. §. hoc edictum.

i *Eadẽ.* sola, quia cõiunctis tantũ: vt. j. ea. l. §. de scripto.

k *Sed si solus.* pone casum vt. ff. eo. l. nonnunquam. in prin.

l *Certis personis.* videbatur enim eum teneri etiã extraneis, quia secutus erat voluntatem defuncti, quia adierat hæreditatẽ: itẽ & quia præteritus petita cõtra tabu. præstat certis personis tantũ. & concordat. ff. eo. l. filiũ. §. is autem. Sed contra. ff. tit. j. l. si ex duobus. §. sed illud. & j. eo. l. si duo. in fi. vbi dicit teneri omnibus. Solu. illa. l. si ex duobus. corrigitur per hanc. l. & hæc per illã, si duo. Alij quòd illã in emancipato, hæc in suo. hæc non placet: vt in. d. l. si ex duobus. §. si is. & §. vbi. Vel dic q in illa sunt liberi, & tales qui hãbent contra tabu. hic autem ex liberis ducũt originem: nõ tamen possunt petere contra tabu. quia ex filia: vt infra, de coniun. lib. l. qui duos. in fi. & ff. eo. l. filium. §. si quis. Vel dic: quod in contrariis dicitur, est opinio aliquorum, vt hic dicit. Item quod ex liberis, ideo dicit, quia si de liberis non esset, auferretur hæreditas petita contra tabulas ab aliquo ex liberis. Ac.

m *Ita autẽ.* dixit proxi. respon. institutũ qui adiuit ex institutione, tuendum fratre petente contra tab. qui fuerat præteritus. nunc exponit in quã parte. & ad idem. ff. tit. j. l. si ex duobus. §. sed illud. secus si non adiisset, sed cõtra tab. petiisset institutus beneficio præteriti: vt supra, tit. j. l. non putauit. §. fi. Item hoc si est vnus tantum præteritus: aliàs conseruatur virilis: vt supra, eo. l. virilis. & l. filium. §. ad eum.

n *Acceperit.* nec potuit ex quo adiuit: vt dicto. §. illud.

o *Sub prætextu.* quantitate non adiecta. aliàs secus: vt. C. de fal. cau. adiec. l. si non. quæ est contra secundum quosdam. sed dic contra: quia tunc ad æs alienum non veniret: vt. ff. eo. l. virilis. §. cum autem. Azo. hic ergo loquitur cum testamentũ rumpitur per contra tabu. sed in contraria validum est.

p *Quia absurdum est.* bona ratio: vt. C. de fur. l. fin. §. sed cum in secunda. Est & alia, quia in effectu est hæres præteritus: vt argu. supra, quod cum eo. l. si filius. §. j. & supra, ne quis eum qui in ius vo. l. penul. §. j licet huic sit argu. contra, supra, de vulga. subst. l. qui liberis. §. hæc verba. patet ergo quòd hæc conditio transfertur. sic. j. de fideicommis. lib. l. ergo. §. si sub conditione. & supra, de condi. & demon. l. iiij. j. respon. Accursius.

q *Sed & si Titio.* extraneo non instituto. Azo.

r *Filio.* præterito.

f *Debet.* vt conditio sit impleta. non autem est debitum: vt. ff. si quis omis. cau. test. l. si sub conditione. in fi.

BIU Cujas

Si duo.] CASVS. In lege ista dicitur: Testator habebat duos filios, vnum in potestate, illum præteriit: alium emancipatum instituit. commissum est edictum per eum qui est in potestate. ponamus ergo: ambo petierunt contra tabu. bonorum possl. ille qui remansit in potestate, non præstabit legatum liberis & parentibus: qui ab intestato dimidiã erat habiturus. Sed nunquid emancipatus præstabit? & certe si solus esset hæres, & petat contra tabu. præstabit. verũtamen quia petiit contra tabul. tunc emãcipatus præstat pro sua parte: in potestate cõstitutus nõ præstat. Viuianus.

a *Ambo petissent.* sed quo modo suus præteritus petit, cum sit ipso iure nullum: vt institu. de exhæreda. li. in prin. & oportet tales esse tabulas vt ex eis possit adiri hæreditas: vt. ff. titu. j. l. quod vulgo? Respon. dicit nullũ. si hoc vult: vt supra, de inoffi. testa. l. filio.

b *Ab intestato.* facit. ff. eo. l. is qui. in princip. &. §. penul.

c *Sed verius.* supra, eo. l. is qui. §. vnde si duo. contra. Solu. ibi. Item contra, infra, de reg. iur. l. qui in ius alterius succedit, debet vti iure eius. sed certe licet emãcipatus auferat suo, nõ tamẽ dicitur ei succedere.

d *Non acceperit.* institutus. Azo. sed adiuit, vel secundum tabulas petiit ex institutione. Accursius.

e *Tamen quia.* nunc respondet.

f *Plenum etiam obsequiũ.* & sic præstat omnibus. Sed contra. ff. eo. l. is qui. §. vnde. Solu. ibi. Item cõtra. j. de secun. tabu. l. si sub conditione. in fin. vbi tantum exceptis personis. Solu. hoc verbum, plenum, quod est hic, tollit contrarium. nam & hic & ibi emancipatus fuit institutus, & hic & ibi secundum tabulas voluit succedere. sed hic potuit, ibi non potuit defectu conditionis: vnde venit ibi iure contra tab. & facit. ad. l. C. de inoffic. testa. l. cum duobus. & ff. tit. j. l. si ex duobus. in princip.

† *Sic etiam de iure ciuili. l. memi nimus. & ibi Bal. C. de leg. hæred. l. 1. & ibi Bal. C. cõmunia de succeßio.*

* *alias, certarum*

Si emancipato.] CASVS. Paterfamiliàs extraneum instituit: filium emancipatum præteriit: ab instituto extraneo rem aliquã legauit. adita est hæreditas, & res legata periit dolo scripti hæredis. nunquid aduersum emancipatum debet dari actio de isto legato? Et respon. propositum est prætoris, cui ita legatum est, facere quòd emancipatus præstet si petiit contra tabulas, & est relictum personis exceptis in edicto prætoris. Viuianus.

g *Scripti hæredis.* petita iam contra tabu. vt dicunt, argu. infra, de noua. l. quoties. immo & non petita, quia postea petita à die mortis petita videtur: vt supra, de acquiren. hæred. l. hæres quãdoque. Sed videtur præteritum liberari: vt supra, de dolo. l. arbitrio. §. fi. & supra, de lega. j. l. si hæredis. §. j. & l. filiusfamiliàs. in fi. quæ sunt contra. Solu. hic filius fuerat in mora. nec obstat quod dicit, vtilis: quia in omnibus casibus datur vtilis petita contra tabu. vel dic quòd hic fauor personarum facit vt non liberetur filius. Sed an hic scriptus hæres tenebitur filio? Videtur quòd non, argu. supra, solu. matrimo. l. etiã. §. licet. & supra, de petitio. hæredi. l. si quis. §.

XVI. VLPIANVS libro quarto Disputationum.

SI duo proponantur esse, vnus in potestate præteritus, alius emãcipatus institutus: apparet commissum esse edictum per eum qui in potestate est. & si ambo petissent [a] contra tabulas bonorum possessionem, is quidem qui in potestate mansit (cum rem ab intestato [b] habeat) nõ præstabit liberis & parentibus legata. emãcipatus verò numquid nec ipse præstat, quia ei rẽ auferret qui præstaturus nõ erat, si solus esset? Sed verius [c] est vel hunc saltem debere liberis & parentibus præstare legata. Proinde si contra tabulas non accepit, [d] dicendũ est tuendum eum in partem, & vtique liberis parẽtibusque legata præstaturũ. Sed an & omnibus? dubito. Tamen quia [e] plena fruatur voluntate, plenum & obsequium [f] præstare testatoris iudicio pro sua parte debet.

XVII. IVLIANVS libro trigesimosexto Digestorum.

SI emancipato filio præterito pater extraneum hæredẽ instituisset, & ab eo rem legasset, eaque adita hæreditate dolo scripti hæredis [g] perisset: aduersus emancipatũ vtilis actio dari debebit, ei scilicet personę cui filius legata præstare cogitur: quia prætori propositum† est sine iniuria cæterarum* personarum [h] bonorũ possessionẽ contra tabulas testamenti dari.

h *Cæterarum personarum.* scilicet parentum & liberorum. Accur.

NEpos qui.] CASVS. Testator instituit filium, & nepotem in potestate retentum. nepoti reliquit legatũ. filius emancipatus præteritus petit contra tabulas. nunquid nepos debet legatum habere? Sic: & cõueniens est quòd emãcipatus ei insolidũ teneatur. verũ si nos inspiciamus illud correctum, de æquitate dici potest quòd isti nepoti non vltra quadrantem debet dari petitio: ideo quia pater eius in vnum semissem vocabatur, qui debet inter eum & patrem diuidi. Viuianus.

i *Filius suus.* scilicet testãtis in potestate cõstitutus. duos enim filios, scilicet vnũ in potestate, & alium emancipatum habebat, & ex eo nepotem in potestate retentum habebat.

k *Pater eius.* scilicet nepotis. Accursius.

l *In eum solum.* scilicet filium testãtis institum: quia erat patruus nepotis.

m *Ei.* filio instituto.

n *Emancipatum.* scilicet suum patrem petita venia: vt supra, de in ius vocã. l. quiq;. §. prætor.

o *Quadrantẽ.* sue portionis.

p *Via.* mala ratio dicitur: quia sic huius nepotis instituti deterior conditio videbatur quàm extranei legatarij, qui tamẽ esset de exceptis: quia tũc singulos posset pro suo legato cõuenire: vt. ff. eod. l. non nunquam. §. fi. nam & interest nostra habere plures debitores: vt. ff. de libe. leg. l. si quis decedẽs. §. fi. Respõ. ideo est deterior conditio, quia huic imputari potest: quia cõmisso edicto per emancipatum contra tab. nõ petiit: quam si petisset, cum suo patre in dimidia cõcurrisset, vt hic dicitur, licet legatum tunc non haberet: vt. ff. tit. j. l. filium. §. omnibus. &. j. eo. l. bonorum. hoc autem extraneo imputari non posset: quia & si voluisset petere, non potuisset, secundum Azo.

* *Vulg. mortis causa donata confe rent.*

XVIII. AFRICANVS libro quarto Quæstionum.

NEpos, qui in potestate mãsit, & filius suus, [i] hæredes instituti sunt. nepoti legatũ dedit. pater eius [k] emãcipatus petit bonorum possessionem. nepos legato contentus est. Quidam in eum solum [l] qui in potestate esset, legati actionẽ nepoti dandã responderunt, quia ei [m] nihil auferatur, & emancipatus partẽ filij sui occupet, in qua onus legatorum non consisteret. Sed rectius dicetur, in emancipatum [n] solum dandam [esse] actionẽ nepoti, & quidem non vltra quadrantem: [o]

XIX. IDEM libro quinto Quæstionum.

QVia [p] & si omnes petissent bonorum possessionẽ, semis nepotis inter eum & patrem eius diuideretur.

XX. MARCIANVS libro quarto Regularum.

SI filius emancipatus contra tabulas bonorũ possessionem petierit: tuendos [q] quidem liberos & parentes constat. Sed si variè [r] donatũ fuerit exceptis personis à testatore, mortis causa pro rata * conferent ad virilem emancipato: [f] sicut [t] accidit in portionibus hæreditariis & legatis. [f] Intestato autẽ mortuo patre, super donationibus mortis causa factis non poterit filius queri: [u] quoniam cõparatio [x] nulla legatorum occurrit.

XXI. PAPINIANVS libro tertiodecimo Quæstionum.

Si filius.] CASVS. Si filius emancipatus petit bonorum possess. contra tabulas, legata & causa mortis donationes debẽtur certis personis, etiam si variè in omnes data sunt. & si essent in aliquibus partibus instituti parentes, sunt tuendi. ita in legatis, & in mortis causa donationibus. Viuianus.

q *Tuendos.* in iis quæ sunt eis relicta vsque ad virilem: vt supra, eo. l. nam secundum. Accursius.

r *Sed si variè.* quia alicui plus, & alicui minus: vel dic vni per legatum, alij per donationem causa mortis: vel alio modo ita quòd emancipato nõ remanet virilis. & quod dicit, exceptis, scilicet liberis & parentibus qui de extraneorũ numero excipiuntur. Azo.

f *Emancipato.* ita quòd habeat virilem.

t *Sicut.* exemplificatiue ponitur, sicut.

u *Query.* iure cõtra tabulas: sed per querelam inoffi. dona. Azo.

x *Comparatio.* q.d. nõ potest dici quòd vsque ad virilẽ tantummodũ debeatur donatio causa mortis ab intestato, sicuti nec legata: quare nõ potest fieri talis cõparatio: quia ab intestato nõ habet

BIU Cujas

locum contra tabulas: vnde per eam nō reuocantur legata vsque ad virilem:& ideo nec donationes causa mortis,secundum Azo.

Si portio.] CASVS. Sicut petita bonorum possess.contra tabu. exceptis personis debētur legata:ita si aliqua portio est eis relicta,illa debetur.sed si repudiata est portio, pertinet ad filium emancipatum qui petit contra tabu. & tenetur præstare legata exceptis personis.Viuianus.

a *Legis.*prætoriæ etiā & Imperatoris: vt supra, eo.l.nā secūdum.

b *Repudietur.* aliàs, respuetur.Accursius.

c *Præstabit.* quia nec excepta persona aliis erat præstatura: vt supra, eo.l.filium.§.fina.

B *Onorum possessione.*] CASVS. Si filius emancipatus præteritus petit bonorum possess. contra tabu. indubitāter scriptus hęres in illo testamento, qui forte bonorum possess.accepit, vel iure ciuili successit,legata sibi relicta non debet habere præcipua: quia ipsi emancipato legata relicta non debentur. Viuianus.

**Vulg. Hi quib. relictum in virilē portionem diuus Pi.*

d *Bonorum possessione contra tabulas.*commisso edicto. vel dic corporaliter volēs esse iure ciuili hæres. vel sine possessione sola volūtate adiit, vt subiicit: quod fieri potest:vt institu.de hære. quali. & differen.§.fi.

e *Nō habebit.* scilicet vltra portionem virilem,sed virilem sic: vt supra,eod.l.virilis.§. si quis ex liberis. &.l. filium.§. omnibus. quæ

†*Sic tempus mortis debet inspici ꝟ qualitate filii cui est facta substitutio.Bald. in.l. humanitatis. ii. col.C.de impu. & aliis substi.*

f *Hi quibus. Constituit.*vt supra,eo.l.nam secundum.

g *Acceptam.* Testator filium emācipatum præteriit, & duos instituit.vni seruos prælegauit:quos & manumitti ab eo voluit.hic commisso edicto petiit contra tabu. & sic libertas non tenet. erit indignus vt partem habeat in seruis qui per eum libertatem perdiderunt. secundum hoc dic acceptam bonorum possess. à seipsis liberis vel parentibus. Vel dic quòd institutus non petit contra tabu.sed præteritus:& tunc est ratio bona:quia hi serui inter cætera pecuniaria commoda relicti fuerunt parentibus vt eos manumitterent. petita contra tab.euanescit libertas, & remanet penes eos qui acceperant contra tabu. non penes parentes quos de proprietate testator nil voluit habere.Accursius.

Interuenit.] CASVS. Petita bonorum possess. contra tabu. debentur legata exceptis personis. sed quādo debet esse in numero liberorum cui debetur legatum? certe quādo dies legati cedit. hoc dicit. Cedit autem dies legati à morte testatoris.C. de cadu. tollen.§.cum igitur.&.§.fin autem.Viuianus.

h *Ferre.*id est,capere à filio.Accursius.

i *Legati.*quod est tempore mortis,nisi in casibus:vt not. institu. de leg.§.si peculium. & facit supra,eod.l.sed & si pro dote.§. esse autem.& infra, de iure fisc.l.iij.§.quando. & forte etiam testaméti secundum quosdam:vt non obstet.ꝫ. de rebus dub.l. si cognatis. & de hæredi.instit.l.si alienum.§.in extraneis.

Qui filium.] CASVS. In.l. ista dicitur, paterfamil.filium emancipauit, nepotem retinuit in potestate, filium exhæredauit, nepotem instituit,quędam emancipatum præteriit. nunquid iste nepos potest petere contra tabu? Certe sic,quia non debet petere secundum tabulas, cui speratur moueri contra tabu. Or ponamus: Filius est datus in adoptionem, nepos procreatus est scriptus hæres.emancipatus est præteritus. nunquid nepos est tuendus? Certe sic.sed quid? ex eodem filio nepotem retinuit in potestate:illum pro parte instituit:alios pro alia parte.reliquit legata nepotibus ex filia, vel matri.nunquid legata debentur personis exceptis?& certe sic.Viuianus.

SI portio hæreditatis quam excepta persona beneficio legis [a] habere potuit,repudietur: [b] pro ea quoq; parte filius qui bonorum possessionem accepit, non aliis quàm exceptis personis legata præstabit. [c]

XXII. IDEM libro quinto Responsorum.

BOnorum possessione [d] cōtra tabulas testamenti præterito emancipato filio data, scriptus hæres alter filius qui [bonorum]possessionem accepit,vel iure ciuili contentus nō accepit, legata præcipua non habebit. [e]

XXIII. HERMOGENIANVS libro tertio iuris Epitomarum.

HI*quibus vel relictum vel virilem[portionem]diuus Pius conseruari constituit, [f] ex seruis qui libertatē propter bonorum possessionem contra tabulas acceptam [g] consequi non potuerunt,nihil habebunt.

XXIIII. TRYPHONINVS libro sextodecimo Disputationum.

INteruenit illa quæstio, quādo numero liberorū esse debeat is, cui legatum datum est, vt id ferre [h] possit à filio contra tabulas bonorū possessionem accipiēte? Et placet sufficere in ea necessitudine tunc esse quādo dies legati [i] cedit.†

XXV. MARCELLVS libro nono Digestorum.

QVi filium emancipauerat, & nepotem ex eo retinuerat in potestate: testamento filium exhæredauit, nepotem ex aliqua parte instituit hæredem, & alium filium emācipatū præteriit. Potest defendi nepotem quoque bonorum possessionem cōtra tabulas petere posse. Nam pro ea parte [k] qua quisque intestatò suus hæres esset,si pater suus hęres non esset,bonorum possessio defertur. Is cuius filius in adoptione erat, nepotem quem filius postea procreauerat,scripsit hę redem: emancipatum [l] filium præteriit.Non*habet nepos ex edicto bonorū possessionem:* tuendus[est]tamen exēplo parētum & liberorum,quibus legata præstare coguntur,qui bonorum possessionem cōtra tabulas acceperunt. Si fortè ex eodem filio retinuerat nepotem vnum pluréſve:indubitatè pro ea parte tuendus est, pro qua parte tueretur si ex filia nepos, aut mater defuncti [m] hæredes instituti essent. nam his comparatur. [n]

k *Parte.*aliàs est, pro ea parte qua quisq; intestato, si suus hæres non esset: id est,emancipatus sub. succederet bono. possess. &c. aliàs hoc plus intestato suus hæres esset si pater suus hæres non esset: quia esset emācipatus. sic & supra, de inoffic. testa.l. si proponas. & infra, de coniungen. lib.l.j.§. sed & si patruus. & infra, eo.l.qui duos. & supra, eo.l. nā secundum.Accursius.

l *Emancipatum.* patrem huius nepotis. & secūdum hoc bona est glossa inferior,non respon.&c.nō tamen videtur hic casus consonare literæ cum hic dicit, tuendum tamé &c. quia tunc non tuetur

**Fl. Num propter hoc edictum, *possessionem immo iure communi: nem: quia institutus est,cum nullus sit qui committit ei edictum. vel hic loquitur de alio filio: & secundum hoc reprobo dictam glossam. vel forte poterit approbari vt dicas huic non posse committi ei existenti in adoptione: alioquin aliud esset: vt supra,de contra tabu.l. si emancipatus.§.fin. & l.si ex duobus.§.fi.licet sit institutus: quia pater eum præcedit:vt supra, titu.j.l. si ex duobus.§. filium. secus autem constat esse in filio:vt supra,titu.j.l.si post mortem.in princ. &.§.j.&.l.non putauit.§.ij.&.§.sed & si.&.§.vt autem.

m *Defuncti.* non respon. quæstioni propositæ,sed respon.quia non petet contra tabulas: quia per patrem suum nō est sibi commissum edictum:vt supra,de contra tabu.l.si in adoptionem.

n *Comparatur.* nó omnino:quia hic petit contra tabulas:nó ibi.

DE COLLATIONE [bonorum.]

TITVLVS VI.

DE COLLATIONE [BONORVM.]

g *Periculum.* vt.j.ea. *sed etiā alli-* l.§.item periculum. & *quādo tra-* ideo satisdat, nisi sit ex *pub. ysus.ṡ.* inquisitiōe datus: vt.ṡ. *se possint.* de cu.fu.l.bonorum.& *Quin &* facit inuentarium: vt *Plato dia-* j.ea.l.§.curatore. *log.7.de le-*

h *Creditores.* eorum e- *gib.& Ari* nim cōsensu cōstituen- *stote.lib.8.* dus est si adesse volūt: *Politic.ait.* vt.j.de cura. bo. dan. l. *dārū pue-* ij. in prin. & quòd dici *rorum curā* oportet, non importat *non prima-* necessitatē: vt.ṡ.de iu- *tam sed pu-* sti. & iur. l.j. in prin. *blicam esse*

i *Vsimur.* frequētius. *censent.*

BIU Cujas

siderentur, dandi sunt[a]. Mulier autē in possessionem missa, ea sola sine quib[9] se sustinere,* & ad partū vsque perduci[b] nō possit, sumere ex bonis debet: & in hāc rem curator cōstituēdus[c] est, qui cibū, potū, vestitū [&]tectum mulieri præstet pro facultatibus defuncti, & pro dignitate[d] eius, atque mulieris. ¶ Deminutio autē ad hos sumptus fieri debet primū ex pecunia numerata, si ea nō fuerit: ex his rebus quę patrimonia onerare magis impendio, q̄ augere fructibus cōsueuerūt[e]. ¶ Itē si periculū est ne interim res vsucapiantur, ne debitores tēpore liberentur: idem[f] curare debet. Ita igitur curam hoc quoq; officio administrabit, quo solēt[g] curatores atque tutores pupillorū. ¶ Eligitur autē curator[h] aut ex his qui tutores dati sunt[i] posthumo, aut ex necessariis adfinibúsque, aut ex substitutis[k], aut ex amicis defūcti[l], aut ex creditoribus: sed vtiq; is qui idoneus[m] videbitur. aut si de personis eorū quæstio moueatur, vir bonus[n] eligitur. Quòd si nondū sit curator cōstitutus, quia plerūque aut non petitur, aut tardius[o] petitur, aut serius datur: Seruius aiebat res hæreditarias hæredem instituū vel substitutū obsignare[o] non debere, sed tantum pernumerare[p], & mulieri adsignare. ¶ Idē ait ad custodienda ea quæ sine custodia salua esse nō possunt, custodem ab hærede ponendum, vtputa pecoris, & si nondum messis vindemiáve facta sit[q]. & si fuerit controuersia, quantū deminui[r] oporteat, arbitrum dandum. Curatore[f] autem cōstituto hæc omnia[t] cessare puto: conscribi*tamen curatori debent, & vendenti, & inuentariū rerū faciēti. ¶ Tamdiu autem[x] venter in possessionem esse debet, quādiu aut pariat[y], aut abortū faciat, aut certum sit eam non esse prægnantem. & si sciens prudénsque se prægnantem non esse, consumpserit, de suo eam id consumpsisse Labeo ait.

II. PAVLVS libro quadragesimoprimo ad Edictum.

B SEd & si eum ediderit qui repulsus est, discedere debet.

III. HERMOGENIANVS libro tertio Iuris Epitomarum.

SVmptus autem ab ea facti bona fide[z], non repetūtur.

IIII. PAVLVS libro quadragesimoprimo ad Edictum.

HAbitatio[a] quoque, si domum defunctus non habuit, conducenda erit mulieri. Seruis quoque mulieris, qui necessarij sunt ad ministeriū eius, secundū dignitatē cibaria præstanda sunt.

V. GAIVS libro quartodecimo ad Edictum Prouinciale.

C VRator ventris alimēta mulieri statuere debet. nec ad rem pertinet, an dotem habeat vnde sustentare se possit: quia videntur quæ ita præstātur, ipsi præstari qui in vtero est[b]. Curator ventri datus, soluendi debiti rationē habere debet: vtique eius quod sub pœna[c] aut pignoribus pretiosis debetur.

VI. VLPIANVS libro quadragesimoprimo ad Edictum.

EXtraneo posthumo[d] hęrede instituto, non aliter vēter in possessionē mittitur, nisi[e] mater aliunde se alere non possit: ne fortè ei qui natus bonorū possessor futurus est, denegasse alimenta videamur.

VII. IDEM libro quadragesimoseptimo ad Edictum.

VBicumque ab intestato admittitur quis, illic & vēter admittitur: scilicet si talis fuerit: scilicet quæ possunt vendi. quod dixit ff. eo. §. mulier. nec obstat. ff. de cura. bo. dan. l. j. quia ibi debet consentire si exigitur licet quidam dicant aliud in illo curatore. Accursius.

u *Hæc omnia.* quæ sunt dicta. ff. ea. l. §. quòd si. & §. idē ait. Azo.

x *Tamdiu autem.* tenetur enim actione in factū ad interesse vsque ad annum: vt. ff. si mulier ven. no. l. j. §. cō petit. & §. per calumniam. & §. hanc autem. & facit. ff. de his qui no. infa. l. notatur. & de iureiur. l. iij. §. pen.

y *Pariat.* futurū agnatum vel cognatum: vt infra. e. l. vbicumque. §. interdum.

z *Vmptus. Bona fide.* quia se credebat prægnantem: & ex defuncto. & facit. ff. eo. l. j. §. toties. ibi, ratúmque. & j. eo. l. pen.

a *Habitatio.* facit supra, eo. l. j. §. mulier.

Vrator.] *CASVS.* VBicumque curator datur ventri missō in possess. ille debet vētri alimenta præstare, siue mulier habeat dotem, siue non. nam qui est in vtero, pro iam nato debet haberi. Et curator datus ventri debita potest soluere sub pœna vel sub pignoribus ne hæres cōmittat in pœnam, vel pignora distrahantur. Viuia.

b *Qui in vtero est.* quia est portio viscerū matris: vt. ff. de ven. inspi. l. j. §. ex hoc rescripto. sed contra. j. eod. l. extraneo. Solu. ibi.

c *Sub pœna.* vel vsura: alioquin non, nisi fuerit conuentus. Azo. & nota quòd hic est ex natura curatoris bonorum: sed in principio huius. l. ex natura datī ventri. Item facit. j. de cura. bo. dan. l. j. in fin. & ff. de heredi. insti. l. si quis instituatur. §. fina. Item q̄ dicit sub pœna, subau. maxime, secundum Azo.

E*Xtraneo.*] *CASVS.* Testator extraneū posthumū instituit sibi hæredem. nūquid venter mittetur in possess? *hoc esse vesic, si mater non habet aliūde vnde se alat. Vi.*

d *Extraneo posthumo.* vt ex emancipato conceptus qui poterat etiam olim institui: vt instit. de lega. §. posthumo. secus in suo filio: vt. ff. l. proxi. in prin. quæ est contra.

e *Nisi.* Not. quòd hæc dictio, nisi, ponit[a]. sic. ff. si quis cau. l. si eum. §. si. eum. in fin. & facit hæc lex ad solutionem quæstionis factæ. C. de rei vxo. actio. §. exactio. in fi. magnę glo. & facit. j. de Carbo. edic. l. sed & si is. §. an autem.

V*Bicumque.*] *CASVS.* Si defunctus decesit intestatus, & venter velit ab intestato succedere: si venter est talis quòd si natus esset, suus esset, debet mitti in poss. & pro iam nato haberi. *nobis. per* [*INTERDVM.*] Venter non mittitur in possess. bonorū defuncti passim, sed cum causæ cognitione. si quis facit controuersiam

a *Dandi sunt.* & omnes agunt, & conueniuntur insolidum: vt & infra, de cura. bo. dan. l. ij. §. si plures. & l. si plures. & ff. de tu. & cur. da. ab his. l. ventri.

b *Produci.* scilicet sine his.

c *Constituendus.* id est, constitutus ventri & bonis faciet hæc: vt infra, eod. l. curator.

d *Dignitate.* sic. j. eod. l. habitatio. §. seruis. & l. curator. & supra, de lega. j. l. si seruus plurium. §. fin. & j. de Carbonia. edic. l. sed & si is. §. an autem. & infra, de mune. & hono. l. j. §. item ventris.

e *Consueuerunt.* tertio de mobilibus: quarto de immobilibus: vt. C. de bo. quæ lib. l. fi. §. sin autem æs alienum. & §. sin autem nō suf. Azo. & ff. de relig. l. si quis sepulchrum. §. fi. & l. seq.

f *Idem.* curator bonis datus: vt. j. de mune. & hono. l. j. §. sed & in bonis. & de bonis auctoriud. pos. l. creditore.

g *Solent.* hoc quoad hæc quæ ex necessitate sunt gerenda, vt hic, & infra, de cura. bo. dan. l. j. in fin. cæterum alia non vendet. & in hoc differt à tutore pupilli, & curatore adulti: vt. ff. de admi. tut. l. inter. Et not. quòd quædam ex his facit vt curator bonorum, quædam vt curator ventris.

h *Curator.* volens demum, non inuitus, nisi ex causa: vt. j. de cura. bo. dan. l. ij. §. quęritur.

i *Dati sunt.* hi tenentur vtili actione negg. est. nisi nato posthumo: vt. ff. de testa. tute. l. si nemo. §. testamento.

k *Ex substitutis.* postponitur de substitutis propter spem successionis: vt. C. vbi pupil. edu. l. fin. Azo.

l *Defuncti.* id est, ad defunctum.

m *Idoneus.* rebus, & facilitate conueniendi: vt infra, de verb. obli. l. si quis stip. in fin. pro qualitate etiam rerum: vt. j. de verb. sig. l. quos nos. §. locuples. Azo.

n *Vir bonus.* præsidis arbitrio: vt infra, de cura. bo. dan. l. ij. in prin. & ff. de admi. tuto. l. iij. §. si non erit. Azo.

o *Tardius.* aliàs, serius datur: aliàs, Seruius aiebat.

p *Obsignare.* id est, ob hoc signare, ne quid inde minuatur.

q *Pernumerare.* id est, omnes numerare. per, enim totum significat: vt infra, de verb. signifi. l. vrbana. §. fin. Azo.

r *Facta sit.* subaudi messi & vindemiæ custodem apponet.

s *Deminui.* propter ventrem vel pecora, vel messem, vel vindemiam: immo in ventre contra: vt. ff. proxi. §. Azo.

t *Curatore.* constituendo. & dic conscribere, id est, ei scribere debent omnes simul creditores, & alij quorum interest constitui: de quibus hic & superiori. §. dicitur. vel maior pars qui in eum cō sentiunt: vt. j. de cura. bo. dan. l. ij. in prin. Azo. & quod dixit ven-

Flo. sine quibus fœtus sustineri, & ad partum vsque produci non &c.

Flo. conscribere

BIU Cujas

siam ventri, an est de liberis, cognoscetur summatim. & bene debet alicuius causæ cognitio summatim fieri: quia inconueniens est missum in possess. ventrem vesci de alieno, si venter non est. Vnum sciatis: Si puero mouetur quæstio status, differtur in tempus pubertatis. sed interim non mittitur in possess. Mittit prætor ventrē in possess. ex isto edicto, etiā si alij erunt in possessione. Viuia.

a *Bonorum possessionē.* scilicet vnde lib. secundum quosdam. tu dic etiam vnde agnati: vt dices. ff. l. fin. vbi exponeres hæc verba, in omnibus &c.

b *Pro superstite.* quoad commodum ventris.

c *Interdum.* differentiam facit. §. hic an mulier quæ petit mitti, sit paritura suum, vel quasi suum, & ei resistitur ab aliis liberis. quo casu fit plena causæ cognitio, cum debeat vsque ad pubertatem esse in possessione, & ali: licet in iam nato fieret summaria: vt. ff. de Carbo. edic. l. iij. §. causæ. an sit paritura agnatum vel cognatū defuncti, & resistitur ei ab aliis agnatis: & tunc citra causæ cognitionē maximam mittetur: quia tunc non debet esse in possessione, nec ali vsque dum nascetur. cæterū quæstio status sem per differtur in tēpus[a] pubertatis, & secūdum hoc non est contra. ff. e. l. j. §. si ea. nam ibi vt agnatum erat paritura. Vel dic quòd si suum, tamen non erant liberi qui resisterent: sed vel extranei, vel nulli: & ideo sit ibi summaria.

a vide ad longum in spe. citu. de acti. in. 31. col. ver. itē differtur. & per eūdem tit. de procu. §. 1. 15. col. ver. si. item excipitur contra procuratorem.

d *Cum liberis.* resistentibus.

e *Vnde legitimi.* id est, quasi legitimū, id est, agnatum vel cognatum sit paritura: & hoc cū aliis agnatis vel cognatis resistentibus.

f *Cognitionem.* plenam: & merito: quia non erit in possessione nisi vsquequo nascetur. nec enim &c.

g *Ventrem.* pariturum agnatum vel cognatum. Accursius.

h *Sed enim.* pro certe. & hæc dictio, sed, aduersatur ad id quod dixerat, vesci. q. d. non vescitur post natiuitatem. sed quæstio status differtur. Accursius.

i *Cum his.* vt paritura suum cum aliis suis: paritura agnatū cum aliis agnatis.

k *Solus.* si solus est. & facit. ff. de manu. testamen. l. si ita fuerit. §. quæstio. &. ff. e. tit. l. j. §. si pater emācipatus. &. ff. de vsufr. leg. l. illi.

SI ventris nomine.] *CASVS.* Si mulier prægnans petit se mitti in possess. bonorum defuncti ventris nomine, & accusatur de adulterio, debet differri quæstio adulterij, ne fiat præiudicium nascituro vel iam nato. Viuianus.

l *Differendam.* immo contra: vt infra, de adul. l. miles. §. quæ propter. &. C. de fal. l. j. & infra, de Carbo. edic. l. j. in fin. & l. Titia. quæ dicunt non differri. Sed ibi propter natum, hic propter nascturum. Vel dic, aut ideo accuso vt sic impediam partum in possessionem mitti, quasi ex adulterio conceptum: & differuntur, vt hic. aut etiam vt ipsa puniatur: quod possum, vt in contrariis, argu. ff. titu. ij. l. Titia.

m *Præiudicium.* qualequale: non tamen cui stetur: vt supra, de peti. hæredi. l. si quis libertatem. j. respon. & sic sententia lata contra hæredem dicitur non præiudicare: vt. C. res inter alios act as. l. j. & alibi quod præiudicat: vt infra, de appel. l. à sententia. & facit. ff. de Carbo. edic. l. iij. §. ibidem.

CVm venter.] *CASVS.* Si mulier mittitur in possess. ventris nomine: quod deminuit in alimento, debet detrahi de bonis tanquam æs alienum. Viuianus.

n *Cum venter.* facit. ff. eo. l. sumptus.

POsthumus.] *CASVS.* Mulier missa est in poss. ventris nomine. iste post tempus mortis erat conceptus: nunquid videtur recte missa in poss. bo? Respon. quòd sic, scilicet si iste erat talis qui iam natus defuncto suus futurus erat: aliàs secus. Viuianus.

o *Conceptus iam.* alioquin non: vt. ff. vnde cog. l. j. §. sed hoc ita.

p *Bonorum possessionem.* vnde liberi vel secundū tabulas vel contra tabulas si fuit institutus vel præteritus.

rit is qui in vtero est, vt si in rebus humanis esset, bonorū possessionem[a] petere posset: vt in omnibus partibus edicti pro superstite[b] habeatur is qui in vtero est. ℣ Interdum[c] nō passim, sed cum causæ cognitione mitti venter in possessionē debet, si quis sit qui cōtrouersiam referat. sed hoc tantum ad eum ventrem erit referendum, qui cum liberis[d] admittitur. cæterū si mittatur Vnde legitimi[e], vel qua alia ex parte: dicendum est non esse causæ cognitionem[f] necessariam. nec enim æquum est, in tempus pubertatis ventrem[g] vesci de alieno, in tēpus pubertatis dilata controuersia. Sed enim[h] placet omnes controuersias quæ quasi status cōtrouersiam continent, in tempus pubertatis differri: sed non vt [is] in possessione sit, status cōtrouersia dilata, sed sine possessione. Quāuis autem prætor ventrem in possessionem mittat cum his[i] quibus possessionem dederit: attamen etiam solus[k] venter admittetur ad bonorum possessionem.

VII. PAVLVS libro primo de Adulteriis.

SI vētris nomine mulier missa sit in possessionem, diuus Hadrianus Calpurnio Flacco differendam[l] accusationē adulterij rescripsit, ne quod præiudicium[m] fieret nato.

IX. VLPIANVS libro quintodecimo ad Sabinum.

CVm vēter[n] mittitur in possessionem: quod in ventris alimēta deminutum est, detrahitur velut æs alienum.

X. PAVLVS libro septimo Quæstionum.

POsthumus natus quocūque tempore, qui tamen* ante mortem testatoris conceptus[o] iam erat: potest agnoscere bonorum possessionem[p]. nam & ventrē prætor ex omnibus edicti partib'[q] mittit in possessionem bonorū, non missurus scilicet si ei nato daturus nō esset bonorum possessionem.

*Fl. quia mox infa. tores morte concep. iam omnibus edic. & c. i. siue ab intestato, siue ex testamento, per secundū tabu. vel contra tab. successurus, dūmodo suus vel quasi suus. sed sic non comprehenderentur omnes partes edicti. vel si vis seruare secundam opinionem, dic ex omnibus &c. siue sui sunt successuri vt liberi, siue vt agnati, siue vt cognati: quod facere possunt: vt infra, de suc. edic. l. j. §. sed videndum. & de Carbo. edic. l. de bonis. §. huic. prima placet: maxime per. §. interdum. licet in alio differant, vt ibi dicitur. Sed quid si instituit ventrē Bertæ extrancæ, quod possum: vt. ff. de statu homi. l. qui in vtero. ij. respon? habet: quia habiturus est secundum tabulas. Acc.

q *Edicti partibus.* Hic quæro, an venter pariturus agnatum vel cognatum posit mitti ex hoc edicto? dixit Azo quòd sic etiā in quarto gradu vel vlteriori, dūmodo alius eū nō præcedat. nam lex dicit ex omnibus partibus &c. scilicet quę multæ sit, ex testamento, & ab intestato: vt instit. de bo. pos. §. sunt autem. liberorum, agnatorum, cognatorū. istę enim sunt partes edicti: vt. ff. si tab. test. nullæ ex. l. j. in pri. & pro hoc. ff. ad Tertyl. l. j. §. sed si matris. &. ff. e. l. vbicumque. in prin. in quibus sunt eadem verba. Itē expressum videtur. ff. l. vbicūque. §. interdū. Alij dicunt, non aliter nisi sit paritura suum vel quasi suum: vt. ff. e. l. j. §. ties. Et quod dicit, om-*

DE CONIVNCENDIS CVM emancipato liberis eius.

ADDITIO. De bonorum possessione contra tabulas qua datur liberis emancipatis præteritis, dictum est: & dictum est de collationibus, & bonorum possessionibus quæ dantur mulieri prægnanti. verum quia inter filium emancipatum & nepotem ex eo in potestate constitutum est discordia, & de hoc erat discordia inter ius ciuile & prætorium, prætor vult ad concordiam reuocare. nam ius ciuile vocat nepotem in potestate constitutum, quia suus. instit. de hæred. quali. & dif. §. sui. ius prætorium vocat filium emancipatum, quia in primo gradu. instit. de hære. quæ ab intestato. §. emancipati. sed certe ex isto edicto fit concordia inter ius ciuile & prætorium. istud vocat quemlibet pro dimidia. & hoc dicit rubrica, de cōiungendis liberis id est, nepotibus. Verum quia secundum Pla. est correctum: quia cum sit sublata differentia emancipationis & patriæ potestatis, vel dicatis quoad quid est correctum: quia filius præcedat nepotem. sed si habeo filium emancipatum, ex alio nepotem in potestate: non est sublatum. in authen. de hære. ab intestato. §. consequens. Viuianus.

SI quis.] *CASVS.* Si filius est emancipatus, & nepos in potestate, vocantur ex edicto in dimidiam quilibet si est nepos ex alio filio. si ex eodem, in partem vocatur pater, in aliam nepos. & istud edictum continet magnam æquitatem, ne emancipatus solus veniat, & excludātur nepotes. Vnum sciatis, si filius est datus in adop. institutus nepos debet sibi iungi, siue sit pater institutus vel præteritus. verūtamen differētia est inter adoptiuum & emancipatum, qui in adopt. datus non iungitur nisi sit institutus, & alio committente edictum emancipatus iungitur, siue institutus sit, vel præteritus. [*FILIO.*] Testator vnum filium habebat in potestate, & illum ex besse instituit, filium emancipatum ex triente: nepotem ex filio emancipato præteriit. præteritus iste nepos contra tabulas petit ex persona instituti, vel

à filio

BIU Cujas

à filio emancipato. præteritus quid auocabit à patruo? auocabit sextantem, à suo patre vnciam. vocabitur itaque in quadrantem. [*SI PATER.*] Pater ex quo nepos erat in potestate, fuit exhæredatus, nepos præteritus. nũquid debet hic exhæredatus cum præterito iungi? non. sed si vterque esset præteritus, sic. Sed quid erit? pater ex quo nepos erat in potestate, est institutus. nunquid nepos ad bona aui sui debet vocari: quia toties nepoti consulitur, quoties in potestate est pater eius emãcipatus. Quid si posthumus natus sit? nunquid admittetur cum patre suo? & certè sic. hoc dicit vsque ad.§.liberos. [*LIBEROS AVTEM.*] Ex isto edicto, vt in superioribus habuistis, coniunguntur liberi cum emancipatis: quod est ita intelligendum, si defunctus habet liberos emancipatos, præteritos neutros: tunc veniũt nepotes cum emãcipatis, & sic deinceps. Vnum est, si pater habet nepotem ex filio emancipato, & ex nepote pronepotem: pronepos iungitur cum emãcipato. sed si captus est ab hostibus, & redierit, similiter ipse iungitur. iungetur ipse nepos filio. ſ. in princ. huius. l. at iste nepos non est, sed filius adoptatus. certe ei succurritur succedenti, sicut si extraneus datus esset in adop. quia vocatur in vnam tertiam, pater eius in aliam tertiam. alter filius emancipatus cum nepote altero retento in potestate vocatur in reliquam tertiam quæ erat diuidenda. [*ILLVD.*] Nepos suus iungetur emancipato præterito cum pater decedit intestatus, siue nepos fuit in nihilum institutus, vel in magna parte, vel modica portione. [*INTER IPSVM.*] Si aliquis decedit relicto filio emancipato, & nepote in potestate retento: si ipsi duo sint, non alij liberi, diuiditur hæreditas in duas dimidias. sed si sunt plures nepotes, diuiditur. si sunt ex eodem filio, pater vocatur in semissem, duo nepotes in alium semissem. sed si erat filius emancipatus, & nepos in potestate retentus, & alius filius in potestate retentus, tunc vocatur filius suus in semissem. & emancipatus cum nepote in alium. sed si duo sunt emancipati, & quilibet habet nepotem, diuiditur in duos semisses. sed si vnus emancipatus habet vnum filium, alius tres nepotes, diuiditur in duos semisses: & vnus semis diuiditur in tres quadrantes. [*SI QVIS.*] Defunctus habebat filium emancipatum, & nepotes ex eo. decesit intestatus. iunguntur nepotes emancipato. aliquis nepotum omittit partem suam. cui accrescit? frater accrescit fratri. Quid si omnes omittant? nunquid accrescit patri, an patruo? certe soli patri: sed si pater omitteret, soli patruo. [*EMANCIPATVS.*] Filius emancipatus patri defuncto vult ab intest. succedere. ex isto filio non sunt nepotes. nunquid bona quæ habebat tempore mortis, debet fratribus conferre? sic. sed si essent nepotes, tunc prætor tuetur eum cum filiis suis, & eis debet conferre. Sed pro deo, inquantum erit facienda collatio? an pro parte virili, an pro dimidia, an qualiter? & certe si conferat fratribus, viriliter, si filiis suis, detrahet pro eadem. & sic ad col. vocatur: & ideo si succedit cum filiis suis, habet dimidiam, filij aliam. Sed quid si emancipatus habet fratrem emancipatum, alium in potestate retentum? & nepos debet conferre fratri suo, & nepotibus: & erit locus collationi, hoc modo: si centum erant in bonis, habebit. l. residua conferet nepotibus. sed si erant duo nepotes & pronepotes, tunc. l. retinet: alia. l. diuidi debent, quia nepotes habent. xxv. alij nepotes habent alia. xxv. quia hoc modo vocantur ad successionem ab intestato. hoc dicit vsque ad.§.si sit filius. [*SI SIT FILIVS.*] Paterfami. habebat duos filios, vnum in potestate, alium emancipatum: & ex alio defuncto nepote in potestate, & alium emancipatum. qualiter vocabuntur isti? certe filius emancipatus debet suis nepotibus & fratribus conferre, & fiet ista coll. ipse habebit

ff. Infort.

Vlp. Pand. Floren. hic titu. positus est post titulũ superiorem videlicet De ventre in possessionem mittendo. sed ini tio tituli De ventre ad. Greca verba huiusmodi: ὅτως ὁ πλησιάζων τῷ ἔχοντι. qua demonstrant hunc titulum De coniungendis præcedere debere. hoc apparet etiam ex indice tituloꝝ, vbi prior est iste De coniungendis.

DE CONIVNGENdis cum emancipato liberis eius.

TITVLVS IX.

Primo ponit iurisconsultus mentem edicti. secundo illud exponit. secunda ibi, Hoc edictum. Bartolus.

1. VLPIANVS libro quadragesimo ad Edictum.

SI quis [a] ex his quibus bonorum possessionem prætor pollicetur, in potestate parentis cum [is] moritur, non fuerit: ei, liberíſq; quos in eiusdem familia habuit (si ad eos hæreditas suo nomine pertinebit, neque notam exhæredationis meruerunt) bonorum possessio eius partis datur [b] quę ad eum pertineret, si in potestate permansisset: [sed] ita, vt ex ea [c] parte dimidiam [ipse,] reliquam liberi eius [habeant,] hísque [d] dumtaxat bona sua cõferat. ¶ Hoc edictum [e] æquissimum est: vt neque emancipatus solus veniat, & excludat [f] nepotes in potestate manentes: neque nepotes iure potestatis obiiciantur [g] patri suo. ¶ Et in adoptionem datus filius, & hæres institutus ad hoc edictum pertinet, vt ei iungatur nepos qui in aui sui naturalis potestate est. Iungitur autem nepos patri suo emancipato, siue pater præteritus sit, siue institutus. Et hæc erit differentia inter in adoptionem datum, & emancipatum, quòd in adoptionem quidem dato nõ aliàs iungitur, vnam patrem, aliam nepotes, aliam frater eius: & ita viriliter videtur venire ad successionem cum fratre & nepotibus. Quid si nepotes ex illo erant emancipati, ex altero in potestate retenti? similiter dicendum est quòd viriliter fiet collatio. Vnum sciatis, quia nepos ex filio confert patri suo: non autem pater patruo maiori, id est fratri sui aui. h. d. tota lex. Viuianus.

a *Si quis.* per. l. antiquam. xij. tabu. soli sui succedunt: vt institut. de hære. ab intesta. §. j. & sunt sui etiã nepotes in potestate si pater eorum est emãcipatus: vt institu. de hære. qua. & diff. §. sui. sed per prætorem solus emancipatus, ac si in potestate mansissent: vt supra, de contra tabu. l. j. §. vocantur. hanc discordiã sedat hic prætor, vt partem quam erat habiturus emancipatus si in potestate stetissent, diuidat cum suis filiis: vt ipse dimidium, illi aliud dimidiũ habeant, & eis solum cõferant, non aliis fratribus. Sed ad hoc vt fiat hęc coniunctio, multa sunt necessaria. Primo vt pater sit emancipatus: aliàs ipse solus succederet communi iure: vt. j. e. l. j. in prin. &.§. si pater. j. respon. Secundo quòd liberi eius sint in familia, id est, in potestate tempore mortis aui, vt hic, &. d.§. sui. Tertio quòd hi nepotes sint naturales & legitimi, non legitimi tantum: vt. j. e. l. si quis filium. Quarto quòd hæreditas pertineat ad eos, scilicet nepotes & filium, scilicet quòd filius præteritus sit, & illi instituti, vel econtra, vel omnes præteriti, & alius institutus: quibus casibus propter contra tabu. maxime locum habet concordia: vel prorsus intestatus decesit: vt hic. nam verbum, pertinere, late patet: vt. j. de verbo. signifi. l. verbum. Quinto quòd suo nomine pertineat: aliàs secus: vt hic, &. j. eod. l. si nepos exhære. & supra, de contra tabu. l. non putauit. §. sed & si ipse. Sexto quòd hæreditas sit paterni generis, aut aui paterni [a]: aliàs prę teritio pro exhæredatione habetur: vt. ſ. de cõtra tab. l. illud. §. ad testamenta. Septimo quòd non sint exhæredati filius vel nepos: quia tunc in contra tab. non iungentur: quia omnino eis denegatur suo & alieno iure: vt hic, &. ſ. de contra tabu. l. ſi post. §. exhæredati. Octauo quòd emancipatus non sit in adoptionem datus. nam tunc non fit eius coniunctio: quia nec habet cõtra tabu. nisi sit institutus, & alius cõmittat edictum: vt supra, de contra tabu. l. non putauit. §. in adop. nisi sit datus proprio suo patri in adop. vt. ſ. de cõtra tab. l. iij. §. idem. sed hoc edictum hodie locum non habet: quia sublata est differentia pa. po. vt in authen. de hære. ab intest. §. j. col. ix. vnde solus filius non nepos ex eo succedit. sed nihilominus est legendũ: de liberi: vt. C. de suis & leg. l. fina.

a *Dic etiã si fiat præterito aui filio superstite: quia nõ iungentur: quia omnino eis denegatur suo & alieno iure: vt hic, &. ſ. de contra tabu. l. ſi post. §. exhæredati. Octauo quòd emancipatus non sit in adoptionem datus. nam tunc non fit eius coniunctio: quia nec habet cõtra tabu. nisi sit institutus, & alius cõmittat edictum: vt supra, de contra tabu. l. non putauit. §. in adop. nisi sit datus proprio suo patri in adop. vt. ſ. de cõtra tab. l. iij. §. idem. sed hoc edictum hodie locum non habet: quia sublata est differentia pa. po. vt in authen. de hære. ab intest. §. j. col. ix. vnde solus filius non nepos ex eo succedit. sed nihilominus est legendũ: de liberi: vt. C. de suis & leg. l. fina.*

b *Datur.* ei quod est. ſ. Item ideo dicit eius partis: quia alios forte fratres habebat.

c *Ex ea.* scilicet sua parte partem dimidiam sibau. habeat: reliquam scilicet dimidiam liberi &c.

d *Hísque.* occasione prædictæ concordiæ oritur alia discordia inter hos nepotes, & eorum patruos. nam patrui dicunt patrem nepotum præteritum, & nepotem petentem contra tabulas conferre debere eis fratribus, per. l. ſ. de col. l. j. in prin. at hi nepotes dicunt se solos pati iniuriam per contra tabulas sui patris: quia quod soli habituri erant de iure ciuili, aufert eis dimidiam. vnde cum prætor grauauerit in prima concordia nepotes, nunc fauet eis: vt solum eis conferat eorum pater: vt hic, & infra, eod. §. sed & si sint nepotes. & facit supra, de colla. l. filius. & supra, de contra tabu. l. j. §. qui habebat.

e *Hoc edictum.* cuius mens est in principio huius. l.

f *Excludat.* per ius prætorium, quod eum solum vocat. Azo.

g *Obiiciantur.* per. l. duodecim tabu. quæ solos nepotes vocat: vt institu. de exhære. libe. §. emancipatos. sed simul vocentur.

nisi institutio, & alio committente[a] edictum: emancipato autem, siue sit institutus emancipatus, siue sit præteritus. ¶Filio[b] in potestate ex besse, emancipato ex triente hærede instituto: Iulianus ait nepotē præteritū petita contra tabulas bonorū possessione, patruo sextātem, patri vniam ablaturum. ¶Si pater emancipatus exhęredatus sit: nepotibus ex eo præteritis[c], qui erant in potestate retenti, nepotes admittuntur[d]. Absurdum enim est cum patri præterito iungantur, instituto eo vel exhæredato non admitti[e]. Sed & si patruus eorum qui erant* in potestate, sit præteritus, pater exhæredatus: debent nepotes[f] admitti. nam exhæredatus pater eorum pro mortuo habetur. ¶Si pater in potestate manens, exhæredatus[g] vel institutus sit, nepotem ex eo, siue in potestate manentem, siue emancipatum, ad bona aui neque vocari, neque vocandum esse Scæuola ait. Totiens enim nepoti cōsulendum est, quotiens in potestate retentus est, patre emancipato. Liberos igitur[h] in familia[i] esse oportet, vt huic edicto locus sit. eius[k] scilicet familia, cuius bonorum possessio petitur. Sed & si posthumus natus sit ex emancipato, ante emancipationem conceptus[l]: idem erit dicendum. ¶Liberos autem non omnes simul vocat prætor, sed gradatim, hoc est eos, qui sui sunt, scilicet nepotes, si sunt. si minus, eos qui sunt inferioris gradus. nec eos miscebimus. Plane si sint ex emācipato nepos, & ex nepote eius alio[m] pronepos: dicendum erit vtrūque ei iungi[n]. ambo enim in suorum loco successerūt. ¶Si postliminio[o] nepos redierit, dicendum est eum patri emancipato coniungi. ¶Si pater ex duobus filiis quos in potestate habuit, alterum emancipauerit, & nepotem[p] ex eo in locum filij adoptauerit, & præterito emancipato decesserit: Iulianus ait nepoti in locum filij adoptato succurri oportere, vt quasi filius portionem habeat, quam haberet & si extraneus adoptatus esset. Sic fiet (inquit) vt filius qui in potestate fuit, tertiam partem: nepos in locum filij adoptatus, aliam*: tertiam partem emancipatus filius cum nepote altero retento in potestate partiantur*. nec enim minus debet ferre nepos in locum filij adoptatus, quàm si ab extraneo[q] esset adoptatus. ¶Illud non interest[r], quota portio hæreditatis ad nepotē pertineat, an perquā modica. nam etsi modica sit, attamen dicemus esse locum huic parti[c] edicti.

Primo ponit vnum dictum, secundo illud per exempla declarat. Barto.

¶Inter ipsum filium & liberos eius diuiditur hæreditas, ita vt ipse dimidium, liberi dimidium habeant. Proinde pone solum esse filium emancipatum, & nepotes in potestate duos: neminem pręterea ex liberis[t]. habebit emancipatus dimidiam partem hæreditatis: & aliam dimidiam duo nepotes, vt quadrantes ferant. Sed si sit præterea alius filius, eueniet vt filius habeat dimidiam partem hæreditatis, ex quo nepotes non sunt: alius filius semissem [hæreditatis] cum filiis suis, ita vt quadrantem hæreditatis ipse ferat, quadrans inter liberos eius diuidatur. Sed si ambo sint filij emancipati, & habeant singuli nepotes: eueniet vt singuli singulos semisses cum nepotibus suis diuidant, ita vt ipsi quidem quadrantes ferant, nepotes autem residuos quadrātes. & si alter duos filios, [&] alter tres habeat: quadrans vnus inter duos, alius inter tres diuidiē. ¶Si quis ex nepotibus portionem suam omiserit, eueniet vt non ad patrem eius, sed magis ad fratrem pertineat. Sed & si omnes nepotes omittant, patruo nihil adcresceat, sed soli patri. quòd & si pater omiserit, tunc patruo[u] adcresceat.

Iurisconsultus vsque huc expedit primam partem edicti, scilicet de cōiungendis: hic incipit dicere de secunda, scilicet de collatione bonorum, quæ inducitur per hunc titulum. & durat vsque ad finem l. Barto.

¶Emācipatus filius, si quidem nepotes in aui potestate nō habeat, fratribus suis conferet[x]. Sed si sint nepotes, voluit eum prætor filiis suis qui sunt in potestate, solis cōferre. meritò: quia veniēdo ad bonorum possessionem illis solis iniuriam[y] facit. ¶Nunc videamus quantum eis conferat. Et quidem semper cùm[z] fratribus emancipatus cōfert, virilem[a] sibi detrahit. Vtrùm & in eo[b] casu virilem detrahat? an verò quia dimidiam partem habeat bonorū possessionis[c], dimidiam partem etiam bonorū suorum conferat?

a *Committente*. hodie nō iungitur si detur extraneo: quia remanet in potestate: vt. C. de adoptio. l. cum in adoptione. §. omnia igitur. sed & hodie iure veteri iungitur si detur auo in adoptionem, siue fuerit institutus, siue non: vt. ſ. de cōtra tabulas. l. fina. §. penul. &. ĵ. e. §. si pater. Azo.

b *Filio*. facit ad hoc ſ. si pars hęre. peta. l. j. §. si ego. &. ſ. de contra tabu. l. j. §. ij. &. l. cū emācipatus. §. fina.

c *Præteritis*. extraneus igitur fuit institutus.

d *Admittuntur*. ad cōtra tabu. sed an iungantur exhæredato, statim dicam. Accursius.

*Flo. erat

e *Admitti*. q. d. si admittatur cum alio, ergo & solus: vt. ſ. ti. j. l. vbicumque. in fin. quod tamen in exhæredato dicit, idem in præterito: vt. ſ. e. l. §. iungitur.

f *Nepotes admitti*. ad cōtra tab. sed an iungitur nepos patri exhæredato? Azo dicit q̄ nō. primo quia habet pro mortuo, vt hic. secūdo quia hoc dicitur. ſ. ead. l. in princ. tertio non habet contra tabu. cuius causa hic titu. est inductus: vt supra, de contra tabu. l. si post mortem. §. exhæredatus. sed Io. dicit q̄ sic: vt. ſ. de inoffi. testa. l. si proponas. &. ĵ. §. si pater in potestate. sed potes dicere quòd perlata querela iungatur non prius, vel iungatur, non per hoc edictum, sed per nouā clausulam Iuliani: vt. ĵ. eo. l. qui duos.

g *Exhæredatus*. scilicet rite. non aliàs: vt. ſ. de contra tab. l. nō putauit. §. nō quæuis. Item hoc ita si exhæredatio non sit facta inualida: vt. ĵ. de bo. lib. l. si patronus. §. ex testaméto. sed fallit in hoc casu: vt supra, de cōtra tab. l. filium. §. sed cum exhæredatio. &. ĵ. de. bo. lib. l. si patronus. §. si quis non mala. Item quòd sequentes repelluntur, & filij in parte tantum admittuntur: etiam est de iure prætoris: vt. ĵ. eod. l. qui duos.

h *Liberos igitur*. id est, nepotes, vel pronepotes, vel similes.

i *In familia*, id est, in potestate.

k *Eius*. sub. oportet esse nepotes, puta aui.

l *Conceptus*. sed quam *Fl. aliam partem petet interim e- mancipatus? Respon. vt supra, de contra tabu. l. j. §. si ex tribus.* tertiā semi- partiatur

m *Alio*. cæterū si ex eodem nepote esset, excluderetur per suum patrē talis pnepes. Azo. vt. ſ. de contra tab. l. iij. §. si post. Accursius.

n *Iungi*. vt. j. e. §. eueniet. Sed argu. cōtra. ſ. de legi. tut. l. tutela. §. proinde si alter. &. ĵ. de bo. lib. l. v. &. l. ij. in fin.

o *Si postliminio*. sic. ſ. de contra tabu. l. j. §. ex tribus. Azo.

p *Nepotem*. scilicet vnum de duobus: vt statim patet. Accursius.

q *Ab extraneo*. i. hic nepos esset extraneꝰ: vt &. ſ. de contra tab. l. cū emancipati. §. fina.

r *Illud nō interest*. quoad hoc edictum. Sed cōtra. ſ. de dolo. l. si oleū. in fin.

s *Parti*. ſ. de coniungendis. habet enim & aliam partem, id est, de collationibus.

t *Ex liberis*. ex se pone. Azo.

u *Tūc patruo*. imò nepotibus, non patruo: vt ĵ. vnde libe. l. si quis. §. fin. contra. sed hic nepos omiserat: ibi non, vel quod ibi dicit non reliquis. ſ. nepotibus ex alio filio, sed suis sic, & patruo, vt hic. prima placet, & facit supra, de vulga. substitu. l. cohæredi. §. qui discretas. & de lega. j. l. plane. j. respō. &. C. de cad. tollē. §. his ita. Accursius.

x *Conferet*. etiā institutis, & etiā non petentibus cōtra tab. quod nō est per edictum de collatio. sed per Scæuolæ interpretationem: vt. ſ. de col. bo. l. si filius.

y *Iniuriā*. sed dic vt. ſ. ea. l. circa prin. notaui.

z *Cùm fratribus*. quum id est quando.

a *Virilem*. vt. ſ. de colla. bono. l. j. §. fina.

b *Et in eo*. cum vocatur cum suis liberis, & confert.

c *Bonorum possessionis*. vt. ſ. §. cum inter.

BIU Cujas

a *Nam & si.* à simili probat. Hug.
b *Alius emãcipatus.* qui nõ habet filios in potestate aui retentos.
c *Retentus.* sup. & alius emãcipat[a]: ex quo duo remãserũt in potestate nepotes, & sic tres filij, duo emãcipati, & tertius in potestate.
d *Filius emancipatus.* ex quo nullus nepos est.
e *His duobus.* natis ex altero emancipato. cõfert enim pater eorum: quia est emãcipatus: vt C. de colla. l. si emancipati. vnde bene dico ex altero. si enim ex se nati essent, solis eis conferret: vt supra. §. sed & si sint.
f *Ipsi.* nepotes.
g *Conferent.* id est, cõmunicabunt: quod videbatur per hoc edictum: sed non est ita. hoc enim &c. Accur.
h *Propter bona.* sic. ff. de pecu. l. eo tempore. in fin.
i *Eueniet igitur.* secũdum ea quæ ff. dixi ibi, & puto dimidiam &c.
k *Nepotibus, id est filiis.* Not. glos. sic. j. statim nepotẽ pro filio, & pronepotẽ pro ipso nepote poni. nã respectu aui defũcti dicitur nepos & pronepos ille: quoad filium emãcipatum est filius & nepos.
*Flo. vno l *Ex alio vna.* nõ dico ex alio, id est, suo fratre præmortuo, & eius filio. illis enim nõ conferet, sicut nec eorum auo. Item illi semissem hæreditatis ꝓauitæ haberẽt sicut eorum auus. Vel dic nepote suo, id est suo filio: secus si ex eodem nepote haberet: quia tunc pronepos per nepotem, id est, per patrẽ suum excluderetur: vt supra, ead. l. §. liberos. in fine. Azo. nisi ponas nepotem præmortuum. & facit supra, ead. l. §. liberos. in fin. & infra, proxi. & supra, de colla. l. si nepotes. Accursius.
*Fl. quantum
m *Ex defuncto.* quodã tertio qui erat in potestate secũdũ Azo.
n *Alius.* scilicet nepos. Accursius.
o *Tractat.* id est, tractando quærit.
p *Nepotibus.* illis quorum alter erat emancipatus. sed quo modo confertur emancipato nepoti, contra. l. ff. de col. l. j. §. portiones? Respon. ex persona suí patris ꝓmortui petunt cõferri sibi hi nepotes: qui pater fuerat in potestate aui: quia qui eius persona nituntur, eadem eis portio cõfertur quæ patri conferretur: vt supra, de colla. l. si nepotes in locum. maxime si cautum erat patri de collatione ante mortem. sed obstat quod subiicit, quãuis minus &c. si enim pater viuit, & velit concurrere cum suis fratribus, non erant habituri minus: imò nihil: vt. ff. ead. l. §. si pater in potestate. Respon. minus quàm patruus: quia nihil. nam quod nihil est, minus[a] est: vt supra, de trib. l. illud. Vel dic secundo quòd petunt conferri ex sua persona non patris: & dic de profectitiis bonis aui vel patris: vt. C. de col. l. filiæ dotem. §. nec dubium. & l. vt liberis. §. fi. Vel tertio die hunc nepotem à patre suo non auo emancipatum, & ideo ei confertur: quia nec per se nec per alium factum est quo minus sit in potestate aui. & secundum has duas positiones dic patrem nepotis emancipatum. & quod subiicit, quamuis &c. quasi dicat, si pater viueret, in portione tertia concurreret cum suis filiis, & sic nepotes haberent medietatem tertiæ, sed tamen habent integram tertiam collationis. Item quid hoc ad hunc titu? Respon. quia hic titulus dicit de collatione facienda à patre filiis: vt supra, ead. l. in princi. cuius rei causa etiam supponit generaliter qui & quantum debeant conferre nepotibus, & quibus

a Not. hic brocardum: quod nihil est, minus est. ff. in. l. 1. §. hac verba. j. si cui plus quàm per le. Fal. Bal. ff. auth. contra vocatus. C. ad Trebel. sic

A etiam conferant nepotes.
q *Fratri suo.* qui erat in potestate.
r *Ex eodem filio.* mortuo.
s *Defuncti.* proaui.
t *Filio.* scilicet pronepote defuncti, videbatur quòd patruus emancipatus cõferret fratri vnam, vnam istis collaturum, quamuis hi minus quàm patruus ex hæreditate aui concurrẽte patre sint habituri. quæ sententia vera est. ¶ Sed & si sint duo nepotes ex eodem filio[r], hiq́ue emancipati sunt, & ex altero eorum pronepos in potestate defuncti[s]: partem habebit nepos vnus, aliam nepos. cum filio[t] suo. Sed & si[u] nepos B [sit,] & ex alio nepote defuncto duo pronepotes[x]: vnus ex pronepotibus emancipatus soli fratri suo conferet: vel, si frater non est, soli patruo: non etiam patruo maiori.

minus licet ei cui plus. Spec. de. 1. & 2. decret. §. 9. versic. sequitur.

Clausula adiecta in lege interpretata, videtur repetita in lege interpretante. Barto.

II. PAVLVS libro quadragesimoprimo ad Edictum.

NIhil in hac parte edicti[y] cauit prętor vt legata exceptis personis nepos præstet, sed potest superior sermo[z] & ad hunc casum referri. Nam absurdum est patrẽ quidẽ eius legata præstare, ipsum[a] verò plus habere: cum eadem conditione in C eandem partem vocentur*.

III. MARCELLVS libro nono Digestorum.

QVi duos filios habebat, alterũ ex his emancipauit[b], nepotẽ ex eo in potestate retinuit. emãcipatus filium[c] sustulit, & à patre exhęredatus[d] fratri suo conferet? Et puto dimidiã tantum bonorum eis partem conferre [debere.] nam & si[a] alius emancipatus[b] sit filius, alius in potestate retentus[c]: filius emãcipatus[d] his duobus[e] nepotibus vnam partem tantum conferet: & patruo eorum qui in potestate mansit, vnam partem dabit: tertiam ipse habebit: nec quod nepotibus confertur à patruo emancipato, ipsi[f] patri cõferent[g]. hoc enim non de bonis aui, sed ꝓpter bona[h] postea eis accesit. ¶ Eueniet igitur[i] vt pater emancipatus si centum in bonis habeat, quinquaginta sibi detrahat, residua quinquaginta omnibus nepotibus, id est filiis[k] suis conferat: aut si vnum nepotem habeat, & duos ex alio pronepotes, ita diuidat quinquaginta, vt nepos habeat vigintiquinque, pronepotes ex alio vna[l]* vigintiquinque. nam & bonorum possessionis ambo vnam partem habent. ¶ Si sit filius in potestate, alius emãcipatus: [&] ex defuncto[m] vnus nepos in potestate, alius[n] nepos emancipatus: eleganter Scæuola tractat[o] [an] patruus emancipatus tantum *nepotibus[p] quantum fratri suo[q] conferat. Et ait posse dici tres eum partes facere [debere:] sibi vnã, li pronepoti qui remãsit in potestate. sed secus est, & habet hic locum eadẽ quæstio quæ etiam habetur in superiori. §.

Fl. vocantur. Hal. vetum

u *Sed & si.* supra dixit qualiter nepotibus confertur. nũc econtra qualiter ipsi cõferant, & cui. & dic ꝙ habui fratrem ex quo fuerunt duo filij qui fuerũt nepotes patri meo. i. auo suo: & ex vno eorũ nepotum prẽmortuo duo sunt ꝓnepotes ad auũ, quorum alterum emancipauit auus. nunc auus moritur: ego filius succedo in dimidiam: nepos superstes in mediũ alterius dimidiæ. alia quarta deberet dari ꝓnepoti remanẽti in potestate aui de iure ciuili. sed per prætorẽ fit ei iniuria, qui vocat etiã nepotẽ emancipatũ cui datur alia quarta. cum ergo ei soli faciat iniuriam, ei soli cõfert. secũdo cõfert patruo suo si supereſt. si nõ supereſt proximior patruus, suo tertio, mihi, qui sũ patruus magnus.

x *Pronepotes.* ſ. sint.

Nihil in hac parte.] CASVS. Si filius emãcipatus prætéritus à patre petit contra tabu. legata tenetur exceptis personis præstare. nũquid si suus nepos succedit cum emancipato ex isto edicto, præstabit legata exceptis personis? & de hoc non videtur caueri in isto edicto, sed dicendũ est, sicut emancipatus præstat, ita nepos suus. Viuianus.

y *Edicti.* de coniungendis. Accursius.

z *Sermo.* id est, edictum de leg. præstan. quod est supra, & pone nepotem in potestate hæredem institutum, & patrem eius emancipatum vel prætéritum, vel ambos prætéritos extraneo instituto. & petiisse contra tabulas rupto testamento, & iunguntur & ambo soluunt legata exceptis personis: quia cum nepos facit iniuriam emancipato, qui solus de iure prætorio succedit, & D participat emolumentum, participet & onus. & facit supra, de leg. præstan. l. nepos. &. l. seq.

a *Ipsum.* nepotem: qui plus haberet quàm pater si legata solueret pater, & non ipse.

Qui duos.] CASVS. Ista. l. aliquantulum est verbosa: tamen intellectus eius breuiter notari potest. Pater habebat duos filios: alterum emancipatum. emancipatus filium procreauit. ille fuit à patre suo emancipatus. modo quæritur, quo modo vocetur ad successionem? Et certe si emancipatus est prætéritus ab auo: licet alij sint instituti, iungentur: sed exhæredatus non vocatur ad cõtra tabu. quia exhæredatus suis nepotibus non debet obstare: sicut prætéritus non obstat quin ex isto edicto admittantur. quid dicemus? certe vt emancipatus cum suo nepote vocetur in partem virilem, alij vocentur in partem virilem. Viuianus.

b *Emancipauit.* scilicet primum & alium post: vt. j. innuit. Acc.
c *Filium.* scilicet alium: & sustulit, id est, procreauit: scilicet post emancipationem.
d *Exhæredatus.* filius primo emancipatus ex quo sunt nepotes.

BIU Cujas

a *Frater eius.* ordo literæ est: Quæro, cum frater eius sit emancipatus, & ipse scilicet frater eius præteritus: & nepos &c.
b *Instituti.* scilicet sunt.
c *Iuris sit.* hoc casu & sequenti.
d *Ponamus.* & sic ambo filij erant præteriti.
e *Exhæredatus.* s. fuit.
f *Solus.* nō exhæredatus. illū enim excludit.
g *Filiis suis.* i. filio, vt posuit in casu. Azo.
h *Cum eo.* s. patre.
i *Posset.* s. filius patre committente edictum.
k *Propter id.* ratio superioris proximi dicti. & dic quòd magister Iulianus fuit auctor huius noui edicti de coniungendis: quod prætor proposuit: vel forte illius tantū clausulæ, vt nepos præteritus cum exhæredato patre iungatur. Azo.
l *Ei.* id est, nepoti etiam soli.
m *Diuersa conditio.* vtpote cum ei non detur contra tabu. Azo.
n *Nepotis.* instituti hæredis. & facit. ff. de inoffic. test. l. si proponas. & supra, de lega. præstan. l. filium. §. ad eum. Sed contra. j. eo. l. fin.

E *Mancipato.*] CASVS. Pater emancipauit filium: nepotem in potestate retinuit. filius liberos suscepit: tādem decessit. nunquid nepotes simul cum his qui nati fuerunt post emancipationem, ad bona aui vocantur? sic ad bo. pos. contra tabulas, & ab intestato: verūtamen emancipati debēt cōferre suis. Viuianus.
o *Emancipato.* bono. poss. vnde liberi in bonis patris emancipati.
*Flo. neptis Sed quid ad hunc titu? Respon. & si non directo, vtiliter tamē & in hoc casu locum habet. nam retētus in potestate aui quodāmodo quātum ad suū patrē emancipatus videtur, cū non iaceat sub potestate: cō iungit tamē tāquā emācipatus cū his qui sunt in potestate, vt viriliter cum eis succedat. Azo.
p *Manente eo.* scilicet in sua firmitate. Azo. id est, saluo eo.
q *Per nepotes.* scilicet in potestate retentos.
r *Bona sua.* s. nepotum. ad quod. ff. de collat. bo. l. si quis filium. & l. j. §. is quoque. & no. velit. nam non cogitur emancipare: vt. ff. de lega. j. l. filius fami. §. secundum vulgarem. nisi in casibus no. institu. qui. mo. ius pa. po. solui. §. fina.
f *Emolumentum.* nepotibus.

Si nepos.] CASVS. Si pater filium emancipatum præteriit, nepotem ex eo exhæredauit: si nepos succedit hæredi instituti, & præteritus petit contra tabu. iste nepos non iungitur cum patre suo: quia non vocatur vt nepos, sed vt quilibet extraneus.
t *Non poterit.* quasi ipse sit institutus ab auo, & sic accipiet contra tabu. alio committente edictum.

est. Quæro, cum frater eius[a] & ipse emancipatus præteritus sit, & nepotes ex emacipato filio ab auo hæredes instituti[b], quid de bonorum possessione iuris sit[c]: & quid interfit si emancipatum quoque ex quo nepotes erant nati, præteritum esse ponamus[d]? Respondi, Si filium retento ex eo nepote emācipauerit, & emancipatus procreauerit filium, & hæres vterque nepos institutus fuerit, pater eorum exhæredatus[e], alius filius præteritus: solus[f] filius præteritus bonorum possessionem contra tabulas petere poterit: (exhæredatus enim obstat filiis suis[g] post emācipationem susceptis) nepoti tamen retento in potestate bonorum possessio dari debet: quoniam si pater eius emancipatus præteritus esset, simul cum eo[h] bonorum possessionem accipere posset[i] propter[k] id caput edicti quod à Iuliano introductū est, id est ex noua clausula. nec debet deterioris esse conditionis, quia pater eius exhæredatus sit: idque ei[l] præterito quoq; præstari oportebit. Sed fratris eius qui post emancipationem natus est, diuersa[m] conditio est. conseruanda est tamen & illi ad virilem partem hæreditas, sicut etiam imperator Antoninus in persona nepotis[n]* ex filia rescripsit.

IIII. MODESTINVS libro sexto Pandectarum.

E Mancipato[o] quis filio retinuit ex eo nepotes in potestate. filius emācipatus susceptis postea liberis decessit. Placuit in aui potestate manentes simul cum his qui post emancipationem nati sunt, decreto bonorum possessionem accipere: manēte eo[p], vt si velit auus sibi per nepotes[q] adquiri, bona sua[r] conferat, aut nepotes emancipet, vt sibi emolumentum[f] paternæ hęreditatis adquirant. ídque ita diuus Marcus rescripsit.

Iurisconsul. exponit verba posita. ff. eo. l. 1. quæ dicunt sub nomine. Bartolus.

V. IDEM libro sexto Differentiarum.

SI nepos exhæredatus hæres extiterit ei quem auus hęredem fecerat, deinde pater eius emancipatus testamento præteritus accipiat contra tabulas patris bonorum possessionem: iungi patri suo nepos non poterit[t], sed vt extraneus excludetur: quia non suo[u] nomine auo hæres extiterit.

VI. SCAEVOLA libro quinto Quæstionum.

SI quis filium habens in potestate, extraneum in nepotis locum quasi ex eo filio* natum adoptet, mox filium emancipet: non iungetur hic nepos filio emancipato: quia* desiit[x] esse emancipato ex liberis.

VII. TRYPHONINVS libro sextodecimo Disputationum.

SI post emācipationem filij, susceptus ex eo fuerit nepos: conseruanda[y] erit illi portio. Sed quanta? videamus. Finge enim patruo scripto hæredi cohæredem datum hunc nepotem, patrem autem eiusdem præteritum accepisse contra tabulas bonorum possessionem. Quod ad edictum prætoris attinet, semisses[z] bonorum fient. Nunc verò post cōstitutionem diui Pij [Antonini[a],] si conseruatur pars nepoti, vtrùm virilis[b], an quarta[c] debeat seruari? Nam si in aui natus potestate fuisset, coniungebatur[d] in vnam partem cum patre suo. Et proponamus[e] alium esse ex eodem[f] nepotē in familia aui. Duo vnam quartam[g] habituri

u *Non suo nomine.* vt. ff. e. l. j. in princ. & ff. de contra tabu. l. non putauit. §. sed & si ipse. & infra, de ope. li. l. cum patronus. §. cum libertus. & supra, de leg. præ. l. iij. §. hoc autem.

Peræ.]CASVS. In lege ista dicitur q̄ opera est diurnū officium, id est officium quod tenetur præstare libert⁹ patrono in die artificiali: nō in die naturali. Ité extra literā no. officium quod præstat libert⁹ patrono in die artificiali, qui durat quādiu sol lucet super terrā iuxta illud, Qui mane iunctū vesperi &c. nō autē est diurnū officium quod præstatur in die naturali, qui incipit dies naturalis.ff. de fe.l. more. quia in die naturali nō operātur homines.ĵ.de verb.sign.l.ij.§.j. Et ita no. opera est diurnum officiū, quod est intelligendum de opera artificiali vel fabrili: sed opera obsequialis sumitur pro minori interuallo: vt.ff. de cōdic.in. de.l.si nō sorte.§.libertus. &.C. de in ius vocan.l. venia. & dicitur opera diurnum officiū. alibi sumitur pro studio. ff. de iusti.& iur. iuri operā. Et est differētia inter istū tractatum & superioré de operis secundū quod hic tractatur, de operis libertorū, institu. de libertinis.§.j. ibi tractatur de operis seruorum.l. vlti. Viuianus.

†Cōcor. ca. 1 ibi, cōsiliū prouidētiæ dici nō potest quòd pecuniam tibi debitā ante terminū ab aduersario repetisti. extra de plus peti.

l *Officium.* i. officium quod quis exhibet alicui per diē scilicet artificialē, nō naturalem: vt.ff. de annu. lega.l.ij. &.ĵ. de verborū significatio.l.ij.§.j.& ibi, Factū est vesperē & mane dies vn⁹. quādoq; tamē p̄ breuioris tēporis officio ponitur vt opera obsequialis: vt in salutādo & similibus: vt.ff. de cōdic.inde.l.si nō sorte.§. libertus. & consistit opera in actu: vt.ff. de ope.seruo.l.j. & differt hic titu. ab illo: quia ibi de serui, hic de liberti operis dicit.

Hoc edictū.]CASVS. Edictū illud est propositū causa coarctādæ persecutionis libertatis, & in aliquo coarctatur cū patron⁹ in ipsa manumissione imponit operas: vnde ipsi quib⁹ sunt operæ impositæ, tenentur, & in eos prætor dat iudicium. Viuia.

m *Hoc edictum.* cuius verba non habemus.

n *Prætor.* scilicet Rutilius, vt.ĵ.titu.j.l.j.

o *Impositorum.* id est, præstationem impositorum &c. Azo.

p *Excreuisse.* impositorū dico ab aliquo: vt ipse præmittit. Azo. & facit.ĵ.qua.re.act.l.j.§.quæ onerandæ.

q *Initio.* postea autem ius succedendi est inductum: vt.ĵ.tit.j.l.j.

Digestorū

seu Pandectarum Liber trigesimusoctauus.

DE OPERIS LIBERtorum.

TITVLVS I.

1. PAVLVS libro singulari de Variis Lectionibus.

PEræ sūt diurnū officiū. [l]

II. VLPIANVS libro trigesimooctauo ad Edictū.

HOc edictum [m] prætor [n] proponit coartandæ persecutionis libertatis causa impositorū. Animaduertit enim rem istam, libertatis causa impositorū [o] præstationē vltra [modum] excreuisse, [p] vt premeret atq; oneraret libertinas personas. Initio [q] igitur prętor pollicetur se iudiciū operarū daturū in libertos & libertas.

Stipulatus operas ad certum diem, non potest ante diem petere: sed debens operas non potest soluere partem operarum. C

III. POMPONIVS libro sexto ad Sabinum.

OPeras stipulatus, ante per actum diē operā eius diei petere nō potest: [r] nec pars operę p̄ horas solui potest: [s] quia id est officij diurni. [t] Itaq; [u] nec ei liberto qui sex horis dumtaxat ante meridianis [x] præsto [y]

Opera non diuiditur.

Peras.]CASVS. Si sum stipulatus operā dari mihi ad certum diem, ante diem non possum petere: sed si debet operas, & vult soluere partem operæ, non debet hoc licere ei. Viuianus.

r *Non potest.* quod dic vt dixi insti. de inuti. stip. §. qui hoc annō.

s *Solui potest.* inuito stipulatore.

t *Diurni.* vt.ff. l.j.

u *Itaque.* expositio est præcedentis.

x *Antemeridianis.* duæ partes sunt, & secundum hoc dic antequam conueniatur, vel est vna pars, vt dicātur antemeridianæ horæ quæ currunt ante meridiem.

y *Præsto.* i. dicit libertus se paratū seruire hodie per sex horas, & alia die per alias sex horas. hoc quidē non potest: quia opera non diuiditur: vt hic, &.ĵ. de verborū obli. l. in stipulationib⁹. §. operarum. &.ĵ.

BIU Cujas

rum.&.ĭ.e.l.libertus qui post.§.j.& supra, de an.leg.l.ij.

Duobus.] CASVS. Si aliquis est manumissus à duobus dominis quibus promisit operas, vtrique debet operas: & si alter mortuus est, certe ista opera transit ad filium præmortui: licet hæreditas vel bonorũ pos.applicetur patrono superstiti, non filio alteri[a] patroni præmortui: sed operæ præteritæ quantũ ad æstimationẽ debentur patrono hęredi mortui. Viu.

a *Operas.* certas.
b *Altero.* s. patrono.
c *Bonorum possessione.* in bonis. s. liberti. & altero mortuo admittitur superstes exclusis filiis mortui: vt hic, &.ĭ.de bo. lib. l. cõmuni. &.s. de leg. tut. l. tutela. §. si duo. ij. respon. & mortuo patrono relicto filio nepote ex altero fili[a] prefertur: vt.s. de le. tut. l. tutela. §. proinde.
d *Credita.* vt &.ĭ. tit. j. l. iij. &. l. fin.
e *Veram.* vere petitur vt pecunia credita. nam &c. Azo. & copula, etiam extraneo hæredi &c.
f *Operarum.* certarum. secus de incertis quæ non transeũt ad extraneum hæredem: vt.ĭ.e. l. si operarũ. &.s. de acqui. hęre. pro hęrede. §. si quid tamen. &.s. ad Trebel. l. si patroni. in prin. certa ergo transit ad hęredes etiam extraneos si directo non per obliquũ sunt hæredes: vt.ĭ.e.l.cum patron[a]. §. cum libertus. ad hæredem auté hæredis nulla opera transit: vt.ĭ. de verb. sig. l. sciendũ. §. j.
g *Dabitur.* s. operarũ certarũ petitio pręteritarum & futurarum extraneo hęredi vnius patroni altero viuo: sicut actio pecuniæ numeratæ. Accursius.

Si quis.] CASVS. Si aliquis stipuletur operas sibi & liberis suis, stipulatio & petitio operarum transit ad posteros stipulatoris etiam posthumos. Viuianus.

h *Si quis operas.* certas vel incertas hoc adiecto, liberísque &c. & sic loquitur.ĭ.e.tit.l.vt iurisiurandi. §. si liberti. sed hoc non adiecto distinguitur certa ab incerta: vt.ĭ.eo.l.cum patronus. &. §. cum libertus. &.s.l. proxi.
i *Etiam ad posthumos.* & dabitur vtilis filio: vt supra, de verbo. oblig. l. quodcumque. §. si quis.

Fabriles.] CASVS. Fabriles operæ vel certæ transeũt ad extraneum hæredem, obsequiales & incertæ non transeunt ad extraneum hæredem. Viuianus.

Operæ an & quæ trãseunt ad hæredes.

k *Operæ.* Operarum aliæ officiales, aliæ obsequiales, quæ sine impositione debentur: vt.s. de condic. inde. l. si non sortem. §. libertus. in princ. & istæ si in faciendo sunt, vt in assũrgendo, non transeunt ad hæredem extraneum: vt hic, in fi. &. C.e. liberti. si in non faciendo, vt in non vocando in ius: tunc transeunt: vt. C. de in ius vo. l. ij. & aliæ sunt fabriles. i. incertæ: vt. x. operas, non adiecto pictorias. aliæ artificiales. s. certæ: vt. x. operas pictorias. & istę certæ transeunt: vt hic in prin. &.s.e. à duobus. in fin. sic ergo ponitur hic fabriles impropriè pro incertis. q.d. alicuius fabri. at incertæ non transeunt: vt in ea. l. à duobus. in fin. no.

Vt iurisiurandi.] CASVS. Si manumitto seruũ meum, & in ipsa manumissione facio iurare vt debeat mihi operas: tenetur siue impositę sunt in ipsa manumissione, vel incõtinenti postea. Sed si quis legauerit liberto suo. x. si iurauerit filio suo se daturum tot operas, tenebitur. Vnum sciatis, debet iurare in ipsa manumissione vel incõtinenti post. [RESCRIPTVM.] Ille qui manumittit ex volũtate, potest imponere operas. qui vero ex necessitate, non. si imponũtur operæ impuberi, cõtra eum adultum datur actio: sed aliquãdo etiam dũ adhuc impubes est: quia etiam aliqua faciũt impuberes, vt in textu dicit: veluti si librarius est &c.

[SI LIBERI PATRONI.] Si liberi patroni sunt hæredes instituti disparíter, habẽt ne actiones ad operas? certe sic pro æqualibus portionib[o], siue sint in potestate, vel emancipati, vel in adoptionẽ dati. Viuianus. *Vinculum iuramenti obligat: vt c.cũ.C.laicus. per totum.&glo. in verbo, tenetur. ibi, ex trib[o] tenebatur, ex iure cõmuni, & pacto, & vinculo iuramẽti. de foro cõpe. li. bro. 6.*

l *Contrahatur.* super operis.
m *Libertum.* non ingenuũ: vt.ĭ. de fideius. si quis pro eo. in princ. nec seruum: vt.ĭ.ea.l.§. iurare.
n *Libertatis causa.* scilicet quia aliter nõ esset manumissur[a]. & hoc præsumitur quãdo incontinenti: vt no.ĭ. de lib. causa. l. fi. in fi.
o *Iureiurando.* sponte remittitur ei condi. sicut si pure esset relicta libertas & legatum sub condi. iurandi: vt.ĭ. de ma. test. l. si quis sub. §. sed si pure.
p *Ob causam.* etiá causa legati: vt hic. Sed cõtra.s. proxi. vbi dicitur quę causa libertatis. sed hic corrigit, vel hic p obliquũ causa libertatis: vel ibi quãdo incõtinẽti: hic ex interuallo.
q *Manumissionem.* & etiam ante, si tamen incõtinenti sequatur manumissio. quę enim fiũt incontinenti, videntur inesse: vt.s. si certũ pęta. l. lecta. §. dicebam.
r *Siue post tempus.* s. ex interuallo. & sic est cõtra.ĭ. de li. cau. l. fi. §. adeo. Sol. hic sponte: ibi de necessitate. ar.ĭ.e. l. Campanus. vel tẽpore manumissionis fuit actum vt etiam postea fieret: arg.ĭ. de solu. l. Modestinus. In seruitute autem non sufficit agi: vt.ĭ. de li. cau. l. fi. Et no. pactum vestiri iuramento: quod non est aliàs. & oritur actio in factum: vt ar. C. de re. cre. l. actori. sed ex stipulatione oritur condic. certi, si opera est certa: vt.s. eo. à duobus. aliàs, ex stipulatu: vt institu. de verb. oblig. in prin. sed cum opera est factum, ergo semper incerta: vt.ĭ. de verb. oblig. l. vbi autem. §. qui id quod. sed certe & quandoque est in dando: vt.ĭ. statim dicitur. *Pactũ quãdoque iurato. mento vel donum differunt. Munus & donum differunt.*

s *Iure licito.* non illicito: vt causa onerãdæ libertatis: vt.ĭ.eo. qui onerãdæ. Item differũt donũ & munus: vt.ĭ. de verb. sign. l. inter.
t *Perductus est.* vt.ĭ.eo.l.si quis hac. &. C.e.l. mater. nisi in casu: vt infra, titu. j. l. qui ex causa. in fin. l.
u *Actio.* sic ergo pupillus iurat vel promittit.
x *Librarius.* vt infra, de reg. iur. si librarius.
y *Miniculator.* aliàs, mimiculator, id est, ioculator: vt. C. de epis. aud. l. mimæ. aliàs, nũmiculator. quia bene scit computare, & summas coaceruare. & facit.ĭ. de libe. cau. l. fi. §. fin. *ADDITIO.* nomẽculator ex pande. Flo. reposuimus. Est autem nomẽculator, qui ciuium nomina tenet: quo seruo qui magistratũ peteret, aut cum populo ageret, vtebatur. De quo etiã Venuleius.ĭ. de liberali causa. l. vlt. Potest tamen & impubes operas dare, veluti si nomenculator sit, vel histrio. Cicero pro Murena. Quid? quod habes nomenculatorem? in eo quidem fallis, & decipis. nam si nomine appellari abs te ciues tuos honestum est, turpe est eos notiores esse seruo tuo, quàm tibi. Anto. Aug.
z *Operarum.* certarũ si dixit sibi liberísque suis: vt no.

vt no.ſ.eo.l.ſi quis operas.ſi autē ſimpliciter ſibi:tūc pone in opera incerta.at certa ad omnem hæredem:vt.ſ.eo.l.à duobus.

a *Datum.* ab alio ſibi vel à ſe.

SI quando.] *CASVS.* Si ſeruus iurat ſe daturum duobus patronis operas: ſi quidem certa pars poteſt ſolui, habetur loco pecuniæ: & ſicut ſeruus iureiuran. obligatur ad operas, ita eius fideiuſſor.Viuianus.

b *Operas.*ergo plures: & ſic numero fiet inter eos diuiſio: vt.ĵ.e.l.libertus.§.ideo.& de verbo. oblig. l.in ſtipulationibus.§.operarum.

c *Partem operæ.* Sed hoc quo modo,cum ſit indiuidua: vt.ĵ.eo. l.libertus.§.& neq;. & de verbo. oblig.l.ſtipulationes non diuiduntur. quæ ſunt contra. Solu. hic pars operæ, id eſt, pars æſtimationis:vt.d. l.ſtipulationes.in fi. ſic &.ſ.ſi ſerui. vin. l.loci.§.ſi fundus. Item dic operæ prēteritæ nó futuræ, cum ſemper &c. vt.ĵ.eo.l.ſi quis hac.§. iudicium. & dic quòd dies vnius tantum operæ ceſſarat, nec inter patronos fuerat adhuc deſignatio facta.vel vna erat numero impari.ſic enim per æſtimationem ſit vnius operæ partitio: vt.ĵ.eo.libertus.§.j.Accurſius.

d *Opera.*id eſt,eius æſtimatio.

*Flo. conſtitit

e *Non poſſit.*etiam ab eadem perſona, & eidem: vt.ſ.de condic. inde. ſi nó ſortem.§.libertus.Accurſius.

f *Pro liberto.* facit.ĵ. de duo.re.l.nemo.&.ĵ. eo.l.ſi libertus moram.

OPERÆ.] *CASVS.* Dicit quòd operę fabriles incertæ antequam indicantur à patrono liberto, nó ſunt in rerū natura: & ideo non poſſunt alij deberi voluntate patroni:quia proprietas earum conſiſtit in potēſtate edentis, & eius cui eduntur: ſed operæ certæ bene ſoluuntur alij voluntate patroni.Viuianus.

g *Operæ.* incertæ & præteritæ. nam aut ſunt ſolutæ, & non debentur. aut non: & tunc non ipſæ, ſed æſtimatio petitur: vt.ſ.l. proxi. vel dic etiā futuræ,id eſt, ipſa opera vel obligatio eius antequam veniat dies eius: vt ſupra, de oper. ſeruo.l.j.quando autem cedat, dic vt infra.e.l.quoties.

h *Sed officiales.* quælibet opera ſic dici poteſt cum ſit officium diurnum: vt ſupra, eo.l.j.ſed hic ponitur pro incerta, ſcilicet fabrili,quę non poteſt alij vel per alium edi niſi in duobus caſibus, vt infra,eod.l.patronus qui operas. &.l.ſi libertus artem. ſecus in opera certa: vt infra ſtatim.§.fabriles.Azo. ſed ſi de officiali, id eſt obſequiali hic diceret,bene eſt:vt.ſ.de condic.indebi.l.ſi non ſortem.§.libertus. ibi, ſed ſi officij &c. ſecundum Ioan. & quod ſubiicit de fabrili, ſcilicet incerta,& poſtea de certa ibi,ſane &c. ſic certa & incerta poterit alij edi & ab alio ſecundum Io.

i *Fabriles.* id eſt,artificiales, ſcilicet certæ. & quod ſubiicit, ſanè,pro certè, ſecundum Azo. vel dic, ſecundum Io. fabriles incertæ. & quod ſubiicit, ſanè, de certis dicit. & per hoc quod dicit, alienæ,ſcilicet certæ.Accurſius.

SERVUS.] *CASVS.* Seruus patroni non poteſt ſtipulari à liberto domini ſibi operas liberti: ſed patrono ſuo dari. [*LIBERTVS.*] Libertus iurauit ſe annuatim daturum decem operas incertas patrono, aut Lucio Titio. nunquid illas Lucio Titio poterit ſoluere? non: ſiue ſit extraneus, ſiue filius.nam eædem operæ quę iurantur patrono prēſtari,nó videntur Lucio exhiberi:ſed aliæ indubitanter. ſi libertus patrono aut Lucio Titio promitteret operas certas, valent: cum iſta impoſitio obtineat vicem pecuniæ.Viuianus.

pati. Sed ſi in adoptionem datum[a], hæredem ſcripſerit patronus: magis eſt, vt operæ ei debeantur. Nec patronæ liberi ſummouentur ab operarum petitione.

VIII. POMPONIVS libro octauo ad Sabinum.

SI quando duobus patronis iurauerit libertus operas[b] ſe daturum:Labeoni placet & deberi & peti poſſe partem operæ[c]:cum ſemper prēterita opera[d], quæ iam dari non poſſit[e], petatur: quod contingit ſi vel ipſis patronis iuretur vel promittatur, vel communi eorum ſeruo, vel complures hæredes vni patrono exiſtant. ℣Pro liberto[f] iurante fideiubere quēuis poſſe placet.

IX. VLPIANVS libro trigeſimoquarto ad Sabinum.

OPERÆ[g], in rerū natura non ſunt: ſed officiales[h] quidem futuræ:nec cuiquā alij deberi poſſunt:quàm patrono:cū proprietas earum & in edentis perſona, & in eius cui eduntur, cōſiſtat*.Fabriles[i] autē aliæ ve, eius generis ſunt vt à quocumque,[&] cuicūq; ſolui poſſint. Sanè enī ſi in artificio ſint,iubēte patrono & alij edi poſſunt.

X. POMPONIVS libro quintodecimo ad Sabinum.

SERVUS patroni à liberto malè ita ſtipulatur, *Operas mihi dare*[k] *ſpondes?* Itaque patrono dari, ſtipulandū eſt. ℣Libertus operarum[l] nomine ita iurādo, *Patrono aut Lucio Titio.*ſoluere Lucio Titio non poteſt, vt à patrono liberetur.

XI. IVLIANVS libro viceſimoſecundo Digeſtorum.

NIHIL autem[m] intereſt, extraneus ſit Lucius Titius, an filius:

XII. POMPONIVS libro quintodecimo ad Sabinum.

QVIA aliæ operæ[n] erūt quæ Lucio Titio dantur. Sed ſi libertatis cauſa pecuniam promittat libertus egenti patrono,aut [Lucio] Titio:omnimodo adiectio Titij valet.

XIII. VLPIANVS libro trigeſimooctauo ad Edictum.

SI quis hac lege emptus ſit, vt manumittatur,& ex conſtitutione diui Marci[o] peruenerit ad libertatē: operæ ei impoſitæ nullū effectum[p] habebūt. Sed nec[is]cui bona addicta ſūt ex conſtitutione diui Marci, libertatū cōſeruandarum[q] cauſa poterit operas petere, neq; ab his qui directas,neq; ab his qui fideicōmiſſarias libertates acceperunt, quāuis fideicōmiſſarias qui acceperūt, ipſius liberti efficiantur.Non enim ſic fiunt liberti,vt ſunt proprij quos[r] nulla neceſſitate cogēte manumiſimus.℣Iudiciū de operis[ſ] tunc locum habet, cum operæ prēterierint. Prēterire autem non poſſunt antequā incipiāt cedere:& incipiūt poſtea quàm fuerint indictæ.℣Etiam ſi vxorem habeat libertus, non prohibe-

k *Mihi dare.*ſeruus ergo domino vel ſimpliciter debet ſtipulari:vt & infra,de ſtipula. ſer. l.antepen.& hic ſubiicit. & hoc in incerta. ſecus in opera certa:vt infra,eod.l.qui libertinos.§.nihil.quę eſt cōtra.& poteſt eſſe ratio, quia incertæ ſunt tale factum quod conferri ex ſtipulatione ſerui in perſonam domini non poteſt.petet igitur iſtas operas domin⁹ non tanquam ex ſua, ſed tanquam ex perſona ſerui. ad quod inſtitu. de ſtipu.ſer.§.ſed cum factū. & argu.ĵ.eo.l.quia.Vel eſt ratio: quia operas debet prēſtare cōſiderata perſona edentis,& eius cui editur: ac poſſet eligi talis quæ perſonæ ſerui non conueniret. at Io.intelligit literam contrariæ legis quando verba ſtipula. cōcipiūtur in perſona domini, & ratio quare in perſona ſerui nō poſſunt concipi,eſt ea quā præmiſi ſecundū Hug. & ſecundum hoc & de certa & de incerta hic tit.loquitur.Accurſius.

l *Operarum.*incertarū. ſecus in certis ſecundū Io.vt.ĵ.e.hæ operæ. & l.patronus.&.l.ſi libertus.ſecundum Io.

m *Nihil autem.*continuatur ſuperiori.& facit.ĵ.de verb. obl.l.eū qui.§.qui ſibi.

n *Quia aliæ operæ.* ab iis quæ in obligationem deductæ ſunt:vnde non contingit liberatio:vt infra,de verbo.oblig.l.fin.§.cum mihi.

SI quis.] *CASVS.* Emi à te ſeruū vt eum manumitterem.non poſſum imponere operas. ille etiam cui addicuntur bona, libertatis cauſa non poterit operas imponere ideo,quia non eſt talis patronus vt poſſit operas imponere: quia videtur ex neceſſitate facere. [*IVDICIVM.*] Si operæ incertæ ſunt impoſitæ, non poſſunt moueri act. de operis antequam cedat dies operarum:id eſt antequam ſint indictæ:ſed ex quo ſunt indictæ,tunc debentur. [*ETIAM.*] Si libertus habet vxorem, nihilominus operas impoſitas tenetur prēſtare patrono ſuo. [*SI IMPVBES.*] Si patronus eſt impubes, & liberta nubit voluntate eius: non propterea intelliguntur operæ remiſſæ, niſi factus pubes haberet ratum. ſed ſi eſſet pubes, & permitteret eam nubere, eo ipſo intelliguntur operæ remiſſæ.Viuianus.

o *Diui Marci.* vt.C.ſi man.ita fue.alie.vt ma.l.ij.&.iij.

p *Nullum effectum.* nec ingratus accuſari: vt infra,qui & à qui.l. ſi quis.Accurſius.

q *Conſeruandarum cauſa.* cuius conſtitutionis verba ſunt inſtit. de eo cui liber.cauſa bo.addic.§.j.& facit.C.de teſta.ma.l.fina.

r *Quos.* proprios. & facit.ſ.e.l.vt iuriſiurandi. §. reſcriptum. & infra, eo.l.Campanus.

ſ *De operis.*incertis,vt ſtatim patet:vt.ĵ.e.quoties.&.ſ.e.l.ſi quādo. & facit.ĵ.eo.cum patronus.&.ſ.de vſufru.leg.l.operæ.

Exigere.

BIU Cujas

a *Exigere.* secus in liberta nupta: vt. C. eod. l. quod ex liberta. & C. de obseq. l. ij. & infra, proxi. §.

b *Nupta.* per quod patronus perdat operas: vt no. ſ. proxi. §.

c *Niſi tutoris.* item & iudicis hodie: vt. C. de admi. tu. l. lex.

Libertus.] CASVS. In iſta lege duo dicuntur. Primo manumiſi ſeruum meum, & in ipſa manumiſsione impoſui operas incertas, & poſtea indixi ei decē operas pictorias, cum ſciat pingere: poſt indictionem impedit⁹ eſt morbo, ita q̄ præſtare non poteſt. nunquid tenetur præſtare cum non poteſt? non. Secundo dicitur: ſi teſtator impoſuit decem operas, & deceſsit relictis duob⁹ hæredibus, diuiditur ne obligatio operarum, vt in qualibet opera teneatur mihi præſtare vnam, alij aliam? non, ſed diuiditur obligatio numero operarum, vt debeat libertus cuilibet quinq; operas præſtare. Viuia.

d *Operarum.* incertarum: quia de indictione dicit: vt. j. eod. quoties. & facit. j. eo. interdum. & ſupra, de vſufruc. lega. l. operæ. & ſ. loca. l. ſed addes. §. pe. & de ſtatulibe. l. cū hæres. §. Stichus.

e *Opera.* vt & ſupra, eod. l. operas. Sed contra, ſupra, eod. l. ſi quādo. Solu. ibi.

f *Operarum numero.* vt & infra, de verb. oblig. in ſtipulatione. §. fi. & facit. ſ. eo. vt iuriſiurādi. §. ſi liberti.

*Flo. quingenas

g *Quingentas.* aliàs, quinquaginta, & melius. aliàs, quīquagenas.

Ius.] CASVS. Si liberto meo impono operas incertas, & poſt impoſitionem didicit aliquod artificiū: nunquid eius artificij tenetur operas præſtare? ſic, ſi honeſtæ ſunt. Vnum ſciatis, quia debet præſtare operas libertus patrono pro dignitate, ętate, valetudine & cōditione vtriuſque perſonæ, tam ſua, quàm patroni. Viuia.

h *Honeſte.* hoc ſtatim declarabit, & j. eo. l. hæ operæ.

i *Debuerunt.* quia eas tantum tunc ſciebat.

k *Exercere cœperit.* vt facere artem ludicram.

l *Ex ætate.* vt. j. eod. l. pe. & ſ. de condic. inde. l. ſi non ſortem. §. libertus. ibi, plerumque enim &c. Accurſius.

m *Nec audiendus. Minuitur.* vt. j. eo. l. interdum. in fi.

Vno victu.] CASVS. Si libertus eſt diues & poteſt ſibi ſufficere ad alimenta & victum: ſuo victu & veſtitu debet operas præſtare patrono. ſi nō habet vnde viuat, debet ita dicere: vos impoſuiſtis decē operas: nihil habeo vel acquiro de manibus meis: cōcedatis quòd laborem tribus diebus: quia præſtabo vobis operas. tur patronus operas exigere. [a] ℣ Si impubes ſit patronus: voluntate eius non videtur liberta nupta, [b] niſi tutoris [c] auctoritas voluntati acceſſerit. Rati quoque habitio patrono obeſt in nuptiis libertæ.

XIIII. TERENTIVS CLEMENS libro octauo ad legem Iuliam & Papiam.

PLanè cum nupta eſſe deſierit, operas peti poſſe, omnes ferè conſentiunt.

XV. VLPIANVS libro trigeſimooctauo ad Edictum.

LIbertus qui poſt indictionem operarum, [d] valetudine impeditur quo minus præſtet operas, non tenetur. nec enim poteſt videri per eum ſtare quo minus operas præſtet. ℣ Neque promitti neque ſolui, nec deberi nec peti pro parte poterit opera. [e] Ideo Papinianus ſubiicit, ſi non vna, ſed plures operæ ſint, & plures hæredes exiſtant patrono qui operas ſtipulatus eſt: verū eſt obligationem operarum [f] numero diuidi. Denique Celſus libro duodecimo ſcribit, ſi communis libertus patronis duob⁹ operas mille daturum ſe iurauerit, aut communi eorum ſeruo promiſerit: quingētas [g] *potius deberi, quàm ſingularum operarum dimidias.

XVI. PAVLVS libro quadrageſimo ad Edictum.

EIus artificij quod poſt manumiſsionem didicerit libertus, operas debebit præſtare, ſi hæ ſint, quæ quandoque honeſtè [h] & ſine periculo vitæ præſtentur: nec ſemper hæ quæ manumiſsionis tēpore prę ſtari debuerunt. [i] Sed ſi turpes operas poſtea exercere cœperit, [k] præſtare debebit eas quas manumiſsionis tempore præſtabat. ℣ Tales patrono operæ dātur, quales ex ætate, [l] dignitate, valetudine, neceſsitate, ꝓpoſito, cæteriſque eius generis in vtraque perſona æſtimari debent.

XVII. IDEM libro ſingulari de iure Patronatus.

NEc audiēdus eſt patronus ſi poſcit operas quas vel ætas recuſat, vel infirmitas [†] corporis non patiatur, vel quibus inſtitutum vel propoſitum vitæ minuitur. [m]

XVIII. IDEM libro quadrageſimo ad Edictum.

SVo victu [n] veſtituq́; operas præſtare debere libertū Sabinus ad edictum prætoris vrbani libro quīto ſcribit. Quòd ſi alere ſe non poſsit, præſtanda ei à patrono [eſſe] alimenta.

XIX. GAIVS libro quartodecimo ad Edictum Prouinciale.

AVt certæ [o] ita exigēdæ ſunt ab eo operæ, vt his quoque diebus quibus operas edat, ſatis temporis* ad quæſtum faciendum vnde ali poſsit, habeat.

XX. PAVLVS libro quadrageſimo ad Edictum.

QVod niſi fiat, prætorē ipſam patrono denegaturū operarum præſtationē. idque eſt verū: quia vnuſquiſque [p] quod ſpopondit, ſuo impēdio dare debet, quamdiu id quod debet, in rerū natura eſt. ℣ Ex prouincia libertum Romam [q] venire debere ad reddēdas operas, [r] Proculus ait. Sed qui dies interea ceſſerint dum Romā venit, patrono perire: [ſ] dummodo patronus tanquam vir bonus ac* diligens paterfamiliàs Romæ moretur, vel in prouinciam proficiſcatur. Cæterùm ſi vagari per orbē [t] terrarum velit, non eſſe iniungendam neceſsitatem liberto vbique eum ſequi:

XXI. IAVOLENVS libro ſexto ex Caſsio.

OPeræ [u] enim [eo] loco edi debent, vbi patronus moratur, ſumptu ſcilicet & vectura patroni.

XXII. GAIVS libro quartodecimo ad Edictum Prouinciale.

A vel, vultis habere operas? detis victum & veſtitū. dicit patronus: nolo hoc facere, ſed labores per tres dies, & præſta operas integras. ſed dicit iuriſcō. vel tenetur patronus eum alere, vel præſtare tantum vt poſsit ſe alere, & præſtare ſibi operas. Viuianus.

n *Suo victu.* ſ. liberti: & dic operas incertas, ſed certas ſumptu patroni: vt. j. eo. l. operæ. & l. imponi. & l. pe. in fi. quę ſunt cōtra. Azo. Alij ecōtra, ſcilicet q̄ hic de certis: in cōtrariis de incertis: & eſt ratio: quia in certis poteſt libert⁹ ſe præparare ad educationē, & victua- † *Concor. c.* lia acq̄rere: ſed in ĩcer *ad audientis* nō, cū neſciat qua- *tiam. ibi, il-*
B les debēt ſibi ĩponi. Sed *lis exceptis* & hoc fallit quādo pa- *quos infirmi*
tronus vagaē: vt. j. l. q̄ *tas excuſa-*
niſi. in fi. Vel dic idē in *ret, ſiue a-*
vtriſq; vt ſūptu præſtē *poſtolicæ ſe-*
tur liberti niſi quando *dis ſeruitio*
eſt ĩops, & tūc cōtrarię. *contingeret*

o *Vt certæ.* facit. j. *detinerī.*
eo. l. pe. Accur. & *glo. in*
Quod niſi.] CA- *verb. infir-*
SVS in. §. ex p- *mitas. ibi,*
uincia eſt talis: *hoc ipſo ſa-*
Libert⁹ habet domici- *tis punitur:*
liū in prouincia, patro- *quia nō de-*
nus Romæ: tenetur li- *bet addi af*
bertus pręſtare decē o- *flictis aſſti-*
peras annuatim. ſignifi- *ctio. extra*
cat patronus. quid erit? *de cle. non*
certe debebit ire liber- *reſi.*
tus, ſi patron⁹ vult, Ro *Flo. tēpus*
mam: dum habet domicilium in prouincia. ſi autem ſit vagabundus patronus: tunc non tenetur ire libertus. Vi.

p *Vnuſquiſq;.* generalior eſt ratio, vt etiam ſpecies comprehendatur: & propter ſpeciem dicitur, quādiu &c. vt &. j. de verb. obl. l. ſi ex lege. & ſic non eſt cōtra. ſ. eo. l. operæ.

q *Romam.* vbi patronus moratur.

r *Operas.* nō aperit certas, vel incertas: ſed dic incertas ſecundū Azo. *Flo. &
quia ſumptu liberti vadit. Alij dicunt, certas. q̄ dic vt no. ſ. e. l. ſuo. Sed cōtra. j. de ſol. l. vſuras. Sed quod ibi dicit, niſi ex cauſa: tollit contrarium.

ſ *Perire.* ſed cū libertus poſsit morari vbi velit: vt. C. e. l. pe. ergo poterit ita remote ire quòd in itinere conſumet tēpus. quare dicit Io. quòd illud eſt quādo patronus ſeceſſerat, non aliàs: vt. j. innuit. vel dic plane vt ſonat, vt tamen libertus non ſecedat: alias nō deminueretur dies operarum arg. huius legis.

t *Per orbem.* facit ſupra, de procura. l. ſed & hæ. §. non ſolum. & de an. lega. l. Mæuia. §. vxori.

u *Peræ.* certæ & incertę: & quod ſubiicit, ſumptu &c. reſtringitur ad certas: vt non ſit cōtra. ſ. eo. l. ſuo. ſecundum Azo. Alij econtra, vt ibi no.

Cum patronus.] CASVS. Si patronus in ipſa manumiſsione ſtipulatur operas incertas, nō eſt obligatus libertus antequā indictæ

indictæ sint: siue stipulat[s] fuerit patronus cũ petierit, siue nõ hoc adiecto. secus in operis obsequialibus: quia illæ sine impositione debẽtur: & secus in operis certis, quia illæ statim debẽtur. [*CVM LIBERTVS.*] Manumisi seruum meum: sum stipulatus decem operas mihi dari. nõ dixi, mihi & liberis meis. debẽtur istæ operæ liberis meis? certe sic, si hæredes mei existãt: tamẽ non mala mẽte exhæredati. quod est verũ si sunt hęredes directo per se, non per alium. Viuianus.

a *Operas.* s. incertas.

b *Cũ popoſcerit.* sic. ſ. eo. tit. l. ſi quis hac. l. §. iudiciũ. in fi. & de vſufru. le. l. operæ. &. j. de verborum obliga. l. interdum. §. itẽ. Sed arg. contra. C. de contrahe. ſtipu. l. magnam. ſed ibi dies fuit appoſita.

c *De operis.* incertis.

d *De cæteris.* ſcilicet ſpecieb⁹ vel generib⁹, & etiam de operis certis: quia nõ cõmittitur ſtatim ſtipulatio cũ eſt interpoſita, & cedit dies. venit autẽ quãdo potuit præſtari, & non eſt præſtitum: vt infra, eo. l. quoties.

e *Operas.* ſcilicet certas. & ſic ſoluitur argu. contra. j. eo. l. ſi operarum. Azo.

f *Cõſtat liberis.* tũc ſec⁹: vt. ſ. eo. l. ſi quis operas.

g *Hæredes.* tantum: & tunc habent vtilem ex ſtipulatu: vt. j. de verb. obli. l. quodcũque. §. ſi quis ita. ſed & ſi nõ ſint hæredes, reuerẽtia debetur: vt. C. eo. l. pe.

h *Per alium.* ſic. j. de verborum obligatio. l. ſciendum. §. idem.

i *Exhæredato.* mala mẽte, aliàs pro inſtituto habetur: vt. j. tit. j. l. ſi parronus. §. ſi quis.

k *Reuendidiſſet.* vt. j. titu. j. l. Iulianus ait.

HAe operæ.] *CASVS.* Dicit hæc. l. quòd operę fabriles, id eſt, certæ vel pictoriæ ſtatim debentur ex die ſtipula. interpoſitæ: & poteſt exhibere patrono, & alij volũtate patroni: qa dũ alij ſoluũtur, ipſi patrono videtur ſolui. [*SI PATRONI.*] Patroni crediderũt decipere libertum, ipſi decipiuntur. quatuor domini manumiſerunt vnũ ſeruum: & omnes ſtipulati ſunt xx. operas præſtari tali die. poſtea iſti conſulto diuidũt ſe in quatuor prouincias, & omnes indicunt quòd eodem die debet ſic operari. ſatis eſt ſi vni operetur, nec per eũ ſtat quo minus operetur aliis. vnde non poteſt dici quòd ſit in mora. Viuianus.

l *Hæ operæ.* incertæ.

m *A fabrilibus.* id eſt, à certis, & ſic impropriè dicũtur fabriles. & facit. j. eo. l. quotiens.

n *Operas.* id eſt, huius artificij. non autem dico quòd ignoret: vt ſupra, eo. l. eius. in fine.

o *Fabriles.* ſcilicet certas.

p *Quis.* qui non eſt patronus aut libertus &c.

q *Operas.* ſcilicet certas.

ff. Inſort.

CVm patronus operas[a] ſtipulatus eſt: tunc ſcilicet cõmittitur ſtipulatio cùm popoſcerit, [b] nec libertus præſtiterit. Nec intereſt, adiecta ſint hæc verba, *cum popoſcero*, an non ſint adiecta. Aliud enim eſt de operis, [c] aliud de cæteris [d] rebus. cũ enim operarum editio nihil aliud ſit quàm officij præſtatio: abſurdum eſt credere alio die deberi officiũ, quàm quo is volet cui præſtandum eſt. ℣ Cùm libertus promiſerit patrono operas [e] ſe daturum, neque adiecerit, liberiſque eius: conſtat liberis [f] eius ita demum deberi, ſi patri hæredes [g] extiterint. Hæredes tamen extitiſſe liberos parenti, ita demum prodeſſe ad operarum petitionẽ Iuliano placet, ſi non per alium [h] hæredes extiterunt. Itaque ſi quis exhæredato [i] emancipato filio ſeruũ eius hæredem inſtituerit, & per eũ ſeruũ hęres extiterit filius: repelli eum ab operarũ petitione debere perinde ac repelleretur patronus qui operas nõ impoſuiſſet, vel quas ſi poſuit, reuẽdidiſſet. [k] ℣ In omnib⁹ operis prę cipuè obſeruãdũ eſt vt tẽporis ſpatia quę ad curã corporis neceſſaria sũt, liberto relĩquãtur.

XXIII. IVLIANVS libro viceſimoſecundo Digeſtorum.

HAe operæ [l] quas libertus promittit, multum diſtant à fabrilibus [m] vel pictoriis operis. Denique ſi libertus faber aut pictor fuerit: quãdiu id artificiũ exercebit, has operas [n] patrono præſtare cogitur. Quare ſicut fabriles [o] operas quis [p] poteſt ſibi aut Titio ſtipulari: ita patronus à liberto operas [q] ſibi aut Sẽpronio rectè ſtipulatur, & libert⁹ obligatione ſoluetur ſi tales operas extraneo dederit, quales patrono præſtando [r] liberaretur. ℣ Si patroni plures conſultò [s] in diuerſas regiones diſceſſerint, & liberto ſimul operas indixerint: poteſt dici diẽ operarum cedere, [t] ſed libertũ non obligari: quia non per eũ, ſed per patronos ſtaret quo minus operæ dentur: ſicut accidit eum ægrotanti liberto operæ indicuntur. Quòd ſi diuerſarũ ciuitatum patroni ſint, & in ſua quiſque moretur: cõſentire debent in operis ab eo accipiendis. [u] Durum [x] alioquin eſt, eũ qui ſe liberare poteſt decẽ diebus operando, ſimul operis indictis: ſi in accipiendis non cõſentiãt, cõpelli ad præſtãdã alteri quĩq; operarũ ęſtimationẽ.

XXIIII. IDEM libro quinquageſimoſecundo Digeſtorum.

QVotiens certæ ſpecies[y] operarum in ſtipulationem deducuntur, veluti pictoriæ, fabriles: [z] peti quidem nõ poſſunt niſi præteritæ: quia & ſi non verbis, at re ipſa ineſt obligationi tractus tẽporis: [a] ſicuti cum Epheſi dari ſtipulamur, dies cõtinetur. & ideo inutilis [b] eſt hæc ſtipulatio, *Operas tuas pictorias centũ hodie dare ſpõdes?* cedunt tamen operę ex die interpoſitæ ſtipulationis. [c] Sed operæ [d] quas patronus à liberto poſtulat, [e] confeſtim nõ cedunt: quia id agi inter eos videtur, ne antecederent: quàm indictæ fuiſſent, ſcilicet quia ex cõmodo patroni libertus operas edere debet: quod in fabro vel pictore dici non cõuenit. [f]

XXV. IDEM libro ſexageſimoquinto Digeſtorum.

PAtronus qui operas liberti ſui locat, [g] nõ ſtatim [h] intelſi tales operas extraneo dederit, quales patrono præſtando liberaretur. ℣ Si patroni plures conſultò in diuerſas regiones diſceſſerint, & liberto ſimul operas indixerint: poteſt dici diẽ operarum cedere, ſed libertũ non obligari: quia non per eũ, ſed per patronos ſtaret quo minus operæ dentur: ſicut accidit eum ægrotanti liberto operæ indicuntur. Quòd ſi diuerſarũ ciuitatum patroni ſint, & in ſua quiſque moretur: cõſentire debent in operis ab eo accipiendis. Durum alioquin eſt, eũ qui ſe liberare poteſt decẽ diebus operando, ſimul operis indictis: ſi in accipiendis non cõſentiãt, cõpelli ad præſtãdã alteri quĩq; operarũ ęſtimationẽ.

XXIIII. IDEM libro quinquageſimoſecundo Digeſtorum.

QVotiens certæ ſpecies operarum in ſtipulationem deducuntur, veluti pictoriæ, fabriles: peti quidem nõ poſſunt niſi præteritæ: quia & ſi non verbis, at re ipſa ineſt obligationi tractus tẽporis: ſicuti cum Epheſi dari ſtipulamur, dies cõtinetur. & ideo inutilis eſt hæc ſtipulatio, *Operas tuas pictorias centũ hodie dare ſpõdes?* cedunt tamen operę ex die interpoſitæ ſtipulationis. Sed operæ quas patronus à liberto poſtulat, confeſtim nõ cedunt: quia id agi inter eos videtur, ne antecederent: quàm indictæ fuiſſent, ſcilicet quia ex cõmodo patroni libertus operas edere debet: quod in fabro vel pictore dici non cõuenit.

XXV. IDEM libro ſexageſimoquinto Digeſtorum.

PAtronus qui operas liberti ſui locat, nõ ſtatim intel-

A r *Præſtãdo.* cõtra. ſ. e. l. ſeruus. in fi. Sed ibi de incertis, hic de certis: & est ratio diuersitatis, quia operæ edũtur cõſiderata honeſtate edẽtis, & eius cui edũtur: vt. ſ. eo. l. eius. §. tales. &. l. ſeq. & poſſet eſſe cp tales indicerẽtur quæ perſonæ adiecti nõ cõuenirent, ſed perſonæ ſtipulantis ſic. ſemper enim de eiſdẽ vtriſque præſtandis ſentire videtur: vt. j. de verb. oblig. l. ſtipulatio iſta. §. eũ qui. & hac ratione nec delegari poſſunt: ſed certa opera eſt determinata, & ſcitur vtrum adiecti perſonæ cõueniat: & ſecundum hoc intelligitur. ſ. eo. l. operæ in rerũ. §. j. & facit. ſ. de cõdic. indebi. l. ſi nõ ſortem. §. libertus. circa finem illius. §.

B ſ *Cõſulto.* i. malitioſè: vt. ſ. e. l. quòd niſi. §. fi.

t *Cedere.* quia indictæ ſunt: vt. ſ. eod. l. ſi quis hac. §. iudicium.

u *Accipiẽdis.* alioquin nihil habebũt: vt. ſ. p. xi. §. & arg. ſ. qbus mo. vſusfru. amit. l. ij. in fi.

x *Durũ.* durius eſt de pecunia q̃ de perſona *Durius eſt de pecunia quam de perſona ſeruire:* & ſic poteſt eſſe ratio quare totũ ſinC gulare ſtereſſe venit cũ obligatio eſt in facto, & nõ quãdo in dãdo, vt no. C. de ſen. quæ p eo quod intereſt. l. j.

QVotiẽs.] *CASVS.* Si patronus imponat liberto operas certas puta pictorias, ſtatim debẽtur: ſed nõ poſſũt peti niſi labatur tãtũ tẽpus quãto cõmode præſtare poterit: & ideo ſi ſtipulor decẽ operas, puta pictorias hodie dari: iſta ſtipulatio eſt iutilis. ſed ſi ſtipulor dari decẽ opas pictorias hoc anno: ſtipulatio eſt vtilis. Vi.

y *Certæ ſpecies.* id eſt, certa opera: alio tamen reſpectu eſt incerta: qa factum continet: vt. j. de verb. obli. l. vbi autem. §. qui id quod.

z *Fabriles.* id eſt, de fabrica. & ita certæ.

a *Tractus temporis.* vt &. j. de verb. obliga. l. interdum. & . l. continuus. §. cum ita.

b *Inutilis.* ſic. j. de ver. oblig. l. ſi. §. ſi inter.

c *Stipulatiõis.* licet nõ poſſint peti: ſed incertæ cedunt ex die quo indictę ſunt: vt ſupra, eo. l. ſi quis hac. §. iudicium.

d *Sed operæ.* ſcilicet incertæ.

e *Poſtulat.* id eſt, poſtulare debet.

f *Cõuenit.* cp nõ cedat dies ex tẽpore interpoſitę ſtipulationis. Ac.

PAtronus.] *CASVS.* Patron⁹ locat operas liberto ſuo. nũquid videtur exigere mercedem vt cadat à iure patronatus? nõ, ſi operæ erant tales quibus non poterat vti ſemper. Quid enim ſi patronus erat pantomimus vel archimimus medicus: ſi diceremus quòd non poterat locare alij vel liberto: haberem ego patronus ſemper ludere vel infirmari. Item ab eo volente poteſt accipere operarum mercedem, præteritarum non ab eo inuito. Viuianus.

g *Locat.* ipſi liberto vel alij.

h *Non ſtatim.* id eſt, non ſemper.

BIU Cujas

a *Capere.*vt amittat ius patronatus.
b *Archimimum.*id est,principem histrionum.
c *Sit.*scilicet patronus.
d *Medici.*scilicet domini.
e *Eiusdem artis.*scilicet medicinæ.
f *Perducunt.*id est, faciũt libertos manumittendo eos.
g *Capere.* quod est licitum: vt habetur.C.e. l.j.§.solet. vnde amittit ius patronat⁹: vt.C. de bo.pos.cõtra ta.lib. l,patronus.&.ff. de iure pa.l.sicut.&de li.agn.l. si quis.§.si qs à liberis.
h *Locant.* liberto vel alij.Accursius.
i *Pretium.* præteritarum. quod licet: vt.C. eo.l. nec patronus. sic hic quãdo spõte fit cõductio,& spõte mercedis solutio:vt hic.secus si conductio spõte,sed exactio futuræ coactæ: quia perdit ius patronatus:vt.ff.qui & à qui. l.fi.§.ij.& sic potest loqui contra.C. eo.l.j.§. licet pretium.vel refert locet ipsi liberto, quo casu nõ est propriè locatio: & si ex ea locatione fit exactio ab inuito liberto, obtinet quod in.l. illa qui & à quibus dicitur. aut alij ad postulationẽ patroni:& tunc etiã si ab inuito conductore accepit, non perdit ius patronatus: vt hic, & adde qđ no.C.e.l. si quã.

*Flo. & vul. & eius

*Flo.Medicus libertus,

*Flo.imperantes sibi. quam lectionẽ amplectitur Alciat. libr. 7. pareg.ca.14.

*Flo. liberales

M*Edicus.*] *CASVS.* Si libertus est medicus,& forte putat medicinam domino profuturã,& prẽstat operas medicinales, vel pro his mercedes: bene potest facere & prẽstare patrono, & alij voluntate patroni. Viuia.

k *Medicus patronus.*aliàs,libert⁹,qui & liber t⁹ est,& sub se libertos habet.aliàs,patronus.
l *Implorãtes.*i.rogãtes.
m *Opus.*s.medicinæ.
n *Operis.*cõsequendo fructus cõsecutur⁹ &c. quod seruitiũ pone valuisse.x.non quantum commodi esset consecuturus ex incommodo dando, id est, inferẽdo illis si prohiberet &c.quod cõmodum patroni est in aliis.x.Alij dicunt quòd vtilitatem patroni æstimamus secundũ id quod esset consecuturus patronus si ei fuisset obtemperatum,& sic decem & decẽ.non secundũ quòd liberti passi fuissent damnũ in patrimonio si obtẽperassent, quod forte est.xl.

S*I libertus.*]*CASVS.* Si libertus est medic⁹, nunquid tenebitur istas operas præstare patrono vel alij eius voluntate? Sic:vt.ff. eo.l.patronus qui.Viuianus.

o *Aegrotare.*quando est medicus.& fa.ff.eo.l.patronus.

S*I duorum.*]*CASVS.* Communis liberta duorum vel plurium nupsit alicui voluntate vnius patroni.illi non debet operas,aliis sic.C.eo.l.pe.sic vnus defert iusiuran.ff. de iureiur.l.si duo.Vi.

p *Si duorum.*j.eo.l.si libertus.in fin.

S*I operarũ.*]*CASVS.* Si patronus stipulat operas incertas,postea indicit operas ipsi liberto:si nõ præstat operas, agit ex stipulatu cõtra eũ:si moritur patron⁹ lite nõ cõtest.nõ trãsmittit petitionẽ operarũ ad extraneos hęredes:licet ad suos trãsmitteret.Vi. q *Actum fuerit.*& sic lis contestata:arg.j.rem ra.ha.l.amplius.& sic erant præteritæ:vt.ff.eo.l.si quis hac.§.iudicium.
r *Dandam.*immo cõtra:vt.ff.eo.l.cum patronus.§. cum libertus. Sol.hic sibi liberisq; suis,ibi simpliciter sibi.vel secũdũ Azo. ibi de certa,hic de incerta. Itẽ dic,nisi lata sententia: vt.j.eo.l.qui libertinus.§. sed si iam. Sed quare incerta etiã præterita nõ transit ad extraneũ hæredẽ?Respõ. quia opera quæ cõuenit patri,præsumitur etiã filio cõuenire.[a] qđ nõ sic in extraneo.Alij dicunt, qp hic fuit stipulatus sibi liberisq; suis, reddũt rationem, quia filius adiectus in stipulatione post mortẽ patris agit ex stipulatione patris:vt.j.de verborũ obligatione.l. q-cũq;.§.si quis.quod nõ est in extraneo.Et adde quod no.ff. de condic. indeb.l. si nõ sorte.§.libertus.in glo. hic expone.ibi,sexto differt. Itẽ hoc in patronatu liberti:sed patronat⁹ ecclesiæ in spiritualibus autem nõ habet ius instituendi nisi ecclesia sit collata abepiscopo cũ omni suo iure: & est canonis distinctio, vt.c.di.sane.& extra de priuileg. cũ & plãtare. & arg. optimũ est infra, titu.j. qui ex causa.in fine.

a Concor.c. contradicimus. §. hac auctoritate. ibi, cũ vna filius adiectus in caro probãtur patere& fil⁹.35. q.3. †*Argu. est hic quando* aliqui aliquod ff. de condic. *quid cõcedi* debet. *eo vti legine.* sexto differt. *timè.& cõ* cor.c. cauti. *sam quæ.in* gl. *sup ver* quẽlibet,arg.j.de ac- bo,*si tamen* idonea. ex- tra de elec. tãsit ecclesiã priuato: & tunc illa ecclesia habet præsentationem vt priuat⁹. Itẽ habet ius instituẽdi in tẽporalibus collatis à quodã priuato, licet priuatus nõ habuerit:vt arg.j. de iure fisci.l.fiscus.in spiritualibus autem nõ habet ius instituendi nisi ecclesia sit collata abepiscopo cũ omni suo iure: & est canonis distinctio, vt.c.di.sane.& extra de priuileg. cũ & plãtare. & arg. optimũ est infra, titu.j. qui ex causa.in fine.

Flo. eũ re mente.aliàs secus: vt.j. ẽle arbitratitu.j.l.si patronus.§. si turum quis nõ mala.&.l.si pater.quæ sunt contra.& facit supra,titu.j.l.filij.in prin.

S*I libertus.*]*CASVS.* In.l.ista dicitur,si manumitto seruum, & in ipsa manumissione facio iurare qp dabit tot operas quot fuero arbitratus:si æque arbitror,illas præstat.si iniuste,reducetur ad arbitrium boni viri. Not.si aliquis iurat facturũ quid meo arbitrio, videtur iurare se facturũ arbitrio boni viri. accedit supra, p socio.l.si societatẽ.§.arbitrorũ.& supra,de lega.ij.l.j No.si aliquis offendit me,& iurauerit stare præceptis meis : licet in causa sua iudicare non debeam &c.C. ne quis in sua causa. moderator poterit esse.vnde si æque arbitratur,stabitur:aliàs reducitur ad arbitrium boni viri:vt hic.[*IN LIBERTAM.*] Si liberta nubit voluntate patroni,à futuris operis excusatur,à præteritis non. concor.C.eo.l.libertæ.Viuianus.

u *Arbitratus sit.*vt supra,locati.si in lege.& infra,de reg.iur.l.in persona.§.j.Sed cõtra.j.de verb.obli.l.si qs arbi.Sed ibi nec fuit arbitrat⁹ bene vel male.& facit hoc ad id quod no.ff.de arbi.l.pe.

x *Præteritarum.*non futurarum:vt.ff.eo.l.si duorũ.&.j.eo.l.sicut.

Operis.

xxvii. Ivlianvs libro primo ex Minicio.

SI libertus artem pantomimi exerceat, verum est debere eum non solũ ipsi patrono, sed etiam amicorum ludis gratuitã operam præbere: sicut eũ quoque libertum qui medicinã exercet, verum est voluntate patroni curaturum gratis amicos eius. Neque enim oportet patronũ, vt operis liberti sui vtatur, aut ludos semper facere,† aut ægrotare.[o]

xxviii. Pavlvs libro singulari de iure patronatus.

SI duorum[p] pluriumve cõmunis liberta, vnius patroni voluntate nupserit:alteri patrono ius operarum manet.

xxix. Vlpianvs libro sexagesimoquarto ad Edictum.

SI operarum iudicio actum fuerit[q] cũ liberto, & patronus decesserit: cõuenit translationem hæredi extraneo non esse dandam. [r] filio autem & si hæres non existat,&*lis contestata non fuerit, [s]tamen omnimodo competit, nisi exhæredatus[t] sit.

xxx. Celsvs libro duodecimo Digestorum.

SI libertus† ita iurauerit dare se quot operas patronus arbitratus sit: [u] non aliter ratũ fore arbitriũ patroni, quàm si æquum arbitratus sit. Et ferè ea mens est personam arbitrio substituentium, vt quia sperẽt eam rectè arbitraturam,*id faciant, non quia vel immodicè obligari velint. In libertam quæ voluntate patroni nupsit, præteritarum[x] ante nuptias operis.

† *Facit ad hãc.l.c. ex- posita. cum gl. sup ver- bo, revoce- tis. extra de arbit. vbi dicitur quòd* [s] *Non fuerit.* vel fuerit:vt hic,&.ff.proxi. & facit C. de rei vxoriæ actio.§.& hoc ex. *nõ est stan- dũ arbitrio si sit ini- quum.*

t *Exhæredatus.* mala *Flo. eũ re mente.aliàs secus: vt.j. ẽle arbitra- titu.j.l.si patronus.§. si turum quis nõ mala.&.l.si pater.quæ sunt contra.& facit supra,titu.j.l.filij.in prin.*

Operis.] CASVS. Si manumisi seruum meum, & operas non imposui, licet aliquo tempore soluerit: nō tamen ex hoc tenebitur in futurum soluere. Viuianus.

a *Non poterit.* sic. C. de vsuris. l. creditor. & de pactis. l. si certis. Sed cōtra. ff. de vsur. l. cū de in rē verso. Sol. vt ibi plene notatur.

Qui onerādæ.] CASVS. Si manumisi seruū meū, & feci quòd onerādæ libertatis causa promisit pecuniam pro operis, repellor à bonorū possess. cōtra tabu. ff. de bonorum possess. contra tabu. quæ pa. l. fin. Viuianus.

b *Qui onerandæ.* vt si libertus promittat centum si in aliquo offenderit patronū. quo casu non tenetur: vt hic, & infra, qua. re. acqui. non da. l. j. §. quæ onerandæ.

*Flo. is qui

c *Exegerit.* per vim. nam de iure nō potest, vt dixi.

d *Petere.* vt. C. eo. l. si quam.

Imponi.] CASVS. Si volo imponere operas ipsi liberto qui nihil habet vnde seipsum alat, hoc facere nō possum. Et si imposui, teneor dimittere tantū tēpus vt possit alimenta quærere supra, eod. l. eius. in fin. & l. suo. Viuianus.

e *Imponi operæ.* certæ. aliàs secus: vt. ff. eod. l. suo. vel vt ibi.

Interdum.] CASVS. Si libertus debet operas, interdum illarū operarum præstatio recipit deminutionem & augmentū, & mutationem. ecce dum libertus languet, non tenetur præstare operas. sed si liberta ꝓmisit operas, & peruenit ad eam dignitatem in qua cōuenies est operas præstare, non tenetur præstare. sed si liberta efficitur maior. l. annis, nō tenetur præstare. hoc dicit cum. l. seq. Viuia.

†Libertus enim non tenetur præstare operas nisi sint ei īposita. glo. in verbo, redire. ca. liberti. 12. quæstio. 2.

f *Deminutionē.* id est, perditionem, vt in exemplis hic subiectis. & supra, de peti. hæred. l. deperditum. H.

perarum actio datur.

XXXI. MODESTINVS libro primo Regularum.

Operis nō impositis manumissus, etiam si ex sua voluntate aliquo tempore præstiterit, compelli ad præstandas quas nō promisit, nō poterit.[a]

XXXII. IDEM libro sexto Pandectarum.

Qui *onerandæ[b] libertatis causa pecuniam patronno repromiserit, nō tenetur: vel patronus si pecuniam exegerit, [c]bonorum possessionē contra tabulas eius non potest petere[d].

XXXIII. IAVOLENVS libro sexto ex Cassio.

Imponi operæ[e] ita, vt ipse libertus se alat, non possunt.

XXXIIII. POMPONIVS libro vicesimosecūdo ad Quintū Muciū.

Interdum & deminutionem[f] & augmentū[g] & mutationē[h] recipere obligationes operarū sciendum est. Nā dum languet libertus: patrono operæ quæ iā cedere cœperunt, pereunt. Sed si liberta quę operas ꝓmisit, ad eā dignitatē perueniat, vt incōueniens sit præstare patrono operas: ipso iure hæ intercident.

XXXV. PAVLVS libro secundo ad legem Iuliam & Papiam.

Liberta maior quinquaginta annis operas præstare patronoꝰ non cogitur.[i]

XXXVI. VLPIANVS libro vndecimo ad legē Iuliam & Papiam.

Labeo ait libertatis causa[k] societatem inter libertum & patronum factam, ipso iure nihil valere, palam esse.

XXXVII. PAVLVS libro secundo ad legem Iuliam & Papiam.

Qui libertinus duos[l] pluresve à se genitos natāsve in sua potestate habebit, præter eū qui artem ludicram fecerit, quíve operas suas vt cum bestiis pugnaret, locauerit: [m]ne quis eorum operas, doni, muneris, aliúdve quicquam libertatis causa patrono, patronæ, liberísve eorum de quibus iurauerit vel promiserit, obligatúsve erit dare, facere, præstare debeto: & si non eodē tempore[n] duos, *in potestate habuerit, vel vnū quinquennem,[o] liberabitur operarū obligatione. ¶ Amissi antea[p] liberi, ad eas operas quæ postea[q] imponuntur, prosunt, vt Iulianus ait. Sed & si vno amisso obliget se, deinde alter nascatur: multo magis Pōponius ait amissum huic iungi vti liberetur. Nihil autem interest,[r] vtrum ipsi promittat * patrono, an eis qui in potestate eius sint. ¶ Sed si creditori suo libertum patronus delegauerit, non potest idem dici. solutionis[s] enim vicem continet hæc delegatio. potest tamen dici si in id quod patrono ꝓmisit, alij postea delegatus sit, posse eū liberari ex hac lege. [t]nam verū est patrono eum expromisisse, quamuis patrono nūc non debeat. quòd si ab initio delegante patrono libertus promiserit, non liberari eum. Non solùm futurarum, sed etiam præteritarum operarum liberatio fit. Iulianus, etiā si iam petitæ sunt operæ, liberis sublatis absolutionē faciendā. Sed si iā operarum nomine cōdēnatus est, non potest liberari: quoniā iā pecuniā debere cœpit. ¶ Posthumus[u] liberti hæredes patris sui nō liberat, quòd[x] ꝓficisci liberatio à liberto debet, nec quisquā post mortē liberari intelligi potest. Ex lege[y] autem nati liberi prosunt. Etiam si in personam liberti collata liberatio est: fideiussores quoque liberabūtur ex senten-

Societas libera voluntate præcedere debet.

f *Parte.* per hoc patet quod hoc genus eſt: illa ſpecies. Accurſius.

SI ex duobus.] *CASVS.* Duo erant fratres: alter deceſsit facto teſtamento, dum deliberaret hæres eius: alter deceſsit inteſtatus. nũquid poterit habere ſucceſſorem per vnde legitimi? ſic, & ſi hæres eius repudiat. Viuianus.

g *Si ex duobus.* pone vt. j. de ſuis & legi. l. v.

h *Legitimã.* vtriuſq;.

i *Ad id tẽpus refertur.* ſed non ad id ſolum: vt not. ſ. eo. l. j.

INter adgnatos.] *CASVS.* Adgnati dicũtur coniuncti per lineã maſculinã: cognati per lineam fœminină. vbi vnũ ſciatis: omnis q̃ eſt adgnatus, eſt cognat⁹, nõ tamen econtra. Vi.

k *Continentur.* vt gen⁹ in ſpecie, ſic ineſt pactum in emptione: vt. ſ. de leg. iij. l. ſi q̃d. §. inter. & ſecundũ hoc nõ obſtat. j. de grad. iuriſconſultus. §. ij. & inſtitu. de legi. adgna. tute. in princip.

l *Quamdiu.* facit. ſ. de peti. hæredi. l. antiqui. in princip.

NAti.] *CASVS.* Si aliqs naſcit poſt mortem patris, vel poſt captiuitatem, vel poſt deportationem: nõ intelligitur eſſe adgnat⁹: & ſic non ſuccedit mecũ ſimul: quia forte eſt exhæredatus. Viuianus.

m *Nati poſt.* facit infra, de ſuis & legi. l. iiij. Accurſius.

VNDE COGNATI.

Hæc bonorum.] *CASVS.* Bono. poſſ. vnde cognati, æquitate prætoris eſt introducta. cognati erant incogniti à iure ciuili. & dicuntur cognati quaſi vno ſanguine nati. & pertinet ad liberas cognatiões, non ad ſeruiles. & ſuccedit cognatus vſq; ad ſextum gradũ. vocãtur qui ſunt cognati naturaliter & ciuiliter. & q ciuiliter tantũ, puta adoptiuus. & vocat qui eſt proximus: & dicit proximus quẽ nemo antecedit. Vnum ſciatis: ſi quis vult vocari per vnde cognati: ſi quidem eſt in vtero aliquis, nõ admittitur. & vocantur p vnde cognati gradatim. Vnũ ſciatis: ſi quis deceſsit in capt. hoſtiũ: cognati qui domi ſunt, vocantur per vnde cognati. Viuianus.

n *Hæc bonorum.* vnde cognati. Accurſius.

o *Cognati.* facit. j. de grad. l. nõ facile. i. j. rñ.

p *Lex hæc.* i. edictum † *Cognatio* quod in genere eſt lex: *eſt genus cõ* vt. j. de var. cogni. l. j. *ſanguinita-* §. proinde. Accurſius. *tis inter fra*

q *Seruilis.* vt & inſtit. *tres tantũ.* de gradi. §. illud. & j. de ſ. *ſuis &* gradi. l. iuriſcõ. §. inter. *legi. l. 2. &* facile autẽ dicit prop- *inſti. de ſuet-* ter matrimoniũ: vt in- *ceſſ. cog. §.* ſtit. de nup. §. illud. *his autem.*

r *Complectitur.* vt inſti. de ſuc. cogna. §. fi. & j. de grad. non facile.

ſ *Adoptio.* vt. ſ. de adopt. l. j. & j. de gradi. l. non facile. §. cogationis. & facit. ſ. de odopt. l. qui in adoptionẽ. & de in ius vocã. l. patris.

t *Naturali.* ſcilicet familia.

u *Retinebit.* id eſt, firmiter tenebit cognationem omnium.

x *Proximus.* quia prætor proximiori defert: vt. j. ea. l. §. gradatim. & j. de gradi. l. iuriſcõ. ij. reſpon. & facit. j. de verbo. ſignifi. l. proximus. & ſ. de rebus dub. l. qui duos. §. & proximus.

y *Obierit.* & ſcripti repudiẽt. & facit. j. de ſuis & leg. l. ij. §. proximũ. & ſ. vnde lib. l. ſcripto.

z *Sequentibus.* ſic. ſ. ti. j. l. pe. & ſi pars hæred. pet. l. antiqui. in princi. & j. quis cr. in bono poſſ. ſer. l. ij. §. ſi venter. & ſ. de ſtatu homi. l. q in vtero.

---

alia cauſa ſuſpẽdat eius ſtatũ: [a] magis eſt ne ſit bonorum eius poſſeſsio: quia nondũ inteſtatũ eum eſſe apparet, cum incertũ ſit, an teſtari poſsit. cum igitur cœperit certi ſtatus eſſe, tũc demum petenda eſt bonorũ poſſeſsio: non cũ certũ eſſe cœperit, inteſtatũ eſſe, ſed cũ certũ cœperit eſſe, patrẽfamiliàs eſſe. ¶ Hęc autẽ bonorum poſſeſsio omnem vocat, qui ab inteſtato potuit eſſe hæres: ſiue lex duodecim tabularum eum legitimum hæredem faciat, ſiue alia lex, [b] ſenatúſve conſultum. Denique mater quæ ex ſenatuſ B conſulto venit Tertylliano, item qui ex Orficiano ad legitimam hæreditatem admittuntur, hanc [c] bonorum poſſeſsionem petere poſſunt.

III. PAVLVS libro quadrageſimotertio ad Edictum.

GEneraliter igitur ſciendũ eſt quotieſcũmq; vel lex vel Senatus defert hæreditatẽ, non etiam bonorum poſſeſsionem: ex hac parte [d] eam peti oportere. cũ verò etiam bonorum poſſeſsionem dari iubet: tũ & ex illa parte, qua ex legi- [b⁹] peti deberet, [e*] ſed & ex hac C parte [f] [peti] poterit.

IIII. IVLIANVS libro viceſimoſeptimo Digeſtorum.

SI ex duobus [g] fratrib⁹ alter deceſſerit teſtamento iure facto, dein deliberante hærede alter quoq; inteſtato deceſſerit, & ſcriptus hæres omiſerit hæreditatem: patruus legitimã [h] hæreditatẽ habebit. nam hæc bonorum poſſeſsio. *Tum quem hæredem eſſe oportet.* ad id tẽpus refertur, [i] quo primum ab inteſtato bonorum poſſeſsio peti potuiſſet

V. MODESTINVS libro tertio Pandectarum.

INter adgnatos & cognatos hoc intereſt, quod in adgnatis & cognati continentur: [k] in cognatis nõ vtique & adgnati. verbi gratia: patris frater, id eſt patruus, & adgnatus eſt & cognat⁹. matris autẽ frater, id eſt, auunculus, cognat⁹ eſt, adgnatus non eſt. ¶ Quamdiu [l] ſpes eſt ſuum hæredem aliquem defuncto exiſtere, tãdiu conſanguineis locus nõ eſt: putà ſi defuncti vxor prægnãs ſit, aut defuncti filius apud hoſtes ſit.

VI. HERMOGENIANVS libro tertio iuris Epitomarum.

NAti poſt [m] mortem patris, vel poſt captiuitatẽ ſiue deportationẽ, ſed & hi qui [eo] tẽpore quo capiebatur vel deportabatur pater, in poteſtate fuerunt: ius inter ſe conſanguinitatis habẽt, & ſi hęredes patri nõ extiterit, ſicuti exhæredati.

VNDE COGNATI.

TITVLVS IX.

I. VLPIANVS libro quadrageſimoſexto ad Edictum.

HAec bonorũ [n] poſſeſsio nudã habet ꝓtoris indulgẽtiã, neq; ex iure ciuili originẽ habet. nam eos inuitat ad bonorum poſſeſsionem, qui iure ciuili ad ſucceſsionem admitti nõ poſſunt, id eſt, cognatos. Cognati [o] autem appellati ſunt quaſi ex vno nati † aut vt Labeo quaſi commune naſcendi initiũ habuerint. ¶ Pertinet autẽ hæc [p] lex ad cognationes nõ ſeruiles. nec enim facilè vlla ſeruilis [q] videtur eſſe cognatio. ¶ Hæc autẽ bonorũ poſſeſsio quę ex hac parte edicti dat, cognatorũ gradus ſex cõplecti tur, [r] & ex ſeptimo duas perſonas, ſobrino & ſobrina natũ & natã. ¶ Cognationẽ facit etiam adoptio. [ſ] etenim quibus fiet adgnatus hic qui adoptatus eſt, iiſdẽ etiã cognatus fiet. nã vbicunq; de cognatis agitur, ibi ſic accipiemus vt etiã adoptione cognati facti cõtineãtur. Euenit igitur vt is qui in adoptionem datus eſt, tã in familia naturalis patris iura cognationis retineat, quàm in familia adoptiua nãciſcatur. ſed eorũ tantũ cognationẽ in adoptiua familia nãciſcetur, quibus fit adgnat⁹: in naturali [t] autẽ omniũ retinebit. [u] ¶ Proximus autem accipietur etiã is qui ſolus eſt, D quãuis propriè proximus [x] ex pluribus dicatur. proximũ acci pere nos oportet eo tempore quo bonorũ poſſeſsio defert. ¶ Si quis igitur proximus cognatus, dũ hęredes ſcripti deliberant, diẽ ſuũ obierit: [y] ſequẽs quaſi proxim⁹ admittetur: hoc eſt quicunq; fuerit tũ deprehẽſus proximũ locũ obtinere. * ¶ Si quis proximior cognatus naſci ſpereſ: in ea cõditione eſt, vt dici debeat obſtare eũ ſequentibus. [z] ſed vbi nat⁹ nõ eſt, admittemus eũ qui poſt vẽtrẽ proxim⁹ videbatur. ſed hoc ita demũ erit accipiẽdum, ſi hic qui in vtero eſſe dicitur, viuo eo de cuius bonorum poſſeſsione agitur, fuerit conceptus. nam ſi poſt mortem: neq; obſtabit alij, neque ipſe admittetur: quia non fuerit proximus cognatus ei quo

viuo

* *Flo. debere*

* *Flo. obtinens*

BIU Cujas

a *Animal fuerit.* sic.ĭ.de suis & legi.l. Titius.& instit. de hære. ab intesta.§.cum autem.

b *Execto.*sic.ŏ.de inoffi.testa.l.posthumus.&.ĭ.ad Tertyl.l.j.§. sed si matris.&.ŏ.ad leg.Fal.l.in lege Falcidia.

c *Petere poterit.* vt &.ŏ.titu.j.l.ij.in fi.

d *Gradatim.* facit.ŏ.§. proximo.

e *Ab eo posse.* postliminio reuerso. expecta tur enim reuerti,vt partus nasci:vt.ŏ. de cõtra tab.l.j.§.si ex tribus.

f *Ac parte. Procõsul.*i. prætor.

g *Vulgo quæsiti.* vt instit.ad Orfi. §. nouissime.& de succes.cog.§. vulgo.&.ĭ.e.l.Modestinus.& facit.C.de adop. l.cum in adoptionem. §.sed si quid est.

h *Nascãtur.*C.ad Orfi.l.fi.sed nati ex duab⁹ concubinis eodẽ tamẽ patre nati, an sint cognati? Respõdetur,nõ succedunt:quia nec cognatis patris etiam si legitimentur: vt in aut. quibus mo. nat.effi.sui. §.filium autem. Accur.

Capitis.]CASVS. Si aliquæ cognationes sunt quæsitę per adoptionẽ,perimuntur per capitis deminutionem:vnde non erit locus bonorũ possess. vnde cognati.sed si aliqs desinit esse adgnatus, vocatur ad bonorũ possessionem vnde cognati.Viuianus.

i *Capitis deminutione.* minima.Accursius.

k *Frater.* duo erant fratres adoptiui.

l *Proximitatis.* id est, cognationis ciuilis.

m *Palam est.* vt &.ŏ. tit.j.l.ij.in prin.& facit ĭ.vnde vir & vxor.l.j. &.ŏ.de reb.du.l.si cognatis.& dic vt ibi.Ac.

Si spurius.]CASVS. Si filius spurius decedit:certe coniunctis per patrem non defertur bonorũ possess.sed coniunctis per matrem sic bonorum possess.vnde cognati.Spurius autem est vulgo conceptus.ŏ.de sta.ho.l.vulgo. Viuianus.

n *Aut.* pro,id est.Accursius.

o *Oriuntur.* ergo mater nõ est adgnata filio:vt & colligitur institu.de suc.cogna.§.vulgo.

p *Petere potest.* vt.&.ŏ. eo.l.hac parte.cum concor.saluo quod dicitur de illustri:vt.C.ad Orfi.l.fiqua.

Legitimis.]CASVS. Si adgnati capite minuuntur, non vocãtur ad bo.pos.vnde cognati.nam liberi emãcipati repellũtur per vnde adgnati,tamen possunt succedere per vnde adgnati. Vi.

q *Legitimis.* adgnatis.

r *Legitimi.*i.adgnati:vt &.ŏ.vnde legi.l.j.in fin.hoc tamen fallit in casibus:vt.C.de legi.hære.l.fi.§.cum igitur.&.§.cum autem.& eosdem habes institu.de legi.adgna.suc.§.nostra.

s *Quæ liberorum.* quibus non nocet capi.demi. vt emancipatio, quo minus habeãt vnde libe.vt supra,si ta.te.nul.exta.l.liberi.secus si econtra dederit emancipatus se in arrogationem. quod dic vt.ŏ.tit.ij.l.fi.Alij dicunt quod liberi excluſi ab Vnde liberi per capitis demi.adhuc admittuntur inter legitimos,scilicet per vnde cognati,non autem per vnde liberi:vt.j.titu.j.l.j.§.sed videndũ. Sed ibi repudiauit,vel tempore est excluſus.at per emancipationem excluditur per ius ciuile,sed admittitur iure præto.per vnde lib.vna cum suis vt instit.de hære.ab intest. §.emãcipati.sed hodie etiam iure ciuili, cũ inter patrem & filium nõ tollatur ius adgnationis per capitis deminutionem: vt institu.de legi.adgna.suc.§.fi.Ac.

t *Vocantur.* scilicet legitimi prædicti, id est, adgnati.& facit in authẽ.de nup.§.hinc. colla.iiij.Accursius.

Cognatis.]CASVS. Si aliquis accuſauerit cognatum suũ,nõ repellitur à suc.ab intesta. per vnde cognati. Veruntamen si filius accusat matrẽ:poterit prętiri.in authen. vt cũ de ap.cog.§.causas.Viuianus.

u *Suos.*Arg.contra.ŏ. de bonis liber.qui cum maior.Accursius.

Is qui.]CASVS. Si aliquis liber est factus seruus, & postea manumittitur,non recipit primam cognationem. Et licet aliquis sit vulgo quæsitus,non eo minus poterit succedere auiæ suæ.h.d.cum.l. seq.Viuianus.

x *Manumissus.*secus si restitutus:vt not.instit. de capi.de.§.seruus.nec corrigitur per authẽ.de hær.ab intest.colla.ix. vbi sola causa naturalis inspicitur:quia illud solum moueret adgnationem & patriam potestatem.nam & prætor intuebatur naturalem causam: vt.ŏ.e.l.ij.& tamẽ hos non admittebat: vt ŏ.eo.l.j.§.pertinet.& facit.ŏ.de sta. ho.l.homo liber.

y *Modestinus. Maternæ.* secus in paterna:vt.C. de natu. lib.l.fi.& facit.ŏ.eo.hac parte.Accursius.

Octaui.]CASVS. Aliquis cognatus in gradu octauo & si non velit iure ciuili, potest succedere iure præto.si est cognatus, sicut in sexto vel in quinto poterit succedere. [FRATRIS FILIVS.] Tu dicebas patronum fuisse surdum tempore mortis,& sic testamentum non potuisse facere: numquid poteris petere bono.pos.vnde adgnati vel cognati? Sic intra tempus statutum à iure.postea non audieris.nec excusaris,si dicas quod non credebas tibi coniunctum, quia iura sanguinis ignorare non debuisti.Viuianus.

z *Octaui.*Dic quod adgnatus octaui gradus fuit capite minutus, vel tempore excluſus.vnde sequẽti capite cognatorum vocatur: vt.ŏ.eo.l.legitimis. defertur ergo ei bonorũ possess.vnde cognati. Sed dices quo modo,cum illa non porrigatur ad eum gradum:vt ŏ.eo.l.j.§.hæc autem.& instit.de suc.cogna.§.fin? Respon.illud in cognatis qui nõ fuerunt adgnati.at isti qui fuerũt eo iure:quia fuerunt & potuerunt etiam iure ciuili succedere, licet non successerint:

†De his qui casu matris vtero nati sunt,Pli.natu.hist.li.7. cap.9.

*Flo.mittis

*Fl.fratris

*Flo.manumissione.

viuo animal[a] nõdũ fuerit. ℣Si qua prægnans decesserit, & vtero execto [b] † partus sit editus: in ea cõditione est partus iste, vt matris suæ accipere bonorũ possessionẽ possit. Vnde proximi cognati. sed post senatusco sultum Orphitianum, & vnde legitimi, petere[c] poterit: quia mortis tempore in vtero fuit. ℣Gradatim[d] autem admittuntur cognati ad bonorum possessionẽ:vt qui sunt primo gradu, omnes simul admittantur. ℣Si qs apud hostes fuerit mortis tẽpore eius, de cuius bonorum possessione quæritur:dicẽdum est bonorum possessionẽ peti ab eo posse.[e]

II. GAIVS libro sextodecimo ad Edictum Prouinciale.

HAc parte procõsul[f] naturali æquitate motus, omnibus cognatis permittit* bonorum possessionẽ quos sanguinis ratio vocat ad hæreditatem, licet iure ciuili deficiant.Itaque etiam vulgo quęsiti[g] liberi matris: & mater talium liberorum, item ipsi fratres inter se ex hac parte bonorum possessionem petere possunt:quia sunt inuicem sibi cognati: vsque adeo vt prægnans quoq; manumissa si peperierit: & is qui natus est,matri: & mater ipsi:& inter se quoq; qui nascuntur[h],cognati sint.

III. IVLIANVS libro vicesimoseptimo Digestorum.

CApitis deminutione[i] perimuntur cognationes, quę per adoptionẽ adquisitæ sunt. Igitur si post mortẽ (verbi gratia)fratris adoptiui intra centesimum diem adoptiuus frater[k] capite deminutus fuerit:bonorum possessionẽ accipere non poterit, quæ proximitatis[l] nomine fratri* defertur. Prætorẽ enim non solum mortis tẽpus, sed etiam id quo bonorũ possessio petitur,ĭtueri palã est.[m]

IIII. VLPIANVS libro sexto Regularum.

SI spurius intestatò decesserit, iure consanguinitatis aut[n] adgnationis hæreditas eius ad nullum pertinet:quia cõ sanguinitatis,itẽque adgnationis iura à patre oriũtur.[o] proximitatis autem nomine mater eius,aut frater eadem matre natus,bonorum possessionẽ eius ex edicto petere potest.[p]

V. POMPONIVS libro quarto ad Sabinum.

LEgitimis[q] capite deminutis non datur bonorũ possessio iure hæredis legitimi:[r] quia non eadem causa eorum est,quæ liberorũ:[s] sed gradu cognatorum rursus vocantur.[t]

VI. VLPIANVS libro quadragesimoquinto ad Edictum.

COgnatis accusatio nihil obest ad succesionem, si accusauerint cognatos suos.[u]

VII. MODESTINVS libro sexto Regularum.

IS qui aliqua ratione seruus factus est, manumissus** nulla ratione recipit cognationem.

VIII. IDEM libro quartodecimo Responsorum.

MOdestinus respondit, nõ ideo minus ad auiæ maternæ[y] bona ab intestato nepotes admitti,qđ vulgo quæsiti proponantur.

IX. PAPINIANVS libro sexto Responsorum.

OCtaui[z] gradus adgaato,iure legitimi hæredis, & si

BIU Cujas

ferint: habent hoc plus vt vsque ad decimum gradum vocentur per vnde cognati. nam & filij etiã si ex alio capite vocentur, semper tamen habent annum: vt. j. quis or. in bono. possess. ser. l. pen. §. fi. in hoc tamen nõ retinet priuilegium vt admittatur vt proximus. i. vt præferatur cognatis qui sunt in proximiori gradu: quãuis potuerit vt adgnat[9] succedere de iure ciuili ante capi. de. Alij dicũt hic dari vnde adgnati. & quod. j. dicit, vt proximo cognato, dicunt id est adgnato. & null[9] est capite minut[9]. Acc.

a *Extiterit.* id est, existere potuerit.

b *Defertur.* scilicet dicta bono. poss. vnde cognati. & facit infra, ad Tertyl. l. j. §. si nemo. Accursius.

c *Institutus.* & pro alia extraneus.

† *Concor. c. qui & humanis. ibi, cum nõ potuerit ignorare sententiam propriij sacerdotis: ab officio protinꝰ ecclesiastico repellatur. 12. q. 2.*

d *Non potuisse.* hoc verum est si erat mutus. aliàs potest testari: vt. C. qui testamen. face. poss. l. discretis. vel illud nouum, hoc vetus.

e *Ignorasse.* vt. C. de in integ. resti. mi. l. de tutela.

Intestata.] CASVS. Quædam mulier decessit intestata, reliquit Septitiam sororem vterinam & matrem prægnantem: mater repudiauit hereditatem. nũquid soror Septitia poterit petere bono. poss. vnde cognati? Dicitur quod sic. nam poterit succedere per vnde cognati. Viuianus.

f *Intestata.* Titia: vt j. patet. Accursius.

g *Sempronium.* & facit j. ad Tertyl. l. j. §. pe.

DE SVCCESsorio edicto.

Hoc edictum est de capite in caput. ff. si ta. testa. nul. ex. l. 1. in prin. Itẽ de gradu in gradum: vt. j. eo. l. 1. §. quibus. quæ plene not. C. eo. super rub. ADDITIO. Quia in bono poss. vnde liberi, vnde adgnati, de quibus dictũ est. plerumq; locus est successorio edicto: ponitur rub. de suc. edic. quando locum habeat, & cessat, successorio edicto: ponitur rub. de suc. edic. quando locum habeat, & cessat, videamus. Et locũ habet suc. edic. duobus modis, aliquando de gradu in gradum, aliquando de capite in caput. De gradu in gradũ est locus, quando plures sunt in eodẽ capite in diuersis gradibus. habeo filium: ex eo nepotẽ: & ex eo nepote pnepotẽ: omnes isti sunt in eodẽ capite in gradibus diuersis. si decedo intestatus, filius potest succedere per vnde liberi, & pater repudiat, vel tẽpore excluditur. sed succedet per vnde cognati tãquã nepos. postmodum tanquã pronepos. facit. ff. vnde legi. l. 1. &. j. eo. l. 1. §. largius. Est successe. de capite in caput: & adgnatorũ est vnum caput, cognatorũ aliud. vnde vir & vxor est aliud. exclusis adgnatis vocãtur cognati. exclusis cognatis vocantur vir & vxor. C. vnde vir. Viuianus.

Successorum edictum.] CASVS. Diceret aliquis, quare positum est successorium edictum? Respon. ne bona hæreditaria remaneant vacua. vnde si defertur bo. poss. liberis primi gradus, debet petere intra certum tẽpus: aliàs erit exclusus, & creditores mittẽtur in bona. Vnum sciatis, si bonorũ possessio defertur pupillo, tutor potest acquirere, non repudiare: similiter & curator furiosi. verum si alicui est delata bono. possess. eoipso quod repudiat eam, à bono. possess. excluditur. [DECRETALIS.] Non potest bo. pos. decretalis repudiari nisi postquam decreta est, non quia adgnita est antequam decernatur, sed quia futurum ius nõ repudiatur. Vnũ sciatis, si alicui defertur bon. pos. & non extiterit [a] hæres, possessio defertur: [b] vt proximo autẽ cognato quamuis extiterit hæres, nõ defertur. Fratris filius pro parte hæres institutus, [c] cum patruum surdum esse contẽderet, atque ideo testamentum facere non potuisse, [d] [&] possessionẽ vt proximus cognatus accepisset: ex die mortis tẽporis haberi rationem placuit: quia verisimile non videbatur tam coniunctum sanguini, defuncti valetudinem † ignorasse. [e]

X. SCAEVOLA libro secundo Responsorum.

INtestata [f] reliquit sororẽ Septitiam diuerso patre natam, & prægnantem matrem ex alio marito. quæro, si mater hereditatem repudiauerit dum adhuc prægnans est, posteáque enixa fuerit Sempronium: [g] an etiam Sempronia bonorũ Titiæ possessionem accipere possit? Respondit, si mater hæreditate exclusa est: eam quæ, vt proponeretur, postea nata est, accipere posse.

DE SVCCESSORIO edicto.

TITVLVS X.

I. VLPIANVS libro quadragesimonono ad Edictũ.

SVccessoriũ edictũ idcirco ꝓpositum est, ne bona hæreditaria vacua sine domino diuti[9] iacerẽt, & creditoribus lõgior mora fieret. E re igitur prætor putauit prẽstituere tẽpus his quib[9] bonorũ possessionẽ detulit, & dare iter eos successionẽ, [h] vt maturi[9] possit creditores scire, vtrum habeãt cum quo congrediantur: an verò bona vacantia fisco sint delata: an potius ad possessionem bonorum procedere debeant, quasi sine successore defuncti.* Vnus enim quisque suam bonorum possessionem repudiare potest: alienam non potest. Proinde procurator meus sine mea volũtate meam bonorum possessionem repudiare nõ potest. [i] Per seruum [k] delatam bonorum possessionem dominus repudiare potest. [l] Tutor ipuberis, an repudiare possit bonorum possessionem, videamus. Et magis est ne possit: sed ille [m] ex auctoritate tutoris [n] repudiare potest. Furiosi curator nequaquã poterit repudiare: [o] quia necdum delata [p] est. Qui semel noluit [q] bonorum possessionẽ petere, perdidit ius † eius & si tempora largiantur. vbi enĩ noluit, iã cœpit ad alios pertinere bonorũ possessio, aut fiscũ inuitare. Decretalis [r] bonorũ possessio, an repudiari possit, videamus. † Et quidẽ diebus finiri [s] potest: sed repudiari eã [t] non posse verius est: quia nondũ delata est, nisi cũ fuerit decreta. [u] rursũ postea, q̃ decreta est, sera repudiatio est: quia quod adquisitũ est, repudiari nõ potest. [x] Si tra [y] decedit intra centum dies: qui proximus est, admittitur. Vnũ sciatis: si alicui defertur bo. poss. & repudiat eam ex vna parte edicti, admittitur ex alia parte edicti: quia si quis est exclusus per vnde liberi, admittitur per vnde adgnati & cognati. quod quidẽ in honorem sanguinis est statutũ. [LARGIVS.] Liberis in bonis parentũ datur bo. pos. intra annũ vtilẽ: cæteris collateralibus intra cẽtũ dies vtiles. Vnũ sciatis, si quis excluditur à bo. pos. aliquando admittitur, aliquãdo non: numquid si aliquis est substitutus filio impuberi, nũquid intra annum poterit petere bo. pos. nõ, sed intra centũ dies. Vnũ sciatis: liberis datur annus. Sed quid si pater emancipauit filium? numquid bo. pos. est petenda intra annũ? certe sic. Viuianus.

Flo. defun. ct.

h *Successionem.* i. successorium edictũ. & facit insti. de bon. pos. §. cum igitur. &. j. e. §. largius. &. C. qui admit. ad bono. poss. l. quamdiu. Accursius.

i *Non potest.* adeo vt nec pater filio delatam: vt. C. de rep. bon. pos. l. fi. & facit. ff. de offi. procu. Cæs. l. ij. Accursius.

k *Seruum.* quia seruus sit institutus.

l *Potest.* secus in patre: vt modo dixi. &. ff. de acquir. hær. l. is q. in fi.

† *Sic etiam in Sed ille. ff.* pupillus. *facit glo. in Tutoris.* facit supra, *c. ecclesia* de bono. poss. tutor. & *vestra. ante* C. de iure delib. l. potuit. Sed cõtra. ff. de auct. *mediũ. sup verbo, adire.* præstan. l. fi ad pupillũ. *cere. ex. de elec.* Solu. ibi.

† *Hunc loco cum elegan ter tractat Alciat. in cõment. ad l. delata. j. de verb. sig.*

m *Sed ille. ff.* pupillus. *facit glo. in* n *Tutoris.* facit supra, *c. ecclesia* de bono. poss. tutor. & *vestra. ante* C. de iure delib. l. potuit. Sed cõtra. ff. de auct. *mediũ. sup verbo, adire.* præstan. l. fi ad pupillũ. *cere. ex. de elec.* Solu. ibi.

o *Repudiare. ff.* de auct. præs. l. fi ad pupillum. contra. Solu. ibi.

p *Delata est.* immò est *Alciat. in* delata vt curator acci- *cõment. ad* piat: vt. ff. de bono. pos. *l. delata. j.* sess. fu. compe. l. j. circa *de verb. sig.* prin. sed dic delata est ad commodum vt ibi: non ad hoc vt possit repudiari, vt hic. & eodem modo respon. ad illud contra. C. de cura. fur. l. fina. §. sin autem. vbi plene no. in glos. vel non &c. & facit supra, de diuor. & repu. l. Iulianus.

q *Qui semel noluit.* repudiãdo. & loquitur de edictali: ne sit contra infra, proxi. §. & facit. C. de repu. hære. l. sicut. & infra, quis or. in bono. posses. ser. l. iiij.

r *Decretalis.* sic dicitur, quia prætor viuus eam decernit & dat: vt C. qui admit. ad bo. pos. l. fi. sed tamen idẽ est, vt non possit etiam hodie repudiari ante adgnitam coram iudice, nec post, vt hic. nec obstat quòd hæreditas potest repudiari: vt. ff. de acqui. her. l. is qui. quia sola voluntate potest adiri, & similiter repudiari: sed bonorum pos. non, sed aliqua solẽnitas in adgnoscenda etiã hodie est necessaria, vt præsentia iudicis: vt. d. l. C. qui admit. ab bo. pos. l. fi.

s *Finiri.* ius petendæ decretalis.

t *Eã.* s. decretalẽ. secus in edictali: vt. ff. proxi. §. quia edictali repudiata, & ius petẽdæ decretalis est amissum. an autem pacto hæc decretalis possit remitti ante adgnitã? Rñ. sic. arg. C. de pac. l. fi.

u *Decreta.* à iudice.

x *Non potest.* sicut nec hæreditas: vt. C. de repu. hæredi. l. sicut. & supra, de nego. gest. l. Pomponius. ibi, nam quo modo cum &c. & supra, de acquiren. hære. l. qui superstitis.

y *Si intra.* hæc successio est de gradu in gradum. sed j. proxi. §. de capite in caput.

BIU Cujas

a *Mortuus sit.* vel aliàs exclusus: vt.j.§.quibus.

b *Si in diebus.* hæc ergo sunt paria, intra centesimum diem: vel etiam centesimo die: vt instit. de verb.obli.§.omnis.

c *Noluerit.* id est, repudiauerit. quod potest etiam suus de iure prætorio: vt insti. de hæred.quali.& diffe.§.sui.

d *Vnde.* id est, ex qua parte.

e *Cæteris.* id est, agnatis vel cognatis. Ac.

f *Succedat.* si non sint aliqui qui possint venire per vnde liberi. nã illi istis præferuntur: vt insti. de her. ab intesta. §.admonendi. &.ſ. tit. j.l.legitimis. Sed quid si simpliciter repudiauit? videtur in totũ repudiasse. Argu.ſ. de interro.act.l.ſi sine.§.qui interrogatus. & de acquirẽ.hære.l.in pluriũ.

g *Ipse sibi.* sic ergo admittitur vt alius: vt ar. ſ. de adop.l.emancipatũ.§.fi.&.ſ. vnde li.l.ij. in prin.&.C. de adul.l. iure mariti.&.ſ. qui potio. in pign. ha.l.iij. in prin. Sed ar.contra.C. de codi.l.fi.in prin.

h *Non petierit.* id est, repudiauit. & sic concor.ſ. de acquiren. her. l.in plurium. Sed cõtra in eodẽ titu.l.illud. Solu.ibi delata est successio vtrique de iure ciuili. quod patet: qa instituto ab intestato potest adire, licet incidat in edictũ si quis omis. cau. testa. hic autem iure prætorio nõ est delata ex secundo capite, nisi repudietur ex primo: vt.j. quis or. in bonorum posses. ser.l.j.& ſ. si quis omis. cau.l.j. Vel dic quòd hic repudiauit ex primo capite tantum, ibi ex vtroque vel indistincte. & facit ſ. de acqui. hæred.l. in plurium.

i *Succedat.* ab intestato. Accursius.

k *Sanguinis.* sic & ſ. titu.j.l.ij.

l *Propria.* sic &.ſ. de libe. & posthu.l. in suis.&.j. de bo. dam.l. cum ratio.in prin. Accursius.

m *Non sunt.* sic &.ſ. de interro.act.l.qui interrogatur.&.l.seq.& facit instit.eo.§.liberis.

n *Filio.* qui erat frater eius.& tunc est ratio, quia vt collateralis ei succedit quasi ex testamento impuberis fratris quod fecit pater pro eo: vt institu. de pupil.substi.§.igitur. Alij dicunt quòd pater fuit substitutus suo filio impuberi ab auo instituto.& tunc est ratio: quia vt quilibet substituitur, non vt filius. sed nonne filius instituitur à patre vt quilibet,& tamen habet annum: vt.j.§.fin. immo vt filius: & quia hoc necesse habet facere.

o *Bonorum possessio.* & sic non interest: vt.ſ. de peti.hæred.l.ij.& iij. sed ar.contra.ſ. de leg.præ.l.iij.§.j.& de inter.act. ſi sine.§. illud. Accursius.

p *Et generaliter.* sic.j. quis or. in bo.poss.ser.l.iiij.in fi.

Inferioris gradus.] CAS VS. Or seigneurs, ista.l. reputatur difficilis: & in veritate glossæ faciunt eam difficilem: & dominus Azo eam exposuit tribus locis: & nunquam in vno loco sicut in alio. ego dicam veriorem lecturam. ponamus ita: aliquis decessit: ego & tu eramus de agnatione vel de cognatione sua: sed tu eras proximior in gradu fratris defuncti: ego remotior, quia patruus.

cẽtesimum diem mortuus sit[a] prior, statim sequẽs admitti potest. Quod dicimus, Intra dies cẽtum bonorum possessionem peti posse. ita intelligẽdum est, vt & ipso die centesimo bonorum possessio peti possit, quẽadmodum intra kalẽdas etiam ipsæ kalendæ sint. idẽ est & si in diebus[b] centũ dicatur. ¶ Quib' ex edicto bonorũ possessio dari potest, si quis eorũ aut dari sibi noluerit,[c] aut in diebus statutis non admiserit: tunc cæteris bonorũ possessio perinde competit, ac si prior ex eo numero non fuerit. ¶ Sed videdũ est, an inter cæteros ipse quoq; qui exclusus est, admittatur: vt puta filius est in potestate. delata est ei bonorũ possessio ex prima parte vnde[d] liberis defertur. exclusus est tẽpore, aut repudiatione: [nec] cæteris[e] defertur. Sed [an] ipse sibi succedat ex hac successoria parte? Et magis est vt succedat,[f] vt Vnde legitimi possit petere: & post hos suo ordine ex illa parte, vnde proximi cognati vocantur. & hoc iure vtimur, vt admittatur. poterit igitur ex sequẽti parte succedere ipse sibi.[g] itẽ hoc dici poterit, & in secundũ tabulas bonorũ possessione: vt si secundũ tabulas nõ petierit[h] bonorũ possessionẽ is qui potuit & ab intestato succedere, ipse sibi succedat.[i] ¶ Largius tẽpus parẽtibus liberisq; petendæ bonorum possessionis tribuitur, in honorem sanguinis[k] videlicet:

A primo vocatur frater quàm patruus. C. de leg.hæred. per authen. post fratres. vel tu proximior frater vterinus: ego auũculus defuncti. tu eras minor.xxv.annis, ego maior. tu quid fecisti? repudiasti bonorum possessionẽ vnde agnati vel vnde cognati. quia repudiasti, ego qui eram in sequẽti gradu, vocatus sum ex successorio edicto. ego vocatus sũ exclusus tempore, vel repudiaui. me exclusso tu minor restitutus es in bonorũ poss. an delatam repudiatã possis petere videns dãnosam? secundo petis restitui. an possis repudiare si restitutus es? Et dicitur quòd potes. ſ. de mino. l.& si sine.§. restitutus. nunquid ego vocabor ad successionem defuncti secũdo loco? Certe non: quia inferioris gradus cognatus non habet beneficium successorij edicti, si agnatus vel cognat[q] est exclusus tẽpore vel repudiatione. adeo si primus cognatus vel agnatus est restitutus, nõ vocatur agnatus. sequens gradus igitur vocabitur. Viuianus.

q *Cognatus.* multo magnis in agnato vbi hoc iure non habet locum successorium edictũ de gradu in gradum: licet hodie contra: vt instit. de hæredi. ab intesta. §. placebat.

r *Accepisset.* sic. C. de impube.& ali. substit. l. post aditam. &.ſ. de acquirẽ. hære. l. ſi minor. Sed contra.j. ad Tertyl. l.j.§. ſi quis adita. & l.ij.§. ſi bonorũ. &.ſ. de vulga. sub. l.ij.§. interdũ. &.ſ. de bo. li. l. ſi ex modica. 6. ſi filius. quibus dicitur ℘ sequens admittitur si præcedẽs petit restitui vt dimittat. Sol. ille de æquitate: *hãc. l. Alc.* hic de rigore. vnde & *lib. para. 4. cap. 15.* hic de æquitate admittitur. nã cum præcedẽs petit restitui, vt deferat ex quadã cõsequentia: & hic debet restitui vt accipiat saltẽ vtiliter. Arg. C. ſi aduer. trãſ. l.j.&.ij. Pla. autẽ dixit nullo modo admitti. nã ex gradu cognatorũ nõ, à quo est exclusus per petitionẽ primi: vt insti. de hære. ab intesta.§. admonendi.&.ſ. tit. j. l. legitimis. itẽ sequens caput nullũ est nisi vir & vxor,& postea fiscus, ex quibus capitibus cognatus nõ vocatur. Dic ergo quod hic de mere cognato dicit, cui ideo postea nõ dat prætor, ne videatur auferre quod dederat priori,& sic esset ludibrio. at in contrariis iure ciuili veniebat vt agnatus per. l.xij. tab. vt in.§. ſi quis adita. vbi dicit ius antiquum. vel quasi agnatus, vt per senatusco. vt in.d.§. ſi bonorũ poss. vel per testamentum, quod & ipsum est iuris ciuilis: vt.d.l. de vulgari substit. l.ij.§. interdũ. Itẽ & patronus iure ciuili vocatur: vt.d.l. ſi ex modica. quo casu nuda voluntate fit hæres: vt institu. de hære, quali. & diffe.§. ſi. quod in iure prætorio non fit, sed facto prætoris est opus. quod esset contra ius prioris. Vel dic casum quod hic prior ab initio repudiauit,& cum sequens posset petere, repudiauit, vel tempore fuit exclusus. tandẽ prior petiit restitui vt adeat, & iterũ vt dimittat. nunc sequens vult restitui vt admittatur ad instar præcedentis qui fuerat minor, sed non potest obstante sua sibi repudiatione vel negligentia. & facit supra, de mi. l. & ſi sine.§. sed quod Papinianus.& quod ibi not. vel ille.j. ad Tertyllia. in filio loquuntur,

11. PAPINIANVS libro sexto Responsorum.

INferioris[q] gradus cognatus beneficium edicti successorij non habuit, cum prior ex propria parte [bonorũ] possessionem accepisset.[r] nec ad rẽ perquia artandi non erant, qui pene ad propria[l] bona veniunt: ideoq; placuit eis præstitui annũ: scilicet ita moderatè, vt neque ipsi vrgerentur ad bonorũ possessionis petitionem, neque bona diu iacerent. Sanè nõnumquam vrgentibus creditoribus interrogandi sunt in iure, an sibi bonorũ possessionẽ admittant: vt si repudiare se dicãt, sciant creditores quid sibi agẽdũ sit. si deliberare se adhuc dicant: præcipitãdi nõ sunt.[m] ¶ Si quis autem à patre suo impuberi filio[n] sit substitutus: nõ intra annum, sed intra diem cẽtesimum bonorum possessionem petere poterit. ¶ Non solum autẽ cum suo nomine veniunt liberi parẽtesque, hoc eis tribuitur, verum etiam si seruus eius qui ex liberis parentibusq; est, hæres institut[o] est, intra annum cõpetit bonorum possessio.[p] persona enim ea est, quæ meruit hoc beneficium quæ petat. Sed & si pater emãcipati filij bonorum possessionẽ cõtra tabulas accipere velit: anni tẽpus ei cõpetere constat. Et generaliter[p] ait Iulianus ex omnibus causis liberis parẽtibusque intra annum bonorum possessionem competere.

† *vide in* ſ. de acqui. hæred.l. in plurium.

BIU Cujas

loquuntur, in quo fuit ſpeciale. & facit. ĩ. ad Tertyllia. l. filij. ſ. j. & ſupra, titu. j. l. octaui. Accurſius.

DE GRADIBVS ET ADFINIBVS, & nominibus eorum.

ADDITIO. Iſte titulus bonus eſt, & tamẽ debetis ſcire vt hic ſcriptum eſt. vnde nõ cõſueuit legi: tamẽ legemus lecturã vſque ad. l. iuriſcõſultus. in prin. Veruntamẽ ſi intelligatis cõtinuationẽ & expoſitionẽ rubri. cætera alia intelligetis quæ de bonorũ poſſeßiõe habuiſtis. verũ quia inter agnatos & cognatos multi ſũt gradus, ponitur rub. de gradibus: & quia iure affinitatis aliqua bon. poſſ. defertur. nã & vir & vxor ſunt caput affinitatis: vt ĩ. proxi. tit. & ſ. ſi ta. teſta. nullæ exta. l. i. ponitur de gra. cõſa. & affini. qđ dicit de gradibꝰ, quaſi dicat de ordinibꝰ: ſicut in aſcẽdẽdo & deſcẽdẽdo ſunt gradus: vel inter agnatos & cognatos ſunt gradus, quia quidam ꝓximiores. Et debetis ſcire qđ agnatio & cognatio diuiditur in tres gradus prĩcipales. quidã ſunt aſcẽdẽtes: pater, auus, proauus. eſt ſecũdus gradus deſcendentiũ: filius, nepos, & deinceps. & tertius gradus collateralis: ſuperior in affinitatibus. licet nõ ſit vel ꝓpriè graduũ diuiſio, eſt tamen graduum ſeparatio. nã aliqua eſt nurus mea, aliqua pronurus, aliqua eſt vxor pronepotis mei. Et nota quod propriè agnatio continet in ſe cognationẽ nõ econtra. ſ. l. i. & ſ. vnde legi. l. inter agnatos. Affines ſunt ꝓpriè qui occaſione matrimonii nobis cõiuncti ſunt. vnde vir vxoris nõ eſt affinis, ſed eſt caput propriè affinitatis. vnde affinitas eſt cõiunctarũ perſonarũ cauſa matrimonii cõmuni carens parẽtela, vt colligitur. ĩ. eo. l. nõ facile. ita dicitur in omnibus. ll. huius titu. vbi iuriſcõ. enumerat gradus. Vinianus.

*Vulg. pietatis

Gradus cognationis.] CASVS. In lege iſta nõ eſt videre niſi literam, & notare notabilia. Dicit iuriſcõ. gradꝰ agnationum & cognationum alius eſt ſuperior, alius inferior, alius eſt ex tranſuerſo. Gradus ſuperior eſt parentum: gradus inferior eſt filiorũ. & in aſcẽdẽtibus & deſcẽdẽtibus eſt inuenire primum & ſecũdum gradũ: ſed in trãſuerſo non eſt inuenire primum gradũ, ſed ſecundum. nam abutẽdo tinuit, ꝙ abſtinẽdi facultatẽ ob auxilium ætatis * prior cognatꝰ acceperat. igitur fiſco vacantia bona rectè deferri placuit.

DE GRADIBVS ET ADfinibus, & nominibus eorum.

TITVLVS XI.

1. GAIVS libro octauo ad edictum Prouinciale.

GRadꝰ cognationis, alij ſuperioris ordinis ſunt: alij inferioris: [a] alij ex trãſuerſo, ſiue à latere. Superioris ordinis ſunt parẽtes: inferioris, liberi: ex tranſuerſo ſiue à latere fratres & ſorores, liberiq́ue eorum. Sed ſuperior quidẽ & inferior cognatio à primo gradu incipit: ex trãſuerſo [verò] ſiue à latere nullus eſt primus gradus: & ideo incipit à ſecundo. Itaq; [b] in primo gradu cognationis, ſuperioris quidẽ & inferioris ordinis cognati poſſunt [c] concurrere: ex tranſuerſo verò numquam eo gradu quiſquam concurrere poteſt: at in ſecũdo & tertio, & deinceps in cæteris poſſunt etiã ex tranſuerſo quidã concurrere, & cum ſuperioris ordinis cognatis. Sed admonendi ſumus, ſi quando de hæreditate vel bonorũ poſſeſſione quæramus, non ſemper eos qui eiuſdem gradus ſint, concurrere. Primo gradu ſunt ſupra, pater mater: infra, filius filia. Secũdo gradu ſunt ſupra, auus auia: infra, nepos neptis: ex trãſuerſo, frater ſoror. Tertio gradu ſunt ſupra, proauus proauia: infra, pronepos proneptis: ex tranſuerſo, fratris ſororiſque filius filia: & cõueniẽter patruus amita, auũculus matertera. Quarto gradu ſunt ſupra, abauus abauia: infra, abnepos abneptis: ex trãſuerſo, fratris ſororiſque nepos neptis: & conuenienter patruus magnus, amita magna, id eſt, aui frater & ſoror: auũculus magnus, matertera magna, id eſt, auiæ frater & ſoror: itẽ fratres patrueles, ſorores patrueles, id eſt, qui q́uæve ex duobus fratribus ꝓgenerantur. [d] item conſobrini cõſobrinæq́ue, id eſt, qui q́uæve ex duabus ſororibus naſcũtur, quaſi conſororini. itẽ amitini amitinæ, id eſt, qui queve ex fratre & ſorore propagãtur. ſed ferè vulgus omnes iſtos cõmuni appellatione cõſobrinos vocat. Quinto gradu ſunt ſupra, atauꝰ atauia: infra, atnepos atneptis: ex trãſuerſo, fratris & ſororis pronepos proneptis: & cõueniẽter propatruus & proamita, id eſt, proaui frater & ſoror. proauũculus & promatertera, id eſt, proauiæ frater & ſoror. item fratris patruelis, ſororis patruelis filius filia: & ſimiliter conſobrini cõſobrinæ, item amitini amitinæ filius filia: propior ſobrino, propior ſobrina. iſti ſunt [e] patrui magni, amitæ magnę, auunculi magni, materteræ magnæ filius filia:

11. VLPIANVS libro quadrageſimoſexto ad Edictum.

HOc eſt patris [f] eius, de cuius cognatione quæritur, conſobrinus conſobrina, ſiue frater patruelis [vel amitinꝰ, ſoror patruelis vel amitina.]

111. GAIVS libro octauo ad Edictum Prouinciale.

SExto gradu ſunt ſupra, tritauꝰ tritauia: infra, trinepos trineptis: ex tranſuerſo, fratris & ſororis abnepos abneptis: & cõuenienter abpatruus abamita, id eſt, abaui frater & ſoror: abauũculus abmatertera, id eſt, abauię frater & ſoror. Item patrui magni amitæ magnæ, auũculi magni materteræ magnæ nepos neptis. itẽ fratris patruelis, ſororis patruelis, cõſobrini, cõſobrinæ, amitini, amitinę nepos neptis. [item] propatrui, ꝓamitæ, proauunculi, promatertęræ, filiꝰ filia. itẽ qui ex fratribꝰ patruelibus aut cõſobrinis, aut amitinis vndiq; ꝓpagãtur, qui propriè ſobrini vocãtur. In ſeptimo [autẽ] gradu quàm multæ eſſe poſſint perſonæ, ex his quę diximꝰ, ſatis apparet. Admonẽdi tamẽ ſumus parẽtũ liberorũq; perſonas ſemper duplari. [g] auũ enim & auiã tã maternos quàm paternos intelligimus. itẽ nepotes nepteſq; tã ex filio quàm ex filia. quã rationẽ ſcilicet in omnibꝰ deinceps gradibus ſupra infráq; ſequemur.

1111. MODESTINVS libro duodecimo Pandectarum.

dicimus frãtrem & ſororẽ in primo gradu. ſunt in aſcendẽti gradu primo pater & auus. in deſcendenti, filius. in tertio gradu ſunt proauus, in quarto atauus. Item collaterales dicuntur qui obtinẽt vicem primi gradus frater ſorori conſobrini, & veniunt ex linea trãſuerſali amitæ & materteræ. in quinto gradu dicuntur eſſe deſcẽdẽtes atauus atauia: ſic iſti vocãtur ad ſucceſſionẽ ſi ſunt agnati iure ciuili: ſi cognati, iure prætorio. h. d. cum. l. ſeq. Viuianus.

a *Inferioris.* facit inſti. eo. & in auth. de hære. ab inteſt. in prin.

b *Itaque.* quia ſunt parentes.

c *Cognati poſſũt.* vt mater filio, & filiꝰ matri.

d *Propagantur.* aliàs, propagãtur: aliàs, procreantur: & aliàs, progenerantur.

e *Iſti ſunt.* id eſt, de hoc quito gradu: filius patrui magni, id eſt, filiꝰ fratris aui mei. Ac.

f *Hoc eſt patris.* Accipe, conſobrinus &c. & eſt ſẽſus, qđ filius patrui mei magni eſt conſobrinus patris eius, id eſt mei, de cuius ſcilicet, mei cognatione quæritur. Accur.

Exto gradu.] CASVS. Enumerauit qui ſunt, in primo, ſecundo, tertio, quarto, † *ni dicuntur* quinto. Enumerat hic *quaſi cõſo-* qui ſunt in ſexto, ſeptimo. & hic dicas ſi- *ſunt ꝓprie* cut per literam enume- *duarum ſo-* rantur. Viuianus. *rorum filii.*

g *Duplari.* nã duos habeo in primo gradu. ſ. *ſobrini vo-* ſcilicet patrem & ma- *cantur con-* tré. & duos ex iſeriori, *ſobrinorum* ſcilicet filium & filiã: *filii. gloſ. in* ergo in ſecũdo. ſ. ſunt *verbo, con-* iiij. ſcilicet auꝰ & auia *ſobrinæ. c.* paterni: & auus & auia *de inceſtis* materni. ſic &. ĩ. nepos *coniunctio-* & neptis ex filio: itẽ ne- *nibus. 35.* pos & neptis ex filia: & *q. 3.* ſic deinceps vt ſubiicit.

Non facile.] CASVS. Licet vltra ſeptimũ gradũ difficile ſit enumerare ꝑſonas, tamen eſt ſeptimus gradus vel octauus & deinceps. ſunt autem agnati per lineam maſculinam: cognati per fœmininam: & ſicut habent ſe genꝰ & ſpecies, ita habẽt ſe agnatio & cognatio: qa omnis agnatio eſt cognatio, nõ econtra. Itẽ ſunt adfines: & vir & vxor nõ ſunt adfines, ſed caput adfinitatis. & gradꝰ adfinitatis poſſunt enumerari, ſicut in litera aperte continetur. videatis literam. Vnum ſciatis quòd ex adopt. inducitur adfinitas: tamẽ ſoluta adopt. tolluntur iſti gradus.

BIU Cujas

† *Legẽ hãc integritati suæ restituit Alci. parti. lib. disp̃. 2. c. 23. parti lib. præter. mis. 2. tit. de gradibus.*

gradus. Item istę adfinitates habent locũ inter liberas personas, non inter seruos & seruas: nec inter alias personas quibus est interdictum aqua & igni. Viuianus.

a *Non facilè.* i. nullo modo: vt. ſ. vnde cog. l. j. §. hoc autem. sic. ſ. de procur. l. in causæ. in fi.

b *Dici putantur.* vt & ſ. vnde cog. l. j. §. j.

c *Cognationis.* facit. ſ. vnde cog. l. j. §. cognationem. & l. capitis.

d *Per fœminam.* sic instit. de legi. adgna. tute. in princip.

* *Flo. connectentur*

e *Nomine.* scilicet generali, quod est cognatio. & sic species assumit nomen generis: vt &. ſ. de adop. l. ij.

f *Per nuptias.* licitas: vt infra, ea. l. §. sciendũ. sed secundum canones etiam per fornicationem. & secundũ Azo. etiam secundum leges quoad prohibitionem nup. contrahitur adfinitas sine nuptiis: vt. ſ. de ritu nup. l. & nihil. & extra de eo qui cog. cõsang. vxo. suæ. c. discretionem. Accursius.

Adfinitas sine nuptiis quandoque cõtrahitur.

g *Ex nuptiis.* si nuptiæ sunt causa adfinitatis: ergo nõ sũt adfines vir & vxor: sed causa cęterorũ adfiniũ, vt hic.

h *Nulli sunt.* verum est proprie. nam gradus dicitur ratione cognationis naturalis, quæ hic non est: improprie tamen vt hic possunt dici gradus: vt infra, eo. iurisconsultus. in principio. de his dic quoto gradu est vxori meæ iure cognationis, toto erit mihi iure adfinitatis: idem econtra in meis cognatis ad eam.

* *num, Flo.*

* *differere?*

i *Hoc itaque.* sic. ſ. de ritu nup. l. nuptiæ.

k *Nisi nuptiæ.* aliàs est, vbi nuptiæ interdictæ &c. aliàs, vbi nuptię nõ sint interdictæ. aliàs, vbi nuptiæ sint ex quib⁹ &c. & fa. supra, e. §. adfines. & quod ibi no.

* *Flo. adfinitati*

† *socer per virum.*

† *socrus per virum.*

† *socer per vxorem.*

† *socrus per vxorem.*

l *Non retinebit.* id est, perdit. aliàs, pdet. Acc.

m *Adfinis autem ei.* sicet adoptiuo.

n *Nemo est.* immò patris adoptiui vxor est ei nouerca: vt supra, de ritu nupt. l. adoptiuus. in principio. sed ibi non consequitur adfinitaté in familia adoptantis. nec enim vxor adoptãtis est de sua adoptatoris familia. vel dic non est vere adfinitas, sed

NOn facilè [a] † autẽ, quod ad nostrũ ius attinet, cùm de naturali cognatione quæritur, septimum gradũ quis excedit: quatenus vltra eũ ferè gradũ rerũ natura cognatorũ vitã consistere nõ patitur. ℣ Cognati ab eo dici putantur, [b] quòd quasi vnà communitérve nati, vel ab eodem orti, progenitíve sint. ℣ Cognationis [c] substantia bifariã apud Romanos intelligitur. Nam quędã cognationes iure ciuili, quædã naturali continẽtur: * nonnunquã vtroq; iure concurrẽte & naturali & ciuili copulat̃ cognatio. Et quidẽ naturalis cognatio per se sine ciuili cognatione intelligit̃, quæ per fœminã [d] descendit, quæ vulgò liberos peperit. Ciuilis autẽ per se (quæ etiã legitima dicitur) sine iure naturali cognatio cõstitit per adoptionem. Vtroq; iure consistit cognatio, cùm iustis nuptiis contractis copulatur. Sed naturalis quidẽ cognatio hoc ipso nomine [e] appellatur: ciuilis autẽ cognatio, licet ipsa quoque per se plenissimè hoc nomine vocetur, propriè tamẽ adgnatio vocatur, videlicet quæ per mares contingit. ℣ Sed quoniã quædã iura inter adfines quoq; versan tur, nõ * alienũ est hoc loco de adfinibus quoq; breuiter disserere. * Adfines sunt viri & vxoris cognati: dicti ab eo ꝙ duæ cognationes quæ diuersæ inter se sunt, per nuptias [f] copulãtur, & altera ad alterius cognationis finem accedit. nanq; cõiungẽdæ adfinitatis causa fit ex nuptiis. [g] Nomina verò eorũ hæc sunt, socer, socrus: gener, nurus: nouerca, vitricus, priuignus, priuigna. ℣ Grad⁹ autẽ adfinitatis * nulli sunt. [h] Et quidem viri pater, vxorísq;, socer: mater autẽ eorũ, socrus appellatur: cùm apud Græcos propriè viri pater ἑκυρὸς, † mater verò ἑκυρὰ † vocitetur: vxoris autẽ pater πενθερὸς, † & mater πενθερὰ † vocatur. filij autẽ vxor, nurus: filiæ verò vir, gener appellatur. Vxor [verò] liberis ex alia vxore natis nouerca dicitur. matris vir ex alio viro natis vitricus: appellatur. eorũ vterq; natos aliunde, priuignos priuignásq; vocant. Potest etiã sic definiri socer: [Socer dicitur] vxoris meæ pater: ego illius sum gener. Socer magnus dicitur vxoris meæ auus: ego illius sum progener. Et retro pater meus, vxori meæ socer est: hæc illi nurus. & auus meus socer magnus est: illa illi pronurus. Itẽ [socrus mihi, vxoris meæ mater est: ego illi⁹ sum gener. &] prosocrus mihi, vxoris meæ auia est: ego illius sum progener. & retro mater mea, vxoris meæ socrus est: illa huic nurus. & auia mea, socrus magna est: & vxor mea illi pronurus est. Priuignus [autẽ] est vxoris meæ filius ex alio viro nat⁹: ego illi vitricus. & in contrariũ vxor mea liberis quos ex alia vxore habeo, nouerca dicitur. liberi mei illi priuigni [sunt.] Viri frater, leuir, apud Græcos δαὴρ † appellatur, vt est apud Homerũ relatum. sic enim Helena ad Hectorẽ dicit: Δᾶερ ἐμοῖο κυνὸς κακομηχάνου ὀκρυοέσσης. † Viri soror glos dicitur, apud Græcos γάλως. duorũ fratrum vxores ianitrices dicũtur, apud Græcos εἰνατέρες, quod vno verſu idem Homerus significat: ἄλλῃ πῃ ἐς γαλόωμ, ἢ εἰνατέρων ὑπὲπλων. ℣ Hos itaq; [i] inter se, quòd adfinitatis causa parentum liberorúmq; loco habẽtur, matrimonio copulari nefas † est. ℣ Sciendum est, neq; cognationẽ neq; adfinitatem esse posse, nisi nuptiæ [k] non interdictæ sint, ex quibus adfinitas coniungitur. ℣ Libertini libertinæq; inter se adfines esse possũt. In adoptionẽ datus aut emancipatus quascũq; cognationes adfinitatésq; habuit, retinet: adgnationis iura non retinebit. [l] * sed in ea familia ad quam per adoptionẽ venit, nemo est illi cognatus prętẽr patrẽ, eóve quib⁹ adgnascitur. adfinis [m] autẽ ei omnino in ea familia nemo est. [n] ℣ Is cui aqua & igni interdictum est, aut aliquo modo capite deminutus est, ita vt libertatem & ciuitatem amitteret: & cognationes & adfinitates omnes quas antè habuit, amittit. [o]

Flo. connectentur

Adfinitas sine nuptiis quandoque cõtrahitur.

Flo. adfinitati

Flo. socri

Flo. socri

V. PAVLVS libro sexto ad Plautium.

SI filium naturalem emancipauero, & alium adoptauero, nõ esse [p] eos fratres: si filio meo mortuo Titiũ adoptauero, videri eum defuncti fratrem fuisse Arrianus ait. [q]

VI. VLPIANVS libro quinto ad legẽ Iuliam & Papiam.

LAbeo scribit nepotis ex filia mea nati vxorẽ, nurum mihi esse. ℣ Generi & nurus appellatione spõsus quoq; & sponsa continẽtur. [r] Itẽ socer* & socrus appellatione, spõsorũ parẽtes cõtineri videtur.

Flo. iura perdit

Flo. socri

VII. SCAEVOLA libro quarto Regularum.

PRiuignus etiam is [s] est qui vulgo cõceptus, ex ea natus est quæ postea mihi nupsit: æquè & is, qui, cùm in concubinatu erat mater eius, natus ex ea est, eáque postea alij nupta sit.

VIII. POMPONIVS libro primo Enchiridij.

SEruius rectè dicebat soceri, * & socrus, & generi, & nurus appellationẽ etiã ex spõsalib⁹ adquiri. [t]

adfinitatis locum obtinet quoad [p] prohibitionẽ nuptiarũ: sicut in ea. l. §. seruiles. secundũ Ioan.

o *Amittit.* instit. de capi. demi. §. quod autẽ.

Si filium.] CASVS. Filium meum naturalem emãcipaui. postea aliquem extraneum adoptaui. nũquid erunt adgnati? Non. vnde filio meo mortuo filius adoptiuus remanet meus filius. Viuianus.

p *Non esse.* sic instit. de nup. §. inter eas. in fi.

q *Arrianus ait.* cõtra. ſ. de adop. l. antepe.

